Dupl. A. LI. 18. D.

IHS

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
17 G
20

23.5.13
III
18
D
28
B
19
13-12 e 3 A

Digitized by Google

ZIONALE · VITT. EMANUELE
13
17 G
20

23.5.13
III
18
D

28
B
12

Digitized by Google

ILLVSTRES CONTROVERSIÆ FORENSES,

SECVNDVM IVRIS CIVILIS ROMANORVM *normas in ampliſſimo Senatu Tholoſano deciſæ,*

QVAS COLLEGIT, ATQVE CVM SENTENtiis & arreſtis, quæ in ſimilibus caſibus ab aliis Franciæ ſupremis Curiis, præſertim verò ius ſcriptum vſurpantibus, pronunciata fuerunt, contulit

DN. GERARDVS DE MAYNARD IC. CONSIliarius Regius, & ſupremæ Curiæ Tholoſanæ Senator, atque è Gallico ſermone in Latinum tranſtulit, & nonnullis additionibus ac corollariis auxit

HIERONYMVS BRVCKNER LIPS. I.V.D. INCLYTÆ Erphurdienſis Reipubl. Syndicus & Conſiliarius.

Adiuncta ſunt ſingulis Deciſionibus præter ipſa Summaria, Summæ quædam breuiores: Ac in fine voluminis Index rerum & verborum copioſiſſimus annexus eſt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Coll. Rom. B. Soc. Jesu S. Cat. Inscr.

COLONIAE ALLOBROGVM.

Apud ALEXANDRVM PERNET.

M. DC. XI.

[illegible] [illegible]

AD AMPLISSIMOS, NOBILISSIMOS, CONSVLTISSIMOS ET PRVDENTISSIMOS, VIROS, Dominos Conſules & quatuoruiros, perantiquæ Reipublicæ Erphordienſis Primarios.

HIERONYMI BRVCKNERI Lipſienſis I.V.D. Præfatio.

INTER nobiliſſima Themidos cultorum munera locum facilè primùm vindicare videtur illud, quo obortæ lites & controuerſiæ forenſes, quæ amica compoſitione tolli nō potuerunt, iuxta iuris normam definiri, decidi, ſeu iudicari ſolent. Cùm enim ad auguſtæ reginæ illius aulam cōcurſus maximè frequens fiat eorum, qui laborantes, non tam glorioſæ vocis conſiſorum munimine patrocinium, *l.aduocati* 14.*C.de Aduocat.diuerſ.iudiciorum*, quam ſalutarem iuſtæ & æquæ ſententiæ gladio ſpem, vitam, ac poſteros defendentium opem implorant: vtique maximè neceſſarium eſt, in regia ſemper adeſſe iudicem, id eſt, vt Venuleij *in l.continuus* 117. *§.1. de V.O.* verbis vtar, virum bonum, ſeu qui viri boni & innocentis, vt Vlpianus loquitur, *in l.cætera, §.4.fam.erciſc.* officio fungatur:

Qui conſulta patrum, qui leges, iuráque ſeruet,
Quo multæ, magnæque ſecentur iudice lites.

Quemadmodum Horatius *lib.* 1.*epiſt* 16.*ad Quinct.* cecinit, ſeu qui in regia baſilica matutino mox tempore meridie & veſpere ſedens leges cuſtodiat, & ſecūdum eas proferat ſententias.*Nou.*82.*c.*3.*&* 13. Vnde præclarè admodū in celeberrimo illo ſuo reſponſo Pomponius *l.*2.*§.poſt originem iuris.*13.*de O.I.* inquit: *Per hos, qui iuri dicundo præſunt, effectus rei accipitur.* Quantum eſt enim ius in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui iura regere poſſint, neque conſtare poteſt ius, niſi ſit aliquis iuris peritus, per quem poſſit quotidie in melius produci. Quo ipſo IC. ſignificare voluit, fruſtra ius conſtitui, fruſtra illud fideliter doceri, fruſtra ſumma aſſiduitate diſci, fruſtra etiam id in foro poſtea à patronis in clientulorum cauſis appoſitè allegari, niſi ſit vir bonus, qui ius dicat & regat, ſeu motas controuerſias ex iure definiat. Et ſanè quemlibet rerum iuridicarum gnarum ſateri oportebit, tum maximè, quando prolata ſententia ius dicitur, effectū rei accipi. Vulgaria ſiquidē legitimæ ſententię addictorum exercitia ſcholaſtica, ſi cōtempletur, nihil aliud, quàm σκιαγραφίαν quampiam deprehendet eorum, quæ aliquando in foro peragi, effectúmque ſuum, quo adhuc deſtituuntur, coram iudice conſequi debent. Ille etenim, qui ex publica cathedra ius profitetur, inſtar legiſlatoris cuiuſdam eſt, à cuius voce totus, atque ex varij generis auditoribus, (quorum nonnulli interdū illuſtres, generoſi, nobiles, reliqui plebeij ſunt) cōſtans conſeſſus principalia iura accipit, ſicque tale in vniuerſitate Scholaſtica, auditorium appoſitè & veluti in ſpeculo quopiam exhibet vniuerſitatem quandam ampliſſimam, in qua multæ illuſtres, egregiæ, clariſſimæ & ſpectabiles perſonæ ſunt, quę omnes vna cū plebe ab vnius cuiuſdam ſuperioris dictamine dependent. Altera verò exercitatio

Scholaſtica, quę frequentibus diſceptationibus impenditur, prope & ipſa ad forenſia accedit, dum opponens veluti actorem, eiúſque aduocatum, reſpondens verò reum, eiúſque defenſorem, & denique prẹſes iudicem repręſentat, à cuius ſententia per nouam inſtantiam, conſequendę melioris declarationis ergo ſępius ad eundem, interdum quoque ad totum prouocatur auditorium.

Quę tamē omnia mera progymnaſmata ſunt, neque rei effectū adhuc tribuūt, ſed optimè perfecta creduntur, ſi eorum cultores tā eruditos ſe oſtēdant, vt ſpes eos pulcherrima foueat, poſſe etiam toto legitimo opere perfecto imperialem Rempublicam in partibus eius gubernandā iis credi. Imò effectus ille ne tū quidem plenè apparet, ſi aduocati cauſas clientū ſuorū dextrè & maſcule tā agentes, quā defendētes, omnes ingenij neruos eo intēdāt, vt facto ius ritè applicetur: cū multa inter os & offam, inter calicē & ſuprema labra cadāt, ſicq; ſępe ij etiā ſuccūbant, quos iuſto nitētes clypeo optima optatę victorię ſpes plurimū erigebat.

At quādo motas lites & cōtrouerſias æqua, atque ex iuris fontibus hauſta ſententia terminamus, verè fit, vt bonorū & innocentiū virorum fungamur officio, bonū à malo, verū à falſo, priuatū à publico ſeparemus, ſicque honeſtè viuamus, & neminē lędentes, ſed vtrique parti, ſiue cuique ſuum tribuentes, ſatisfaciamus omnibus iis, quę à iure iubentur & præcipiuntur, eáque ratione rei, nempe, veræ & non ſimulatæ philoſophię ſiue iuriſprudentię ampliſſimę effectus, nō in ſcholaſticarū, inaniū, puerilium, otioſarum & ineptè ſubtilium quęſtionū theoria, ſed in ſolida, reali, plurimóque cū fructu coniuncta praxi, ſeu potius ἐν ποιήσει τῆς δικαιοσύνης conſiſtens, & per conſequēs ipſemet finis τῆς ἐπιςήμης τ̃ συμφερόντων plenè accipiatur. Quod etiā nō obſcurè Lactātius pręclaro ſuo dicto ex libris Ciceronis *de gloria*, quos iniuria tēporis ad nos peruenire noluit, petito innuiſſe videtur: *Ciuiles*(inquit) *viros, qui Rempublicā gubernant, qui vrbes aut nouas conſtituunt, aut cōſtitutas æquitate tuentur, qui ſalutē ciuiū vel bonis legibus, vel ſalubribus cōſiliis*, vel iudiciis grauibus *conſeruant, Philoſophiæ Doctorib. præferamus.* Etenim omnis eorū diſputatio, quanquā vberrimos fontes virtutis & ſciētię cōtingat: tamen collata cū horū *actis perfectiſque* reb. vereor, ne tantum videatur oblectationē otij attuliſſe.

Quemadmodum igitur inter Themiſtarum munera nobiliſſimum, & maximè pręcipuum eſt, quod in iudicando conſiſtit: ita quoque eos, qui veri iuſtitię ſacerdotes audiri volunt, ſumma ope niti decet, vt officio illo probè fungātur, omnéſque lites & cōtrouerſias non aliunde, quā ex ipſo iure decidant. Quod ſanè à nullo fieri poterit, qui exactam iuris, quod dici debet, cognitionē non habeat. Hęc vero non modò ex ipſis iuris fontibus, ſed etiā magna ex parte addiſci poteſt ex ſcriptis eorum, quib. publici iuris facere placuit, quę in auguſtis tribunalibus ſedētes ad felicē arduarum litiū deciſionē conducere obſeruarunt. In quorum numero meritò magna cum laude refertur vir magnificus, ampliſſimus, & nobiliſſimus DN. GERARDVS DE MAYNARD, I C. eximius, ſereniſſimi Regis Francię Conſiliarius, & ſupremę curię Tholoſanę Senator, quem non modo per omne illud tempus, quo tam inferioris, quàm ſupremi iudicis munere in regiis curiis integerrimè functus fuit, ſententias ſuas ex iure ſcripto, quo nos in imperio vtimur, quantum quidem ob varias qualitates & circumſtātias cauſarum fieri potuit, depromere, ſed etiā Reipublicę & poſteris eo melius conſulere ſtuduiſſe, quod plurima, quę ad facilē intricatarum litium expeditionē facerēt, cum ęterna nominis ſui gloria in eruditiſſimis ſcriptis literatorū choro cōmunicarit, aureū hoc ipſius opus abūdè teſtatur. Quod cū in Gallico idiomate, quo auctor illud edere voluit, legiſſem, haud parum vtilitatis ad multos Gallicæ linguę ignaros, peruenturum exiſtimaui, ſi illud etiam Latinitate donaretur.

Quamuis

Quamuis autem ab initio optarim, vt hoc vel ab ipſo domino auctore factum fuerit, vel ab alio elegantiſſimi illius idiomatis maximè perito fieret: attamē votū hoc meum inane fore autumans, ipſemet poſtea verſionis laborem ſuſcipere conatus ſui. Quem meum conatū, vel ideo intermittere nolui, quod eo modo me publice quodammodo prodeſſe, & qualeſcunque meos in Gallica lingua profectus, quos per aliquod tempus in florentiſſimo Franciæ regno, tā ſtudiorū ergo, quàm peregrinationibus à me conſumptum feceram, aliquid incrementi capere, ſimúlque iudiciū in arduis controuerſiis iuris haud leuiter firmare poſſe cenſerē.

Quare poſthabitis omnib. quæ à propoſito me deterrere poterant, difficultatibus ſummoperè ſtudui, vt ſuſceptā verſionē fideliter & dilucidè perficere poſsē. Minimè tamen polliceri mihi queo omnes hoc ſtudiū meū probaturos eſſe, ſed potius varia multorū iudicia facilè auguror. Quicquid verò ſit, ab omnibus, qui habent, quod iure reprehendant, veniam: à reliquis in iudicando candorē precor.

Illud quoq; adde, quod dominus auctor quēlibet librū in centū capita diſtribuerit, quæ cū nihil aliud quā Deciſiones cōplectantur, earū nomine illa indigitare volui. Ex trāſmiſſis itē Francofurto aliquot impreſſis fragmētis errore neſcio, cuius factū fuiſſe deprehēdi, vt ſępius ipſiſmet domini auctoris allegatis additionū vocabulū præfixū fuerit, cū tamē adiectas à me additiones in exemplari meo manu ſcripto ſemper peculiari hoc ſigno A D. notarim. Σφαλμάτων typographicorū, quę vel ideo vitari eo minus potuerūt, quod ego hic Erphordię fuerim, omníſque hac in re cura ſoli domino correctori Francofurti incubuerit, reſtitutionē ad aliud commodius tempus me reſeruari oportet. Hoc igitur etiam nomine omnes, qui inde quacunque ratione offendi poterunt, vt mihi ignoſcāt ea, qua par eſt, modeſtia, peto minimè dubitans petitioni meæ locum facilè eos daturos eſſe, quibus, quàm facilè quáſve ob cauſas hac in re peccari queat, ignotum non eſt. Atque hæc quidem ſunt, quæ in præliminari hac epiſtola quemlibet beneuolum & candidum lectorem breuiter monere & rogare viſum fuit.

Vobis autē magnifici, ampliſſimi, nobiliſſimi, cōſultiſſimi & prudētiſſimi viri, hāc meā qualemcūque opellā ideo cōſecrare volui, vt ea ratione probare quodāmodo poſſem gratū meū animū & obſeruantiā, qua ob exhibita haud leuis fauoris argumēta arctè admodū vobis obſtrictus ſum, ſimúlque ſignificarem me in quotidiana cōmiſſi à vobis publici officij expeditione experiri reipſa vos eos eſſe, qui in hac Republica iura regāt, & quotidie in melius producāt, atque de quibus verba Senecæ de Cęſare loquētis optimo iure vſurpari poſſint. Omniū quippe ciuiū domos veſtra vigilia cuſtodit, omniū otiū veſter labor, omniū delicias veſtra induſtria, omniū vacationē veſtrū fouet negotium, ex quo vos Reipublicæ dedicaſtis, vos vobis eripuiſtis, vos pro vtilitate cōmuni ſoli omniū ciuiū curas, laboréſque ſuſcipitis, atque vt gubernatori curſus ſecūdus Imperatori victoria: Sic vobis Reipublicæ moderatorib. beata ciuiū vita propoſita eſt, vt opib. firma, copiis locuples, gloria ampla virtute honeſta ſit. Cuius operis maximi inter homines atque optimi vos, iuxta ſalutare Ciceronis monitum, perfectores eſſe maximoperè ſtudetis, nihílque aliud, quàm cura ſalutis alienę veſtra gubernatio eſt. Cui vt diutiſſimè cum maxima Eccleſię Chriſtianæ & ciuium vtilitate, ſummáque veſtri nominis gloria pręeſſe queatis, faxit.

DEVS trinus & vnus, qui etiam vlterius inclytam & perantiquam hanc Rempublicam benigne ſartam tectam conſeruare, eiúſque libertatem ac ſalutem cōtra varias fanaticorum machinas clementiſſimè tueri dignetur. Script. Erph. Calend. Martij, Anno M. D. C. X.

ELENCHVS OMNIVM DECISIONVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTUR.

LIBER PRIMVS.

DECISIO.

1 *Ob miſſam vel aliud ſeruitium diuinum precium aut ſalarium exigi nequit.*

2 *Abuſus in rebus ſpiritualibus temporis diuturnitate non confirmatur.*

3 *Abuſus meritò dicitur quando in tractatione rerum ſpiritualium iocularia adhibentur, vel etiam à clericis ineptia in nuptiis fiunt.*

4 *Archiepiſcopus ornamenta Eccleſiæ dare obſtrictus, etiam tum hoc facere debet, quando nullos adhuc ex beneficio fructus percepit.*

5 *Canonici Epiſcopum in proceſſionibus comitari debent.*

6 *A contributione ad refectionem templorum etiam Eccleſiaſticæ perſonæ immunes non ſunt.*

7 *In ſacerdotes habitum ſacerdotalem geſtantes, latrunculatores interdum iuriſdictionem non habent.*

8 *Canonici ex permiſſu capituli in Academiis operam literis dantes fructus præbendarum ſuarum integrè percipiunt.*

9 *Vi ordinationis Aurelianenſis præbenda præceptori ex Eccleſia cathedrali dari debet, etiam iis in locis, vbi Epiſcopus, antea aliquid ad ſcholas deputauit.*

10 *Præbenda præceptorialis iuxta ſtylum parlamenti Tholoſani de fructibus, atque à toto capitulo præſtatur.*

11 *Præbendam præceptorialem præſtare tenentur Eccleſiæ tam collegiatæ, quã cathedrales.*

12 *Præbenda præceptorialis propterea deberi non deſinit, quòd anteà beneficium ab Epiſcopo fuerit ad præceptoris ſuſtentationem deſtinatum.*

13 *Electio quomodo ratione præbendæ præceptorialis fieri debeat.*

14 *Præceptori, qui præbendæ fructus percipit, etiam diſtributiones quotidianæ debentur.*

15 *Diſtributiones quotidianæ in cauſam iudicati capi non poſſunt.*

16 *Præbendarij abſentes interdum pro præſentibus habentur.*

17 *Equites Hieroſolymitani in numero religioſorum ſunt.*

18 *Equites Hieroſolymitani occupationem fructuum ex beneficiis ſub manu regis facere debent.*

19 *Hodiè monachi Franciſcani immobilia poſſidere poſſunt.*

20 *Generalis procurator regis in Francia quatuor ordinum mendicantium nomine in iudiciis experitur.*

21 *Inter monachos mendicantes etiam prædicatores referuntur.*

22 *Sacerdos priuilegio ſuo ob ſeruitium, quod laico præſtat, non priuatur.*

23 *Clericus matrimonium, etiam cum vnica & virgine contrahens, clericorum priuilegiis priuatur.*

24 *A iudice ordinario condemnari quis in litis expenſas debet, quas ſponte coram incompetenti iudice litigans fecit.*

25 *Parlamenta de accuſati Clerici declinatoria cognoſcere poſſunt.*

26 *Clericorum priuilegiis ille tantum gaudet, qui clericè viuit.*

27 *Iudex Eccleſiaſt. ſaltem de fœdere matrimonij cognoſcit.*

28 *Quoad poſſeſſorium beneficiorum, aliarúmque rerum ſpiritualium, iudex ſecularis competens eſt.*

29 *In congruam portionem curiones imputant omnia, quæ proprio Iure Eccleſiæ percipiunt.*

30 *Parochi & Vicarij perpetui noualium decimas percipiunt.*

31 *Omnes, qui fructus decimales percipiunt, ad reparationem & extructionem Eccleſiarum conferre tenentur.*

32 *Parochiani ad reparationem templorum ſeruitia præſtant.*

33 *Parochiani ad operas manuarias determinatas tenentur.*

34 *Miniſtri verbi diuini ali debent ab iis, quibus verbum Dei prædicant.*

35 *Qui decimas percipiunt, etiam prædicatori contribuere tenentur.*

36 *Qui decimas percipiunt, prædicatori docenti ſalarium contribuere debent.*

37 *Decimas percipientes, docenti ſalarium de fructuum portione dare debent.*

38 *Percipientes decimas, prædicatori victualia & ſalarium tribuere debent.*

39 *Congruæ portionis loco regulariter quarta pars fructuum decimalium aſſignatur.*

40 *Decimarum diſtributio quomodo fiat?*

41. Tertia

41 *Tertia pars decimarum interdum ad reparationem Eccleſiæ impendi poteſt.*

42 *Ad reparationem Eccleſiarum interdum ipſimet Epiſcopi condemnantur.*

43 *Cognitio de validitate aut inualiditate penſionum beneficiis Eccleſiaſticis impoſitarum ad iudicium Eccleſiaſticum pertinet.*

44 *Penſionarius, qui quotam ſuam ex fructibus non percipit, etiam conferre non tenetur.*

45 *Canonicus ob perſecutionem litis, quam habet, abſens integros fructus præbendæ ſuæ percipit.*

46 *Diſtributionum quotidianarum pars ad Eccleſiam, pars ad victorem pertinet.*

47 *Poteſtas Pontificij legati in Frācia à Parlamento Pariſienſi limitari ſolet.*

48 *Limitatio legati Pontificij poteſtatis à conſiſtorio Pariſienſi facta, ob bullarum Cardinalis Caraffæ publicationem qualis.*

49 *Decretum Pariſienſis Parlamenti ob Cardinalis Triuulcij legati prouiſionum publicationem reſtrictiuum.*

50 *Parlamentum Tholoſanum ſtatuit, quod literæ legationis D. Cardinalis Borboniæ mortui cum limitationibus promulgeatur.*

51 *Legatus à latere derogare nequit regulæ de infirmis reſignantibus.*

52 *Ordinarius non obſeruare obſtringitur regulam de infirmis reſignantibus.*

53 *Tholoſanū Parlamentū ſtatuit regulā de 20. diebus in ordinariis collationibus nō valere.*

54 *Decretum Tholoſanum vult regulam de 20. diebus in collationibus neceſſariis valere*

55 *Parochiale beneficium habens etiam poſt elapſum promotionis annū gradum obtinere, & ſacerdos fieri poteſt.*

56 *Decretum de pacificis poſſeſſoribus ſaltē graduatis prodeſt.*

57 *Pœnitentia paciſcentis in beneficiorum permutatione non valet propter receptam penſionem.*

58 *Conuentionalis Simonia arreſtum de pacificis poſſeſſoribus impedire non poteſt.*

59 *Generalium reſignationis verborum non facilè extenſio ſit ad vacationem reſignantis morte contingentem.*

60 *Conſiliarij ſeu ſenatores Eccleſiaſtici & beneficiarij fructus præbendarum ſuarum percipiunt.*

61 *Criminis capitalis reus beneficium, quod habet, reſignare poteſt.*

62 *Reſignatio prius effectum ſuum non conſequitur, quàm ſi à ſuperiori admiſſa fuerit.*

63 *Locationi fructuum beneficij ad modicum tempus à prædeceſſore factæ, is, cui beneficium reſignatur, ſtare debet.*

64 *Decretū de pacificis poſſeſſoribus ſaltē illi prodeſt, qui titulum coloratum, & poſſeſſionem triennalem ex propria perſona habet.*

65 *Iuri inſinuandi, quod graduati habent, triginta demum annis præſcribitur.*

66 *Vicario generali indiſtinctè reſignationes admittere non licet.*

67 *Qui morbo oppreſſus beneficium reſignare perſuaſus fuit à reſignatorio illud recuperat, ſi conualuerit.*

68 *Procuratores beneficiorum de locatione, quam in iis fecerunt, reſpondere tenentur.*

69 *Quando dubia litigantium poſſeſſio eſt, fructus beneficij interdum ſequeſtrari ſolent.*

70 *Res ſacræ gratis adminiſtrari & dari debent.*

71 *Præſides in Parlamentis Franciæ ſententias pro ſuo libitu & ſine certo ordine rogare poſſunt.*

72 *Antiquitas præſidum & Senatorum in parlamentis ex receptione, & admiſſione ad officiorum functionem æſtimatur.*

73 *Præſides inquiſitionū, extra claſſes ſuas reliquis Senatorib. pri⁹ receptis haud potiores cēſentur.*

74 *Nomina Iudicum arreſtis adſcribi debent.*

75 *Senatores antequam in parlamentis recipiuntur, examinari ſolent.*

76 *In Senatorib. Parlamētorū iuſta ætas requiri-*

77 *Senatores ante receptionem examinātur. (tur.*

78 *Senatores parlamentorū cum partibus litigantibus familiariter conuerſari non debent.*

79 *Senatores parlamentorū nuptiis tertij cuiuſdā licitè intereſſe poſſunt, quāuis ad eas partes litigantes quoque coparuerint. (ſari poteſt.*

80 *Ob ludū etiam Iudex, tanquā ſuſpectus recu-*

81 *In Francia relatores cauſarum litigantibus ſignificari ſolent. (legaſit.*

82 *Iudex recuſari poteſt, quod aduerſæ partis col-*

83 *Remiſſio in cauſis criminalibus ad aliud conſiſtorium Parlamentorum non valet.*

84 *Cauſarum criminalium remiſſio etiam inter duos aſſeſſores eiuſdem curiæ valet.*

85 *Senatores clerici rectè recuſari poſſunt, ſi eorū collega in functione Eccleſiaſtica alter litigā-*

86 *Iudices dona accipere non debent. (tium ſit.*

87 *In Francia iudices tam ordinarij quàm delegati, tanquam ſuſpecti, recuſari poſſunt.*

88 *Dubias recuſationis cauſas obiicientes ad earundem probationem obſtringuntur, niſi ipſorum recuſatorum confeſſione releuentur.*

89 *Iudex etiam propterea recuſari poteſt, quod alterius partis compater ſit.*

90 *Referens cauſæ facilè recuſatur.*

91 *Iudex, cuius filius in cauſa patrocinium præſtat, atque in iiſdem ædibus cum patre commoratur, recuſari poteſt.*

92 *Ob graues inimicitias iudex recuſari poteſt.*

93 *Amicitia quoque iudicem ſuſpectum reddit.*

94 *Iudex intempeſtiuè litigatoribus votum ſuum reuelans, vt ſuſpectus recuſari poteſt.*

95 *Recuſatio ante litis conteſtationem fieri debet*

96 *Pendente appellatione ob factam recuſatio-*

nem interpoſita cauſa principalis in ſuſpenſo hæret.
97 Libelli recuſatorij in partium inuentaria referri debent.
98 Recuſatio conſanguinitatis ratione vſque ad quartum gradum fieri poteſt.
99 Recuſationes iudicum ad lites futuras dirigi nequeunt.
100 Generaliter non niſi duo iudicum trientes recuſari poſſunt.

LIBER SECVNDVS.

1 Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere nequit de cauſis ædilium Eccleſiæ merè laicorum.
2 Generali parlamenti Tholoſani arreſto omnibus iniunctum fuit, vt elemoſynas publicas pauperibus darent.
3 Eccleſiaſtici cogi poſſunt Elemoſynas pauperibus dent.
4 Inter iuriſdictionem Eccleſiaſticam & ſecularem quædam affinitas eſt.
5 Sub prætextu fauoris piæ cauſæ hæres cogi nequit, vt pecuniam quã teſtator pauperibus ad certum diem præſtare iuſſerat, antè diem proroget.
6 Fauor pauperum recuſationem iudicis non impedit.
7 Alienatio rerũ Eccleſiæ ſine ſolẽnitatibus facta pro diuerſitate circũſtãtiarũ interdũ reuocari poteſt, interdũ verò irreuocabilis eſt.
8 Senatoribus priuati conſilij regis ſeſſio, aut votum in parlamento Tholoſano regulariter non conceditur.
9 Opinio minor è tribus vni ex maioribus iungi debet.
10 Error in concipiendis arreſtis commiſſus, antè eorundem pronunciationem à iudicibus corrigi ex officio poteſt.
11 Negotiationes præſidibus & ſenatoribus parlamentorum interdicta ſunt.
12 Officiales Huiſſiers per decretum parlamenti à tutela excuſantur.
13 Nuncij ſeu Huiſſiers parlamentorum ſcribas habere prohibentur.
14 Præſides & ſenatores Pariſienſes ac Tholoſani olim pro collegis inuicem habebãtur.
15 Magiſtratus præſidiales nulla ratione pro ſupremis iudicibus haberi poſſunt.
16 Magiſtratus præſidiales iuriſdictionis ſuæ limites non tranſgredi, neque parlamentorum auctoritati aduerſari debent.
17 Haud indiſtinctè & cuiuslibet generis literæ à præſidialibus expediri poſſunt.
18 Ex famoſa cauſa condemnato honos à parlamentis reſeruari poteſt.
19 In Francia tres iuriſdictionis ſpecies habentur, nempe alta media & baſſa.
20 A Capitolinis Tholoſanis immmediatè ad parlamentum appellatur.
21 Miniſtri Dominorum parlamenti, iuriſdictioni parlamenti ſubiecti ſunt.
22 Dominus ſuperior iuſtitiarius iudici vicarium dare poteſt.
23 Officiales regij ſunt perpetui.
24 Officialem Epiſcopi neceſſariò preſbyterum eſſe non oportet.
25 Vſuræ plerunque in numerata pecunia ſolui ſolent: rarò autem in frumento.
26 Decretum conſiſtorij Tholoſani eſt, in ea ſententia, quòd vſuræ in pecunia ſolui debeãt.
27 Vſuras curia Tholoſana planè improbat.
28 Antichreſis tum demum toleratur, quando fructuum certitudo haberi nequit.
29 Vſurarũ cõuentiones ad decimi nũmi proportionem reprobãtur, reſciſſioniq; ſubiiciũtur.
30 Pactum de retrouendendo interdum contractum pignoratitium & vſurarium reddit.
31 Fructus tẽpore reuẽditionis in fundo pẽdentes ad primum venditorẽ redimentẽ pertinẽt.
32 In concurſu plurimum creditorum vſuræ à parlamento Tholoſano tum demum adiudicantur, quando omnibus quoad ſortem principalem ſatisfactum fuit.
33 Fideiuſſor vigore obligationis nomine principalis ſui ſortem cum vſuris ſoluens, etiam vſuras rectè repetit antequã reliquis creditoribus, quo ad ipſam ſortem ſatisfiat.
34 Vnus ex plurib. fundi detentorib. in ſolidum conueniri poteſt.
35 Vnus vel plures ex fundi vectigalis detentoribus ob reditus ex illo debitos conueniũtur.
36 Reliqua Dominus feudi etiã tũ petere poteſt, quando ſubhaſtationi fundi feudalis ſe non oppoſuit.
37 Subhaſtatio molendini haud nocet ei, qui ius legitimè in eo conſtitutum habet.
38 Rerũ ſub haſta venditarũ fines oſtẽdi debẽt.
39 Parlamenta Tholoſani & Burdegalenſis arreſta diuerſa in adiudicatione & interpoſitione decretorum.
40 Fructus bonorũ occupatorum vſq; ad executionem decreti commodo debitoris cedunt.
41 Præſentare poſſunt ij, qui bona, quibus ius præſentãdi annexũ eſt, tanquã ſequeſtri tenẽt.
42 Recognitio ſcripturæ priuatæ poſt mortem debitoris facta parum prodeſt.
43 Heredi beneficium inuentarij propterea non adimitur, quòd alius ſimpliciter & abſolutè pro herede ſe gerere vult.
44 Hæres cũ inuẽtarij beneficio ad litiũ cõtra ſe motarum expenſas proprio nomine tenetur.
45 Venditor quoad res ſuas venditas adhuc extantes regulariter nullam præ reliquis creditoribus prærogatiuam habet.
46 Mercatores fraude circumuenti merces ſuas adhuc extantes vindicare poſſunt.

47 Phar-

47 *Pharmacopæi multis aliis creditoribus præferuntur.*
48 *Pharmacopæus quoad illa ſaltem medicamenta præfertur, quæ morbo ex quo debitor deceſſit, adhibita fuerunt.*
49 *Fideiuſſor creditori totum ſoluens, ſibi ipſi actionem parit contra confideiuſſorem.*
50 *Viduæ defuncti dotem repetenti præfertur, qui ad emptionem officij hereditarij credidit.*
51 *In tractu Thol. mulier dotem ſuam repetens omnibus creditoribus anteriorem tã expreſſam quàm tacitam hypothecã habentibus præfertur.*
52 *Matris creditoribus hypothecam habentibus, præiudiciũ fieri non poteſt propter ſemiſſem bonorum ſuorum filio donatur.*
53 *Donationis inſinuatio facit vt donatio ſtatim ab eo tempore, quo primo facta fuit, valeat non tamen contrà ſucceſſores particulares & cum titulo oneroſo.*
54 *Reſtitutio in integrum aduerſus omiſſionem inſinuationis donationum creditoribus donatorum non præiudicat.*
55 *Donatio legitimè inſinuata irreuocabilis eſt.*
56 *Inſinuatio donationis bonorum in diuerſis locis ſitorum eam ſaltem confirmat, quo ad bona, quæ in loco illo, vbi inſinuatio facta eſt, exiſtunt.*
57 *Donatio ante inſinuationem reuocabilis eſt.*
58 *Donationes nuptiarum cauſa factæ etiam inſinuationem deſiderant.*
59 *Donatio patris diu anteà facta pro noua donatione non habetur.*
60 *Donatio non reuocata etiam poſt tempus ab ordinatione præfixum inſinuari poteſt.*
61 *Inter duos emptores eiuſdem rei vectigalis potior eſt, qui primus inueſtituram impetrauit.*
62 *Inter duos emptores eiuſdem rei potior eſt qui prius realem poſſeſſionem apprehendit.*
63 *Tranſactio inter fratres multum fauoris meretur.*
64 *Creditori, cuius nomine debitoris bona anteà capta fuerunt, alius creditor occupatione recentiori præiudicare nequit.*
65 *A ſententiis arbitrorum rectà ad parlamentum reuocatur.*
66 *In tractu Thol. à ſententiis arbitrorum ad parlamentum appellantes hodie pœnam cõuentam prius non exſoluunt.*
67 *Vi ordinationis regiæ propinqui in cauſa diuiſionis & ſimilibus controuerſiis arbitros eligere & nominare debent.*
68 *Promiſſio, quæ ideò fit, ne malum committatur valida eſt.*
69 *Tranſigere poſſunt fratres, vt bona defuncti patris, æqualiter inter ſe diuidantur, quæ ob futuram matris electionem ad vnum ſaltem peruenire debebant.*
70 *Fratres in poteſtate patris cõſtituti, de eiuſdẽ adhuc viui hereditate tranſigere nequeũt.*
71 *Societas ob vniformẽ actuum continuationem à ſociorum hæredibus reaſſumi cenſetur.*
72 *Societas vniuerſorum & ſingulorũ bonorũ à marito ex vxore in pactis dotalibus contrahi poteſt.*
73 *Pater in liberorum bonis vſumfructum habens, per eorum nuptias non amittit.*
74 *Pater vſumfructum in bonis filiæ ex auunculi teſtamento acquiſitis non lucratur.*
75 *Venditor emtori victoriam obtinenti de euictione non tenetur.*
76 *Vidua, cui dotalitiũ à p̃defuncto marito conſtitutum fuit, ab eius herede cogi nequit, vt recepta dote, dotalitio renunciet.*
77 *Augmentum dotis etiam nondum integrè ſoluta peti rectè poteſt.*
78 *Tertius promittẽs ſe marito dotẽ nomine vxoris daturũ p̃miſſis in omnib. ſtare tenetur.*
79 *Bonorum Eccleſ. conductores ad mercedis ſolutionem tenentur.*
80 *Conductores Obbelli, iniuriam ad conductam rem non fruendam fruſtra ſe excuſant.*
81 *Retractus gentilitius extraneo cedi nequit.*
82 *Actio ex retractu gentilitio competens ad hæredes tranſmittitur.*
83 *Dominus directus præfertur agnato, qui iure retractus vti vult.*
84 *Matri ex ſucceſſione liberorum, quibus pupillariter ſubſtitutum fuit, legitimæ loco non tertia tertiæ, ſed integer triens debetur.*
85 *Præiudicium Tholoſanum de matre in ſuccedendis liberis pupillariter ſubſtitutis, quod integer ei triens debeatur.*
86 *Matris legitima eſt triẽs portionis illius, quã ab inteſtatò filio ſuccedẽs habitura fuiſſet.*
87 *Matri ab inteſtato ſuccedenti legitima non debetur.*
88 *Maritus cui lucrum dotis ſtatuto defertur ſocru ſua legitimam petente, potior eſt.*
89 *Electio à reſtituere grauato facta ante tempus mortis reuocari poteſt.*
90 *Donatario ante donatorem aſcendentem defuncto res donata ad hunc reuerti ſolet.*
91 *Iuri reuerſionis quoad donationem ab aſcendentib. factam præiudicari à liberis aut deſcendentibus donatariis nequit.*
92 *Reuerſio bonorum donatorum ad parẽtes donatores integrè fieri debet.*
93 *Is cui ſub conditione ſuſtinendi onera pro medietate bonorũ præſentiũ & futurorũ quota donata fuit, pro eadem legitimas præſtare & debita poſt factam donationem quoque contracta ſoluere tenetur.*
94 *Reſeruatum in donatione, ſi nihil de eo do-*

. nator diſpoſuerit, non ad donatarium, ſed ad donatoris heredes pertinet.

95 *Tutoribus, curatoribus & aliis adminiſtratoribus à pupillis & minoribus donari nequit.*

96 *Tutoribus honorariis & aliis, qui adminiſtrationem ſaltem momentaneam habent, donationes rectè fieri poſſunt.*

97 *Tyro in fauorem magiſtri ſui teſtari aut alium diſpoſitionem facere nequit.*

98 *Negotia alterius vltronee gerenti rectè donari poteſt.*

99 *Præſcriptio decennalis donationem tutoribus vel curatoribus factã cõtra conſtitutiones prohibitionem non confirmat.*

100 *Maior viginti quinq; annis petere poteſt reſciſſionem tranſactionis, quã in minori ætate cum tutore quondam ſuo iniit.*

LIBER TERTIVS.

1 *Heredes in expenſas litis, quã defunct⁹ prædeceſſor habuit, cõdemnati, eaſdem pro hereditariis ſuis portionibus ſoluunt.*

2 *In Francia cognitio ſiue agnitio chyrographi tacitam hypothecam inducit.*

3 *Vſura chyrographaris, à die demum agniti chyrographi debentur.*

4 *Repetens rem depoſitam apud eum qui heredẽ reliquit, cum beneficio legis, & inuentarij ad inſtantiam diſcuſſionis, q̃ inter heredem & cæteros creditores tractatur, ire cogitur.*

5 *In Francia vi regiarũ ordinationũ chyrographa ob vadimoniũ deſertũ vel vnũ ſaltẽ eremodiciũ pro agnitis habentur.*

6 *In Francia donatio inter viros ob omiſſã inſinuationem vitiatur.*

7 *Teſtatoris ſenectus cum animi inconſtantia aliquando facit vt hæreditas ab inteſtato deferatur.*

8 *Mobilia in Gallia per conſuetudinẽ hypothecæ ius nn recipiunt.*

9 *Clandeſtina conuentiones & repromiſſiones in fraudem matrimonij factæ improbantur.*

10 *Sententia à qua appellatum fuit, interdũ in fauorem quoque appellati, qui in ea acquieuit, reformari poteſt.*

11 *Quod hæres ex tranſactione ſeu deciſione, cũ poſſeſſ bonorũ defũcti lucratur ad ipsũ non ad defuncti creditores pertinet.*

12 *Aduocatus cũ cliente ſuo de quota litis paciſci prohibetur.*

13 *Ob morbum ſalario miniſtrorum nihil detrahi debet.*

14 *Meretrici vel adulteræ licitè donari nequit.*

15 *Fratres conſanguinei contra fratris teſtamentum, turpes perſonas inſtitutas, continens ex conſtitutione D. Conſtantini de inofficioſo dubium mouere queunt.*

16 *Coitus cum moniali pro inceſtu habetur.*

17 *Spurius hæres legatario legatum denegare non poteſt*

18 *Ob dotem etiam bona reſtitutioni ſubiecta alienari ab aſcendentibus poſſunt.*

19 *Legatum quoq; vxori relictum in bonis reſtitutioni ſubiectis valere aliquando pronunciatum fuit.*

20 *Augmentum dotis à donatione propter nuptias diſſert.*

21 *Heredes extranei fideicommiſſo grauati bona reſtitutioni ſubiecta, ne ob dotem quidem, vel donationem propter nuptias alienare poſſunt.*

22 *Maximus mulierum dotes repetentium fauor eſt. 152.*

23 *Maritus ſaltem tenetur ad id, in quantum facere poteſt.*

24 *Inuentarij omiſſio vxori quo ad dotem non præiudicat.*

25 *Authentica etiam in Francia obſeruatur.*

26 *Ob augmentum dotis mulier nullam prælationem habet.*

27 *Augmentum dotis in fauorem liberorum primi matrimonij defalcationi obnoxium eſt.*

28 *Defalcatio in fauorem liberorum primi matrimonij introducta in donationibus reciprocis locum non habet.*

29 *Status quæſtio moueri nequit liberis qui ex matrimonio ſolemniter atq; poſt trinam denunciationem contracto procreati fuerunt.*

30 *Mutatione monetæ facta vt creditor indemnis ſeruetur interdum contractus, nonnunquam etiam ſolutionis tẽpus ſpectandũ eſt.*

31 *Depoſitarius nummorum depoſitorum, ſpecies eaſdem, ſecũdum valorem depoſiti tempore reſtituere tenetur.*

32 *Clauſula adiecta ſententiis per quas cauſa à ſuperiore ad inferiorem remittitur, ad præſidem pertinet.*

33 *Indemnitatis promiſſio ab euictione propriè ſic dicta differt.*

34 *Debitor regulariter ad ſolam creditoris petitionem carceri mancipari nequit.*

35 *Carcerationes debitorum ad ſolam creditoris petitionem poſtea prohibitæ ſunt.*

36 *Reſtitutio in integrũ ita facienda eſt, vt vnuſquiſque in integrum ius ſuum recipiat.*

37 *Presbyter minor in integrũ reſtitui poteſt.*

38 *Minori viginti quinq; annis reſtitutio in integrum propterea non denegatur, quod Doctor legum ſit.*

39 *Reſtitui in integrũ etiã poteſt minor qui magiſtratum gerit.*

40 *Magiſtratus, etiam minores in munere peccantes, reſtitutionem in integrum petere nequeunt*

41 *Reſtitutionis in integrum remedia ob cauſam minoris ætatis & læſionis vltra iuſti precij dimidium eundem finem petunt.*

42 *Mulier minor in dotis conſtitutione læſa in integrum reſtitui poteſt.*

43 *Lega-*

43 Legatum legitimæ loco relictum, cuius ſolutionem certis pater præſtationibus diſtinxit filia inuita haud agnoſcere tenetur, ſed eo repudiato legitimam petere poteſt.

44 Minor 25. annis legitimam perſonam ſtandi in iudicio non habet.

45 Quando minor ætas in dubiũ vocatur quantitas debita interim conſignari debet.

46 Cuncta in ſtatu ſuo cauſa reſtitutionis in integrum pendente permanere ſolent.

47 Actuum publicorum ſolẽnitates ſunt fundamenta conſignationum, & quando iſtæ imdiuntur.

48 Subhaſtatio bonorum ſolitam conſignationem non impedit.

49 Contumacia eius, qui ad conſignationem cõdemnatus parere recuſat, aliis legitimis remediis coercetur.

50 Recuſans ſententiæ proviſionali parere damno litis non tenetur.

51 Regiorum diplomatum contra tranſactionẽ impetratorum comprobatio minoribus denegatur.

52 Quando minor in integrum reſtituitur, emptor creditor vel alias qui cum eo contraxit, ſolutum precium vel datam pecuniam haud aliter recuperat, quàm ſi probet eam in minoris vtilitatem verſam fuiſſe.

53 Minori vt rectè ſoluatur auctoritas curatoris accedere debet.

54 Ætas minor per ſolos actus, in quibus auctoritas curatoris interuenit probari nequit.

55 Tutor pupilli nomina expedita & idonea nõ reddens ſaltem de dolo & culpa tenetur.

56 Decennium, intra quod in Francia reſtitutio in integrum, contra contractum in minori ætate factum conceditur à tempore contractus, non verò à tempore minoris ætatis perfectè currere incipit.

57 Actuum geminatione principalis obligatio non augetur.

58 Emptor vltra dimidium iuſti precij læſus in integrum reſtituitur.

59 Beneficium l. 2. C. de reſcind. vend. in permutatione locum non habet.

60 Beneficium l. 2. C. de reſcind. vend. venditori propterea non tollitur, quod contractui venditionis clauſula donationis adiecta fuerit.

61 In locationibus fructuum temporalibus prædictum beneficium locum non habet.

62 Beneficium l. 2. C. de reſcind. vend. etiam in contractu emphyteutico quandoque locum non habet.

63 Prædictum remedium in hæreditate vendita non obtinet.

64 Emptor, contra quem venditor beneficio, d. l. 2. experitur, ſi tantùm adhuc offerat, quantum ad dimidium iuſti precij ſufficit.

65 Venditor, qui ſaltem vſque ad dimidium iuſti precij & non vltra læſus fuit, prædictum remedium vſurpare nequit.

66 De exceptionibus litis ingreſſum impedientibus primo omnium cognoſci & pronunciari debet.

69 Litigantes in omnibus caſibus, in quibus valor rerum per teſtes probari debẽt, incertos æſtimatores ſecundum regium edictum cõſentire debent.

68 Decennium regij edicti in venditionibus cũ pacto de retrouendendo à tempore contractus principalis currere incipit.

69 Hypotheca aliáq; onera ab emptore rei emptæ impoſita venditore vltra dimidiũ iuſti precij læſo & in integrum reſtituto reſolui debent.

70 Beneficio l. 2. C de reſc. vend. etiam venditoris vltra dimidium læſi creditores interdum vti poſſunt.

71 Curator bonis vacantibus datus terminos functionis ſuæ excedere debet.

72 Contractus ficti & ſimulati auctoribus ſuis noceant.

73 Donationes aliiq; actus ab infirmis facti medicis, inciuiles ſunt nec valent.

74 Secundo coniugi plus relinqui nequit, quàm quãtum vni ex liberis prioris matrimonij legitimæ loco debetur.

75 Defalcatio non valet, ſi vxor maritum ſecũdum heredem inſtituit, ita vt poſt mortem hæreditatem liberis inſtituat.

76 Defalcatio non valet, ſi maritus vxorem ſecundam heredem inſtituit, ita vt poſt obitum hereditatẽ liberis communib. reddat.

77 Damna & intereſſe viduæ mariti necẽ vindicanti, adiudicantur ſi ea ad 2. vota poſtea trãſeat defalcationi nihil præiudicatur.

78 Defalcatio in fauorem liberorum primi matrimonij introducta, non imputari debet in eorum legitimam.

79 In æquali ſubſtitutione vitrici & priuigni à muliere binuba facta defalcatio nõ locum habet.

80 Eligendi facultas patri ex teſtamento defunctæ vxoris competens ſecundis nuptiis non amittitur.

81 Defalcationi non fit obnoxiũ, quod mater ex primi mariti bonis capit.

82 Defalcatio valet ſi filia primi matrimonij quid obuenit per ſubſtitutionem pupillarẽ filio impuberi ſecundi matrimonij factam.

83 In dubio filius impubes ante matrem deceſſiſſe præſumitur.

84 Filiusfam. bona in nouercam conferens donatione mortis cauſa patre ſciente, defalcationi nihil detrahitur

85 Defalcatio conſideranda eſt iuxta tempus mortis eius, de cuius bonis agitur.

86 Mulier intra annum luctus nubens ſucceſſio-

ne liberorum impuberum ex priori matrimonio priuatur.

87 *Mulier intra luctus annum nubens, ſucceſſione liberorum impuberum prioris matrimonij priuatur, licet ea ſit delata nullis liberis ſuperſtitib. & relicta legitima ſalua.*

88 *Mulier intra luctum nubens priuatur bonorum vſuſructu ei in teſtamento mariti relicto.*

89 *Mulier ſecundo marito vltra partem tertiã bonorum donare non poteſt relinquens beſſem proximis ab inteſtato heredibus*

90 *Intra annum luctum nubens augmentum dotis conſuetudine Tholoſatum introductum perdit.*

91 *Minor ætas à pœnis aduerſus nubentes, intra annum luctus.*

92 *Pœnas in odium intra annum luctus nubẽtium introductas curia Tholoſana strictè adhuc obſeruat.*

93 *Excepta infamia reliqua pœna, quas ius in odium intra annum luctus nubentium introduxit, etiam hodie ſublata non ſunt.*

94 *Legatum iam præſtitũ à muliere intra annum luctus nubente repeti poteſt.*

95 *Pœna intra annum luctus nubentibus conſtituta à maritis remitti nequit.*

96 *Pœna intra annum luctus nubentium etiã in ſpõſis per verba de præſenti locũ habẽt.*

97 *Beneficio authentica* præterea C. vnde vir & vxor. *ſponſa de præſenti gaudere nequit.*

98 *Quãdo ex priori matrimonio nulli liberi extant, tum poſt annum luctus mulier impunè ſecundas nuptias contrahit.*

99 *Fiſco non applicantur ea, quæ à vidua luxurioſè viuente auferuntur.*

100 *Mulier intra annum luctus nubens perdit facultatẽ eligendi inter liberos prioris matrimonij à priori marito conceſſam.*

LIBER QVARTVS.

1 *In Francia in ſucceſſione defuncti mariti fiſcus vxori præfertur.*

2 *Vidua dotem repetenti heres defuncti mariti adulterium cuius accuſata & conuicta illa fuit, obiicere poteſt.*

3 *Partus vndecimeſtris pro legitimo haberi nequit.*

4 *Nonnullæ mulieres, maritos ſuos adhuc habentes duodecimo vel vlteriori menſe ſe parare exiſtimant: cùm tamen nulla iuxta naturæ ordinem poſt 10. menſem perfectum & abſolutum parere ſoleat.*

5 *Nati ex inceſto coitu, per ſubſequentem diſpẽſationem legitimari poſſunt.*

6 *Ex illicita coniunctione ob mulieris errorem legitimi naſci poſſunt.*

7 *Acceptare donationem filio factam pater etiam ſine ſpeciali mandato poteſt.*

8 *Annuli atque alia iocalia ſponſæ à ſpõſo miſſa, vt plurimũ donata fuiſſe præſumuntur.*

9 *Alienationis prohibitio dominij translationem impedit.*

10 *Quando contra contractus legem, aliquid alienatur, tum non ſolùm alienator, ſed etiam nouus emptor conueniri poteſt.*

11 *Vnica interpellatio oportuno loco & tempore facto, interdum ſufficit.*

12 *Donatio in fauorem liberorum poſtea natorum reuocatur.*

13 *Beneficium Diui Conſtantini naturalib. liberis nõ competit niſi legitimati ſint, licet illi donationem tanquam inofficioſam impugnare queant.*

14 *E duobus aut pluribus, qui extra cauſam fideiuſſionis debitores in ſolidum, & præſentes atque idonei ſunt, quilibet ſaltem pro ſua quota conueniri debet.*

15 *Officium gerentes eius contemplatione cõtraxiſſe præſumuntur.*

16 *Inſtiter captiuus domini ſumptibus liberari debet.*

17 *Poſt rem iudicatam debitor ad ceſſionis beneficium confugere nequit.*

18 *Tutor idoneè cauens in adminiſtratione tutelæ præferri ſolet.*

19 *Filiabus dotẽ accipientibus renũciatio, quã fecerunt, haud obſtat quo minus legitimæ ſupplementum petere poſſint.*

20 *Liberi, qui hereditati paternæ vel maternæ renunciarunt, ad eandem ab inteſtato admittuntur, ſi defunctus nullos præterea liberos ſucceſſionis capaces reliquerit.*

21 *Renunciatio non porrigitur vltra ſucceſſionem, cuius contemplatione interpoſita fuit.*

22 *Renunciatio filiæ circa bona paterna & materna non extenditur ad ea, quæ pater ad ſecundas nuptias conuolans perdidit.*

23 *Eius quæ renunciauit liberi quoque à ſucceſſione, cui renunciatum eſt, excluduntur.*

24 *Filia per renunciationem à ſucceſſione excluſa computatur in liberorũ numero quo ad augendam legitimam.*

25 *Excluſus ipſo iure partem non facit.*

26 *Ad conſummationem renũciationis poſt obitum eius, cui renunciatio fieri debuit, renunciare promittens cogi nequit.*

27 *Venditoris heres ſuam à venditore alienatam etiam refuſo precio vendicare nequit.*

28 *Venditio per numerum facta non ſemper vẽditorem ad numerum illum perficiendum obſtringit.*

29 *De immobilibus, quæ parentes liberis in dotem dant laudimia non debentur.*

30 *Ob addictionem bonorum immobilium à iudice factam laudimia & alia iura domino directo debentur.*

31 *Lau-*

31 *Laudimia partem precij non faciunt.*

32 *Laudimia ab emptore exoluta venditor, aut quicunque alius rem venditam retrahens refundere tenetur.*

33 *Laudimia etiam ex feudis nobilibus debentur.*

34 *Feudi dominus illum, qui ab eius vaſallo emit, neceſſariò inueſtire non tenetur, ſed ipſemet refuſo precio, & reſtitutis emptori impenſis feudum retinere poteſt.*

35 *In Francia nullum prædium allodiale ſeu Francum eſſe præſumitur.*

36 *Agnatus iure retractus vtens laudimia à primo emptore præſtita eidem refundit.*

37 *Ex permutatione regulariter laudimia non debentur.*

38 *Laudimia ex venditionibus, vigore pacti adiecti reſolutis primus emtor præſtat & eidem venditor redimens refundat.*

39 *Inueſtitura olim recepta, hodiè à venditoribus in contractu per clauſulas apponi ſolitas ad eundem effectum fiunt.*

40 *Ob merum venditionis tractatum nulla laudimia debentur.*

41 *Ex donatione laudimia non debentur.*

42 *Ex adiectione iudiciali laudimia debentur.*

43 *Ex alienatione neceſſaria nulla laudimia debentur.*

44 *Ob laudimia non ſoluta interdum multa debetur.*

45 *Accapita & retrocapita reliquiis affinia videntur.*

46 *Retentioni feudali & laudimiis triginta annis præſcribitur.*

47 *Quota cenſus præſcribi nequit.*

48 *Sola declaratione à venditore facta dominum directum ſe eſſe nemo probare poteſt.*

49 *Annua penſio ex ædibus vrbium præſtare ſolita ſemper redimi poteſt.*

50 *Ex alienatione neceſſaria laudimium non debetur, neque ob peremptam fundi partem penſio domino debita deminuitur.*

51 *Ex alienatione iudiciali laudimia demum poſt realem decreti executionem debentur.*

52 *Sententia & arreſta ſine executione illuſoria ſunt.*

53 *Facultati luendi redditum fundo inhærentem contractus lege perpetuò permiſſa præſcribi nequit.*

54 *More Tholoſano lucrum dotis, aut etiam donationis propter nuptias demum locum habet, quando mulier carnaliter cognita, aut transducta fuit.*

55 *Pactio vel ſtatutum de lucro dotis eiuſdémque augmenti ad deſponſatos non pertinet.*

56 *In Francia vxores viris ad inopiam vergentibus dotium augmenta exigere nequeunt.*

57 *Tholoſates multis priuilegiis gaudent atque contra peregrinos Tholoſæ habitantes Albinagij ius exerceri nequit.*

58 *Rex Franciæ nullam Occitaniæ ſine eiuſdem prouinciæ ordinum conſenſu collectam imponit.*

59 *Refectio publicarum ad proximos vicinos ſpectat.*

60 *Quando teſtes de diuerſis ſummis deponunt, iudex interdum minimam nonnunquam etiam mediam ſequi poteſt.*

61 *Superfluus numerus teſtium magis nocet quàm prodeſt.*

62 *Inquiſitio, ſeu examinatio teſtium ex parte nulla interdum vitiatur in totum.*

63 *Clericos teſtimonium dicentès haud neceſſariò tactis ſacris Euangeliis iurare oportet.*

64 *Inquiſitio variis modis nulla & irrita reddi poteſt.*

65 *Inquiſitiones, quæ arreſtis nullæ declarantur iiſdem ſimul etiam reiici ſolent. ſiue hoc expreſſe, ſiue tacitè fiat.*

66 *Examinationes teſtium ſeu confectiones inquiſitionum relatoribus cauſæ principalis committi non debent.*

67 *Nullitates inquiſitionum & reprobationes teſtium cumulari poſſunt.*

68 *Vnius teſtis inhabilitas non ſuppletur ex habilitate alterius.*

69 *Depoſitiones teſtium diuidi poſſunt.*

70 *Is, contra quem teſtes producuntur, quod contra eos oppoſitiones adducere velit, proteſtari debet.*

71 *Commiſſarius iuramentum à teſtibus etiam adiuncto abſente recipere poteſt.*

72 *In ſupremis Franciæ curiis publicationes teſtimoniorum receptæ non ſunt.*

73 *Litigatoris, qui ſecretum inquiſitionis expiſcatus fuit. oppoſitiones contra teſtes haud attenduntur.*

74 *Teſtes reprobare & eorum depoſitionibus contradicere ſunt diuerſa.*

75 *Oppoſitiones contra dicta teſtium ex delictis ſeu criminibus tum demum peti poſſunt, ſi euidens eorundem probatio extet.*

76 *Ob blaſphemiam teſtis reprobari poteſt.*

77 *Frater teſtimonium pro fratre ſuo dicere nequit.*

78 *Reprobationes reprobationum regulariter nõ admittuntur.*

79 *Reprobationes ab vno vel pluribus eiuſdem delicti complicibus propoſita etiam reliquis præſunt.*

80 *Ius ſingulare & priuil. non inſtar iuris communis ſunt tenenda.*

81 *Proceſſus partitio quando pro dirempta teneatur.*

82 *Sentẽtia ad torturã condẽnans mitior habetur condẽnatione ad triremes per decenniũ.*

83 *Ob inimicitiam capitalem teſtis reprobari poteſt.*

84 *Inimicitiæ affectatæ non attenduntur.*

85 *Vidua inimico mariti defuncti poſt annũ luctus nubens legatis aliiſque ſimilibus non priuatur.*

86 *Producti teſtis is non poteſt, qui antè in eum reum teſtimonium dixit.*

87 *Haud indiſtinctè omnes voluntarij teſtes iuſtè reprobari poſſunt.*

88 *Nemo teſtes, quos ipſemet, antea produxit, ab aduerſario ſuo itidem poſtea productos regulariter probare poteſt.*

89 *Interdum quis teſtem, quem ipſemet antea produxit, ab aduerſario ſuo poſteà productum rectè reprobare poteſt.*

90 *Oppoſitiones generales & incerta contra teſtes in curia Tholoſana reiiciuntur.*

91 *Oppoſitio contra teſtem pecunia corruptum, ad deponendum non admittitur.*

92 *Parentes & liberi inuicem aduerſus ſe, ad teſtimonium admittendi non ſunt.*

93 *Teſtis ob contumaciam antea relegatus, vel ad grauiorem multam condemnatus interdum reprobari poteſt.*

94 *In Francia reprobationum oppoſitione examen teſtium haud impeditur.*

95 *Colonus à domino directo teſtis produci poteſt.*

96 *Ob excommunicationem teſtis productus interdum reprobari poteſt.*

97 *Ea quibus teſtes reprobati defendi ſolent, ſaluationes appellantur.*

98 *Inimicitia, quando de facta reconciliatione ritè doceri poteſt, haud amplius attẽdi debet.*

99 *Teſtes quorum teſtimonium reprobatum eſt, infamium loco haberi non debent.*

100 *Eccleſiaſtici iuriſdictionem ſuam in rebus ſecularibus per varias molitiones auxerũt.*

LIBER QVINTVS.

1 *Filiusfamilias etiam cum patris conſenſu teſtari nequit.*

2 *Teſtamentum etiam à filiafamilias nupta factum non ſubſiſtit, niſi peculiari loci conſuetudine firmetur vel clauſulam codicillarem habeat.*

3 *Filiusfamil. patri auctori mortis cauſa rectè donare poteſt.*

4 *Ad teſtamentum etiam nuncupatiuum ſcriptura adhiberi ſolet.*

5 *Teſtamentum iuxta conſuetudinem Tholoſanam iuri canonico conformem, coram duobus aut tribus teſtibus fieri poteſt.*

6 *Teſtamentum ad interrogationem alterius factum, plerúmque ſuſpicione laborat.*

7 *Nemo etiam inter liberos nutu teſtari poteſt.*

8 *Vi ſubſtitutionis facta in voluntatis extremæ inſtrumento clauſulam codicillarẽ habente hereditatem petens haud ſemper declarare tenetur vtrũ ex illo, tanquã teſtamẽto, an verò veluti codicillis agere velit.*

9 *Poſthumi inſtitutio refertur ad illum quoque poſthumum, qui tempore conditi teſtamenti nondum in vtero ſed ſerò admodum natus ſuit.*

10 *Accreſcendi ius etiam ad fideicom. vniuerſalia pertinet.*

11 *Parentes in liberorum teſtamentis inſtitui, vel iuſtè exheredari debent.*

12 *In teſtamento ob præteritionem liberorum irrito ſubſtitutio pupillaris nihilominus valida eſt.*

13 *Ob præteritionem poſthumi à patre ignoranter factam legata vitiantur niſi ad pias cauſas relicta fuerint.*

14 *Pater filium ea lege heredem inſtituens, ſi relicta vita religioſa ad ſtatum ſecularem reuertatur non conditionaliter, ſed purè diſpoſuiſſe cenſetur adiectáque conditio pro non ſcripta habetur.*

15 *Teſtamẽtum imperfectum inter liberos haud aliter valet, quam ſi à patre teſtatore ipſomet ſcriptum, vel ſaltem ſubſcriptũ fuerit.*

16 *In teſtamento peſtis tempore facto quinque teſtes requiruntur, atque eoſdem teſtamentum ſubſcribere & ſignare oportet.*

17 *Iuri militari teſtari poſſunt omnes, qui in hoſticolo ſunt, atque etiam ciues, qui obſeſſam ab hoſte vrbem defendunt.*

18 *Subſtitutio ab auia materna facta ita accipi debet, ne ſuperſtitibus nepotibus damnum, atque liberis ex alio thoro procreatis commodum pariat.*

19 *In teſtamentis, in quibus liberi inſtituti fuerunt, tacitè ſubintelligitur clauſula derogatoria quoad teſtamenta ſequentia.*

20 *Clauſula derogatoria in primo teſtamento inter liberos tacitè ſubintelligitur, ſi liberi in poſteriori quoque inſtituantur.*

21 *Clauſula derogatoria ob fauorem piæ cauſæ in teſtamentis etiam ſubintelligitur.*

22 *Liberorum inſtitutio & exheredatio neceſſaria eſt.*

23 *Teſta-*

23 *Teſtamenti reuocatio verbalis valida eſt, ſi decem anni lapſi fuerint.*

24 *Inuentarij beneficiũ heredi à teſtatore adimi non poteſt.*

25 *Per ſubſtitutionem compendioſam,quæ tacitam pupillarem comprehendit matri in legitima præiudicari nequit.*

26 *Per ſubſtitutionem extranei ſub conditione ſi filius decederit ſine liberis,etiam communibus verbis cõceptam matri in medio exiſtenti præiudicium fieri nequit.*

27 *Compendioſa ſubſtitutio à reciproca vel breui loqua non parum differt.*

28 *Conditio in odium religioſorum legato adiecto pro non ſcripta habetur.*

29 *Fiſco non applicatur illud,quod heres ſpurio teſtatoris reſtituere expreſsè & palam rogatus fuit.*

30 *Spurij filiis legitimis auus naturalis, cui legitimi liberi ſunt,legare nequit.*

31 *Pater naturalis à filio ſpurio heres inſtitui non poteſt.*

32 *Heres extraneus Trebellianicam detrahere nequit, de iis bonis,quæ teſtator pleno iure reſtitui iuſſit.*

33 *Fideicommiſſum conditionale etiam ad liberos fideicommiſſariorum nonnunquam tranſmittitur.*

34 *Res à patre teſtatore filio heredi ante conditum teſtamentum donata fideicommiſſo in fauorem alterius filij affici poſſunt, dummodo expreſſa verba teſtatoris voluntatem arguant.*

35 *Res à teſtatore heredi ante teſtamentũ factum donatæ fideicommiſſo afficiuntur.*

36 *Fideicommiſſum conditionale ad liberos ſaltem & deſcendentes teſtatoris in linea recta tranſmittitur,non verò ad eos,qui eidem extranei ſunt.*

37 *In diſpoſitionibus per verba collectiua factis perſonæ cum pluribus gradibus in iis comprehenſæ,ordine ſucceſſiuo vocantur.*

38 *In fauorem ſubſtitutorum à teſtatore liberorum vel deſcendentium alternatiua in copulatiuam mutari ſolet.*

39 *Extranei iuxta ſtylum Tholoſanum grauato ſubſtituti ſtatim excluduntur.*

40 *Copulatiua in deſcendentium fauorem etiam in alternatiuam in fideicommiſſis legari poteſt.*

41 *Alternatiuæ conuerſio etiam in Eccleſiæ fauorem in copulatiuam,& econtra fit.*

42 *Subſtitutio pupillaris in reciproca contineri non poteſt.*

43 *Reciproca ſubſtitutio à patre inter liberos diuerſorum matrimoniorum firmiter fit.*

44 *Subſtitutione reciproca & pupillaris continetur.*

45 *Ius accreſcendi ſubſtitutioni adiectum trãſmiſſionem operatur.*

46 *Heredes in vſufructu cũ onere legata præſtandi,atque in proprietate proximum ſuũ agnatum inſtituens cenſetur ſenſiſſe de eo qui poſt obitum fructuariorum proximus erit.*

47 *Aſcendentes ſicut & deſcendentes in fideicommiſſo conditionali duas quartas detrahere poſſunt.*

48 *Legata vt plurimum à fideicommiſſario nõnunquam verò ab herede de grauato præſtantur.*

49 *Trebellianicæ detractio etiam liberis primi gradus,& quidem per codicillos prohiberi poteſt.*

50 *Heres fideicommiſſo grauatus impenſas funeris ſolutionem debitorum atque alia hereditaria onera ſaltem ratione quadrantis ceu hereditariæ portionis ſuſtinet.*

51 *Liberi quoque in ſecundo vel vlteriori gradu conſtituti prædefunctis iis, qui in primo gradu fuerunt, ab imputatione fructuum in Trebellianicam immunes ſunt.*

52 *Teſtator proximiorem in parentela ad fideicommiſſum vocans, eum qui ſibi non verò qui inſtitutis heredibus,proximior eſt vocaſſe cenſetur.*

53 *Pater vſumfructum non habet in bonis liberorum iis,quæ ij ex ſucceſſione ab inteſtato,prædefunctorum fratrum acquiſiuerunt.*

54 *Alienationes & hypothecæ rerum reſtitutioni ſubiectarum,donec caſus ſubſtitutionis eueniat,in ſuſpenſo hærent.*

55 *Legitima non pars hereditatis: ſed quota bonorum eſt, atque ideò detracto demum ære alieno ære debetur.*

56 *In reſtitutionem fideicommiſſi etiam veniunt illa, quæ non hereditati,ſed ipſi teſtatoris heredi accreuerunt.*

57 *Quod ad grauatos ex ſubſtitutione pupillari peruenit reſtitutioni in fauorem fideicommiſſariorum obnoxium eſt.*

58 *Prælegata in reſtitutionem fideicommiſſi regulariter veniunt.*

59 *Teſtatoris voluntate fieri poteſt,ne prælegata in reſtitutionem fideicommiſſi regulariter veniant.*

60 *Ob ſeparationem in ſola inſtitutione factã neque in ſubſtitutione repetitam prælegata à fideicommiſſi reſtitutione haud excluduntur.*

61 *Ob peculiarem quoque ſubſtituti fauorem interdum prælegata reſtitutioni obnoxia ſunt.*

62 *Ob inuentarij omiſſionem Trebell.non amittitur.*

63 *Heres grauatus de Trebellian.quam detra-*

hit, teſtamentum condere, atque in eo inſtitutos heredes denuò grauare poteſt, quidem itidem Trebel. detractio haud denegatur.

64 Bona quæ teſtator ſub pacto de retrouendendo, & deinde poſt eius obitum heres grauatus purè emit quatenus fideicōmiſſario reſtituenda ſint.

65 Quinam fructus ab heredibus grauatis percepti fideicommiſſi eueniente reſtitui debeant.

66 Liberi in conditione poſiti ad fideic. haud vocati cenſentur.

67 Liberi in conditione poſiti in contractibus vocati cenſentur.

68 Liberi in conditione poſiti ob maſculinitatis adiectionem interdum vocati videntur.

69 Maſculi liberi in conditione poſiti, in diſpoſitione quoad partem etiam cenſentur eſſe inſtituti.

70 Conditio, ſi ſine liberis heres decedat, ſiue ſimpliciter, ſiue abſolutè concepta, differentiam non parit.

71 Conditio, ſi heres ſine liberis decedat, an etiam liberos liberorum contineat.

72 Progrediens à liberis ad eorum deſcendentes & extraneos vſque ceſetur vocare liberos in conditione poſitos.

73 In ſubſtitutione plurium graduum ſub conditione ſi ſine liberis, ſi is, qui in medio gradu eſt relictis liberis ante heredem inſtitutum, præmoriatur, conditio interdum deficit.

74 Conditio ſi ſine liberis ſtatim deficit ſi grauatus relictis liberis moriatur, etiamſi y mox decedant.

75 Heres grauatus monaſterium ingrediens, atque profeſſionem religionis faciens, efficit vt conditio, ſi ſine liberis deficiat.

76 Herede grauato ad ſacros ordines promoto conditio ſi ſine liberis, neque deficere, neque expleri intelligitur.

77 Liberis, vt conditionem ſi ſine liberis deficere efficiant, perfectè viuos natos eſſe oportet.

78 Negatiua conditio ſi liberos non habeat, liberorum natiuitate deficit.

79 Liberi illegitimi efficere nequeunt, vt conditio ſi ſine liberis deficiat.

80 Si à patre duo fratres tertio, ſi ſine liberis decedat, ſubſtituti fuerint, atque ſubſtitutorum vnus perpetuò ad triremes condemnetur, fideicom. integrum ad alterum excluſo condemnati filio pertinet.

81 Mors ciuilis, præſertim quoad fideicommiſſa æqualem ſæpius cum naturali effectum habet.

82 Fideicomm. prætendi nequit à filiis ab inteſtato decedentis, qui ab auunculo heres ita inſtitutus fuerat, vt aliquando heredes, quos ſcripturus eſſet, nomen ſuum ferre iuberet.

83 Conditio ſi ſine liberis tacitè ſubintelligitur in ſubſtitutione, quam teſtator deſcendentibus ſuis in recta linea, non verò quam propinquis ſibi in linea collaterali coniunctis fecit.

84 Fauor pauperum haud impedit, quo minus prædicta conditio in ſubſtitutione deſcendentibus.

85 Conditio ſi ſine liberis ita demum in ſubſtitutione tacitè ſubintelligitur, ſi heres poſt mortē ſuam reſtituere grauato fuerit, neque ſubſtitutus ex numero deſcendentium in recta linea teſtatoris ſit.

86 Reſtitutiones fideicom. vſque ad quartum gradum conſiſtunt.

87 Legatario vſufructus mortuo vſusfructus ad eos redit, apud quos proprietas eſt.

88 Quando ſubſtituti heredes ad fideicommiſſum vocantur, etiam heredes particulares vocati cenſentur.

89 In donationibus ſpectandum eſt, cuiuſnam contemplatione donatum fuerit.

90 In contractu matrimony inſtitutiones heredum & ſubſtitutiones fieri poſſunt.

91 Vox ſuorum diſpoſitioni adiecta fideicom. non inducit.

92 Teſtamentum iuxta conſuetudinem loci alicuius factū, etiam quo ad bona extra illam ſita valent.

93 Militis extrema voluntas duobus teſtibus probari poteſt

94 Diuerſitas inſtrumentorum ex protocollo ſeu matrice ſcriptura iudicatur.

95 Heredes inſtituti & ſucceſſores vniuerſales ſubſtitutionem eo nomine impugnare nequeunt, quòd inſinuata non fuerit.

96 Renunciatio ſubſtitutioni fideic. facta ſubſtitutos impedit ne ad fideicom. admittantur, dum modo expreſſa fuerit.

97 Mutuum coniugum teſtamentum poſt vnius obitum ab altero, quo ad ſuam diſpoſitionē reuocari poteſt.

98 Legatum nepti relictum ſub conditione ſi nobili nuberet, non tranſmittitur: ſecus verò eſt, quod legatum nepoti ita relictum vt præſtaretur ſi 25. annum attigiſſet.

99 Legatum nominum teſtator reuocaſſe cenſetur, ſi poſt factum teſtamentum ipſemet debitum exegerit, niſi exactionem alia mente factam fuiſſe legatarius probet.

100 Vſusfructus omnium bonorum vxori à marito relictus liberis extantibus, alimenta reſtringitur.

NOTA-

NOTABILIVM ET SINGVLARIVM QVÆSTIONVM IVRIS SCRIPTI DECISARVM AVT PRÆIVDICATARVM PER ARRESTA MEMORABILIA PARLAMENTI Tholoſani.

Liber Primus.

DECISIO I.

ARGVMENTVM.

Ob miſſam vel aliud Seruitium diuinum precium aut Salarium exigi nequit.

SVMMARIA.

1 *Arreſtum parlamenti Pariſienſis, quo pronunciatum fuit, Sacerdotem agere poſſe çoram iudice competente nomine Salarij ob miſſam, quàm pro alio celebrarat, debiti.*

2 *Rationes infirma & auctoritates impertinentes à defuncto Dn. Papone ad confirmationem arreſti illius allegata.*

3 *Aliud arreſtum parlamenti Tholoſani, per quod iudicium de ſimili quaſtione ſuſpenſum fuit, & quare hoc factum fuerit.*

4 *Error Gratiani auctoritate pontificis maximi correctus.*

5 *Ordinationes in comitiis ordinum regni Aurelia habitis facta, prohibent omnibus pralatis & Eccleſiaſticis omnem exactionem pro adminiſtratione Sacramentorum atque aliarum rerum Spiritualium non obſtantibus quibuſcunq; pratẽſis conſuetudinibus laudabilibus.*

6 *Derogatio prædictarum ordinationum, quoad vltima illa verba;* contra dictas cõſuetudines laudabiles.

7 *Salarium pro tempore, quod celebrationi miſſa aut alterius ſeruitij diuini expeditioni impenditur, Chriſtianè pratendi aut peti nequit.*

8 *Conſilium Carthaginenſe quartum allegatur & explicatur.*

AD quæſtionem
olim in dubiùm
vocatam, num
ſacerdos agere
atq; ſalariũ petere
poſſit eo nomine,
quod miſſam † pro alio 1
celebrarit, & coram quo iudice, Eccleſiaſtico aut ſeculari, defunctus dominus Lucius (qui inde etiam collectionem arreſtorum ſuorũ, Latino idiomate conſcriptorum exorſus fuit) reſpondit, ſummæ apud Gallos curiæ placuiſſe petere licere [a] ſed non à prophano, niſi apud prophanum iudicem. Huic arreſto tam à dicto Dn. Lucio, quam à defuncto Dn. Papone, in enchiridio Gallico arreſtorum, die 11. Iulij, anni 1531. aſſignatur, atque eiuſdem rationes

ADDITIO.

a Renatus Choppin. *l.2.c.2.n.1.de Sacr. politia.*

nes afferũtur:quamuis Dn. Lucius Chriſtianę modeſtiæ & ſacerdotis dignitati longè conuenientius eſſe exiſtimet, ſi alium ſe habens, vnde ſe exhibere queat, ei in re potius iniuriam patiatur, quàm litiget. Nam præter illud, quod Dn. Papon affert, nempe talem rem eſſe, quæ non peti, ſed gratis dari debeat, conſiderari etiam poteſt, petitionē eiuſmodi nō modo per ſancta decreta & ſacros canones
2 (quos Dn. Papon † pro confirmatione prædicti arreſti, ſed impertinenter, cū ij planè eo non pertineant, allegat) verum etiam per nouellas Iuſtiniani conſtitutiones prohibitam videri, in primis vero per eā [a] qua Imperator ſancit, gratis omnia procedere atque defunctiones & miniſteria nō per venditionē, nec per mercationē aliquam, ſed purè & citra redemptionem fieri debere. Quæ prohibitio etiam ſpecialior eſt, magíſque in terminis vrget, ſi in Græco textu τὰς γὰρ τῆς δεσπότου θεοῦ λειτουργίας τε καὶ ὑπηρεσίας κ' κατὰ πρᾶξιν &c. vocabulum λειτουργίας accipiatur pro celebratione miſſarum, quemadmodū maxima pars DD. Catholicorum illud, quod in actis Apoſtolorum habetur [b] λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ, neotericis noſtris quantumuis reclamantibus [c] accipit. Quam ob cauſam cùm in ſecunda Camera inquiſitio-
3 nū parlamenti Tholoſani ſimilis † quæſtio oboriretur in cauſa per appellationē à Seneſcallo du Puy aut eius vices gerēte ad parlamentum deuoluta, pręſide Dn. de Chauuet (viro tā eximio officio ob pręclaras virtutes, eruditionem & ſingularē experientiā digniſſimo) ad noſtram relationem iudiciū de eadē ſuſpenſum, atque proceſſus veluti paxillo affixus fuit, vt haud aliter in poſterum mentio eius fieret, quā illius, quē Areopagitæ ad centum vſque annos diſtuliſſe leguntur, tum quod nullum ſolidum deciſionis fundamētum hic eſſet, tum quod ea ratione occurri poſſe exiſtimaretur conſequentię admodum noxiæ & periculoſę, quoad ordinē Eccleſiaſticum. Cui ordini Eccleſiaſtico optandum eſſet; quēadmodum per deputatos pontificis Gregorij
4 XIII. correctus fuit error Gratiani † qui pro Gręco vocabulo κώμης, quod Latinè *pagum* ſimilem ve vicū denotat, particulā Latinam poſſeſſionis ſubſtituit [e] ſicque gloſſatori occaſionē dedit, quo titulū ſacerdotalem non tantum ad Eccleſiā ſeu beneficium Eccleſiaſticū, ſed etiā ad poſſeſſionē & patrimonium tēporale, quod in locum beneficij ſuffectum, titulus ordinandi appellatur, [g] referret, vt eadem ratione omnis, qui inde deriuatus fuit, abuſus corrigeretur, atque ſic ſacerdotibus conuenientes titulos habētibus nulla planè occaſio daretur eiuſmodi actionem vel petitionem inſtituendi. Cui abuſui atq; extremę auaritię, quę res Eccleſię venales reddiderat, vt occurreretur per ordinationes † factas in comitiis ordinum regni Aurelię habitis prohibitum fuit [h] ne liceret prælato, curioni aut alij perſonæ Eccleſiaſticæ, quicquā exigere pro adminiſtratione ſanctorum ſacramētorum, ſepulturis aut aliis rebus ſpiritualibus. Non obſtantibus prętenſis, laudabilibus conſuetudinibus & cōmuni vſu. Permiſſum tamen cuiuſlibet diſcretioni & volūtati fuit, illud dare, quod ſibi placeret & ęquū videretur. Quę ordinatio licet parum obſeruata (eo quod derogatum ei † quoad vocabulum *laudabilium conſuetudinum* per recentiorē i nonnulli exiſtiment) deciſionem prędictæ quæſtionis ſuppeditare poterit. Atque ideo parum obſtabunt ea, quę gloſſa & Canoniſtæ afferre ſolent, atque quibus vtitur Dn. Lucius, quando loquitur de operæ veluti locatæ precio. Nā ea, ad ſalarium miſſæ vel aliorum ſeruitiorum diuinorum referri, eorundem ſanctitas & ſpiritualitas, vel ipſis Canoniſtis fatentibus, nō patitur, neq; itidē iſta accipi poſſunt, de precio vel Salario tēporis, quod ſacerdotes aut aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ diuinis ſeruitiis impēderūt, quaſi interim operas ſuas aliter locare potuiſſēt. Pręterquā enim, quod eiuſmodi allegatio planè impia & abominabilis eſt. Doctores quoq; illi nō loquūtur de curionibus, vtpote qui in parochiis † ſuis miſſam celebrare obſtringuntur & quibus ſatis

5 (margin, beside "per ordinationes †") · 6 (margin, beside "derogatum ei †") · 7 (margin, beside "in parochiis †")

Additiones.

[a] *Nou.56.* [b] *c.13.* [c] Imò non immeritò Euangelicæ religionis addicti contra eos, qui Catholici vocari volunt, reclamant; quemadmodum Dn. Chemnitius atq; alij Theologi Auguſtanæ confeſſionis in ſcriptis ſuis eruditiſſimis cōtra pontificios abundè demonſtrarunt. [d] *c.neminem, diſt.70. in decret. Gratian.* [e] *c.tuis qu.c. Epiſcopus; ext. de præbend.* [f] Ordinat. Eccleſiaſt. *artic.15.c.5.* [h] Ordinatio Henrici regis Francię & Poloniæ in comitiis Bleſenſibus facta Anno 1576. *art.51.*

ſatis per reditus parochiarum proſpectũ eſt, vt ideo in iis prędicta ratio ceſſet.a Si noſtri mores & regulæ Eccleſiaſticæ ferrent, vt iuxta decretum † concilij Carthaginenſis IV. b ſacerdotes noſtri poſſent & deberent artificiolo vel agricultura victum & veſtimentum ſibi parare: tamen hoc iuxta ipſam concilij declarationem intelligendum eſſet, abſque officij ſui duntaxat detrimento. Quare gloſſa illa, quæ vult ſacerdotem egenum accipere poſſe Salarium pro miſſa, atque ita operas ſuas locare minimè probatur per textum, vnde deſumitur. c Haud parum enim differunt gratuitò aliquid ab aliquo oblatum accipere, atque ad dandum iudicialiter aliquem compellere. Noſtri ſacerdotes hodie ad ſacros ordines ſine titulo ſacerdotali promoueri prohibentur adeò, vt Epiſcopus ſi aliquẽ ſine certo titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat, in diaconum vel presbyterum ordinauerit, tamdiu ei neceſſaria ſubminiſtrare teneatur, donec in aliqua Eccleſia ei conuenientia ſtipendia militiæ clericalis aſſignet, niſi talis ordinatus de ſua vel paterna hæreditate ſubſidiũ vitæ poſſit habere. d Quòd ſi ſanctè & exactè obſeruaretur, tum non tam frequentia & ſanctis cannonibus ac decretis aduerſa e ſcandala contingerẽt, quę veditiones & permutationes rerum Eccleſiaſt. pariunt.

ADDITIONES.

a *c. ſufficit. de conſecrat. diſt.* 1. b *c.* 49. & 51. & *c. clericus, diſt.* 91. *cum ſeq.* c *c. iudicęs, §. hoc ipſum. Super verb. inſumtũ,* 1. *qu.* 1. d *c. epiſcopus, ext. de præbend. & dignitat.* e *c. altare,* 1. *qu.* 3. Canoniſtæ *in c. ſignificatum, de præb.* & Ioan. de Ripa. *in l. nemo poteſt. n.* 135. *de legat.* 1. Simoniam enim iſta ſapiunt arg. eorum, quæ tradit Clarus *in recept. ſent. §. Simonia, n.* 2. Baiard. *in addit.* Tiber Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 77. *vſque ad fin. libr.* Antoni. Corſetus *in ſingular. ſuis in verb. Simonia* Guido Papæ *deciſ.* 80. Speculator *in tit. de Simonia lib.* 4.

DECISIO II.

ARGVMENTVM.

Abuſus in rebus ſpiritualibus temporis diuturnitate non confirmatur.

SVMMARIA.

1 *Abuſus non poteſt per lapſum temporis, præſertim in rebus Eccleſiaſticis, vllo modo confirmari.*
2 *Arreſtum eo nomine contra Canonicos Eccleſiæ collegialis S. Gaudentis à parlamento Thol. prolatum.*
3 *Duo remedia ordinaria ſubditis regis Galliarum contra abuſum & molitiones Eccleſiaſticorum conceſſa.*
4 *Aliud arreſtum parlamenti Pariſienſis quoad effectum Tholoſano ſimile.*
5 *Abuſus quid ſit, & quando is committi dicatur.*
6 *Literæ, quæ* extra forum *vocantur, amplius in vſu non ſunt.*

HAud vlla res † coram Dei facie in ſacra politia magis deteſtabilis & execrabilis eſt, quàm ſi in locum honeſtiſſimæ diſciplinæ atq; εὐσχημοσύνης Eccleſiaſticę, à ſacris conciliis, canonibus & decretis introductæ ſufficitur, propter affectiones & priuata commoda quorundã hominum, horrenda quædam ἀταξία eadémque ſpecioſo ſtatuti vel conſuetudinis titulo velatur. Eiuſmodi item corruptela, niſi ſtatim euellatur radicitus, in priuilegiorũ ius ab improbis aſſumitur, & incipiũt præuaricationes & varię pręſumptiones celerrimè nõ compreſſę pro legibus obſeruari & priuilegiorũ more perpetuò celebrari.a cũ tamen mala cõſuetudo inſtar falſæ monetæ impuritatẽ ſuã & improbam ligam lapſu temporis potius prodere quàm tegere & occultare atq; in ſpiritualibus attẽdi deberet, quod in melius fuerit à Spiritu ſancto reuelatũ.b Quare etiã Dn. ſeruator noſter Ieſus Chriſtus ſanctiſſimo ore ſuo nõ conſuetudinem ſed veritatẽ ſe appellauit. c Vnde Tertullianus ita infert: *ſi ſemper Chriſtus eſt prior omnibus æquè veritas ſempiterna & antiqua res*: Viderint ergo, quibus nouum eſt, quod ſibi vetus eſt. Idẽ quoq; Tertullianus concludit, quòd cõſuetudo cõtra veritatẽ pręſcribere nequeat, præſertim cùm regula fidei vna irreformabili manẽte cætera diſciplinę & cõuerſationis admittant nouitatẽ correctiõis. Quod ſimiliter ſeruator noſter veluti

ADDITIONES.

a *c. mala conſuetudo, diſt.* 8. b *c. fruſtra, diſt. ead.* c Tertullian. *c.* 1. *in princ. de veland. virgin. & in c. ſi conſuetudinem ead. diſt.*

luti per anticipationem & conſequentiã ſatis apertè nos docuit, [a] dum explicans præcepta legis corrupta & deprauata per gloſſas, additiones & interpretationes Phariſaicas, atque eadem reducens ad puritatem legis diuinæ, regulam iſtam nobis quaſi inſpirauit: præiudicium non debere fieri ex conſuetudine ſine veritate, quæ nihil aliud, quàm vetuſtas erroris eſt. Quare D. Cyprianus [b] rectè dixit, omnem errorem, quantumuis vetus ille ſit, relinquendum, & veritatem ſequendam eſſe, vtpote quæ in æternum in vigore ſuo permanet, atq; in ſecula ſeculorũ viuit & dominatur. [c] Indéq; etiã eſt, quod eiuſmodi conſuetudines & ſtatuta, quæ veritati aduerſa à quibuſdam propter particulare commodum introducta fuerunt, per lapſum temporis, ſub prætextu ſtatuti vel conſuetudinis minimè confirmari queant, quemadmodum prudenter admodum Iuſtinianus conſtituit. [d] Nam veluti illud, quod neque contra fidem, neque contra mores iniungitur, indifferenter eſt habendum, & pro eorum, inter quos viuitur, ſocietate ſeruandum, [e] ita viciſſim atque à contrario ſenſu omne, quod contra fidem & bonos mores dignoſcitur, abolendum & repudiandum eſt, nullo temporis lapſu aut inueterato vſu obſtante; eo quod tanto grauiora ſunt crimina, quãto diutius infelicem animam tenuerunt alligatam. [f] Qui igitur eiuſmodi ſtatutis & conſuetudinibus reprobatis, quantumuis antiquis nituntur, ij inſtar gigãtum illorum cœlos aſcendere atque veritatem oppugnare, imò ſemetipſos quodãmodo abnegare videntur. Quod olim fecerãt Canonici Eccleſiæ † collegialis S. Gaudentis, qui licet regulares eſſent, atque à canone Canonici dicerentur, iuxtáque illum & regulam ſanctorum decretorum viuere deberent: tamen contra eum articulos quorundam ſtatutorum receperãt, quos prædeceſſores ſuos Anno 1366. introduxiſſe, atque ſe ab eo tempore ſemper obſeruaſſe dicebãt. Inter quos etiam hi erant, quod tanquam abſentes notari non poſſent, dummodo certis horis adeſſent; quod præbẽdarij ſemper notari deberent; quod ſeruientes per tres menſes, fructus præbendarum ſuarum pro duobus ſequentibus perciperent, haud ſecus, ac ſi his quoque præſentes fuiſſent, quod per tres mẽſes ſeruiẽtes, de fructibus prębendarum anni ſequentis diſponerẽ poſſent, vt in iis ſucceſſor nihil penitus iuris haberet. Hos articulos Canonici, cũ cuſtodirẽt & obſeruarẽt, ita regulæ ſuæ cõtrauenieb ãt, vt haud Canonici amplius, ſed potius ſeculares dicendi eſſent. Nec eos excuſare poterat lapſus tẽporis, vſus aut conſuetudo, vtpote quæ ex ignorantia aut ſimplicitate primo originem, & deinde progreſſum & incremẽtũ contra rationẽ & veritatem ipſáq; fundamenta inſtitutionis ceperat. [g] Quantũ enim notationem abſentiũ attinet, ea propterea fieri ſolet, vt Canonici eo melius in officio ſuo continẽatur, atq; religioſæ deuotioni interſint omnibus horis Canonicis, quas à ſacris Conciliis vigilantiſſima cura obſeruare, & in his diuinum officium humiliter perſoluere iubentur [h] Atque cùm preces ſint, veluti arma militiæ eorũ, [i] & beneficia non concedantur, niſi propter officia, ideo Canonici iſti ignorare non poterant obligationem præciſam, cuius vi tenebantur deuotè, & ſemper prædictis horis regularibus & Canonicis, adeſſe eóſq; hoc negligẽtes maledictionem illam D. Bernhardi metuere oportebat, [k] *Væ væ tibi clerice, mors in olla, mors in tuis deliciis eſt, ob id maximè, quia peccata populi cõſtat eſſe, quæ comedis, ſumtus Eccleſiaſticos gratis habere reputas, cantando, vt aiunt, tibi prouenire videntur: bonũ erat magis fodere aut mẽdicare: peccata enim populi comedis, noueris tibi imputãda, quæ modo inter delicias comedis, & paruipendis.* Nã tale quippiã Canonicis iſtis haud immerito obijci poterat, cùm priores duo articuli cõſuetudinum & ſtatutorum, quæ prætendebant, potius deliciarum, emolumentorum & commodorũ temporalium perceptionem, quàm vllam aliam rationem reſpicerent, imò aduerſarentur ipſi fundamento inſtitutionis, quæ præſentiã eorũ expreſſè requirit, ſine qua munus aut officium ſuum expedire nequeũt, & propter quam regulares dicuntur ac Canonicorum nomen acceperunt. Imò licet prætendatur eos ita dici ab annuo Canone

ADDITIONES.

a *Matth.*5. b *in epiſtol. ad Pompe. frat. contra epi. Stephanum.* c *Eſdras* 3. *c.* 4. d *Nou.*134. e Auguſtin. *epiſt.*118. *ad Ianuar. c.*1. *& c. illa autem, verſic. quod enim, diſt.*12. f *c. fin. de conſuet.* g D. Auguſt. *lib.*4. *cap.*10. *de baptiſmo.* Tertull. *vbi ſupra, in princ.* h *c.*131. *concilij Aquiſgranenſ.* i *Sapienti.* 18. k *in declarat. ad verb. ecce nos reliquimus.*

nonę ſeu præbenda,id eſt,penſione, quæ
Canonicis ſingulis annis ex Eccleſiæ fru-
ctibus perſoluitur(quæ etymologia non
admodum vero ſimilis eſt, eo quòd ab
initio tales penſiones, quæ iam præben-
dæ vocantur, minimè concedi ſolebant,
ſed omnia eorum,ad imitationem Apo-
ſtolorum , communia erant,vnde etiam
Canonicatus adhuc hodie à præbendis
diuiſi & ſeparati ſunt)tamen cùm is mul
to ampliorem,quàm præbẽdarij penſio-
nem accipiant,vtiq; ſi non ad maiorem,
certe ad æqualem functionem,præſentiã
& reſidentiam obſtricti erunt. Quare etiã
ratio illa diuerſitatis ſubſiſtere nequit
quod præbendarij quaſi milites cõducti-
tij ſint,ſed Canonicos plura & grauiora
negotia ſecularia expedire oporteat. Cũ
enim maiores ij reditus habeant, & am-
pliora ſtipendia accipiãt, æquũ eſt vt ea-
dem quoq; mereantur atq; conueniẽtes
labores ferant, [a] quos ſi per negligen-
tiã vel oſcitantiam ſubterfugere velint,
nõ immerito ęquè ac præbẽdarij notã-
tur , vt iis pœnæ loco de fructibus quid
detrahatur, cùm beneficium concedatur
propter officiũ,atq; hoc ceſſante & illud
ceſſet. Porro quod tertiũ articulũ attinet,
etſi iuxta cõſuetudinẽ Franciæ [b] benefi-
ciarij diſponere poſsũt de fructibꝰ ex be-
neficiis per tempus vitæ perceptis:tamẽ
hoc intelligi debet de diſpoſitione ad
pias cauſas ex iure communi,eo quod S.
Caroli IX.de Anno 1585. vtrũq; & ius, &
conſuetudinẽ cõiungit. [c] Imo poſito ꝙ
indiſtinctè diſponere poſſint , diſpoſitio
certe in illis ſaltẽ fructibus locũ habet,
quos viui acceperũt,non verò extẽdi po-
teſt ad fructus poſt mortẽ demũ percipi-
endos , quia ſiue vſuarij , ſiue fructuarij
ſint,morte ius eorũ expirat atq; extingui
tur,& rationi aduerſatur ſalariũ accipe-
re pro eo tempore,quo quis non ſeruiit,
vt reſcriptum eſt in capto ab hoſtibus &
poſtliminio reuerſo [d] quãquã emerita,
quæ poſt peractam militiã dabantur , ei
dari poſſint. [e] Extrauagans item [f] quæ in
cõtrariũ afferri poterat,abrogata fuit per
conciliũ Baſilienſe,ex quo bullã pontifi-
cis Iulii III. de An. 1500. refert Rebuffus
in practica ſua beneficiaria. Quare vt Ca
nonicis illis occaſio diſſolutius viuendi
& inſolentiæ vagandi,quib. cultus diui-
nꝰ minuitur,f adimerẽtur, & ratio habere
tur aliar.plurimũ cõſideraõum,q̃ tã ex iu
re Can.eiuſq; interpp.quã ex Theol.ſcrip
tis peti poſſit,ne itẽ pmitteretur,vt cõta
gio illa in Eccleſia cõtra cõſilia & S. de-
creta ſerperet,ac breuiter; vt remouerẽtur
cõſuetudines abominanter inolitæ(ſi li-
citũ eſt cũ rege illo aꝑ. Caſſiodor. [g] lo-
qui) ideo pdict.parlamentũ viſo ꝓceſſu,
& cõſideratis meritis cauſę cõtrouerſæ ſuꝑ
articulis iſtis ſtatutor.& cõſuetudinũ in-
ter Syndicũ dictorũ Cano.& Syndicũ p̃-
bẽdarior.eiuſdẽ Eccleſiæ ꝑ appellationẽ
ab abuſu ad ſe deuolutę arreſtu protulit
quod iudicialiter à defuncto Dn.præſide
Durãdo 4.April.An.1583 pronũciatũ fuit.
Cuius arreſti admodũ notabilis tenorẽ
hic inſerere placuit: *Inter Syndicũ prabẽ-
darior.Eccleſie collegialis S.Gaud.impetra
torẽ & requirẽtẽ cõprobationẽ diplomatis
regij quoad euocationẽ certæ inſtantia
introducta corã Seneſcallo Thol.aut eius
vices gerente,predictũ Syndicũ impetrato
rẽ & requirentẽ cõprobationẽ diplomatis
regij tendentis ad finẽ fruendi tẽpore 4.
mẽſiũ,ad introducẽdã appellationẽ in cu-
ria Rõ. ab eodẽ Syndico interpoſitã à Dn.
Florẽte Tẽdrone officiali Archiepiſc.Thol.*

ADDICIONES.

a Canoniſt. *tot. tit.de cleric. nõ reſident.*
b gl.pragmat. *in §.itẽ,q ſi Eccleſia,ſuper
verb.acquiſitos,de annat.* c apud Aufrer.
*tit.de immunitat.& reparat.Eccleſiar.*i-
bi. *licet,de iure vſu & conſuetudine &
cõmuni obſeruantia,&c.* De iure quoque
cõmuni bona,tã mobilia quã immobi-
lia,quæ clericꝰ intuitu vel ex reditibꝰ Ec
cleſiæ acquiſiuit,vt & ipſi reditꝰ atq; fru-
ctꝰ nõdũ cõſumti ad Eccleſiã pertinẽt. *c.
cũ vos,4.in fin.de offic.iudic.ordin.c.1.c.cũ
in officiis 7.de teſtib.c.1.de pecul.cleric.cũ
ſimilib.* nec à clerico in cognatos vel ex-
traneos hæredes ex teſtamẽto aut ab in-
teſtato trãsferri poſsũt. Teſtamẽti enim fa
ctio de eiuſmodi bonis clerico expreſſè
interdicitur *in cap. final. d. tit. de pecul.
cleric.c.a.cũ in officiis,de teſta.* Cõſuetudi
ne tamẽ plurimorũ locorũ receptũ eſt,
vt etiã de reditibꝰ beneficiorũ clerici re-
ctè teſtari queãt. De qua cõſuetudine teſti
moniũ perhibet Couar. *in d. c. cũ in offi-
ciis,nu.9.* D.auth. *de teſta.cap.qui teſtam.
fac.p.ſſ.n.186.* Planè illa clerici bona,quę
ex patrimonio & hereditatibus, vel etiã
ꝓpria induſtria ex artificio,doctrina vel
ſeruitio is cõparauit , ad hæredes eiuſdẽ,
nõ vero ad Eccleſiã deferũtur. *c.3.12.qu.
3.& c.2.12.qu.4.& c.fixum.12.qu.3.* Andr.
Rauchbar *par.1.q.26.n.4.* A.D. d *l.1.C.de
re milit.* e *l.1.§.qui militia tẽpus,& §.ſed
ſi ex improuiſo,l.non omnes,penult. de re
militar.* f *Extrauag.ſuſcepti regiminis,de
elect.* g *c.fin.de reſcript.* h *li.3.var.epiſt.23.*

tãquã ſe lis Apoſtol. delegato aliosq; fines in diplomate iſto expreſſos: & præterea appellantẽ à certo proceſſu facto per Dn. Ioa. l'Angla le, vices gerẽtẽ iudicis de Riuiere au ſiege de Valentine, executorẽ ſentẽtiæ à Tẽdrone prolatæ atq; etiam ſuppliciter petentẽ fieri caſſationẽ dicti proceſſus & reparationẽ attentatorũ, atq; alia quæ in eius ſupplicatione cõtinentur, & tandem appellantẽ veluti ab abuſu dicti Tendr. ex vna parte, & Syndicum Canon. dictæ Eccl. appellatũ, & defenſorẽ ex altera parte: viſis proceſſu, ſtatutis d. Eccleſiæ S. Gaud. factis per defunctos Dn. Bernard. de Coſnac, eiusq; ſucceſſorẽ Guilh. Epiſc. de Comenge, proceſſu verbali cuiuſdã Põtij tũ temporis abbatis in abbatia de Lezat, tãquã cõmiſſarij delegati à ſede Apoſtol. 23. Mar. An. 1339. Super viſitatiõe & verificatiõe ab eo facta in d. Ecc. S. Gaud. cui facta fuit declaratio certorũ ſtatutorũ & cõſuetudinũ d. Eccleſiæ; ſentẽtia arbitrali Dn. Gaillardi Epiſc. tũ temporis de Comẽge de 1. Aug. An. 151; atq; etiã poſitiõib. & concluſionib. procuratoris gnãlis regis, quæ in proceſſu iſto cõtinentur, dictũ fuit, quod curia rationẽ habens diplomatis euocatorij, euocauit & euocat inſtantiã corã Seneſcallo aut eius vices gerente introductã ſuper diplomate, per Syndicũ præbendariorũ impetrato, vt frueretur dicta dilatione 4. menſiũ, & non habita illius ratione, quantũ attinet appellationẽ à proceſſu dicti l'Anglade interpoſitã, & incidens attentatorum: prædicta curia ordinauit & ordinat, abuſiuè attentoriè & malè proceſſum atque bene appellatum fuiſſe; cõdẽnauit & condẽnat eundẽ l'Anglade, ꝙ declararit ſe procedere periculo & fortuna d. Syndici Canon. in decẽ coronatos emendæ erga regem & Syndico Canonicorũ in expenſas appellaõis. taxa appellanti reſeruata: & deferens appellaõi, tanquã ab abuſu in eo, ꝙ dictus Tẽdron ordinarat partes per prouiſionem cuſtodire & obſeruare debere prædicta ſtatuta ſancientia, quod Canonici d. Eccleſiæ S. Gaud. nõ deberẽt notari, tãquã abſentes, ſi per tres horas Canonicas duas magnas, & vnam breuẽ aſſiſterent, ſed præbẽdarij abſentes oĩb. horis notarẽtur, atq; Canonici ſi per 3. menſes intra feſtũ S. Ioan. Baptiſtæ & natiuitatẽ Chriſti ſeruiiſſent fructus præbẽdarũ percipere deberẽt pro duobꝰ menſibꝰ atq; ac ſi præſentes fuiſſent, & ꝙ decedẽtes poſt ſeruitiũ dicti tẽporis triũ menſiũ diſponere de fructibus præbendarũ poſſent, qui anno obitũ eorũ ſequenti colligetur, de quibus ſucceſſor nihil percipere queat, curia declarauit & declarat in d. ordinatiõe abuſum contineri, & condemnauit dictum Tendronem propter abuſum in duos coronatos emendæ erga regem & Syndicum Can. appellandi in expenſas appell. taxa item reſeruata, & nulla habita ratione ſtatutorũ iſtorũ curia ordinat, ꝙ in poſterũ, quod ĩ ex Canonicis decedẽte fructus Canonicatus ad ſucceſſorẽ pertinere debeant à die apprehenſæ poſſeſſionis, atque vlteriꝰ tã Canonici, quã præbẽdarij nunquã pro præſentibꝰ habeãtur, niſi iuxta modũ à ſanctis decretis requiſitũ reſideãt & omnibus horis Canonicis adſint, adeo vt in qualibet earũ abſens notãdus ſit ab eo, cui hoc committetur iuxta ordinem & diſtributionem, quam Epiſc. de Comẽge aut eiꝰ vicariꝰ gnãlis faciet. Cui ad effectũ procedẽdi ad dictã diſtributionẽ curia remittit prædictas partes litigãtes, & quidẽ ſine præiudicio redditionis rationũ, cuiꝰ in dicto incidenti mentio facta fuit: ſuper qua partes corã dictis commiſſariis, procedẽt, vt ibidẽ prouideatur, quemadmodũ decet, ſine expẽſis dicti diplomatis euocatorij atq; alterius diplomatis ratione tẽporis 4. menſiũ, reſeruatis vſq; ad finẽ cauſæ expẽſis dicti incidẽtis redditionẽ rationũ cõcernẽtis. Ex quo arreſto patet, ꝙ 2. remedia

† ordinaria ſubditis regis Galliar. cõtra 3
abuſus & molitiones Eccleſiaſtic. cõceſſa ſint: quorũ vnũ principale & præcipuum eſt, prędicta appellaõ tãquã ab abuſu quę interponi poteſt nõ tãtũ ab executiõe bullarũ Papaliũ, ſed etiã à ſẽtẽtiis, & decretis archiepiſc. epiſcoporũ, eorũdẽ officialiũ cæterorũq; iudicũ Eccleſiaſt. Nã quãuis maxima pars Dd. & interpp. iuris Canonici adeo Põtifici blãdiatur, vt dicãt eũ dñm eſſe omniũ rerũ Eccleſiaſticarũ, atq; cõtra & vltra ius cõmune facere & diſponere poſſe a tñ in Frãcia hoc nõ creditur, ſed cõiter ibidẽ tenetur, ꝙ põtifex nihil amplius poſſit, quam ꝙ iure ei licitũ eſt, atq; ſi reſcriptis ſuis iubeat, faciat aut moliatur vllã rẽ illicitã, ꝙ rex atq; curię parlamẽtorũ (tãquã protectores & cõſeruatores diſciplinæ Eccleſi. integritatis in religione, ac S. canonũ & decretorũ) poſſint corrigere & reformare illud, in quo abuſꝰ eſt, atq; ꝙ ad executionẽ illius fiẽtẽ ad prędictas curias per appellatiõem, tãquã ab abuſu

ADDITIONES.

a Felin. *in c. ad audientiam, 2. de reſcript. arg. cap. 2. de præbend. libr. 6.*

ab abuſu recurri oporteat. Atq; ſic conſeqũr curiæ illæ cognoſcere poſſunt de cauſis ſpiritualib.& merè Eccleſ. Nec eiuſmodi abuſus excuſari, ap ꝓbari aut cõfirmari poteſt per vlli⁹ tẽporis lapſu. Quod enim per pactionẽ aut cõuẽtionẽ, ſiue expreſſã, ſiue tacitã, q̃ iuri diuino atq; bonis moribus aduerſa ſit, fieri prohibetur, per lapſ. tẽporis quoq; cõfirmari nequit, vtpote, ꝙ minimè modus eſt, per quẽ ex re illicita licita fiat. c Illud inter alia prædictũ
3 † arreſtũ teſtatur atq; aliud huic conforme parlamẽti Pariſienſis, per ꝙ mẽſe Febr. An 1547. recepta fuit appellatio tãquã ab abuſu procuratoris generalis regis ab executiõe alicuius Bullæ, per quã põtifex ad conſiliũ collegij Cardinalium vnionẽ duorũ capitulorũ S. Ioan.& S Lazari Hieroſol. fecerat, nõ obſtãte long. ſſ. tẽpore, & quod poſt factã illã vnionẽ 300. anni lapſi fuiſſent; queadmodũ Dn. Papõ arreſtum illud in collectione arreſtorũ recenſet, qui ei diẽ Cal. Mart. aſſignat a ſed Dn. Lucius in ſua 3. editione 17. Febr. d. anni illud pronunciatum fuiſſe teſtatur. Idẽ ẽt. arreſtũ Dn. Imbertus *in enchiridio c.1.* ſine die tamẽ refert: vbi etiã no-
5 tat. abuſum † hoc in caſu eſſe molitionẽ aut attentatũ cõtra S. decreta cõciliorũ, cõcordata inter regẽ & Leonẽ X. Libertatem Eccle. Gallicanæ. ſanctiones regias auctoritatẽ & poteſtatẽ ſupremar. curiarũ, ſiue parlamẽtor. eorũdẽmq; arreſta & regiã iuriſdictionẽ. Cæterũ alterũ remediũ ordinariũ ad eundẽ finẽ introductũ eſt, quod eo caſu, quo iudices Eccl. de cauſa cognoſcere conãtur, quę ad eorũd. iuriſd. nõ pertinet, iudex regius cauſam illã ad ſe euocare atque iudici Eccl. ne de ea cognoſ. inhibere queat qui tamen iudex, ſi exiſtimabit euocationẽ vel inhibitionẽ malefactã eſſe, itidẽ inde tanquã ab abuſu appellare ad parlamẽtũ poteſt. Atque ſic literæ quæ extra forũ appellabantur, & quibus Eccleſiaſtici ſæpius abuti ſolebant, dudum abolitæ ſunt, & in vſu eſſe deſierunt.

Arreſti prædicti à parlamento Tholoſano prolati mentionem quoque facit duobus in locis reſponſorum ſuorum b Dn. Charondas. Verum in eo deſideratur, quod ratione tam huius, quàm aliorum arreſtorum parlamenti Tholoſani, quæ allegat, particulares & certas circumſtantias notatas nõ habuerit; quæ etiam ei aliter cõmunicari non poterãt quam à quibuſdã, quibus datum fuiſſet petere:

——— *arces, quibus altus Apollo*
Præſidet horrendæq; procul ſecret a Sibyllæ.

Nec dubitamus, quin ipſemet hoc deprehendet, ſi per otium hæc leget aut videbit. Cui tamen non minorem honorem tribuimus, quàm vlli alij noſtri temporis viro docto & ſedulo.

ADDITIONES.

a *l. contraius. de R. I. l. generaliter, de V. O. l. conuentionum de Obl. & Act.*

b *tit. d'appellations comme d'abus, artic. 8.* c *liur. 7. chap. 70. tom. 2. liur. 9. ch. 74. tom. 3.*

DECISIO III.

ARGVMENTVM.

Abuſus meritò dicitur, quando in tractatione rerum ſpiritualium iocularia adhibentur, vel etiam à clericis ineptiæ in nuptiis fiunt.

SVMMARIA.

1 *Aliud arreſtum parlamenti Pariſienſis itidem prædictis cõforme, pro conſulibus oppidi d'Orlhac contra curiones, ſacerdotes & miniſtros Eccleſiæ B. Mariæ in dicto oppido.*

2 *Exempla plurium aliorum abuſuum prædictis ſimilium.*

Ad ea, quæ iam dicta ſunt, nõ incommodè, vt exiſtimo, referre poterit notabile illud arreſtum †, quod Dn. Papon recenſet a à parlamento Pariſienſi 1
inter curiones, ſacerdotes ac miniſtros Eccleſiæ B. Mariæ in oppido d'Orlhac, & cõſules dicti oppidi 22. Maij Anno 1574. prolatum, quo inter alia capita atque ad finem arreſti prohibitum ſacerdotibus fuit, ne pro ſepulturis defunctorũ aliud quicquam exigerent, quàm quod à ſacris decretis vel conſuetudine loci permiſſum eſſet, atque inſuper iis interdictum fuit, ne tympana pulſari ſinerent, quod facere eos ſolere dicebatur, quoties nouę miſſæ publicè celebrarentur. Senatus quoque abbati d'Orlhac iniunxit, vt in tranſgreſſores animaduerteret, atque arreſtum illud tam in ſede d'Orlhac, quàm in Eccleſia parochiali iſtius loci, in præſentia omnium ſacerdotum ſolemniter publicari, idémque, ſeu vltimum eius articulũm omnibus oppidis vicinis ſignificari curaret, vt ea ratione corrigerẽtur ſtolidæ illæ nuptiæ, quæ in oppidum d'Orlhac,

ADDITIO.

a *tit. 3. lib. 3. arreſt. 8.*

ta quam nonnulli Canonici contra Epiſcopos ſuos poſſeſſionem pratendebant & allegabant, ſe iis in proceſſionibus aſſiſtere non teneri.

1 DIuerſa autem planè, † illicita, atque in Francia expreſſe improbata conſuetudo eſt, iuxta quam nonnulli Canonici contra Epiſcopos ſuos prętendere & allegare ſolebant, quod eos in publicis proceſſionibus comitari non ſolerent nec tenerentur. Quæ prætenſio per peculiare arreſtum futilis & nulla, atque Canonicis ob exceſſum commiſſum emenda irrogata fuit. a Illúdque arreſtum ſanctis decretis & conſtitutionibus Eccleſiæ conforme,b alios Canonicos in Occitania ſimile quippiam tentantes, ita deterruit, vt omiſſo impio conatu facilè intra officij limites continerentur.

ADDITIONES.

a Vt refert Aufrerius *in Arreſt. ſtyl. parlam. arreſt.* 134. b *c. nimis praua, de exceſſib. prælat.* & ibi Panorm. & *in c. dilectus, de offic. ordinar.*

DECISIO VI.

ARGVMENTVM.

A contributione ad refectionem templorum etiam Eccleſiaſticæ perſonę immunes non ſunt.

SVMMARIA.

1 *Eccleſiaſtici non obſtantibus arreſtis antiquis, tenētur contribuere ad reparationem Eccleſiarum belli iniuria dirutarum.*

2 *Arreſtum parlamenti Tholoſani contra Epiſcopum de Caſtres ab eiuſmodi contributione ſe eximere conātem per excommunicationes atque cenſuras Eccleſiaſticas, contra iudices ſeculares & ſupremos vſurpatas, qui propterea in emendam non exiguam condemnatus fuit.*

3 *Auctoritates & rationes pro confirmatione illius arreſti, atque aliorum parlamenti tam Tholoſani, quàm Pariſienſis.*

4 *Officiales regij ſunt in poſſeſſione cognoſcendi de reparationibus Eccleſiarum cōtra perſonas Eccleſiaſticas, tanquā de augmēto cōgrua portionis curionibus aut vicariis perpetuis debita.*

5 *Defunctus Dn. Aufrerius præſes inquiſitionum in parlamento Tholoſano ad hoc allegatur atque eiuſdem rationes & fundamenta adducuntur.*

6 *Reſpondetur iis qui prætendunt cognitionem iſtam officialium regiorum meram vſurpationem & molitionē contra iuriſdictionem Eccleſiaſticam eſſe, cum moderatione Canonica.*

QVamuis legatur a per arreſta antiqua parlamenti Pariſienſis, nēpe pro Epiſcopo Aurelianēſi iudicatum fuiſſe, Eccleſiaſticos non teneri ad reparationē caſtrorum per hoſtes deſtructorum, & per conſequens nec ad refectionem Eccleſiarum in bellis dirutarum; atque eo etiam poſſe videatur doctrina nonnullorum interpretum iuris ciuilis: b tamen hoc non obtinet, quoad deſtructionem † factam in bellis Frāciæ nouiſſimis religionis potiſſimum cauſa geſtis, vbi nulla res neq; ſacra, neq; prophana à violatione, hoſtili impetu extremóq; ferè interitu tuta & ſecura eſſe potuit. 1 Haud enim magis hodie à reparatione tēplorum tū dirutorum Eccleſiaſtici eximi debēt atq; illi exēti ſunt à præſtatione caſuū fortuitorū. Nec conuenit, vt ij eximantur & leuentur, alios magis grauari & affligi, qui antea nimium grauati & afflicti, ac quidē ob aliorum potius quàm propriam culpam fuerunt vtpote prouerbio iſto impleto:

Quicquid delirāt Reges, plectūtur Achiui

Atque altero Hebræorum: *Tobias deliquit, & Zigot patitur.* Quam ob cauſam prędictum parlamentum non dubitauit tempore hoc nouiſſimo cogere Eccleſiaſticos, quibus hoc incūbit, ad reparationem tēplorum deſtructorum, ſeu in extremis bellis dirutorum. Vnde aliquot arreſta, pręſertim vero notabile quoddā contra Epiſcopum de Caſtres eo nomine protulit. Is enim adeò reſiſtere, & ſe eximere conabatur, vt etiam cōtra iudices excommunicationes & cenſuras Eccleſiaſticas vſurparet. Verum iis abſolutis, ipſe ad prædictam reparationem ſolemni arreſto, cuius tenor ſequitur, per occupationem

ADDITIONES.

a apud Aufrerium, vbi ſupra, *q.* 37. & Ioann. Gal. *q.* 69. b *in leg. ad instructionem*, & ibi Gulhelmus de Gugno per Aufrer. *in apoſt. ad ipſum, C. de Sacr. Eccl.*

inſtituere debet, [a] atq; cognitione reparationũ negligẽs ſit, cõniueat, officiúmq; ſuum fideliter nõ faciat; illa cognitio ad magiſtratum & poteſtatem ſecularẽ deuoluatur, cùm in Eccleſia neceſſarium ſit, vt quod non præualent Sacerdotes efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc impetret per diſciplinæ terrorem. [b] Sic enim & mandatum rex Ioas de reparando templo tum demum dabat, cùm Sacerdotes ea in re negligentes fuiſſent. Per ipſamet etiam cõcilia eiuſmodi munus Epiſcopo & iudici ſimul iniungitur, [c] ità tamen vt Epiſcopus præponatur, & demum poſt huius diſſimulationẽ aut negligentiam, iudex in ſubſidium vocetur. Nec dici poteſt ius Canonicum hac in parte correctum eſſe, cùm illud confirmatum, limitatum & temperatum fuerit, vt ſupra diximus, per plures ac probatas auctoritates ſanctorũ decretorum, vſúmque certum & indubitatũ, Iuxta quem vſum prædictis auctoritatibus firmatũ vt optimè Aufrerius notat [d] iudices ſæculares per præuentionẽ & propter negligentiam iudicum Eccleſiaſticorum auctoritate ſua cogere poſſunt ad reparationem templorum, quibus præfecti ſunt. Hæc autem negligẽtia poſt annum à die factæ ruinæ vel demolitionis cõmittitur. Intra illud ſiquidem tempus Diœceſianus tenetur viſitare & inter cætera prouidere, vt reparationes ab iis, quibus incumbunt, fiãt. Quod ſi negligatur, brachium ſeculare nõ immerito adhibetur, [e] vt à iudicio ciuili expleatur, quod ab Eccleſiaſtico neglectum aut derelictũ inuenitur. [f] Illud quoque teſtimonio D. Rebuffi comprobari poteſt [g] atque idem receptum eſt, quoad poſſeſſorium ſummarium, vt infra pluribus dicetur, vbi rem ipſam à capite arceſſemus.

ADDITIONES.

a *q.1.c.conquerente.de offic. ord. c. relata. 10. q.1.c.Epiſcop.ead.q.*

b *c principes,23.q.5.* c *c.filiis,16.q.7.*& gl.ibi nota *in c.ex tranſmiſſa,& cap.licet, de for.compet.ex c.petimus,11.q. 1. & cap. licet,de for.compet.ex c.petimus, 11. q.1.& cap.nec licuit;diſt.17.* d tract.*de poteſtat. ſecula.regul. 2.d.verſic.26.* e *c.ex tranſmiſſa.& c.licet,de for.compet.* f *l.nulli, in fin.C.de Epiſcop.& cleric.* g *conſ.135.*

DECISIO VII.

ARGVMENTVM.

In Sacerdotes habitum ſacerdotalem geſtantes, latrunculatores interdum iuriſdictionem non habent.

SVMMARIVM.

1. *Sacerdotes in habitu ſacerdotali atque habitatione ſua deprehenſi, niſi crimen flagrans ſit, à iuriſdictione præpoſitorum exempti ſunt, etiamſi criminis læſæ maieſtatis arguantur.*

PER arreſtum noſtræ curiæ menſe Ianuario, Anno 1583. vt deprehendimus in commentariis Domini de Ioſſe, ad relationem Domini de Sabatier (viri integerrimi & ſingulari ac rara eruditione præcellentis) pro Ioanno Martino contra Syndicum de Samalens fuit iudicatum; Sacerdotes † in habitu ſacerdotali & habitationibus ſuis repertos, niſi crimen flagrans ſit, non eſſe ſuppoſitos iuriſdictioni præfectorum rerum capitalium, etiamſi criminis læſæ maieſtatis arguantur. Qui ſanè fauor propter characterem Eccleſiaſticum maximus eſt. Verum temperandus ſeu potius limitandus ille eſſe videbatur pro atrocitate & circumſtantiis facti, præſertim ſi fama atque rumor non vanus concurrat, vt eo in caſu arbitrio iudicis locus detur. Relatum tamen illud arreſtum in terminis ſuis ſimplicibus vocare in dubium nolumus. 1

DECISIO VIII.

ARGVMENTVM.

Canonici ex permiſſu Capituli in Academiis operam literis dantes fructus præbendarum ſuarum integrè percipiunt.

SVMMARIVM.

1. *Arreſtum parlamenti Tholoſani decernens, quid interim cum fructibus agi debeat durante tempore, quo dignitates aut alia beneficia Eccleſiaſtica habentes, literis adhuc operam dant.*

NVLLVS cibus tam bonus & lautus eſt, quẽ nõ cacochimus noxium & pernicioſum reddat. Vnde etiam corpus eodẽ laborãs quo plus cibi capit, eo magis læditur. [a] Eadem ratione conſtitutiones & leges, quantũuis ſalutares, corrumpuntur & deprauantur malitia & peruer-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſitate eorũ,qui iis non ad finem,ob quem introductæ ſunt,vti ſed planè abuti ſolẽt. Teſtimonium euidens huius rei præbere poſſunt ſanctiones,quæ in iure Canonico in gratiam perſonarum Eccleſiaſticarum quæ in ſtudiis verſantur, ſeu literis operam dant, habentur. a Nam cùm canones & conſtitutiones iſtæ ad hũc potiſſimum finem tendant, vt operarij ad maiorem diligentiam in vinea domini adhibendam ea ratione excitentur: abuſus miſeri & infelicis huius ſeculi præclarũ illum finem & intentionem, in ruinam & deſolationem ipſius vineæ atque eiuſdem fructus in veras & puras ſpinas cõuertit. Qui abuſus,vt tolli poſſet, parla-
1 mentum Tholoſanum ſequens † arreſtũ pronunciauit,quod verbotenus, vt in ſimilibus caſibus deciſionem præbeat,huc referre voluimus.

In cauſa domini Petri Boerij Canonici Eccleſiæ Cathedralis de Rieux appellantis à ſententia per conſiliarios & commiſſarios ſupplicationum palatij vltima Maij prolata ex vna parte,atque Syndici dictæ Eccleſiæ Cathedralis appellati ex altera parte: viſis proceſſu & copia ſtatuti Eccleſiæ Metropolitanæ S. Stephani, quæ Tholoſæ eſt,dictum fuit, quod curia caſſarit & caſſet appellationem, illudq; vnde appellatum fuit, ſimúlque ſententiam 4. Ianuarij proximi, atque nulla habita ratione ſupplicationũ conſiliariis & commiſſariis iſtis 4. Ianuarij,& 9. Maij exhibitarum,ordinet, vt per quinque annorum tempus à die illa computandum,quo capitulum Petro in vniuerſitate Tholoſana vel alia ſtudiis vacare conceſſit, is fructus Canonicatus ſeu præbendæ ſuæ integrè,& quaſi in cumulo accipere debeat. Quam ob cauſam etiam curia prędicto Syndico iniunxit,vt Capituli præfectos ad conſuetos cuiuslibet anni terminos per prædictum tempus Petro ſub pœna bis mille librarum pro media parte regi & pro altero ſemiſſe Petro ratione damni & intereſſe applicandarum præſtare curarent: ita tamen vt ſingulis ſemeſtribus Petrus teſtimonium nauatæ diligentiæ à rectore & profeſſoribus Academiæ ſibi datũ Capitulo exhibere teneretur. Permiſſum quoque Syndico fuit omnes perceptos durante illo tempore fructus aliquando à Petro repetere, ſi fortè is vxorem duceret, aut à profeſſione Eccleſiaſtica ſe abdicaret. Quod arreſtum pronunciatum fuit Tholoſæ 19. Iulij. Anno 1577. Verum ſi eiuſmodi Canonicatuum vel præbendarum fructus non in cumulo dentur, ſed omnis reditus in diſtributione manuaria conſiſtat, tum æquiſſimum foret, vt Canonicis ſtudioſis de certa ſumma ex Capituli reditibus annuatim præſtanda, iuxta reliquorum Canonicorum arbitrium proſpiceretur. Atque ita ſæpius à parlamento Pariſieſi iudicatum fuiſſe Charondas teſtatur b.

ADDITIONES.

a *c. ſuper ſpecula, de magiſtr.* b *libr. 1. reſponſ. cap. 67. in fin.*

DECISIO IX.

ARGVMENTVM.

Vi ordinationis Aurelianenſis præbenda præceptori ex Eccleſia Cathedrali dari debet, etiam iis in locis,vbi Epiſcopus antea aliquid ad ſcholas deputauit.

SVMMARIVM.

1. *Declaratur ordinatio Aurelianenſis, qua reditus vnius præbendæ in Eccleſia cathedrali aſſignari iubetur præceptori, qui iuuentutem inſtituit.*

ORDINATIONE in Aurelianenſibus † comitiis facta conſtitutum eſt,vt 1
in vnaquaque Eccleſia collegiata vel cathedrali vna præbenda aut eiuſdem reditus, Præceptori, qui ſcholis publica auctoritate præficeretur dari debeat. Vi ordinationis illius Syndicus oppidi d'Alby per ſupplicem libellum curiæ exhibitũ præbendam ab Epiſcopo vel Capitulo prædicti oppidi aſſignari præceptori petiit. Epiſcopus prædeceſſores ſuos multo ante ordinationẽ iſtam tẽpore ea de re proſpexiſſe,atque ideo ſe ad aſſignationẽ alterius præbendæ haud obſtrictum eſſe dixit. Replicauit Syndicus illam eſſe fundationem priorum Epiſcoporum,qui ad collegij ſuſtentationem certa quædã bona deputarint & reliquerint,quorum reditus eo nomine Epiſcopus perciperet. Parlamentum Tholoſanũ audita vtraq; parte atq; etiam Dn. Bertrando Devgna aduocato generali procuratoris regij arreſto ſuo decreuit,Epiſcopum præbendã vnã vel eius reditũ vi ordinationis præceptori aſſignare debere. Quod arreſtum pronũciatum fuit menſe Decẽbri, Anno 1564. per Dn. D'Affis Parlamenti Pręſidẽ.

DECI-

DECISIO X.

ARGVMENTVM.

Præbenda præceptorialis iuxta ſtylum Parlamenti Tholoſani de fructibus atque à toto Capitulo præſtatur.

SVMMARIVM.

1. *Aliud arreſtum eiuſdem Parlamenti prius declarans.*

CVM dictus Dominus Præſes arreſtū illud pronunciaret, adiecit id pro lege eſſe debere, quoad omnes reliquas Eccleſias cathedrales, quę iuriſdictionem Parlamenti agnoſcerent, adeò vt illi omnes Epiſcopi & Archiepiſcopi ſine vlteriori intimatione parere tenerentur. Deinde Syndicus dicti Capituli † per ſupplicem libellum idem arreſtum ita declarari petiit, vt illud, quod de præbenda vel eius reditu dictum fuiſſet, acciperetur de præbenda, quæ prima vacaret, (vt per arreſtum parlamenti Pariſienſis iudicatum fuerit,) & quidem de ipſa præbenda Theologali Capituli ſancti Stephani, non verò de eius fructibus: cùm præbendæ diminui non debeant, iuxta titulum, *vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.* Econtra verò Epiſcopus dixit non minuendum eſſe numerum Canonicorum, ne quid cultui diuino decederet, ſed magis conuenire, vt ab omnibus Canonicis ſimul fructus vnius pręb endæ præſtentur, atque ſic eorum numerus integer conſeruetur. Audito itaq; etiam deſuper regis procuratore, parlamentum decreuit, vt tantum fructuum, quantum Canonicus percipere conſueuit, à toto Capitulo præbendæ præceptorialis loco pręſtarentur, qui perpetuo & ſine vlla dilatione tradi deberent præfecto; quem tam Epiſcopus & Capitulū quàm Conſules oppidi illius eligerent, vt ij impendantur in ſuſtentationem regętis aut præceptoris Catholicæ fidei vitæ & morum integritate, præclaráque eruditione præſtantis, & communi conſenſu Epiſcopi vel Capituli ac Conſulum oppidi ſcholis præfecti, qui etiam eorundē mutua voluntate mutari poſſet. Quod arreſtum pronunciatum fuit per dictum Dn. Præſidem d'Affis menſe Martio, Anno 165. Charondas arreſtum Parlamenti Pariſienſis menſe Ianuario, Anno 1565. pronunciatum allegat, quo Epiſcopo aut Capitulo optio conceſſa fuit vel pręben dam vel eius reditum præceptori aſſignandi.a Vnde diuerſitas præiudiciorum Pariſienſis & Tholoſani parlamenti, quoad articulum hunc apparet.

ADDITIO.

a *lib.3.reſponſ.cap.61.*

DECISIO XI.

ARGVMENTVM.

Præbēdam præceptorialem præſtare tenentur Eccleſiæ tā collegiatæ, quàm cathedrales.

SVMMARIVM.

1. *Ordinatio prædicta quoad præbēdam, tum per aliud arreſtum Parlamenti declarata fuit locum habere in Eccleſiis tam collegiatis, quàm cathedralibus.*

EODEM menſe Syndicus ſupplicem libellum curiæ exhibet, per quē petiit, vt iuxta ordinationem iſtam Capitulo & Collegio S. Gaudētis, quod in dicto oppido erat, imponeretur, vt æquè ac Eccleſia cathedralis præbendam præceptori aſſignaret. Capitulum excepit ordinationem illam alternatiuè † conceptam eſſe, nempe de Eccleſiis cathedralibus aut collegiatis, & propterea ſufficere, ſi ab alterutra earum impleatur. At procurator regius teſtatus fuit, ordinationem illam non alternatiuam, ſed copulatiuam eſſe, cùm ibidem particula *aut* copulæ vim habeat, & in coniunctiuam reſoluatur, menſque regis fuerit conſtitutionē ſuam obtinerę debere in Eccleſiis tam collegiatis, quàm cathedralibus. Quam procuratoris regij declarationem parlamētum ſecutum fuit, atque iudicauit prędictum quoque Capitulum S. Gaudentis præbendam præceptori aſſignare, omnéque quod priori arreſto de præbenda ab Eccleſia cathedrali pręſtanda dictū fuerat hic etiam obtinere, idémque arreſtum vim legis atque in omnibus Eccleſiis locum habere debere. Pronunciatum illud fuit eodem anno 1565.

DECISIO XII.

ARGVMENTVM.

Præbenda præceptorialis propterea deberi nõ deſinit, quod antea beneficium ab Epiſcopo fuerit ad pręceptoris ſuſtentationem deſtinatum.

SVMMARIVM.

1. *Eadem ordinatio obſeruari quoque debet, quando Capitulum vel Epiſcopi antea beneficium particulare ad ſuſtentationem præceptoris deſtinarunt.*

PER aliud arreſtum 2. Martij. Anno 1567. in cauſa appellationis Syndici oppidi de Beziers à ſentẽtia Seneſchalli, qui Carcaſſonnę eſt, aut eius vices gerentis ex vna parte: atque Syndici dicti oppidi Carcaſſonnæ ex altera parte, iudicatum fuit, præbendam † præceptorialem etiam tum deberi, quando Epiſcopus vel Capitulum antea præceptori peculiare beneficium deſtinauit. Quæ arreſta ex commentariis defuncti D. de Ioſſe depromſimus. 1

DECISIO XIII.

ARGVMENTVM.

Electio quomodo ratione præbendæ præceptorialis fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Quoad electionem in præbenda præceptoriali votum Epiſcopus, Capitulum & conſules habent.*

CVM dubium quoddam occaſione prædictæ ordinationis, quæ præbendam † præceptorialem à qualibet Eccleſia cathedrali aſſignari vult, inter Syndicum Capituli, quod Carcaſſonnæ eſt, atque Epiſcopum & Syndicum oppidi occurreret, nempe quomodo electio fieri, ſeu quę forma in eligendo obſeruari deberet, illud per arreſtum 26. Ianuarij, Anno 1571. ita definitum fuit; vt votum primum Epiſcopo, ſecundum Capitulo, & tertium oppidi Conſulibus competere diceretur. 1

DECISIO XIV.

ARGVMENTVM.

Præceptori, qui præbendæ fructus percipit, etiam diſtributiones quotidianæ debentur.

SVMMARIA.

1 *Diſtributiones quotidianæ aut manuariæ, quæ ob perſonale ſeruitium fiunt, præſentibus ſaltem debentur.*
2 *Adiudicantur tamen eiuſmodi diſtributiones quoque præceptoribus, qui iuuentutem informant.*
3. *Rationes & fundamenta, ob quæ eiuſmodi adiudicatio fieri ſolet.*
4 *Præceptor ſurrogatur in locum Canonici ſcholaſtici.*
5 *D. Cyprianus corrigitur in quodam loco ſuarum epiſtolarum.*

ALIVD præterea ratione prædictorum arreſtorum, atque ordinationis dubium motum fuit, nempe vtrum etiam ſub fructibus præbendæ, qui præceptori adiudicabantur, comprehenderentur diſtributiones ordinariæ & intereſſentes, (quæ ita à formula intereſſe diuinis vocantur) fundationéſque anniuerſariæ, &c. Si enim parlamentum eas comprehendere voluiſſet, tum vtique expreſſiſſet, tanquam ſpeciali nota dignas. Nam ſiue præceptori vnam integram prębendam, qualis in decretali illa a in ſecũda recollectione decretalium appoſita, ſed in editione vulgari omiſſa deſcribitur, ſiue fructus vnius præbendæ præſtari oportèat, diſtributiones † quotidianæ aut manuales, quas b recipiunt aſſidui amittunt tardi; minimè venire videntur, vtpote quæ principaliter non ad ipſa beneficia, ſeu præbendas, pertinent, c ſed ſaltem propter ſeruitium perſonale d atque ideo præſtantur, vt Canonici ad cultum diuinum alacriores reddantur, de negligentibus diligentes, de ſomnolentis vigiles, 1

ADDITIONES.

a *c. peruenit, de magiſtr.* b Iuo Carnot. *epiſt.* 75. c *in extrauag. cum nonnullæ, 1. ver. præterea, de præbend. c. litter. eod. c. fin.* & ibi gl. *de magiſtr. c. fin. §. in illis, de conceſſ. præben. in 6.* Oldrad. *conſ.* 118. *dec.* 39. *ſub tit. de præb. in antiq.* Boerius *dec.* 341. d *Clem.* 1. *§. idémque vniuerſitatem, de reliq. & venerat. ſanct.*

vigiles, de tardis aſſueti ad frequentandas horas Canonicas fiant: vt ad quas, panis interni dulcedo non mouebat, panis corporei refectio prouocaret, quemadmodum appoſitè quodam in loco Iuo ſcripſit. a Vnde ab interpretibus iuris Canonici communiter concluditur, quotidianas eiuſmodi diſtributiones, quas Iuſtinianus in nouellis ſuis diaria vocauit, nunquam dari iis, qui fictè intereſſe cenſentur. b Nec præceptor maiori fauore dignus eſt, aut amplius priuilegium habet, quàm Canonicus ſtudiorum cauſa, abſens, cui diſtributiones illæ haud debentur. Imò omnes ſpeciales conceſſiones, quæ ſtudiorũ cauſa abſentibus participationem diſtributionum quotidianarum permittunt per expreſſam decretalem abolitæ videntur. c Verum hiſce
2 rationibus † & fundamẽtis haud obſtantibus per arreſtum parlamenti Tholoſani 29. Ianuar. Anno 1584. intra Syndicum oppidi de Tarbe ex vna parte; & Syndicum Eccleſiæ cathedralis eiuſdem oppidi ex altera parte iudicatum fuit, quod præceptor, qui ſcholis præfectus erat, percipere deberet integros fructus vnius præbendę iuxta ordinationem, ita vt iiſdem fructibus diſtributiones ordinariæ, intereſſentes, anniuerſariæ fundationes, &c. continerentur niſi Syndicus capituli mallet, vt antea fecerat, quadringentas libras Turonenſes annuas præſtare. Quod arreſtum proculdubio probè fundatum eſt. Nam cùm certum ſit &
3 pro regula habeatur, † præceptori præbendam aut præbendæ fructus deberi, vtique etiam negari nequit appellatione fructuum diſtributiones quotidianas contineri, d vtpote quæ fructuum illorum pars ſunt, atque præceptori ob tres potiſſimum cauſas debentur. Prima eſt, quod eædem Theologis præſtandę ſint. e
4 At cauſa præceptoris † non minorem fauorem quàm Theologorum meretur, cùm iuuentutem rectè informare maxima pars religionis ſit Cuius rei teſtimonia ſatis vulgaria ex Euſebio, primo Concilio Niceno, & Concilio Lateranenſi peti poſſunt: atque quidam ex veteribus valdè laudatur, quod collegia & publicas ſcholas aperuerit, iiſdémque præceptores præfecerit. f Secunda ratio eſt, quod ad primam rei originem recurrẽtes deprehendere poſſint in primitiua Eccleſia ſcholarum curas ipſis Epiſcopis incubuiſſe, & poſtea in omnibus Eccleſiis, etiam cathedralibus Canonicum quendam fuiſſe, qui ob illud officium Scholaſticus vocaretur, indéque in iure Canonico reſcripta ad ſcholaſticos reperiuntur. g Tandẽ munus hoc informandi iuuentutẽ ad Epiſcopatus cancellarium deuolutũ fuit, iiq; omnes diſtributiones manuales & quotidianas perceperũt. Cùm igitur in eorũ locũ & ius præceptor hodie ſuffectus ſit, deterioris quoq; conditionis & ipſe iuxta vulgatũ iuris axioma h eſſe haud debet. Tertia & vltima ratio eſt, quod licet tales diſtributiones ob priuatã quandã vtilitatẽ Eccleſiaſticæ ſocietatis i haud aliis quã præſentibus debeãtur, tamẽ illud locũ nõ habeat, quã lo publicũ cõmodũ interuenit, quale ex ſcholis, quæ Reip. ſeminaria ſunt, maximúmque in iure fauorẽ ſemper merẽtur, prouenire negari nequit. Vnde etiã alibi decretũ eſſe legimus, k vt quotidianæ diſtributiones ſeu manualia beneficia & victualia dari debeãt iis, quos Eccleſię vtilitas excuſat, ne officiis in Eccleſia adeſſe vel deſeruire poſſint. Inter quos meritò etiã pręceptores referentur, qui animas iuuentutis rectè formare ſolent, maiorique honore quàm ipſi parentes, à quibus corpus ſaltem habemus, digni ſunt. Videtur itaque illi ea ratione adſtare & intereſſe diuinis. Quo etiã pertinẽt aliç rationes, quas paſſim Canoniſtę notant. l Haúdq; verè dicitur diſtributiones haſce nõ deberi iis, qui fictè intereſſe videntur & Canonicis ſaltẽ, m cùm eædem etiam Theologis & ægrotis iuxta gloſſam approbatam pragmaticæ ſanctionis dari ſoleant. n Et quamuis conceſſiones & indulgentiæ ad importunas quorundam preces factæ, à pontificibus reuocatæ ſint o tamen ea reuocatio minimè extenditur ad priuilegia in iure Canonico, atque à Synodis legitimè cõgregatis, ſeu

ADDITIONES.

a *ep.7.* b *c.de catero,de cleric.non reſid.* & *c.1.eo.tit.in 6.* c *c.fi.de reſcript.li.6.* d *d.c.fin.extrauag* 1. *de decim.* ibi, & *quia non occurrit nobis.* e gloſſa *in pragmat.* §.1.*tit.de collat.ſup.verb.nihil perdat.* f Charond.Diod.Sicul *lib.*12. g *in c.licet,de tranſlat.Epiſc.* h *l.ſi eum,* §.*qui iniuriarum .ſi quis caut.* i *c.cum non deceat,de elect.in 6.* k *c.2.de cleric. non reſid.in 6.* l Oldrad. *conſ.*118. Philippus Francus *in d.c.1.de cler.non reſid.* m *d.c.2.nic.de cleric.non reſid.* n *tit.quo temp.quiſque debet eſſe in choro,* §.*tollens, ſuper verb.Decani.* o *d.c.fi.de reſcr.li.*6.

ſeu conciliis, inprimis vero à Tridentino [a] conceſſa. Eadem quoque ratio quoad portiones funeralium, anniuerſarias fundationes, aliáque Capituli acquiſita obtinet, quæ à prædictis diſtributionibus [b] quando earum mentio fit [c] ſeparari nequeunt, ſed earum appellatione cõtinentur, [d] quodque diſponitur in vno, ſibi vendicat locum in alio; cùm caſus, quos identitas rationis coniungit, diuerſo iure cenſendi nõ ſint. Atque hæc præcipua ferè argumenta ſunt, quibus prædicti Dn. Præſidis arreſtum confirmari poteſt, qui etiam eruditiſſimam diſſertationem de anniuerſariis conſcripſit, quæ nihil aliud eſſe dicebat, quàm commemorationes, quæ anno vertente fiebant, cùm conuiuia & ſportulæ clericis darẽtur. [e] Pro confirmanda etiam eorum an-
5 tiquitate † allegabat teſtamentum S. Remi, in quo vinea legata fuit vt Laudunenſibus clericis anniuerſaria darentur; atque epiſtolam D. Cypriani, in qua lectionem vulgarem in verbis illis, *& diuiſiones menſuras æquatis portionibus partiantur*, corrigendam & legendum eſſe exiſtimabat, *& diuiſi honore menſa æquatis quantitatibus partiantur.*

ADDITIONES.

a *tit. de reform. ſeſſ. 5. c. 1. in fin. & ſeſſ. 14. can. 5.* b *c. 1. de cleric. non reſid. in 6. & alibi, vt ſupra.* c gl. *in c. multa, de præbend.* d *in l. liberto, §. fin. de annu. legat.* e *lib. 4. ep. 5.* Alia etia m, quæ ad hanc materiã faciunt, videri poſſunt apud Didac. Couar. *lib. 3. var. cap. 13.*

DECISIO XV.

ARGVMENTVM.

Diſtributiones quotidianæ in cauſam iudicati capi non poſſunt.

SVMMARIVM.

1. *Executio fieri poteſt in fructus canonicatuũ, aliorúmq; Eccleſiaſticorũ, ſed non in diſtributiones quotidianas.*

ARRESTO parlamenti Tholoſani 25. Septemb. Anno 1574. inter Franciſcum Galaupie ex vna atque Ioannem de Abbatia Canonicum & Stephanum Daula ex altera parte iudicatum fuit; fru-
ctus Canonicatus † & bona Eccleſiaſti- 1
corum capi & occupari poſſe non tantum pro debito ciuili, ſed etiam ratione expenſarum, in quas Canonici condemnati fuerant. [a] Expreſſè tamen exemptæ fuerunt diſtributiones quotidianæ, quæ haud magis in cauſam iudicati capi poſſunt, at panes ſeu victualia, quæ Canonicis, quibuſdam in locis veluti Tholoſæ in Eccleſia metropolitana S. Stephani diſtribui ſolent. Alimentorum enim vicem obtinent maioríque priuilegio muniuntur, quàm libri ſacerdotis aut ſtipendia militum vel profeſſorum. Quod arreſtũ pronunciatum fuit 19. Septemb. Anno 1554.

ADDITIO.

a Sic etiam in ſubſidium executio in feuda, ſeu eorum potius fructus fieri poteſt. Quo caſu creditor, qui legitimam immiſſionem impetrauit, ad ſeruitiorũ præſtationem, obſtrictus non eſt, ſed ipſum vaſallum ſeruire oportet. Speculat. *de prim. & 2. decret. §. reſtat videre 3. ver. quod ſi reus* 8. Chilian. *Ronig in proceſſ. iudiciar. cap.* 103. *num.* 21. Geil. 1. *obſ.* 117. *n.* 6. Hart. Piſt. *p.* 1. *q.* 15 *n.* 5. Dan. Moller. *lib.* 3. *ſemeſtr. c.* 33. Heig. *d. q.* 18. *n.* 13.

DECISIO XVI.

ARGVMENTVM.

Præbendarij abſentes interdum pro præſentibus habentur.

SVMMARIVM.

1. *Ratione proſecutionis litium, quas ordo, ſeu ſocietas habet, abſentes pro præſentibus habentur.*

SÆpius à Parlamento Tholoſano iudicatum fuit præbendarios & Cano-
nicos abſentes, ratione litium † capituli 1
pro præſentibus reputari, atque vt præſentes fructus præbendarum ſuarũ percipere. Sic etiam tale arreſtum 3. Decembris, Anno 1575. obtinuit Franciſcus Girardy theſaurarius hoſpitalis S. Iacobi, nempe vt per annum illum, quo theſaurarij officio Tholoſæ fungeretur, fructus perinde perciperet, ac ſi præſens eſſet, & actu deſeruiret.

DECISIO

DECISIO XVII.

ARGVMENTVM.

Equites Hieroſolymitani in numero religioſorum ſunt.

SVMMARIA.

1. *Equites ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani pro Eccleſiaſticis, religioſis, atque iis, qui profeſſionem fecerunt, habẽtur.*
2. *Equites prædicti, neque ſucceſſionem habẽt, in bonis propinquorum, neque viciſſim iis à propinquis ſuccedi poteſt.*
3. *Teſtamentum eiuſmodi equitis nullum declaratur.*
4. *Fauore piæ cauſæ eorundem equitum teſtamenta nonnunquam ſuſtinentur.*
5. *Teſtamentum equitis de Surre in præſentia Henrici II. regis nullum declaratum fuit.*

1 EQVITES ordinis † S. Ioannis Hieroſolymitani Eccleſiaſtici,[a] religioſi atque tales, qui profeſſionem fecerunt, eſſe cenſentur.[b] Vnde etiam inſtar aliorum religioſorum fratres vocantur. Imo eos ordini ſancti Auguſtini addictos eſſe atque horarum Canonicarum loco orationẽ Dominicam aliquoties per diem recitare teneri Volaterranus in ſua Anthropologia teſtatur. Plura quoque de iis Baldus & Andreas Siculus tradunt.[c] Dubitatum itaque aliquando fuit, vtrum equites iſti aſcendentibus, deſcendentibus vel aliis propinquis ſuis collateralibus ſuccedere poſsẽt? Quod dubium arreſto Parlamento Pariſienſis deciſum fuiſſe Papon exiſtimat,[d] per quod capaces illi declarati fuerint vt in ſimplici vſufructu, non verò in proprietate, omnibus propinquis ſuis tam in recta quàm in collaterali linea conſtitutis ſuccedere poſſent.

Quam etiam communem Iuriſconſultorum & pragmaticorum Gallorum opinionem multis præiudiciis & arreſtis parlamenti Pariſienſis firmatam eſſe Charondas teſtatur.[e] Tandem tamen ipſemet ſubiicit, ſe à viris excellentiſſimis accepiſſe, quod per arreſtum prædicti parlamẽti prolatum in habitu curiali[f] 22. Decembr. Anno 1573. fuerit iudicatum: equites illos neque quoad proprietatem, neque quoad ſimplicem vſumfructum propinquis ſuis, etiã in recta & multo minus in collaterali linea ſuccedere poſſe. Quod etiam conuenire dicit ſtatutis & regulis ordinis eorum, quibus expreſſe votum paupertatis in verbis illis (atque viuere ſine proprio) cõtinetur. Quare etiam eodem iure cẽſendi ſunt, quo reliqui religioſi, qui ſimile votum fecerunt, & in Francia, iuxta generalem conſuetudinem, † propinquis ſuis, tam in recta 2 quàm in collaterali linea cõſtitutis ab inteſtato ſuccedere non ſolent, quemadmodũ & iis viciſſim à propinquis ſuccedi nequit, ſed eorum loco ſuperior in conuentu religionis, quam profitẽtur, & cuius profeſſionis ergo veluti ſerui facti ſunt, admittitur.[g] Eiuſdem arreſti mentionẽ quoque Choppinus facit,[h] qui allegat Raymundum de Podio, ſupremum quondam magiſtrũ dicti ordinis, de ſtatut. ordin. tit. de regula hoſpitalariorum. Quibus ita præſuppoſitis; cùm frater Aymarus de Petra, eques dicti ordinis, † teſtamento condito, propinquum 3 ſuum Antonium de Petra heredem ſcripſiſſet, idémque teſtamentum à Bernhardo Blanco ordinis theſaurario impugnatum, cauſáque per appellationem ad parlamentum Tholoſanum deuoluta fuiſſet; audita vtraque parte & procuratore generali regis, ad relationem Domini de Ioſſe 15. Martij, Anno 1576. prædictum teſtamentum caſſatum, nullúmque declaratum fuit. A parlamenti autem iſtius ſenioribus † accepimus, quod licet eiuſmodi teſtamenta, contra recepta ordinis ſtatuta, 4 nunquam approbentur vel confirmentur: tamen interdum fauore piæ cauſæ, vel ratione eorum, quę ad exonerandam conſcientiam, vel etiam ad compenſationem

ADDITIONES.

a Quales etiam per arreſtum parlamenti Pariſienſis declaratos fuiſſe, teſtatur Papon en ſon recueil. *tiltr. des cheualiers de Hieruſalem* 10. *libr.* 1. b De quibus prolixe admodum agit Octau. Catheran. *dec.* 27 *in fin.* c Baldus *conſ.* 770. *lib.* 2. & Andr. Sicul. *in tit. de feud. extr.* d *d. tit. arreſt.* 6 e *tom.* 2. *reſponſ. libr.* 7. *reſp.* 225. f Hæc autem arreſta, quæ ſolemni eo tempore, quo Senatus in habitu curiali purpura, ſeu rubris togis ſe oſtendere ſolet pronunciantur, peculiarem præ aliis virtutem & vim legis ſeu generalis decreti habere teſtatur Charondas *libr.* 1. *pandect. c. p.* 3. ſiue *tit. de iuris prudentia & iuſtitia.* Seign. du Haill. *de l'eſtat & ſuccez des affair. de France liur.* 3. *pag.* 180. *col.* 2. g quemadmodum notat Charondas *libr.* 1. *pandect. cap.* 13. h *libr.* 3. *de ſacr. polit. tit.* 10.

nem ſeruitiorum legata aut donationis titulo relicta fuerunt, ſuſtineantur. Quod ſanè veritati conſentaneum eſſe, & defendi poſſe videtur, dumodo ad maximũ eques eiuſmodi de triẽte ſaltẽ diſpoſuerit. Aduocatus quidã Pariſiẽſis, qui Anno 1582. notas ad arreſta Ioannis Paponis ſcripſit, teſtatur in eiuſmodi teſtamentis ſemper, etiam pia cauſa non excepta, ſtatutorum ordinis rationem haberi. Quod etiam probari poſſe
5 videtur † per arreſtum illud 12. Martij, Anno 1571, in cauſa equitis du Seurre, in præſentia regis Henrici II. multorum principum ſanguinis, Cardinalium atque aliorũ magnatum a prolatum. Ordo enim equitũ appellationem tanquam ab abuſu interpoſuerat ab executione arreſti, quo confirmatum fuerat reſcriptum Pontificis equiti du Seurre teſtamenti factionem contra ordinis ſtatuta permittens. Prædicto itaque arreſtô declaratum fuit, quod ab ordine bene appellatum atque executio male facta fuerit. Quod arreſtum conueniens eſt opinioni eorum, qui exiſtimant ex iure Canonico probari b Pontificem Romanum ſoluere legibus monachum, vt teſtari queat, non poſſe. Quibus alij contradicunt, quos Ferronus recenſet. c

ADDITIONES.

a Choppinus *de doman. libr. 1. tit. 14. n.* 4. Charondas *lib. 7. reſp. cap. 96.* b *c. cum ad monaſterium, de ſtat. monach.* d *ad conſuetud. Burdegal. §. 17. de teſtament.*

DECISIO XVIII.

ARGVMENTVM.

Equites Hieroſolymitani occupationem fructuum ex beneficiis ſub manu Regis facere debent.

SVMMARIVM.

1. *Equites prædicti à iuriſdictione Eccleſiaſtica exempti quidem ſunt, ſed fructus beneficiorum ſuorum non niſi ſub manu, ſeu auctoritate regis occupare poſſunt.*

QVAMVIS equites ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani, de quibus in præcedenti deciſione dictum eſt, exemti
1 ſint † à iuriſdictione Eccleſiaſtica, atque ordinariè neminem, quam priores ſuos recognoſcant; tamen ſi per eorum deputatos aut alias auctoritate priorum occupatio fructuum ex beneficiis ſub alia quam regis manu ordinetur, aut fiat, ſtatim abuſus committi dicitur. Atque ſic declaratum fuit per arreſtum parlamenti Tholoſani 4. Martij, Anno 1575. in cauſa Raymõdi Treſcazes Sacerdotis religioſorum dicti ordinis appellantis tanquam ab abuſu ob proceſſum & ſententiam prolatam à commiſſariis per Capitulum prouinciale illius ordinis, quod tum in prioratu Tholoſano habebatur, deputatis. Audito enim procuratore regis generali, iuxta eius petitionem pronunciatum fuit. Quod arreſtum etiam propterea notari debet, cum eo probari queat, in Francia vnius ſaltem, nempe regis, manum ſupremam eſſe.

DECISIO XIX.

ARGVMENTVM.

Hodie monachi Franciſcani bona immobilia poſſidere poſſunt.

SVMMARIA.

1. *Franciſcani ordinis monachi mendicantes hæreditates atque immobilia bona capere poſſunt, dummodo eadem vltra annum & diem non teneant.*
2. *Hodie res propter concilium Tridentinum minorem difficultatem habet; exceptis Carthuſienſibus & fratribus minoribus de obſeruantia.*

DOMINVS Papon arreſtum refert, a quo parlamentum Tholoſanum Anno 1393. iudicauit; denegandam eſſe pe-
titionem † Franciſcanis monachis Mon- 1
tisbelientibus, qua defuncti cuiuſdam hæredes ſe declarari rogarant, vigore teſtamenti, in quo inſtituti erant. Quod arreſtum conuenit iis, quæ alibi Dn. Aufrerius refert. b Verum nihilominus poſtea per plura eiuſdem parlamenti arreſta idem limitatum & reſtrictum fuit. c Imò ipſi etiam Concilio Viennenſi hæc moderatio & interpretatio placuit, nempe eos heredes eſſe non poſſe, ſaltem ad hoc, vt bona perpetuò retinere poſſint: adeo vt per poſteriora hæc arreſta parlamentum Franciſcanos mendicantes declararit capaces.

ADDITIONES.

a *en ſon recueil liur. 1. tit. des Religieux mendians Arreſt. 2.* b *au ſtyle du parlement, arreſt 131.* c *Clement. exiui de Paradiſo de V. S.*

paces eſſe; qui hereditates & bona immobilia capere poſſint, ea tamen lege vt intra annum & diem eadem alienont. Cui limitationi & interpretationi occaſionem dedit religioſorum iſtorū neceſſitas ex charitatis & deuotionis defectu ortum ſuum trahens, cùm eorum Abbates atque Priores conqueri cum illo Abbate queant: propter abſtractas facultates patiuntur incredibilem veſtimentorum, leguminum ac piſcium indigentiam: & publica hoſpitalitas peregrinis iuxta priorum regum conſtitutionem exhibenda, intermiſſa eſt: famuli monaſterij ſqualore torquentur & frigore, nec poſſint ſubuenire miſeris. a Prædicto quoque arreſto Tholoſino ſimile eſt aliud arreſtum Parlamenti Pariſienſis, per quod teſte Papone b 5. Decembris, Anno 1371. iudicatum fuit contra conuentum Auguſtinianorum, quod ij bona immobilia non poſſidere, ſed domum donatam alienare deberent: Et huiuſmodi res ſuas vendendi præcepta ſumi ex vetuſto Eccleſiæ ritu c renouata deinde ſpeciatim Pontificis ſanctionibus inter religioſas ſacræ paupertatis profeſſores, exiſtimauit ille Andegauus Iuriſconſultus, d alter in iure noſtro Voluſianus Mœtianus in ſuis de ſacra politia libris, qui & reſcriptum memorabile de hoc extare dicit Ioannis XXII. cuius exemplar habetur in libr. ſtatutorum Academiæ Pariſienſis. Hodie propter Concilium † Tridentinum res hæc minus dubij habet, vtpote quo expreſſè definitum eſt quatuor ordines monachorum mendicantium, omnia monaſteria omnéſque religioſas domus (exceptis tamen Carthuſienſibus & fratribus minoribus de obſeruantia) bona immobilia capere & poſſidere poſſe. Quamuis autem Concilium Tridentinum quoad articulum hunc de diſpoſitione bonorum temporalium atque etiam de amortizatione manuum mortuorum, quæ ad ſolum regem priuatiuè ſpectat f nondum vſu in Francia receptum ſit: tamen eius diſpoſitio iudices commouere debet, vt in pronunciando potiùs prædicta arreſta poſteriora quàm antiqua ſequantur, præſertim cùm neceſſitas & vtilitas publica atque religionis fauor hic concurrant.

2

ADDITIONES.

a Lupus Ferr. *epiſt.* 45. b *au dict tiltre des religieux mendians arreſt.* 5. *&* 6. c *in Act. Apoſt. cap.* 4. *cum ſequent.* d *lib.* 3. *c.* 6. *nu.* 18. e *tit. de religioſ. & monial. cap* 3. f Choppinus *in loc. ſupra alleg.*

DECISIO XX.

ARGVMENTVM.

Generalis procurator regis in Francia quatuor ordinum mendicantium nomine in iudiciis experitur.

SVMMARIVM.

1 *Procurator regis generalis quatuor ordinibus mendicantibus, tam actoribus quàm reis, in iudicio aſſiſtere ſolet.*

VERVM hiſce haud obſtantibus atque vt euidenter appareat quatuor ordines monachorum † mendicantium prædictum Concilij Viennenſis decretum adhuc obſeruare teneri, hodie in Francia receptum eſt, vt ipſimet, veluti nihil proprij habentes, neque bonorum capaces in iudicio experiri nequeant; ſed eorum nomine generalis procurator regius parlamenti, vel per ſe vel per ſuos in inferioribus iudiciis ſubſtitutos, illorum nomine agit, aut etiam illos reos defendat. Quod non tantum bonorum immobilium, ſed etiam penſionum & legatorum in pecunia conſiſtentium atque alimentorum vel ſumptuum ad ſtudia mendicantibus relictorum nomine obſeruatur. De quo etiam teſtimonium perhibet Charondas in locis ſupra allegatis, vbi tradit à parlamento Pariſienſi 10. Maij, Anno 1541. ita iudicatum fuiſſe. 1

DECISIO XXI.

ARGVMENTVM.

Inter monachos mendicantes etiam prædicatores referuntur.

SVMMARIA.

1 *Frater donatarius abſolutus fuit ab actione, quam monachus prædicator contra eum inſtituerat.*

QVIDAM ordini prædicatorum ſe addicens, antequam † profeſſionem faceret, bona ſua fratri germano natu maiori donarat, ea lege, vt ſibi pro facultate bonorum donatorum ſumtus ad ſtudia ſuppeditaret. Deinde Monacho vi factæ reſeruationis penſionem annuam vel perceptionem fructuum ex bonis ſuis iudicialiter petenti frater donatarius 1

offert, ſe permiſſurum, vt fructus perciperet, dummodo prius ea, quæ pro cultura & cura & alia nonnulia, quæ poſt factam profeſſionem pro eo expenderat, refunderet. Videbatur itaque monachum illum ea ratione fructus rectè percipere poſſe, tum quod frater donatarius ipſemet ita offerret, tum quod prædicatores non obſeruent regulam mendicantium, a ſed ex conſtitutionibus ſuis à ſede Apoſtolica confirmatis, hoc habeant, b vt immobilia capiant, & pro neceſſitatibus ſuis alienent. Teſtantur item Doctores fide digni monachos hos reſcriptum quoddam Pontificis Clementis habere, quo iis in bonis temporalibus ſuccedere atque eorundem poſſeſſionem realem apprehendere permittatur. c Cuius reſcripti Pontificij, quod Albericus d recenſet, auctoritate nonnulli reſpõderunt fratres prædicatores heredes inſtitui poſſe, cùm propter priuilegium Apoſtolicum ſucceſſionum capaces facti fuerint: quemadmodum etiam Felinus notauit, quem Boërius *in ſuis deciſionibus* allogat, atque etiam teſtimonium Stephani Bertrandi affert, quem Iohannem de Garronibus vocat, cùm vtriuſque repetitiones *ad tit. Cod. de ſecund. nupt.* coniunctim & vnici tractatus inſtar impreſſæ ſint, adeò vt in illo tractatu vnius nomen ſæpè pro altero ſumatur. Verum hiſce non obſtantibus fratres prædicatores, iuxta generalem Franciæ conſuetudinem, pro monachis mendicantibus habentur. Quare etiam parlamentum Tholoſanum in prædicta hypotheſi fratrem donatarium abſoluit, atque iudicauit eum Syndico prædicatorum conuentus, in quo frater donator cõmorabatur, & literis operam dabat, per quinque annos, quorum initium à feſto S. Remi proximè futuro, ſeu Calend. Octobr. Anno 1585. fieret, certam pecuniæ ſummam præſtare debere. Idem quoque antea, 21. Auguſti, Anno 1583. ab eodem parlamento iudicatum fuit. Simile item arreſtum, non tamen in terminis donationis, Charondas affert, quo parlamentum Pariſienſe Calen. Octob. Anno 1585. declarauit eum, qui profeſſionem fecerat, ſucceſſionis incapacem eſſe, quod etiam tacitè parlamentum Tholoſanum arreſto prædicto innuere voluiſſe videtur.

Additiones.

a Frideric. de Senis *conſ. 9.* Bald. *in l. cum acutiſſimi, Cod. de fideicom.* b Alexand. *conſ. 88. libr. 2.* c Quefada *cap. 22. verſ. quaſ. diuerſ. iur.* d *in auth. ingreſſi C. de Sacroſanct. Eccleſ.* e *libr. 1. reſponſ. c. 66.*

DECISIO XXII.

Argumentum.

Sacerdos priuilegio ſuo ob ſeruitium, quod laico præſtat, non priuatur.

Summaria.

1 *Sacerdotes laicis inſeruientes ſacerdotale priuilegium non amittunt.*

2 *Prohibitum eſt laicis, ne negotiatores agentes aut procuratores perſonas Eccleſiaſticas habeant.*

Sacerdotes in ædibus † & ſeruitio laicorum exiſtentes (quod hodie frequenter cum maximo cleri ſcandalo fieri videmus) priuilegia ſacerdotalia propterea non amittunt. Atque ita iudicauit parlamentum Tholoſanum in cauſa Sacerdotis Franciſci Boſquet, qui lubricitate præuentus, ad petitionem Domini de Souppet carceri mancipatus fuerat. Iſte enim per arreſtum curiæ 3. Ianuarij, Anno M.D.LVIII. ad iudicem ſuum diœceſanum remiſſus, eodémque arreſto † prohibitum omnibus laicis fuit, ne procuratorum aut negociatorum loco perſonas Eccleſiaſticas haberent; ſub comminatione, quod tranſgreſſores, tanquam violatores arreſtorum, puniri deberent. Quod arreſtum etiam in aduerſaria ſua Dominus de Ioſſe retulit.

(margin: 1 … 2)

DECISIO XXIII.

Argumentum.

Clericus matrimonium, etiam cum vnica & virgine contrahens clericorum priuilegiis priuatur.

Summaria.

1 *Clericus ob homicidium commiſſum ad mortem condemnatus fuit.*

2 *Clericus vxorem ducens, ſiue primæ, ſiue vlteriores nuptiæ ſint, clericorum amplius priuilegio non gaudet.*

Dominus Papon refert Clericum † quendam tonſum nullámque vxorem habentem, homicidij conuictum, quod aduocato parlamenti Tholoſani interfe- 1

confecto commiſerat, arreſto eiuſdem parlamenti 11. Septembris, Anno 1469. congregatis omnibus Dominis Senatoribus tam clericis, quàm laicis priuilegio cleri priuatum atque poſtea abſoluto proceſſu ad mortem condemnatum fuiſſe. a Quod ob criminis atrocitatem factum dubiumque propterea obortum fuit, quod clericus in habitu clericali deprehenſus fuiſſet. Alias enim res dubio caruiſſet, reiecta clerici dilatoria exceptione, cui hodie non multum tribui ſolet, præſertim ſi clericus
2 † matrimonium etiam cum vnica & virgine contraxerit. Nuptiis enim cleri priuilegia planè amittuntur. b

ADDITIONES.

a *en ſon recueil, tit. de la iuriſdiction temporelle artic.* 49. b gloſſ. *in c. tranſmiſſa, de elect.* Deciſiones Capel. Tholoſ. *q.* 52. 117. 144. 147. 162. 253. & vbi Aufrerius.

DECISIO XXIV.

ARGVMENTVM.

A iudice ordinario condemnari quis in litis expēſas debet, quas ſponte coram incompetenti iudice litigans fecit.

SVMMARIA.

1 *Sacerdotes atque aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ condemnantur in expenſas litium, quas ſponte coràm ſeculari & incompetenti iudice habuerunt.*

2 *Idémque quoad laicos receptum eſt.*

FREQVENTER contingit vt Sacerdotes
1 † atque aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ etiam in cauſis ſuorum priuilegiorum atque aliis ſimilibus, vbi exceptio declinatoria commodè opponi poteſt, eadem vel ignorantia vel alia ratione ducti omiſſa coram ſeculari & incompetenti iudice litigent, ac tandem poſt cauſæ concluſionem vel etiam prolatam ſententiam ad parlamentum prouocent, grauaminum loco deducentes ſe exceptione declinatoria vſos non fuiſſe, eóque nomine diploma regium impetrent. Quo caſu diplomatis quidem à parlamento ratio habetur, eo quod eiuſmodi perſonæ non potuerint conſentire etiam de conſenſu Epiſcopi in iudices laicos, a ſed nihilominus eædem in expenſas litium, quas coram iudice ſeculari habuerunt, condemnantur. Sic, ſi Clericus paſſus fuerit, ſe condemnari à Iudice laico, & poſt condemnationem in executione allegauerit priuilegium clericale, erit ille clericus in expenſis condemnandus cùm in illis partem aduerſam fatigarit ex Canoniſtarum ſententia. b Idem quoque haud raro quoad cauſas ciuiles & inter perſonas † merè laicas obſeruari vidimus, 2
quando nimirum ad iudices præſidiales appellatum, in cauſis à quibus ad ipſa parlamenta appellari poterat, & demum poſt proceſſum coram preſidialibus inſtitutum ad parlamenta prouocatum, & diploma regium eo nomine impetratum fuit. Etſi enim parlamentum diploma comprobauit, cauſámque retinuit: tamen appellantem in expenſas quas ſponte coram præſidialibus litigans fecerat, condemnare ſolitum fuit. Quod iuri conueniens & maximè æquum videtur.

ADDITIONES.

a *c. ſignificaſti, c. ſi diligenti, de for. compet.* Deciſ. cap. Tholoſ. *q.* 126. b Felinus *in c. exceptionem, de except.* referente Ranchin. *p.* 3. *concl.* 467.

DECISIO XXV.

ARGVMENTVM.

Parlamenta de accuſati clerici declinatoria cognoſcere poſſunt.

SVMMARIA.

1 *Curia parlamentorum partim ex clericis, partim ex laicis conſtant.*

2 *Eccleſiaſticæ perſonæ quo magis auctoritati ſupremarum curiarum aduerſantur, eo magis propriam imminuunt.*

3 *Parlamentum Tholoſanum Eccleſiaſticorum contumaciam ex officio, & Pariſienſe per occupationem bonorum temporalium coercet.*

DOMINVS Papon notauit ſolas † ſupremas curias parlamentorum, non 1
verò vllos alios inferiores aut ſubalternos iudices, de exceptione declinatoria accuſati clerici cognoſcere poſſe, atque ab Epiſcopo perſonam habilem, quæ accuſato aſſiſtat, delegari debere. Nam ſupremæ illæ curiæ veluti quoddam corpus ſunt ex

clericis & laicis conſiſtens, & propterea talem auctoritatem non immeritò obtinet. Quod tamen hodie ſibi perſuadere non poſſunt Prælati & Superiores Eccleſiaſtici, qui iuriſdictioni Parlamenti Tholoſani ſubiecti ſunt. Quando enim parlamentum iſtud decernit,(quod ſæpiùs & ferè ſemper in proceſſibus criminalibus contra clericos, Sacerdotes, aut alios Eccleſiaſticos quo ad caſus priuilegiatos inſtitutis facere ſolet) vt eorum Archiepiſcopi, Epiſcopi, aut alij Superiores, vel etiam Vicarij generales, quendam ex Dominis Senatoribus clericis deputent, quo coniunctim ea ratione procedatur, tum prædicti clerici etiam diligentiſſima requiſitione adhibita & poſtulatione procuratoris regij generalis accedente, haud obtemperare, ſed ſurdas ſalutaribus monitis aures præbere ſolent? Dum
2 autem ea ratione auctoritatem † ſupremarum curiarum veluti infringere conantur, nil aliud agunt, quàm vt propriam imminuant, quemadmodum ipſi, aut eorum ſucceſſores aliquando ſatis deprehendent. At Parlamentum Tholoſanum † ea in re tempori cedens & quodammodo conniuens ſolitámque prudentiam vſurpans, vt Prælatos & reliquos Eccleſiaſticos obedientes reddat, non quidem eorum temporale patrimonium occupat ſicque remedium adhibet, quo olim Parlamentum Pariſienſe contra Archiepiſcopum Rothomagenſem 5. Auguſt. Ann. 1573. a & Cardinalem quendam b vſum fuit: Sed ipſummet poſt factas intimationes negligentibus iis, quibus hoc incumbebat, quendam ex Dominis Senatoribus clericis ſeligit, quem accuſato in proceſſu & iudicio aſſiſtere oportet. Quod ita fieri ſolere notū eſt iis, qui Parlamentum illud frequentant, & præſertim qui in numero Senatorum ſunt. Monentur verò Eccleſiaſtici, vt caueant c ne tandem (quod vulgo parœmia iactari ſolet) tam malè cedat vt aliquando, ſicut & alias bene cedat.

ADDITIONES.

a Papon *audit. Recueil. tiltre. que deſſus arreſt.* b Lucius *lib. placit. tit. 2. arreſt. 7.* c Lucius *d. tit. arreſt. 18.*

DECISIO XXVI.

ARGVMENTVM.

Clericorum priuilegiis ille tãtum gaudet, qui clericè viuit.

SVMMARIVM.

1 *Quando clerici nominantur, comprehẽduntur aut excipiuntur in diſpoſitionibus arreſtorum aliorúmque actuũ tum intelligi ſaltem ſolent clerici, qui clericè viuunt, & Eccleſiæ inſeruiunt.*

DOMINVS d'Antraigues en Viuarais contra Syndicum incolarum dicti loci iurium quorundam nomine in iudicio experiens documentis quibuſdam productis, in quibus perſonæ clericorum † ſpecialiter exceptæ erant, victricem ſententiam, condemnatis reis, 11. Septemb. Anno 1559. obtinuerat, in qua ſententia itidem clericorum perſonæ eximebantur. Quæ cùm executioni mandari deberent, diſceptatum fuit vtrum pro clericis hoc in caſu omnes habendi eſſent, qui literas tonſuræ & clericatus monſtrare poſſent; an verò ij ſaltem, qui clericè viuerent atque Eccleſiæ inſeruirent. Poſterius alio Parlamenti arreſto definitum fuit, pluráq; huic ſimilia arreſta Charondas refert. a

ADDITIO.

a *lib. 7. reſponſ. cap. 18.*

DECISIO XXVII.

ARGVMENTVM.

Iudex Eccleſiaſticus ſaltem de fœdere matrimonij cognoſcit.

SVMMARIA.

1 *Cognitio cauſarum matrimonialium ad iudicem Eccleſiaſticum pertinet, ſed quando de ſimplici facto quæritur, cognitio iudicum ſecularium eſt.*

2 *Decretalis epiſtola Honorij III. Pontificis ad Ludouicum Franciæ regem bene intellecta ob rationes inibi expreſſas in eadem hypotheſi obſeruari debet.*

3 *Alia decretalis Pontificis Clementis III. in Francia locum habere aut obſeruari nequit.*

ECCLESIASTICI rerum † & iurium 1 ſpiritualium veri ac competentes iudices ſunt, atque econtra ſeculares, rectè de rebus & cauſis ſecularibus, omnibúſque factis, quæ non tantùm de ſecularibus, ſed etiam ſpiritualibus, cauſis dependent, rectè cognoſcere & iudicare poſſunt. Atque ſic etiam quoad Sacramentum matrimonij (vt D. Paulus illud appellat) quando de eius iure quæſtio nempe

vtrum

vtrum promiſſio valida vel inualida ſit, cognitio ad iudices Eccleſiaſticos pertinet, eóque caſu ſupremæ curiæ in Francia,præſertim verò Parlamentum Tholoſanum, cauſam & partes litigantes ad iudices Diœceſianos remittere ſolent, vt ibi de fœdere matrimonij cognoſcatur & iudicetur. His ce enim verbis remiſſiones olim fieri cōſueuerant. At quando eiuſmodi lites in curiis ſecularibus motæ quæſtionem ſimplicis facti,quoad matrimonium, cōcernunt, vel ti quando illud negatur aut ideo falsē impugnatur,vt appareat alterū ex litigantibus qualitate carere,quam quoad ius ſucceſſionis aliáve emolumenta temporalia prætendit: tum quia nō de ipſo matrimonij iure,ſeu fœdere diſceptatur, cauſa in ſeculari curia non immerito retineri poteſt. Tum quoque cognitio ad ſecularem iudicem iuxta Bartoli doctrinam a pertinet, quando de conuentionibus & pactis dotalibus, aut etiam de damno & intereſſe ob non impletum matrimonij contractum exiſtente agitur. Sícque ad noſtram relationem parlamentum Tholoſanum in cauſa Cultinorum,appellantium à Seneſcallo de Bigorre aut eius vicario, Anno 1584. iudicandum eſſe rémque difficultate carere exiſtimauit. Difficultas tamen haud leuis
2 † exiſtere poſſet, ſi eiuſmodi caſus eueniret,quale de rege [illegible] Cypri [illegible] fex Honorius III. [illegible] ſua ad [illegible] Franciæ regem [illegible] fecit. b Quæ dec[illegible] ſinè intellectu haud iniqua ſe [illegible] ibidem expreſſis ad hy[illegible] iſta quadrare videtur. Sic & aliud reſcriptum † Cle-
3 mentis III. in iure Canonico habetur, c quo Pontifex de eo conqueritur, qui de matrimonio,ſeu principali, cognouerat, atque de dote, tanquam matrimonij acceſſorio cognoſcere neglexerat. Verum hoc in Frãcia non obſeruatur quemadmodum Dn. Choppinus tradit, d atque etiam doctiſſimus & excellens ille aduocatus parlamenti Pariſienſis D. Annæus Robertus notat, qui poſt adductas ex vtraque parte rationes nonnulla prædicti parlamenti arreſta confert. e

Additiones.

a *in l.omni innouatione, C.de Sacroſ.Eccleſ.* b *c.tuam,de ord.cognit.* c *c.2.de donat.int.vir.& vxor.* d *lib.2.de ſacr. polit. tit.1.n.14.* e Annæ.Robert.*lib.3. rer.iud.cap.5.* qui de conſuetudine in Galliis recepta commune illud appellationum tanquam ab abuſu remedium aduerſus Eccleſiaſticorum in iura regia vſurpationes ibidem introductum eo caſu adhiberi ſolere teſtatur. Vſus itaque fori & laudabilis multorū locorum conſuetudo Pontificiis illis decretis minus cōſentanea eſt,quæ matrimonialibus in cauſis iudicē Eccleſiaſticū non ſolum de fœdere matrimonij, ſed etiam de dote aliiſue illius acceſſoriis, quæ ſpiritualia non ſunt, cognoſcere iubent. In imperio noſtro Romano Germanico ſtatus, qui Pontificiam religionem eiurarunt,ipſimet in ſuis ditionibus e Theologis & Iuriſconſultis plerumque conſiſtoria ſiue iudicia Eccleſiaſtica conſtituunt,atque iis cognitionem rerum ſpiritualium, vi ſuſpenſæ iuriſdictionis ſacræ,committunt.

DECISIO XXVIII.

Argumentum.

Quoad poſſeſſorium beneficiorum,aliarúmque rerum ſpiritualium,iudex ſecularis competens eſt.

Summaria.

1. *Diuerſitas arreſtorum parlamenti Tholoſani,quoad congruas portiones,quas curiones & vicarij perpetui à patronis, prioribus, prælatis atque aliis percipiunt.*
2. *Factio fœderatorum in Francia omnia conſudit,atque ipſos etiam Catholicos turbauit.*
3. *Literæ Pontificis Sixti V. quibus ad epiſtolam parlamenti Tholoſani reſpondit.*
4. *Poſſeſſorium beneficiorum temporale eſt, atque in nudo facto conſiſtit.*
5. *Reſcriptum Pontificis Leonis X. ad dictum parlamentum.*
6. *Monachus quidam Carmelitanus in poſſeſſionem rectoratus in Theologia ante ducentos annos à parlamento Tholoſano immiſſus fuit.*
7. *Pretentiones iniquæ quorundam clericorum, quas publico ſufflamine adiuti nouiſſimi belli in Francia occaſione vſurparunt.*

QVOAD congruas & ſufficientes portiones, quas curiones aut vicarij perpetui à patronis,prioribus,prælatis & reliquis, qui Eccleſiæ prouentus † recipiunt, 1

petere ſolent, a diuerſa parlamenti Tholoſani præiudicia ſeu arreſta extant. Vigore n. arreſtorum primorum, eiuſmodi actores in perceptione quartæ partis fructuum definitiuè manuteneri ſolebant: quale arreſtum prolatum fuit 4. Maij, Anno 1581. in cauſa Ambroſij Pinart tunc temporis curionis aut vicarij perpetui Eccleſię parrochialis S. Seuerini de Ricacelle, atque tępli adiuncti B. Mariæ de cruce, petentis augmẽtum congruę portionis fructuum decimalium in dicta parœcia auctorum: contra Gabrielem de Narbonne Abbatẽ de grand Selue. Ante pronunciationem huius arreſti à prædicto parlamento contra eundem Abbatem per aliud arreſtum confirmatam fuiſſe ſententiam, qua Seneſcallus Tholoſanus, aut eius vicarius quadrantem fructuum adiudicarat, Dn. Ioſſe in aduerſariis ſuis notauit, illúdque arreſtum ſecundam claſſem conſtituit. Quæ (ſi ita ſe habent) iuriſdictioni Eccleſiaſticæ admodum aduerſa videntur, vtpote ad quam eiuſmodi adiudicatio proprie pertinet, quemadmodum rectè Rebuffus docuit, b qui etiam auctoritate textuum iuris Canonici illud confirmat, atque tradit lite quoad poſſeſſoriũ beneficij, coram iudice ſeculari mota, cum prædictam portionem congruam adiudicare, ſeu potius in iſta actores per modum prouiſionis manutenere poſſe, vt interim curiones ſeu vicarij perpetui Deo deſeruire, & ſacramenta legitimè adminiſtrare poſſint. Quam etiam ob cauſam veriſimile eſt parlamentum Tholoſanum poſtea in eiuſmodi caſibus per alia arreſta, (quæ in tertia claſſe collocari poterunt) ſolitum fuiſſe, quoad ipſum principale, cauſam & litigantes ad iudicem Eccleſiaſticum remittere, atque interim per prouiſionem adiudicare perceptionem congruæ portionis, iuxta eam quantitatem, quam curionibus aut vicariis perpetuis ſufficere exiſtimaret, vel potius eos prouiſionaliter in illa manutenere, ea lege, vt iuxta ſacra decreta in locis beneficiorũ ſuorum reſiderent. Tale etiam fuit arreſtum, quod Anno 1560. in cauſa D. Raymõdi Maynardi fratris noſtri, curionis de Mier en Quercy; contra Aymarum de Ferrieres, Decanum de Carrẽnac, prolatum fuit. Idem quoque ſæpius iudicari audiuimus in ſecunda claſſe inquiſitionum, præſide Domino Chauuet. Verum quidem eſt

2 † atque negari nequit, quod Anno 1589. fœdus illud ſacrum, vt appellabatur, ſiue liga, ſub prætextu cõſeruationis religionis Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ, tantam confuſionem nobis in Francia pepererit, omniáque ita turbarit, vt confuſum quoddam chaos nobis ſaltem reliquum videretur: adeo vt ipſius etiam Pontificis Sixti V. ſalutares præmonitiones planè ſpernerentur. Is enim in reſcripto † ad epiſtolam à parlamẽto Tholoſano eo nomine perſcriptam, quo apertè teſtabatur, quam iniquè ferret ea, quæ ſuperiori anno 1588. in comitiis Bleſſenſibus acta fuerant, hęc verba vſurparat ſe non ceſſaturum monere regem 3

(pro rege enim adhuc eum agnoſcebat) vt rediret aliquando ad ſe, & deſineret ſubuertere vias Domini rectas: quod ſi feciſſet vehementer lætari, qui Regem cuperet in viſceribus Ieſu Chriſti: ſin minus, poteſtatem, quam ſummum habeat à Domino, in illum extenſurum, conſcientiæque ſuæ poſtulatiſque curiæ ſatisfacturum. Adiecerit item poſtea hęc verba: vos etiã atque etiam hortamur, qui fidem Catholicã profitemini, quam ſine bonis operibus mortuam eſſe non ignoratis, vt non ad alicuius ſtudium, neque ad priuatum aliquod compẽdium, ſed ad diuinam Dei gloriam, & ad regni iſtius nobiliſſimi ſalutem cogitationes, ſenſus, actáque veſtra referatis. Datum Romæ 29. Maii 1589. Eo itaque tẽpore, cùm omnia, vt dictum eſt, confuſa eſſent in eiuſmodi cauſis arreſta, quibus ſimplex remiſſio ſine vlla prouiſione ad iudicem Eccleſiaſticum fiebat, proferebantur. Quidam enim ex illis libertinis, qui fœderatorum nomen vſurpabant, planè euertere conabantur auctoritatem ſupremarum & inferiorum regiarum curiarum, iuxta quam illæ quoad poſſeſſorium beneficiorum atque alias etiam in cauſis Eccleſiaſticorum, ſi eorum ordinarij aut ſuperiores negligentes eſſent, cognoſcere poterant: & cognoſcere antea ſolitę fuerant: adeo vt omnes iudices ſeculares, qui cognitione iſta abſtinere nollent, excommunicatione ſeu anathemate dignos declarare haud vererentur, & quidem ſub prætextu nouellæ publicationis, quam ad præcipuas templorũ valuas inſtar bullę in cœna Domini affigi curarãt: qua prohibitas & ſublatas eſſe dicebant eiuſmodi cognitiones de prędictis fructibus beneficiorum, (de quibus ſaltem in † poſſeſſorio, quod planè temporale eſt, & in nudo facto conſi- 4

ſtit

ADDITIONES.

a *c. ſicut, de ſuppl. neglig. cleric. c. de monachis, c. Lateranenſ. de praben. cum ſimilib.*

b *in tract. de congr. port. n. 5.*

ſtit a agitur) atque de aliis cauſis contra perſonas Eccleſiaſticas in caſibus priuilegiatis (quarum tamen cauſarum reſpectu pro laicis illæ habentur.) Verùm prohibitio iſta planè aduerſa eſt auctoritati Regis noſtri, qui etiam ob prædictam cognitionem in cauſis ſpiritualibus Chriſtianiſſimus vocatur, eundéque ob finem in ſupremis ſuis parlamentorum curiis prælatos ſeu perſonas Eccleſiaſticas aſſidere voluit, atque ſingulare priuiligium † Pontificis Martini bullam conceſſum habet.
5
Quam bullam Præſes Gratianopolitanus b in ſuis deciſionibus, arreſtáque eius vi prolata refert, vbi etiam omnia congerit, quæ ad pleniorem huius doctrinæ explicationem facere poſſunt quem item reliqui ſequuntur, qui ad eiuſdem opera non ita pridem notas ſcripſerunt. Cæterum, ne vllus ſcrupulus remaneat parlamento Tholoſano eiuſmodi cognitionem competere in reſcripto quodam, ſeu breui, vt vocant, recommendatorio 17. Nouemb. Anno 1513. eidem parlamento tranſmiſſo Pontifex Leo X. teſtatus fuit; cuius tenorem prolixius Guilhelmus Benedicti in repetit. *c. Raynutius, extr. de teſtam.* recenſet. Multū etiam iam tempus eſt, & ducenti ferè anni lapſi ſunt, cùm à parlamento Pariſieſi monachus quidam Carmelitanus † in quaſi
6
poſſeſſioné profeſſionis in Theologia, atque eiuſdem rectoratus (quæ res merè ſpiritualis eſt) reſtitutus fuit. c Vnde etiam plures ſanctiones defunctorū regum noſtrorum quoad poſſeſſorium beneficiorū aliarúmque rerum ſpiritualium promulgatæ fuerunt, adeo vt adhuc regii officiales in quaſi poſſeſſione cognitionis illius ſint, & reintegrandæ poſſeſſionis gratia condictio admittatur in rebus ſacris Galliarum. Cuius rei euidens teſtimonium noſtro tépore perhibet cauſa illa redintegrandæ, quoad magnum vicariatum de Pontoiſe, ſub Archiepiſcopatu Rothomagenſi per arreſtum magni Conſilij vltimo Septemb. Anno 1595. definita, cuius etiam mentionem Dn. Choppinus facit. f Tandem hic in memoriam nobis Dn. de Ioſſe, quem ſupra ſæpius ideò allegauimus, ne quicquā quod eius eſt, ſurripuiſſe videamur) reuocamus, † qui inter Catholicos ſui tempo-
7
ris quoad fidem & profeſſionem maximè deuotus, ſed choleræ nimis obnoxius fuit, vt teſtari poſſunt ij, qui eum nouerunt. Is cùm ſacerdoti aliquando peccata ſua confiteretur, eorundémque abſolutionem peteret, ab eodem iuſſus fuit confiteri, an & ipſe voto ſuo ſententias in caſibus prædictis inter & contra Eccleſiaſticos prolatas confirmaſſet, cum adiuncta comminatione, quod abſolutionem impetrare haud poſſet, niſi polliceretur ſe in poſterum ab eiuſmodi ſententiis abſtinere velle. Quam pollicitationem iſte denegauit, & rationes illarum ſententiarum in probatis libris confirmatas allegauit, tandémque à Sacerdote, qui nihil amplius efficere poterat, abſolutus fuit. Mox Eccleſiaſtici conuenêre, réque cum prudentioribus, & qui publica negotia ac priuilegia regni optimè callebant, deliberata, intellexerunt officiales regis (quamuis ob violentiam & confuſioné illum admodum attonitos, atque ad numerum exiguum redactos, cùm ex triangulo ob mortem vnius & abſentiam alterius vnicus quaſi angulus factus fuiſſet) reſiſtere velle, & propterea ob periculum, quod inde imminebat, veriti ſunt rem tanti momenti aggredi, illúdque quod tam ſolido fundamento nitebatur, ac diuturno vſu inoleuerat, euertere. Haud tamen omiſerunt alias eiuſmodi res in conſequentiam moliri, adeò vt miniſtros Dominorum Senatorum, & quoſdam ciues vrbis Tholoſanę, quorum maximum inter Catholicos nomen erat, incitarent, qui frequenter cū Dominis Senatoribus ea de re differerent, eoſdémq; in aliam opinioné perducere conarentur. Quidam etiam ex Dominis Senatoribus, ſed numero exigui, qui in confraternitate fœderatorum, atque haud parum delectabantur nomina ſua à prædicatoribus ſeu potius declamatoribus (qui tū temporis Tholoſæ præcipuorum templorum ſuggeſta tenebant) publicè celebrari, eiuſmodi caſu eueniente ſimplicem remiſſionem ad iudicem Eccleſiaſticum ſuadebāt: nonnulli quoque votum ſuum dare planè recuſabant, cùm hoc ſalua conſcientia & metu prædictæ excōmunicationis ſe haud facere poſſe prætenderent. Atque hæc interim hoc loco de cōfuſione illa dixiſſe ſufficiat, donec prodeat ipſius hiſtoriæ deſcriptio, quam inter manuſcripta noſtra habemus, & quę Deo cleméter iuuāte lucé veritati probare poterit, quoad ea, quę prędicto tepore miſerabili Tholoſæ geſta fuerunt.

DECI.

ADDITIONES.

a Innocentius *in c. cū dilectus, de elect.* Archidiaconus *in c. frequen. de reſtitut. ſpoliat. lib. 6. c. olim, 3. eod. tit. in antiqu ſſ.* & ibi gl. ſuper verb. *iuramēto.* Aufrerius *in tract. de poteſt. ſecul. re. 2. v. 24.* Nicol. Boër. *deciſ. 60. n. 23.* Thom. Gram. *dec. 78. per tot.* Matth. de Affl. *deciſ. 24. n. 2.* Andr. Geil. *lib. 1. obſ. 38. n. 3.* A.D. b Guido Pap. *q. 1.* c Ioannes Gallus, *q. 386.* d *de mor. Pariſ l. 3. t. 1. nu. 8.*

DECISIO XXIX.

ARGVMENTVM.

In congruam portionem curiones imputant omnia, quæ proprio iure Eccleſiæ percipiunt.

SVMMARIVM.

1 *Quaſnam res curiones aut vicarij perpetui in congruas portiones ſuas imputare teneantur?*

1 CVRIONES ſeu vicarij † perpetui omnia ea, quæ ratione beneficiorum, ſuorum, & ſic intuitu ſeu iure Eccleſiarum proprio percipiunt, incongruam portionẽ ſuam imputare debent: ſed econtra imputare haud tenẽtur illa, quæ extra ius Eccleſiæ accipiunt quemadmodũ rectè Rebuff. notat.a Cui etiam cõſequens eſt, quod res illæ, de quibus dubitatur, an ad ius propriũ Eccleſię pertineãt, veluti ſunt diſtributiones quotidianæ, in quadrantẽ fructuũ decimaliũ curionibus aut vicariis perpetuis loco congruæ portionis debitorum haud imputẽtur. Atq; ſic iudicatum fuit per arreſtum Parlamẽti Tholoſani Anno 1543. in cauſa rectoris Sacelli contra Syndicũ Sacelli B. Virginis de Beaumõt en Rouergue. Idémque ob rationis identitatem, quoad oblationes & anniuerſarias obſeruandum eſſe Rebuffus docuit.

ADDITIONES.

a *in tract. de congr. port. n.* 85. b *in d. tract. n.* 86.

DECISIO XXX.

ARGVMENTVM.

Curiones & vicarij perpetui noualium decimas percipiunt.

SVMMARIA.

1 *Noualia à Parlamento Thoſano adiudicata fuerunt Epiſcopo, priori, rectori, & vicario perpetuo ad proportionem quota, quam de fructibus decimalibus percipiebant.*

2 *Eadem noualia arreſtis parlamenti Pariſienſis ad ſolos curiones, nullóſq; alios, pertinere iudicatum fuit non obſtantibus pactionibus, quas eorum prædeceſſores inierunt.*

1 IN quarta parte, quàm ſupra curionibus aut vicariis ex decimis † fructuum in parœcia perceptorum adiudicari diximus, etiã noualia continentur, quæ à parlamẽto noſtro adiudicata fuerunt Epiſcopo, priori, rectori, & vicario perpetuo, ad proportionem quotæ, quam de fructibus decimalibus ij percipiebant, per arreſtum 1. Ian. Anno 1582. in cauſa Audrici rectoris aut vicarij perpetui de ſainct Iory appellantis à ſententia conſiliariorũ & commiſſariorũ, qui in palatio libellis ſupplicibus præfecti ſunt, ex vna parte, atque Abbatis S. Sernini & Archiepiſcopi Thoſani appellatorum ex altera parte. At Parlamẽtũ Pariſienſe † iudicaſſe (Charondas teſtatur a) quod exceptis curionibus nulli alij, noualia percipere poſſint, haud obſtantibus pactionibus quibuſcunque, quæ cum curionũ prædeceſſoribus initæ fuerint. Quod iuri Canonico etiam magis conueniens videtur. Si enim iuxta eius diſpoſitionẽ perceptio decimarum ad curiones pertineat b vtique etiam decimæ noualium, quæ in eorundem parochiis fiũt, magis ad eos, quàm quoslibet alios ſpectabunt, qui fortè ex ſingulari priuilegio decimas capiunt, & quorum intuitu ab aliis decimis ad noualium decimas extenſio fieri nequit. c 2

ADDITIONES.

a *lib. 1. reſponſ. c. 27.* b *c. quoniam, extr. de decim.* c *arg. c. tua, §. fin. c. ad audientiã, cap. cùm contingat, eod. tit.*

DECISIO XXXI.

ARGVMENTVM.

Omnes, qui fructus decimales percipiunt, ad reparationem & extructionem Eccleſiarum conferre tenentur.

GENERALI quoq; Parlamenti noſtri arreſto 25. Ianuar. Anno 1571. definitum fuit, quod omnes ij, qui fructus decimales percipiunt ad reparationem & extructionem Eccleſiarũ contribuere debẽt.

DECISIO XXXII.

ARGVMENTVM.

Parochiani ad reparationem templorum ſeruitia præſtant.

SVMMARIVM.

1 *In parœciis degentes pro reparatione templorum non ſolum carris inſeruire, ſed etiam operas manuarias præſtare tenentur.*

ANTEA

ANTEA quoque, 20. Martij, Anno 1538. in cauſa Syndici incolarum de Berat ab eodem parlaméto decretum fuit, quod ædificia † & reparationes Eccleſiarum, impenſis Prioris & Rectoris fructus decimales in Eccleſiis illis percipientium fieri (nempe triente eorum, quæ quilibet perciperet, collato) ſed parochiani carris inſeruire, atque operas manuarias præſtare deberent. Illúdque arreſtum ideò etiã magis notatu dignum eſt, quod parlamentum ſtatim in prima inſtantia cognoſcere de cauſa illa voluerit. Multo minus ergo dici poterit alias illud in eiuſmodi cauſis iudicem incompetentem eſſe, quemadmodum fœderati noſtri quorum ſupra mentio facta fuit, prætendebant.

DECISIO XXXIII.

ARGVMENTVM.

Parochiani ad operas manuarias determinatas tenentur.

SVMMARIA.

1 *Operæ manuariæ, ad quos parochiani obſtricti ſunt, ſpecialiter exprimuntur.*

2 *Magis tamen eſt, vt eædem iuxta locorum conſuetudines æſtimentur.*

1 ALIO poſtea † arreſto, meſe Septembri eiuſdem anni in cauſa ... Vacquier Rectoris de Dins contra conſules eiuſdem loci operę eiuſmodi manuariæ ſpecialiter determinatæ fuerunt, nempe quod parochiani calcem, cæmenta, ſimiléque materiam ad ędificandum neceſſaria prępare, atque inſtar aliorum eiuſmodi operariorum, & quidem proprijs ſumptibus vſque ad finem perfecti ædificij ſeruire deberent.

Quod arreſtum vna cum præcedétibus ex cõmentariis Dn. de Ioſſe depromimus, nóſque rem omnem hanc æſtimari debere 2 exiſtimamus † ex conſuetudinibus locorum, iuxta quas etiam in quibuſdam Franciæ tractibus parochianos ad integras reparationes teneri Rebuffus teſtatur a.

ADDITIO.

a *Conſ. 139.*

DECISIO XXXIV.

ARGVMENTVM.

Miniſtri verbi diuini ali debẽt ab iis quibus verbum Dei prædicant.

SVMMARIVM.

1 *Incolæ locorum eos, qui verbum Dei prædicant, abire tenentur.*

ETſi per quædã arreſta parlamenti Tholoſani, præſertim per illud 10. Aprilis Anno 1575. decretum fuit, quod decimas percipientes † ad alimenta & ſalarium prædicatoris conferre deberent, atque ſic parlamentum in cauſa Syndici de Touget contra du Faux priorẽ eiuſdem loci, condemnauit prædictum priorem, vt prædicatori ſalarij aliorúmue ſumtuum nomine, quadrageſimæ & feſtorum tempore quid penderet, tamen eadem curia, ob certas quaſdam cauſas, aliis arreſtis definiuit: prędicatorum ab incolis loci, vbi prædicat, ali debere. Quæ arreſta prolata contra Syndicum incolarum de Caſtelnaudarry 28. Mart. An. 1554. & contra alium Syndicum incolarum de Monteſquieu 1. Febr. Anno 1563. atque in aduerſaria ſua à Dn. Ioſſe relata fuerunt. 1

DECISIO XXXV.

ARGVMENTVM.

Qui decimas percipiunt, etiã prædicatori contribuere tenentur.

SVMMARIVM.

1. *Fructus decimales percipientes prædicatori verbi diuini contribuere atque eidem quoad reliquam ſuſtentationem, ſeu victualia, conſules oppidorum proſpicere debent.*

INter Syndicum conſulum & ciuium oppidi de Caſtelnaudarry actorum ex vna atque Dn. Bernar. Saluat epiſcopum de ſanct Papoul & Eccleſiæ collegialis dicti oppidi ex altera parte: parlamentum præuia ſufficienti deliberatione † & recepto actorum libello ſupplici, epiſcopo iniuxit atque iniungit, vt prótẽ oppido de prædicatore idoneo mature proſpiciat, & ordinauit atque ordinat, vt capitulum Eccleſiæ collegialis de Caſtelnaudarry & quilibet eorum, qui decimas ibidem percipit pro quota & portione ſua ad ſalariũ prędicatori iſti licitè & legitimè deſtinatũ cõtribuat atq; quoad alias expẽſas ad victũ illi⁹ anni ptinẽtes cõſules ꝓuideãt. Quod arreſtũ ꝓnũciatũ fuit Tholoſę 28. Mart. Anno 1554. 1

DECISIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Omnes, qui fructus decimales percipiunt. Condemnati fuerunt contribuere pro fructuũ portione, quã capiunt, ad ſalarium prædicatoris, qui in parœcia docet.*

PEr arreſtum 17. Febr. Anno 1562. in cauſa Ludouici de Serra, rectoris appellantis à Seneſcal. Tholoſ. & Syndici Eccleſiæ parochialis S. Micha. de Lombez, ab eodẽ parlamento omnes illi † qui fructus deci-
1 males in parœcia percipiebant, veluti Syndicus, camerarius, eleemoſynarius & prædictus rector condemnati fuerunt, contribuere pro fructuum portione, quam percipiebant, ad ſalarium prædicatoris, qui in parœcia iſta docebat. Idémq; ex altero arreſto conijci poteſt, quod propter iſtius executionem prolatum fuit, & cuius tenor in ſequenti deciſione ſubijcietur.

DECISIO XXXVII.

SVMMARIVM.

Aliud arreſtum ob executionem alterius, quod in deciſione proximè præcedenti habetur, prolatum.

INter Dn Ludouicum de Serra Canonicum Eccleſiæ metropolitanæ S. Stephani, quę Tholoſ. eſt, rectorémq; Eccleſiæ parochialis S. Mathan act. quoad executionẽ arreſti, ex vna parte, atq; Syndicum capituli Eccleſię cathedralis de Lõbez & fratres Io. Blãcum, eleemoſynarium & Ioan. Gauianũ, Camerarium, monaſterij de Saramon, reſpectiuè reos ex altera parte viſis arreſtis inter dictas partes litigantes 29. Febr. Anno 1562. & 1. Febru. An. 1563. prolatis & inquiſitionibus dicti Serra & Syndici, dictum fuit; quod prædicta arreſta † ad effectum, per-
1 duci & executione quoad illud, quod reſtat mandari deberent. Quam ob cauſam curia condemnauit dictos reos vt actori de Serra pro rata aliquid ad ſalarium & ſumtus prædicato is, qui per biennium, nempe Anno 1561. & Anno 1562. in Eccleſia illa S. Mathan docuerat, & cui ſalarij loco 135. libræ Turonenſes debebantur, præſtarent: atque ratione habita illius quod quilibet reorũ ex fructibus decimalibus in parœcia perceperat: Syndicus de Lombez 67. libras Turonenſes & decem ſolidos, Camerarius octo libras, nouem ſolidos & nouẽ obolos atque eleemoſynarius quinque libras, vnũ ſolidum & tres denarios dependere ac ſoluere iuſſus fuit: ita tamen vt quilibet eorũ ſaluum haberet regreſſum contra eos, qui ſibi ea ratione obſtricti eſſent. Quod arreſtum pronunciatũ fuit Tholoſ. 5. Maij Anno 1564. Ex quo apparet capitula, alióſque beneficiarios, qui decimas in parœcia percipiũt, quales etiam illi ſint, haud exemtos eſſe à contributione illa pro rata, de qua hactenus dictum eſt.

DECISIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Aliud arreſtum prædictis conforme, quoad ſalarium & victualia prædicatoris.*

ANno M.D.XCIV. cum ſimili controuerſia quoad ſalariũ & victualia † prę- 1
dicatoris inter conſules oppidi de Moyſſac en Quercy contra abbatem, qui ibidem eſt, oborta maior pars arreſtorum, modo enarratorum, à partibus litigantibus pro intentione melius coloranda allegaretur; curia parlamenti Tholoſani in magna Camera ad noſtram relationem condemnauit abbatem, qui ſolus ibidem decimas percipiebat, vt ſingulis annis nomine ſalarij prædicatori per tempus aduentus quadrageſimæ, aliorúmque feſtorum ſoluendi conſulibus illis quantitatem octuaginta coronatorum præſtaret: ita tamen vt conſules prouidere prędicatori de reliquis ſũtibus atq; etiam illud, quod de ſumma iſta reliquum eſſet, licitè impendere deberent. Quod arreſtum in ſimilibus controuerſiis non immerito obſeruari tãdiu debet, donec ex variis cauſarum figuris aliud ſtatuendum eſſe melius, & commodius videatur. Nam eius vigore percipientes decimas prædicatori ſalarium, & reliquos ſumtus oppidorum conſules præſtare tenentur.

DECISIO XXXIX.

ARGVMENTVM.

Congruæ portionis loco regulariter quarta pars fructuum decimalium aſſignatur.

SVMMARIVM.

1 *Congrua portio ad quamnam quantitatem æſtimetur.*

SIc etiã quando quæſtio eſt, de quota cõgruæ † portionis, eiuſdẽq; adiudicatio- 1
ne,

ne,etſi regulariter eius loco quadrans ad exemplum iuris Romani antiqui,& legitimæ eo introductæ aſſignari ſolet, atque eiuſmodi arreſtum parlamenti Pariſienſis 17. Iulij Anno 1539. prolatum Charondas affert:a tamen prædictum parlamentũ (℘ ipſimet etiam Charondæ placet)interdum eandem portionem conſideratis valore decimarum, earundémque oneribus, quæ Eccleſiæ,in qua ſurgunt,debentur,amplitudine parœciæ,prouentu eiuſdem, qualitate loci,parochi oneribus aliiſq; circumſtantiis ſimilibus æſtimare, factáq; æſtimatione modo tertiam, modo quartam partem, congruæ portionis loco aſſignarecon ſueuit. Imo aliquando in ſexta ſaltem parte, portionem illam conſtituitur.

ADDITIO.

a *In pandect.iur.libr.1.c.13.*

DECISIO XL.

ARGVMENTVM.

Decimarum diſtributio quomodo fiat.

SVMMARIA.

1 *Decima in quatuor partes diuiduntur.*
2 *Congrua portio ad quartam partem reducta, velut ad punctũ ſuum peruenit.*
3 *Quarta decimarum pauperibus debita, interdum ad ſextam reducitur.*

VNde etiam factum eſſe nobis videtur, cùm Carolus Magnus † in ſuis
1 legibus capitularibus,iuſſerit decimas Eccleſiaſticis ita ſolui vt eædem in quatuor partes diuiderentur,earúmq; prima epiſcopo,ſecunda clericis,tertia pauperibus,quarta ad fabricã templorũ daretur, (quod olim quoad diſtributionem prouentuum in Eccleſia ita obſeruabatur) poſtea lapſu tẽporis quoad portionem epiſcopo reſeruatam parochi præſcripſerint, ne quicquam darent,ſed eo nomine libertatem & exemtionem conſequerentur.a Quod etiam licitè ab iis fieri potuit,propter officiũ & onus, quod in informatione parochianorũ adminiſtratione Sacramentorũ ſuſtinent. Videtur item illã quartam conſenſu Epiſcopi vel pontificis priuilegio, hodie aliis, veluti prioribus,monachis,Canonicis & reliquis, qui decimarum capaces ſunt dari adeo vt quarto ad tertias reductæ ſint. Quod tamen præiudicium parit iis,qui loco Epiſcopi ſunt, cum ea ratione eorundẽ portio, & quidem ſine vlla vrgenti cauſa, veluti abſorbeatur. Tertia itaq; illa admodum extraordinaria eſt, præſertim noſtro tempore, quo videmus venditiones temporalis patrimonij Eccleſię fieri,eiuſdẽ prouentus plurimum grauari & decimas extraordinarias conſtitui,quæ onera ob temporis neceſſitatem Eccleſiaſticis ſub titulo donorum gratuitorũ imponere pontifex regi noſtro permiſit, nempe vt Catholica religio protegi ac defendi,cæteráq; publica negotia regni felicius expediri poſſent. Verum ſi ad quartam † reducatur congrua portio iuſtũ omnino obtinet punctũ, 2
cum tertia nimis Magna,Sexta vero nimis exigua ſit. Quod tamen ita intelligi volumus, niſi quædam circumſtantiæ concurrant, quarum paulo ante mentio facta fuit. Vnde etiam quoties circumſtãtiis illis concurrentibus quæſitũ eſt,de 4. pauperibus debita,prædictũ parlamentum(quod propter nimiam ſuperiorũ annorũ ſterilitatẽ,& annonæ caritatem, cùm Eccleſiaſtici officium ſuum ipſimet non facerent,ſed negligẽtes eſſent,eius rei iuſtam inſpectionem habere coactum fuit)deficiente contributione honeſta & ſufficienti prædictorum Eccleſiaſticorum, fructus decimales percipientium, nunquam permittere voluit,vt quid amplius, quàm ſexta pars fructuum,deductis tamẽ omnibus oneribus, caperetur ſeu occuparetur.Quod ſatis abũdè patet ex arreſto,† quod menſe Nouembri Anno 1598.eo nomine pronunciatum 3
fuit; cum tamen quarta iſta reliquis quartis omnibus potior & fauorabilior ſit, eáſque hodie non tam præciſe capi Panormitanus notat b licet ad extructionem vel reparationem Eccleſiæ impendi debeant. Imò quod immodicæ legitima moderatione temperari atq; ad æqualitatem reduci ſoleant, ſequens arreſtum docebit.

ADDITIONES.

a *cap.de quarta,de præſcript.* b *in cap.1. de Eccleſ. ædif.*

DECISIO XLI.

ARGVMENTVM.

Tertia pars decimarum interdum ad reparationem Eccleſiæ impendi poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Tertia pars fructuum decimalium occupata fuit propter reparationẽ Eccleſiæ.*

atq; ornamenta neceſſaria ad cultum diuinum, & quare hoc factum fuerit.

1 CVm Eccleſiæ † parochialis d'Auribat en riuiere baſſe, ædiles, quos Galli les ouuriers & Marguiliers appellitant, ob reparationem Eccleſię & ius fabricę, à parocho aut rectore Eccleſiæ tertiam partem fructuum decimalium in parochia iſta ſurgentium petiiſſent (ſub prætextu fortè eorum, quæ in deciſione præcedenti allegata fuerunt) liſq; eo nomine mota per appellationem ad parlamentum Tholoſanum deuoluta fuiſſet, 9. Decēb. Anno 1555. ſequenti arreſto eam illud definiuit: *Inter Dn. Nicolaum d'Armentin, rectorem Eccleſiæ parochialis d'Auribat, appellantē à Seneſcallo Tholoſano aut eius vicario, ex vna parte, & Syndicum ædilium dictæ Eccleſiæ appellatū ex altera parte, curia habita deliberatione ceſſauit & ceſſat appellationē, illud q; vnde appellatū eſt, & retinet cauſa principalē, non obſtantibus iis, quæ in contrarium allegata fuerunt, inhibet Syndico & prædictis ædilibus, ne in poſterū rectorē in perceptione tertiæ partis decimarū turbent aut impediant: ita tamen, vt rector iſte perfici & abſolui curet reparationem dictæ Eccleſiæ, ornamentaq; ad cultum diuinum neceſſaria comparet prò arbitrio expertorū, qui ad hoc deputabuntur, vt intra menſem poſt proximum feſtū trium regū, viſitationē Eccleſiæ, vocata vtraq; parte, inſtituant: Intra quē terminum etiam ſufficientem cautionem rector præſtabit, quod intra proximos duos annos reparationem abſoluere velit. Quam cautionem, ſi is præſtare nequeat aut non poſſit, perſona idonea atq; fide digna tertiā illā partem interim percipiet, vt ad reparationē vſq; ad finem impendatur. Atque eo facto ædiles illi, qui tertiam partem decimarū receperunt, obſtricti erunt rationes reddere de impenſis & reliqua ſeu de eo quod nondum impenſum fuit, vt illud ad vſum Eccleſiæ ſeu cultum diuinum aſſeruetur.* Per quod arreſtum curia Tholoſana æqua admodum moderatione & declaratione litem ratione tertiæ partis, quam ædiles illi prætendebant motam, diremit, cum eius loco ſextam partem, quæ bis ſeu per biennium præſtari deberet, ſeu tutis tamen cautionibus aſſignauit, ne vnius altaris ſpoliis alterum cooperire videretur.[a] Eandem etiam ob cauſam reſtrictæ fuerunt condēnationes ad dictā tertiā, quas iudices ſeculares (per quos intelligimus regios) ad eiuſmodi reparationes applicare ſolebant ſub prætextu ſanctionum regiarū, de quarum iuſtitia dubitat Aufrerius[b] referens ſe ad illud quod hoc in caſu à Canoniſtis in locis, quos ille allegat, decretum & deciſum eſt.

ADDITIONES.

a Quod iniquum eſſe tradit Bartolus *in cap. non eſt imputanda, 1. quæſt. & in l. fin. §. exceptis, C. qui pot. in pign.* Cacheran. *deciſ. Pedemont.* 59. *num.* 11. Surd. *dec.* 86. *n.* 13. Crauetta *conſ.* 328. *num.* 34. Hardevvig à Daſſel *conſ.* 1. *num.* 23. *lib.* 1. b *in annotat. deciſ. cap. Tholoſ. deciſ.* 500.

DECISIO XLII.

ARGVMENTVM.

Ad reparationem Eccleſiarum interdum ipſimet Epiſcopi condemnantur.

1 *Arreſta parlamenti Tholoſani, quo ad reparationes Eccleſiarum cōtra Epiſcopos de Mande, Leyctoure & archiepiſcopum d'Auch examinantur, declarantur & commoda interpretatione conciliantur.*

QVid ergo dicendum eſt de illis parlamenti † Tholoſani arreſtis, quæ idem 1 Aufrerius ibidem allegat, quæque fidem eius ſecutus, in opere ſuo eruditiſſimo aduocatus ille Pariſienſis[a] refert per quæ Epiſcopi de Mande & Leyctoure atque Archiepiſcopus d'Auch condemnati fuerunt *ſui cuiuſque templi ſarta tecta curare ſuo ſumtu.* Hæc enim verba ſunt, quibus Choppinus tanquam verus ICtus, vel potius veluti alter Budæus vtitur, elegantiúſque illud effert, quod Aufrerius vulgari & triuiali modo, quem Bartolus eiúſque ſchola obſeruant, dixerat. Nam iſte quoad Epiſcopum de Leyctoure, hæc verba: *ad cōtribuēdum reparationi* & quoad Epiſcopum de Mande, *non ſoluta ad reparandum ſed etiā ampliandū Eccleſiam,* eadémq; quoad Archiepiſcopum d'Auch vſurparat. Quę ſanè non tam exacta & ſignificātia ſunt, quā illa quibus Dn. Choppinus vtitur, quāuis & in iis particulæ illæ, *ſuo ſumtu* ſuperfluæ videātur, cū ex iis, quæ Aufrerius tradit haud quicquam tale colligi queat, ſed potius intelligēda ea ſint iuxta iuris cōmunis diſpoſitionem, quæ ſacræ baſilicæ inſtaurationi addi-

ADDITIO.

a Choppinus *in tract. de ſacr. polit. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 11.

addictus eſt ſpeciatim totius Eccleſiaſtici cenſus quadrans ab antiqua ſanctorum patrum obſeruatione.

Quam prædictus aduocatus ipſemet ibidem recenſet auctoritatéque Sozomeni a confirmat, eámque auctoritatem pro ratione & confirmatione prædictorum arreſtorum adducit, perinde atque exiſtimet iis arreſtis quotam illam determinari & reſtringi. Et quamuis res ita ſe haberet, quod per prædicta arreſta, (quæ me nunquam vidiſſe neque quicquam de iis intellexiſſe libenter fateor) parlamentum prælatos ita condemnaſſet; tamen proculdubio peculiares ſuas rationes illud habuit, quas nos minimè videre, diuinare aut intelligere potuimus: & propter quas ille, qui ad partem ſaltem tenebatúr, condemnatus ad totum fuit, ob negligentiam fortè dolũ aut culpam, quæ, ſi præcedant caſus fortuitos, faciunt, vt eorum nomine, etſi alias ab homine prouideri non poterant, obligentur, qui antea negligentes, vel in dolo aut culpa fuerunt. b Haud tamen quicquam certi hic aſſeri poteſt. Planè claros atque admodum vulgares iuris textus habemus, iuxta quos concurrentibus eiuſmodi circumſtantiis, quas neceſſitas vel occaſio temporis ſuggerit, ſuadentéque noſtræ religionis fauore, arreſta illa ſemper æqua videri debent, ſi talia ſint, qualium ſuperius mentio facta eſt, & quale 3. Octob. Anno 1569. à parlamento Pariſienſi contra abbatẽ des Vertus pronunciatum prædictus aduocatus allegat, adeò admiranda potiùs ſint iudicia quàm diſquirenda.

Additiones.

a *hiſt. Eccl. lib. 8. c. 12.* b Etſi enim regulariter caſus fortuitus, cui diligentia & humanum ingenium reſiſtere nequit, à nemine præſtatur *l. fortuitis, C. de pignor. act.* Sebaſtianus Medices *in tractat. de caſ. fortuit. part. 1. quæſtio. 12. num. 1.* Seraphinus de Seraphinis, *de priuileg. iuram. priuilegio. 106. numero* 21. Socin. *conſil.* 125. *numero* 5. *volum.* 4. Boſſius *de remiſſ. merced. conduct. numero* 57. Riminald. *conſ.* 40. *numero* 26. Surd. *dec.* 326. *numero* 53. Decius *conſ.* 400. Fuſcus *ſing.* 10. attamen ſecus ſe res habet, quando dolus vel culpa præceſſit. Tunc enim caſuale ex accidenti fit culpabile Andr. Rauchbar *part. 2. quæſt. 10. numero* 19. *argum. l. 2. Cod. de pericul. tut. vel curat. l. in rebus, §. 1. commod. l. qui inſulam, §. fin. locat.*

DECISIO XLIII.

Argumentum.

Cognitio de validitate aut inualiditate penſionum beneficiis Eccleſiaſticis impoſitarum ad iudicem Eccleſiaſticum pertinet.

Summaria.

1 *Cognitio de validitate aut inualiditate impoſitionis penſionum, quæ in beneficiis Eccleſiaſticis fit, aut iudicem Eccleſiaſticum ſpectat.*

2 *Quando eiuſmodi in caſu ad iudicem Eccleſiaſticum remiſſio fit, parlamentum decernere talem prouiſionem conſueuit qualem ſufficere ex actis apparet.*

QVemadmodum cognitio † de portio- 1
ne congrua & Canonica, aut eius ſupplemento in gratiam parochorum, ad iudicẽ Eccleſiaſticum, vt dictum eſt, pertinet: ita quoque ad eandem ſpectat cognitio de validitate aut inualiditate impoſitionis pẽſionum, quæ in beneficiis Eccleſiaſticis fit: Et quemadmodum in illa parlamentum cauſam ad iudicem Eccleſiaſticum remittens, per prouiſionem decernere ſolet, perceptionem quandam fructuum, qui temporales ſunt & veluti de facto dependent, vt patet ex arreſtis ſuperius relatis: ita quoque idem in hac, pro re nata,
facere conſueuit. Quo ſequens † arreſtum 2
27. Auguſti Anno 1569. prolatum pertinet: *Inter Dn. Iohannem de de S. Martino, appellantem à Seneſcallo Tholoſano ex vna parte, & Dn. Raymondum Andrau De anum & Cano. Eccleſiæ collegialis S. Michæ. de Galhac & fratris Franc. de S. Gery de prioris Bazet appellatorũ ex altera parte: viſis duab⁹ ſignaturis impoſitionis ſuper fruct⁹ dicti prioratus de Bazet, vna in gratiã dicti Ioãnis, quoad ſummã ducentarũ librarum, atque altera in fauorẽ dicti Andrau quoad nonaginta libras facta: viſo inſtrumẽto fructus prioratus concernẽte: curia appellationes illúdque, vnde appellatũ fuit, caſſauit & caſſat, ac remittit cauſam & partes litigantes de validitate aut inualiditate impoſitionũ & reſeruationũ in prædictis pẽſionibus, déque aliis factis ex proceſſu iſto reſultãtibus & impoſitiones illas cõcernẽtib⁹, ad iudicẽ Eccleſiaſticũ cõpetentẽ, vt is de cauſa plenè cognoſcat atque partibus ius dicat ſecundũ decreta & cõſtitutiones Canonicas. Interim vero decernit, quod dictus Ioãnes & dictus Andrau, quibus pontifex proſpexit de pen-*

ſionibus impoſitis beneficiorum memorati prioratus de Buzet fructibus per prouiſionē & ſine vllo praiudicio iuris partium. tertiā partem fructuum prouentuū & emolumentorum dicti prioratus & beneficij de Buzet percipere debeant, ita tamen, vt pro rata contribuere atque omnia onera & impoſitiones tam ordinarias quàm extraordinarias dicti beneficij ferre teneantur.

DECISIO XLIV.

ARGVMENTVM.

Penſionarius, qui quotam ſuam ex fructibus non percipit, etiam conferre non tenetur.

SVMMARIA.

1 *Penſionarius pro ſua rata & quota nō confert ad decimas & dona gratuita.*

2 *Quod verum eſſe intelligitur, ſi pēſio iſta annua in certa quota, nō tamen in fructuum parte, conſiſtat.*

1 PEr aliud arreſtum † eiuſdē parlamenti 9. Martij Anno 1540. Antonio Pelegrin contra Amandum de Ferriere (quod itidem ex aduerſariis Dn. Ioſſe deſumſi) definitum fuit penſionarium pro rata ſeu quota ſua haud cōferre teneri ad decimas & dona gratuita. Videtur tamen contrariū arreſto, quod in præcedenti deciſione adduximus, ab eodem parlamento iudicatum fuiſſe, nempe propter prouiſionalem perceptionem, cuius in illo arreſto mētio fit. Verum euidens diuerſitatis ratio reddi poteſt, eo quod quota, de qua arreſtum præcedentis deciſionis loquitur, in fructibus conſiſtebat, atque ideo licitè impoſitio pēſionum in ea fieri poterat: ſed quota, de qua in hoc arreſto agitur, in vera penſione annua, quæ aliunde quàm ex fructibus percipitur, conſiſtit. Alias enim dici oporteret
2 † arreſtum hoc planè paradoxum & abrogatum eſſe iure, quo vtimur, & moribus, quibus viuimus, cùm etiam illi penſionarij quorum quota in aliis, quàm in fructibus conſiſtit, vix ab impoſitionibus illis ſe tueri & defendere poſſint, imo ſæpius cōtribuere & conferre cogantur, ſi modo tempori cedere malint, quàm litium labyrintho ſe implicare, quæ coram iudicibus delegatis & extraordinariis inſtitui ſolent, vt eo facilius & felicius ad finem perducantur, ſub prætextu quorundam antiquorum arreſtorum quæ Papon allegat a de quorū fundamento iudicare poterunt, qui felicioris iudicij acumine præditi ſunt.

ADDITIO.

a *Libr. 3. 5. arreſt. 2. 3. 4*

DECISIO XLV.

ARGVMENTVM.

Canonicus ob proſecutionē litis, quam habet, abſens integros fructus præbendæ ſuæ percipit.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus capituli integros fructus prabēdæ reſtituere & reddere tenetur Canonico, qui propter litis proſecutionem abfuit.*

CHarondas ex aduerſariis, quæ ſibi à quodam aduocato parlamenti Tholoſani communicata fuiſſe dicit, eiuſdem curiæ arreſtum 26. Iunij Anno 1591. pronunciatum allegat 1 quo iudicatum fuit; Syndicum capituli † Eccleſiæ cathedralis, 1
redintegrare & reddere debere Canonico quem ipſemet Syndicus turbarat, fructus integros prębendę etiam iis non exceptis, qui Canonico ob litem Syndico motam abſente percepti fuerant, idque (inquit Charondas) propter malam fidem capituli aut potius (vt nos exiſtimamus) quia Canonicus neceſſarij negotij expediendi gratia abfuit. Cui etiam hoc addi poteſt, quod Canonicus ab ipſomet capitulo impeditus atque ideo capitulo inſeruire haud obſtrictus fuerit, per vulgatam iuris regulam. Quo ceſſante, ſi Canonicus contra tertium & non contra ipſum capitulum litem habeat prædictum arreſtum atque alia ſimilia non niſi ex magna & euidenti calumnia obtinent: veluti ex eo, quod mox ſubijcietur, ſatis apparebit.

DECISIO XLVI.

ARGVMENTVM.

Diſtributionum quotidianarum pars ad Eccleſiam, pars ad victorem pertinet.

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones quotidianæ lite pendēte, à parte, quæ ad reſtitutionem cum fructibus condemnata fuit, percepta, ad ipſam Eccleſiam, reliqua verò ad partem victricem pertinent.*

Cum

CVm executioni mandari deberet ſententia quoad plenũ poſſeſſoriũ Canonicatus (quales ſententiæ in tẽporalibus ſemper fructuum reſtitutionem, niſi expreſſè excepta ſeu exemta fuerit, continent) in cauſa Dn. Guilhel. Ioannis, contra Petrum Ferrerio, qui pendẽte lite deſeruierat, prolata; alio parlamenti arreſto 4. Ianuar. An. 1576. iudicatum fuit: quod fructus pendẽte lite à prædicto Ferrerio percepti ex diſtri-
1 butionibus † quotidianis propter ſeruitiũ diuinũ, ꝙ ipſemet hactenus expedierat, vſq; ad diẽ executionis arreſti pro Ioãne prolati ipſimet Eccleſiæ reliquis verò Canonicatus fructus quaſi in cumulo Ioanni dari deberent. Quod arreſtum notatu admodum dignũ eſt, præſertim ꝓpter interpretationẽ & declarationẽ eorũ, quæ ſuperius adducta fuerũt atq; ex jure Canonico plenius afferri poſſent: dũmodo aduerſaria, vnde arreſtũ hoc deſumtum eſt, iuſta ſint & errora careant. De quo ob cauſam, quæ infra allegabitur, dubitamus.

DECISIO XLVII.

ARGVMENTVM.

Poteſtas pontificij legati in Francia à parlamento Pariſienſi limitari ſolet.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas Cardinalium d'Amboiſe & du Prat pontificis in Francia legatorum arreſto parlamenti Pariſienſis declaratur & reſtringitur.*

PEr arreſta ª curiarum ſupremarum in Francia, præſertim verò Pariſienſis, ſæpius iudicatũ & indubitatę regulę inſtar ibi dẽ receptum eſt: legati à pontifice maximo poteſtatem non ab eius diplomatis palam in curia recitatis atq; in acta publica regeſtis, ſed ex quo ipſe à rege exceptus eſt, accipiendam eſſe. Verùm vt in exceptione illa legati pontificij rex multum pompæ & magnificentiæ adhibet: ita quoq; in regeſtione illa ad acta publica, quæ à ſupremis curiis fieri conſueuit, accuratum examen & exactam cauſæ cognitionem interuenire oportet, ne quid fortè principis iuri vel Rei publicæ aduerſum legationis ſpecie pertentetur. Quod ſatis euidenter ex ſequentibus tribus arreſtis apparebit. Quorũ primo 16. Decemb, Anno M. D. XCIX. poteſtas † Cardinalium d'Amboiſe, & du
1 Prat, aliorũmq; legatorũ in Francia ita declarata & limitata fuit; quod ij haud poſſent deputare quoſdam vicarios aut alios ad exercitium legationis ſubdelegare, ſed ipſimet in propria perſona illud expedire deberent: atq; quod permittere haud poſſent, vt beneficiũ reſignans loco penſionis omnes fructus, vel aliud quippiam tertiam fructuum partem excedens retineat, aut vt penſionem ex beneficio habens eandẽ ad alium transferat: quod conferre nõ poſſent beneficia in præiudicium nominationum dominis præſidibus, conſiliariis, aliiſque curiæ addictis à pontifice cõceſſarum: quod prorogare non poſſent tempus executoribus teſtamentorum definitum, neque conferre dignitates in Eccleſiis cathedralibus poſt pontificiales maiores, vel etiam dignitates ſupremas in Eccleſiis collegialibus, in quibus obſeruatur formula capituli quia propter: quod non poſſent creare Canonicos ſub expectatione futuræ præbendæ, etiam cum conſenſu capitulorum: quod non poſſent derogare, vel etiam decernere quid aduerſum ſanctis decretis, concordatis iuribus & priuilegiis regis, immunitati & libertati Eccleſiæ ac vniuerſitatum huius regni, vel etiam contrarium edictis & ſanctionibus regiis atque dictæ curiæ arreſtis, præſertim verò regis edictis, quæ notarios Eccleſiaſticos concernunt: atque tandem quod poteſtate ſua amplius haud vti poſſent, quàm quamdiu in regno erunt, & quamdiu regi ac parlamento viſum fuerit, quódque è regno diſcedentes relinquere deberent deſignationem omnium expeditionum, quas per totum legationis tempus habuerint.

ADDITIO.

ª Huius arreſti mentionem facit Pap. *libr. 2. tit. 1.* Lucius, *libr. 1. tit. 4. artic.* 4. Dn. Iacobus Auguſtus Thuanus *lib. 6. hiſt. pag. mihi* 646.

DECISIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Arreſtum ſuperiori ſimile quoad publicationem bullarum Cardinalis Caraffa, cum alia quapiam limitatione.*

PEr aliud arreſtum 22. Iunij Anno M. D.LVI. quoad publicationem † bulla- 1
rum Cardinalis Caraffæ legati eædem limitationes & reſtrictiones factæ fuerunt, cum hac vlteriori adiectione, quod legatus iſte diſpenſare non poſſet, vt religioſi mẽ-

dicantes beneficiorum capaces ſint, atque parœcias vel vicariatus teneant.

DECISIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Aliud arreſtum quoad publicationem prouiſionum Cardinalis Triuultij legati cũ adiecta prædicta poteſtatis reſtrictione vlteriori.*

ITem quoque comprobatum alio eiuſdem parlamenti arreſto 19. Anno 1557. quoad publicationem † bullarum cardinalis Triuultij ampliúſque hoc adiectum fuit, quod eiuſdem legati, datarius, vt vocatur, & regiſtrator, Galli & viri præclari eſſe ſuúmque domicilium Pariſiis habere deberent. Atque his tribus, quæ retulimus arreſtis quoad publicationes prolatis conformia ſunt adhuc duo alia eiuſdem parlamenti Pariſienſis arreſti, quæ Papon recenſet a atque doctiſſimè Choppinus examinat, qui etiam alia, præſertim verò quoddam 10. Martij Anno 1547. pronũciatum confert, atque euidens eſſe tradit fieri legati poteſtatem initium ſumere apud Gallos cum effectu ſcilicet, ex quo primũ ornatiſſ. curia pontificios codicillos approbarit b.

ADDITIONES.

a *en ſon recueil tit. de iuriſd. tempor. arreſt. 6. & 7.* b *lib. 2. tit. 4. n. 3. de ſacr. polit.*

DECISIO L.

SVMMARIA.

1 *Literæ legationis defuncti Dn. Cardinalis Borboniæ.*

2 *Arreſtum parlamenti Tholoſani quoad promulgationem prædictarum literarum cum earundem limitationibus.*

HAVD ineptè nos facturos eſſe exiſtimauimus, ſi literas † legationis de-
1 functi Dn. Cardinalis Borboniæ ex actis parlamenti noſtri depromtas hîc præmitteremus, quarum tenor talis eſt: Carolus, &c. Omnibus noſtris dilectis & fidelibus, qui in curia parlamenti Tholoſani ſunt, cæteriſq; officialibus noſtris ſalutem: Dilectus noſter cognatus Carolus cardinalis Borboniæ nobis ſignificauit, quod cũ nuper, itidẽ dilectus noſter cognatus Cardinalis Farneſius legationem & vicariatum generalem, quibus hactenus Auennionæ & in co nitatu Veniſſenſi defunctus fuit in manus Pontificis reſignaſſet, ſibi munia iſta à Pontifice delata fuerint. Quod productis pontificalibus bullis comprobauit, quas executioni mandari petiit, eóque nomine literas noſtras conuenientes & neceſſarias concedi. Cúmque in dictis bullis & literis prouiſionum Pontificis, vltra prouincias, Arles a, Aix & Ambrun comprehendatur etiam prouincia Narbonenſis, quæ veſtram iuriſdictionem agnoſcit, quam eius prædeceſſores, legati nationis Gallicæ tenuerunt, quamuis dicto Cardinali Farneſio legato Pontificis nouiſſimo, in cuius bullis ſpecialiter quoque illa prouincia exprimebatur in ea legationis ſuæ munus ob certas quaſdam & peculiares cauſis exercere haud permiſſum fuerit: tamen cùm nobis æquum videatur & placeat, vt in omnibus rebus erga dictum cognatum noſtrum nos benignos & tales præbeamus, quales arctum ſanguinis vinculum, quo nobis coniunctus eſt, illuſtres eius virtutes præclaráque ſeruitia, quę nobis antea præſtitit, atque indies adhuc pręſtat, nos ergo eum eſſe deſiderant, propterea atque ob alias cauſas grauiſſimas nos impellentes ei motu proprio, poteſtate & auctoritate regali, præuio item conſilio & conſenſu noſtræ dilectiſſimæ dominę matris, aliorúmque ſanguinis principu & cõſiliariorum noſtrorum, permiſimus, cõceſſimus & indulſimus, atque per haſce præſentes permittimus, cõcedimus & indulgemus, vt bullas illas papales executioni legitime mandare queat, earudémq; virtute exercere dictã legationẽ & vicariatũ plena auctoritate & poteſtate, quæ ei à Pontifice conceſſa fuit, atque in bullis ſæpius dictis latius explicatur tam in Narbonenſi quã in aliis memoratis prouinciis non quaſi prouincia Narbonenſis ſub legatione Auennionenſi comprehenſa ſit (quod minimè volumus aut ſentimus,) ſed veluti ſpeciatim & per peculiarem bullam legatio in prouincia Narbonenſi demandata & permiſſa fuiſſet, ad eò vt neque pontifex eiuſque ſucceſſores neque alij legati vel ſucceſſores neque alij legati vel ſucceſſores in officio dicti cognati noſtri virtute dictarũ bullarum huiúſque declarationis noſtræ prætendere poſſint prouinciã Narbonenſem ſub legatione Auennionenſi contineri. Quare vobis præcipimus & mandamus, vt ſaltem reſpectu dicti cognati noſtri, & & quamdiu is legationi præerit haſce pręſentes noſtras obſeruetis, earúmque tenorem in acta publica regeratis, permittẽtes ac cu-

ac curantes, vt illarum & pontificis bullarum virtute dictus cognatus noſter munia ſua feliciter & quietè atq; ſine cuiuſquam impedimento & turbatione obire queat; ſi etiam vlla ratione impeditur, turbetur, tu omnia ſtatim in priſtinum & iuſtum ſtatũ redintegrari volumus: dummodo in prædictis bullis nihil ſit, quod nobis, regno noſtro & priuilegiis ac libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ præiudicet aut præiudicare queat. Nam ſi nihil tale in iis deprehendatur, tum ſine vllo vlteriori & magis ſpeciali mandato haſce præſentes obſeruari præcipimus, quas vim primæ, ſecundæ & tertiæ iuſſionis obtinere volumus: adeò vt eæ ſtatim ſine vlla dilatione, nullis obſtantibus exceptionibus publicæ fieri atque ad publica acta referri debent, haud etiam obſtantibus ſanctionibus, reſtrictionibus, mãdatis, prohibitionibus & literis hiſce contrariis. Hæc enim eſt voluntas noſtra. Dat. Baionnæ 5. Iunij An. gratię 1565. & regni noſtri 5. Quibus regiis literis viſis parlamentum conuocatis omnibus Cameris ſeu claſſibus & deliberatione habita quoad publicam inſcriptionem † bullarum iſtarum legationẽ d'Auignõ comitatus de Veniſſe, prouinciæ de Vienne, Ambrun, Arles & prouinciæ de Narbonne, Cardinali Borboniæ eadem ratione à pontifice delatam, qua antea Cardinalis d'Aux eiúſq; ſucceſſor Cardinalis Farneſius defuncti fuerant, concernentium, viſis item articulis, quibus poteſtas cardinalium ſeu legatorum iſtorũ continetur, atque iis, quæ regis procurator generalis propoſuerat; arreſto ſuo definiuit quod articuli iſti cæteráque poteſtatem legati concernentia in publica acta regeri deberent, ita vt ille eadem, ſub limitatione tamen & reſtrictione, quæ in põtificiis bullis & patentibus regiis literis habetur, vti poſſet, néue legato iſti Borboniæ Cardinali licitum eſſet progredi ad mutationem vel reformationem ſtatutorum aut priuilegiorum in Eccleſiis, quæ fundationẽ regalẽ aut alios patronos habent, niſi prius vocatis procuratore generali, patronis, vniuerſitatibus, collegiis, aut capitulis, quæ reformare vult, neque in eiuſmodi reformatione deroget fundationibus ſecularibus & priuilegiis, quæ ab iis, qui Eccleſias beneficio patrimonij ſui & bonorum ſecularium fundarunt, impetrata fuére: ne item facultate legitimandi baſtardos, alióſue illegitimos aliter vtatur quàm ad eum finẽ, vt ij ad ſacros ordines beneficia & officia Eccleſiaſtica promoueri, non verò vt ad ſucceſſiones, & ſecularia munia habiles & apti reddi queãt. Haud quoque is permittere poterit facultatem alienandi bona immobilia Eccle. ob qualemcunque etiam vtilitatem aut euidentẽ neceſſitatem, ſiue id per venditionẽ, permutationẽ, infeudationẽ aut locationẽ ad lõgũ tẽpus fiat: ſed ſaltẽ per reſcripta officialib' regis in prouincia iſta ſignificabit, vt ij cognoſcant & deliberent de eiuſmodi alienationibus, quæ ob vrgentem vel euidentem vtilitatem fieri debẽt: nec etiam in beneficiis, quæ reſignantur, vllas penſiones etiam cum conſenſu reſignantium reſeruare poterit: niſi fortè in fauorem ipſorum reſignantium, qui ea lege reſignarunt vel vt ea ratione lis beneficiorum nomine mota componatur. Quibus tamen etiam caſibus penſio trientem fructuum, qui ex beneficiis percipiuntur, deductis omnibus oneribus, haud excedet.

Tandem quoque ei licitum non erit derogare regulæ de veriſimili notitia obitus, neque de publicandis reſignationibus in partibus, vel etiam aliis iuribus & prærogatiuis regni, ſanctis decretis & cõcilis, iuribus vniuerſitatum, libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ, cõcordatis edictis & ſanctionibus regis: atq; legatus iſte cardinalis deſignationem omnium eorum, quæ in prouincia de Narbone expediẽtur, cõſcribi curabit, hócq; officiũ in abſentia ſua alij vicario aut ſubſtituto haud delegabit, vt eandẽ illic in prædicta prouincia pōteſtatem habeat: ſed regentem cancellariæ alióſque officiales ad executionem legationis illius conſtituit. De quibus omnibus cardinales regi literas dare tenebitur, quas parlamento, vt in acta publica regerantur, offeret. Quod arreſtum pronunciatum fuit à parlamento Tholoſano 20. Auguſti Anno. M. D. LXV.

ADDITIO.

a Auennionẽ autẽ, vbi hic legatus reſidere ſolet, (vt hoc obiter adijciamus) comitatus Venaſcienſis metropolin ad Rhodani ripam iuxta Sulgam ſitam, olim Romani tenuerunt, donec Gothi eos expellerent, iiſque viciſſim à Burgundionibus eijcerentur. Ab his ad Francos peruenit, quorum rex Carolus Caluus eam Boſoni dedit, qui rex Arelatẽſis ſalutatus fuit. Reges itaque Arelatenſes inde vſque ad vltimum illam poſſederunt. Is, cum die quodam feſto Epiſcopo Arelatenſi, qui ſacra celebraturus eum non expectarat, publicè in præſentia totius cleri colaphum impegiſſet; Imperator Otto Arelatum obſedit,

eóque capto dictum regem ad mortem condemnauit. Verum cùm ipſemet Epiſcopus pro vita illius intercederet regno ſaltem motus, & præuia tonſura in monaſterium detruſus fuit. Hanc pœnam cùm luiſſet, Auenio comitibus prouinciæ Maſſilienſis ceſſit,& Carolus comes Andegauẽſis Ludouici IX.frater, ducta in vxorẽ Beatrice Raymundi comitis prouinciæ Maſſilienſis filia, Venaſcinenſem comitatum adeptus fuit, ſicut & regnum Neapolitanum & Siciliæ, occiſo Rege Manfredo,eique in dictis regnis & comitatibus ſucceſſere eius filius poſteríque. Inter quos fuit Iohanna vxor Andreæ regis Vngariæ, quẽ nefandè interfeciſſe ab Vngaris illa accuſabatur: Ideóque in Prouinciæ comitatum redienti cùm rex Vngariæ defuncti mariti affinis bellum inferret, pontificij fauoris auram ea captura in ſolutionem debiti quo reges Siciliæ ſedi pontificiæ obſtricti erant, Auennionem Clementi V.P. R. tradidit. Ipſa etiam pontificia ſedes Auennionem poſtea tranſlata fuit, atque per Annos 70. nimirum ab anno 1306. vſque ad annum 1376. ibid.permãſit. Quod ſequenti occaſione factum fuiſſe memoratur: Cùm poſt obitum Benedicti xi. R. pontificis,ſedes Romana per integros tredecim menſes vacaſſet, propter diſcordiam cardinalium electorum, qui in duas veluti partes ſeceſſerant, quarum vnam conſtituebant Itali pontificem Italum, alteram Galli è ſua natione oriundum regíque Franciæ acceptum expetentes, tandem, quoniam alia ratione inter eos conuenire non poterat, Galli ſingulari quadam aſtutia hanc Italis conditionem obtulere, vt aut ipſi tres nominarent Gallos ex quibus vnum Galli electuri eſſent, qui pontifex fieri deberet, aut è tribus Italis, quos nominaturi eſſent,ipſi vnum eligerent. Itali eam conditionem accipiunt, firma ſpe freti, quod tres nominare poſſent regno Galliæ ita infenſos, vt etiamſi poſtea minimus ex iis à Gallis eligeretur, maximo tamen eorum patriæ exitio futurus is eſſet. Tres itaque nominant, in quorum numero erat Bertrandus Archiepiſcopus Burdegalenſis & Aquitaniæ primas, qui Vatiniano ferè aduerſus regem odio flagrabat. De qua nominatione rex per cardinales Gallos certior factus dictum Archiepiſcopum ſtatim accerſit eíque promittit, quod poſt altum odij & anteriorum ſimulationum obliuionem in firmum futuræ amicitiæ pignus ad pontificiam eum eucturus eſſet ſedem, ſi viciſſim de quibuſdam ſibi ille caueret. Cauet iurato regi Archiepiſcopus & poſtea beneficio prædictorum cardinalium pontifex eligitur. Inter alia cautionis iſtius capitula etiam hoc erat,quod in Galliam ſedem ille pontificiam transferre deberet. Huic ſatisfacturus Lugdunum ille vna cum cardinalium collegio totaq; Romana curia venit, vbi etiam ſedit annos octo & menſes vndecim. Succeſſit ei ſedẽque pontificiam Auennionem tranſtulit Iohannes XXII.vbi poſtea per tempus ſupra dictum remanſit. Tandem noua tranſlatio à Gregorio XI.facta fuit, qui poſthabita Gallia rurſus Italiam atque priſtinam ſedẽ,Romam elegit.Is enim cùm Epiſcopũ quendã aliquando interrogaſſet, cur nõ relicta curia fidelius Epiſcopatui ſuo præeſſet,oueſque ſibi cõmiſſas in eo paſceret,tale ab Epiſcopo reſponſum accepiſſe fertur: Miror,ſancte pater,cur hoc ex me quæras, cùm tu ipſemet, cuius tanquam ſupremi paſtoris exemplum,meritò nos inferiores ſpectare ſemper & ſequi debemus, tamdiu à pontificia tua ſede abfueris. Quibus verbis aliíſue de cauſis ille commotus de reditu in Italiam cogitare cœpit,atque ad eũ finem,ſub alio tamẽ prętextu,viginti duas triremes fieri, & in Rhodani portu ſiſti curauit. Has omnibus ad iter neceſſariis probe inſtructas cum tota ſua curia cõſcẽdit, & per Rhodanum ad mare vectus tandem in Italiam rediit.

DECISIO LI.

ADDITIONES.

Legatus à latere derogare nequit regulæ de infirmis reſignantibus.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid legatus à latere derogare poſſit regulæ de infirmis reſignantibus quoad viginti dies, in præiudicium graduatorum?*

IVXTA præiudicium modo dicti arreſti adiectáſque reſtrictiones, menſe Iulio Anno 1583.ad relationem defuncti Domini Doniat, ſuper poſſeſſione curionatus in Eccleſia parochiali S.Ioannis de la Redorte, inter Raymondum Montorcy, & Dn. Iacobum Rigal ſacerdotem à parlamento Tholoſano ſententiam Seneſcalli, qui pro dicto Raymondo pronunciarat, confirmante definitum fuit, legatum † à latere eundémque prouinciæ Narbonenſis, non poſſe derogare regulæ de infirmis 1

reſignan-

reſignantibus quoad dies viginti in præiudicium graduatorum, cũ reſignatio à nouiſſimo poſſeſſore vltimo Martij facta, atque 4. Aprilis admiſſa fuiſſet. Quo pertinent illa, quæ Molinæus eleganter & doctè ad regulas cancellariæ notat, inter quas haud poſtrema eſt. Quibus etiam non aduerſantur arreſta alia, quæ Rebuffus in cõmentariis ſuis ad concordata affert. aNam primo arreſta illa non ideò prolata ſunt, vt eadem neceſſariò omnes ſupremæ curiæ etiam quæ in prouinciis iuris ſcripti ſunt, qualis eſt noſtra Tholoſana, neceſſariò ſequi debeant. Deinde ipſæ hypotheſes & circumſtantiæ factorum, de quibus loquuntur, ita accipi poſſunt, ſi reſignatio facta fuerit in menſe libero aut alio eiuſmodi tempore & modo, vt nulla planè fraudis ſuſpicio ſubſit. Tertiò etiam rectè dici poteſt, quòd bullæ & literæ à dominis legatis impetratæ, de quibus alia aliorum parlamentorum arreſta loquuntur, minimè tam amplæ & præciſæ erãt, quemadmodum fuerunt illæ, quæ prædicto parlamenti noſtri arreſto confirmatæ fuerut. Ob quam ſolam cauſam etiam haud obſtant alia arreſta, quæ Charondas allegat b. Tandem etiam Lucius notauit c arreſta illa in claſſibus inquiſitionum prolata, poſtea in Camera magna in dubium reuocata & correcta fuiſſe.

Additiones.

a *in §. præfatiõ ordinary, ſuper verb. vacare contigerit, de collat. in concord.* b *lib.1.cap.19.* c *tit.4.lib.1.arreſt.7.*

DECISIO LII.

Argumentum.

Ordinarius non obſeruare obſtringitur regulam de infirmis reſignantibus.

Summarium.

1 *Arreſta, quibus iudicatum fuit legatum derogare poſſe prædicta regula in mẽſe graduatorum nominatorum atque in eorum præiudicium quomodo accipi & intelligi debeant?*

IDem quoque auctor in loco allegato tradit, cùm dubium ea de re in curia parlamenti Pariſiẽſis aliquando extitiſſet, defunctum dominum Magiſtrum præſidem primarium (virum tali nomine dignum) 1 teſtatum fuiſſe, quod curia illa † iudicarit legatum poſſe derogare prædictæ regulæ quoad viginti dies in menſe graduatorum nominatorum atque in eorum præiudicium. Quod ſimpliciter & citra fraudem eiúſque ſuſpicionem acceptum omnino iuridicum videtur, præſertim ſi conſiderentur qualitates legati, qui in Franciæ regno inſtar ordinarij conferre cenſetur, in quo regula illa locum non habet, vt infra dicetur. Quare ea ratione limitatio quoque dicti arreſti mẽſe Auguſto Anno 1565. prolati interpretationem ex bono & æquo & ſequentibus verbis: *neque alias aduerſari concordatis, &c.* accipiet. Vnde etiam tempore poſteriori, nempe Anno 1584. 12. Aprilis in eadem ſecunda claſſe inquiſitionum parlamenti Tholoſani ad relationem domini Bonot iudicatum fuit, collationem à legato factam ex cauſa reſignationis cum derogatione dictæ regulæ de infirmis, quæ etiam alias de viginti diebus appellatur, quoad prioratum de Meſens in fauorem de Falere Valerij contra graduatum quendam, la Roque dictum, cum effectu validam & firmam eſſe.

Ex actis enim apparebat reſignationem 15. Maij à ſano, non moribundo ac nihil tale expectante (liceat mihi verbis noſtrorum antiquorum vti) eiuſdémque admiſſionem & collationem legati menſe Iulio quarto aut quinto die ante obitum reſignantis factam fuiſſe. Ne etiam peculiare loci ſtatutum obſtaret, legatus ei per eandem prouiſionem derogarat. Quę derogatio multum profuit illi, in cuius gratiam reſignatio facta fuerat, cùm alias cauſam perdidiſſet. Huc quoque referri poſſunt illa, quæ plenius à Papone tractantur.

Additiones.

a Charondas *lib.1.reſponſ.cap.17.* b *lib.3.tit.2.arreſt.4.*

DECISIO LIII.

Summarium.

1 *Regulam de viginti diebus non habere locum quoad collatores ordinarios arreſto parlamenti Tholoſani indicatum fuit.*

QVæ hactenus dicta ſunt de regula illa de infirmis † reſignantibus aut de viginti diebus locum nõ habeat, quoad collatores ordinarios a Arreſtum ſolemne, quo illud à parlamento Pariſienſi quoad pare- 1

Additio.

a Charondas *lib.1.reſponſ.cap.18.*

parœcii de la Bouſſiere 14. Auguſti Anno 1550. iudicatum fuit Carolus Molineus refert. Illud equidem verum eſt, quod antea eadem curia Anno 1540. cõtrarius pronunciarit. Verum poſtea veritatem & iuſtitiam huius quæſtionis melius perpendit & examinauit, quemadmodum Papon notat [a] qui etiam eius rei rationes affert: ob quas & alias, quæ ex Molineo cæteriſque Doctoribus hæc tractantibus colligi poſſunt [b] parlamentum Tholoſanum ſemper ita iudicare & pronunciare conſueuit. Imprimis verò eius arreſtum extat 12. Octobris Anno 1570. inter dominum Ioannem de Lautret ſuffectum in locum, ius & inſtãtiam Dn Ioannis de Montagut iunioris à Seneſcallo Tholoſano aut eius vices gerẽte appellãtis, & vna parte atque dominum Ioannem Mathon canonicum in Eccleſia cathedrali de Lombez appellatum atque impetrantem literas regias ex altera parte prolatum. Ex quo arreſto etiam liquet ordinarium, qui reſignationem admittere poteſt, impedire, ne patronus per mortis occaſionem præſentet, vt pote cùm reſignationẽ ille admiſerit, qui admittẽdi facultatem habet. Idem quoque, quod regula illa locum non habeat in collatore ordinario, iudicatum fuit à parlamẽto Tholoſano ad noſtram relationem inter dominum Ioannem Loupes contra Franciſcum Rahou, quoad Canonicatum quendam in Eccleſia S. Sernini, quæ Tholoſæ eſt.

Atque ſic illud planè certum eſt omniq́ue dubio caret tam in noſtro parlamẽto quàm in illis ſupremis Franciæ curiis. [c] Ita quoque reſpondit Petrus Ancharanus [d] quẽ refert & ſequitur Decius [e] qui & auctoritatem Canonicam profert [f] qua probatur maiorem in ſummo põtifice ſubreptionis eſſe ſuſpitionem, quàm in ordinario, ne ſcilicet circumueniatur.

ADDITIONES.

a *en ſon recueil. li. 3. tit. 2. arreſt. 2.* b Philipp. Decius *conſ.* 224. & ibi etiã Molin. *in annot.* d Charondas *de lib.* 1. *cap.* 1. Lucius *tit.* 4. *arreſt.* 9. *lib.* 1. d *conſil.* 297. e *conſil.* 24. f *in clem.* 1. *de offic. ordin.*

DECISIO LIV.

1 *Quoad collationes neceſſarias aliud deciſum reperitur.*

CÆterùm hæc ſaltem in collationibus † liberis & voluntariis procedunt, nõ verò locum habent in reſignationibus, quæ fiunt, ex cauſa permutationis, in quibus liberum arbitrium ordinario ademptum eſt, quo in ſimplicibus reſignationibus veluti vti frui cenſetur. Atque ſic ſæpius ad relationem domini Ioſſe iudicatum fuit. Húcque pertinet arreſtum parlamenti Pariſienſis, quod dominus Papon recenſet. [a] A Choppino ratio diuerſitatis redditur, quæ inter hoc arreſtum, atque illud, cuius in præcedenti deciſione mentionem fecimus, eſſe videtur, [b] quam ex differenti natura collationis liberæ & voluntariæ atque collationis neceſſariæ petit. Nam in collatione voluntaria regula in fauorem ordinarij introducta in eius odium retorqueri non debet.

ADDITIONES.

a *Lib. 3. tit. 2. c. 2.* b *lib. 1. de ſacr. polit. tit. 6. num. 3.*

DECISIO LV.

ARGVMENTVM.

Parochiale beneficium habens etiam poſt elapſum promotionis annum gradum obtinere & ſacerdos fieri poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Qui parochiale beneficium habet, ſi ante impetrationem partis aduerſæ capax reddatur, in poſſeſſorio beneficij illius manuteneri poteſt.*

ECcleſia parochialis † S. Stephani intra mœnia oppidi de Broquieres ſita, domino Ioanni Boutin commiſſa & collata fuit, qui ob cauſam ſtudiorum ſuorum intra annum ad ſacerdotium ſe haud promoueri curarat, neque etiam gradum obtinebat. Quare dominus Guilhelmus Paumier diploma ob incapacitatem Ioannis impetrauit, vtpote qui neque ad ſacerdotium neque graduatus eſſet. Verum ante impetrationem illam Ioannes, quamuis annus promotionis fuiſſet elapſus, Diaconus & antequam inſtantia iudicij poſſeſſorij inciperet, ſacerdos ac graduatus efficitur, eáque ratione literas regias de pacificis poſſeſſoribus impetrat. 1

Quas minimè recipiendas eſſe pars aduerſa contendit, tandémque cùm per appellationẽ cauſa ad parlamentũ Tholoſanum deuoluta fuiſſet 12. Iulij Anno 1555. iudicatum fuit Ioannem in poſſeſſione

parœ-

parœciæ ſeruandum eſſe. Ex quo arreſto colligi poteſt, quod is qui ante impetrationem à parte aduerſi factum capax redditur definitiuè in poſſeſſorio parœcię manuteneri debeat. Idem poſtea ab eodem parlamento ad relationem Dn. Doniat, quoad parœciam de Benerque in gratiam de Delaurier menſe Iunio Anno 1580. iudicatum fuit. In hypotheſi autem iſta peculiaris quædam circumſtantia concurrebat, nempe quod ille, qui contra prædictũ Delaurier impetrarat, eiuſdem vicarius temporalis erat, qui eo abſente officia deſungebatur & parochianis certo ſalario conſtituto Sacramenta adminiſtrabat: atque ſic in impetratione iſta vſus fuerat perfidia & præuaricatione intolerabili ac improbata iure, præſertim Canonico, quod in eiuſmodi cauſis ſemper attendi ſolet.

DECISIO LVI.

ARGVMENTVM.

Decretum de pacificis poſſeſſoribus ſaltem graduatis prodeſt.

SVMMARIVM.

1 *Decreto de pacificis poſſeſſoribus non graduatus gaudere nequit, qui in oppido muris clauſo beneficium habet.*

1 DEcretvm de pacificis † poſſeſſoribus, de quo modo dictum eſt, minimè prodeſſe poteſt ei, qui nullum gradum, ſed ſaltem beneficium in oppido muris clauſo habet. Atque ſic fuit iudicatum per arreſtum parlamenti Tholoſani menſe Martio Anno 1574. inter Florentem Tendronem impetrantem ex vna parte & de Bedene reum ex altera parte. Quod arreſtum ſaltem in poſſeſſorio ſummario pronunciatum, atque interim recredentia, vt vocant, dicto de Bedene adiudicata fuit, cùm nondum planè conſtaret locum illum, in quo contentioſum beneficium erat, eſſe oppidum muris clauſum. Si enim conſtitiſſet, ille definitiuè quoad poſſeſſorium victus fuiſſet, eo quod beneficium ſine gradu in vrbe muris clauſa obtinens nullum titulum habet cum edicto regis de beneficiis vrbium promulgato prouiſiones beneficiorum non graduatis factæ declarentur nullæ & abuſiuæ. Quibus & hoc accedit, quod qualitas illa quam lex aut alia conſtitutio requirit, per temporis lapſum ſuppleri non poteſt.

DECISIO LVII.

SVMMARIVM.

1 *In permutatione beneficiorum is pœnitere nequit, qui pactus fuit, penſionem recepit, aut controuerſiam arbitris, vni vel pluribus, commiſit.*

IN materia permutationis † beneficiorũ 1 ſi is, qui pœnitere aut regredi vult, pactus fuit, penſionem recepit, aut controuerſiam ſuam arbitris, vni vel pluribus commiſit, tum amplius non auditur nec regreſſus ei permittitur. Atque ſic iudicatum fuit per arreſtum dictæ curiæ 10. Martij Anno 1567. inter la Croix Canonicum d'Vſer & alios ibi nominatos prolatum, Canonicus enim iſte controuerſiam ſuam Senatori parlamenti commiſerat & penſionem receperat, atque ideo regreſſus ei denegatus fuit.

DECISIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Simonia ſimpliciter conuentionalis non impedit decretum de pacificis poſſeſſoribus.*

SImonia, etſi per ſe improbata † & o- 1 dioſa eſt, tamẽ, ſi ſit ſimpliciter conuentionalis, non impedit quo minus quis decreto de pacificis poſſeſſoribus gaudeat. Euenit itaque vt Franciſcus de la Tenay. Canonicus & Camerarius Eccleſiæ cathedralis de Beziers, vtrumque illud beneficii Canonici & Camerarij conſequeretur per reſignationem ſibi ad Adriano Puymiſſon, in manus Epiſcopi de Beziers ſub duplici promiſſione factam, quarum vna erat, vt Franciſcus ſe Adriano tam Canonicatum quàm Camerarij officium cum omnibus expenſis, damnis cóque, quod intereſt reſtituturũ legitimè caueret, ſi Adrianus pręceptoris officiũ, de quo litigabatur, amitteret; altera vero promiſſio in eo conſiſtebat, quod Adriano in beneficiorum compenſationem, aliquid pro arbitrio propinquorum à Franciſco dari deberet. Franciſcus per triennium vtroque & Canonici & Camerarij munere quiete defunctus fuit. Poſt quod tempus Guihelmus Magiſtri ſe impetrantem conſtituit propter incapacitatem, quam potiſſimum fundat ſuper duabus illis promiſſionibus, quas Simoniacas eſſe dicit atque adeo improba-

tas,vt nullum planè titulum multóq; minus coloratũ prębere poſſint. Verum Franciſcus literas decreti de pacificis poſſeſſoribus impetrat, quæ non attenta partis aduerſæ oppoſitione à parlamento recipiuntur atque iudicatur eum decreto de pacificis poſſeſſoribus frui debere. Quod arreſtum 3. Martij Anno 1574. prolatum conueniens eſt opinioni Gomezij,[a] qui vera ſaltem & reali Simonia decretum illud impediri autumat.[b]

ADDITIONES.

a *in reg.cancell.de triennal.poſſeſſ.non moleſt.quæſt.12.* b *extrauag. cum deteſtabile, de Simonibi.qui in dando vel recipiendo, Simoniam commiſerunt,c.qui ſtudet. 1.quæſtion.* Caſſiodor. *deciſ.* 5. *de conſtit.* Petrus Gregor. *in inſtitution. rei beneſ. cap.* 26. *nu.*1.

DECISIO LIX.

ARGVMENTVM.

Generalium reſignationis verborum nõ facilè extenſio fit ad vacationem reſignantis morte cõtingentem.

SVMMARIVM.

1 *Verba* aut alias quouis modo *adiecta prouiſioni per reſignationem non poſſunt extendi ad vacationem morte reſignãtis contingentem contra alium, qui poſtea prouiſionem impetrauit.*

QVOAD poſſeſſorium Canonicatus cuiuſdam in Eccleſia Beatæ Marię virginis, quæ Auennione eſt 13. Septembris Anno M.D.LXXIX. dubitatum inter alia fuit, ſuper prouiſione facta per reſignationem
1 † *vel alio quouis modo*, nunquid per verba illa effectus reſignationis etiam extendatur ad vacationem, quæ reſignantis morte contingit contra alium, qui mortuo reſignante prouiſionem impetrauit? Nã quãuis vno modo vacandi expreſſo non veniat alius[a] tamen per clauſulam illam aut verba, *quouis modo*, comprehendi videbantur[b] omnes omnino vacationes, ſiue directę ſiue obliquę, ſiue principales ſiue acceſſoriæ ſint, & per conſequens poſterior non erit præferendus priori[c] cuius nomen, expreſſum fuit per modum vacandi in genere. Quo tamen atque aliis, quæ Rebuffus *in praxi ſua beneficiaria* adducit, haud obſtantibus contrarium deciſum & iudicatũ fuit, eo quod clauſula iſta, veluti acceſſoria ſit tituli reſignationis & potius per ſtylum & formam ordinariam quaſi[d] in executoriis adiecta, quam per diſpoſitionem principalem & cumulatiuam titulorum diuerſorum ac veluti contrariorũ & æquè principalium in caſibus ſuis. Quare ea ratione vnus ſub altero cõprehendi nequit. Síque clauſula illa quicquam operari deberet, tũ referẽda eſſet ad caſus ſimiles: vt ſi vacaret beneficiũ per incapacitatẽ renũciãtis: vel par ei⁹ matrimoniũ, nõ autẽ ad caſũ mortis, qui lõgè eſt diuerſus à renũciatione. Idem quoque iudicatum fuiſſe arreſto parlamẽti Pariſienſis ſolemniter 23. Decembris Anno 1561. in cauſa concernẽte parœciam de Vernueil Diœceſeos Andegauenſis prolato Charondas teſtatur.[e] Planè quoad prouiſiones ordinarij res omni dubio caret, cũ in iis clauſula *quouis modo* pro ſuperflua habeatur.[f]

ADDITIONES.

a *capit ſuſceptũ, de reſcript.in 6.* b gloſſ. *in capit.inquiſitionis, §.prohibemus, de hæreticis in 6.* c gloſſ. *in regul.cancellariæ 62.* d Gomez. *ad regu.cancellar.de veroſim.notit.quæſtion.3.* e *libr.* 1. *reſponſ.16.* f Petr. Rebuffus *in ſua praxi beneficiar.titul.requiſita in literis, per capit.2. de prabend. libr. 6.numer.16.*

DECISIO LX.

ARGVMENTVM.

Senatores Eccleſiaſtici & beneficiarij fructus præbendarum ſuarum percipiunt.

SVMMARIVM.

1 *Senatores Eccleſiaſtici, qui beneficia habent, in ſupremis Franciæ curiis regi deſeruientes omnibus eorum fructibus & emolumentis æquè potiuntur ac ſi perpetuò reſiderent.*

NOTABILE admodum quoad dominos ſenatores Eccleſiaſticos † & bene- 1
ficiarios in ſupremis Franciæ curiis arreſtum eſt à parlamento Tholoſano 7. Septẽbris Anno 1486. in cauſa Dn. Lulier prædicti parlamenti ſenatoris Canonici præbẽdarij & archidiaconi in Eccleſia cathedrali d'Agde impetrãtis & actoris ex vna parte contra Syndicum capituli eiuſdem Eccleſiæ opponentem & defenſorem ex altera par-

ra parte. Iudicatum enim eo fuit, quod ex iuſta cauſa actor diploma contra Syndicum impetraſſet, & iniquè Syndicus ſe oppoſuiſſet, atque ideo capituli ſenatori, qui regi perpetuò deſeruiebat & prædicto munere in parlamento defungebatur ſoluere ac præſtare in poſterum teneretur vniuerſos & ſingulos fructus cæteráque emolumenta Canonicatus & præbendæ in Eccleſia d'Agde haud ſecus, ac ſi ibidem reſideret atque inſtar aliorum Canonicorum Eccleſiæ deſeruiret, exceptis ſaltem diſtributionibus ordinariis: quod item reſtituere deberet omnes perceptos fructus cæteraque emolumēta, quæ à tempore, quo lis in parlamentum introducta fuerat, obuenerant. Sic & variis curiæ Pariſienſis placitis definitum fuiſſe ſenatorio munere fungentē lucrifacere ſacerdotiorū reditus, tanquam abſentem Reipub. cauſa doctiſſi. Choppinus teſtatur *in ſuis de ſacra politiá libris* maximè arreſto ſecundū Chabanerium eiuſce ordinis conſiliarium, die 19. Iulij, Anno 1550. Quam in ſentētiam idem profert regios olim codicillos fuiſſe à Nicolao Vilmarco exoratos Pariſienſis ſenatus actuario, vt Rhemenſiūm præbendarum abſens fructibus potiretur, die 29. Maij Anno 1565. ex eiuſdem curiæ monumentis. De qua re etiam late Nicolaus Boerius b & Rebuffus c diſſerunt, à quibus alia quoque ſimilia arreſta parlamenti Pariſienſis recenſentur.

ADDITIONES.

a *Libr.1.tit.5.n.17.* b *dec.17.n.16.* Ranchin.*part.4.concl.216.* c *in tract. de concordat.titul.de collat.*

DECISIO LXI.

ARGVMENTVM.

Criminis capitalis reus beneficium, quod habet, reſignare poteſt.

SVMMARIA.

1. *Beneficiarius, qui crimen capitale commiſit, beneficium ſuum reſignare poteſt, ſi nondum condemnatus ſit, vel poſt factam condemnationem appellauerit.*
2. *Quod tamen in delictis nimis enormibus, veluti parricidio, aſſaſſinatu, hæreſi, ſodomia, aliiſque ſimilibus, haud procedit.*

COmmuniter ab interpretibus iuris † 1 Canonici receptum atque per arreſta ſupremarum curiarum regni huius comprobatum eſt, quod pacificè atque cum titulo beneficium poſſidens, illud commiſſo crimine capitali ante condemnationem a vel, ſi hæc ſecuta fuerit, pendente interpoſitæ appellationis tempore, reſignare poſſit. b Ita enim iudicatum fuiſſe Rebuffus c & Charondas d teſtantur; licet Molinæus communem opinionem oppugnare conetur. Quæ tamen non immerito limitatur, quod locum non habeat, ſi delictum nimis † atrox & enorme ſit, veluti parricidium, aſſaſſinatus, raptus aut aliud eiuſmodi, quod in ſimplicis delicti terminis non perſiſtit. 2 e Tum enim beneficium à tempore commiſſi criminis ipſo iure atque poſt iudicium cœptum, & de iure & de facto vacare cenſetur. De facto quidem propter maleficij exercrationem, de iure verò propter pœnam, quam lex Canonica dictat: adeò vt eiuſmodi in caſu pontifex difficilimè diſpenſare vel quid remittere poſſit. Nam huc illud pontificis Ioannis pertinet, quo ſe ineptias Cenomantici Vticenſis Epiſcopi mirari reſcribit, qui exiſtimarat pontificem aſſenſum præbere poſſe, vt ſacerdos qui homicidium perpetrarat, beneficium retineret. f Quod Ioannis reſcriptum Papon refert g atque etiam memorabile admodum exemplum noſtri temporis & ſpeciatim crimina illa recenſet, quæ canones priuatione digna iudicant, veluti ſunt hæreſis h Simonia i vis cardinali illata k violenta ad reſignationem coactio l vera contumacia commiſſa ab eo, qui Romam citatus comparere noluit m violenta poſſeſſionis occupatio. n Et quamuis ab initio etiam homicidij, vt appellitant, qualificati, quale

ADDITIONES.

a Præpoſit. *in cap. ſtudenti, diſt. 50.* b *argum. l. qui à latronibus, §. fin. de teſtamen. l. vnic. nihil nou. app. pend.* c *tit. de pacific. poſſeſſor. num. 262.* d *l. 1. reſponſ. capit. 21.* e *capit. in quibuſdam, extra. de pœn. capit. de homicid. libr. 6.* f *cap. miror. diſtinct. 50.* g *tom. 2. liur. 8. d'interdict. & actiens poſſeſſoir. pour benefices.* h *cap. cum ſecundum, de hæret. libr. 6.* i *ordinationes: queſt. 1.* k *cap. fin. de pœn. in 6.* l *c. eum qui beneficium, de prebend. libr. 6.* m *Clem. multorum, de pœnitent.* n edicta regis Franciſci I. de Anno 1539. *artic. 60.* Henrici II. de Anno 1550. 24. Iulij. *artic. 19.*

(quale eſt parricidium aſſaſſinium, &c.) mentionem fecerit: tamen poſtea illud in perſtringenda claſſe modo dictorum criminum, quorum ſex numero ſunt, haud repetit: eo quod homicidium ſimplex (veluti ex Paponis diſſertatione ſatis colligi poteſt, ad prædictos caſus haud pertineat, ſed ſaltem qualificatum, quod propter cōcurrentes circumſtantias magis enorme atrox & deteſtabile efficitur. Quam ob cauſam per arreſta curiæ noſtræ (quæ in ſimilibus caſibus inſtar certarum & firmiſſimarum legum obſeruantur) ſæpius, idem quoad prædicta crimina, præſertim verò quoad ſodomiam iudicatum fuit, propter ſummam obſcœnitatem, ob quam tam homines quàm pecora puniuntur, non quod hæc culpam habeant, ſed ne tali flagitio contaminata indignam facti refricent memoriam. o Nec dubitandum eſt, execrabile illud crimen, quod variis modis committi poteſt p vltro reliquas pœnas grauiſſimas quas Deus conſtituit & Paulus comminatur, etiam prædicto modo non minus à reliquis ſupremis regni huius curiis, quàm à parlamento noſtro puniri ſolere. Cæterum alias, ſi atrocitas criminis, aliæve eiuſmodi circumſtantiæ, non concurrant, ſed delicta in ſimplicibus ſuis terminis perſiſtant, tum ſemper iuxta communem illam opinionem pronūciari, íſque cui reſignatio facta eſt, præferri ſolet etiamſi tempore reſignationis alter, qui reſignauit, iam accuſatus & carceri mancipatus fuerit. Nam in hiſce caſibus beneficia minimè ipſo iure, quemadmodum in delictis exceptis vacare videntur, & propterea licita eorum eſt reſignatio, nec reſignanti vlla fraus vel dolus verè obiici poteſt, quēadmodum nonnulli exiſtimarunt q cùm is qui iure ſuo vtitur, illúdque facit, quod ſibi permiſſum eſt, in fraudem facere non videatur, minúſque iniuriam alicui inferre r.

Additiones.

o *cap. mulier, 17. queſtion. 1.* p *arg. l. 1. §. qui puero. l. ſtuprum, de extraord. crim. l. ſtupri, de ad ult. §. item lex Iulia. inſt. de publ. iud. l. fœdiſſimam, 20. l. cū vir, 31. C. de adult.* Angel. *in tract. de malef. ſur les termes, che me hay adulterato la mia dona, n. 53. q. 7.* Leuit *cap. 20. d. c. mulier.* q vt refert Charondas *libr. 1. Reſponſ. cap. 29.* qui allegat Canoniſtas *in c. inquiſitionis & in c. per tuas, de accuſat. & in cap. poſt tranſlationem, de renunc.* r *l. non fraudantur, de R. I. cum ſimilib.*

DECISIO LXII.

Argumentum.

Reſignatio prius effectum ſuum non conſequitur, quàm ſi à ſuperiori admiſſa fuerit.

Summarium.

1 *Beneficium per ſolam poſſeſſoris reſignationem haud vacare cenſetur, niſi à ſuperiori reſignatio quoque admittatur.*

Quidam in eo errore fuerunt, vt exiſtimarent, beneficium vacare † per 1
ſimplicem reſignationem pacifici poſſeſſoris etiam antequam admiſſio fiat à ſuperiori, ad quem collatio pertinet. Quod occaſionem dedit Dn. de Bouloc prope Tholoſam, vt ſibi Romæ *per impetrationem*, vt appellitant, *certo modo* beneficium, nō quidem proprio ſed tertij cuiuſdam, à quo iuuabatur, ſacerdotis ſui confidentiarij nomine contra eum, qui illud cum titulo & pacificè per decēnium atque amplius poſſederat impetrari curaret. Is itaq; ea ratione in poſſeſſione ſua turbatus atq; impeditus ne fructus prouētus aliáque emolumēta ex parœcia ſua quietè percipere poſſet, literas decreti de pacificis poſſeſſoribus ad Seneſcallum Tholoſanum vel eius vices gerentem impetrare commotus fuit. Coram quo iudice cùm cauſa ventilaretur poſſeſſori illi obiectum fuit, integrum iam annum effluxiſſe à tempore, quo procuraſſet, parœciam ſuam in gratiam eiuſdem, quem in procuratione illa, quæ producebatur, nominarat, in manus pontificis reſignare atque ideo eum nihil iuris nullámque poſſeſſionem amplius prętendere poſſe, cùm iuxta textus iuris Canonici ſatis vulgares a beneficio ſuo priuatus fuerit. Verum poſſeſſor ille reſpondebat, nunquam ſe beneficium ſuum dereliquiſſe, vel etiam in ſeruitiis diuinis expediendis negligentem, ſed potius iiſdem ſemper defunctum fideliter fuiſſe; atque ideo minimè applicari poſſe ad ſe ea quæ in allegatis iuris Canonici textibus haberentur; haud etiam ſibi vlla ratione præiudicare procurationem illam, quam habuerat,

Additio.

a *cap. 2. c. ex parte. c. tua* & Panormitanus *in cap. ex tua, de cleric. non reſid.*

rat, reſignandi, cùm à ſuperiori nondum admiſſa fuerit, atque ipſe interim ſemper in poſſeſſione & perceptione fructuum ex parœcia permanſerit: quæ etiam propterea ante admiſſionem illam ſuperioris, qui pontifex eſt, aut qui ab eo poteſtatem habet, vacare dici nõ poſſet: adeo vt ipſe ſemper eandem poſſeſſionem eadémque iura bono, iuſto & Canonico titulo retinuerit, a quoad ſucceſſor adueniſſet, quo non extante b vtpote reſignatione non admiſſa à ſuperiore, prætẽſa impetratio pro alia habenda non eſſet, quàm pro ea, quæ in beneficio nondum vacante hominiſque viui adhuc facta c & per conſequens, vltra alias pœnas, etiam hanc merita fuerit, quod penitus à communione Eccleſiaſtica reiici & perpetuò pro nulla haberi debeat, vt etiam in caſum futuræ veræ vacationis quicquã virium haud recuperet, ad exemplum illius, cui non permittitur vt vxorem poſtea ducat eam, quam viuo marito ſub ſpe futuri matrimonij per adulterium polluit. d Prædictus itaque Seneſcallus, cùm videret haud leuem ex confidentarij ſacerdotis perſona fraudis ſuſpitionem emergere ſempérque à poſſeſſore illo poſſeſſionem continuatam quietè fuiſſe, per interlocutoriam pro eodem pronunciauit atque ei recredentiam, vt vocant, parœciæ adiudicauit. Cùm verò dominus de Bouloc nomine confidentiarij ſui ſacerdotis ad parlamentum Tholoſanum prouocaſſet, ibidem cauſa pleniùs examinata ad noſtram relationem curia appellationem illúdque vnde appellatum fuerat, caſſauit, prædictum primum poſſeſſorem decreto de pacificis poſſeſſoribus gaudere debere pronuncians partémque aduerſam ad reſtitutionẽ; quibus poſſeſſorem vi ſpoliarat atque in litis expenſas cõdemnans. Quod arreſtum prolatum fuit menſe Iunio Anno M. D. LXVIII.

Additiones.

a *arg.l.ſi fortè.de offic.præſid.* b *c.admonet.c.quod in dubiis,de renunciat.* c *c.1.de conceſſ.præbend.c.audiuimus, 3.q.2.cap. in primis, 2.quæſt.1.* d Panormitanus, *in d.c.1.per.cap.1.de eo qui dux.in matr.quem poll.per adult.*

DECISIO LXIII.

Argumentum.

Locationi fructuum beneficij ad modicum tempus à prædeceſſore factæ, is, cui beneficium reſignatur, ſtare debet.

Summaria.

1 *Is, cui beneficium reſignatur, factum prædeceſſoris ſui præſtare obſtringitur, qui fructus beneficij ad modicum tempus locauit.*

2 *Item quoque continuare tenetur penſionem, quam prædeceſſor ſuus eidem beneficio legitime impoſuit.*

3 *Aequa moderatio, qua parlamentum Tholoſanum in terminis hiſce pro locatore contra eum, cui reſignatio facta eſt, vſum fuit.*

QVamuis morte, ceſſione † reſignatione aut permutatione beneficiorum a 1
procuratores, agentes aut vicarij eorundem reuocati cenſeantur: tamen locationi fructuum, qui ex beneficiis percipiuntur, ad modicum tempus per prædeceſſorem factæ ſucceſſor ſtare tenetur, præſertim ſi conductor pecuniam ſeu mercedem, quæ in locatione conſtituta fuit, prærogauit. Cuius rei rationes depromi poſſunt ex iis, quæ alibi Panormitanus notauit b & quæ ſcripta legimus de muliere c quæ tenetur ſtare locationi factæ per maritum illo vita functo; itémque de pupillo d qui pariter tenetur ſtare locationi factæ à tutore, maximè quando huiuſmodi locationes iuſto precio factæ præſupponuntur.

Quibus non obſtat, quod vulgò dici ſolet in beneficiis ſucceſſioni locum non eſſe, e & propterea ſucceſſorem ſingularem non obſeruare & præſtare teneri factum prædeceſſoris ſui, f nec eiuſdem conuentiones obſeruare, cùm ius, quod ille in beneficio habuit, ſaltem perſonale fuerit, & per conſequens initæ quoque eo nominè conuentiones eiuſdem perſonam egredi atque ad ſucceſſores porrigi haud potuerint, g ſed illius obitu plenè expirarint, haud ſecus atque locatio ab vſufructuario in re, cuius vſumfructum habet facta, eo mortuo expirat nec Domino directo

Additiones.

a per not. *in clem.fin. de procurator.* b *in c.fin.ne prælat.vic.ſu.* c *l.ſi filia,§.ſi vir,ſolut.matr.* d *l.ſi tutela,de admin.tut.* e *dict.cap. 1. de præbend.* f *l.emptorem,C.locat.* g *c.1.2.3.de precar.*

directo ſeu proprietario quicquam præiudicare poteſt. a Nam rectè reſponderi poteſt, quod hoc atque alia ſimilia argumenta conforméſque quorundam Doctorum opiniones, propterea hic locum non habeant, quod loquamur de ſucceſſore in beneficio, quoad reſignationem ſimplicem permutationis cauſa factam.Iſte enim locationi per prædeceſſorem factæ duplicem potiſſimum ob cauſam ſtare tenetur: quarū prima eſt, vt fraudibus occurratur, quæ à beneficiariis facilè committi poſſent, ſi iis facta locatione acceptáque integra mercede vel maxima eius parte pro lubitu beneficia aliis ita reſignare liceret, vt locationis leges ampliùs haud ſeruarentur. Quæ etiam fraudes eo grauiores fierent,ſi conductores ob priorum annorū ſterilitatem,damnum paſſi,eo ipſo tempore,quo vberiorem prouentum ſperant,per eam,quam beneficiarius facit,permutationem ita fallantur, præſertim ſi ab eo alias damna ſua illúdque, quod intereſt, vel ob eius paupertatem aut ſimiles cauſis conſequi non poſſint. Altera verò ratio in eo conſiſtit, quod ſine facto beneficiarij, qui primo locauit, & beneficium poſtea reſignauit ſucceſſor collationem & prouiſionem ſuam haud obtinuiſſet, atque ſic conductori nihil omnino quo re conducta liberè frueretur, obſtitiſſet. Æquum igitur omnino eſt, vt mala fides auctoris in ſucceſſorem tranſeat.b Ex quibus etiam † abū-

2 dè colligi poteſt haud iniuſta eſſe arreſta ſupremarum huius regni curiarum, quib. pronunciare ſolet eos,in quorum gratiam reſignata fuerūt beneficia ab aliis,qui certas & licitas penſiones ſuper fructibus beneficiorum legitimè eáque quantitate,quę permiſſa eſt, conſtituerunt, haud minùs ad penſionis præſtationem, quam prædeceſſores ſuos in beneficiis,parœciis, &c. obligari, quemadmodum eleganter & doctè admodum D.An.Robertus notauit.c Haud equidem ignoramus quod nonnulli † de

3 regula prædicta ſimpliciter,crudè & generaliter accepta admodum dubitant, eámque ſaltem procedere opinantur, ſi nōnullæ circumſtantiæ concurrant, ex quibus fraudis ſuſpicio euidens & irreparabile cōductorum damnum coniiciatur, adeò vt eos de damno vitando certare apertè conſtet. Verùm parlamentum noſtrūm per arreſtum 29. Maij, Anno 1559. in cauſa de Paramele, ciuis de Figeac contra Dn. Anton. de Roquemaurel quoad prioratū de Cardelhac en Quercy prolatum iuſta admodum & æqua moderatione legitiméque temperamento vſum fuit, dum iudicauit dictum Paramele reditibus fructuū Prioratus de Cardelhac ſibi à prædeceſſore, quem Roquemaurel auctorem laudabat, atque ab eo reſignante omne ius ſuum & cauſam habebat, per tempus in contractu locationis expreſſum frui debere, niſi dictus Roquemaurel prorogatam à Paramele,nomine locationis, pecuniam litíſque expenſas,quæ centum libris æſtimabantur, intra ſex mēſes reſtitueret.Tum enim poſt realem ſatisfactionem & liberationem reditum illum finiri & extingui,interim verò Paramele eodem frui voluit.Idem quoque quoad cauſam principalem iudicatum à prædicto parlamento 17.Iulij,Anno 1563. inter Petrum Negre appellantem à Seneſcallo de Carcaſſonne contra Iacobū Matthiam appellatum, vt ex commentariis D. Ioſſe didicimus. Aduocatus quoque Pariſienſis,qui notas ad arreſta Paponis ſcripſit & cuius ſupra mentio facta fuit d teſtatur pluribus arreſtis definitum fuiſſe, quod ſucceſſor, cui reſignatio facta eſt, licitas & ſine fraude initas reſignantis pactiones obſeruare & implere teneatur.e

ADDITIONES.

a *l.vectigali,de pignor.* b Bald.*in d.l. emtorem.* c *l.cum heres.de diuerſ.& tempor.praſcr.* d *lib.1.rer.iudic.cap.7.* e *au tiltre d'alienation des choſes Eccleſiastiqu. artic.5.in fin.*

DECISIO LXIV.

ARGVMENTVM.

Decretum de pacificis poſſeſſoribus ſaltem illi prodeſt, qui titulum coloratum & poſſeſſionem triennalem ex propria perſona habet.

SVMMARIA.

1 *Quæ de pacifica poſſeſſione triennali dicuntur accipienda ſunt de poſſeſſione, quàm quis ex perſona propria habuit, cum prædeceſſoris ſui poſſeſſione,in totum vel ex parte nemo iuuetur.*

2 *Qui decreto de pacificis poſſeſſoribus frui vult, titulum coloratum habeat neceſſe eſt.*

3 *Beneficium ex Epiſcopi collatione habēs, licet præſentatio ad alium ſuperiorem pertineat, titulum coloratum habere cenſetur.*

Supe-

1 SVperius decreti de pacificis poſſeſſoribus mentionem † fecimus, quod ideo introductum eſt, vt beneficiarij, quoad beneficia ſua ſecuri reddantur, atque triennalis pacificus poſſeſſor, tam in poſſeſſorio quàm in petitorio turbari nequeat. Quod ita verum eſſe intelligitur, ſi quis per tempus illud ex propria perſona poſſederit, cùm hoc in caſu poſſeſſio prædeceſſoris non proſit, ſed propria ſaltem attendatur, atque reſignatarij aut ſucceſſoris ius & beneficium non à reſignante, vel eius morte, ſed à ſolo collatore, dependeat. Verum ne-
2 ceſſe eſt, vt is, qui † decreto illo de pacificis poſſeſſoribus frui vult, titulum quendam & quidem ad minimum coloratum habeat, ne fortè vi beneficium occupaſſe videatur. Nam ſi hoc fieret, vel etiam titulus falſus eſſet, ſola triennalis poſſeſſio beneficiarium ſecurum non redderet. Quod inter alia ſolemni arreſto curię noſtræ, Anno 1587. in cauſa prioratus de Luſignac in Rouuergue ad noſtram relationem iudicatum fuit. In quo arreſto etiam hoc addebatur, quod promotus per Epiſcopi collationem, etiamſi præſentatio ad alium ſuperiorem, veluti in prædicta cau-
3 ſa ad Abbatem, pertineat, titulum † coloratum habere cenſeatur, cuius virtute iuncti poſſeſſione trium annorum & trimeſtris id efficitur, vt prouiſio *certo modo* Romæ impetrata valida ſit, & prætextu nullitatis cōtra triennalem poſſeſſorem impugnari nequeat. Si enim intra triennium illud is, qui ius præſentandi habebat, ſe contra promotum ab Epiſcopo oppoſuiſſet, tum collatio ob defectum præſentationis maximo vitio laborans impugnationi iſti facilè obnoxia fuiſſet. At poſt tanti temporis lapſum eadem titulum coloratum præbet, & iuſtam poſſeſſionem beneficiario tribuens reliquos omnes excludit, quemadmodum à Canoniſtis notatur, aqui communiter docent ſufficere, vt titulus coloratus dici poſſit, ſi iſte, qui facultatem conferendi & promouendi habet capacem beneficii vacantis promouerit, atque titulum coloratum eſſe propterea haud deſinere, quod ob alterius patroni aut aſpirantis ad beneficium perſonæ impedimentum occurrat, quemadmodum familiariter admodum & magno cum labore D. Papon pro more ſuo retulit & explicauit.

ADDITIONES.

a Felin. *in cap. in noſtra, de reſcript.* Goincz. *de trienn. poſſ. q. 27. & ſeq.* Rebuffus *in tractat. de pacific. poſſeſſ. num. 32.*

b *au ſecond tome de ſes notaires liu. 8. chap. d'interdicts, & actions poſſ. ſſ. pour benefices.*

DECISIO LXV.

ARGVMENTVM.

Iuri inſinuandi, quod graduati habent, triginta demum annis præſcribitur.

SVMMARIA.

1 *Per triginta ſaltem annos præſcribitur iuri inſinuandi contra graduatos.*

2 *Graduato non præiudicare, quod nominationem intra decennium non inſinuauerit, præiudicio parlamenti Tholoſani firmatur.*

IDem Papon, a in libro † arreſtorum ſuorum notandum eſſe tradit, quod ſi graduatus nominatus per decennium inſinuare ceſſet à tali iure poſtea penitus excludatur, per quandam præſumptionem, quæ declarat eum voluntatem habuiſſe, quod iure ſuo vti nolit, adeo vt omnino neceſſe habeat inſinuationem illam intra decennium facere, quemadmodum Charondas b aliique plures teſtantur. Qua inſinuationo facta graduatus nominationem ſuam ad triginta vſque annos continuare poteſt. Etſi enim arreſtum parlamenti Pariſienſis, extat, quo iuxta Paponis c relationem iudicatum fuit eum, qui inſinuarat, intra decennium quidem inſinuarat, ſed intra 21. annos vlteriorem inſinuationem facere neglexerat, ius ſuum perdidiſſe: tamen alia arreſta contraria in medio ſunt, quorum duo Papon ibidem allegat, eorundemque auctoritate tradit opinionem, quam muniunt, haud quicquam obſtantibus iis, quæ in contrarium afferantur, præualuiſſe & ſaniorem eſſe. Nam iuri inſinuandi ſaltem per triginta annos præſcribitur etiam tum, quando inſinuationis † initium non intra decennium, ſed tantum intra prædictos annos triginta factum fuit, iuxta 2
reſolutionem gloſſæ, quæ d docet priuilegium publicum intra decennium publicari debere, cùm alias perdatur, ſed quoad priuilegium particulare, quale etiã eſt, de quo hic agitur ſufficere, ſi illud intra triginta

ADDITIONES.

a *en ſon recueil, tiltre des graduez liur. 2. tit. 5. arreſt. 1.* b & Pandect. *au droict Francois liur. 1.* c *tiltre ſuſdict. des graduez arreſt. 3.* d *audict tiltre arreſt. 4.*

triginta annos publicetur atque effectui mandetur. Cui conforme eſt, quod curia noſtra menſe Ianuario, Anno 1574. in cauſa de Vaxis contra Guyſet, quoad poſſeſſorium canonicatus d'Alby ancipiti certamine, dirempta diſceptatione & calculis iudicum adæquatis, ad relationem Dn. Franciſci Sabatier correferente D. Fillete (viro acutiſſimi iudicij, integerrimo, excellentíque eruditione prædito, quem inter amicos noſtros intimos maxime honoramus) nominationem dicti Vaxis admiſit, eúmque in poſſeſſorio canonicatus, de quo tum quærebatur, ſeruauit, licet ille nominationem ſuam intra decennium non inſinuaſſet. Atque hæc controuerſia maximè tum ventilata, exactè examinata & plenius diſcuſſa fuit. Aduerſarius enim dicti Vaxis, curiæ præſidialis, quæ Tholoſæ eſt, aſſeſſor ſeu cõſiliarius erat, vir clariſſimus atque honoratiſſimos Tholoſæ neceſſarios habens tádémque in Senatorum magni conſilij collegium allectus. Quare Domini Senatores parlamenti, præſertim verò dominus referens & correferens, nihil omittere voluerunt, quod ad felicem enodationem dubiæ illius quæſtionis facere videretur, tandémque iis prædicta reſolutio, quam ſynceram & verè iuridicam eſſe exiſtimamus, placuit, vt eius intuitu pro memorato Vaxis pronunciarent. a Nos quoque voto noſtro arreſtum illud tum cõfirmauimus, fuitque hęc cauſa prima, in qua, quoad materiam beneficiariam, ſententia noſtra à prædicto parlamento exquiſita fuit. Deinde deprehēdimus quod Dominus Ioſſe, qui & ipſe diſceptationi cauſæ & deliberationi tum intererat, idem in aduerſaria ſua retulerit, & pro more ſuo exactè ac canonicè explicarit. Quod ſilentio pręterire non debuimus.

ADDITIO.

a *in l.1. de nund.*

DECISIO LXVI.

ARGVMENTVM.

Vicario generali indiſtinctè reſignationes admittere non licet.

1 *Vicarius generalis ſede vacante creatus à Capitulo admittere nequit reſignationes beneficiorum permutationis cauſa factas.*

QVoniam reſignatio ex cauſa permutationis alienatio quædam & translatio de perſonis eſſe cenſetur, a quæ multo maior & grauior eſt, quàm in bonis temporalibus b & quia ea, quæ ſunt gratiæ, non competunt Capitulo, ideo ſæpius à parlamento noſtro, præſertim verò 2. Ianuarij inter Querant & Labadie iudicatum fuit, vicarium creatum † a Capitulo ſede vacante non poſſe admittere permutationes,
maxime fraudulentas, ſi præſertim in eius 1
creatione & vicariatu collatio ex cauſa permutationis non fuerit ſpecialiter conceſſa, & de actu permutationis non appareat, niſi per verba narratiua collationis.

ADDITIONES.

a *c. præcipimus*, 12. *q.* 2. b Ioann. Monach. *in c.1. de maior. & obed.* & ibi Philip. Franc.

DECISIO LXVII.

ARGVMENTVM.

Qui morbo oppreſſus beneficium reſignare perſuaſus fuit à reſignatorio illud recuperat, ſi conualuerit.

SVMMARIA.

1 *Arreſtum conſilij ſecretioris pro Ioanne Benedicto pronunciatum.*

2 *Illud à parlamento Tholoſano extra terminos ſuos haud extenditur, & in quibus caſibus non obſeruetur.*

3 *Officiales regij ſeculares dicti arreſti terminis haud comprehenduntur.*

POſt tempus illud, quo à Senatu † ſecretioris conſilij (quod hodie in Francia conſilium ſtatus vocatur) arreſtum 29. 1
Aprilis, Anno 1558 pro D. Ioanne Benedicto Theologiæ Doctore, & Eccleſiæ innocentium, quæ Pariſiis eſt, parochi prolatū, idémque alio parlamenti Pariſiēſis arreſto 22. Febr. Anno 1578. vt Charondas teſtatur, a confirmatū fuit, ſæpius vidimus illud † in curia noſtra in motis controuerſiis quoad
poſſeſſorium rectoratuum, parœciarum & 2
vicariatuum perpetuorum à reſignantibus obiici ſuis reſignatariis, atque inſtar legis generalis ac in toto regno cæteríſq; regis noſtri ditionibus ſanctè obſeruandæ allegari; quemadmodum etiam in fine dicti arreſti adiectum fuit, quod publicè promulgari atque in omnium totius regni cu-

ADDITIO.

a *lib.1. cap.46.*

curiarum tam inferiorum quàm ſupremarum acta referri deberet. Quod arreſtum etiam ad conſequentiam trahere voluerut reliqui regis officiales ſeculares vel iis, qui iudicum munus exercent, non exceptis, vt ea ratione è manibus reſignatariorũ ſuorũ retraherent oficia, quæ in eorũdem fauorem in manus regis aut eius cancellarij reſignarant, & quorum reſignatio (reſignatarus ad oficia eorundémque exercitium nonnunquam iam receptis) admiſſa fuerat. Cuius controuerſiæ & ſimilium materiarum occaſione curia noſtra pro more ſuo chriſtianè & prudenter perpendens, quod etiam in pingui ſolo, & agro quantumuis culto zizania luxuriet, ſterileſque & pernicioſæ herbæ magno numero prouẽniãt, iuxta illud Virgilij a

---ſegniſq; horret in aruis
Carduus, intereunt ſegetes, ſubit aſpera ſylua,
Lappaq; , tribulique, intérque nitentia culta
Infelix lolium & ſteriles dominantur auena.

Et quod illud, quod ab initio ob bonum finem introductum fuit, (veluti ſunt reſignationes illæ beneficiorum, quæ vulgò reſignationes in fauorem vocantur ſimiléſque ſunt nominationibus illis ſucceſſorum, quas multa memorabilia exempla Prælatorum Chriſtianorum & Catholicorum in primitiua Eccleſia cõprobant, quęque ideo potiſſimum introductæ fuerunt, vt iis hæreticorum conatibus obuiam iri atque caueri poſſet, ne inſtar leonum rugientium in ouile Eccleſię irruerent, illúdque, quod in ea optimum eſſet, deuorarẽt b in abuſum rapiatur, atque ſe infelicitati ſeculi, quod licitum fecit illud, quod prohibitum erat, accommodans nec mores publicos conturbare cupiens, ſed expectans Eccleſię reformationem magis exactam & ſeueram, qualis fortè deſiderari, non verò ſperari poteſt; minimè dubitauit ſequi prędictum arreſtum in cauſa Benedicti prolatum, vt ea ratione maiorum & grauiorum confuſionum cohorti portas maturè præcluderet. Cæterùm illa prædictum arreſtũ in ſimplicibus, nudis, & ſolis ſuis terminis ſine vlla extenſione accepit, nempe ſi iſte, qui in extremo morbo conſtitutus atque de vita ſua deſperans, importuna perſuaſione reſignatarij aut aliorum eius nomine, ſubornatorũ cogatur beneficium ſuum reſignare. Ita n. reſignans, ſi à morbo reconualeſcat beneficium ſuũ non immeritò recuperat, cùm hic nõ conſideretur quid reſignans promiſerit, ſed quod reſignatarius perfidiam commiſerit, quæ veluti ſanctis decretis aduerſa grauem pœnam meretur. Cuius rei euidens & locuples teſtimonium præbere poteſt exemplum illud Tryphonis monachi quod ab hiſtorico quodam refertur. c Verum ſi extra illos terminos verſemur & reſignatio facta ſit à quopiam, qui tam periculoſè non ægrotabat, nec de vita ſua dubius erat, ſed proprio motu & ſine alia ſollicitatione certas quaſdam pactiones & conuentiones de quota fructuũ vel quapiam pecuniæ ſumma fecit aut etiã beneficium ſaltem cum titulo habens ad illud promoueri tertium curet, ſub tali conuentione quod beneficium rurſus reſtituere, atque in manus ſuas reſignare debeat, quã locunque viſum fuerit: tum pactiones illæ & conuentiones planè Simoniacæ, illicitæ & iure improbatæ ſunt, arreſtúmque illud Benedicti locum habere nequit, ſed regulas canonum & ſacrorum decretorum obſeruari, & exactè cuſtodiri oportet, quẽadmodum Charondas arreſto dictę curiæ Pariſienſis Calend. Febr. Anno 1572. iudicatum fuiſſe teſtatur. d Iuxta quod itidem à noſtro parlamento ſæpius in eiuſmodi caſibus pronunciari vidimus, etiam quoad dictos † oficiales regios in cauſa Cauſſin 2 iudicis & magiſtratus præſidialis in Seneſcallatu Tholoſano contra Rouſſel eius reſignatarium, qui ei cõdemnatus fuit ad ſolutionem eorum, quę propter reſignationem beneficij promiſerat, confirmatúſque reſignatarius in oficij ſui exercitio nulla habita ratione regreſſus, quẽ Cauſſin virtute promiſſionis ſibi factæ petebat, eo quod de certo pretio èxpreſſe conuentum fuerat, eúſque partem Cauſſin iam receperat, vt ideo memoratum arreſtum in cauſa Benedicti prolatum minimè huc referri poſſit.

Additiones.

a *lib. 1. Georg.* b Ioi ephor. *lib. 14. c. 31.* Sidon. Apollin. *lib. 7. epiſt. 5.* ad Agretium. c Cenedenus *pag. 327. & 516.* d *reſponſ. li. 1. c. 46.*

Decisio LXVIII.

Argumentum.

Procuratores beneficiorum de locatione, quàm in iis fecerunt, reſpondere tenentur.

Summarium.

1 *Si confidentiarij beneficiorũ, eadẽ admittant, ſi ea tũſq; reſtituere condẽnentur, tum*

tum illi, qui veluti eorum procuratores beneficia tertiis quibuſdam locarunt, indemnitatem locationis nomine præſtare obſtricti ſunt.

PEr arreſtum curiæ noſtræ 4. Iunij, Anno M.D.LXVIII. in cauſa Franciſci Geoffroy, rectoris Eccleſiæ S. Martini de Vers in diœceſi de Caors ſupplicantis & petitoris quoad executionem arreſti & reſtitutionem fructuũ ex vna parte & Guilhelmi la Coſte, alias Negre dicti Ioannis Larmandie, aliorúmque defenſorum, ſeu reorum, ex altera parte: & rurſus in cauſa
1 eorundem defenſorum † euictionem petentium ex vna parte, & Galterot Galteroy nobilis Florentini & Franciſci parui reorum ex altera parte: iudicatum fuit contra eos, qui beneficia ſua confidentiariis concedunt, eadémque poſtea vel per impetrationem contra ſe factam vel alio modo amittunt fructúſque reſtituere condemnantur: quod tum ij, qui veluti eorum procuratores eadem tertiis quibuſdam locarint, eo nomine conuenti reſpondere, eóſque indemnes ſeruare teneantur ob locationem quam fecerunt, nec excuſari poſſint qualitate procuratorum, ſub cuius prætextu contractum illum celebrarunt.

DECISIO LXIX.

ARGVMENTVM.

Quando dubia litigantium profeſſio eſt, fructus beneficij interdum ſequeſtrari ſolent.

SVMMARIVM.

1 *Modus iudicandi, quem parlamentum Tholoſanum, quoad poſſeſſorium beneficiorum obſeruat, ſi vtraque pars male fundata ſit.*

1 CVm neutra pars litigans † in poſſeſſorio beneficiorum bene fundata eſt, parlamentum noſtrum aliquando, ſed rarius pronunciare conſueuit, beneficium, de quo agitur, vacare, vt ad illud quiſpiam legitimè promoueri queat: nonnunquam, & quidem ſæpius partes litigantes ab inſtantia compenſatis expenſis abſoluit atque à iudicio repellit: interdum etiam fructus, reditus, prouentus & emolumenta beneficiorum ſequeſtrat, & quidem eo modo, qui in ſequenti arreſto, quod 3. Martij, Anno 1561. prolatum fuit, continetur: Inter Dominum Guilhelmum de Malaterre Sacerdotem appellantem à Seneſcallo Tholoſano, aut eius vices gerente, ſimúlque impetratorem & requirentem comprobationem regij diplomatis quoad cauſæ retentionem ex vna parte, & fratrem Guilhelmum Bartholomæum monachum ordinis Ciſtercienſium in monaſterio de grand-Selue appellatum & reum ex altera parte, curia caſſauit & caſſat appellationem & comprobans diploma euocauit cauſam & litem principalem, tam quoad querelam à Bartholomæo ratione poſſeſſorij parœciæ B. Virginis de Briue Caſtel motam, quam quoad literas de pacificis poſſeſſoribus impetratas & coram Seneſcallo Tholoſano à dicto de Malaterre productas; atque ob cauſas ex actis emergentes Bartholomæum ab inſtantia abſoluit, nulláque habita ratione decreti in gratiam Guilhelmi à Seneſcallo dati eiuſdémque executionis; declarauit dictũ de Malaterre literas decreti de pacificis poſſeſſoribus impetrare non potuiſſe, ſed eum priuandum eſſe poſſeſſione dicti beneficij de Briue Caſtel, decreuitque, quod fructus, reditus, prouentus cæteráque emolumenta parœciæ illius ſequeſtrari interimque percipi & adminiſtrari deberent à viro idoneo & integræ fidei, qui legitimo tempore rationes ſuæ adminiſtrationis reddat & reliquam iis præſtet, ad quos iure pertinet.

DECISIO LXX.

ARGVMENTVM.

Res ſacræ gratis adminiſtrari & dari debent.

SVMMARIA.

1 *Omnibus, qui inſpectionem parœciarum habent, & curam animarum gerere debent expreſſa ſanctione prohibitum eſt, ne quid exigant, capiant, aut tanquam debitum neceſſarium petant propter Sacramenta Baptiſmi, extremæ vnctionis, matrimonij, ſepulturas, aliáſque res ſimiles.*

2 *Quænam conſuetudines laudabiles in ſanctione excipiantur.*

3 *Iura ridicula & abuſiua, vel potius ſcandaloſa.*

DOminus Papon a refert per arreſtum †parlamenti Tholoſani 7. Nouembr. 1
Anno 1544. prohibitum fuiſſe omnibus, qui

ADDITIO.

a *en ſon recueil liur. 1. tit. 3. art. 7.*

qui regimen & inſpectionem parœciarum habent & animarum curam gerere debent, ne quicquam exigant, capiant aut tanquam debitum neceſſarium petant, propter Baptiſmum, extremam vnctionem, matrimonium, aliáque Eccleſiæ Sacramenta, nec itē propter ſepulturas & geſtatas in exequiis cruces, vltra illud, quod ex deuotione & libera miniméque coacta voluntate oblatum & datum fuerit: adeò vt etiam ob factum campanarum pulſationem quicquā amplius exigi non poſſit, niſi ab iis, quos laborem in trahendis & pulſandis campanis impendere oportuit. Quod arreſtum, vt † nonnulli exiſtimant, interpretationem recipere debet ex alio arreſto parlamenti Pariſienſis 4. Martij, Anno 1528. prolati, cuius Rebuffus a meminit, quod prædicto cōtrarium eſt, veluti etiam aliud, quod Auferius *in ſtylo curiarum* ſub titulo *de ſepulturis* refert. b Quoad matrimonium item gloſſa iuris Canonici apertè aduerſari videtur, c multíque egregij Doctores ob rationes admodum probabiles tradunt, valere conſuetudinem, qua permittitur, vt propter ſepulturas & exequias pecuniam accipere d liceat. Verum poſtea ſanctio Aureliis promulgata eſt, qua non obſtantibus prætenſis conſuetudinibus & communi vſu, omnibus prælatis, parochis, aliiſve Eccleſiaſticis interdicitur, ne quicquam exigant pro adminiſtratione Sacramentorū, ſepulturis, aliiſque rebus ſpiritualibus. Quæ ſanctio planè cōformis eſt reſcripto Innocentij III. ad Epiſcopum Magaloniæ e aliíque Concilij generalis f decreto, cum diſtinctione tamen, iuxta quam ſuſtineri poteſt ſanctio illa Aurelianenſis, aliáq; Henrici III. conſtitutio in comitiis Bleſſenſibus promulgata, quæ parochos tam in oppidis quàm aliis in locis concernit, déque eorum oblationibus atque aliis iuribus parochialibus loquitur, quibus illi iuxta antiquas & laudabiles conſuetudines frui conſueuerunt. Haud item Bleſſenſis ſanctio Aurelianenſi, præſertim verò quoad prædictas conſuetudines derogat. Has igitur exactè obſeruari oportet atque perpēdi finem, ob quem Bleſſenſis ſanctio promulgata fuit, & qua ratione conſuetudines illæ introductæ ſint, vt obligationem parere atque laudabiles dici potuerint, quēadmodum in dicta conſtitutione poſteriori ſeu Bleſſenſi, appellantur, cùm in priori, ſeu Aurelianenſi, ſaltem prætenſæ indigitentur. Quibus omnibus accuratè examinatis apparebit arreſtum illud Tholoſanum, ſanctum, Canonicum, iuſtum & rationabile eſſe, præſertim quoad illud, quod Sacramenti, quorum ibi mentio ſit, concernit & planè reſpondere alij arreſto Pariſienſi, g quod 4. Nouembr. Anno 152 . pronunciatum fuit. Religioſè enim & ſanctè obſeruandæ ſunt conſtitutiones, quæ ad reformationem & emendationem corruptionis & diſſolutionis in Eccleſia promulgatæ ſunt. Quam corruptionem & diſſolutionem etiam ridicula illa † abuſiua ſeu potiùs ſcandaloſa iura ſapiunt; veluti vt Epiſcopo pecunia à nouis maritis detur, quo licentiam cum nuptiis ſuis concumbendi habeant: vt daimonibus oppidi ſingulis annis menſe Nouembr. ſolemne conuiuium à capitulo detur: vt ius maris quoad quemlibet, qui in oppido vxorem ducit, exerceatur, eóque nomine capiatur patina carne aſſa & patina carne elixa plena, menſura vini ac panis quatuor obulis emptus, & propterea ridicula quædam cantio coram conuiuis nuptialibus recitetur. Quare etiam per arreſta parlamenti Pariſienſis pronunciatum fuit ſub prætextu conſuetudinis antiquæ talia peti haud poſſe, quemadmodum Charondas teſtatur. h Idem quoque noſtra curia iudicauit quoad iura quædam inſolita & exorbitantia, quæ Domini quidam ſub ſimili prætextu conſuetudinis exigere & petere conati fuerunt. De quibus iuribus Molineus ad conſuetudines Pariſienſes loquitur, i quem Charondas ibidem allegat: déque arreſto illo parlamenti Tholoſani infra, vbi de iuribus dominicalibus agetur, commodius dici poterit.

ADDITIONES.

a *in tract. de concord. tit. de publ. concub. pag. 376. col. 2.* b *arreſt. 132.* c *in ca. his igitur, ſuper verb. pro beneficij, diſt. 24.*
d Ioannes à Ripa *reſp. 20.* Chaſſan. *ad conſuetud. Burgund. tiltre des droicts appartenans à gens mariez, §. 6. ſuper verb. ſur la moitié des heritages, numer. 16. cum ſequent.* Deciſion. Capel. Tholoſan. 378. & 389.
e *in cap. abolendæ, tit. de ſepultur.* f *in cap. ad Apoſtolicam, de ſim. & c. clerici, 13. quaſt. & tot. quaſt.* g quod à Papone refertur *en ſon recueil liur. 1. tit. 5. arreſt. 31.*
h *tom. 2. reſp. liur. 7. chap. 79.* i *§. 35. numero 16.*

DECISIO LXXI.

ARGVMENTVM.

Præſides in parlamentis Franciç ſententias pro ſuo libitu & ſine certo ordine rogare poſſunt.

SVMMARIA.

1 *Apud Romanos honorificum admodum eſſe exiſtimabatur, ſi quis in publico conuentu ſententiam ſeu votum ſuum primus dare rogaretur.*

2 *Quod locum non habet atque applicari nequit ad curias parlamentorum, quæ in Francia ſunt: & quomodo in iis ſententiæ ac vota à Dominis præſidibus rogari & exquiri ſoleant.*

3 *Olim in Areopago vota in pugillaribus exhibeantur.*

4 *In Sorbana Pariſienſi ſuper deliberatione & quæſtione dubia primo iuniores ſententiam ſuam dicere iubentur, & quare hoc fiat?*

5 *Quoad definitionem cauſæ, quæ diſcuti cœpit, & poſtea interrupta fuit, præſentiũ ſaltẽ iudicũ vota attenduntur.*

6 *Sententiam ſuam in ſcriptis transmittere in Franciæ curiis ridiculum habetur.*

1 ROmani honorificum † admodum ducebant ius & prorogatiuam, iuxta quã requiſitus quis & rogatus ab iis quibus hoc incumbebat, ſententiam ſeu votum ſuum in Senatu aut alio publico conuentu primus diceret; quemadmodum etiam ea ratione apud illos nonnunquam propinqui & familiares eligi ac præferri ſolebant. Dionyſius Halicarnaſſeus, locuples eius rei teſtimonium in hiſtoria ſua perhibet, a dum patruum inducit à nepote ex fratre, cui rogandi ius erat rogatum, vt ſententiã ſuã primus diceret. Qui honor potiſſimũ iis tribuebatur, qui egregiis ſuis factis, præclaris virtutibus, multiíſque laboribus de Republ. optimè meriti fuerãt, quẽadmodum colligi poteſt ex iis, quæ Cicero b & Plutarchus c notarunt, atque alibi Papinianus d reſpondit: adeo vt ignominiæ loco haberetur poſtremo ſententiam rogari, vt cõſtat ex iis, quæ Suetonius de Imp. Claudio refert, apertiúſque alius quidam hiſtoricus tradit. e Verum hoc minimè ap-
2 plicari poteſt ad parlamenta † ſeu ſupremas Franciæ curias, in quibus præſides, aut iis abſentibus antiquiores ſenatores illius cameræ, ſeu claſſis in qua deliberatio fit, pro libitu ſuo ſententias rogare & vota exquirere conſueuerunt. Qui mos conſentaneus videtur antiquis Romanorum legibus, de quibus Cicero f hiſce verbis loquitur: *Senatori iuſſa tria ſunt, vt adſit, vt loco dicat, id eſt, rogatus, vt modo ne ſit infinitus.* Quare nullus eſt, qui in curiis illis prætendere poſſit ius primæ ſentẽtiæ dicendę, niſi ſolus referens cauſarũ, ſupplicationum, diplomatum aut alioru actuũ, quos ipſemet curiæ ad deliberandu exhibet, & quidem à præſide rogatus, qui poſtea plerúnque (iuxta morẽ pręſertim parlamẽti Tholoſani) rogare ſolet primo eos, qui ab vtroque latere referenti proximè aſſident, nempe iuniores, cum ſeniores, ſi ne referentes non ſint, proximè iuxta præſides ſedere ſoleãt. Etſi autem præſides hunc ordinem ita obſeruare conſueuerunt, ne forte antiquiores prius dicentes facilè iuniores in ſuam ſententiam trahant, quod & Tiberium Cæſarem in publica accuſatione Lepidi feciſſe Tacitus ſcriptum reliquit, g idque ciuile viſum, ne cæteris aſſentiendi neceſſitas foret: tamen ad eum præciſe & neceſſariò adſtricti non ſunt; ſed eum nonnunquam ſingulari quapiam prudentia & diſcretione negligere ſolent, pręſertim ſi videant iuniores à iuſtitiæ tramite paulo deflectere. Tum n. ordinem interrumpunt, & quoſdam ex ſenioribus (maiori propter ætatem experientia præditis) rogant, vt ea ratione facem, quæ in præſidio ſit, præferant, quæ iter errantibus aperiat, & quę comiter monſtret viam, ne iuniores iniuſtas & fallaces ſententias dicant:

Nam reuocare gradum, ſuperáſque euadere ad auras
Hoc opus, hic labor eſt.

Atque ſic à præſidum auctoritate dependet poſt referentem ad inſtar Octauij Auguſti ſententias nõ more, neque ordine, ſed prout libuerit, rogare h vt perinde quiſque animum

ADDITIONES.

a. *libr.* II. vbi loquitur de Appio Claudio decemuiro in Senatu de bello aduerſus Æquos & Sabinos referente. b Cicero 7. *in Verrem act. & ad Att.* 1. & 10. *& epiſt. fam. libr.* 10. *ep.* 12. c Plutarch. *in Scipione.* d *l. Spurij*, §. *fi. de decurion.* e *in Claudio, cap.* 9. f Dionyſi Nytæus. *in Caio Caligula.* g *lib.*3.*de legib.* h *Annal.lib.*3.

animum intendat, ac ſi cenſendum magis quàm aſſentiendum ſit: eo quod ordo ſententias dicendi à ſenioribus incipiens neceſſitatem quandam ſecum ducere videatur, vt iuniores duab. veluti ſyllabis, *idem*, reſpōdeant: Pleroſque enim naturalis quidam pudor deterret, ne antiquioribus, qui prius ſententiam ſuam dixerunt, doctiores aut prudentiores videri velint. Quam etiā
3 ob cauſam olim † vt nonnulli tradunt [a] in Areopago ſententiæ ſeu vota in pugillaribus conſcripta exhibebantur. Et quamuis tempore antiquorum Romanorum in omnibus comitiis, vbi quid cum populo agendum erat, priùs priuatis hominibus concio daretur, quam magiſtratum tenentibus, ne quis nimirum, potentioris, vt fieri aſſolet, ſententia præuentus ſuam ipſe ſupprimeret, ſed ſumma cum libertate quid ſentiret, exponeret [b] atque à Theologo quopiā antiquo referatur, [c] quod in ſchola Pariſienſi, per quam veroſimiliter Sorbonam intelligit [d] dubio quodam occurrente, quod reſolui & decidi debet, iuniorū
4 ſententiæ prius exquirantur, ne † ante ſe dicentibus, qui pietate & doctrina pręcurrūt, in eorum ſententiis facilè acquieſcant, iiſque aduerſari indignum ducant: tamen in ſupremis Franciæ curiis tota hæc res præſidum religioni & conſcientiæ relinquitur, quemadmodum eidem plures aliæ edictis & ſanctionibus regum commiſſæ ſunt. Haud etiam in illis curiis ſententiæ aliter recipiuntur, quàm viua voce in conſeſſu & pręſentia omnium iudicum, qui ab initio requiſiti fuerunt, & ad finem vſque commorari tenentur, prolatæ, cum eo in caſu abſentia vnius quoad firmam actus validitatem magis operetur, quàm pręſentia cum contradictione, quoad caſum contrarium. [e] Vnde quoque eſt, quod in iudiciis litium iam definiendarum, eóque nomine certis iudicibus commiſſarum, ſi referente munus ſuum ex mandato pręſidis faciente, res tota in vna ſeſſione ſemel expediri nequeat, ſed ad vlteriores ſeſſiones differatur, parlamentum noſtrum prouidere conſueuit, vt omnes Senatores † denuò conuocentur & conueniant: adeò vt ſi morbus interim vel abſentia cuiuſdam interuenerit, ex conſilio reliquorum arreſtum, quod deliberationem Cameræ vocant, fiat, eóque certum tempus pręfigatur, per quod ęgrotus vel abſens expectādus ſit, eodémq; tēpore lapſo res à reliquis Senatorib. pręſentib. ad finē perducatur. Quod

ADDITIONES.

a Tranq. *in Aug. c.* 35. b Nicolaus de Lyra *in Exod. c.* 22. c Hoc Vniuerſitatis Pariſienſis collegium, quod Sorbona vocatur, antiqua fama & auctoritate prę reliquis celebre eſt, de cuius prima fundatione, ſequentia haberi poſſunt: Tempore Ludouici I X. qui ſancto quodam, pro illius ſeculi more, Zelo commotus, ferè totus templorum, collegiorum, aliorúmque ſacrorum locorum extructioni incumbebat, Theologus quidam extitit, cui Roberto de Sorbona nomen fuit, qui, cùm maximis a rege auctus fuiſſet beneficiis ad pios vſus aliquid inde inſumturus aream quandam emit, quæ tum locus thermarum Cæſaris vocabatur, quod ibi ſua quondam Iulianus apoſtata, Conſtantini Imp. nepos, Celtarum ab initio gubernator, & poſtea Imperator Romanorum, balnea habuiſſe perhibeatur, vt antiqua adhuc canaliū veſtigia, qui ante portam Iacobeam, Anno 1544. cum metu Caroli V. Imper. noua munimenta extruerentur, reperti fuere, per quos aqua è pago d'Arcueil vſque ad dictas thermas duci ſolebat, teſtantur. Hoc itaque in loco Anno M.C C.L X I V. collegium extructum, eique à dicti Roberti de Sorbona nomine, Sorbonæ nomen inditum fuit, quod poſtea Reges Chriſtianiſſimi ex ſingulari munificentia indies plurimis reditibus dotarunt & ditius reddidere. Nulli in illud recipiuntur, niſi prius curſum, vt vocant. Philoſophicum publicè profitendo abſoluerint, h. e. qui Logicam, Phyſicam, Metaphyſicam, cæteráſque Philoſophiæ partes ex publica cathedra per triennium docuerint. A feſto Apoſtolorum Petri & Pauli, vſque ad diem omnium Sanctorum ſingulis ſeptimanis die Veneris publica in Sorbona à Theologiæ cādidato ſeu Baccalaureo habetur diſputatio, in qua reſpondens ab hora quinta matutina vſque ad ſextam veſpertinam, opponentium tela abſque vlla præſidis ope excipere tenetur. Cui mori occaſionem primo dediſſe tradunt monachum quendam Franciſcanum, qui ſingulare eruditionis ſpecimen editurus publicę diſputationis periculo ſe expoſuerat, & poſtea, ne reliqui fratres doctrina ei cedere viderentur parile ſubinde examen ij ſubicere donec tandem illud, quod ab initio merę voluntatis erat, in legis neceſſitatē fuit mutatum; quemadmodum hæc prolixius enarrat Loys Guyon Sieur de la Nauche *liur. 4. des diuerſ. leçons chap.* 18. d *in l. item ſi vnus, §. fin. ſuper verb. non valere, de his, qui arbitr. recep.*

e Vlpian. *in l. item ſi vnus, §. final. dicto titul.*

fieri ſolet ac debet cum graui conſilio & maxima diligentia, ne fortè arreſtum, quod proferendum eſt, obnoxium fiat procellis ſupplicationum ciuilium, quæ pro ſeculi huius infelicitate nimis frequenter fieri ſolent. Ridiculum etiam admodum eſſet, (quod tamen nonnulli fieri debere exiſtimarunt, ſi ad exemplum Areopagitarum relatio cauſæ cum actorum compendio à referente facto tranſmitteretur ægroto vel abſenti, vt is ſententiam ſuam in ſchedula vel charta conſignaret, eámque conſignatam collegis remitteret;) quia omnes adeſſe
6 debent † & pariter omnes iudicare & potuit præſentia abſentis trahere præſentes, in eius ſententiam. Quam rationem affert Iuriſconſultus differens de arbitriis & compromiſſis, quę ad inſtar iudiciorum redacta ſunt. Nec conſiderari hic poſſunt dubia illa, quæ olim Romanos mouebant. Ij enim de populo loquebantur, qui nihil aliud eſt, quam monſtrum varia & diuerſarum ſententiarum capita habens. At longè aliter ſe res quoad ſupremas curias habet, quæ ex viris integritate, iuſtitia & eruditione præſtantiſſimis conſtare ſolent. In primis verò mos ille in iis curiis obtinet, in quibus veluti in noſtra Tholoſana, ius ſcriptum obſeruatur. Maxima item differentia eſt inter vmbratiles illas diſputationes, quę in ſcholis habentur, atque reſolutiones difficilimarum & grauiſſimarum controuerſiarũ, quæ ad claros iuſtitiæ radios in regum palatiis, aliiſue eiuſmodi curiis fiunt: vt non immeritò hæc adeò ſeiuncta quis dixerit, vt Merrhæ ac Siloen fluenta.

DECISIO LXXII.

ARGVMENTVM.

Antiquitas Præſidum & Senatorum in parlamentis ex receptione, & admiſſione ad officiorum functionem æſtimatur.

SVMMARIA.

1. *Antiquiores præſides & conſiliarij non ætatis, ſed receptionis ad officia ratione ita dicuntur.*
2. *Aliud eſt eſſe præſidem aut ſenatorem curiæ ipſo actu, atque aliud talem eſſe potentia & veluti per deſtinationem.*

1 QVæ modò de Præſidibus, & † Senatoribus antiquioribus diximus, accipienda ſunt de iis, qui ſunt antiquiores quoad receptionem ad officia, non verò quoad ætatem, quæ planè hic non conſideratur. Simile quippiam conſtitutionibus Imperialibus quibuſdam expreſſè ſancitũ eſt,[a] indéque illud Baldi ortum ſuum habet,[b] quo tradit antiquiores clericos & Dd. debere prima loca occupare, quemlibet iuxta antiquitatis ſuæ ordinem. Huc item pertinet, quod traditur in quibuſdam locis conſuetudinem vigere, iuxta quam prius promoti aut recepti, tanquam digniores [c] ſolent maiores vocari, reliqui verò minores, licet ætate potiores ſint, aut alias ob vitæ ſanctitatem magis commendentur. [d] Cuius conſuetudinis firmandæ ergo adducitur exemplum Iacobi minoris, qui quidem Iacobi maioris frater natu maior erat, ſed cùm ante eum ad Apoſtolicum officium vocatus fuiſſet, maioris nomen, auctoritatem & prærogatiuam accepit. Cæterum cum longè aliud ſit præſidē † vel conſiliarium eſſe ipſo actu, vel talem eſſe ſaltem potentia aut per deſtinationem; ideò 2
non immeritò dicitur, antiquitatem illã non tam à cooptationis tempore quam à functionis initio repetendam eſſe. Sic enim iudicatum fuit arreſto parlamenti Pariſiẽſis menſe Iulio, Anno M. D. L I. quemadmodum Lucius in libris arreſtorum ſuorũ notauit. [e] Quod occaſionem dedit D. Haulpoul Seigneur d'Auxillon Senatori curiæ noſtræ, vt reſignato Senatorio officio in fauorem cuiuſdam filij ſui, qui illo iam fungitur, poſtquam eum examini præſentaſſet (quemadmodum in curia noſtra moris eſt) inque eo capax & dignus is deprehẽſus fuiſſet, dilato vlteriori receptionis & admiſſionis ad functionem actu, ipſemet interea officiũ illud haud ſecus ac antea obiret; donec intelligeret noſtrum quoque filium, qui iam officio illi præeſt, prouiſionem ex noſtra reſignatione obtinuiſſe, eique vltimum diem Auguſti, Anno 1596. a parlamento ad receptionis actum præfixum fuiſſe. Tum enim demum & antequam ad actum illud procederetur, prędictus Dn. d'Auxillon filium ſuum, vt præſtito

ADDITIONES.

a *in l.2.C.de præfect. prætor. ſiue vrb. l.1. Cod.de præpoſ.ſacr. cubicul.* b *in c. cum olim, de conſuet.* gloſſ. *in c. placuit. diſt. 16.* c Bart. *in l. 1. de alb. ſcrib.* & per Innoc. *in c.tua de maior.& obed.* d D. Iacobus de Vorag. *in ſuo feſtiuo, in legend. Sanctorum Philippi & Iacobi*, quem refert Matth. de Afflict. *deciſ.* 1. e *libro 4. titul. de ord.ſed.articulo quinto.*

præſtito iuramento Senatoris officio ipſo actu præficeretur, curiæ præſentauit. Quod etiam ita factũ, & paulo poſt filius noſter examinatus, receptus officiique Senatorij exercitio præfectus fuit. Hic itaq; etſi annis maior eſt, tamen ob receptionem illã collega ſuo de Haulpoul iunior eſſe cenſetur, quoad prærogatiuam in exercitio officiorum, honorum cæterorúmque, quæ inde dependent, iuſtóque tempore & loco obſeruari ſolét. Quod ſanè dicto de Haulpoul non inuidemus, ſed potius Deum ardentibus votis precamur, vt eum ceu Senatorem antiquiorem & filium noſtrum, veluti iuniorem, regere omniſque eorum actiones ad nominis ſui gloriam, fidele regis ſeruitium, populi ſalutem, eorundémque conſcientiarum exonerationem dirigere digneťur.

DECISIO LXXIII.

ARGVMENTVM.

Præſides inquiſitionum, extra claſſes ſuas reliquis Senatoribus prius receptis haud potiores cenſentur.

SVMMARIA.

1 *Præſides inquiſitionum in parlamento Tholoſano extra claſſes ſuas nullam prærogatiuam habent, quam à tempore, quo in ordinem Senatorum recepti fuerunt.*

2 *Idem quoque Pariſiis obſeruatur, quoad Senatores, quos officia ſua expedire nõ oportuit in iiſde claſſibus, quibus præſides illi præfecti fuere, & qui ea ratione præſides eos non habuerunt.*

3 *Querela eo nomine à Brulardo mota.*

4 *Arreſtum parlamenti Pariſienſis à Brulardo prolatum, eiúſque rationes.*

5 *Reſponſum Dn. Hoſpitalij, cum admonitione ad Senatores in claſſe inquiſitionum, vt præſidibus ſuis reuerentiam exhibeant.*

QVæ autem præcedenti deciſione diximus, tam exactè & præcisè in curia noſtra Tholoſana obſeruantur, vt etiã præ-
1 ſides† inquiſitionum, licet alias pro præſidibus habeantur: tamen extra Cameram ſuam reſpectu reliquorum Senatorum, qui prius recepti atque ad functionem admiſſi fuerunt, nullam quoad honores, vel etiam ſolutionem ſportularum (in qua iuxta ordinationem a antiquiores præferri ſolent) prærogatiuam habeant. Cuius rei ratio ea reddi poteſt, quod propriè & abſolutè præſides non ſint, ſed cum adiectione quapiam præſides inquiſitionum dicantur, quæ improprietatem quandam denotat. Illud enim improprium cenſeri vulgò traditur, quod non ſimpliciter, ſed cum aliqua adiectione profertur, vt cùm fratrem patruelem dicimus, cum patruum magnum. Nã ij propriè fratris, patruíque appellatione non continentur. b Quapropter lege municipali, quæ fratrem vel patruum matri præferat, huiuſmodi vocati non intelligũtur, c quemadmodum vt Ariſtóteles ſcribit pueri nondum ætate perfecti aut ſenes exauctorati, non omnino ciues dicendi ſunt, ſed quodammodo & cum adiunctione, illi, ciues inchoati, hi, veterani. Atque ſic præſides illi† inquiſitionum, cùm propriè 2
& ſimpliciter præſides non ſint, etiam gaudere nequeunt honoribus, priuilegiis & prærogatiuis eorum, qui propriè præſides dicuntur, & in Camera magna, atque à la Tournelle præſidere ſolent, nempe, ne cõtra receptam conſuetudinem præiudicium fiat iuri antea iis acquiſito; qui quoad receptionem & exercitium officiorum ſuorum priores ſunt. Quod fundamentum ſatis apparens eſſet, ſi eodem parlamentum noſtrum Tholoſanum non minus vteretur ac Pariſienſis cæteræque ſupremæ huius regni curiæ eo vti ſolent, nimirum quoad Senatores, qui non in eadem Camera, vbi præſides illi inquiſitionum ſunt, munus ſuum obire tenentur & veluti ad horum ſeruitium ſelecti & deſtinati ſunt. Si enim tales ſint, tum minimè tolerari ac perferri debet, ſi hæc altè fœdera pacis cõfundentes de honoris prærogatiua dimicare cum ducibus audeant, ſub quorum ſignis ſtipendia fecerunt: cùm quoad eos locum habeat illud D. Brulardi, Præſidis primo inquiſitionum in curia Pariſienſi, & deinde ad Cameram magnam vocati, † 3
contra quendam conſiliarium, qui ſub eius præſidio fuerat, vſurpatum, quo dixit; iniquiſſimum ac ridiculum fore, ſi ductus ductorem anteuerteret, & quaſi decerete, exercitúſque ducem à milite prouocatum, vt ſingulari certamine decertet, iuſtè pugnam

ADDITIONES.

a Franciſci I. Anno 1535. promulgatam; *cap.22.* b *l.Iuriſconſultus, §. ſecundo gradu, de grad.cognat.* atque per ea quæ tradit Bartolus *in l. Lucius, §. quæſitum, de legat.3.* c DD. *in l.1.C.de ſucc.edict.* Andreas Alciatus *de verb.ſign.lib.2.in prin.*

Digitized by Google

gnam detrectare, quemadmodum eleganter Alciatus in opere ſuo *de ſingulari certamine* tradit. a Vnde non immeritò pro
4 Brulardo † aduerſus Gyum Senatorem pro vniuerſæ curiæ ſententia placuit decoro ſeruendum eſſe 4. Calend. Iunij, 1523. b nulla habita ratione eorum, quæ à Senatore iſto in contrarium afferebatur, & potiſſimùm in eo conſiſtebant, quod non ſolùm ipſe prius ad Cameram magnam vocatus, ſed etiam integro decennio ante præſidem in Senatum allectus & officio ſuo præfectus fuiſſet; iámque vocatus ad Cameram magnam liberatus & ſolutus videretur à reſpectu, reuerentia & honore, quem olim Brulardo, cùm adhuc inquiſitionum præſes, ipſéque eiuſdem Cameræ Senator eſſet, debebat, cùm ſtatum rerum, qui iam eſt, non verò eum, qui olim fuit, conſiderari c oporteat, haud ſecus atque affinitates, ſaltem præſentes, non verò, quæ quondam fuerunt, ſpectari ſolent. d Nam vel eo ſolo facilè hæc dilui poterant, quod licet æquè Senatores iam atque collegæ ſint, nihilominus priſtinum reuerentiæ & honoris vinculum, quo Gyus olim Brulardo obſtrictus erat, adhuc maneat, ſuperſintque nonnullæ ſuperioritatis, digniorisque officij reliquiæ, quarum intuitu memoria capitanei illius, ſub quo Gyus, ceu miles, quõdam meruerat ſub grauiſſima pœna violari prohibetur. e Et quamuis per obitum filiæ nuptæ, ſoluatur coniunctio, quę inter ſocerum & generum fuit (ademit quippe, vt Cicero dicebat, ſoceri nomen mors filiæ) atque ſic affectio illa, quæ durante matrimonio inter vtrunque fuit, haud amplius perſeueret: f tamen communiter à Dd. traditur, quod gener ſocero eundem honorem adhuc exhibere debeat, quem ei filia adhuc viuente exhibebat: quod etiam nonnullis iuris ciuilis textibus probari poſſe videtur. g Atque hę præcipuæ rationes ſunt, quibus nonnulli noſtro temporè quæſtionem hanc tractantes vtuntur, & ob quas præſides inquiſitionũ quamuis quoad receptionem poſteriores & iuniores, claſſium ſuarum Senatoribus quamuis prius in Senatum receptis, pręferendi ſunt, etiam tum, quando olim in claſſibus illis præſides fuerunt, atque iam in alia Camera Senatorés agunt, eóſque, quibus olim pręfuerunt, collegas habent. Quod in cęteris ſupremis Galliç curiis ita obſeruari videmus. Cęterùm in noſtra Tholoſana pręſides inquiſitionum minimè pręferuntur iis, qui Senatoriam dignitatem prius adepti fuerunt, ſed hi tam quoad ſolutionẽ ſportularum, quàm reliquas pręrogatiuas potiores cenſentur, dignioremque in publicis conuentibus, locum habent. Illúdque conueniens eſt ei, quod Dn. Lucius h teſtatur: placuiſſe ſummæ apud Gallos curię, quoties curiali ornatu prodeundum eſſet, claſſium inquiſitoriarum ductores, non vt ductores, ſed ſuo conſcriptorum ordine incedere debere, ſexto Idus Febr. 1491. Quod arreſtum à Papone quoque refertur, i atque accipi debet de aliis Senatoribus quoad receptionem prioribus, quàm qui eo tempore, quo pręſides illi claſſibus inquiſitionum pręficiuntur in iiſdem ſunt & pręſidibus ſeruire tenentur. Hoc enim ita ſe habere colligi poteſt ex aliis curię illius arreſtis & reſponſo † defuncti Dn. Hoſpitalij quondam Franciæ cancellarij, quod Lãglęus regis noſtri conſiliarius in Britannia refert. k Quod ex eo hic receſſere propterea voluimus, vt curię noſtrę Senatores admoneremus, quamuis ij libertatem iſtam, ſeu potius priuilegium pręſedere poſſint, vt tamen ad exemplum ipſorum præſidum primariorum, (qui poteſtatem & auctoritatem habentes, vt pro lubitu quendam ex Senatoribus primo rogent, nihilominus vt plurimum pręſidibus illis inquiſitionũ hunc honorem deferre, eóſque rogare cõſueuerunt) & ipſi priuilegio ſuo honorificè, ſobriè & moderatè contra præſides illos inquiſitionum, vel qui olim tales fuerunt, vtantur: ne oues paſtorem ducere & regere velle videantur, donec vel à maieſtate principis noſtri ſanctio procedat, quã ipſe eiúſque prędeceſſores dudum polliciti fuêre, vel curiæ noſtrę decreto fiat, vt in ea quoque prędictus mos cęterorum Galliç parlamentorum recipiatur.

ADDITIONES.

a *cap.31.* b Lucius placitor. cur. Pariſienſ. *libr.4.tit.de ord.ſucced.artic.4.*
c *l.ſi cognati,de reb.dub.* d *l.cui,§.affinitatis,de poſtuland.* e *arg.l.vnius,§.ſeruus.de quæſt. & l.ſeruos 2. Cod.eod. l.fin.de decurion.* f gloſſa *in l.ſed hoc ita, de re iud.* g *arg.l.penult.de iur.dot.l.vxorem quondam,de rit.nupt.l.adoptiuum,de in ius voc.l.aduerſus,C.de crim.expil.hered.*
h *lib.4.tit.de cur.in pub.prod.art.5.* i *en ſon recueil liur. 4. tit. des cours ſouueraines arreſt.15.* k in otio ſemeſtri *lib.7.cap.9.*

DECI-

DECISIO LXXIV.

ARGVMENTVM.

Nomina iudicum arreſtis adſcribi debent.

SVMMARIVM.

1 *Cur parlamentum Tholoſanum decreuerit, vt ſub initium arreſtorum originalium ſtatim poſt datam, vt vocant, diei, nomina iudicum, qui interfuerunt, propria referentis manu ſcribi debeant?*

CONſtitutione regia Molineis a promulgata expreſſe ſancitur, quod in poſterum omnibus arreſtis, quæ à ſupremis curiis pronunciabuntur, propria manu referentis aut actuarij nomina Præſidum & Senatorum, qui iudicio interfuerunt, ab initio vel ad calcem, vel etiam ad marginē ſub pœna nullitatis adſcribi & aſſignari debeant. Quod parlamentum noſtrum †
1 Tholoſanum recepit atque exactè tempore nouiſſimo obſeruauit. Etſi enim antea interdum neglectum fuerat, tamē per plures Mercuriales in vſum fuit reuocatum, adeò vt iudices & prædicti Senatores ſub frontiſpicium ſtatim arreſtorum cum die, quo concepta fuerunt, ſcribantur ab ipſo referente, aut ſi is legitimè impediatur ab alio quodam Senatore ad hoc à referente ſpecialiter rogato & requiſito, vtpote cum ſoli referenti hoc incumbat, nec actuarius, aut alij ſcribæ, qui curiæ inſeruiunt, ad illud admittantur, quamuis eam poteſtatem ex allegata conſtitutione habere videantur.

Ex tribus quoque illis modis, quos conſtitutio præſcripſit, vt nomina iſta vel ad initium vel ad marginem, vel ad calcem arreſtorum notentur, curia noſtra primum ſelegit, ſemperque ſub initium ſtatim nomina iſta prædicto modo ſcribi & notari iuſſit. Cæterum notatio ſeu adſcriptio illa propterea fieri ſolet, vt ſciri poſſit an completus fuerit numerus iudicum atque vtrū quidam ex recuſatis ſe immiſcuerit. Certū enim eſt, quod duobus hiſce caſibus, quando legitimus numerus iudicum deficit, vel quidam ex recuſatis adhibitus fuit, arreſta nullitati & caſſationi per modū ſupplicationis ciuilis in Francia frequenter vſurpari ſolitum, obnoxia fiant. Quam inſcriptionem etiā olim apud Romanos vſitatā fuiſſe ex illo Cælij apud Ciceronē colligi poteſt, b vbi auctoritatem Senatus Cęlius vocat ſcripturā conſentientiū nomina continentem, quod auctoritatē & quaſi pondus adderent Senatuſconſultis. c Quod eo magis fit, ſi nomina ab ipſo referente, vel eo legitimè impedito, ab alio quodam Senatore ſcribantur. Vnde etiam alibi Cicero, dum de quodā Senatuſconſulto poſt reditum ſuū & reuocationē ab exilio facto gloriatur, illud à Metello, qui eius cauſa, & auctor fuerat propria manu ſcriptum fuiſſe tradit, d & propterea etiam Cęlius in allegato loco Senatuſconſulta eiuſmodi, quibus nomina iudicum præſcripta fuerunt, auctoritates præſcriptas (malumus enim cum quibuſdam e perſcriptas, quam cū cōmuni perſcriptas legere) vocat. Verum hęc inſcriptio ſeu inſertio nominum etiam in Francia noſtra noua non eſt, ſed in eadem & olim recepta ac vſurpata fuit, quemadmodum ſatis patet ex iis, quę Budæus *in commentariis ſuis ad pandectas ciuiles,* f & Langlæus *in otio ſemeſtri* tradit, g ex cuius ſcriptis nos in explicatione tam huius, quā præcedentium nonnullarū deciſionū quædā deſumpſiſſe ingenuè fatemur, ne alienæ gloriæ falsā hæreditatē cernere videamur. Quod nunquam nobis propoſitum fuit. Si etiam tale quippiam in hiſce deciſionibus noſtris deprehendatur, illud non ex noſtro propoſito, ſed potius obliuione quapiam & memorię fragilitate dum poſterorū negotia agentes obliti propriorum obruimur magnitudine alienorum incidentium, tanquā fluctu, factū fuiſſe credatur. Quod ſemel hic dictum, quoties neceſſe erit, ſemper repeti volumus; etſi ad rem tam ſeriam támque immenſam, pomeridianis horis (vt Seneca alibi dicebat) acceſſiſſe videamur.

ADDITIONES.

a *art.61.* b *epiſt.8.lib.8.famil.* c Paulus Manutius *in comment. ad dict. epiſt.* d Cicero *in orat. poſt redit.* e Paulus Manutius *in d. epiſt. 8. & in epiſt. 2. lib. 5. famil.* f *in l. vlt. de Senator. & in l. ne quicquam, de offic. procons.* g *lib. 17. cap. 12.*

DECISIO LXXV.

ARGVMENTVM.

Senatores antequam in parlamentis recipiuntur examinari ſolent.

SVMMARIA.

1 *Per conſtitutionem Molineis promulgatam de perſonis idoneis in vacantē defunctorū Senatorū locum recipiendis*

exemptio ab ordinario examine facta non fuit.

2 *Dominus Coraſius quondã parlamenti Tholoſani examini ſe ſiſtens licet eruditionem ſuam operibus in publicam lucem emiſſis antea ſatis probaſſet, tamen conſternati animi fuit.*

1 SAlutares admodum † & præclaræ erant antiquorum regum noſtrorum, præſertim verò Caroli VII. & Ludouici XII. a ſanctiones de electionibus, nominationibus & receptionibus ad officia regia, præſertim verò, quæ in ſupremis curiis expediuntur, promulgatæ. Verum ſanctiones iſtæ infelicitate & calamitate temporis ſuperioris in vſu eſſe deſierant, donec per nouam Caroli IX. conſtitutionem in comitiis Aurelianenſibus promulgatam b rurſus inſtauratæ fuerunt, & ſpecialiter Molineis conſtitutum fuit, c quod vacantibus officiis Senatorum in parlamentis, nominari debeant perſonæ idoneæ annis vigintiquinque maiores in Iuriſprudẽtia & praxi probè verſatæ, & ne plures vna ex ciuitate, vbi parlamentum habetur, nominentur, vt omnes nominati, vel electi examen prius ſubire teneantur, tanquam ſoli digni principali iudicio promoueri, qui à multis meruerint approbari: Vni enim acceptum fuiſſe, interdum gratia eſt multis placuiſſe, vt ait ille, d iudicium. Quam etiam ob cauſam hiſtoricus quidam Romanus ſcriptum reliquit. e Alexandrum Seuerum Imperatorem præſides, proconſules & legatos nunquam feciſſe ad beneficium, ſed ad iudicium, vel ſuum, vel Senatus. Quod veroſimiliter, prout ipſa etiam conſtitutio ſatis innuit, referri debet ad iudicium de moribus, & vita anteacta non item de doctrina. Sunt enim ſuffragia & exiſtimatio Senatus reperta (vt apud Tacitum f Eluidius ille Priſcus diſputat) vt vniuſcuiuſque vitam famámque penetrarent, non vt cenſuram de cuiuſquam doctrina facerent. Nonnulli ibidem aliiciunt: quo enim pacto de peritia ac eruditione teſtimonium dicere Senatus poteſt, quem de iure ciuili & formulario reſpondentem nunquam audiuerit? g Præterea etiam aliæ rationes & auctoritates h vulgò afferri ſolent, quibus probari poteſt, nouum haud eſſe, vt ita nominati vel electi examen prius ſubire teneantur. Infertur etiam à quibuſdam benignius agendum eſſe cum iis, vt legis veniam facilè obtineant, de quorum ſcientia, doctrina & experientia, curiæ alias ſatis conſtat, puta quod eandem per ſcripta ſua & conſilia in controuerſiis grauioribus data, vel etiam cauſas feliciter agendo antea probarint, aut inter aduocatos curiæ maximè celebres, vel iudicum munere in curiis inferioribus, quę ſub parlamẽti illius iuriſdictione ſunt, functi fuerint. Quorſum enim (inquiunt illi) grauiſſimum prudentiſſimúmque virum, de cuius peritia Senatus non ambigit argumentorum multitudine obruendum ac veluti laniandum iuuentuti obiiciet? Verum ad hæc, aliáſque ſimiles obiectiones, breuiter reſpondetur, quod multa ſæpenumero cadant inter calicẽ ſupremáque labra, & quod aurum, vt vulgò dicitur, ad i ſacoma appendere non quibuſlibet indiſtinctè conueniat, ſed iis ſaltem, quibus hæc auctoritas & poteſtas conceſſa eſt principis diplomate, lege, moribus vel conſtitutionibus: præſertim ſi de eiuſmodi ſpecimine agatur, vbi melius omnibus, quàm ſingulis creditur. Singuli enim decipere & decipi poſſunt, aiebat alibi Plinius, nemo omnes, neminem omnes fefellerunt, k adeo vt exiſtimatio & ſententia priuata ac particularis præualere nequeat illi, quæ ex præuio examine neceſſario & publico iuxta morẽ maiorum inſtituto fieri debet. Quare ob opinionem eiuſmodi particularem cum publica promouendi, qui curiæ noſtræ ſiſtitur, fama coniunctã eundẽ nunquã illa ab examine eximere ſolet, vtpote quod formę loco requiritur, atque ideò nunquam omitti poteſt. l Sic etiam traditur ſcholarem, qui gradum Doctoris petit, licet de eius eruditione & doctrina publicè omnibus conſtet, nihilominus tamen examinandum eſſe, cùm ordo formalis deſideret, vt gradus collationem examen præcedat. Illud equidem verum eſt, quod ſi qualitates eius, qui ad examen præſentatur, antea ſatis notæ ſint, tam ſcrupuloſa inquiſitio facienda non ſit, ad inſtar ſerui vetiti à teſtatore

ADDITIONES.

a Conſtitutiones regiæ, *tit. de election. & nominationib. artic.* 1. 2. 3. & *ſeqq.* b *artic.* 39. *Anno* 1560. c *art.* 9. *Anno* 1566. d Caſſiodor. *var. libr.* 2. e Lampridius *in Alexandro Seuero* f *libr. Annal.* 10. g Ioannes Langlæus *in otio ſemeſtr. lib.* 7. *cap.* 10. h ex *l. medicos, C. de profeſſor. & medic.* Dionyſ. Halicarnaſſ. *lib.* 2. *hiſtor.* Sigonius *de antiqu. iur. ciu. Roman. libr.* 1. *cap.* 19. & ex *nouell. Iuſtinian.* 6. i ex Vitruuio. k *in paneg. Traian.* l *c. conſtitutus, de appellat.* Iaſon. *in l.* 1. *n.* 18. *qui ſatiſd. cog.*

tore rationes reddere, [a] Idque à curia noſtra factum fuit (quemadmodum ex antiquioribus ſenatoribus intelleximus) quo ad Dn. Coraſium, † cuius eruditio tam
2 priuatim ex eius prælectionibus, quàm publicè ex doctiſſimis operibus, quæ in lucem ediderat, ſatis nota erat. Iſte enim cùm ad Senatoris officium promoueretur atque curiæ ſe ſiſteret, vt congregatis claſſibus ꝓ more ſolito examinaretur, tam auguſto cõſeſſu commotus adeò tremuit & exhorruit, vt ab initio ne verbum quidem proferre poſſet, ſed planè tacitus ſtaret. Curia itaque de eius qualitatibus ſatis informata, tempus ei & occaſionẽ ſe recolligendi dedit. Quo facto cùm priſtinus ſpiritus paulo rediiſſet, examinatoribus quidem ad propoſitas quæſtiones reſpondit, non tamen ita ſatis fecit vt de eo expectauerant. Verum poſt eius receptionem curia deprehendit, hæc ſaltem accidẽtia quædam fuiſſe, communia ei cum aliis viris magni nominis, quæ etiã Vlpianum aut Papinianum quõdam turbare potuiſſent. Nam in exercitio officij ſui talem poſtea ſe præſtitit, vt eodẽ maximè dignus à quolibet haberetur. Verum idem curia noſtra, quamuis cõtra ſuã propriam & communem intentionẽ haud obſeruauit, quoad Eccleſiaſticum quendã, qui cùm meliorem ætatis ſuæ partem cõſumſiſſet in exercendo officium iudicis & magiſtratus præſidialis in Seneſcallatu & curia præſidiali Tholoſana, eóque munere cum laude, & communi vel potius vulgari omnium approbatione fructus fuiſſet tandẽ impetrauit, vt ad officium Senatorium in curia iſta promoueretur. Cui, cùm ſe ad examẽ ſtitiſſet, vt reciperetur, domini examinatores ne verbum quidẽ ab eo extorquere potuerunt. Imò ne textum quidem multóque minus gloſſam illius legis, quæ ad fortuitam libri aperturam occurrebat legere ille potuit, quamuis ei iuſtum recolligendi tempus vniuerſæ curiæ nomine ab eiuſdem præſide Dn. Aſſis concederetur. Tandem verò apparuit defectũ [b] illũ non à ſuperuenientibus quibuſdam accidentibus, vt in priori caſu dependere, ſed in ipſa ſubſtantia hærere, atque ideo curia vnius menſis terminum ei indulſit, vt poſt eum paratior accederet, vel potius occaſionem haberet honeſtè officium illud à ſe abdicandi. Haud enim curia rigore vti atque ſtatim officio eum priuare voluit. Intra illud tempus verò, officium in fauorem alterius Eccleſiaſtici magis idonei ille reſignauit, qui etiam ſtatim poſt abſolutum examẽ receptus atq; ad functionẽ admiſſus fuit. Qui eum per integros annos octodecim ſumma cum laude iam ſuſtinet. Deus Op. Max. vlterius ei gratiam ſuam proſperũmque rerum ſucceſſum largiri dignetur.

ADDITIONES.

a *in l. ſi ſeruus, de legat. 1.* b *l. ſi ſeruus, de legat. 1.*

DECISIO LXXVI.

ARGVMENTVM.

In Senatoribus parlamẽtorum iuſta ætas requiritur.

SVMMARIA.

1 *Conſtitutiones ætatem Dominorum præſidum & ſenatorum concernentes cũ antiquioribus & præcedentibus eo nomine promulgatis collata.*

2 *Parlamentum Tholoſanum in Senatoribus ætatem vigintiquinque annorũ perfectam atque in præſidibus ætatem annorum quadraginta cum aliis conditionibus requirit.*

3 *Aetas Senatorum extraordinariè per ſupplices libellos anticipatur.*

SVper tenore dictæ conſtitutionis dubitatum fuit à Dn. Langlæo, nunquid illud, quod in ea loco annorũ triginta, quos Franciſci I. & Henrici II. ſanctiones requirebant [a] ætas viginti quinque annorũ ſufficere in Senatoribus dicitur; etiam quoad præſides † locum habeat, cum eorum ra- 1
tione per conſtitutionem illam Molineis promulgatam nihil mutatum aut innouatum videatur; eo quod licet præſides quoque regis conſiliarij ſint, eáque ratione literis de prouiſione ſtatus, vt vocant, aliiſque ſimilibus, atque etiam cõmiſſionibus honorentur: tamen inter Præſides & Senatores diuerſa ratio eſt, diſtinctáque illi officia obtinent. Omne item, quod de hac re extare potuit dubium, conſtitutione Henrici III. in comitiis Bleſſenſibus publicata ſublatum fuit; vbi quoad Senatores ætas viginti ſex annorum completorũ requiritur, atque vt ij per quadriennium praxi operam dederint, & lites in parlamentis tractare audiuerint; quoad præſides verò ad minimum ætas quadraginta annorum, atque vt per decennium ſenatorij, vel vicarij generalis in bailliuiis & Seneſcallatibus regiis, vel aduocatorum munere cum tanta laude functi fuerint, vt eiuſmodi dignitas haud

ADDITIO.

a Menſe Auguſto, Anno 1546. & eodem menſe, Anno 1547.

Digitized by Google

haud immeritò in eos conferri cenſeatur. Auguſtū enim officium, cui præfici debēt, tales viros neceſſariò requirit, qui auctoritate, eruditione, multisq; experientia præſtēt, vt in alto iuſtitiæ throno collocati iis, quibus præſunt, præclarum bene faciendi exemplum præbere poſſint. Quę breuiter rationes continēt, quas hoc in loco commodè ex aliis afferre & conſiderare poſſemus, atq; ad quas proculdubio declamator reſpexit, dū inquit: *Militem legimus robuſtū, legimus iuuenem, Imperatorem facimus ſenem.*[a] Quod ſanctè & exactè in curia noſtra quoad præſides obſeruatur, vſq; adeò, vt quod in conſtitutione dicitur eos, qui præſides fieri volunt, vicarij generalis munere per decennium prius fungi debuiſſe, eadem ita interpretetur, quòd eos veluti in reali, ſeu actuali, & continuo muneris illius exercitio fuiſſe oporteat.

Quare cùm quidam ad officiū præſidis in curia noſtra promotus demonſtraſſet ſe vicarij generalis muneri in Seneſcallatu quopiam ſeu curia præſidiali in Guyenne præfectum fuiſſe, atque ab eo tempore integrum decennium effluxiſſe, conſtarétque eum illi muneri non continuò præfuiſſe, ſed per abſentem ad minimum duorum aut trium annorum ſpacio alia nonnulla tractaſſe; ſicq; decennium à conſtitutione requiſitum non præciſè impleuiſſe: eadem illi obiecta fuerunt à regiis officialibus, receptionem propterea denegari petentibus. Verum iidem rem commodè perſequi tū non potuerunt, ob ſubitam illam, quæ mēſe Aprili Anno M.D.XCV. Tholoſæ facta fuit, mutationem. Cuius occaſione, cū prædictus præſes ſaltem ſeptem aut octo Senatoribus, qui in vrbe remanſerant, præſentaretur, ab iiſdem receptus, eaque receptio tandem ab ipſo etiam Rege per articulos illos, qui pacis leges cum parlamēto & vrbe factæ continebant, approbata & confirmata fuit.

Talem quoque præſidē ille ſe præſtitit, vt meritò ab omnibus magnifiat, ſaltémq; optandum eſſet; vt non minus commodā occaſionem habuiſſet officium illud legitimè & iuxta præciſum conſtitutionis tenorem occupandi, quàm re ipſa iam probauit ſe eo maximè dignum fuiſſe. Verum illud ob temporis iſtius iniuriam fieri non potuit. Vt autem ad priorem diſſertationē
2 redeamus, quamuis curia † noſtra quoad legitimam ætatem Senatorum[a] ſaltem viginti quinque annos requirat, dummodo per quadriennium in ſupremis curiis praxi operam nauarint, tamē quoad præſides præciſè & exactè prædictam conſtitutionem illam obſeruat, nō tantū quoad tēpus, ſed etiam quoad alias cōditiones & requiſita, quæ in illa cōſtitutione cōtinētur. Quare cū Senatores & præſides noſtri inquiſitionis in ſecūda claſſe officia ſua ſuperiori tēpore in fauorem filiorum ſuorum, qui annis viginti quinque maiores ſed minores quadraginta erant, reſignaſſent, prouiſiones, vt vocāt, à regia maieſtate, conceſſæ & indultæ fuerūt ea lege, vt filij ita promoti interim officiis Senatorum fungi, patres verò reſignātes præſidum munia retinere deberent, donec ad iuſtam atque à conſtitutione requiſitam ætatem filij peruenirent. Quæ etiā parlamentū noſtrum æqua deprehendit & approbauit, tum ne contra conſtitutionē expreſſam diſpenſaret, tū vt gratificaretur patrib⁹ illis ob egregia ſeruitia & merita, quę regi & curię exhibuerāt atq; adhuc

ADDITIONES.

[a] Quintilianus *declamat. de Imp. prouo filio.* [b] Cùm enim ætatis conſtitutio iuris poſitiui ſit *latè Mela, 14. de alim. & cibar. legat.* ideo non tantum eius venia concedi poteſt *tot. tit. C. de his, qui veniā æt. impetr.* Surd. *dec.* 208. *n.* 1. D. Thomas Michaelis *diſp. de iuriſd. th. 32. lit. c.* vbi eiuſmodi veniam apud ſolum Imperatorem non verò in Camera imperiali impetrari poſſe teſtatur, eámque maſculo antè vigeſimum, fœminæ verò antè decimum octauū annum, neque à lege neque à rege concedi tradit Munnoz de Eſcobar *de ratiocin. adminiſtr. cap. 6. n. 29.* Sed etiam variè & diuerſimodè legitima cenſeri ſolet. Legitimam principis electoris ætatem duodeuiginti annorū termino aurea bulla definit. *Vtrum verò hæc adeò perfecta ſit, vt eam attingens elector vlteriori amplius curatoris ope & auctoritate non indigeat, ſed abſque ea liberā non minus ducatum, territory, ditionis &c.* ac ipſius electoratus adminiſtrationē conſequatur, haud leuia rationum momenta, tertiúque à Dn. Carolo IV. Imperatoris cōſtitutio dubitationis aleæ ſubiciunt. Deciſio ex aurea bulla *tit. de ſucc. elect. 7. verſ. ea tamē cōditione, &c.* affirmatiua depromitur, quæ illuſtri in comitiis imperialibus, Anno 1594. Ratisbonæ habitis præiudicio firmata fuit, vt quæ pro negatiua militāt, argumenta & D. Sigiſmundi ſanctio minus refragari queant D. Andr. Knich. *de Sax. nō prou. iur. verb. electorum, c. 5.* vbi quæſtionē hanc plenè & copioſè vtramque in partem examinat, ac tandem *num. 96. & ſeqq.* amicam inter vtriuſque Imp. bullam compoſitionem tentat. A.D.

exhibent. Quibus etiam longam & diuturnam vitam proſperrimumque omnium rerum ſucceſſum meritò precamur. Illud ſanè optandum eſſet, poſtquam curia noſtra ætatem vigintiquinque annorũ quoad Senatores ſuffi…er e exiſtimat, vt exactiſſimam eius rationem haberet, nec eam vlla ratione antic pari pateretur, atque in inquiſitione fieri ſolita magis rigi la eſſet, teſtibus, qui eo nomine producuntur, diligentius examinatis. Tum enim non fieret, quemadmodum frequenter contingere videmus, vt minorem adhuc ætatem, & viginti ſaltem, aut viginti & vnum annos habentes reciperentur: atque querela illa ingeminari poſſet:

Nam male conſcripti tractant decreta Senatus,
Qui nondum primus deſeruère nuces.

Nec obiici illud, quod in ſimili caſu Cicero quodam in loco ex Næuij ludo affert[a]. Verum vltra ea, quæ iam diximus, etiam in eo nimis præcipitanter agitur, quod admittuntur ij, qui quadr canium ſaltem in praxeos ſtudio ratione ſupra dicta conſumpſerunt. Conſtitutio enim requirit, vt deſtinati ad eiuſmodi prouiſiones anno ætatis decimoquinto aut decimoſexto gr. dũ petere, & deinde ſtatim in numerum aduocatorum parlamenti recipi debeant. Hinc

3 itaque fit, vt poſtquam iuramentum † & reliqua ſolemnia præſtiterunt, quadriennium inſtar eorũ, qui celeribus equis vtuntur, maturè abſoluant, & deinde in continenti per ſupplicem libellum eo nomine exhibitum ſolitas prouiſiones impetrent. Qui poſtea recepti tanta mala pariunt, vt niſi Deus prouiderit, atque curię noſtræ modum clementer largiatur, quo priſtinã ſuam auctoritatem recuperet, extrema pernicies & ruina inſtare videatur. Illud etiam temporis noſtri iniuria fit, vt patres marſupia aureis plena habẽtes regia officia filiis maturè comparent, eáque ratione multis ad dignitates portæ aperiantur, quibus aliis præcluſæ erant; haúdque fiat, vt abeſſe aliquid profanum poſſit à iudiciariis mentibus: ita vt pio principi ſub quodam ſacerdotio ſeruiatur, quemadmodum Rex Theodoricus apud Caſſiodorũ expetebat.[b]

ADDITIONES.

a *in lib. de ſenect.* b *var. lib. 1 epiſt. 12.*

DECISIO LXXVII.

ARGVMENTVM.

Senatores ante receptionem examinantur.

SVMMARIA.

1 *Forma examinis, quod in curia Tholoſana ante receptionem fieri conſueuit.*
2 *Huius examinis rigor hodie in quibuſdam Galliæ parlamentis remiſſus eſt.*
3 *Quoad examen officialium in inferioribus curiis recipiendorum haud idem planè modus obſeruatur, qui quoad ipſos parlamentorum Senatores examinandos receptus eſt.*

PEr aliam regiam conſtitutionem itidem Molinęis promulgatam, ſancitur, quod examina eorum, qui ad officia parlamentorum, ſupremarúmque curiarũ promouentur, ſimpliciter ad aperturam librorum fieri, nec candidatis certæ leges aut peculiaria themata prius dari debeant. Iubetur item curia, ne vllos alios recipiat, quàm qui à duabus collegij tripertiti partibus, quæ † examini interfuerunt, approbati ſint, néve iis, quos inhabiles deprehendunt, vlterius tempus, ſeu dilationẽ quandam cõcedant, vt maiorem interim literis operam dẽt & deinde paratiores ac doctiores denuò ſe ſiſtant. Quod examen potiſſimum ad explorandam eruditionem & doctrinam promotorum ſuſcipitur, quemadmodum ea, de quibus ſuperius dictum eſt, propter eorundẽ vitam, mores & ætatẽ fieri ſolent. Illud autem, quod dicitur candidatum a duabus collegij tripertiti partibus approbari debere, ita accipiendum eſt, quod tres veluti partes vniuerſi collegij, ſeu præſidum ac Senatorum conſtitui, & duarum vota approbatoria candidati habere debeant. Olim autem quinque partes erant, ex quibus quatuor ad candidati approbationem requirebantur. Per[a] conſtitutiones quoque regias Franciſci I. & Henrici II. admitti ſaltem iubentur viri graues, pij, iuſtitiã & æquitatem amantes, ab omni auaritiæ ſpecie abhorrẽtes, in bonis literis probè inſtructi, in iudiciis exercitati, vſúq; rerũ pollẽtes, qui per integras ſeptẽ horas matutinas, aut amplius ad fortuitam librorũ aperturam, ex quolibet iuris volumine, atque etiã ex praxi examinati prius fuerint[b]. Ex quibus atq; iis, quæ poſtea Henricus III. in comitiis Bleſſenſibus cõſtituit, ſatis colligi poteſt reges noſtros iudices perfectos, legũ peritos atque in praxi bene verſa-

ADDITIONES.

a Menſe Auguſto, Anno 1546. & eodem menſe, Anno 1547. b *art. 108.*

Digitized by Google

verſatos, non minus ac Iuſtinianum olim exoptaſſe. Et a non immerito DD. noſtri vulgatum illud brocardicum, quo ex facto ius oriri dicitur ad praxeos laudem accõmodarunt, perfectam iuris cognitionem praxi dependere tradentes. b Porro iuxta obſeruationem conſtitutionum illarũ nouellarum Caroli IX. Molineis, & Henrici III. Bleſis publicatarum in cõuentu omnium parlamenti claſſium examen per ſeptem horas matutinas ad fortuitam aperturam cuiuslibet voluminis in pandectis Codice & decretalibus ita fieri ſolet, vt dominus præſes primo quendam ex ſenatoribus magnæ cameræ, deinde aliũ ex iis, qui ſunt à la Tournelle, poſtea quẽdam ex prima claſſe inquiſitionũ, & tandem ex ſecunda volumina iuris ſuo ordine aperire iubeat accuratam votorum rationem habens, nempe an duæ, quemadmodũ ſupra dictum eſt, Senatorũ partes candidatũ approbent. Qua in re curia noſtra admodum ſanctã religioſam & induſtriã ſe præbere ſolet. Cúmque alia huius regni parlamenta, tam † rigidum examen haud obſeruent, nõ infrequenter fit, vt nonnulli, qui noſtræ curiæ examen pertimeſcunt, aliis parlamentis ſe inſinuent, & deinde data occaſione, poſtquam per aliquod tempus Senatorum munere in iis defuncti fuerũt, officia ſua reſtituentes iis, à quibus antea veluti commodata fuerant; per ſaltum ad noſtram curiam promoueantur, vt pote à qua poſtquam, iam ab alio & quidem præcipuo Franciæ parlamento felici veluti diplomate approbati & recepti fuerunt, amplius reiici nequeunt. c Quam praxin optimè norunt ij, qui ignorantiæ morbis aerem quendã alio ſalubriorem eſſe, eiúſque mutationem multũ mederi autumãt; cùm tamen optandum eſſet, vt eiúſmodi malo paratius remedium quæreretur, ne forte totum corpus gangræna aut cancero corrumpatur. Cæterum hiſce parergis iã miſſis, ad dubium quoddam progrediamur, quod ratione prædictæ cõſtitutionis motum fuit. Quæſitum quippe eſt, num illud, quod de duabus votorum partibus modo dictum fuit, etiam † obſeruari debeat in examinibus regionũ officialium ſubalternorũ, quæ in curia iſta, ante eorũdem receptionem, fieri conſueuerunt? Nam ſi eiuſmodi officiales examinandi præſentantur, tum ad claſſes inquiſitionum, vel vtramque cameram remitti ſolent, vt ibi examinentur. Videbatur igitur eadẽ ratio ſubeſſe, quæ in examine illo, quod in conuentu omnium claſſium fit, militat, imo maius periculum in hoc caſu, propter exiguum ſenatorum numerum verſari, qui facilius labi poſſunt, quàm Senatores claſſium congregatarum, cùm difficile ſit tanquam in multitudine omnes labi & errare, quemadmodum Ariſtoteles dicebat, f magiſque pollere multorum ingenia conſiliáque ſoleant.

2 (margin, at "parlamenta, tam † rigidum")

3 (margin, at "modo dictum fuit, etiam †")

Additiones.

a *art.*108. b *Nou.* 82. d Theoria ſiquidem abſque praxi mera ſaltē idea videtur, & inanis quædam ſpeculatio, perfectáque theoria ipſam demum praxin ſequitur. Hæc enim circa varias facti ſpecies, quibus jus applicari debet, occupata genuinũ veræ & non ſimulatæ Iuris prudentiæ vſum docet ardentiſque facis inſtar denſam aliã ſubtilium & intricatarum diſputationum, quæ alias meræ altercationes ſcholaſticæ ſunt caliginem diſcutit. Vt illud, quod in theſi antea obſcurum, confuſum & titulotenus ſaltem ius erat, in hypotheſi iam & propoſita certi cuiuſdam facti ſpecie per applicationem, quæ felicis practicæ auxilio fit, verum, clarum & reapſe ius efficiatur. Experientia quippe, quæ iuris ſcientiam abſolutam & ſolidam reddit, in practico potiſſimum curiarum & iudiciorum puluere acquiritur. Atque hinc ICti, qui theoricis ſaltem diſceptationibus dediti ſunt, nec vnquam in practicum campum prodeunt, nõ abſimiles militi videntur, qui multis quidem & variis certaminibus imaginariis exercentur, plurimúmq; in σκιαμαχίᾳ, præſtat, ſed manus cùm eo, qui verè hoſtis eſt conſerere veretur. Præclarè itaque traditũ eſt, quod dicitur theoricè illud quaſi ſub nube dici? contra vero vſum & praxin præbere verum legum & iuris intellectũ. Nam vt ars ſine vſu, quodammodo fructus & vtilitatis expers eſt, & vſus ſine arte mancus & imperfectus: ſic cùm vſus acceſſit artem tunc ſolet neſcio quid præclarum ac ſingulare exiſtere inquit Iacobus Thomingius *in orat. de ſtud. Iuriſ.* cùm alias ſpeculatio ſine vſu & exercitatione practica ſit inſtar corporis ſine anima & rei ad ſuum finem nunquam accommodatæ D. Henricus à Roſenthal *in præf. ad lector. in ſynopſ. feudal.* Quæ cùm ita ſe habeant, rectè dicitur, quod ſub prætextu theoricæ cuiuſdã ſubtilitatis à ſententiis antiqua praxi comprobatis in iudicando temerè recedi non debeat. *l. minimè, de LL. l. 3. C. de ædif. priu.* Rauchb *part.1.q.19.n.2.* c *arg. l. ſi ab arbitro, qui ſatiſd. cog.* f *lib.3. polit. c.2.*

leant. [g] Verum hiſce non obſtantibus Camera magna de eo conſulta reſpondit & declarauit,in eiuſmodi examinibus neceſſarium non eſſe, vt præciſè duæ votorum partes modo prædicto concurrant, ſed ſufficere,ſi quis plura vota habeat:cùm illud, quod de duabus illis partibus, ſeu trientibus,dictum eſt,ſaltem obtineat,ſi ij examinentur,qui Senatores ipſius curiæ fieri debent,cuius duæ partes ordinis in vrbe poſitæ totius curiæ inſtar exhibent, quemadmodum alibi Impp. reſcripſerunt. [a] Atque antea Vlpianus reſpondit [b] nulli permitti nomine ciuitatis aut curiæ experiri, niſi cui lex permiſerat,aut lege ceſſate ordo dederat, cùm duæ partes adeſſent, aut amplius quàm duæ.Quam non poteſt referri ad claſſes particulares, quæ ratione examinis officialium inferiorum & ſubalternorum à magna Camera parlamenti ſibi cõmiſſi delegationis vice fungi rectè exiſtimantur. Quicquid verò ſit, parlamẽtum noſtrũ eo,qui iam explicatus eſt, modo ſemper vti ſolet. Illud quidem verum eſt,vt incõuenientia eo melius vitari poſſẽt curiam definiiſſe, eiuſmodi examini non pauciores, quàm duodecim Senatores intereſſe, ſique in illa claſſe,vbi examen habetur,totidem non deprehendantur, ex alia claſſe numerum ſuppleri, atque ex his candidatum ſeptem vota habere debere. Quod etiam exactè ita obſeruatur.

ADDITIONES.

a Tit.Liuius *ab vrb. cond. lib.3* & Homer. *in Iliad.*

Πλειόνων δ' ἔργον ἄμεινον.

b Honorius & Arcadius *in l. nominationum forma C. de decur.* c *l. nulli, quod cuiuſq; vniu. nom.*

DECISIO LXXVIII.

ARGVMENTVM.

Senatores parlamentorũ cũ partibus litigantibus familiariter cõuerſari non debent.

SVMMARIA.

1 *Ordinatione regia præſidibus & ſenatoribus parlamentorũ familiares conuerſationes cũ partibus,quæ coram illis litigant,prohibentur.*

2 *Quæ Ordinatio interdum extra terminos ſuos à parlamẽto Tholoſano ad conſeruandã eiuſdẽ auctoritatẽ,ſplendorem & Maieſtatem extenditur.*

1 PRAESIDIBVS & Senatoribus † ita receptis [a] atque ad exercitium officiorũ admiſſis, vt reputatio curiæ eo magis conſeruari omniſque mala præſumtio melius vitari queat,peculiari ſanctione Car. VII. interdictum eſt, ne cum partibus in ſupremis illis curiis litigãtibus ita cõuerſentur, vt inde ſiniſtra quædam ſuſpicio aut præſumtio oboriri poſſit, ne cum illis prandeant,cœnent, aut etiam celebriorib ꝰ conuiuiis interſint,quæ vel ipſæ partes vel earũdem inſtinctu aut ſumtu aduocati aut procuratores dare ſolẽt. Quæ ſanè ſanctio iuſta ratiõe haud caret. Quãuis enim eiuſmodi perſonæ in acceſſu faciles ſe præbere debeant. [b] Id tamen cum ingenio fieri oportet,ne contemptibiles videãtur,in vlteriorem familiaritatẽ prouinciales admittendo. [c] Sed nec eorum aduocatos, vt de illis dici non poſſit,quod de Claudio Trãquillus refert [d] nempe cauſidicos eius patientia abuti ſolitos, vt deſcendẽtẽ è tribunali non ſolum voce reuocarent, ſed & lacinia togæ retẽta interdum pede apprehẽſo retinerent. Quare ſcitum admodum illud Zacydis Gyranei videtur, qui à rege quodã rogatus, vt eũ cõueniret atq; ſe ſpectandũ præberet,reſpõdiſſe fertur,imagines illuſtriores virtutũ eminus nõ cominus ſpectari debere,cũ alias illas frequẽter nobis obuias nõ tãtũ mirari deſinamꝰ,ſed etiã contẽnere incipiamus. Familiaritas itẽ & conuerſatio eiuſmodi quaſi domeſtica ex prædictis conuiuiis oborta arctam admodum & fraternam ferè coniunctionem parere atque alere ſolet, adeo vt facilè conijci queat,iudices poſtea plus fauere atque animo magis propẽſo deuinctos eſſe partibus illis, quarum impenſis tam lautè tractati fuere. [e] Vnde non ſine cauſa legimus.

ADDITIONES.

a *Artic. 16. & 17.* Sic & domini aſſeſſores Cameræ Imperialis iubentur, vt non ſolũ partes in Camera litigantes domũ, inve familiam nõ admittere:ſed etiã ſuſpitionis amoliẽdæ cauſa procuratorũ familiaritatẽ nimiam domeſticamq; cõſuetudinẽ vitare debeãt. Memorial de Anno 56. §. *die vveil auch zu* 4. Iud. & aſſeſſ. Mem. de Anno 75. §. 9. *vnd ſollen Cammerrichter* Dn. Petr. Denais. *in iur. Cameral. tit. adſeſſorũ munus* § 11. & 15. b *l. nec quicquam, de offic. proconſ. & legat.* c *l. obſeruandum de offic. præſid.* d *In Claud. cap. 15.* e Iuxta illud, quod habetur apud Ciceronem *in Cælio & lib. 13. Epiſtol. fam. ad Seru. Sulpit.*

legimus [a] Auguſtum iudicibus,qui quotãnis ſorte eligebantur,prohibuiſſe,ne eo anno in domu alicuius eorũ , qui cauſam in iudicio agendã haberent ingrederẽtur.Cui prohibitioni in effectu ſimilis eſt Carolina illa ſanctio amicitiã per conuiuia,conmunis menſę vſum , aliáve eiuſmodi contrahi prohibens,vtpote quibus ceu ſigillo quodam amicorum cõiunctio firmari ſolet adeòvt pro ſpecie haud exigua perfidię impietatis atque proditionis habeatur,ſalem & menſam (quemadmodũ in prouerbio dicitur,) pręterire. Sunt quoq; nõnulli, qui exiſtimant eandem prohibitionem, contineri illa Imperatorũ conſtitutione [b] qua ſancitum fuit ne meridianis horis iudices à litigatoribus viderentur. Horas enim meridianas de horis prandij illi accipiunt, cũ Romani quoque circa meridiem aut paulo poſt,prãdere ſoliti fuerunt.Vnde & merendã (ait Feſtus) antiqui pro prãdio dicebant , quod ſcilicet medio die caperentur.
2 Cũ itaq; prædicta familiaris † & quaſi domeſtica conuerſatiõ præſidibus & cõſiliariis regiis indigna eſſe,eorũdẽ exiſtimationẽ,eximiã dignitatẽ &authoritatẽ haud parum lædere , ſiniſtræ ſuſpicioni cauſam præbere atque alia inconuenientia parere videatur : ideo ſuprema curia Tholoſana prohibitionem illam regiã ſanctè admodũ obſeruare atque eandẽ nonnunquam vltra verborum corticem extendere conſueuit.Quod tum quoque factum fuit cũ pars litigans, cuius cauſa controuerſa iam definiri debebat , præſides atque cõſiliarios vt ſuſpectos recuſaſſet , eo quòd apud partis aduerſæ fratrem bacchanalia celebraſſent.

Nam cùm illud ex cõfeſſione recuſatorum iudicum conſtitiſſet , decreuit curia ne ſententiam ſuã in cauſa iſta ij dicerent, ſed ob ſuſpicionem abſtinerent,atque ſic illud , quod in ſanctione Carolina de ipſis partibus habetur , ad earum proximiores &domeſticos tali pręiudicio porrectũ fuit. Similis ferè extẽſiõis exẽplũ etiã antiquius extat: Præſes quidam parlamenti Tholoſ. expediendæ commiſſionis ergo iter habens , in opido quodã , à cuius iudicio ad parlamentum iſtud appellari ſolet , ſuaſu ſcribæ, cuius opera in itinere vtebatur in ædibus priuatis cuiuſdam ciuis diuerterat.atque humaniſſimè cum toto ſuo comitatu exceptus , poſthabitis hoſpitiis publicis (quorum magnus in iſto oppido numerus erat) per noctem in ædibus illis commoratus,atque lautè admodum,& quidem gratis habitus fuerat.

Contigit poſtea , vt controuerſia quædã ciuem iſtum concernens per viam appellationis ad parlamentum Tholoſanum deuolueretur , atque eandem ſcriba ille, ceu procurator ageret.Verum cùm in cauſa iã concluſum eſſet , pars aduerſa prædictum præſidem ideo recuſauit, quod alterius litigantis hoſpes ſub illud ipſum tẽpus quo lis illa coram iudice inferiori primũ moueri cœperat, fuiſſet,atque ideo ea in cauſa incorrupti Iudicis munere fungi haud poſſet. Pernoctationem itaque illã , quã præſes confeſſus fuerat , cauſã ſufficientẽ eſſe curiæ viſum fuit , ob quam ad iudicandi munus ille tum admitti non deberet, præſertim cũ inſtituta aduerſus eũ inquiſitione alia nonnulla detegerentur , ob quæ adeo excuſſa vetus ſeueritas putabatur , vt ne in foro quidem reliquiæ priſtinæ frontis appareant,cũ vnuſquiſque ſuauiſſimum proprium συμβιώτην præſtare conetur integellum. [c] Atque ſi quis Iudicũ eiuſmodi mores conferat cum integritate politicorum & Iuriſconſultorum, qui ſuperiorib⁹ temporibus vixerunt,eũ fateri oportet,ſeculum illud antiquũ auro & argento , hoc vero noſtrũ ære ac ferro, & quidẽ rubigine admodum obducto,reſpondere. Quare etiam mirum videri non debet, ſi ſaluberrima illa ſanctio prohibitoria tam exactè obſeruari deſinat,atque paulatim deſuetudine aboleatur.Sic enim & Antiam legem, qua olim cautum fuiſſe legimus , vt qui magiſtratus eſſet, magiſtratúmue captur⁹, ne quo ad cœnam, niſi ad certas perſonas itaret , [d] citra vllam aliam abrogationem ſola luxuriæ obſtinatione & vitiorũ firma concordia irritã factã fuiſſe proditum eſte.

Additiones.

[a] apud Dion. Caſſ. *Auguſt. hiſto. ſu. libr.* 54. [b] *in l. 1. de offic. iud. ciuil. in Cod. Theod.* [c] vt loquitur Cicero, *Epiſt.* 10. *libr.* 9. *ad Famil.* [d] Cuius legis meminit Aulus Gellius, *libr.* 2. *c.* 24. *not.* Atque ſimilis admodum lex illa Antia ſanctioni Carolinæ fuit adeo vt hanc ex illa originem traxiſſe tradat Langl. *lib. ſemeſtr.* 2. *cap.* 1. [e] Macrob. *Saturnal. libr.* 3. Nam vt ait Horatius *lib.* 3. *Carm. od.* 6.

Damnoſa quid non imminuit dies?
Ætas parentum peior auis tulit.
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Et ſimile quidpiam cecinit Homerus hiſce verſibus:

Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.

DECI-

DECISIO LXXIX.

ARGVMENTVM.

Senatores parlamentorum nuptiis tertij cuiuſdam licitè intereſſe poſſunt, quamuis ad eas partes litigantes quoque comparuerint.

SVMMARIA.

1 *Ordinationes illa regia ſaltem ad conuiuia ſumtu partim data reſtringuntur.*
2 *Exemplum magni illius herois Periclis.*
3 *Arreſtum parlamenti Tholoſani.*

EXPRESSE autem ſanctio illa regia † de iis ſaltem conuiuiis loquitur, quę ſumtu partiū dătur. Vnde ſatis colligi poteſt eius prohibitionem locum non habere, ſi præſides & ſenatores ad cōuiuiū nuptiale a tertio quopiam inuitētur, eidémq; partes litigantes interſint. Hac enim facit exemplum † præſtantiſſimi & ſtrenui
1 illius herois Periclis, qui teſte Plutarcho, nunquam quidem ab eo tempore, quo magiſtratum gerere cœpit, prandium aut cœnam apud alios ſumſit, nullique ab amicis inſtituto conuiuio interfuit: ad nuptias tamen Euriptolemi, nepotis ſui, comparuit. quamuis ſtatim ac vinum Diis oblatum fuerit ſurrexiſſe atque abiiſſe dicatur: eo quòd exiſtimarit per familiares eiuſmodi conuerſationes plurimū decedere poſſe grauitati atque auctoritati, qua ſupra omnes ille eminere ſtudebat.

2 Quæ cùm ita ſe habeant, curia noſtra † non immeritò ad relationē domini Maynier in ſecunda Camera inquiſitionum iudicauit eum, qui petierat ſenatorem, vt ſuſpectum ideo remoueri, quod nuptiarum feſtiuitati vna cū parte aduerſi interfuiſſet, minimè audiendum eſſe, cùm ſenatorem à nouarum coniugum parentibus proprio motu, citra vllum partis litigantis inſtinctum, ad nuptias inuitatum fuiſſe constaret.

DECISIO LXXX.

ARGVMENTVM.

Ob ludum etiam iudex, tanquam ſuſpectus recuſari poteſt.

SVMMARIA.

1 *Amicitia per ludum contracta omni alia firmior cenſetur.*
2 *Ob ludum index, quamuis ſupremus, licitè recuſatur.*

QVidam ex hiſtoricis Romanis [a] de amicitia diſſerens, quæ † inter eos, qui 1
ſimul chartis vel teſſeris, aut alio eiuſmodi ludi genere [b] ſe oblectare conſueuerūt, contrahitur, ita inquit: hoc fatendum eſt quod cùm omnes amicitiæ Romæ tepeſcant, aleariæ ſolæ, quaſi glorioſis quæſitæ ſudoribus, ſociales ſunt, & affectu nimio firmitate plena connexæ: vnde quidam ex his gregibus inueniuntur ita concordes, vt quis illos eſſe exiſtimet fratres. Et quāuis negari nequeat, quod ſæpiſſimè occaſione ludi † non modò nobiliſſimum 2
tempus, atque bona perdantur, ſed etiam maximæ rixæ, contentiones & inimicitiæ capitales oriantur [c] tamen etiam concedi oportet, eundem ludum frequenter iteratum eſſe medium, quo amicitiæ inter conciues atque homines eiuſdem conditionis tantum incrementi capiant, vt iis aliæ fortiores, firmiores, atque magis conſtantes vix deprehendantur. Quare cùm quidam ex ſenatoribus parlamenti Tholoſani a litigatore, vt ſuſpectus recuſaretur, eo quod tam domi, quàm in ædibus partis aduerſæ, cum eadem chartis ludere ſolitus fuerit, atque conſiliarius ſe inuicem luſiſſe fateretur, ſed integru ſemeſtre elapſum fuiſſe ab eo tempore diceret, quod vltimus inter eos ludus factus fuiſſet: prædictum parlamētum pronunciauit, cū in cauſa iſta iudicare haud poſſe, cū & hic Carolina ſacto obſtare videatur iudices ſuſpectos arguens ob amicitiam, quam ſicut ſermonis & cibi, ita & luſus communicatione conciliari omni-

ADDITIONES.

a Ammianus Marcellin. *lib.*28. b Varia ludorum genera recenſent Stephanus Coſta, Paris de puteo, Ioann. Baptiſta Caccialup. Troi. Maluat. Thomas Actius. Cælius Calcaguin. *in tractat. peculiar. de ludo.* atque alij quos allegat Petr. Heig. *part.*2. *quæſt.*20. c *arg. l. fin. C. de aleat.* Rauchb. *part.*2. *quæſt.*25. *numer.* 32. vbi ex ludis blaſphemias, periuria, dilapidationes bonorum, lachrymas, inimicitias, iurgia, cædes & plurima alia mala ac incommoda prouenire tradit, atque ex Petro Gregorio illud Antonij Florentini refert dicentis: *ex ludo tot crimina naſci, quot ſunt in taxillis puncta.*

omnibus & lippis & tonſoribus notum eſt. Et quamuis nonnulli exiſtimarint ſanctionem in iſta hypotheſi ideo locum habere non poſſe, quod non probaretur, ſenatorem etiam cum parte aduerſa prandere, cœnare aut compotare ſolitum fuiſſe: tamen eorum opinio reprobata fuit, cùm vt plurimum ludum, prandium aut cœna, vel ſaltem pocula excipiant, adeò vt hæc illi ſi non eſſentialiter, tamen accidentaliter, & ex conſuetudine adeſſe cõſtet, quemadmodum optimè iudicare poterunt, qui in hac palæſtra verſari ſolent.[a]

Additio.

[a] Illud etiam non incommodè hic perpendi poteſt, quod ob ludum quis à teſtimonij dictione repellatur, Thom. Grammatic. *deciſ. 11. numer. 5. in fin. & n. 6. & ſequ.* nempe ſi eum iſto tempore, quo teſtimonium dicere debet luſorem & ludis vetitis deditum eſſe probetur, præſertim ſi cauſa eiuſmodi ſit, in qua teſtes omni exceptione maiores requiruntur, Proſp. Farinac. *de oppoſit. contra perſon. teſt. lib. 2. tit. 9. qu. 56. à num. 427. vſq; ad num. 432. AD.*

DECISIO LXXXI.

Argumentum.

In Francia relatores cauſarum litigantibus ſignificari ſolent.

Summarium.

1 *Sanctio regia, qua relatores cauſarum partibus ſignificari prohibuit, amplius in vſu non eſt.*

VLtra conſtitutionem illam, quam ſæpius iam allegauimus, alia quædam
1 † ſpecialis extat, qua prohibetur ne partibus litigantibus ſignificetur, quinam ex ſenatoribus cauſis illarum relaturi ſint; & ſancitur, vt ſenatores referentes ſi comperiant quicquam de eo partibus conſtare, ſtatim à relatione abſtinere eámque aliis collegis ſuis committere debeant, vt eo melius omnis ſuſpicio & ſiniſtra præſumtio vitetur. Hanc verò ſanctionem inſequentis temporis mores planè mutarunt, quibus introductum fuit, vt in parlamentis relatores partibus indicentur. Plurimùm enim litigantium ſcire referentes cauſarum intereſt, quando eos, vel tanquam ſuſpectos remoueri cupiunt, vel etiam ſedula ſollicitatione inſtigare volunt, ne cauſas è manibus ſeponant, ſed maturè ad finem perducant. Quare mutatio illa eo minus mira videri debet, præſertim cùm ipſemet Deus nonnulla in nouo teſtamento mutarit, quæ antea in veteri ſtatuerat.[a]

Additio.

[a] *c. non debet, de conſanguin. & affin.* In ſupremo illo Germaniæ noſtræ iudicio ſanctiſſimo referentes cauſarum partibus litigantibus haud ſignificantur, ſed domini aſſeſſores in ſenatu geſta, dicta, iudicata, æterno ſilentio tegere & nulli Cæſaris iniuſſu reuelare ſolent. Idque *vt ordinat Cam. imper. part. 1. tit. 13. §. 15. Es ſollen,* Dn. Petr. Denais. *in iur. Cameral. tit. aſſeſſorum munus n. 9. AD.*

DECISIO LXXXII.

Additiones.

Iudex recuſari poteſt, quod aduerſæ partis collega ſit.

Summaria.

1 *Inter paribus officiis publicis fungentes firmiſſima amicitia contrahitur.*

2 *Sanctio Caroli IX. permittens, vt iudex, qui partis aduerſæ collega eſt, recuſari poſſit à parlamento Tholoſano exactè obſeruatur.*

3 *Ratio diuerſitatis in duobus articulis regiæ conſtitutionis, quorum vnus ſedes præſidiales, alter parlamentorum curias concernit, ſcrupuloſè inquiri non debet.*

FIRMA admodum † & conſtans ſolet 1 eſſe amicitia quæ inter collegas intercedit, cùm collegij coniunctio & publici muneris ſocietas non mediocre vinculum ad voluntates hominum copulandas afferat, nec vlla iuſtior, neque grauior cauſa neceſſitudinis reperiri poſſit, quàm coniunctio ſortis, quàm prouinciæ, quàm officij. [a] Vnde etiam Plinius iunior ſcribit [b] collegæ optimi, meique amantiſſimi de communis officij neceſſitatibus prælocuti excuſare me & eximere tentarunt, & alibi. [c] acceſſit, inquit, vinculum neceſſitatis publicæ:

Additiones.

[a] Cicer. *lib. 3. epiſt. fam. 4.* [b] *libr. 3. epiſt. ad Macrium.* [c] *ad* Pontium *epiſt. lib. 5.*

blicæ: Idem enim mihi vt ſit collega, quaſi voto petitus in præfectura ærarij fuit, fuit & in conſulatu. Quæ cùm ita ſint, facilè colligi poteſt, eos, qui in magiſtratu collegę ſunt, atque eodem publico munere funguntur, nunquam non ſibi inuicem mutuę beneuolentiæ, amicitiæ atque promti animi officia, exhibituros eſſe, non tãtùm vſque ad aras, vt ille aiebat, ſed etiã plus vltra, atque ferè cum ipſius conſcientiæ violatione. Quod quidam metuens ſcitè admodum ſcribebat [a] & fortaſſe tu pro collega mentieris. Vnde etiam procul dubio ortum ſuum traxit quod nonnulli olim exiſtimarunt iuſtam recuſationis illam eſſe cauſam, ſi in iudices quis incidat, aduerſarij ſui collegas, quaſi coram eis æqua conditione litigare non poſſit. Aliis tamen contrarium placuit, præſertim quoad iudices illos, qui ſupremarum curiarum aſſeſſores ſunt, cùm eorum numerus, maieſtas atque auctoritas radios clariſſimos præbeat, qui etiam in tenebris plus quàm Cimmeriis micantes facillimè omnes leuiores præſumtiones, ſiniſtras ſuſpiciones atque imaginationes diſſipare queãt. Quicquid verò ſit, periculoſum certè eſt litigare coram iudicibus ſuſpectis, & qui ab altero expectant alteri quod fecerint [b]. Simili morbo laborantes [c], aut potius, (quod de Senatu Romano alibi ſcriptum legimus) [c] qui ſeueri in cæteros, ſolis ſenatoribus quaſi diſſimulatione quadã mutua parcũt, nempe vt idẽ ſibi aliquando fiat, ſi vel propria vel amicorũ cauſa in iudicium deducetur. Quare ne eiuſmodi periculo partes litigantes exponerentur, atque vt amplius exiſtimari non poſſet eiuſmodi in caſibus inter iudices intercedere tacitas quaſdã & in mente retẽtas conuentiones haud abſimiles contractui illi innominato, facio vt facias: [d] ideò peculiaris quoque eo nomine
2 † ſanctio à Carolo IX. Galliarum rege promulgata fuit. [e] qua conſtituit, quod lis aſſeſſorem ſedis præſidialis concernens non in iſta, vbi ille aſſeſſor eſt, ſed in vicina ſede præſidiali, agitari & definiri debeat: Si verò præſes vel ſenator parlamenti alicuius litigare cogatur, quod tum cauſam controuerſam non in illa ipſa Camera ſeu claſſe, cui præſes ſeu ſenator ille adiunctus eſt, ſed in alia eiuſdem parlamenti Camera agi & iudicari oporteat.

Quæ conſtitutio etiam vtroque in caſu ſanctè & exactè adhuc obſeruatur. Nec eſt,
3 quod quis obiiciat † nullã diuerſitatis rationem apparere, cur remiſſio priori caſu ad vicinam ſedem, poſteriori verò ſaltem ad aliam ſupremæ curiæ ſeu parlamenti Cameram fieri debeat, cùm etiam nonnullæ præſidiales ſedes diuerſas Cameras habeant, atque diuerſarum Cameraruın in vno parlamento ſenatores non minus collegæ dici poſſint, atque commilitones vocantur illi, qui ſub diuerſis quidem vexillis, ſed ſub eodem tamen duce merent. Nã reſponderi poteſt, ſufficere hic expreſſam legiſlatoris voluntatem, cui inſpecta temporis iſtius conditione, caſus illos conſtitutione ſeparare atq; diſtinguere placuit. Haud item oppida diuerſorum parlamentorum tam vicina ſunt, quemadmodũ ea, in quibus ſedes præſidiales habentur, nec tanta eſſe videtur inter ſenatores diuerſarum claſſium ſeu Camerarum cõiunctio, quanta eſt inter eos, qui eiuſdem Cameræ collegæ ſunt, vtpote quæ delectatione vitæ atque victus & ſermonis ſocietate plurimum iuuatur [f] vt ſic non perinde illi, ac hi ſuſpecti haberi poſſint. Quod nobis hoc in caſu ſufficere debet, cùm ſanctio illa regia quoad vtrumque articulum publicè recepta ſit, & ſanctè obſeruetur. Quare & hic illud ICti obtinebit, leges ſeruandæ ſunt, quamuis duræ videantur.

ADDITIONES.

a Statius *in epiſt. ad Stell.* b *arg. cap. cum inter, de except.* c apud Plin. *Epiſt. l. 9. Epiſt.* 13. d Rebuff. *in tract. de recuſat. art.* 5. *gl.* 1. e conſt. Caroli IX. anno 1560. promulgatæ *art.* 52. *& ſeq.* f *arg. l.* 11. *qui & à quib. manum.*

DECISIO LXXIII.

SVMMARIA.

1 *In cauſis merè criminalibus eiuſmodi remiſſio ad aliam Cameram parlamentorum inter eorundem Præſides & ſenatores non habet locũ, ſed tales cauſæ conuocatis omnibus Cameris tractari & iudicari ſolent.*

2 *A qua conuocatione etiam haud excluditur ipſa Camera, in qua accuſati præſides ſeu ſenatores officium ſuum exercuerunt.*

Qvæ autem de remiſſione litis † præſidem aut ſenatorem concernẽtis ad a- 1
liam Cameram ſeu curiam dicta fuerit, in ciuilibus ſaltem obtinent. Nam de cauſa criminali, cuius particeps eſſe ſenator parlamenti arguitur, ipſum parlamentũ conuocatis omnibus Cameris cognoſcit, atq; iudices inferiores, ad quos alia ordinaria

gneur du Haillan *de l'Eſtat & ſuccez des affaires de France libr.* 4. *pagin.* (mihi) 339.*c.*1.*AD.* Quo etiã illud pertinet, ꝙ inter dũ quis de vita alterius cognoſcere poſſit, qui tamen eum qui vxorem appellauit, vel aliter eiuſdem honorem lædere viſus fuit, punire nequit Canoniſta *in clem. ne Romani, de elect.* Alciat. *lib.* 2. [e] *l.* 1. vbi Iacob. Rebuff. *C. de decur. vrb. Rom. lib.* 11. [f] Lampridius *in vita Alexandri Seueri* [g] ad exemplum Hortenſij illius Romani, cuius meminit Cicero *in orat. pro Pub. Sylla.* [h] *arg. l.* 1. *C. vbi Senat. vel clariſ.*

DECISIO LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio prædicta etiam locum habet, inter duos aſſeſſores eiuſdem curiæ praſidialis, vel duos ſenatores eiuſdem Cameræ in vno parlamento.*

ILLVD autem adhuc quæri poteſt, an remiſſio † illa locum habeat, ſi vterque
1 litigatorum, eiuſdem, curiæ, vel eiuſdem Cameræ in vno parlamento aſſeſſor aut ſenator ſit. Sunt qui negant cùm pro regula traditum fuerit, paris affectionis cauſam omnem ſuſpicionem tollere. [a] Verum ſupremæ curiæ Tholoſanæ aliud placuit, quæ remiſſionem iſto etiam caſu fieri voluit. Haud rarò enim ſolet euenire, vt inter duos ſenatores lis oboriatur, quorum vnus indigena ſit, diúque dignitatem iſtam obtinuerit, & per conſequens maiorem apud collegas ſuos ſanguinis etiam vinculo ſorte iunctos gratiam habeat, alter verò extraneus, atque ad auguſtum officium illud nouiter euectus tantum ſibi gratiæ apud collegas minimè ſpondere queat. Quare vt eo quoque caſu æquitas ſeruetur, atque neuter cauſari tandem poſſit, ſe aduerſario gratia parem non fuiſſe, neque apud decuriales illius, dum ferrum ſuum in igne eſſet, æquo iure diſceptatum; vtique rectè traditur, quod locus prædictæ remiſſioni concedendus ſit.

ADDITIO.

[a] *l. non ſolum.* §. 1. *ſol. matr.*

DECISIO LXXXV.

ARGVMENTVM.

Senatores clerici rectè recuſari poſſunt, ſi eorum collega in functione Eccleſiaſtica alter litigantium ſit.

SVMMARIA.

1 *Domini ſenatores clerici & canonici rectè recuſantur, ſi lis coram parlamento pendens eorum collegam in functione Eccleſiaſtica concernat.*

2 *Interdum etiam tales cauſæ è claſſe, in qua ſenatores eiuſmodi officia ſua exercent ad aliam claſſem minus ſuſpectam remittuntur.*

HISCE autem cõſequens eſt, quod parlamentorum † ſenatores clerici qui Eccleſiæ alicuius cathedralis aut collegialis canonici ſunt, ex eodem capite tãquam ſuſpecti recuſari queant, ſi alij eiuſdem Eccleſiæ Canonici coram iis litem in parlamentis habeant. Cenſentur enim illi collegæ atque ſocij eſſe Eccleſiaſticæ functionis, & idcirco (vt ait Cæleſtinus) aduerſæ parti merito ſuſpecti, quod apud eos ſocij gratia præualere credatur. [a] Quod Cæleſtini dictum confirmat Albericus [b] quando ait, arctius eſſe fraternitatis coniũctioniſq; inter eiuſdem Eccleſiæ Canonicos, quã inter eos, qui ſanguine & coniunctione fratres ſunt; atque illud D. Gordiani quo reſcripſit obeundorum munerum conſortiũ affectioni fratrum nonnihil addidiſſe, quin imo vice mutua chariores inuicem ſibi eos reddidiſſe credendum eſſe. [c] Atque ſic ſæpius à curia Tholoſana citra omnem difficultatem iudicari vidimus, & nominatim contra ſenatorem Caumel Canonicũ Eccleſiæ metropolitanæ quæ Tholoſæ eſt, iámque eiuſdem archidiaconum & cancellarium vniuerſitatis in cauſis Canonic. aliorúmque titulariorũ & poſſeſſorum aliarum dignitatũ in dicta Eccleſia: atque antea in cauſa Canonicorum S. Sernini, cùm ibidem Canonicus eſſet.

Vidimus etiã cauſas quaſdam † quæ prædictos Canonicos concernebant, & quarũ expeditio acriter admodum vrgebatur, diſtributas (in illam ipſam claſſem, in qua prædictus

ADDITIONES.

[a] *cap. cum R. de offic. delegat.* [b] *in l. verum. pro ſoc. arg. c.* 2. *&* 3. 30. *quæſt.* 1.

omnes ſenſus ab auri & argenti fame liberos, iuxta illud Valerij Magni habere debent. Cui etiam conuenit elegans illa προσφώνησις, qua D. Iuſtinianus nouiter creatum iudicem alloquitur: *Oportet*, inquit ille, *vt qui purè & ſine vlla ratione pecuniæ officium ſuſcipis, ante omnia puras Deo & nobis ac legi manus conſerues: nullum lucrum neque minus contingas, ſed iis ſolus contentus, quæ erogantur è publico tam per te, quàm per eos, qui circa te futuri ſunt. ex omni parte incontaminatum illis ius conſerues.* [a] Peculiarem quoque eo nomine conſtitutionem promulgauit Carolus IX. Galliarum rex, qua omnibus iudicibus, aduocatis & procuratoribus ſeuerè interdixit, vt nulla à partibus litigantibus dona, ne eſcaria quidē, acciperēt, niſi fortè à principibus aliiſue magnatibus caro ferina iis tranſmitteretur. [b] Quæ exceptio licet plauſibilis admodum ſit, vtpote cùm tale donum magis honoris quā patrimonij augendi ergo offeratur, atque ideo ſanum iudicium haud corrumpere aut peruertere poſſit [c] ipſique offerentes, ſeu donatores, in ea conditione poſiti ſint, vt nullam propterea opum ſuarum iacturam faciant: attamen ſi ea planè omiſſa fuiſſet, ipſa cōſtitutio ſanctior videri poterat propiúſque accedere ad illam beatitudinem de qua loquitur propheta [e] dū inquit: *beatus, qui excutit manus ſuas à munere, nec dixit à munere*, ait Gregorius, *ſed ab omni munere*. Sic rectè apud Ciceronem [f] negabat Cato verum, id eſt, iuſtum eſſe, allici beneuolentiam cibo negabat iudicium hominum corrumpi largitionibus eſcariis oportere: hinc honeſtiſſimæ illæ ſenatus voces apud Plinium Cæcilium: [g] candidati, ne conuiuentur, ne mittant munera, ne pecunias deponant. Atque quemadmodū natura noſtra fert, ſi duos inuicem pugnare videamus, vt alterum eorum maiori fauore proſequamur, lætámque ei victoriam precemur: ita quoque idem in pugna illa forenſi, quæ inter litigatores eſt, euenire ſolet. Si itaque hoc accedat, vt ab alterutro donum quātumuis exiguum datum fuerit, tū ſanè difficillimū, imo impoſſibile videtur, qui munus acceperit non magis erga datorem afficiatur propenſiórque in eum quam aduerſarium fiat. Ipſæ certè στοργαὶ Phyſicæ muneribus cedant, adeo vt parentes propenſius ament liberos à quibus beneficia quædam acceperunt. [h] Ne ergo eiuſmodi aut aliis corruptionibus in Gallia locus daretur, ipſamet etiam parlamenta curam admodū vigilem adhibuere. Quod ſatis comprobat arreſtum illud ſupremæ curiæ Pariſienſis [i] quo ſollicitatorem † 3
qui ſpe futuræ corruptionis duos aureos libello ſupplici, qui ſenatori exhibebatur, inſeruerat, condemnauit, vt non ſolum in poſterum ab omni ſollicitatione in curia ille abſtinere, ſed etiam vlterioris pœnę loco facem ardentem in manibus ex palatij area vſque ad templum cathedrale B. virginis, præeunte quodam Commentariensi, geſtare deberet. [k] Eandem fere pœnam dictauit parlamentum Tholoſanum eidem procuratori, qui à cliente ſuo cautionē extorſerat, qua is promiſerat, ſe daturum aliquot aureos, vt de iis præſidi & referenti cauſæ honorariū offerretur. [l] Cæterū hodie plurimi † tam ſupremarum, quàm inferiorum curiarum aſſeſſores in Gallia cauſantur, ſe prædictas cōſtitutiones ideò amplius non obſeruare, quod vili precio vendere nequeant id, quod tanti emerunt: atq; ideò dici non poſſe, quod vlli iniuriam faciant, dum à ſe emtum rurſus vendunt: [m] cùm ea quæ emeris vendere gentium ius ſit. [n] Sanè inter inconuenientia illa † quæ 5
venditionem officiorum comitātur, haud minimum illud eſt, quod ij, qui per largitionē magiſtratus adepti ſunt, dare operā conſueuerunt, vt illa lacunam ei familiaris expleca-

ADDITIONES.

[a] Quorum xeniorum etiam mentio fit à Vitruuio *lib.6.* Apuleio *de aſin. aur. lib.1.* Appiano *in Illyric.* atque Caſſiodoro *lib.7. var. in form. comit. part.* [b] *Nou.8.* [c] Conſtitut. Caroli IX. Aurelias promulgatę, *Artic.43.* [d] *d.c. etſi quæstiones, c. ſtatutum, §. inſuper, de reſcript. in 6.* [e] Eſaias *c.33.* [f] *in orat. pro Murena.* [g] ad Nepot. *epiſt. lib.6.* [h] Vnde rectè Iuuenalis *ſatyr.10.* canit.

-----nam prodiga corruptoris
Improbitas ipſos audet tentare parentes,

[i] *quod* 3. Iunij Anno 1494. promulgatum fuit. [k] Quod pœnæ genus Galli l'amēde honorable appellitant. [l] atrocitas enim delicti dignā hanc animaduerſionē meretur, *in l. ſi quis non dicā rapere, C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. cogitationis pœnam. de pœn.* Bart. *in tract. quando conat. prin.* [m] Tritū enim eſt illud, quod dicitur, *Emerat ille prius, vendere iure poteſt.* [n] Quanta autē venditio officiorum mala pariat, non tantum experientia ſatis teſtatur, ſed etiā colligi poteſt ex iis, quæ habet Iuſtinianus *in d. Nou.8.* Franciſc. Marc. *deciſ.749.* Iodoc. Dāhouder *in pract. crim. cap.131.* Marſil. *in prax. crim. §. occurrūt. nu.4. arg. cap. qui rectè. qu.3. cap. cùm cæteri. de iud. in 6.*

expleatur atque exinanitæ vel imminutæ emtione dignitatis opes redintegrentur. [a] Et quomodo, qui patitur mercatores poteſtatum damnare eos poterit, & non erubeſcet eos punire ad inſtar Alexandri Seueri [b] à quo tales mercatores emerant illud, quod poſtea vendebant. Verum ipſos emtores cogitare oportebat, quod temerè & contra leges ad emtiones rei nō venalis & cuius commercium nō eſt, accedere non debuerāt, & quod multo ſatius feciſſent, ſi ab emtione abſtinuiſſent atque ea ratione vlterior conſequētia vitata fuiſſet, cū mercatus à vēditoribus celebrari haud poſſit, ſi nulli emtores concurrant. Et quoniam malum illud quod bellorū calamitas introduxit felicitate pacis nondū curari, nec damnata iſta vēditio abrogari potuit, emtores interim contenti ſint regiis ſtipēdiis & ſportulis, quas litigatores exoluunt, atq; ab aliis acceptionibus puras manus habeant, donec tandem proſperius tempus atque benignior fortuna ipſi malo medeatur.

ADDITIONES.

a Cicero *in Verrem orat.* 4. b Lamprid. *in Alex. Seuero.*

DECISIO LXXXVII.

ARGVMENTVM.

In Francia iudices tam ordinarij quàm delegati, tanquam ſuſpecti recuſari poſſunt.

SVMMARIA.

1 *Iniuria improba arte adiuta ſæpe bonū ius vtile reddit.*

2 *Recuſationes, quæ hodie in vſu ſunt, olim iure Pandectarum incognita fuerunt.*

3 *Cauſa principalis, ob quam recuſationibus hodie vtimur.*

1 Singularis † procuratorum & aduocatorum quorundam nequitia [a] qui vultures rapaces non immeritò vocari poſſunt, iuncta cum incredibili malitia partium litigantium per longam experientiam iam comprobauit, iniuria, quæ artis beneficio probè iuuatur, bonum ius ſæpius inutile reddi poſſe. Vnde non immeritò Dn. Cancellarius, Hoſpitalius, nimiam litium frequentiam execrans, hoſce verſus ſcripſit: [b]

O dira lites, ô iurgia ſæua reorum,
O furiis ereboq; ſata mortalia ſemper
Continuo dira laniatu corda ſecātes,
Queis neque deterius potuit, neque iuſtius vllum
Iupiter iratus terris immittere monſtrum.

Aut enim de bonis, aut de honore aut de vita partium agitur, atq; ſic in controuerſiam vocantur, nō tantum ea, quæ ad bene viuendum ſed etiam ad ipſam vitam pertinent. Quare maiores & prædeceſſores noſtros prudēter admodum egiſſe cōſtat, quod haud permittere voluerūt, [c] vt de litibus & cōtrouerſiis, etiā de minima re ſuſceptis, quiſquā iudicaret, niſi qui inter aduerſarios conueniſſet [d] dederuntq; facultatem tam reo quàm actori in ſortiendis iudicibus reijciendi expungendiq; ex albo, quos ſibi parum æquos aut aliqua ratione incommodos fore arbitrarentur, quemadmodum quidam commentator antiquior ad orationes Ciceronis notauit. [e] Vnde etiam nonnulli noſtro tempore [f] verba illa, *reijcere iudices* acceperunt pro *conuenire & eligere iudices,* nempe à cauſa finali & effectis vim & ſignificationem trahentes. De hoc autē modo † electionis & 2 recuſationis iudicū aut obductionis in albo iudicū, quæ recuſationis vim habebat, quicquam in iure pandectarum non legitur, nulláque eius rei veſtigia extant. Planè in Codice Iuſtiniani per legem imperialem litigatoribus permiſſum eſt, iudices delegatos, antequam lis inchoetur, ſiue litis conteſtatio fiat, recuſare. [g] Quod etiam iure Canonico conuenit, quemadmodum multis pontificum [h] reſcriptis, aliiſque canonibus vulgaribus, quos ex decreto Gratiani DD. in materia recuſationum afferre ſolent, comprobatur. Cuius rei ratio eſt, quod ipſa natura ſuadente declinare & euitare conemur inſidias ſuſpectorum iudicum, coram quibus litigare corundémq; ſententiam expectare res admodum periculoſa & exitij plena eſt; cùm ſæpius euentus ſatis triſtes imo irreparabiles ſint. Pro cuius confirmatione exemplum magni illius philoſophi Socratis afferri ſolet, qui inuidiam & iniquitatē iudicū ſine vlla cauſa ad mortē cōdēnatus maluit vſque ad extremū vitę ſpiritū grauitatē ſolitámq; ſuā ſeueritatē tueri, quā recuſare eos à quibus cōdemnatus fuerat, qui capitales eius inimici erāt, & propterea iuſtè recuſari potuerant. [i] Verùm cauſam recuſationum, † quibus nos vtimur 3 tam quoad iudices ſupremos quàm ſubalternos ſeu inferiores, tam ordinarios quā delegatos, & quorū officia iā ad neceſſita-

tem

tem iudicandi redacta ſunt, ſemper exiſtimaui dependere non tam à ſuſpecto iudicum ſtatu (cùm plures, imo pleriq; ſenatores ſupremarum curiarum, præſertim verò Tholoſanæ, ita comparati ſint, vt nunquã vel fauoris vel alterius rei gratia à iuſtitiæ tramite deflectere ſoleant, atque ideò recuſationes, quæ contra eos fiunt, vanæ & & ſuperfluæ ſint:) quam ab opinione partium litigantium, qui ſæpius illud magis conſiderãt, quod iudices poſſunt, quã quod debent aut ſolent facere poteſtatem eorũ magis timentes quàm fidem eorũ & Rhadamanteum veluti iudicium agnoſcentes; eáque ratione nunquam ſibi perſuadere queunt, ſe iuſtè condemnatos fuiſſe, ſed ſéper arbitrantur condemnationem à iudice ſuſpecto factam fuiſſe; inque ea opinione non ſaltem ipſi condemnati hærent, ſed etiam alios, quibus ſignificant, in eundem errorem perducunt, cùm vulgus iuxta mores ſuos ſolitos ſemper ad ſiniſtram potius quàm ad dextrã feratur. Indéque mille ferè inconuenientia parãtur, quibus occaſio præbetur litigantibus vel vltima experiri priuſquàm huiuſmodi iudicatis pareant. Quare vt hiſce omnibus occurreretur, Sancitum eſt (vt diximus) omnes iudices indiſtinctè recuſari poſſe nec permitti vt recuſati, votum ſuum in illa cauſa dent dummodo iudex recuſatus prius à curia audiatur atq; recuſationis cauſæ vrgentes & veræ deprehendantur. Haud quoque iudicis recuſati conſciẽtiæ relinquitur, vt ipſemet vel de cauſis recuſationis vel de aliis, quæ inde dependent etiam iuramento præſtito, cognoſcat, veluti ſi obiiciatur ꝙ litem direxerit ſeu parti litiganti conſiliũ dederit. Ita enim recuſatus offenditur & exacerbatur, eáque ratione facillimè periuria, quæ in ſeculo hoc peruerſo ad modum frequentia ſunt, committi poſſent. Quo etiam pertinet, quod in omnibus caſibus, qui iure aut legibus iudicum conſcientiæ relinquuntur, iuramenta aut declarationes iuratæ tantum operari nequeant, quin partes litigantes audiantur, ſi ad probationem contrarij ſe offerant.[a] Quod incuria parlamenti noſtri Tholoſani exactè & religioſè obſeruatur.

ADDITIO.

[a] Qui tamen eiuſmodi nequitia vti ſolent, aduocatorum nomen haud aliter merentur quàm vt beſtiales aduocati dicãtur, ex Frãciſco Viuio Dn. Andr. Knich. *de Sax. non prouoc. iuriſd. verb. ius cap. 3. num. 65.* Cùm propriè loquendo ſaltem rabulæ ſint, viti litigatores, caninè facundi, clamatores odioſi & mercenarij, quorũ libertatem temeritas, conſtantiam audacia præceps, eloquentiam inanis quædam imitatur fluentia loquendi, qui ceu rapones dum præſepibus ſe detinent forenſibus, vmbram quoque ſpei deuorant, qui cum bulga cœnant, lauant, dormiunt, omnémque ſpem atque ipſam vitam in bulga habent, qui ſpreta fide & officij religione miſellos ex agro in forum, ab aratro ad ſubſellia, ab vſu rerum domeſticarum ad inſolitam litem & iudicium traducere ſolent, atque ſic cum aliorum infamia & erroribus lucrum ſibi quærunt, & non parum diuturno litigantium ſqualore & annoſis atque ſecularibus litibus delectantur. De quibus rectè accipi poteſt illud ſacri vatis: *Væ vobis qui dicitis malum bonũ, & bonum malum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem, qui ſperatis in calumniam & tumultum cauſarum:*

———ſtabunt Æacia magno
Vobis cauſidici linguam qui vendit iſti
Vos manet infernus, renuit vos ordo ſupernus.

Verus autem aduocatus ſpectat altius & æternam domum contuetur, neque ſermonibus vulgi ſe dedit, neque in præmiis humanis ſpem ponit rerum humanarum, ſuis cum illecebris virtus ipſa capit & trahit ad decus ſuum. Vnde etiam D. Anaſtaſius teſtatur, quod aduocationis officium laudabile & vitæ hominum neceſſarium ſit, ac principalibus præmiis maximè illud remunerari oporteat. Atque veri aduocati, qui dextra rogantibus conſilia dare iuſtaſque eorum cauſas patrocinio ſuo coram iis, qui aures acri lotas aceto habent, tueri ſolent, veteres illos ICtos repræſentare videntur, ad quos in ſolio ſedentes ſic adibatur, vt non ſolùm de iure ad eos, verum etiam de omni officio aut negotio referretur atque expediuntur ab illis lites, quæ non modo ſingulos, ſed etiam vniuerſas familias euertere poſſunt, putántque ij lucrum & quæſtum eſſe maximum prodeſſe quàm plurimis ϰ̀ τοὺς ἀνθρώπους μάλιστα μιμοῦνται τοὺς θεοὺς ὅταν εὐεργετῶσιν, *argum. l. fin. C. de donat. inter vir. & vx.* M. Guy du Faur en la remonſtrance faicte en la cour de parlement de Paris à l'ouuerture des plaidoiries apres la feſte des Paſques 1569. Hinc etiã vt aduocati eo melius in officio cõtineãtur iuramẽto obſtringi ſolẽt, atque in Gallia parlamẽtorum aduocatos toties iurare oportet, quoties poſt ferias magnas curia ad agendũ & iudicãdũ denuo ac ſolẽ-

niter aperitur. Cæterùm nõ inutiliter quæri poſſet, quando aduocati & procuratores iuramento obſtringi primo cœperint? Athenis enim vel Romę eos iurare oportuiſſe non legitur, cùm tamen vtroque in loco iudices, non niſi iurati, ſententias dicerent, ex quo illum præclarum modum rogandi iudicis accepimus, (vt Cicero inquit) *quæ ſalua ſide facere poſſis:* atque alibi: *cũ illam iudicandi cauſa tabellam ſumſerit, meminerit ſe Deum adhibere teſtem, &c.* Imò non ſoli Iudices, ſed cæteri etiam magiſtratus tam ciuiles, quàm militares, cùm commiſſa officia exercere primùm inciperent, iuramentum præſtabant: *Neque enim magiſtratum* (vt Tit. Liuius ſcribit) *plus quinque dies, niſi qui iuraſſet, licebat gerere:* atque poëta Papinius de præfect. prætor. ita cecinit:

Felix, qui magno iam nunc ſub preſide iuras,
Cuique ſacer primùm tradit Germanicus enſem.

Sic ſenatores Romanos ſingulis annis poſt Calendas Ianuarij die tertio iuraſſe vel ex illo Cornelij Taciti loco ſatis colligi poteſt, vbi de optimi ſenatoris Thraſeæ Poetæ accuſatione loquitur, obij ciebatur, inquit, quod principio anni ſolemne ſacramẽtum vitarat. Verùm de aduocatorũ & procuratorum iuramento nihil hiſtoriis antiquis proditum eſt, niſi de eo, quod calumniæ vitandæ ergo præſtari ſolebat. Imò oratores non iuraſſe, illud Ciceronis pro Cecinna euincit: iurati teſtes, inquit, hoc dicunt, quod ego iniuratus, inſimulo. Sufficit tamen hunc morem in bene conſtitutis Rebuſpublicis iã receptũ eſſe, licet à Græcis & Romanis ille deriuari nequeat. Nam & hic non incommodè vſurpari poteſt, quod alibi Cicero dicebat: *meũ* (inquit) *iudicium ſemper fuit, omnia noſtros aut inueniſſe per ſe ſapientius, quã Græcos, aut accepta ab illis feciſſe meliora, quæ quidem digna ſtatuiſſent, in quibus elaborarẽt:* & paulò poſt: *Rempublicam maiores noſtri melioribus certè temperarunt & inſtitutis & legibus.* Scrupuloſius verò inquirenti nõ adeò abſurdum videbitur ſi hic iurandi mos referatur ad illũ, quo veteres oratores Gręci & Latini orationes ſuas à Iouis inuocatione ordiri ſolebant. Nã & iuramentum cultus diuinus, & inuocationis quędã ſpecies eſt. Quo etiam illud Ciceronis *in libris de diuinatione* pertinet: vbi de aduerſario ſuo ita ludit: *ſic quid ex vetere aliqua oratione: Iouem ego optimum maximum.* Hinc etiam Valerius *in proœmio libri ſui* hiſce verbis vtitur: *Si* inquit, *priſci oratores à Ioue optimo maximo orſi ſunt*, atque auctor Rhetorices *ad Herennium* de morte Gracchi natu minimi inquit: *cum inciperet precari impetus in eum factus eſt.* De quibus eleganter & latè M. Guy du Faur *alleg. loc.* Ac quemadmodum olim apud Græcos athletis ſolemne erat iurare ſe in olympicis certaminibus nihil fraude mala, nihil dolo commiſſuros, vt refert Pauſanias *lib. 5. in Eliac.* ſic & inter aduocatos ius iurandum pręſtari ſolitum hoc efficiat, vt neque mala fide, nec mendaci veritatis reticentia, neque vllo dolo malo ad victoriam litis obtinendam peruenire contendant. Ann. Robert, *libr. 2. rer. iud. capit. 19. pag.* (mihi) 200. *col.* 1. [b] *libr. 2. epiſt. 1. in pr.* [c] Cicero 4. *in Verrem.* [d] Cicero *pro A. Cluent.* [e] Aſcõ. Pædian. 2. *in Verr. act.* [f] Robertus Stephanus *in ſuo dictionar. Latinogall. ſup. verb. reijcio.* [g] *l. apertiſſimi, C. de iud.* [h] *c. quia ſuſpect. 1. quæſtion. 5. capit. 2. requiris, de appellat.* [i] Cicero *libr. 1. de diuinat. & libr. 1. de orat.* [k] gloſſ. & D D. *in* §. *iſta. Inſt. de action. in l. Fulcinius.* §. *quid ſit. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.*

DECISIO LXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Dubias recuſationis cauſas obijcientes ad earundem probationem obſtringuntur, niſi ipſorum recuſatorum confeſſione releuentur.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo iudices recuſati in parlamento Tholoſano audiantur ſuper facto recuſationum contra eos propoſitum.*

2 *Recuſatus cauſam recuſationis confitẽs ab vlteriori probatione recuſantem releuat.*

3 *Iudex facilius quàm teſtis recuſari poteſt.*

4 *Conſtitutio Bleſenſis corrigit aliud regium edictum, quo prohibebatur, ne iudices, propter ſimplicem recuſationis allegationem, à cauſa cognitione abſtinerent.*

HAVD immeritò in deciſione præcedenti diximus, iudices recuſatos potius audiri debere. Cùm enim iuri conueniens eſſe traditum ſit, vt in iudices† recuſatio inquiratur, an cauſæ recuſationum 1

iis obiectæ

iis obiectæ verè ſint [a] ideò eius loco in curia noſtra receptum eſt, vt recuſationis libellus in plena conſeſſu & præſentia corũ, qui recuſati fuerũt, legatur, recuſatique ad factum quod in libello proponitur, quantum ſciunt, propriáque iis conſcientia dictat. (Intelligimus autem viros, maximè integros & religioſos, quales ſenatores ferè omnes ſunt) reſpondeant, & poſtea iis remotis de recuſationis cauſis cognoſcatur, ſiq; eædẽ vrgentes deprehendantur atque à recuſatis probabiliter ignorentur, pars recuſans ad probationem coram delegato ad hunc actum commiſſario admittatur, (qui plerumque libelli illius referens eſt, aut eius loco alius, ſi videlicet iſte impediatur aut alias commiſſionem ſuſcipere nolit) factique probatione, ſi ſufficiens ſit, pronuncietur recuſatos iudices à cauſæ iſtius cognitione abſtinere debere, vel è contra ſi cauſæ factæ recuſationis nõ ſufficientes deprehendantur, eam reiiciendam eſſe non tam iure quàm probatione deficiente, (quod aliquando accidit) aut potiùs reiectionis cauſis magis commentitiis quã veris, quod ordinarij iuris eſſe ferè ſemper dignoſcitur. Si etiam ex ipſi iudicum reſponſione vel in totum, vel ſufficienter ex parte conſtet, cauſas recuſationis vrgentes & probabiles eſſe, tum ſtatim ipſi recuſatorio libello eiuſmodi decretum à curia inſcribi ſolet, quod recuſati iudices abſtinere debeant. Nec attenditur eo caſu illud dubium, quod quodam in loco Rebuffus mouit [b] nempe iudices recuſationi ſæpius haud difficulter aſſenſuros eſſe, vt ea ratione à grauiſſimo iudicandi munere ij liberentur. Nam reſpõderi poteſt primò, quod tale quippiam non præſumatur, cùm nulli iudicum, præſertim ſuperiorum, recuſatio grata eſſe queat, [c] ſed rectè Vlpianus dixerit, quadantenus arbitro contumeliam inferri, ſi ſpreta ipſius auctoritate ad iudiciũ, vel ad alium arbitrum litigatores ierint, adeò vt quamuis ad ipſum mox redierint, cogi non poſſit inter eos diſceptare. [d] Deinde conſtat teſte re‑uſato † cauſam recu-
2 ſationis confitente, firmiter omnino recuſationem ſubſiſtere. Multo magis ergo idem quoad iudices recuſatos obtinebit vt facta eorum confeſſio partem recuſantem ab vlteriori probatione, quæ ſine impenſis & ſumtu fieri nequit, releuet: præſertim cùm DD. communiter & veluti vno ore tradant: faciliùs leuioribúſque ex cauſis,
3 iudicem † quàm teſtem refutari quod qui ius reddant inueniri plures poſſint, quàm qui teſtimonium dicant: [e] Quod in curia noſtra vſu ita receptum eſt, & tam ſanctè obſeruatur, vt ipſimet Domini ſenatores per ſe atque antequam à partibus opponantur, ſanguinis coniunctionem, aliaſque ſimiles recuſationis cauſas quas ſibi iudicaturis obſtare vident, indicare ſoleant. Quod cùm factũ eſt, curia iis remotis de cauſis illis deliberat, eáſque, ſi vrgentes deprehendit, litigantibus vigore conſtitutionis a rege Henrico III. Bleſis promulgatæ ſignificat. [f] Qua conſtitutione etiam aliud
edictum † regium correctu fuit, quo pro- 4
hibebatur, ne iudices ob ſimplicem partis litigantis allegationem à cauſæ cognitione abſtinerent, ſed expectarent donec partes litigantes recuſationis cauſas legitimè probauerint, vtpote quibus eiuſmodi probatio iure Canonico iniuncti videatur, cùm tamen antea modeſti & probi iudices ſolerent in cognitionib. ſe excuſare, in quibus manifeſtum erat alterã apud eos partem gratia præualere, quemadmodum ſub perſona Secundi Cornelium Tacitum, aut alium qui auctor dialogi de oratore fuit, ſcriptum reliquiſſe videri poteſt; & quidem potiſſimum hanc ob cauſam quod ſi ſententia feratur ab iis, qui ob cauſas euidentes & notorias, quæque probabiliter non ignorabantur, recuſari poterant; fieri non poſſit, quin ita exiſtimetur, quod magis aduerſi fuerint parti, quæ legitimas recuſationis cauſas habebat, præſertim ſi contra eam pronunciarint. Quod eleganter admodum quodam in loco Quintilianus expreſſit. [g]

Additiones.

a Gloſſ. *in cap. 1. de except.* Perus. *in cap. cum ſpeciali, de appellat.* b *glo. 3. in conſt. Caroli VIII.* c Langlæ. *lib. 2. cap. 2. et ij ſemeſtr.* d *l. ſed in ſeruum, § fin. cum l. ſequ. & l. litigatores, de recept. arbit.* e gl. *in c. cum R. Canonicus, de offic. deleg.* gl. & Inno. *in cap. inſinuante, eodem,* Iaſon *in l. apertiſſimi C. de iud.* f Anno 1579. *art.* 118. g *in declamat. pro milit. contra tribun. Marij propinquum.*

Decisio LXXXIX.

Argumentum.

Iudex etiam propterea recuſari poteſt, quod alterius compater ſit. 1

SVMMARIA.

1 *Iudex rectè ideo recuſatur, quod parti aduerſæ filium è baptiſmo ſuſceperit.*

2 *Teſtis recuſari nequit, quod partis producentis compater ſit, niſi ipſe producentem, vt compater eſſet rogarit.*

QVod ſuperius diximus iudicem facilius quàm teſtem recuſari poſſe etiam tum procedit, quando de recuſatione ob compaternitatem quæritur.

1 Nam Iudex † tanquam ſuſpectus recuſari poteſt, ſiue ipſemet rogatus filium aut filiam litigatoris è ſacro baptiſmate leuarit a (quod quidem olim à quibuſdam in dubiũ vocabatur) ſiue litigator tale Chriſtianæ charitatis officium ipſi iudici præſtiterit. (de quo nũquam dubitatum fuit.) Aliud verò quoad recuſationem teſtium obtinet.

2 Nam vt ſuſpectus recuſari † nequit teſtis, qui pro infante partis, à qua producitur in ſacro baptiſmate fideiuſſit, licet à teſtimonij dictione repellatur, ſi ipſemet filium aut filiam ſuam è ſacro fonte à parte producente leuari rogarit. Nam priori caſu Chriſtianum hoc officium honeſtè denegare potuit, ſicque affectio, quæ ex compaternitate naſci poteſt, principaliter imò ferè tota à parte non à iudice dependet. Atque ſic à curia noſtra ſemper iudicari vidimus: Nec obſtant quæ à domino præſide Aufrerio in contrarium afferri videntur. b Accipi enim ea debent de primo illo caſu recuſationem iudicis concernente, de quo, vt dictum eſt, dubitatum quondam fuit. Verum oi, quod ex recentioribus affertur, tanquam deciſo & definito merito adhæremus.

ADDITIONES.

a Gloſſ. *in capit. cum R. Canonicus., de offic. delegat.* Ioannes Andreæ & Domini *in capit. Romana, §. quod ſi obiiciatur, de appellat. in 6.* b *in ſuo tractat. de recuſat.* c Ranchinus *part. prima concluſ.* 482. & 483.

DECISIO XC.

ARGVMENTVM.

Referens cauſæ facilè recuſatur.

SVMMARIA.

1 *Referens facilius recuſari poteſt, quàm alij iudices.*

2 *Interdum decernitur, vt referens ſaltem à relatione abſtinere debeat, ſed nihilominus cauſæ diſceptationi & deliberationi de ſententia concipienda intereſſe poſſit.*

3 *Referentes libellorum recuſatoriorũ olim à relatione cauſæ principalis abſtinere oportebat. Quod hodie mutatum eſt.*

VLtra ea, quæ de recuſatione † iudicum etiam ſuperiorum, in præcedentibus deciſionibus attulimus, experientia quoque ſatis nos docuit; referentem cauſæ facilius recuſari poſſe quàm alios iudices. Et quidem non immeritò. Voto enim referentis multum tribui & facilè fieri ſolet, vt in eius ſententiam reliqui ſenatores eant, eámque vel per ſolam particulam idẽ confirment. Quod etiam apud veteres olim factum fuiſſe, tot ICtorum reſponſa, in quibus clauſula illa *idem reſpondit, idem placuit, &c.* reperitur, euidenter comprobant. 1

Vnde quoque eſt, quod curia noſtra, † ſi cauſas recuſationis Dn. referenti obiectas, quidem leues, ſed nihilominus veroſimiles, & quæ ſcrupulum aliquem litigantibus mouere poſſint, depræhendat; decernere conſueuit, vt referens à ſola relatione abſtineat, ſed deliberationi de ferenda ſententia intereſſe poſſit. Quod tamen extraordinariè, perrarò & cum magna cauſæ cognitione fieri ſolet, ne videlicet res ad cõſequentiam trahatur, indéque magna quoad iuſtitiæ adminiſtrationem confuſio exiſtat ob cauſas, quas magis tacere, quã pluribus enarrare conuenit. Præterea cùm curia noſtra † deprehendiſſet vtplurimum referentes libellorum recuſatoriorũ pronos ad recuſationis admiſſionem eſſe, ea ſpe fretos, quod ipſi quoque cauſam principalem relaturi eſſent per certas, vt vocant, Mercuriales, cauit, ne in poſterum ei, qui libelli recuſatorij referens fuiſſet, cauſę principalis relatio committeretur. Quod cùm aliquãdiu à præſidibus claſſium, quibus diſtributio actorum ſeu cauſarum incumbit, obſeruatum fuiſſet, freqũetes procuratorum querelæ obortæ ſunt, quod quando libellus recuſatorius offerretur, nullus ſenatorum eum recipere atque referre vellet, ſed nonnulli ſe excuſarent, alij referẽdi munus planè denegarẽt, cæteri ad collegas, procuratores remitterẽt. Factum item ea ratione fuit, vt ipſi procuratores de validitate cauſarum recuſationis certi, libellum recuſatorium data opera ei offerrent, quem cauſæ principalis referẽtem eſſe

eſſe nolebant, licet cauſas, quibus eum recuſarent, nullas haberent. Quare curia noſtra poſtea commota fuit, vt omiſſo priori decreto ſuo diſtributionem actorum, ſeu cauſarum, arbitrio religioni & conſcientię præſidum denuò relinqueret, quemadmodum antea etiam conſtitutionibus regiis ſancitum erat.

DECISIO XCI.

ARGVMENTVM.

Iu lex, cuius filius in cauſa patrocinium præſtat, atque in iiſdem ædibus cum patre commoratur, recuſari poteſt.

SVMMARIA.

1 *Recuſari poteſt iudex propterea quod eius filius aduocatus, procurator aut ſollicitator cauſæ ſit, de qua diſceptatur.*

2 *Quod probabile quodammodo videtur ſi eiuſmodi perſonæ ſub eodem tecto habitent & vna ſeu communi menſa vtantur.*

3 *Subornata quadam ſollicitatio ad eum finem facta, vt iudex recuſari poſſet.*

Illud autem liberè & ingenuè nos fateri oportet, rem hodie † eo redactam eſſe,
1 vt quamuis omnis generis munimenta aquæ ad publicum vſum, vt metaphoricè loquamur, retinendę cauſa facta ſint; tamen fieri nequeat, dum omnes ſibi melius eſſe volunt, quàm alteri; quin eandem per canales, aquagia aliáſque vias ſubterraneas ad molendina ſua diuertere & ducere quouis modo quilibet conetur.

Quare etiam factum eſt, vt admittantur recuſationes iudicum depromptæ a perſonis aduocati, procuratoris aut ſollicitatoris, contra arreſta antiqua non tantum curiæ noſtræ Tholoſanæ ſed etiam aliorum parlamentorum, quæ alibi à Papone referuntur a ſatiſque fulcita ſunt auctoritate antiquorum interpretum & Doctorum iuris Canonici, b qui tradiderunt; iudicem propterea firmiter recuſari non poſſe quod eius filius alterutrius litigantium aduocatus ſit. c Etſi enim aduocati, procuratores & ſollicitatores clientibus ſuis haud gratis inſeruiunt, ſed compenſationis loco ſua ſalaria petunt: tamen ſaltem conſiliis, miniſterio procurationis & induſtria ſua litigantes iuuare ſolent, ipſa verò cauſa ſeu lis nihil eos concernit, imò pactum de quota litis facere eam ob cauſam illi omnino prohibentur, vt plenius ſuo loco dicetur Sanè, ſi eiuſmodi perſonæ † in iiſ- 2
dem ædibus cum iudice commorentur, eadémque menſa vtantur, atque ſic familiares & domeſtici ſint, tum eiuſmodi recuſatio quodammodo ſuſtineri poſſet? Verum, ſi ſeorſim illæ habitent, res admodum abſurda & cum periculoſa conſequentia coniuncta eſſet, ſi recuſationibus illis locus daretur. Facillimè enim ea ratione ſubornationibus, ſuppoſitionibus aliíſque ſimilibus cauillationibus feneſtræ aperirentur: quemadmodum curia noſtra multo iam tempore ita euenire animaduertit.

Sic cùm lis mota cauſáque in prima inſtantia coram nobis, veluti iudice ordinario, de Sainct Cere, in materia noui operis nunciationis Anno 1564. inter duos ciues dicti loci introducta, eadémque deinde per appellationem ad parlamentum deuoluta, eiúſque relatio Dn. Papo commiſſa fuiſſet; alter litigantium, qui Dn. Papum referentem eſſe nolebat, nullámque iuſtam recuſationis cauſam obijcere poterat, non ignorans prædicta præiudicia, quibus recuſationis ex perſonis ſollicitatorum admiſſæ fuerant, illud conſilij cepit, vt per ſubornatos quoſdam nomine partis aduerſæ, eáque inſcia, nobili cuidam fœminę Papi propinquæ lampretam ſeu muſtelam ſtellarem eo fine, offerri curaret, vt apud Dn. Papum in cauſa illa ſollicitaret. Quod cùm factum fuiſſet, † atque fœmina illa
3 nomine partis aduerſæ, quæ iſta, vt diximus, ignorabat, propinquum ſuum ſollicitaſſet; mox altero die libellus recuſatorius curiæ exhibitus fuit, ab altero litigatore, qui omnia hæc callidè procurarat atque petebat, vt propter ſollicitationem hanc nobilis fœminæ relatio cauſæ Papo, tanquam ſuſpecto adimeretur. Papus ſollicitationem hanc perendie factam fuiſſe fatebatur, ſed propinquam ſuam adieciſſe, ſe precibus cuiuſdam, quem non nouerat, ad ſollicitandum commotam fuiſſe. Mox quidam ex dominis ſenatoribus ſupplicem libellum partis illius, cuius nomine ſollicitatio facta fuerat, exhibuit, quo narrabatur; alterum litiga-

ADDITIONES.

a *En ſon recueil. tit. de recuſat. art* 10. b Peruſin. *in c. poſtremo, de recuſat,* c *arg. l. qui cùm natu maior, §. patroni filius, de bon. libert. cap.* 1. vbi gloſſ. & DD. *de offic. iud. ordin.* Iaſon & alij *in l. prætor, de iuriſd. omn. iud. l. inter officium, de re vind.*

SVMMARIA.

1 *Iudex rectè ideo recuſatur, quod parti aduerſæ filium è baptiſmo ſuſceperit.*

2 *Teſtis recuſari nequit, quod partis producentis compater ſit, niſi ipſe producentem, vt compater eſſet rogarit.*

QVod ſuperius diximus iudicem facilius quàm teſtem recuſari poſſe etiam tum procedit, quando de recuſatione ob compaternitatem quæritur.

1 Nam Iudex † tanquam ſuſpectus recuſari poteſt, ſiue ipſemet rogatus filium aut filiam litigatoris è ſacro baptiſmate leuarit a (quod quidem olim à quibuſdam in dubiũ vocabatur) ſiue litigator tale Chriſtianæ charitatis officium ipſi iudici præſtiterit. (de quo nũquam dubitatum fuit.) Aliud verò quoad recuſationem teſtium obtinet.

2 Nam vt ſuſpectus recuſari † nequit teſtis, qui pro infante partis, à qua producitur in ſacro baptiſmate fideiuſſit, licet à teſtimonij dictione repellatur, ſi ipſemet filium aut filiam ſuam è ſacro fonte à parte producente leuari rogarit. Nam priori caſu Chriſtianum hoc officium honeſtè denegare potuit, ſicque affectio, quæ ex compaternitate naſci poteſt, principaliter imò ferè tota à parte non à iudice dependet. Atque ſic à curia noſtra ſemper iudicari vidimus: Nec obſtant quæ à domino præſide Aufrerio in contrarium afferri videntur. b Accipi enim ea debent de primo illo caſu recuſationem iudicis concernente, de quo, vt dictum eſt, dubitatum quondam fuit. Verum ei, quod ex recentioribus c affertur, tanquam deciſo & definito meritò adhæremus.

ADDITIONES.

a Gloſſ. *in capit. cum R. Canonicus., de offic. delegat.* Ioannes Andreæ & Domini *in capit. Romana, §. quod ſi obiiciatur, de appellat. in 6.* b *in ſuo tractat. de recuſat.* c Ranchinus *part. prima concluſ.* 482. *&* 483.

DECISIO XC.

ARGVMENTVM.

Referens cauſæ facilè recuſatur.

SVMMARIA.

1 *Referens facilius recuſari poteſt, quàm alij iudices.*

2 *Interdum decernitur, vt referens ſaltem à relatione abſtinere debeat, ſed nihilominus cauſa diſceptationi & deliberationi de ſententia concipienda intereſſe poſſit.*

3 *Referentes libellorum recuſatoriorũ olim à relatione cauſæ principalis abſtinere oportebat. Quod hodie mutatum eſt.*

VLtra ea, quæ de recuſatione † iudicum 1 etiam ſuperiorum, in præcedentibus deciſionibus attulimus, experientia quoque ſatis nos docuit; referentem cauſæ facilius recuſari poſſe quàm alios iudices. Et quidem non immeritò. Voto enim referentis multum tribui & facilè fieri ſolet, vt in eius ſententiam reliqui ſenatores eant, eámque vel per ſolam particulam idẽ confirment. Quod etiam apud veteres olim factum fuiſſe, tot ICtorum reſponſa, in quibus clauſula illa *idem reſpondit, idem placuit, &c.* reperitur, euidenter comprobant.

Vnde quoque eſt, quod curia noſtra, † ſi 2 cauſas recuſationis Dn. referenti obiectas, quidem leues, ſed nihilominus veroſimiles, & quæ ſcrupulum aliquem litigantibus mouere poſſint, depræhendat; decernere conſueuit, vt referens à ſola relatione abſtineat, ſed deliberationi de ferenda ſententia intereſſe poſſit. Quod tamen extraordinariè, perrarò & cum magna cauſæ cognitione fieri ſolet, ne videlicet res ad cõſequentiam trahatur, indéque magna quoad iuſtitiæ adminiſtrationem confuſio exiſtat ob cauſas, quas magis tacere, quã pluribus enarrare conuenit. Præterea cùm curia noſtra † deprehendiſſet vt plurimum 3 referentes libellorum recuſatoriorũ pronos ad recuſationis admiſſionem eſſe, ea ſpe fretos, quod ipſi quoque cauſam principalem relaturi eſſent per certas, vt vocant, Mercuriales, cauit, ne in poſterum ei, qui libelli recuſatorij referens fuiſſet, cauſę principalis relatio committeretur. Quod cùm aliquãdiu à præſidibus claſſium, quibus diſtributio actorum ſeu cauſarum incumbit, obſeruatum fuiſſet, freqũetes procuratorum querelæ obortæ ſunt, quod quando libellus recuſatorius offerretur, nullus ſenatorum eum recipere atque referre vellet, ſed nonnulli ſe excuſarent, alij referẽdi munus planè denegarẽt, cæteri ad collegas, procuratores remitterẽt. Factum item ea ratione fuit, vt ipſi procuratores de validitate cauſarum recuſationis certi, libellum recuſatorium data opera ei offerrent, quem cauſæ principalis referẽtem eſſe

eſſe nolebant, licet cauſas, quibus eum recuſarent, nullas haberent. Quare curia noſtra poſtea commota fuit, vt omiſſo priori decreto ſuo diſtributionem actorum, ſeu cauſarum, arbitrio religioni & conſcientię præſidum denuò relinqueret, quemadmodum antea etiam conſtitutionibus regiis ſancitum erat.

DECISIO XCI.

ARGVMENTVM.

Iu lex, cuius filius in cauſa patrocinium præſtat, atque in iiſdem ædibus cum patre commoratur, recuſari poteſt.

SVMMARIA.

1 *Recuſari poteſt iudex propterea quod eius filius aduocatus, procurator aut ſollicitator cauſæ ſit, de qua diſceptatur.*

2 *Quod probabile quodammodo videtur ſi eiuſmodi perſonæ ſub eodem tecto habitent & vna ſeu communi menſa vtantur.*

3 *Subornata quædam ſollicitatio ad eum finem facta, vt iudex recuſari poſſet.*

ILlud autem liberè & ingenuè nos fateri oportet, rem hodie † eo redactam eſſe,
1 vt quamuis omnis generis munimenta aquæ ad publicum vſum, vt metaphoricè loquamur, retinendę cauſa facta ſint; tamen fieri nequeat, dum omnes ſibi melius eſſe volunt, quàm alteri; quin eandem per canales, aquagia aliáſque vias ſubterraneas ad molendina ſua diuertere & ducere quouis modo quilibet conetur.

Quare etiam factum eſt, vt admittantur recuſationes iudicum depromptæ à perſonis aduocati, procuratoris aut ſollicitatoris, contra arreſta antiqua non tantum curiæ noſtræ Tholoſanæ ſed etiam aliorum parlamentorum, quæ alibi à Papone refeꝛuntur a ſatiſque fulcita ſunt auctoritate antiquorum interpretum & Doctorum iuris Canonici, b qui tradiderunt; iudicem propterea firmiter recuſari non poſſe quod eius filius alterutrius litigantium aduocatus ſit. c Etſi enim aduocati, procuratores & ſollicitatores clientibus ſuis haud gratis inſeruiunt, ſed compenſationis loco ſua ſalaria petunt: tamen ſaltem conſiliis, miniſterio procurationis & induſtria ſua litigantes iuuare ſolent, ipſa verò cauſa ſeu lis nihil eos concernit, imò pactum de quota litis facere eam ob cauſam illi omnino prohibentur, vt plenius ſuo loco dicetur Sanè, ſi eiuſmodi perſonæ † in iiſ- 2
dem ædibus cum iudice commorentur, eadémque menſa vtantur, atque ſic familiares & domeſtici ſint, tum eiuſmodi recuſatio quodammodo ſuſtineri poſſet? Verum, ſi ſeorſim illæ habitent, res admodum abſurda & cum periculoſa conſequentia coniuncta eſſet, ſi recuſationibus illis locus daretur. Facillimè enim ea ratione ſubornationibus, ſuppoſitionibus aliiſque ſimilibus cauillationibus feneſtræ aperirentur; quemadmodum curia noſtra multo iam tempore ita euenire animaduertit.

Sic cùm lis mota cauſáque in prima inſtantia coram nobis, veluti iudice ordinario, de Sainct Cere, in materia noui operis nunciationis Anno 1564. inter duos ciues dicti loci introducta, eadémque deinde per appellationem ad parlamentum deuoluta, eiúſque relatio Dn. Papo commiſſa fuiſſet; alter litigantium, qui Dn. Papum referentem eſſe nolebat, nullámque iuſtam recuſationis cauſam obijcere poterat, non ignorans prædicta præiudicia, quibus recuſationis ex perſonis ſollicitatorum admiſſæ fuerant, illud conſilij cepit, vt per ſubornatos quoſdam nomine partis aduerſæ, eáque inſcia, nobili cuidam fœminę, Papi propinquæ lamprętam ſeu muſtelam ſtellarem eo fine, offerri curaret, vt apud Dn. Papum in cauſa illa ſollicitaret. Quod cùm factum fuiſſet, † atque fœmina illa nomine partis aduerſæ, quæ iſta, vt diximus, ignorabat, propinquum ſuum ſollicitaſſet: mox altero die libellus recuſatorius curiæ exhibitus fuit, ab altero litigatore, qui omnia hæc callidè procurarat atque petebat, vt propter ſollicitationem hanc nobilis fœminæ relatio cauſæ Papo, tanquam ſuſpecto adimeretur. Papus ſollicitationem hanc perendie factam fuiſſe fatebatur, ſed propinquam ſuam adieciſſe, ſe precibus cuiuſdam, quem non nouerat, ad ſollicitandum commotam fuiſſe. Mox quidam ex dominis ſenatoribus ſupplicem libellum partis illius, cuius nomine ſollicitatio facta fuerat, exhibuit, quo narrabatur; alterum litiga-

ADDITIONES.

a *En ſon recueil. tit. de recuſat. art* 10. b Peruſin. *in c. poſtremo., de recuſat,* c *arg. l. qui cùm natu maior, §. patroni filius, de bon. libert. cap.* 1. vbi gloſſ. & DD. *de offic. iud. ordin.* Iaſon & alij *in l. prætor, de iuriſd. omn. iud. l. inter officium, de rei vind.*

litigatorem fraudulenter quendam ſubornaſſe,qui donum illud nobili fœminæ offerens ſollicitationem fieri petierit, vt ea ratione referēte recuſato, proceſſus & cauſa multum differretur, quam ille referre iā paratus eſſet, relationémque ſuam audiri petierit. Quare vt conſequentiæ & exemplo curia maturè occurreret, decreuit, vt pars illa,quæ ſubornationem & ſuppoſitionem procurarat, illique qui lampretam fœminæ attulerāt, comparerent & examinarentur. Quod cùm factum fuiſſet, veritáſque facti abundè doceretur,curia per arreſtum ſuum 18. Martij Anno 1567. pronunciatum,parti recuſanti petitionem ſuā denegauit, eámque regi in emendam viginti quinque librarum condemnauit.Decreuit item,quod ſollicitator ille,qui ſuppoſitionem procurarat, denuò in propria perſona comparere atque ad certa quædam interrogata,quæ regis procurator generalis facturus eſſet, reſpondere deberet. Verū cùm non parum periculi inde ſibi imminere ille animaduerteret,ſtatim diſceſſit,& poſtquam litigantes tranſactionem de cauſa principali feciſſent, acceſſorium illud quamuis pœna dignum ſine vlteriori perſecutione in medio relictū fuit. Quod acceſſorium aliunde ortum ſuum non traxerat,quam ex admiſſione recuſationū, quæ ſuper perſonis ſollicitatorum fundantur, qui pro partibus litigantibus ob cauſas ſupra allegatas haberi nequeunt.Quod tamē ſemper ita accipi volumus, quemadmodū etiam ſupra explicauimus,ſi aduocati procuratores & ſollicitatores ſeorſim à iudicibus habitent. Nam alias ſi in iiſdem ædibus,cum iudicibus commorentur, impugnari haud poteſt, quod curia noſtra non ſine ratione iudicare conſueuit.Quo etiam referendum eſſe exiſtimamus illud quod Dn. præſes Aufrerius tradit [a] ſe vidiſſe à parlamento noſtro Tholoſano ita iudicari, quoad aduocatum, ſenatoris generum, qui in ſoceri ædibus commorabatur. Idem ergo animaduertens Dn. Raymondus noſtræ curiæ ſenator, cùm filiam natu iuniorem Procuratoris de Vedrines vxorem duxiſſet,ædes ſoceri maturè reliquit,& propè eius peculiarem domum de nouo extruxit.Interea enim temporis, cùm adhuc apud ſocerum degeret,recuſationes obiectæ frequenter,ad noſtram quoque relationem contra eum admiſſæ fuerunt. Nam familiaritas & conuerſatio domeſtica, quā eadē habitatio, idémque victus (iuxta gloſſam iuris Canonici [b] hodie receptam, contra illud Vlpiani,[c] quo familiæ vocabulū paulo ſtrictius declaratur)parere ſolet, litigatoribus omnino iuſtam & legitimam recuſationis cauſam præbere poteſt.

ADDITIONES.

[a] *tit.de recuſat.verſ.ego ſemel vidi.* [b] *gl.1. in c.literis,de teſtib.arg.l. reſpiciendum, §. furta.de pœn.* [c] *l.ædiles, §.familia. de ædilit.edict.*

DECISIO XCII.

ARGVMENTVM.

Ob graues inimicitias iudex recuſari poteſt.

SVMMARIA.

1 *Recuſatio ob inimicitias quas iudex cum litigantibus aut eorum parentibus habet,quatenus admitti poſſit.*

2 *Iudices litem ciuilem aut criminalem cum litigatoribus vel alterutro eorum habentes recuſari poſſunt.*

Recuſari quoque iudices † poſſunt ob inimicitias graues,licet capitales non ſint,quas cum litigatoribus,aut eorum parentibus habent, quod periculoſum ſit, vt eſt apud Caſſiodorum [a] pati iudicem rationabiliter iratum & illud de fortunis tuis decernere,quem te conſtat grauiter irritaſſe.Sub quo tamen prætextu nonnulli trāſgredi ſolent limites a Deo Chriſtianis præſcriptos,minimeque obſeruare illud,quod quendam ex patribus dixiſſe legimus:mortales inimicitias eſſe debere: dum ſucceſſorias inimicitias reddunt & cum patre cœptas continuare cum filio ſtudent; adeò vt iudicū prudentia eo in caſu admodum neceſſaria ſit.Nam etſi dici poſſit cum Hannone apud Liuium [b] de Annibale in ſenatu Carthaginenſi dicturo,leuem eſſe auctoritatem propter paternas inimicitias: tamen exactè perpendi oportet qualitatem cauſæ ſeu litis,iudicis & partium litigantiū atque inimicitiarum cauſas probè examinari, vt firmum & ſolidum iudicium quoad recuſationes eo nomine factas haberi queat. Si enim ex veroſimilibus coniecturis aut legitimis & vrgentibus indiciis appareat,reliquam inimicitiarum paternarū ſupereſſe, recuſatio omnino admittenda erit:ſin

ADDITIONES.

[a] *Var.lib.12.epiſt.1.* [b] *lib.21.*

Digitized by Google

erit: ſin verò deprehendatur, lapſu temporis magni momenti eas expiraſſe, vel etiam nunquam tanti momẽti fuiſſe, quin ſtatim patris morte extingui potuerint; tum recuſatio potius reiicietur, cùm ceſſent paſſiones, quarum contemplatione omnem inquirendæ veritatis rationem iudex amittere ſolet occupatus affectibus. a Quam diſtinctionem etiam curia noſtra Thol. obſeruare ſolita fuit, licet tempore hoc nouiſſimo recuſationes eo nomine factæ frequentius admiſſæ, quã denegatæ fuerint. Sic enim nonnunquam placuit recuſationem ob eam ſolam cauſam admitti, quod iudex litem quandam ciuilem haberet cõtra eum, qui alterutri litigantiũ in 4. gradu conſanguinitatis coniunctus eſſet. Quibus tamen præiudiciis antiquiores ſenatores ſeſe oppoſuerunt dicentes nunquam antea in parlamento ita iudicatũ fuiſſe niſi cauſa criminalis eſſet, déque hominis vita & honore aut vniuerſis bonis vel maxima eorũ parte ageretur. Tum enim curiam noſtram iuxta diſpoſitionem ſimilem iuris ciuilis b quoad cognatos in 4. gradu ita pronunciaſſe vidimus, audiuimus atque experti
2 ſumus. Si verò litem,† ſiue ciuilẽ, ſiue criminalẽ iudex cũ ipſis partibus litigantibus vel alterutra earũ habet, recuſatio ſimpliciter & citra omne dubiũ à curia noſtra admittitur. Quod etiã iuri Canonico c & cõmuni interpretum doctrinę conuenit, licet lis per ſententiam iam definita ſit, atque in rem iudicatam tranſierit. Illud tamen ita intelligi debet, ſi nuper & recenter hoc factum ſit, vt veroſimile fiat vulnus nondũ coaluiſſe. Alias enim, ſi iuſtum temporis ſpaciũ poſt finitam litem lapſum eſſe conſtet, nulláque odij aut rancoris ſigna ſuperſint, partes litigantes vel eorum liberi aut ſucceſſores ineptè agerent, ſi barbarorum & ethnicorum inſtar per friuolam quandã recuſationem ea, quæ diu ſopita & ſepulta fuerunt, nouiter reſuſcitare vellent. Eadem quoque ratione infirmas ſemper & ſuſpectas eſſe duximus recuſationes, quæ propterea fiunt, quod alteruter litigãtium durante illa lite quæ dirimi debet, ipſi iudici litem mouere cœperit. Hiſce enim technis plerúmque ij vti ſolent qui cauſæ ſuæ diffidentes, tergiuerſari incipiunt atq; ea ratione iudicem recuſare conantur, cui alias nullam iuſtam recuſationis cauſam obijcere potuiſſent: & propterea eiuſmodi lites verè affectatæ dici poſſunt & ſic quodammodo negligendæ neque albo verarum litium adſcribendæ.

ADDITIONES.

a Quintilian. *libr. 6. c. 2.* b *in §. item propter litem, Inſt. de excuſat. tutor.* iuncta ibi glo, *l. propter litem ff. eod. l. ſi, vt alleg. ꝰ, C. eod.* c *in c. cum ſuper*, vbi gloſſ. & DD. *de offic. delegat. c. 1.* vbi DD. *extr. de iud.* d *arg. §. item tria onera. Inſt. de excuſat. tutor.* & eorum, quæ à Baldo tractantur *in l. 1. §. cum quis, de quaſt.* & à Canoniſt. *in c. inquiſit. §. & an fides. de accuſat.*

DECISIO XCIII.

ARGVMENTVM.

Amicitia quoque iudicem ſuſpectum reddit.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo iudices recuſari poſſint ob amicitiam vel beneuolentiam, quam cum litigantibus habent?*

Similiter quoque & eaſdem ob cauſas à contrario conſideratas recuſari † iudi- 1
ces poſſunt ob amicitias, quas cum alterutro litigantium habent. Haud enim eadem, vt Ariſtoteles a ſcribit iudicibus videntur cùm diligant, & cùm oderint, nec iratis & quietis, ſed vel omnia aduerſa vel magnitudine diuerſa. Quod accipi volumus non de quauis amicitia, ſed de illa ſaltem, cui amicitiæ nomen verè tribui poteſt cuius intuitu iuxta paraphraſin iuriſconſulti Pauli b verus amicus ille demum dicitur, cum quo ſumma familiaritatis honeſtæ notitia eſt, & arctiſſima charitas. Nam quòd vulgares illas amicitias attinet, quæ ſaltem in ore, verbis, geſtibus, & exterioribus corporis organis conſiſtunt, neque ad interiora cordis penetrant, corruptio & peruerſio iudicij fruſtra timetur. In veris autem amicitiis maxima & arctiſſima coniunctio eſt, adeò vt duo vel tres conglutinati vnam perſonam ſuſtinere videantur. Atque recuſationes, quæ ex eiuſmodi amicitiis petuntur, plus vltra porrigi nequeũt, ſed perſonas amicorum, inſtar Herculis columnarum, pro ſuis limitibus habent.

ADDITIONES.

a ad Theod. *lib. 2. ca. 1.* b *l. lata, §. amicos, de V. S.* Tiraquellus *ad l. ſi vnqua, verb. libertis, n. 92. & ſeqq.* Maſcardus *de probat. concl. 85. & 86. vol. 1.* Menochius, *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 361. numero 11.*

bent. Quare recuſatio illa nimis latè petita videtur, ſi quis iudicem propterea recuſare velit: quod aduerſarius vero amico illius ſanguinis vinculo coniunctus ſit, niſi fortè inter domeſticos & familiares eiuſdē habeatur. Quod eo magis locum habet, ſi illa amicitia prætendatur, quæ inter præſides & Senatores parlamentorum ſanctè colitur. Sanè per tempus illud, quo Senatoris officio in curia functi fuimus, cùm admodum à Præſide quodam inquiſitionum diligeremur ſæpius euenit, vt recuſaremur, non ſolum in cauſis familiares & domeſticos illius, ſed etiam propinquos vſque ad quartum gradum concernentibus: quamuis antea ſimiles recuſationes, & in diuerſis claſſibus à curia noſtra reiectæ fuerint: hic terminus hæret.

DECISIO XCIV.

ARGVMENTVM.

Iudex intempeſtiuè litigatoribus votum ſuum reuelans, vt ſuſpectus, recuſari poteſt.

SVMMARIA.

1 *Iudex, qui anticipat atque ante tempus litigatoribus, vel alterutri eorum, votum & opinionem ſuam declarat, validè recuſari poteſt, præſertim ſi illud facere conſueuerit, & admonitus non deſierit.*

2 *Arreſta* cum dicto *dari ſolent in cauſis, quæ ad conſequentiam trahi non debent.*

1 DEfunctus Dominus † Ioſſe, Senator parlamenti noſtri Tholoſani (cuius ſupra ſæpius mentio facta fuit) præclaris admodum & egregiis donis, quæ tam auguſto officio optimè conueniebant, præditus erat, exactámque iuris Canonici & praxeos, in qua maximè exercitatus erat, cognitionem habebat. Verū naturali hoc vitio laborabat, vt pronus admodum ad cholerum eſſet, atque ob rem minimimā iraſceretur. Ira autem percitus interdum quædā ore proferebat, quæ corde nunquam cogitarat, & oratione mentem præueniente quid loquebatur, cuius poſtea ſtatim eū pœnitebat, quemadmodum ij, quibus mores eius noti fuerunt, ſatis teſtari poſſunt. Verè etiam aſſerere poſſumus, quod per illud tempus, quo noſter tā in palatio, quàm in claſſe inquiſitionum collega fuit ſæpiſſimè ad iram commotus fuerit. Et quamuis ab amicis & familiaribus ſuis (in quorum numero etiam nos ſemper habuit) frequēter moneretur, ne toties iræ frenos laxaret, ſed à malo illo more abſtineret, quo ex iracundiæ calore nonnullis litigantibus obiicere ſolebat, quod malas cauſas, quarū ipſe referens erat, foucrent, quod eas perdituri eſſent, quod temerè litigarent, & pœnā mererentur: tamen corrigi & emendari nō potuit: adeo vt ſæpius partes litigantes ad exemplum Neronis æquo odio habentis eos, qui impertinenter loquerentur, quàm qui planè tacerent: ob [a] motam inde ſuſpicionem libellos recuſatorios, ſuper prædictis ſermonibus fundatos contra eū offerrent atque quererentur, eū votū ſuū propalaſſe antequā de meritis cauſæ in curia diſceptatum fuiſſet, vel etiam Dominus Præſes ſententias rogaſſet. Quod cū fieret, maxima pars Dominorum Senatorū concludebat, recuſationes illas pertinentes, & propterea admittendas eſſe argumēto eorum, quæ in paribus terminis à Canoniſtis [b] atque à Domino Aufrerio [c] notantur. Aliis verò videbatur, hæc quidem in aliis, non verò quoad Dn. Ioſſe, locū habere debere, vtpote qui ob imperfectionem quandam naturalem, quæ multis aliis præclaris virtutibus tegebatur, non tam ex animo quā oris impetu huiuſmodi voces fundere ſoleret. Tandē placuit, vt ille de ea re in pleno conſeſſu admoneretur. Quod ſumma cum humanitate factum fuit à D. Præſide Chauuet, qui ei inter alia curiæ deliberationem ſignificabat, cúmq; exhortabatur, vt ſe cōtineret, atque ſolitam iracundiam tot egregiarum virtutū, quibus ornatus erat, frænis compeſceret; cū alias ſi in priſtino more peruerſo perſeueraret, curiam partium precibus locum dare, illúmque veluti ſuſpectum, quod ſentētiam & votum antè legitimum tēpus propalaſſet, reiicere oporteret, ad exemplū teſtis, qui amplius produci nequit, ſi antè teſtimoniū reuelauerit. [d] Interim verò libelli illi recuſatorij † per 2
arreſtum, quod *cum dicto* appellitant, reiecti fuerūt, nēpe in poſterum ad cōſequentiam illud trahi poſſet, ſi Dn. Ioſſe à more ſuo non abſtineret. Vnde etiam poſtea, cū vſque recurrente natura, licet furca, vt dici ſolet, expulſa D. Ioſſe ad ſuum ingenium rediret, recuſationes eo nomine factæ admiſſæ

ADDITIONES.

a Sueton. *in vita Neronis, cap.* 22. b Ioan. Andr. *in c. irrefragabili*, §. *exceſſus.* & ibi Sicul. & Modern. *de offic. ordin.* c *in tract. de recuſat. verſic.* 17. d *l. produci, de teſtibus.*

miſſæ fuerunt. Quod vel ideò certius teſtari poſſumus, cùm noſmetipſos interdum referre illos libellos recuſatorios oportuerit.

DECISIO XCV.

ARGVMENTVM.

Recuſatio ante litis conteſtationem fieri debet.

SVMMARIVM.

1. *Recuſationes iudicum etſi ante litis ingreſſum regularitèr fieri debent: tamen in quibuſdam caſibus etiam poſtea, atque ad ſententiam vſque, admittuntur, dummodo recuſatus votum ſuum nondum dederit.*

QVamuis de iure regulariter recuſatio-
1 nes iudicum, † ante litis ingreſſum, qui eiuſdem conteſtatione fit,[a] aut ante approbationem iudicis a parte ſemel factam, proponi debeant, vtpote cum approbatione iſta exceptio declinatoria veluti præcidatur, [b] ne recuſari amplius poſſit, qui ſemel electus fuit: tamen quando partes, quę ita recuſare volunt, nouiter ad notitiam ſuam cauſas recuſationis perueniſſe aſſerunt, ſéque ad iuramenti purgationem offerunt; tum curia noſtra, ſi prius factum tale eſſe deprehendat, vt ex eo iuſtæ cauſæ recuſationis oriantur, [c] libellos recuſatorios admittere, petitámque purgationem concedere ſolet, ſi modo is, qui recuſatur, ſententiam ſuam nondum dixerit. Nam alias ſuffragio, vt dicitur, emiſſo nullus recuſationi locus relinquetur: niſi ſuffragiũ tum demum emiſſum fuerit, poſtquàm referens recuſato libellum recuſatorium (quod iuxta honeſtum & humanum curię noſtræ morem regulariter fieri conſueuit) monſtrauit. Nam tum recuſato, vſque ad expeditionem illius libelli lingua & manus adeò in tali cauſa ligatę ſunt, vt parti recuſanti nullum omnino præiudicium facere poſſit, ſed res ad eum ſtatum reducatur, in quo erat, cùm libellus recuſatorius exhibitus recuſató oſtenderetur: adeò vt arreſtum, nullitati obnoxium ſit, quod eo caſu fortè pronunciatur, quo iudex recuſatus libellum recuſatorium vidit, antequam ſententiam ſuam diceret vel cauſam referret. Atque ſic ſemper à curia noſtra ſanctè admodum prudenter & religioſè iudicari vidimus.[d]

ADDITIONES.

a *l.1.* & ibi gloſſ. *l. apertiſſimi*, ibi, *antequam lis inchoetur, C. de iudic.* b Plinius *in præfat. natur. hiſt.* c *l. Pomponius. §. rati, de procurat. l. non diſtinguemus. §. cum quidam, de recept. arbit. c. inſinuante*, vbi Felin. *de offic. delegat.* d Imola, *in c. iudex, de offi. deleg. in 6. DD. in d. l. inſinuante, & c. paſtoralis, de except.*

DECISIO XCVI.

ARGVMENTVM.

Pendente appellatione ob factam recuſationem interpoſita cauſa principalis in ſuſpenſo hæret.

SVMMARIVM.

1. *Pendente appellatione ob recuſationem cuiuſdam ex iudicibus interpoſita, reliqui iudices vlterius in cauſa principali progredi prohibentur, cuius proſecutio interim in ſuſpenſo hæret, & retardatur, vi decreti à parlamento Tholoſano contra iudices & officiales Seneſcallatus, qui Tholoſæ eſt, pronunciati.*

COnſtitutione regia † expreſſè cautum 1
eſt, quod quando obiectæ recuſationes friuolæ & non admittendæ deprehenduntur, iudex tales eas declarare, atque iis non obſtantibus ipſemet, vel ſi appellatio eo nomine interpoſita fuerit, ille, qui eius vice fungitur, ſiue ſit vicarius peculiaris, ſiue antiquior aduocatus, vlterius in cauſa progredi queat: adeò vt per obiectionem recuſationis, aut interpoſitam appellationem litis perſecutio minimè differatur vel retardetur. Quod tamen curia noſtra quoad caſum, quo appellatio interpoſita fuit, recipere noluit, ſed potius peculiari arreſto iudicibus & officialibus Seneſcallatus, qui Tholoſæ eſt, interdixit, ne pendente appellatione quoad recuſationem interpoſita, vlterius in cauſa principali progrederentur, ſed vlteriorem cognitionem interim ſuſpenderent atque differrent. Quod curiæ noſtræ contra expreſſam cõſtitutionem ideo placuit: quia longo vſu & experientia edocta deprehendit, prædictam cõſtitutionem haud parum prodeſſe rabulis, vt iudices pro ſuo libitu & voluntate habere poſſent, cu interpoſita appellatio poteſtatẽ vlterius in cauſa progrediẽdi recuſatis non adimeret: & propterea haud rarò deſereretur. Quod exẽplo pernicioſum erat, aliáque multa incommoda pariebat; ad-

eo vt neceſſarium eſſe exiſtimatum fuerit conſtitutionem à bono principe bona intentione introductam & vſu, vel potius abuſu corruptam, atque ad maximum litigantium præiudicium detortam à curia noſtra corrigi. Quod licitè fieri potuiſſe dubitari nequit, cùm parlamenta principis vicem gerentia legibus ex iuſta cauſa non ſaltem derogare, ſed eaſdem etiam planè abrogare atque aliud ius facere poſſe conſtet.[a]

ADDITIO.

a *arg. l. non ambigitur, de legibus.*

DECISIO XCVII.

ARGVMENTVM.

Libelli recuſatorij in partium inuentaria referri debent.

SVMMARIVM.

1 *Libelli recuſatorij parlamentis oblati, & ab iiſdem recepti, ſi à partibus, quibus eo fine redditi fuerunt, inuentariis non inſcripti deprehendantur pro reiectis haberi debent.*

1 ALia cõſtitutione defuncti † regis Ludouici XII.[a] ſancitur, quòd libelli recuſatorij parlamentis oblati in inuentariis partium, quæ eos offerunt, conſignari debeant, vt de iis antea ius dicatur. Quod in curia noſtra Tholoſana fieri aut obſeruari non ſolet, ſed libelli recuſatorij ante litis definitionem oblati & recepti ante punctum ſententiæ à referente partibus redduntur, vt eos in inuẽtaria ſua ipſęmet redigant: ſi verò curia tales libellos reiiciendos eſſe exiſtimet, tum eos actuariis tradere ſolet, vt in peculiari quopiam loco reponantur, quoad eos, caſu ita ferente, recurri poſſit. Illud ſanè verũ eſt, quod quoad effectum illius conſtitutionis ſæpius à curia noſtra iudicatum fuerit, ſi libelli recuſatorij recepti, partibus eo fine redditi atque ab his in inuentaria redacti nõ fuerint, & poſtea deprehendatur quendam ex recuſatis iudicibus vel ex ignorantia vel ex obliuione deliberationi de concipienda ſententia interfuiſſe atque votum ſuum dediſſe, nullitatem contra arreſtum, quod poſtea pronunciatum fuit, ea ratione opponi non poſſe, ſed libellos recuſatorios in inuentaria non redactos pro reiectis, ſed non admiſſis haberi. Idémque etiãm ad noſtram relationem iudicatum fuit, in cauſa Domini Antonij Guiberti de la Coſte Senatoris dicti parlamenti, contra Magdalenam de Berny viduam defuncti Domini Hoſpitalij, itidem quondam in dicta curia Senatoris. Euenit tamen poſtea vt partes tranſigerent, & ſopita lite principali cætera acceſſoria omnia tollerent, cùm ſatius iis eſſe videretur, per tranſactionem eiuſmodi liti finem imponere, quàm eandem dubio Marte perſequi.

ADDITIO.

a *articulo trigeſimo ſeptimo*, quæ promulgata fuit Anno M.CCCC.XCIX.

DECISIO XCVIII.

ARGVMENTVM.

Recuſatio conſanguinitatis ratione vſque ad quartum gradum fieri poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Recuſationes, quæ ob ſanguinis coniunctionem fieri ſolent, à parlamento Tholoſano vſque ad quartum gradum incluſiuè admittuntur.*

SÆpiſſimè fieri ſolet, vt iudices ob ſanguinis † vinculum, quo alterutri litigantium obſtricti ſunt, recuſentur. Dubitatum itaque fuit, vtrum ſufficeret conſanguinitatem generaliter allegare: an verò neceſſe eſſet eiuſdem gradum ſpecifice exprimere. Poſterius multis placuit, atque etiam vſu & in praxi olim receptum fuit, cùm ad libellos recuſatorios generaliter & indefinitè ratione conſanguinitatis propoſitos hiſce vel ſimilibus verbis reſponderi ſoleret: *exprimat gradum, &c.* Vlpianus quoque eius rei formam præſcripſiſſe videtur, dum de iudice loquens inquit: lege Cornelia caueri, vt non iudicet, qui ei, qui agit, gener, ſocer, vitricus, priuignus, ſobrinúſve eſt, propiúſve eorum quemquam ea cognatione[a] affinitatéve attinget. Verùm hiſce minimè obſtantibus admitti hodie ſolent libelli recuſatorij, in quibus generaliter & ſine ſpeciali gradus expreſſione narratur iudices partium litigantium vel alterutrius earum propinquos eſſe. Si verò qualitas hæc notoria non ſit atque negetur, tum aſſerentem probare & per conſequens conſanguinitatis aut affinitatis gradum demõſtrare 1

ADDITIO.

a *in l. lex Cornelia, in prin. de iniur.*

ſtrare oportet. Cæterùm conſanguinitas aut affinitas, ratione eiuſmodi recuſationis,ſaltem ad quartum vſque gradum conſiderari ſolet. Etſi enim tam gloſſa iuris Canonici,[a] quàm reliqui Canoniſtæ & interpretes iuris ciuilis[b] vlterius illud extendere atque illi quidem vſque ad ſeptimum, hi verò vſque ad decimum gradum locum habere voluerunt: tamen à noſtro parlamento extenſio illa non recepta eſt, ſed recuſatio ad quartum vſque gradum incluſiuè admittitur. Atque ita ſemper ab eo iudicari vidimus. Quod etiam conuenit doctrinæ quorundam Canoniſtarum, qua tradunt iudices egregios atque conſpicuos integritate & honeſtate vitæ,(quales apud nos eſſe iudices ſupremos atque etiam inferiores à principe eiúſque parlamẽtis approbatos negari nequit) propterea validè recuſari non poſſe, quod litigantium conſanguinei aut propinqui in gradu remoto,veluti quarto, quinto, aut vlteriori ſint.[c] Expreſſè enim per hanc doctrinam ſtylus & praxis curiæ noſtræ comprobatur.[d]

ADDITIONES.

a *in c.poſtremò.extr.de appellat.*
b Hoſtienſ.& Ioannes de Imola *in d.cap.*
c Bartol.*in l.qui teſtamento.§.quæcúmque autem de teſtam.*Angel.*in l.jus iuriſdictionis,de iuriſd.omn.iud.* d Imola *in d.cap. poſtremo.*

DECISIO XCIX.

ARGVMENTVM.

Recuſationes iudicum ad lites futuras dirigi nequeunt.

SVMMARIA.

1 *Recuſationes iudicum ab ipſis litigantibus, vel ſaltem ab iis conſignata ab eorundem procuratoribus ſpecialiter ad hoc datis offerri debent.*
2 *Recuſationes generales quoad lites futuras non recipiuntur.*
3 *Iudici recuſato in quacunque lite lingua & manus ligata ſunt, donec de cauſis recuſationis cognoſcatur.*

1 CErtum & indubitatum eſt omnes recuſationes† iudicum ante litis ingreſſum,aut poſt eum ob cauſas nouiter emergentes mediante iuramento purgationis proponi debere, quemadmodũ ſupra pluribus expoſitum eſt. Recuſatorij autem libelli ab ipſis partibus,vel ſaltem ab iis cõſignati, ab eorundem procuratoribus ſpecialiter ad hoc datis offerendi ſunt. Haud enim obſtat contraria Speculatoris doctrina,[a] quæ tum demum locũ habere poteſt, ſi pars principalis abſens, atque in eo loco ſit, vt facilè de ea noua haberi nequeant,atque eiuſdem procurator generalis cauſis recuſationis vrgentes alleget. Quo caſu curia noſtra procuratori iuſtam dilationem concedere conſueuit, vt interim principali ſuo libellum recuſatorium conſignandum tranſmittat. Recuſationes autem† generales, quæ etiam ad lites futuras diriguntur,curia noſtra haud admittit. 2
Minimè enim recepta eſt doctrina eorum, qui tales recuſationes rectè fieri poſſe tradiderunt.[b] Quare cùm à quopiam litigatore libellus† recuſatorius (firmas quidem 3
& vrgentes recuſationis cauſas continens) contra quoſdam parlamenti Præſides & Senatores litium; non modò earum, quæ iam pendebant, ſed etiam, quæ futuræ eſſent ſeu motarum & mouendarum nomine offerretur, curia ſuper eodem deliberãs tandem decreuit, eum parti ſeu eius procuratori, qui obtulerat reddi debere, vt emendaretur, atque ſaltem ad lites motas & quæ iam pendebat,dirigeretur. Quod cùm factum fuiſſet, recuſatio quoad maximam partem iudicum, qui in libello exprimebantur,admiſſa,quoad reliquos verò denegata fuit.

Illud etiam hìc monere voluimus, vix ſubſiſtere poſſe, quod Imbertus tradidit,[d] idque nonnullis apud ſupremam curiam cauſidicis non vulgaribus placuiſſe teſtatur: nempe non attendi, neque iudicem in cognitione ſua impedire poſſe recuſationes quantumuis vrgentes, in cauſis notoriis,aut quę alimenta concernunt.Haud enim à parlamento noſtro hoc recipi poteſt, cùm conſtet recuſationem iuſtam & quę admittitur, tantam vim & efficaciam habere, vt de perſona publica & iuriſdictionem habente, illius cauſę contemplatione faciat priuatam & iuriſdictione atque officio publico omnino carentem.

ADDITIONES.

a *in tit.de procurat. verſic.ſed nunquid media cauſa 1.part. oper.* b Imbertus *in ſuo enchiridio lib.1. cap: ſi quacunque prædit. poteſt.* & Bart. *in conſ.105.* c *d.cap.ſi quacunque prædit.pot.*

DECISIO C.

ARGVMENTVM.

Generaliter non niſi duo iudicum trientes recuſari poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Qui in parlamento Tholoſano generalem recuſationem obiiciunt, duos ſaltem iudicum trientes recuſare poſſunt, adeò vt reliquus triens de cauſis recuſationis cognoſcat.*

FInem materiæ huic recuſationum, totique libro impoſituri, illud ſaltem adhuc ſubiicimus, quod arctæ illæ coniunctiones, quibus Senatores parlamenti noſtri ſibi inuicem obſtrictos eſſe ſupra diximus, occaſionem ſæpius dederint impetrationi euocationum & per conſequens recuſationibus generalibus contra omnes Præſides & Senatores parlamenti.[a] Quas tamẽ plerumque partes magis ob quandam tergiuerſationem & peculiare litigandi ſtudiũ, quàm propter alias iuſtas & vrgentes cauſas moliri ſolent. Quare curia noſtra non immeritò commota fuit, vt defuncto regi Carolo IX. cùm Burdegalæ eſſet, humiliter illud ſignificaret atque ab eius maieſtate clementiſſimum reſcriptum impetraret, cuius vi recuſationem † generalem obiicientes,
1 non niſi duos iudicum trientes recuſare poſſunt, adeò vt reliquus triens de cauſis recuſationum duobus triẽtibus obiectarum cognoſcere debeat. Quare in eiuſmodi caſibus fieri ſolet, vt curia noſtra decernat; generaliter recuſantem coram commiſſario ſpecialiter ad id deputato, talem iudicum ſeparationem facere debere, vt duo trientes pro recuſatis habeantur, & tertius de recuſationum cauſis cognoſcere poſſit. Quòd ſi recuſans facere negligat, iudices in cauſæ principalis cognitione legitimè procedere poſſunt, ſalua tamen vtrique parti recuſatione particulari Præſidum & Senatorum, per libellos recuſatorios ſpeciales legitimè, & iuxta curiæ ſtylum ac morem oblatos. Si verò partes recuſantes prædictam ſeparationem coram commiſſario fecerint, tum ſuperſtes iudicum triens ad cognitionem cauſarum recuſationis reliquis duobus trientibus obiectæ progrèditur. Quod conueniens eſt ei, quod quoad iudicum reiectionem olim ab antiquis obſeruabatur. Nam tum quoque accuſato licitum erat iudices reiicere, quos vellet, dummodo vltra ſemiſſem non reiiceret: quemadmodum notatur à quibuſdam noſtri temporis, qui de ordine, forma & modo iudiciorum, quem in publicis accuſationibus antiqui Græci & Romani obſeruabant, ſcripſerunt, alióſque plures antiquitatum admodum gnaros allegarunt, qui à ſtudioſis antiquitatum apud eoſdem videri poſſunt.

ADDITIO.

[a] Ayraud *en ſon liure de l'ordre iudiciaire liur.* 2. où il traicte *de la perſonne du iuge.*

FINIS LIBRI I.

NOTA.

NOTABILIVM QVAESTIONVM IVRIS SCRIPTI, DEFINITARVM SEV PRÆIVDICATARVM PER ARRESTA MEMORABILIA PARLAMENTI Tholoſani.

Liber ſecundus.

DECISIO I.

ARGVMENTVM.

Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere nequit de cauſis ædilium Eccleſiæ merè laicorum.

SVMMARIA.

1 *Iudices Eccleſiaſtici vſurpantes cognitionem quoad ædiles Eccleſiæ merè laicos, ſiue de caſſatione eorundem electionis, ſiue de rationum redditione, aut alia ſimili re agatur; abuſum committere cenſentur.*

2 *Idémque quoad citationes generales ab iis emanatas fieri ſolet.*

3 *D.Gregorius in quodam loco epiſtolarum ſuarum explicatur, vbi ædilium iſtorum mentionem feciſſe videtur.*

4 *Auditorium officialis Tholoſani adhuc nomen capellæ retinet.*

1 CVM electionem † quandam ædilium, quos Galli *Marguilliers* aut *ouuriers* appellitant, in Eccleſia parochiali de Vabres en Rouergue factam; rector aut eiuſdē vicarius dictæ Eccleſię impugnare vellet; vocari curauit, per quoddā *citetis*, vt appellitant, *contra omnes infra ſcriptos in forma generali* ædiles tam nouiter electos quàm priores merè laicos(hoc enim officio iuxta generalem omnium locorum conſuetudinem laici recte fungi poſſunt)cùm Eccleſiaſtici à munere illo ſe abdicaſſent; vt ij coram officiali Epiſcopi de Rodez comparerent. Qui iudex electionem illam caſſans priores ædiles ad rationum redditionem & præſtationem reliqua ob adminiſtrationem condemnauit. Qua de re certior factus generalis procurator regis à ſententia iſta, tāquam ab abuſu, appellauit, cúmque de cauſæ illius meritis diſceptaretur, communi ferè calculo itum eſt in ſententiam D. referentis, Sebaſtiani Saluſtij, viri egregij, atque in numero antiquiorum magnæ Cameræ Senatorum cōſtituti, quæ erat; pronunciandum eſſe, quòd abuſus contineretur tam in conceptione generalium literarum contra ius & regias conſtitutiones: quàm in eo, quòd officialis caſſauerat electionem nouorum ædilium cæteris ad rationum redditionem & præſtationem reliquæ condemnatis, qui tamē merè laici, quamuis Eccleſiæ ædiles, erant. Sic enim & per Cōcilium Nicænum, Diaconiſſæ, quæ hoc in Eccleſia munere fungebantur, vt ægrotos viſitarent, pro laicis habitæ & declaratæ fuerunt, eo quòd conſecratæ non eſſent. a Quantum ad pri-

ADDITIO.

a Synodus Nicæna, *cap.19.*

2 ad primum citationem † generalem abuſium concernens attinet, ſimile arreſtum parlamenti Pariſienſis in cauſa appellationis ab officiali d'Amiens 9. Ianuarij, Anno M.D.XXXVIII. prolatum à D. Papone refertur. [a] Poſtremum verò aliud dictæ curiæ arreſtum 23. April. Anno M.D.L. pronũciatum eruditus ille aduocatus Pariſienſis [b] allegat, quo dictum & iudicatum fuit: Epiſcopum abuſiuè profanatum fabricæ rationum ſibi notitionem ſumpſiſſe: Segueriọ & Riantio cauſæ patronis. Quod cùm optimè intelligeret atque experietia comprobatum eſſe ſciret, D. Gregorius † in e-
3 piſtola ad quendam Epiſcopum, hiſce verbis vti voluit. [c] Indicatum etiam nobis eſt, quod laicis quibuſdam curas veſtri patrimonij committentes, poſtmodum in ruſticorum veſtrorum deprecationem & fatigationibus deprehenſi ij reddere res, veſtræ non ſuppoſiti curationi, poſtponant, vobiſque deſpiciant actuum ſuorum reddere rationem. De cætero cauendum à fraternitate veſtra, ne ſecularibus viris res Eccleſiaſticæ committantur, ſed clericis, in quibus, ſi quid inuentũ fuerit prauitatis, vt in ſubditis, emendare, quod licitum eſt, valeatis. Eandem admonitionem ratione Xenodochiorum idem alibi hiſce verbis fecerat [d] tales, qui Xenochiis præſint, ordinentur, quos vexandi iudices non habeant poteſtatem, ne, ſi tales perſonæ fuerint quas inu ſu poſſint euocare iudicium, vaſtandarum rerum Xenodochij præbeatur occaſio. Haud tamen aſſequi ſatis poſſumus, quaſnam perſonas in vtroque iſto loco D. Gregorius intellexerit, quæ iuriſdictionem iudicis ſecularis declinare poſſint. Nam multis ſupremarum curiarum regni huius arreſtis [d] iudicatũ eſt, Sacerdotem ſeu clericũ tonſum, propter negotia ſecularia, quæ habet ſeu tractat, reſpondere teneri coram iudice ſeculari, nec priuilegio ſuo iuuari poſſe. Expreſſo item Parlamenti Pariſienſis arreſto [e] definitum fuit, Xenodochiorum nomine, rationes coram iudice laico reddi debere. Fortè autem vir ille ſanctus intellexit perſonas pias, Deum timentes & verè Eccleſiaſticas, quæ nunquam litigare, ſed ſemper in omni diſciplina ſuperiorum ſuorum iudicio ſtare atque ad extraneos recurrere non ſolent: vel etiam de aliis perſonis religioſis & per ſpecialia ac ſingularia priuilegia à iuriſdictione iudicum ſecularium, præſertim quoad adminiſtrationem bonorum Eccleſiaſticorum, & quę inde dependent exemptis, locutus fuit. Quicquid verò ſit, veroſimile eſt eo tempore, quo D. Gregorius illa ſcribebat, adminiſtrationem bonorum Eccleſiaſticorum eiuſmodi perſonis commiſſam fuiſſe, quæ extra omne periculum erant propter illud iuramentum, quod tum præſtabant aut pręſtare debebant, cùm ad officium admitterentur. [f] Quam ob cauſam, vt à maioribus noſtris accepimus, atque eius rei veſtigia extant in Deciſionibus Capellæ Tholoſanæ, (quæ eſt auditorium † officialis Ar- 4
chiepiſcopi Tholoſani, quod adhuc hodie capellæ nomen obtinet) olim omnes ferè cauſæ ciuiles coram Eccleſiaſtico iudice diſceptatæ fuerunt. Verum hodie vſu contrario & regiis conſtitutionibus politicis illud mutatum fuit. Quam mutationem Eccleſiaſtici ægrè admodum ferunt; eóſque ſerò pœnitet quod limites & terminos iuriſdictiones ſuæ nimis tranſgreſſi fuerint. Nihil enim amplius remedij ſupereſt, ſed hic illud Perſij locum habet:

Cædimus, inq; vicem præbemus crura ſagittis.

ADDITIONES.

[a] Renatus Choppinus *libro 2. de ſacr. polit. capit. 2. numero 7. in fine.* [b] *libro 7. indict. 12. epiſt. 66.* ad Epiſcopum Caralitanũ. [c] *lib. 3. epiſt. indict. 12. cap. 24.* [d] Quę referuntur à Papone *en ſon recueil au tiltre de iuriſdiction. tempor. ſur perſon. Eccleſ. arreſt. 9.* [e] *d. tit. arreſt. 52.* [f] Choppinus *d. libr. 2. cap. 2. n. 3.* [g] *Satyr. 4.*

DECISIO II.

ARGVMENTVM.

Generali parlamenti Tholoſani arreſto omnibus iniunctum fuit, vt eleemoſynas publicas pauperibus darent.

SExto Martij, Anno M.D.XXVIII. per arreſtum parlamenti Tholoſani generaliter iniunctum fuit omnibus, vt publicas eleemoſynas darent in fauorem pauperum quorum cauſa ipſius Dei cauſa eſſe cenſetur. Atque ea ratione non tantum Eccleſiaſtici, & alij, qui veluti per ſubinfeudationẽ fructus decimales percipiunt: ſed etiam cęteri boni ac Catholici Chriſtiani amantes DEVM & proximum, veluti ſeipſos, eleemoſynas dare iuſſi fuerunt.

DECI-

DECISIO III.

ARGVMENTVM.

Eccleſiaſtici cogi poſſunt, vt eleemoſynas pauperibus dent.

SVMMARIA.

1 *Aliud arreſtum ſuperioribus conforme.*

2 *Arreſtum Pariſienſe contra bullam Pontificis Benedicti non reſpondet voto fœderatorum noſtri temporis.*

1 POſt decennium igitur, † nempe Anno, M.D.XXXVIII. curia certior reddita, quod Eccleſiaſtici arreſto illi legitimè haud parerent, nec de fructibus decimalibus, quos nonnulli ab iis accipiebant, pauperibus quicquā darent, ſed omnia in ſuos & propinquorum ſuorum vſus conuerterent, per aliud arreſtum decimo Martij, dicti anni M.D.XXXVIII. iuſſit, quod omnes Eccleſiaſtici & officiales, ſiue priuilegiati, ſiue non priuilegiati eſſent, quo tam pro alimentis & ſuſtentatione pauperum præſtare, atque ad præſtationem illam per occupationem & venditionem bonorum, ac beneficiorum temporalium cogi deberēt, non obſtantibus appellationibus, & quibuſcunque oppoſitionibus. Quod arreſtū & decretum pro maieſtate imperij, ſalua nihilominus religionis noſtræ Catholicæ fide factum fuit.

Diu etiam antea curia parlamenti Pariſienſis,[a] (quę antiquum & primū regis conſilium eſt, atque etiam curia Parium Franciæ appellatur) per arreſtum XXIX. Iulij, Anno M.CCCCVIII. declarauit; publicè lacerari & damnari debere bullam Pontificis Benedicti, quam iſte in Franciam pro libitu ſuo vel potius iritatus edictis arreſtis & conſtitutionibus antea promulgatis, miſerat, vt reformaret regulas antiquas de exactionibus Eccleſiæ, quarū Papon [b] mentionem facit, & nonnulla ex Lucij placitis [c] ad eam rem affert. Quod arreſtum minimè conuenit voto noſtrorum fœderatorū, qui maluiſſent, nō modo eiuſmodi arreſta, ſed etiam eorundē auctores Vulcano cōſecrare, atquè ſi fieri potuiſſet, manibus ſuis Thuniſſienis † corporis vmbras rapere, & pro immani conſuetudine ſua ad S. Georgij aream, quæ Tholoſæ eſt, pertrahere eadémque ratione omnia, cum præcipuis & 2
melioribus fundamentis ſtatus noſtri Frāciſci Chriſtianiſſimi, & maximè Catholici euertere; vt affectibus ſuis ſatisfacerent & inſeruirent ambitioni quorundam exterorum, qui totalem ruinam expetebant. Verum hæc vota planè aduerſa erant iis, quæ prædeceſſores noſtri introduxerant, receperant & ſanctè obſeruarant, quæque (etiamſi nullum aliud fundamentum aut rationem habuiſſent) ſatis defendi poterant clauſula *ſecundum laudabilem conſuetudinem*; propter quam ſolam Eccleſiaſtici olim iuriſdictionem in profani ordinis viros vſurparant, quemadmodum aduocatus ille Pariſienſis [d] in loco ſuperius allegato notat. Quæ hoc loco dixiſſe ſufficiat, víxque cohibere poſſumus animi noſtri affectum, donec de his vberius diſſerendi melior & commodior occaſio offeratur.

ADDITIONES.

a Charondas *libr. pandect. ſ. ar. cap. 3. tit. de Iuriſprudent. & inſt.* b *en ſon dict recueil, titre de la iuriſdict. temp. art. 27.* c *tit. 4. libr. 1. placitor. ſumm. apud Galles curia.* d Renatus Choppinus *de ſacra politia lib. 3. cap. 2. in fin. n. 2.*

DECISIO IV.

ARGVMENTVM.

Inter iuriſdictionem Eccleſiaſticam & ſæcularem quędam affinitas eſt.

SVMMARIA.

1 *Sympathia & coniunctio neceſſaria inter iuriſdictionem Eccleſiaſticam & ſecularem.*

2 *Iudices Eccleſiaſtici non poſſunt procedere per viam occupationis, etiamſi hoc propter debitum Eccleſiaſticum fiat.*

3 *Vtraque iuriſdictio mutuo auxilio inuicem ſibi ſuccurrere debet, ita tamen, vt quoad ipſam cuiuſlibet earum originem & principalia iura nullum præiudicium fiat.*

CVm Eccleſiaſtici † iuriſdictionem nō 1
tantum quoad perſonas eccleſiaſticas ſed etiam quoad laicos ſibi vindicare conentur; ideo viciſſim magiſtratui ſeculari incumbit, tueri, defendere & conſeruare bona non tantum laicorum, ſed etiam clericorum, ſeu eorum, qui Eccleſiaſtico ordini addicti ſunt.[a] Quamuis igitur,

ADDITIO.

a Charond. *d. lib. pandect. cap. 13.*

igitur iuriſdictio Eccleſiaſtica à ſeculari diſtincta & ſeparata ſit, diuiſúmq; Cęſar cum Ioue imperium habeat; atque videatur iudicem Eccleſiaſticum, quoad clericos ſaltem & ſecularem quoad laicos tantum decernere poſſe: tamen qualitas rerum affinium, quæ ad principalem cuiuſlibet iuriſdictionis tendunt finem, qui in eo conſiſtit, vt Deo, quod Dei eſt, & Cæſari, quod Cæſaris eſt, reddatur, Sympathiam quandã & neceſſariam coniunctionem iuriſdictionum illarum introduxit; adeò, vt tam per diſpoſitionẽ iuris Canonici, quàm per regias conſtitutiones [a] Eccleſiaſticæ iuriſdictioni tribuatur; de materia Sacramentorum, aliiſque rebus purè ſpiritualibus & Eccleſiaſticis cognoſcere; atque econtra iudici ſeculari permittatur contra perſonas Eccleſiaſticas de bonis ad eaſdem ſpectantibus iudicare. Haud item poteſt iudex Ec-
2 cleſiaſticus † iuriſdictionem ſuam extendere, aut per viam occupationis procedere, etiamſi de iure Eccleſiaſtico agatur, [b] (quēadmodum pluribus arreſtis non tantum noſtræ curiæ, ſed etiam aliarum ſupremarum Franciæ iudicatum fuit) verum implorare debet brachium ſeculare, vt eius auxilio ſententia bonorum ratione prolata executioni mandetur, prout Iuſtinianus etiam conſtituit [c] non quod de executione eiuſdem ſententiæ cognoſcere queat. Nam ſupremæ curiæ tantum concedere noluerunt; multóque minus illud, quoad iudices inferiores, permittere aut tolerare; ſed ſaltem iudex ſecularis, de illius executione cognoſcere poteſt, cùm ab Eccleſiaſtico legitimè fuerit requiſitus. Atque
3 ſic mutuum † veluti auxilium eſt, quo iuriſdictiones illæ inuicem iuuantur atque oculi pedibus & viciſſim pedes oculis (quemadmodum vulgò dicitur) inſeruiunt, ita tamen vt nullum omnino præiudiciũ fiat, quoad iura principalia, primitiua & originalia, quæ vna iuriſdictio præ altera habet. Teſtari hoc poſſunt plurima arreſta antiqua ſupremarum curiarum à Papone atque aliis allegata, [d] inprimis verò illud à parlamento Tholoſano 18. Septembr. Anno M.D.XXXVII. (qui menſis & annus natiuitatis noſtræ eſt) prolatum, quo decretum fuit, clerum ratione bonorum ruſticorum ſeu plebeiorum, quotam ſiue ſolidum pro qualibet libra præſtare debere cum expreſſa inhibitione, nè capitolini Tholoſani Eccleſiaſticos ad portarum cuſtodiam cogerent, niſi euidens admodum & vrgens periculum flagitaret. Speramus nos de hac re pleniorem aliquando diſſertationem inſtituturos eſſe, vt etiam ſuperius promiſimus.

ADDITIONES.

[a] Frãciſci I. Anno 139. Ioan. Faber, *in §. itẽ Seruiana, Inſt. de action.* Maſuer. *tit. de iud. & iuriſd.* [b] *in Nou. 123. de Epiſcop. & Cleric. §. 21.* [c] *d. titul. de iuriſdict. tempor.* Lucius *ſub iiſdem titulis.*

DECISIO V.

ARGVMENTVM.

Sub prætextu fauoris pię cauſæ heres cogi nequit, vt pecuniam, quam teſtator pauperibus ad certum præſtare iuſſerat, antè diem proroget.

SVMMARIA.

1 *Cauſa pauperum fauorabilis quidem eſt, ſed alteri præiudicare non debet.*
2 *Iniquum planè eſt, ſi heres condemnetur, vt proroget pecuniam, quam teſtator ad certum diem ſoluere iuſſit.*
3 *Interdum, qui cauſam pauperum meliorem facere ſtudent, eam deteriorem reddunt.*

Redeamus nunc ad pauperes, † quorum fauor adeò magnus eſt, vt eorum cau- 1
ſam, ſuam propriam cauſam eſſe ſeruator noſter aſſerat. [a] Illud tamen æqua iuſtitiæ lance

ADDITIO.

[a] Hinc rectè traditur, quod maximus pauperum & piæ cauſæ fauor ſit. Quare cùm is, qui in teſtamento ſuo multa ad pias cauſas & pro anima legarat, poſt aliquod temporis ſpacium omnia bona ſua alteri donaſſet, cauſa teſtandi ſibi reſeruata, atque tandem ſine alio teſtamento deceſſiſſet; legata ad pias cauſas non adempta eſſe, ſed adhuc deberi reſponſum fuit, Bartolus *conſilio vigeſimo ſexto.* Iaſon *in leg. 3. C. de legat.* Vincent. Carocius *caſ. 86.* vbi tamen *num. 25.* qualitatem legati pij conſiderandã eſſe dicit: adeò vt ſi illud ſit ſimpliciter purũ, cẽſeatur eſſe ademptũ: ſi verò pro exoneratione cõſcientiæ, & pro incertis atq; malè ablatis relictum ſit, tũc non credatur reuocatum, cùm hoc propriè non donatio, ſed quædam debiti ſatisfactio, & rei alienæ reſtitutio ſit, Tiraquellus *in l. ſi vnquam, in verb. libertis, num. 72. C. de reuocand. donat.*

Quo etiam pertinent quæ tradit Baldus *in l. 1. nu. 52. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Franc. *in l. 1. num. 66. de legat. 1.* Alexander *conſilio 220. lib. 2.* AD.

lance ſemper ponderandum, atque ita accipiendum eſt, ne iuribus alterius ſine eiuſdem voluntate & conſenſu præiudicetur. Multo minus autem ob talem fauorem diſpoſitiones teſtatorum impugnari & euerti debent. Cuius rei euidens admodum exemplum in vrbe Tholoſana dari poteſt. Receptum enim ibi eſt, vt ſingulis annis circa feſtum (ni fallimur) Iohannis Baptiſtæ (quem nonnulli Ioãnem maiorem vocant) Xenodochij cuiuſdam ampliſſimi, quod ibidem D. Iacobo ſacrum eſt, theſaurarius ſeu arcarius eligatur, & quidem alternatim, ſeu mutatis vicibus, vno anno Eccleſiaſticus, & altero laicus. Si igitur quidam, qui electus eſt, hoc officium ſuſcipere recuſet; eum non ſolum in mulctã quingentarum librarum Xenodochio præſtandam condemnatur, ſed etiam quodammodo notatur infamia, vt nunquam vrbis capitolinus (capitolini autem vocantur ij, qui Pariſiis ſcabini, Burdegalæ iurati atque alibi, præſertim apud Bigerriones, conſules dici ſolent; ſicque ſumma dignitas eſt, ad quam ciuis vel incola Tholoſanus peruenire queat, cùm capitolini, nobiles reddantur, iiſque pictæ ſtatuæ in capitolio erigi ſoleant) fieri poſſit. Quod quidem, ſiue ſtatuto, ſiue conſuetudine, ſiue etiam alias introductum ſit, optima ratione, ob prædictum fauorem pauperum, firmari videtur.

2 At quod ad poſtulationem † theſaurarij ita electi, & officium illud ſuſcipientis filius & heres defuncti cõdemnandus ſit, vt proroget & anticipet pecuniam pauperibus relictam, quam teſtator ad certum diem ſoluere iuſſerat; id omni ratione caret. Vnde etiam eſt, quod arreſta, quibus ita iudicatum fuit, ad conſequentiam trahi nequeant. Quare eorum vlteriorem mentionem hic minimè faciemus. præſertim cùm

3 intellexerimus ab iis, † qui poſtea in tali officio ſucceſſerunt, tali poſtulatione cauſam pauperum non meliorem, ſed deteriorem factam fuiſſe; cùm poſtea teſtatores haud amplius tantam liberalitatem erga Xenodochia & cauſas pias exercuerint, vtpote metuentes, ne ſimile quippiam heredibus ſuis eueniret, ſi conceſſum iis ad legatorum præſtationem tempus, quod tamen eorundem partem, & quidem maiorem interdum facit, non permitteretur: ſicque dato vno abſurdo mox aliud ſequitur.

Quare nõ ineptè huc accommodari poterit, quod alibi Imperatores Muracolo & aliis militibus reſcripſerunt: ratas manere ſemper factas iure venditiones; veſtra etiã intereſt. Nam ſi oblato pretio reſcindere venditionem facilè permittatur, eueniet, vt & ſi quid vos de laboribus veſtris à fiſco noſtro, vel à priuato comparaueritis, eadem lege conueniamini, quam vobis tribui poſtulatis.[a]

ADDITIONES.

[a] *l. ratas. 7. C. de reſcind. vend.*

DECISIO VI.

ARGVMENTVM.

Fauor pauperum recuſationem iudicis non impedit.

SVMMARIVM.

1 *In qualibet cauſa coram iudice ſuſpecto, qualis etiam ille ſit, litigare res admodum periculoſa eſt.*

Ex iis, quę iam dicta ſunt, veluti eodem fonte, promanat; quod † iuxta conſuetudinem Tholoſanam; quoad conſilium negotiorum Xenodochium D. Iacobi concernentium, quod ampliſſimos reditus habet, egregiæ quædam perſonæ, atque inter eas, Præſes & aliquot Senatores magnæ Cameræ ſeligantur, vt certis cuiuſlibet menſis diebus aut aliàs, quoties res ita fert, in certa quadam dicti Xenodochij Camera conueniant, déque negotiis illud cõcernentibus ſibi ab iis, quibus hoc incumbit, propoſitis deliberent, ſiue de litibus motis aut mouendis, ſiue de mediis eaſdem perſequendi aut intentandi, ſiue de aliis rebus, veluti ædificiis, reparationibus mobilibus, regimine Xenodochij, pauperibus in eodem exiſtentibus, gubernatoribus, medicis, chirurgis atque aliis miniſtris eius agatur. 1

Euenit poſtea, vt lites illæ poſt factam deliberationem ſtatim in prima inſtantia, in parlamento introducantur, quod etiam ob fauorem pauperum iuſtum & rationabile eſt, omníque tempore ita obſeruatum fuit: & tandem cum iudicum ſententia dirimi debent, partes litigantes, contra quas Xenodochium agit, cauſas recuſationis Præſidi & Senatoribus conſilij Xenodochij obiiciant, quod tũ, cùm de lite illa mouenda in loco ſolito ſeu Camera Xenodochij deliberaretur, ipſi quoque interfuerint, qui recuſati cauſas quidem recuſationis fateri, ſed excipere ſolent, eas quoad pauperes locum habere non poſſe. Quam ſolã ob cauſam ſæpius libellos recuſatorios reiici, & poſtea recuſatos Dominos Senatores

1 ad primum citationem † generalem abuſium concernens attinet, ſimile arreſtum parlamenti Pariſienſis in cauſa appellationis ab officiali d'Amiens 9. Ianuarij, Anno M.D.XXXVIII. prolatum à D. Papone refertur. [a] Poſtremum verò aliud dictæ curiæ arreſtum 23. April. Anno M.D.L. pronũciatum eruditus ille aduocatus Pariſienſis [b] allegat, quo dictum & iudicatum fuit: Epiſcopum abuſiuè profanatum fabricæ rationum ſibi notitionem ſumpſiſſe: Segueriq & Riantio cauſæ patronis. Quod cùm optimè intelligeret atque experietia comprobatum eſſe ſciret, D. Gregorius † in e-
3 piſtola ad quendam Epiſcopum, hiſce verbis vti voluit. [c] Indicatum etiam nobis eſt, quod laicis quibuſdam curas veſtri patrimonij committentes, poſtmodum in ruſticorum veſtrorum deprecationem & fatigationibus deprehenſi ij reddere res, veſtræ non ſuppoſiti curationi, poſtponant, vobiſque deſpiciant actuum ſuorum reddere rationem. De cætero cauendum à fraternitate veſtra, ne ſecularibus viris res Eccleſiaſticæ committantur, ſed clericis, in quibus, ſi quid inuentũ fuerit prauitatis, vt in ſubditis, emendare, quod licitum eſt, valeatis. Eandem admonitionem ratione Xenodochiorum idem alibi hiſce verbis fecerat [d] tales, qui Xenochiis præſint, ordinentur, quos vexandi iudices non habeant poteſtatem, ne, ſi tales perſonæ fuerint quas inu ſu poſſint euocare iudicium, vaſtandarum rerum Xenodochij præbeatur occaſio. Haud tamen aſſequi ſatis poſſumus, quaſnam perſonas in vtroque iſto loco D. Gregorius intellexerit, quæ iuriſdictionem iudicis ſecularis declinare poſſint. Nam multis ſupremarum curiarum regni huius arreſtis [d] iudicatũ eſt, Sacerdotem ſeu clericũ tonſum, propter negotia ſecularia, quæ habet ſeu tractat, reſpondere teneri coram iudice ſeculari, nec priuilegio ſuo iuuari poſſe. Expreſſo item Parlamenti Pariſienſis arreſto [e] definitum fuit, Xenodochiorum nomine, rationes coram iudice laico reddi debere. Fortè autem vir ille ſanctus intellexit perſonas pias, Deum timentes & verè Eccleſiaſticas, quæ nunquam litigare, ſed ſemper in omni diſciplina ſuperiorum ſuorum iudicio ſtare atque ad extraneos recurrere non ſolent: vel etiam de aliis perſonis religioſis & per ſpecialia ac ſingularia priuilegia à iuriſdictione iudicum ſecularium, præſertim quoad adminiſtrationem bonorum Eccleſiaſticorum, & quę inde dependent exemptis, locutus fuit.

Quicquid verò ſit, veroſimile eſt eo tempore, quo D. Gregorius illa ſcribebat, adminiſtrationem bonorum Eccleſiaſticorum eiuſmodi perſonis commiſſam fuiſſe, quæ extra omne periculum erant propter illud iuramentum, quod tum præſtabant aut pręſtare debebant, cùm ad officium admitterentur. [f] Quam ob cauſam, vt à maioribus noſtris accepimus, atque eius rei veſtigia extant in Deciſionibus Capellæ Tholoſanæ, (quæ eſt auditorium † officialis Ar- 4
chiepiſcopi Tholoſani, quod adhuc hodie capellæ nomen obtinet) olim omnes ferè cauſæ ciuiles coram Eccleſiaſtico iudice diſceptatæ fuerunt. Verum hodie vſu contrario & regiis conſtitutionibus politicis illud mutatum fuit. Quam mutationem Eccleſiaſtici ægrè admodum ferunt, eóſque ſerò pœnitet quod limites & terminos iuriſdictiones ſuæ nimis tranſgreſſi fuerint. Nihil enim amplius remedij ſupereſt, ſed hic illud Perſij locum habet:

Cædimus, inq; vicem præbemus crura ſagittis.

ADDITIONES.

[a] Renatus Choppinus *libro 2. de ſacr. polit. capit. 2. numero 7. in fine.* [b] *libro 7. indict. 12 epiſt. 66.* ad Epiſcopum Caralitanũ. [c] *lib. 3. epiſt. indict. 12. cap. 24.* [d] Quę referuntur à Papone *en ſon recueil au tiltre de iuriſdiction. tempor. ſur perſon. Eccleſ. arreſt. 9.* [e] *d. tit. arreſt. 52.* [f] Choppinus *d. libr. 2. cap. 2. n. 3.* [e] *Satyr. 4.*

DECISIO II.

ARGVMENTVM.

Generali parlamenti Tholoſani arreſto omnibus iniunctum fuit, vt eleemoſynas publicas pauperibus darent.

SExto Martij, Anno M.D.XXVIII. per arreſtum parlamenti Tholoſani generaliter iniunctum fuit omnibus, vt publicas eleemoſynas darent in fauorem pauperum quorum cauſa ipſius Dei cauſa eſſe cenſetur. Atque ea ratione non tantum Eccleſiaſtici, & alij, qui veluti per ſubinfeudationẽ fructus decimales percipiunt: ſed etiam cęteri boni ac Catholici Chriſtiani amantes DEVM & proximum, veluti ſeipſos, eleemoſynas dare iuſſi fuerunt.

DECISIO III.

ARGVMENTVM.

Eccleſiaſtici cogi poſſunt, vt eleemoſynas pauperibus dent.

SVMMARIA.

1 *Aliud arreſtum ſuperioribus conforme.*
2 *Arreſtum Pariſienſe contra bullam Pontificis Benedicti non reſpondet voto fœderatorum noſtri temporis.*

1 POſt decennium igitur, † nempe Anno, M.D.XXXVIII. curia certior reddita, quod Eccleſiaſtici arreſto illi legitimè haud parerent, nec de fructibus decimalibus,quos nonnulli ab iis accipiebant, pauperibus quicquā darent, ſed omnia in ſuos & propinquorum ſuorum vſus conuerterent,per aliud arreſtum decimo Martij,dicti anni M.D.XXXVIII.iuſſit,quod omnes Eccleſiaſtici & officiales, ſiue priuilegiati, ſiue non priuilegiati eſſent,quo tam pro alimentis & ſuſtentatione pauperum præſtare,atque ad præſtationem illam per occupationem & venditionem bonorum, ac beneficiorum temporalium cogi deberēt, non obſtantibus appellationibus, & quibuſcunque oppoſitionibus. Quod arreſtū & decretum pro maieſtate imperij, ſalua nihilominus religionis noſtræ Catholicæ fide factum fuit.

Diu etiam antea curia parlamenti Pariſienſis,[a](quę antiquum & primū regis conſilium eſt, atque etiam curia Parium Franciæ appellatur) per arreſtum XXIX. Iulij,Anno M.CCCCVIII.declarauit;publicè lacerari & damnari debere bullam Pontificis Benedicti, quam iſte in Franciam pro libitu ſuo vel potius iritatus edictis arreſtis & conſtitutionibus antea promulgatis,miſerat,vt reformaret regulas antiquas de exactionibus Eccleſiæ, quarū Papon [b] mentionem facit, & nonnulla ex Lucij placitis [c] ad eam rem affert.Quod arreſtum minimè conuenit voto noſtrorum fœderatorū, qui maluiſſent, nō modo eiuſmodi arreſta, ſed etiam eorundē auctores Vulcano cōſecrare,atquè ſi fieri potuiſſet, manibus ſuis Thuniſſienis † corporis vmbras rapere, & pro immani conſuetudine ſua ad S. Georgij aream,quæ Tholoſæ eſt, pertrahere 2 eâdemque ratione omnia, cum præcipuis & melioribus fundamentis ſtatus noſtri Frāciſci Chriſtianiſſimi, & maximè Catholici euertere; vt affectibus ſuis ſatisfacerent & inſeruirent ambitioni quorundam exterorum, qui totalem ruinam expetebant. Verum hæc vota planè aduerſa erant iis, quæ prædeceſſores noſtri introduxerant, receperant & ſanctè obſeruarant, quæque (etiamſi nullum aliud fundamentum aut rationem habuiſſent) ſatis defendi poterant clauſula *ſecundum laudabilem conſuetudinem*;propter quam ſolam Eccleſiaſtici olim iuriſdictionem in profani ordinis viros vſurparant, quemadmodum aduocatus ille Pariſienſis [d] in loco ſuperius allegato notat. Quæ hoc loco dixiſſe ſufficiat, víxque cohibere poſſumus animi noſtri affectum, donec de his vberius diſſerendi melior & commodior occaſio offeratur.

ADDITIONES.

a Charondas *libr. pandect. ſuar. cap.3. tit. de Iuriſprudent. & iuſt.* b *en ſon dict recueil, titre de la iuriſdict. temp. art.27.* c *tit. 4. libr.1. placitor. ſumm. apud Galles curia.* d Renatus Choppinus *de ſacra politia lib. 3. cap.2. in fin. n.2.*

DECISIO IV.

ARGVMENTVM.

Inter iuriſdictionem Eccleſiaſticam & ſæcularem quędam affinitas eſt.

SVMMARIA.

1 *Sympathia & coniunctio neceſſaria inter iuriſdictionem Eccleſiaſticam & ſecularem.*
2 *Iudices Eccleſiaſtici non poſſunt procedere per viam occupationis,etiamſi hoc propter debitum Eccleſiaſt. cum fiat.*
3 *Vtraque iuriſdictio mutuo auxilio inuicem ſibi ſuccurrere debet, ita tamen, vt quoad ipſam cuiuſlibet earum originem & principalia iura nullum præiudicium fiat.*

CVm Eccleſiaſtici † iuriſdictionem nō 1 tantum quoad perſonas eccleſiaſticas ſed etiam quoad laicos ſibi vindicare conentur; ideo viciſſim magiſtratui ſeculari incumbit, tueri, defendere & conſeruare bona non tantum laicorum, ſed etiam clericorum,ſeu eorum, qui Eccleſiaſtico ordini addicti ſunt. [a] Quamuis igitur,

ADDITIO.

a Charond. *d. lib. pandect. cap.13.*

igitur iuriſdictio Eccleſiaſtica à ſeculari diſtincta & ſeparata ſit, diuiſúmq; Cęſar cum Ioue imperium habeat; atque videatur iudicem Eccleſiaſticum, quoad clericos ſaltem & ſecularem quoad laicos tantum decernere poſſe: tamen qualitas rerum affinium, quæ ad principalem cuiuſlibet iuriſdictionis tendunt finem, qui in eo conſiſtit, vt Deo, quod Dei eſt, & Cæſari, quod Cæſaris eſt, reddatur, Sympathiam quandã & neceſſariam coniunctionem iuriſdictionum illarum introduxit; adeò, vt tam per diſpoſitionẽ iuris Canonici, quàm per regias conſtitutiones [a] Eccleſiaſticæ iuriſdictioni tribuatur; de materia Sacramentorum, aliiſque rebus purè ſpiritualibus & Eccleſiaſticis cognoſcere; atque econtra iudici ſeculari permittatur contra perſonas Eccleſiaſticas de bonis ad eaſdem ſpectantibus iudicare. Haud item poteſt iudex Ec-
2 cleſiaſticus † iuriſdictionem ſuam extendere, aut per viam occupationis procedere, etiamſi de iure Eccleſiaſtico agatur, [b](quẽadmodum pluribus arreſtis non tantum noſtræ curiæ, ſed etiam aliarum ſupremarum Franciæ iudicatum fuit) verum implorare debet brachium ſeculare, vt eius auxilio ſententia bonorum ratione prolata executioni mandetur, prout Iuſtinianus etiam conſtituit [c] non quod de executione eiuſdem ſententiæ cognoſcere queat. Nam ſupremæ curiæ tantum concedere noluerunt; multóque minus illud, quoad iudices inferiores, permittere aut tolerare: ſed ſaltem iudex ſecularis, de illius executione cognoſcere poteſt, cùm ab Eccleſiaſtico legitimè fuerit requiſitus. Atque ſic mutuum † veluti auxilium eſt, quo iu-
3 riſdictiones illæ inuicem iuuantur atque oculi pedibus & viciſſim pedes oculis (quemadmodum vulgò dicitur) inſeruiunt, ita tamen vt nullum omnino præiudiciũ fiat, quoad iura principalia, primitiua & originalia, quæ vna iuriſdictio præ altera habet. Teſtari hoc poſſunt plurima arreſta antiqua ſupremarum curiarum à Papone atque aliis allegata, [d] inprimis verò illud à parlamento Tholoſano 18. Septembr. Anno M.D.XXXVII. (qui menſis & annus natiuitatis noſtræ eſt) prolatum, quo decretum fuit, clerum ratione bonorum ruſticorum ſeu plebeiorum, quotam ſiue ſolidum pro qualibet libra præſtare debere cum expreſſa inhibitione, ne capitolini Tholoſani Eccleſiaſticos ad portarum cuſtodiam cogerent, niſi euidens admodum & vrgens periculum flagitaret. Speramus nos de hac re pleniorem aliquando diſſertationem inſtituturos eſſe, vt etiam ſuperius promiſimus.

ADDITIONES.

[a] Frãciſci I. Anno 139. Ioan. Faber, *in §. itẽ Seruiana, Inſt. de action.* Maſuer. *tit. de iud. & iuriſd.* [b] *in Nou. 123. de Epiſcop. & Cleric. §. 21.* [c] *d. titul. de iuriſdict. tempor.* Lucius *ſub iiſdem titulis.*

DECISIO V.

ARGVMENTVM.

Sub prætextu fauoris pię cauſæ heres cogi nequit, vt pecuniam, quam teſtator pauperibus ad certum præſtare iuſſerat, antè diem proroget.

SVMMARIA.

1 *Cauſa pauperum fauorabilis quidem eſt, ſed alteri præiudicare non debet.*

2 *Iniquum planè eſt, ſi heres condemnetur, vt proroget pecuniam, quam teſtator ad certum diem ſoluere iuſſit.*

3 *Interdum, qui cauſam pauperum meliorem facere ſtudent, eam deteriorem reddunt.*

REdeamus nunc ad pauperes, † quorum fauor adeò magnus eſt, vt eorum cau- 1
ſam, ſuam propriam cauſam eſſe ſeruator noſter aſſerat. [a] Illud tamen æqua iuſtitiæ lance

ADDITIO.

[a] Hinc rectè traditur, quod maximus pauperum & piæ cauſæ fauor ſit. Quare cùm is, qui in teſtamento ſuo multa ad pias cauſas & pro anima legarat, poſt aliquod temporis ſpacium omnia bona ſua alteri donaſſet, cauſa teſtandi ſibi reſeruata, atque tandem ſine alio teſtamento deceſſiſſet; legata ad pias cauſas non adempta eſſe, ſed adhuc deberi reſponſum fuit, Bartolus *conſilio vigeſimo ſexto.* Iaſon *in leg. 3. C. de legat.* Vincent. Carocius *caſ. 86.* vbi tamen *num. 25.* qualitatem legati pij conſiderandã eſſe dicit: adeò vt ſi illud ſit ſimpliciter purũ, cẽſeatur eſſe ademptũ; ſi verò pro exoneratione cõſcientiæ, & pro incertis atq; malè ablatis relictum ſit, tũc non credatur reuocatum, cùm hoc propriè non donatio, ſed quædam debiti ſatisfactio, & rei alienæ reſtitutio ſit, Tiraquellus *in l. ſi vnquam, in verb. libertis, num. 72. C. de reuocand. donat.*

Quo etiam pertinent quæ tradit Baldus *in l. 1. nu. 52. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Franc. *in l. 1. num. 66. de legat. 1.* Alexander *conſilio 220. libr. 2.* AD.

lance ſemper ponderandum, atque ita accipiendum eſt, ne iuribus alterius ſine eiuſdem voluntate & conſenſu præiudicetur. Multo minus autem ob talem fauorem diſpoſitiones teſtatorum impugnari & euerti debent. Cuius rei euidens admodum exemplum in vrbe Tholoſana dari poteſt. Receptum enim ibi eſt, vt ſingulis annis circa feſtum (ni fallimur) Iohannis Baptiſtæ (quem nonnulli Ioãnem maiorem vocant) Xenodochij cuiuſdam ampliſſimi, quod ibidem D. Iacobo ſacrum eſt, theſaurarius ſeu arcarius eligatur, & quidem alternatim, ſeu mutatis vicibus, vno anno Eccleſiaſticus, & altero laicus. Si igitur quidam, qui electus eſt, hoc officium ſuſcipere recuſet; eum non ſolum in mulctã quingentarum librarum Xenodochio præſtandam condemnatur, ſed etiam quodammodo notatur infamia, vt nunquam vrbis capitolinus (capitolini autem vocantur ij, qui Pariſiis ſcabini, Burdegalæ iurati atque alibi, præſertim apud Bigerriones, conſules dici ſolent; ſicque ſumma dignitas eſt, ad quam ciuis vel incola Tholoſanus peruenire queat, cùm capitolini, nobiles reddantur, iiſque pictæ ſtatuæ in capitolio erigi ſoleant) fieri poſſit. Quod quidem, ſiue ſtatuto, ſiue conſuetudine, ſiue etiam alias introductum ſit, optima ratione, ob prædictum fauorem pauperum, firmari videtur.

2 At quod ad poſtulationem † theſaurarij ita electi, & officium illud ſuſcipientis filius & heres defuncti cõdemnandus ſit, vt proroget & anticipet pecuniam pauperibus relictam, quam teſtator ad certum diem ſoluere iuſſerat; id omni ratione caret. Vnde etiam eſt, quod arreſta, quibus ita iudicatum fuit, ad conſequentiam trahi nequeant. Quare eorum vlteriorem mentionem hic minimè faciemus, præſertim cùm

3 intellexerimus ab iis, † qui poſtea in tali officio ſucceſſerunt, tali poſtulatione cauſam pauperum non meliorem, ſed deteriorem factam fuiſſe; cùm poſtea teſtatores haud amplius tantam liberalitatem erga Xenodochia & cauſas pias exercuerint, vtpote metuentes, ne ſimile quippiam heredibus ſuis eueniret, ſi conceſſum iis ad legatorum præſtationem tempus, quod tamen eorundem partem, & quidem maiorem interdum facit, non permitteretur: ſicque dato vno abſurdo mox aliud ſequitur.

Quare nõ ineptè huc accommodari poterit, quod alibi Imperatores Muracolo & aliis militibus reſcripſerunt: ratas manere ſemper factas iure venditiones, veſtra etiã intereſt. Nam ſi oblato pretio reſcindere venditionem facilè permittatur, eueniet, vt & ſi quid vos de laboribus veſtris à fiſco noſtro, vel à priuato comparaueritis, eadem lege conueniamini, quam vobis tribui poſtulatis.[a]

ADDITIONES.

[a] *l. ratas. 7. C. de reſcind. vend.*

DECISIO VI.

ARGVMENTVM.

Fauor pauperum recuſationem iudicis non impedit.

SVMMARIVM.

1 *In qualibet cauſa coram iudice ſuſpecto, qualis etiam ille ſit, litigare res, admodum periculoſa eſt.*

EX iis, quę iam dicta ſunt, veluti eodem fonte, promanat; quod † iuxta conſuetudinem Tholoſanam; quoad conſilium negotiorum Xenodochium D. Iacobi concernentium, quod ampliſſimos reditus habet, egregiæ quædam perſonæ, atque inter eas, Præſes & aliquot Senatores magnæ Cameræ ſeligantur, vt certis cuiuſlibet menſis diebus aut alias, quoties res ita fert, in certa quadam dicti Xenodochij Camera conueniant, déque negotiis illud cõcernentibus ſibi ab iis, quibus hoc incumbit, propoſitis deliberent, ſiue de litibus motis aut mouendis, ſiue de mediis eaſdem perſequendi aut intentandi, ſiue de aliis rebus, veluti ædificiis, reparationibus mobilibus, regimine Xenodochij, pauperibus in eodem exiſtentibus, gubernatoribus, medicis, chirurgis atque aliis miniſtris eius agatur. 1

Euenit poſtea, vt lites illæ poſt factam deliberationem ſtatim in prima inſtantia, in parlamento introducantur, quod etiam ob fauorem pauperum iuſtum & rationabile eſt, omníque tempore ita obſeruatum fuit: & tandem cum iudicum ſententia dirimi debent, partes litigantes, contra quas Xenodochium agit, cauſas recuſationis Præſidi & Senatoribus conſilij Xenodochij obiiciant, quod tũ, cùm de lite illa mouenda in loco ſolito ſeu Camera Xenodochij deliberaretur, ipſi quoque interfuerint: qui recuſati cauſas quidem recuſationis fateri, ſed excipere ſolent, eas quoad pauperes locum habere non poſſe. Quam ſolã ob cauſam ſæpius libellos recuſatorios reiici, & poſtea recuſatos Dominos Senatores

deliberationi de futura ſententia interfuiſſe vidimus. Sinè valde admiramur, & ſinctè colimus ſacrum parlamenti noſtri Senatum omnéque illud, quod ab eo procedit, veluti vera & ſancta oracula, quæ ex viua veræ & non ſimulatæ philoſophiæ ſcaturigine hauſta ſunt: ſed fateri nos ingenuè oportet, quod nunquam ſatis rationē prædicti ſtyli aſſequi potuerimus; non tā propter conſcientiam iudicum, quàm propter reſpectum partium, quę nunquam in eiuſmodi arreſtis acquieſcere ſolent, quæ ex conſilio, vt loquuntur, partium, vel earundem patronorum proferuntur, cùm ea meliora futura eſſe exiſtiment, ſi & ipſarum votum accederet.

Quicquid verò ſit, frequentius lites iudicibus non ita ſuſpectis referendæ & expediendæ committi ſolent, cùm inter ſuſpectos proximum ab ipſa parte principali locum aduocatus, & conſilium dans teneant,[a] atque iniquum eſſe in ſua cauſa iudicare, vel ius dicere ſcriptum legamus, ipſo etiam Domino, qui omnia poſtmodū iudicaturus ſit, approbante, qui noluit de teſtimonio ſuo ſibi credi, ſed maluit iudicio ac teſtimonio Dei patris probari, vt D. Cyprianus ipſiſſimis [b] verbis ſcriptum reliquit.

Ex quo inferri poſſe videtur, qualitatem pauperum quoad hunc caſum haud rectè conſiderari poſſe, præſertim cùm hodie recuſationes ex perſonis aduocatorū & ſollicitatorum, ſi propinqui, amici, aut familiares cuiuſdam iudicum ſint, quamuis cōtra diſpoſitionem iuris, eique conformia arreſta olim à parlamento Tholoſano, aliiſque ſupremis regni huius curiis prolata, & de quibus ſupra dictum fuit, admittantur.

ADDITIONES.

a *l. vnic. C. ne quis in ſua cauſ. iud. vel ius ſib. dic.* b *lib. 4. epiſt. 9. epiſtol. ad Florent.*

DECISIO VII.

ARGVMENTVM.

Alienatio rerum Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus facta pro diuerſitate circumſtantiarum interdum reuocari poteſt, interdum verò irreuocabilis eſt.

SVMMARIVM.

1 *Diuerſitas opinionum in eadem claſſe eiuſdem parlamenti, quoad alienationem rerum Eccleſiaſticarum, pro diuerſitate circumſtantiarum, & rationum, quæ ex facto deſumi poſſunt.*

QVoad alienationem rerum eccleſiaſticarum extitit diuerſitas opinionum 1 in iiſdem claſſibus eiuſdē ſupremæ curiæ, ſeu parlamenti: quemadmodum à Papone notatur.[a] Idque propter diuerſas conſiderationes & circunſtātias, quæ vtplurimum ex facto ſumuntur, veluti bonam aut malā fidem acquirentium, alienationis neceſſitatem, vrgentem, eius cauſam, vel alias ſimiles: adeò vt, quāuis arreſto parlamēti noſtri X. Septembris, Anno M.D.XLV. in cauſa monialium S. Claræ du Puget, contra Ioānem Amaranum definitum fuerit, alienationem eiuſmodi ſine ſolemnitatibus factam reuocari poſſe, etiamſi per infeudationem alienatio facta ſit & centū anni iam lapſi ſint: tamē eadem curia poſtea ad relationem Domini Ioſſe, cui etiam noſtrū votum dedimus, contrarium iudicarit, quoad infeudationes factas ab Abbate & Capitulo S. Sernini in vrbe Tholoſana, in cauſa inter prædictum Abbatem & Capitulū, ſeu eius Syndicum, atque inter Gumbertum, Dariacum & alios vertente, menſe Ianuario, Anno M.D.LXXX. Idem quoque poſtea penultimo Aprilis eiuſdem anni ad relationem Domini Fabri, in cauſa heredum de Crozet pharmacopœi Tholoſani, contra equites S. Iohannis Hieroſolymitani pronunciatum fuit. Quorum arreſtorum diuerſitas dependet à circunſtantiis, quas modo attigimus, aliiſque rationibus, quæ videri poſſunt apud eos, qui hæc latius tractant.[b]

ADDITIONES.

a *lib. 1. tit. 13. arreſt. 1. 2. 3.* b In quorum numero ſunt Baldus, Aluarotus, & alij, *in cap. 1. qui feud. dar. poſſ. & in cap. 1. Epiſcop. vel Abb.*

DECISIO VIII.

ARGVMENTVM.

Senatoribus priuati conſilij regis ſeſſio aut votum in parlamento Tholoſano regulariter non conceditur.

SVMMARIA.

1 *Comites aut Senatores conſilij priuati, ſeu familiaris, nullam ſeſſionem, multóque minus aliquod votum in parlamento Tholoſano habent.*

2 *Domino du Bourg, Epiſcopo de Rieux ſpeciali-*

ſpecialiter, ob certas quaſdam cauſas, conceſſum fuit, vt tam in conſilio quàm in audientia dicti parlamenti votum haberet.

COmites, ſeu Senatores † priuati aut familiaris conſilij Regis, non habent ſeſſionem, aut votum, in parlaméto Tholoſano. Atque ſic fuit iudicatum per arreſtum dicti parlamenti, ad relationem defuncti Domini Dauſſonne, 4. Iulii, Anno M. D. LXXVI. quoad comprobationem diplomatis erectionis in comitatum, quod defunctus dominus de Caylus obtinuerat. Eodem quoque arreſto decretum fuit, quod non obſtante derogatione & expreſſa prouiſione, quæ diplomate illo continebatur eo caſu, quo Dominus de Caylus ſine heredibus maſculis decederet, comitatus iſte ad coronam reuerti atque immediatè ei iungi deberet. Cùm etiam de literis illis deliberaretur, primarius Præſes, Dominus d'Affis, vir æternæ memoriæ laude dignus, in noſtra præſentia atteſtatus fuit; antea quoq; in parlamento noſtro denegatum fuiſſe ſeſſionem & votum Dominis Comitibus d'Eſcars, de S. Suplice, & de Negrepeliſſe Senatoribus priuati ſeu familiaris conſilij Regis. Verum nihilominus † Domino
1 du Bourg Epiſcopo de Rieux à parlamento noſtro conceſſum fuit, vt votum tam in conſilio quàm in audientia haberet. Idq; propter tres potiſſimum rationes, quarum prima eſt; quod magiſter libellorum ſupplicum in aula fuerat: Secunda, quod Epiſcopus & filius cancellarij Franciæ eſſet; Et tertia, quod præiudicium parlaméti Pariſienſis extaret, quo ei itidem tam in conſilio quàm in audientia eiuſdem parlamenti votum habere indultum fuerat.

DECISIO IX.

ARGVMENTVM.

Opinio minor tribus vni ex maioribus iungi debet.

SVMMARIVM.

1 *Sanctio regia per quam iubetur, vt opinio minor tribus ſe conformare debeat vni ex maioribus in parlamento Tholoſano exactè obſeruatur.*

COnſtitutio Regis Ludouici XII. Anno M.D.XII. publicata, cuius articulo triceſimo ſecundo, ſancitur, vt opinio tri-
1 bus † minor vni ex maioribus iungitur, exactè hactenus in parlamento noſtro obſeruata fuit. Sanè conſtitutio illa haud ſatisficit nonnullis, qui nimis religioſi (ne dicam ſuperſtitioſi) atque aliis, qui nimis ſcrupuloſi ſunt. Ij enim eiuſmodi caſu, quo minori opinioni aſſentiuntur, omnem lapidem mouere ſolent, ne fortè accedant maiori ſententiæ eorum, iuxta quam poſtea pronunciatur, cum ea ratione conſcientiam ſuam minus grauari, ſeque conſtitutionis illius coactionem euadere poſſe exiſtiment. Quę tamen conſtitutio ęqua admodum & rationabilis eſt, eadémq; occaſio horrendæ confuſionis vitari poteſt, quemadmodum iudicatum fuit à Parlamento Pariſienſi XX. Februarij, Anno M. D. XXV. Quod arreſtum à Papone refertur. a

ADDITIO.

a *en ſon recueil liur. 4. tit. 6. arreſt 30.*

DECISIO X.

ARGVMENTVM.

Error in concipiendis arreſtis cõmiſſus ante eorundem pronunciationem à iudicibus corrigi ex officio poteſt.

SVMMARIA.

1 *Poſt conceptionem arreſti in parlamento, ſi poſtea error ex incuria relatoris aut alias commiſſus deprehendatur, idem maturè corrigi ſolet.*

2 *Poſt pronunciationem arreſti, etiamſi error euidens & manifeſtus deprehendatur, qui planè excuſari nequeat: tamen eius correctio alia ratione fieri non poteſt, quàm ſi pars læſa ſupplicationem, ſeu literas exhibeat, iiſq; cum cauſa cognitione per aliud arreſtum errorem illum reparari petat.*

SÆpius prædictum † parlamentũ, poſtquã Domini Senatores, de arreſto quod pronũciari debet cõuenêre, ſi errorẽ notabilem interueniſſe deprehendat, eundem conuocatis omnibus, qui deliberationi interfuêre, corrigere ſolet. Idque fieri oportet antequàm arreſtum pronuncietur, quale eſt illud parlamenti Pariſienſis, de Anno M. CCCC. LXXXIII. XXVIII. Nouemb. quod à Papone refertur. a Arreſto enim

ADDITIO.

a *En ſon recueil, liur. 4. tit. 6. arreſt. 28.*

enim ſemel prolato iudices manus ligatas habere cenſentur, vt ad cognitionem cauſæ, quæ ſemel concluſa, definita & deciſa fuit, amplius redire nequeant. Atque eo referendum erit arreſtum, quod idem Papon alibi recenſet.[b] Quare ſi poſtea in eiuſmodi arreſto error † euidens, & qui planè excuſari nequeat, deprehendatur; ad beneficium ſupplicationis ſeu literarum ſuccurrendum erit, vt iis correctio, declaratio aut interpretatio petatur. Quæ literæ poſtea per aliud arreſtum, & coram iiſdem iudicibus approbantur; eáq; ratione error corrigitur, defectus reparatur, & quidem plerumq; ſine expenſis. Verum nos optaremus, vt propter meliorem iuſtitiæ adminiſtrationem & exemplum, ſemper condemnatio in expenſas fieret, eáſque præſtare iuberetur is, cuius culpa errorem commiſſum fuiſſe conſtat. Quod plerumque à relatore fieri ſolet dum non diligenter omnes actorum partes extrahit & perpendit; cùm tamen ei incumbat, vt epitomen omnium illarum partium, vel ipſemet ſua manu conſcribat, vel cũ parlaméti diſpéſatione ſcribę ſuo ad calamũ dictet. Hic exemplũ quoddã admodu recens, ſed generaliter ſaltem & tacitis nominibus recenſere volumus. Lis maximi momenti inter duos fratres de bonis paternis, maternis & fraternis cõtendentes, vertitur. Alter fratrum litigantium legatũ ſatis opimum, quondã à defuncto patre tertio fratri, qui & ipſe poſtea deceſſerat, ea lege relictum, vt poſt eius obitum duobus ſuperſtitibus fratribus, cuilibet eorum pro ſemiſſe, reſtitui deberet; ab altero ſuperſtite fratre, defuncti fratris herede teſtamentario, quoad ſemiſſem illum petierat. Arreſto itaque parlamenti Tholoſani XVI. Maij, Anno M.D.XCVIII. in prima claſſe inquiſitionũ prolato, ſemis ille actori adiudicat⁹ fuit, ita tamé vt fratri heredi legitimæ defuncto fratri debitæ & Trebellianicæ detractio ſalua eſſe deberet. Quod arreſtum cùm ad manus noſtras perueniſſet (fratres enim illi noſtri propinqui ſunt) ſatis mirari non potuimus, quod adiudicatio quartæ Trebellianicæ in legato particulari facta fuiſſet. Cúmque nihil amplius remedij ſupereſſe videretur, & fratres iſti pertinaces, quo ad alia componi nõ poſſent, vt literæ declarationis, interpretationis aut correctionis, propter quartæ illius adiudicationem impetrarentur. Quæ etiam literæ poſtea coram iiſdem iudicibus per aliud arreſtum VII. Septemb. approbatæ fuerunt, cum ea declaratione, quod frater reus vnam, ſaltem quartam, nempe legitimam, non verò Trebellianicam detrahere poſſet, & quidem ſine expenſis. Quod ſatis tolerabile eſt, cùm relator in emendam parti læſæ præſtandam haud iniquè condemnari potuiſſet, præſertim cùm ab eadem ſex coronatos ſportularum nomine accepiſſet. Cauebit tamen ille in poſterum, ne tam grauiter hallucinetur, ſed potius ea ſedulò faciat, quæ ratione officij & iuramenti, quod præſtitit, facere tenetur.

ADDITIO.

[a] *liur. 6. tit. 2. arreſt. 26.*

DECISIO XI.

ARGVMENTVM.

Negotiationes Præſidibus & Senatoribus Parlamentorum interdictæ ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Præſides, Senatores, aliiq; iudices & magiſtratus, vel per ſe, vel per vxores, liberos, alióſve domeſticos ſuos beneficia Eccleſiaſticorum conducere, vel alias negotiationes exercere prohibentur.*

ARreſto dicti parlamenti † noſtri 20. Martij, Anno M.D.XXXVIII. in cauſa Syndici de Berat, & Prioris dicti loci, interdictum fuit Præſidibus, Senatoribus, aliiſque iudicibus & magiſtratibus, ne beneficia Eccleſiaſtica conducerent, néve eorundem conductionem vxoribus, liberis, miniſtris, aliiſque domeſticis ſuis permitterent, vel alias negotiationes exercerent. Quod interdictum ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, aliáque arbitraria factum fuit. 1

DECISIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Per arreſtum curiæ definitum fuit, quod eiuſdem apparitores, qui Huiſſiers vocantur, à tutela excuſentur.*

ALio arreſto dictæ curiæ XXVI. Ianuario, Anno M.D.LXXXIV. in cauſa la Marque & Longuerant eiuſdem apparitorum, qui Gallis Huiſſiers dici ſolent, declaratũ fuit, quod prædicti apparitores à tutelæ onere excuſandi eſſent. Cui⁹ arreſti potiſſima † ratio eſt, quod illos aſſiduo & 2

duo & continuo ſtudio curiæ inſeruire oportet. Si enim vllo modo negligentes deprehenduntur, in mulctas condemnari ſolent. Quam condemnationem olim à parlamento Pariſienſi frequenter vſurpatam fuiſſe legimus.[a]

ADDITIO.

[a] apud Aufrer. *in arreſt.* 4. *art.* 227.

DECISIO XIII.

ARGVMENTVM.

Apparitores ſeu Huiſſiers parlamentorum ſcribas habere prohibentur.

SVMMARIA.

1 *Ordinatio quoad Apparitores ſeu Huiſſiers à parlamento Tholoſano facta, ſed malè obſeruata.*

2 *Scribæ inſtar Harpyarum in Francia ſunt.*

PRAETEREA etiam ante illud tēpus, nempe † XVII. Aprilis, Anno M.
1 D.XLVII. antè feſtum Paſchæ, curia prædictis apparitoribus ſeu officialibus, qui Huiſſiers vocantur certas officij regulas præſcribens, expreſſè prohibuit, ne ij duobus equis in commiſſionum expeditiōne vterentur, vel etiam ſcribas haberent: excepto apparitore primario, cui in caſu infirmitatis tale quippiam à curia permitti poſſet. Hoc quoq; adiectum fuit, quod proceſſus ſuos verbales, executiones, alióſue ſimiles actus ipſimet ſcribere deberent. Quod decretum quidem bonum & vere ſanctum eſt, ſed quomodo obſeruetur teſtimonium perhibere poterunt ij, qui in iſtorum hominum manus incidūt. Haud enim
2 hoc ſeculo vllus Phineus † tam pauper reperitur, cuius res ab immani fœdarum iſtarum Harpyarū rapacitate ſecuræ eſſe poſſint, cùm turpis illa officiorum venditio meliores fructus haud parere poſſit, ſed miſerè omnia vaſtet.

Hinc nihil numeroſa edictorum eo nomine prolatorum quantitas prodeſt, cum executione deſtituantur, nec quicquā ampliſſima promiſſa faciunt, quæ antequam ad effectum perducantur, veluti rubigine obduci & conſumi ſolent. Quæ quidē hic ſignificaſſe vna vice ſufficiat. Eadem quoq;, quæ de nunciis illis iam diximus, quoad cæteros officiales, qui les Greffiers Gallicè vocantur, locum habent, præſertim iis in locis, vbi ſcribę illi, quos *maiſtres clercs* appellitant: aliíque tales ſubſtituti noui recepti ſunt. Tantum enim ij exactiones illas, quas taxas & ſalaria indigitant augere ſolent, vt hoc ſtudium apud nos vere caninum haud temerè quiſpiam cōceſſum latrocinium dixerit.[a] Vitium tamen hoc non tam frequēs eſt iis in locis, quæ iuriſdictionem parlamenti Tholoſani agnoſcunt. Ne item bonis legibus fundata ciuitas[b] legibus iſtis nouis, quibus nunc laboratur, vt antea flagitiis euerteretur, curia noſtra nūquam publicari talia edicta voluit, quorū occaſione iis in locis, vbi habentur, tā frequentes concuſſiones & excoriationes miſerorum litigantium fieri ſolent vt optimo iure exclamare queant: Ocyus relinquamus illud, de quo litigatur, ne fortè amplius quid imò noſmetipſos, vxores, noſtros, & ſi quid aliud in hac vita iucundum & charum habere aut ſperare poſſumus, nos perdere oporteat.[c]

ADDITIONES.

[a] Columella *libro primo.* [b] Plinius *in Panegyr.* [c] Tacitus *Annalium quarto.*

DECISIO XIV.

ARGVMENTVM.

Præſides & Senatores Pariſienſes ac Tholoſani olim pro collegis inuicem habebantur.

SVMMARIVM.

1 *Quod hodie obſeruari ſoleat, ſi Pariſienſes Senatores Tholoſam aut Tholoſates viciſſim Pariſios veniant?*

PAPON mentionem facit regiæ † conſtitutionis, Anno M. CCCC.LXV. pro- 1
mulgatæ, qua ſancitum fuit, quod Præſides ſiue Senatores parlamenti Pariſienſis & Tholoſani in vtroque illo parlamento, id eſt, ſiue Pariſienſes Tholoſam ſiue Tholoſates Pariſios veniant, perinde haberi, eorúmque ſententiæ rogari deberent, ac ſi illius quoque parlamenti Præſides & Senatores eſſent. Hanc autem conſtitutionem Pariſienſes recipere & approbare noluerunt prætendentes, quod omni tempore ius illud inſtar prærogatiuę cuiuſdam ſuper cætera parlamēta habuerint, nō verò idē alia parlamēta aduerſus eos exercuerint. Paulò ergo poſt, nēpe Anno M.CCCCLXVI. Parlamentum Tholoſanum decreuit, quod Præſides & Senatores Pariſienſes Tholoſam venientes in ſenatu haud amitti nec eorum vota exquiri deberēt, donec prędictæ regiæ conſtitutioni parerent.

Nondum enim multum adeo temporis tum elapſum erat ab eo, quo curia noſtra

ciuitatum, quibus datum fuit [a] nouella Iuſtiniani iudicare vſque ad aureos trecẽtos. Superioritas enim ad parlamenta ſpectat propter auctoritatem, quam à rege habent, vt ſupremi iudices ſint, eáque ratione non tantum leges Romanorum, ſed etiam regias conſtitutiones, quæ edicta & ordinationes vulgo vocantur tã eo tempore, quo publicari debent, quàm alias, ocaſione ita requirente, interpretari, moderari & declarare poſſint & ſoleant. Vnde quoque eſt,
2 quod dicti magiſtratus † præſidiales, etiam intra terminos reſſortus ſui vti nequeunt talibus verbis, quæ propriè parlamentis conueniunt; veluti ſunt, *curia* la cour, *dictum fuit*, dit a eſté, *ex cauſa*, pour cauſe, atque alia ſimilia. Nam ſi talibus vtantur, (vt interdum ab iis, præſertim verò ſub id tempus, quo primo recipiuntur, fieri ſolet, quo maiorem ſibi auctoritatem vindicent) tum parlamentum noſtrum eorũ ſentẽtias caſſare cõſueuit, atq; inhibere, ne in poſterũ eiuſmodi verbis, quæ expreſſe vel tacitè ſuperioritatem quandam arguũt. vtantur vel aliud quippiã auctoritatis parlamenti aduerſum moliri audeant. Quare etiam cùm inhibitiones generales ad formam generalis legis, atque ſic ex vſurpata quapiã ſuperioritate, à præſidialibus Tholoſanis in cauſa Bernhardi Malhol & Bonnete Eſpertinguete factæ fuiſſent, prædicto de Malhol à ſententia præſidialium ad curiam noſtram appellante, per arreſtũ ſuum XXVIII. Martij, Anno M.D.LXXI. prædicti curiæ, quoad illum ſaltem articulum,
3 quo præſidiales † inhibitionibus generalibus vtentes, tam appellanti Malhol, quàm aliis opificibus ſollicitandi munus interdixerãt, ſine vllo ſẽtẽtiæ principalis præiudicio, appellationẽ, illúdq; vnde appellatũ fuerat, caſſauit, atque ipſamet dicto de Mahlol aliiſque mechanicas artes exercentibus generaliter inhibuit, ne ſollicitãdi officio ſub pœna cẽtũ librarũ aut alia arbitraria fungi auderẽt. Ex quo facile colligi poteſt curiã noſtrã, veluti ſupremam, feciſſe id, quod iudices præſidiales eo, quod ſupremi non eſſẽt, facere non potuerant. Illud equidẽ verum eſt, quod olim dubitatũ fuerit, an etiã Domini Senatores in Camera ſeu claſſe inquiſitionum, quæ curiæ noſtræ partem facit, pro ſupremis iudicibus habendi eſſent?

Quamuis autem affirmatiuè hoc dubiũ reſolutum & deciſum fuerit, cũ nulla euidens ratio appareret, cur tam bene formatum & compoſitum corpus diuerſo iure cenſeri deberet: tamen hoc ad magiſtratus præſidiales rectè applicari nequit, multóq; minus inde firma conſequentia duci.

ADDITIO.

[a] *de defenſor. & ciuitat. §. iudicare in Nouell.*

DECISIO XVI.

ARGVMENTVM.

Magiſtratus preſidiales iuriſdictionis ſuæ limites non tranſgredi nec parlamentorum auctoritati aduerſari debent.

SVMMARIA.

1 *Magiſtratus præſidiales appellationem, illúdque vnde appellatum fuit, caſſare nequeunt, ſed neceſſariò eos pronunciare oportet, bene vel malè iudicatum fuiſſe, & quidem ſecundum ea, quæ allegata & probata fuerunt.*

2 *Parlamentum Tholoſanum nunquam permittere voluit, vt magiſtratus præſidiales in cauſis feudalibus, retractu gentilitio ſeruitutibus, talliationibus & pecunia regi debita vltimò iudicare poſſent.*

3 *De appellationibus, quæ à ſententiis præſidialium interponuntur, cognoſcere, edicta conſeruare, eadémque verificare & moderari ſola ſuprema curia poſſunt, & quidem qualibet in reſſortu ſuo.*

EX eodem etiam fonte promanat † alia 1
præſidialium vſurpatio, quàm itidem pleruque ſub initium erectionis ſeu creationis ſuæ attentare, iuxtáque eam appellationem & illud, vnde appellatum fuit, caſſare ſolent. Talis enim caſſatio ſaltem à ſupremis curiis atque à nullis aliis iudicibus licitè fieri poteſt, vtpote cùm ad ſingulares illarum prærogatiuas pertineat; vt ea ratione poteſtatem habeant emendandi, corrigendi, atque, vt melius & expreſſius dicatur, reformandi ſententias inferiorum iudicum, ſi appellantem penitus & iuxta rigorem in emendam, vel etiam interdum in expenſis condemnare nolint nec econtra eidem omne illud, quod prætendit, adiudicandum eſſe videatur. Verùm reliqui iudices medij, ſiue ſint præſidiales, ſiue Bailliui aut Seneſcalli pronunciare debent, bene vel malè iudicatum fuiſſe. Atque ſic fuit declaratum arreſto Pariſienſi XIII. Maij Anno M.D.LXXIII. cõtra preſidiales

de Senlis, quibus expreſſè interdictum fuit, ne talem auctoritatem vſurparent, quemadmodum Aduocatus Bergeron in reſolutionibus ſuis quorundam arreſtorum, quæ arreſtis Paponis ſubijciuntur, teſtatur. Quo parlamentum Pariſienſe ſignificare voluit ſe nunquam conceſſiſſe aut permiſiſſe, vt magiſtratus præſidiales dicerentur iudices ſupremi, aut veluti tales iudicarēt. Noſtra quoq; curia Tholoſana ſemper auctoritatē ſuā ſartam tectā cõſeruauit, ſtrenuéque reſtitit vſurpationibus ſedum prçſidialiū, præſertim illius de Beziers, Carcaſſonne & de Rouergue, quæ interdū hæc verba ſententiis ſ is inſerere auſæ fuerunt: *mettons l'appellation, & ce dont a eſté appellé, au neant*, id eſt, appellationem illúdque, vnde appellatum fuit, caſſamus: *la cour diſoit* curia dicebat: *dict a eſté*, dictum fuit, & *pour cauſe* ex cauſa. Tales enim ſententias, veluti nullas & abuſiuas, curia nôſtra ſemper caſſauit, & plerumque cum emenda interdum etiam ſine illa eáque expreſſè inhibuit, ne in poſterum tale quippiam auctoritati curiæ aduerſum attentaretur.

2 Haud etiam vnquam eadem permittere voluit, † vt præſidiales vltimò iudicarent in cauſis feudalibus, retractu gentilitio, ſeruitútibus, talliationibus, pecunia regi debita aliiſque ſimilibus cauſis grauioribus, quæ veroſimiliter æſtimationem eorundem iuriſdictioni conuenientem haud recipiunt. Illud etiam fieri ſolet, vt præſidiales ſi ſententiam finalem in cauſa, in qua fundatam ex edicto, erectionis iuriſdictionem habēt, protulerint atque ab eadem pars condemnata ad parlamentum appellare auſa fuerit eam vlterius in emendam condemnent, quod eorum iuriſdictionem ſpreuerit & violarit, tentantes ea ratione iuriſdictionem tueri pœnali iudicio. Quod quidem iure fieri licitè poſſe videbatur. Verum curia noſtra prudenter perpendens, quod eo modo auctoritas ſua veluti per indirectum petatur, ita appellantes minimè repellit, cúmque ad eam ſolam tanquam in reſſortu illo ſupremam pertineat eiuſmodi edicta conſeruare, verificare, vt loquuntur, & moderari, ideò ſuſcepta cauſæ cognitione & auditis partibus (quod plerumque in audientia fieri ſolet) vna cum procuratore generali regis, ſi appareat cauſam illam ad iuriſdictionem præſidialium ita pertinuiſſe, vt de ea vltimo vigore memorati edicti iudicare potuerint: tum non attenta appellatione pronunciat, executionem impediendam haud eſſe, atque litigantes ad præſidiales remittit, condemnans appellantem in emendam interdū maiorem, nonnunquam verò minorem, ex variis cauſarum figuris.

Cæterùm eo caſu, vbi deprehenditur dictos præſidiales † condemnaſſe appellantes in emēdam propter iuriſdictionis violationem, vt ſupra dictu n eſt, curia noſtra, poſtquàm dixit, *nullo habito reſpectu ad appellationem*, ſemper hæc verba adiicere ſolet; *neque ad condemnationem emendæ*, vt ea ratione iudices illos intra limites & cancellos iuriſdictionis ſuæ contineat, eoſdémque moneat, quo memores ſint obſequij & honoris, quem præſidibus & ſenatoribus parlamenti, tanquam à rege auctoritate proximis & quorum ope ac beneficio ad officia ipſi promoti fuerunt, exhibere tenentur. 3

DECISIO XVII.

ARGVMENTVM.

Haud indiſtinctè & cuiuſlibet generis literæ à præſidialibus expediri poſſunt.

SVMMARIA.

1 *Cuſtodes ſigillorum præſidialium non poſſunt literas reſciſſionis contractuum, aliorúmve actuum ſimilium, ſed ſaltem literas in cauſis iuſtitiæ atque ad iuriſdictionem præſidialium pertinētibus expedire.*

2 *Arreſtum parlamenti Tholoſani, quo cuſtos ſigillorum ob expeditionem literarum illicitè factam condemnatus in emendam fuit.*

QVemadmodum ſemper † ex vno abſurdo plura ſequuntur; ita quoque idem contingit in iis, quæ de præſidialibus modò diximus. Cùm enim cuſtodes ſigillorum, tanquam miniſtri, dominorum ſuorū audaciam imitari voluerint, ideò nonnunquam tentarunt literas reſciſſionis contractuum dare, ſub eo prætextu, quod res iſta præſidialium iuriſdictionem non excederet ſeu tranſgrederetur, ſed ad cognitionē eorum pertineret. 4

Quæ prępoſitio (quamuis per ſe vera eſſe poſſet, aduerſatur auctoritati cancellariarum, quæ in reſſortibus ſupremarū curiarum conſtitutæ ſunt, vtpote ad quas ſolas expeditio literarum gratiæ, quales etiā ſunt illæ reſciſſionum, pertinet, cùm prędicti cuſtodes ſigillorum ſaltem literas iuſtitiæ

tiæ expedire poſſint in caſibus, qui ad eorum iuriſdictionem ſpectant, atque ideò concedere nequeant literas anticipationis & multo minus literas deſertionis, veluti quæ à gratia & indulgentia principis procedunt. Quare Dominus Bergeron in reſolutionibus ſuis arreſtorum (vnde hęc depromta eſſe ingenuè fatemur) teſtatur ſe
2 vidiſſe ſeueras prohibitiones † dictis cuſtodibus ſigillorum pręſidialium fieri, ne eiuſmodi literas reſciſſionis contractuum ſignarent, néve partes eas redimerent, vel etiam earundem rationem iudices haberent. Arreſta quoque parlamenti Pariſienſis idem aſſerit, quibus Petrus Chomier cuſtos ſigillorum in ſede præſidiali de Caors condemnatus fuit in emendam, quòd expediiſſet literas, quibus continebatur læſionem factam fuiſſe, dum pactum de retrouendendo temporale & extinctum pro perpetuo & quod ad triginta vſque annos durare poſſet, habitum fuerit. De qua re plenius & commodius alibi dicemus.

DECISIO XVIII.

ARGVMENTVM.

Ex famoſa cauſa condemnato honos à parlamentis reſeruari poteſt.

SVMMARIVM.

Sola parlamenta aliaq; ſupremæ curiæ huius regni in criminibus infamiam ingerentibus condemnato reſeruare ex cauſa, quam exprimere non tenentur, honorem poſſunt.

1 CVm hactenus quædam de prærogatiuis, † quas parlamenta & reliquæ ſupremæ curiæ præ aliis omnibus habent, attigerimus; illud etiam ſubiicere hinc voluimus: quòd licet iudices aliarum curiarum in criminibus infamiam ingerentibus reos condemnare nequeant, eis, vt dicitur, bonam famam reſeruando [a] tamen parlamentis, aliiſque ſupremis curiis id liceat, ex cauſa, quam ſpecialiter exprimere nō obſtringūtur, nec cuiquam in eā inquirere conceſſum eſt. [b] Sic enim olim cuidam ita inquirenti res malè admodū ceſſit. Vnde etiam ſæpiùs fieri ſolet, vt curia noſtra in eiuſmodi ſententiis condemnatoriis vtatur clauſula iſta; ſine infamiæ nota. [c] Cuius etiam rei notabile admodum arreſtum habetur XVII. Octobris Anno M.D.LX. pronunciatum, quo definitum fuit; quod condemnationes, ſtudioſis notam infamiæ inferre non debeāt, licet nulla planè in expreſſio vel reſeruatio honoris contineatur. Atque hoc propriè ad principem pertinet, cui fas eſt maculoſas notas vitiatæ opinionis abſtergere [d] & per conſequens etiam ſupremis illis curiis, quæ principem repræſentant & vice eius iudicant, rectè competit.

ADDITIONES.

[a] Bartolus *conſ.* III. [b]. Chaſſaneus *ad conſuetudines Burgūdiæ au tiltr. des droicts & apart. à gens mariez*. §. 5. *gloſſ. penult. nū.* 36. [c] Sic etſi iniuriarum condemnatus regulariter infamia notatur: attamen talem iudicem ex iuſta cauſa honorem & exiſtimationem in ſententia ei ſaluam conſeruare poſſe à ratione iuris haud abhorret, *arg. l. quid ergo, 13. §. pœna grauior, 8. de his, qui not. infam. l. etſi ſeuerior ſententia,* 3. *C. eod.* VVeſembecius *in paratit. ibid. in final. verſic. quintus eſt.* Bartholomæus Blaretus *in repetit. l. diffamari C. de ingen. manum. pag.* 5. *numero* 5. Andreas Geil. *lib.* 1. *obſ.* 65. *num.* 6. Dan. Moller. *ad conſt. Elect. Aug. part.* 4. *cap.* 42. *num.* 17. Atque eiuſmodi ſententias ab imperiali Camera latas confert Dn. Chriſtianus Barth. p. m. *tō.* 4. *ſelect. Camer. Imp. ſent. fol.* 749. *lit F. & tom.* 5. *fol.* 848. *lit. D.* Honos item condemnato tacitè ſaluus ſeruatur, ſi ſententia non in ipſum ſed procuratorē illius, tanquam litis dominum, feratur *l. furti, 6. de his qui not. infam.* Geil. *l.* 2. *obſ.* 102. *n.* 7. Dn. Chriſt. Barth. *d. tom.* 4. *f.* 229. *lit. G fol.* 988. *lit. A fol.* 1160. *lit. B. & d. tom.* 5. *fol.* 395. *l.* 1. Diſſ. Vdalricus Zaſius *in l. acta. 45. §. de amplianda, de re iud.* qui eiuſmodi poteſtatem iudici planè denegat. [d]. Theodoricus apud Caſſiod. *var. lib.* 3. *epiſt.* 46. Quo etiam pertinent. *l. cum indulgentia* 10. *& tot. titul. C. de ſent. paſſ. & reſtitut.* atque ea, quæ tradit Lancellotus *in templ. omn. iud. libr. cap.* 1. §. 4. *ad. verb. damnatos reſtituit.* Cacherā. *dec.* 101. *nu.* 2. Sfortia Odd⁹ *in tract. de reſtitut. in integr. quæſt.* 92. *art.* 9. *nū.* 91. Menoch. *de arbitrar. iud. quæſt. libr.* 1. *art.* 93. *num.* 3. Proſper Farinac. *in prax. crimin. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 17. *num.* 21. atque poſt eos Dn. Thomas Michaelis *in diſput. de iuriſdict. them.* 11. *lit. g. & the.* 32. *lit. b.* vbi etiam teſtatur quod ius reſtituendi famæ Imperator cuilibet magiſtratui in ſeditione ruſticorum ſpecialiter indulſerit *Reichs Abſchied* Anno. 1526. *zu Speyr auffgericht* §. *vnnd vvievvol.* A. D.

DECISIO XIX.

ARGVMENTVM.

In Francia tres iuriſdictionis ſpecies habentur, nempe alta, media, & baſſa.

SVMMARIVM.

1 *Arreſtum Parlamenti Tholoſani, quo differentia iuriſdictionis alta, media & baſſa explicatur, & quid ad quamlibet earum pertineat.*

1 QVi iuriſdictionem † noſtram altam, mediam & baſſam conferre cum mero & mixto imperio, ſimplicique iuriſdictione, de quibus in pandectis & aliis iuris ciuilis libris agitur, earundémque differentias curioſè inquirere velit, bono & perito duce, qui cæca regat filo veſtigia, indiget, ínque maximo periculo verſatur, vt planè ad deuia perueniat, niſi opem & auxilium ingenioſi cuiuſdam Dædali imploret, id eſt, integrum, ſanum & doctiſſimum iudicium plurium eruditorum virorum noſtri temporis, qui etiam hac in re maximas obſcuritates illuſtrarunt & clariſſimã difficillimis iuris noſtri quæſtionibus lucem attulerunt. Ad horum igitur faces & nobis hic recurrendum eſſet, vt felicius & ſecurius in locis tenebricoſis duci poſſemus, niſi parlamenti noſtri arreſtum extaret ſolemniter in habitu curiali pronunciatum, quod inſtar fidi ductoris eſſe poteſt, vt non tantum certus iuriſdictionis vſus & effectus intelligatur, ſed etiam certam regulã habere queant ij, qui iuriſdictionalia hęc iura in manibus habent, quàm in adminiſtratione, quæ per eorundem officiales fieri conſueuit, legitimè obſeruent. Arreſtum itaque illud ſatis perſpicuũ eſt, & per ſe loquitur, nullóq; planè interprete indiget. Eius autem tenor ſequẽs eſt: Inter Bernhardum de Molinier, dominum de Maluefſe actorem quoad executionem arreſti, aliàs verò rerũ ex vna parte, & Paulũ de Caiarc dominum dicti loci, capitaneũ de Laucate reum & alias actorẽ: atque inter procuratorem generalem regis actorem ex vna parte & dictos de Caiarc & de Molinier reſpectiuè reos ex altera parte, viſis proceſſu arreſti XXVIII. Iulij Ann. M.D.XLVIII. prolati, proceſſu verbali commiſſarij executoris eiuſdem, aliiſque productionibus reſpectiuè factis, dictum fuit, arreſtum illud effectum ſortiri, & executioni mandari debere, tã in gratiam dicti Molinier quoad duas partes iuriſdictionis mediæ & baſſæ (ita vt nouem partes conſtituant totum) quam in fauorem dicti de Caiarc quoad reliquas ſeptem partes iuriſdictionis medię & baſſæ, atq; quoad iuriſdictionem altam integrè ſeu ex aſſe: nempe vt illi reſpectiuè fruantur iuribus, prærogatiuis & emolumentis, oneráq; iuriſdictionis ferant, prout quemlibet eorum, iuxta ſuam quotam, decet: declarans ad iuriſdictionem altam pertinere cognitionem, iudicium, & punitionem criminum & maleficiorum, quibus iure ſcripto, aut edictis & ſanctionibus regiis pœna mortis naturalis aut ciuilis, membrorũ abſciſſionis, effuſionis ſanguinis aut euidentis infamiæ conſtituta eſt ſollicitudinem item, prouidentiam & diligẽtiam eiuſmodi delictis occurrendi & reprimendi audaces ac violentos conatus, qui ad talia delicta tendunt: ad iuriſdictionem verò mediam pertinere cognitionem, iudicium & punitionem aliorum maleficiorum, quæ iure ſcripto aut edictis & conſtitutionibus, regis nullam prædictarum pœnarũ, ſed ſaltem leuiorem caſtigationem aut correctionem corporalem, exilium temporale & emendam ſeu mulctam honorariam merentur: & notionem habere ſeparatim aut coniunctim & generaliter de actionibus talium maleficiorum ciuiliter aut criminaliter intẽtatis: præterea auctoritatẽ & poteſtatem dandi tutores & curatores minoribus, furioſis & prodigis, atq; cognoſcendi de cauſis tutelas, & tutorum adminiſtrationem, excuſationes ac ſuſpiciones concernentibus, ſubuentiones in caſu neceſſitatis pro perſonis miſerabilibus requiſitas, publicationem teſtamentorum, confectionem inuentariorum inſinuationem donationum, nunciationem noui operis, & tandem, cauſas, quæ reparationem portuum, viarum, impedimenta facta in vſu aquarum fluuiorum & fontium publicorum, cautionéſque in vno prædictorum caſuum interponi ſolitas concernunt, periculum ædificiorum, ruinas & quæ eo nomine fieri conſueuerunt miſſiones in poſſeſſionem, aliæque ſimiles cautiones: & denique ad iuriſdictionem baſſam ſpectare notionem iudicium & executionem omnium aliarum actionum ciuilium, perſonalium, realium aut mixtarum.

Haud tamen curia eos caſus qui regis ordinatione, ſtylo curiarum huius regni, aut ſpeciali priuilegio ad iudices regios, præſi-

præſidiales aut ſupremas curias pertinent, hoc arreſto vel alias in iuriſdictione iſtorum condominorum comprehendi vult. Ne item propter diuerſitatem iudicum in dicto loco ſubditi vexētur, aut diu eorũ lites differātur ob cõcertationes, quas diuerſitas iuriſdictionis inter dominos illos parere poſſit, ordinat curia, quod in loco illo & dominatu de Vieux, vnus ſaltem iudex & vnus graphiarius ſeu actuarius eſſe debet, qui communi conſenſu à dictis condominis cõſtituetur, ſaluis dicto de Caiarc iuribus quotarũ ſupra declaratarum. Si verò intra menſem poſt intimationem huius arreſti de iudice conuenire non poterunt, ordinat curia quod per iudicem Mage aut in eius abſentia, per alium vicariũ in Seneſcallatu Tholoſano prouiſio fieri debeat conuocatis ad illud dictis condominis: qui iudex & actuarius iuramentum præſtabunt in manus dictorum cõdominorum, quoad exercitium iuſtitiæ & conſeruationem eorundem iurium iuxta portiones ſuperius declaratas. Iuramentum quoque nouorum conſulum dicti loci de Vieux recipietur à dicto de Caiarc & de Molinier, vel vno ex iis, qui tum præſens erit, vel in eorum abſentia à iudice. Vlterius ordinauit & ordinat, quod dictus de Molinier in omnibus actibus, qui ratione iuriſdictionis mediæ & baſſæ expediendi erunt, digniorem & prælationem habere debeat antè omnes alios poſt dictum de Caiarc aut eius ſucceſſores in dicta iuriſdictione in memorato loco eiúſque diſtrictu: atque etiam in omnibus aliis actibus & conuentibus generalibus, veluti in proceſſionibus, oblationibus, receptione pacis, prælationem & ipſe eiúſque vxor poſt dictum de Caiarc habebit.

Licitum quoque erit dicto de Molinier condomino quoad duas, quas habet, partes iuriſdictionis mediæ & baſſæ affigere inſignia in locis publicis dicti dominatus atque etiam ea apponere ſigillo curiæ ordinariæ dicti loci, ſed ad manum ſiniſtrã & paulò inferius, quam inſignia de Caiarc poſita erunt. Quo ſigillo ſignari debent literæ, quæ nomine dicti iudicis pro condominis illis expedientur: cuius nomine etiam proclamationes iuriſdictionem mediam & baſſam concernentes fieri debent. Præterea declarat curia dictum de Molinier, ne ſepulturam in Eccleſia dicti loci de Vieux habeat, vbi prædeceſſores eius, domini dicti loci ſepeliri cõſueuerũt. Et quantum attinet iura pedagij, quod in eodẽ loco exigi ſolet, recepit & recipit prædictas partes litigantes & procuratorem generalem regis, vt facta ſua ius illud concernentia articulatim proponant ac probent intra quindecim dies poſt feſtũ S. Martini proximè futurum, vt poſtea de eo ius dicatur. Interim verò ius illud locabitur perſonis idoneis & ſine fraude, adeò vt cõductores mercedis partes ſeptẽ dicto de Caiarc & reliquas duas dicto de Molinier præſtire debeant, ſine præiudicio iuris, quod regi competit & donec aliter fuerit ordinatum. Quod arreſtum iudicialiter Tholoſæ in parlamento XIII. Septembris Anno M. D. LII. pronunciatum fuit, cum XXVII. Auguſti, anni præcedentis conceptum fuiſſet.

DECISIO XX.

ARGVMENTVM.

A capitolinis Tholoſanis immediatè ad parlamentum appellatur.

SVMMARIVM.

1 *Appellationes à ſententiis capitolinorum Tholoſatum immediatè ad parlamentum deuoluuntur, niſi fortè vnus ex capitolinis iſtis pars litigans ſit. Quo caſu ad Seneſcallum appellari poteſt.*

Capitolini Tholoſani iudices † ſunt in prima inſtantia cauſarum politiam concernentium, nec alium ſuperiorem, quàm curiam, recognoſcunt; niſi fortè vnus, ex capitolinis, pars litigãs ſit. Quo caſu ad Seneſcallũ prouocari poteſt. Atq; ſic fuit definitũ arreſto dictæ curiæ XX. Februarij Anno M. D. LXVII. & XXVI. Maij Anno M.D.L X. Quod ſi Capitolini iſti probè conſideraſſent, ſecúmque perpendiſſent illud, quod defunctus rex Henricus II. Anno M. D. LII. proprio ſuo ore pronunciauit contra generales a(quorum reſpectu capitolini ſaltem ſunt municipales aut particulares) in fauorem parlamenti Pariſ. cui generales iſti ſe æquare volebant: tum ad nouam illam molitionem tam facilè non prorupiſſent, dum nuper in proceſſionibus generalibus & particularibus Tholoſæ inſtitutis prudentiores prędeceſſoribus ſuis eſſe, & parlamẽti noſtri arreſta, 1

ADDITIO.

a Papon *en ſon recueil liur.4.tit. 7.arreſt. 18.* Lucius *libr.4.tit.2.arreſt.3.*

arreſta, præſertim illud XXI. Iunij Anno M.D.III. prolatum negligentes aſſignato ſibi loco haud contenti eſſe voluerunt. Sed quid multa de iis dicamus, cùm non tam capitolini quàm fœdi & abortiui miſerarum ranarum ſeculi noſtri, quæ inuidia nimis inflatæ & ruptę fuerunt, vel auium, quæ alas latè vltra nidos extendere volebant, fœtus videantur. Deus opt. max largiatur, vt ij, vel alij melius electi & in eorum locum ac capitolium ſuccedentes ad priſtinam obedientiam reuertantur & clementia ac manſuetudine curiæ abuti deſinant, cui ſecundum Deum & regiam maieſtatem, ſua bona, fortunas, cæteráque omnia, quæ in mundo habent, illos accepta ferre oportet.[a]

ADDITIONES.

[a] Capitolini autem, les capitoûx, Tholoſę vocantur primates ſenatus, quorum olim nonnunquam duodecim, interdum quatuor fuere, hodie octo ſunt, qui perpetuum magiſtratum non gerunt, ſed quotannis noui eliguntur, maximíſque per annum illum priuilegiis gaudent. Nam olim Romani Tholoſæ ius capitolij conceſſerunt, quod nulli alij ciuitati, quàm huic, Narbonæ & Carthagini reſtauratæ indulſere. In æde illa vrbis, quæ la maiſon de ville, vel etiam capitolium vocatur, eo quòd ad imitationem capitolij Romani extructa fuerit, effigies capitolinorum ferè omnium in habitu ſolemni, qui ex vna parte ruber, ex altera niger eſt, paſſim poſitæ ſunt. Inprimis verò iis plenum eſt conclaue, in quo ſenatus haberi ſolet: Conclaue item huic vicinum cuius Camino ſequentia verba aureis literis maiuſculis appicta ſunt: VIDEANT CONSVLES, NE QVID RESPVBLICA DETRIMENTI CAPIAT. In area ad introitum huius conclauis capitolini aliquot ad effigiem Mariæ proſtati videntur, cum ſequentibus diſtichis:

Pallas Romanæ Tritonia præſuit arci,
Alma Tholoſanæ virgo præeſt Maria.
Excedunt vrbis tantū capitolia noſtra,
Excedit quantum Pallada virgo parens.

Non procul inde imago Luciæ & Catharinæ cum hiſce verſiculis conſpicitur:

Eligit octo viros vrbi Catharina quotannis,
Et ſtringit nodi religione ſacri.
Auſpiciis Catharina fouet, largitur honores,
Lucia, vt octo viros numen vtrumque liget.

DECISIO XXI.

ARGVMENTVM.

Miniſtri dominorum parlamenti iuriſdictioni parlamenti ſubiecti ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Scriba atque alij ſeruitores dominorum parlamenti tamdiu iuriſdictioni parlamenti ſuppoſiti ſunt, quamdiu in dominorum illorum ſeruitio & miniſterio manent.*

SCribę, miniſtri † atque alij domeſtici dominorum parlaméti, non aliorum officialium oppidi ſed ſolius curiæ iuriſdictioni parent. Cuius rei arreſtum à Dn. Aufrerio in ſuis arreſtis refertur [a] quod etiam adhuc hodie exactè obſeruatur. Verùm illud ita demum procedit, ſi prædictæ perſonæ penes dominos illos commorentur, atque in eorum miniſterio & ſeruitio ſint. Tum enim ipſa ratio ſuadet [b] vt tota familia fruatur priuilegiis patrisfamilias, qui de iure [c] interdum ex illius facto obligatur, vt ideo periculum ſit, ne cauſa ad incompetentem iudicem trahatur. Atque prędicta Tholoſæ quoad ſcribas ſemper locum habent, etiam in cauſis criminalibus & atrocibus delictis publica animaduerſione & exemplari pœna dignis. 1

ADDITIONES.

[a] *Part. 4. n. 261.* [b] per not. *in l. reſtituenda C. de aduoc. diuerſ. iud. & in l. 2. C. de epiſcop. & cleric.* [c] *l. ſi familia, de iuriſd. omn. iud.*

DECISIO XXII.

ARGVMENTVM.

Dominus ſuperior iuſtitiarius iudici vicarium dare poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius iudicis à domino ſuperiori iuſticiario creatus prafertur ei, quem ipſe iudex ſibi deſignauit.*

IN lite vertente † inter Iacobum de Lauaur oriundum de Gaignat en Quercy in vicecomitatu de Turene, qui vicarius ordinarij iudicis dicti loci à tutoribus Domini Vicecomitis, (qui iā dux de Bouillon & Ma- 1

& Mareſcallus Franciæ eſt dominus altæ mediæ & baſſæ iuriſdictionis non minus in Vicecomitatu quàm aliis ditionibus ſuis, quas cum ampliſſimis priuilegiis tenet) conſtitutus fuerat & Petrũ Colinet, cui antea ipſemet iudex dicti loci, Malbuiſſon, idem officium vicariatus commiſerat, cùm cauſa per appellationem ad noſtram curiam deuoluta fuiſſet, per eiuſdem arreſtum Anno M.D.LXIV. dictus Liuaur victoriam cauſæ obtinuit, eáque ratione in quaſi poſſeſſione officij contra dictum Colinet cum expenſis ſeruatus fuit. Quod arreſtum ſimile eſt illi, quod à parlamento Burdegalenſi VII. Septembr. Anno M.D.XXIX. pronunciatum fuiſſe Nicolaus Boërius [a] teſtatur, qui etiam pro more ſuo rationes & fundamenta illius prolixè recenſet.

ADDITIO.

[a] *Deciſ.152.*Papon *en ſon dit recueil.liu.4.tit.11.arreſt.91.*

DECISIO XXIII.

ARGVMENTVM.

Officiales regij ſunt perpetui.

SVMMARIA.

1 *Omnes regis officiales perpetui ſunt, non obſtante clauſula, quæ eorum prouiſionibus communiter inſeri ſolet*: quãdiu nobis placuerit, &c.

2 *Quod locum non habet quoad reliquos officiales non regios, quales ſunt dominorum ſuperiorum iuſtitiariorum.*

3 *Conſtitutio facultatem concedens dominis ſuperioribus iuſticiariis, à quibus immediatè ad parlamentum prouocatur, vt iudices ſuos abdicare poſſint.*

4 *Exceptiones dictæ conſtitutionis declaratæ.*

5 *Num Eccleſiaſtici ſuperiores iuſticiarij, aut alias propter qualitates & dignitates ſuas Eccleſiaſticam iuriſdictionem habentes eadem libertate & poteſtate præditi ſint, qua ſeculares gaudent.*

1 CErtum eſt, atque in Francia † inſtar legis generalis, quę ex vſu ſemper certam interpretationem habuit, & per conſequens facilè mutari non debet, obſeruatur quod omnes officiales regij (non obſtante clauſula eorundem prouiſionibus inſeri ſolita, *quamdiu nobis placuerit, &c.* perpetui & irreuocabiles ſint, tum quod ſacrati conſeantur, atque ideò iis viuentibus character iſte adimi nequeat, quemadmodum Plinius *in quadam Epiſtola* ſcribebat [a] tum quod officia illa inſtar patrimoniorum perpetuo atque per totam vitam iis addicta ſint, qui ea poſſident, adeò vt eadem non niſi ex delicto amittere poſſint, & quidem ſi prius vocati & deſuper auditi fuerint. Eius rei arreſta ſatis vulgaria à Papone conferuntur [b] qui alibi eorundem rationes expendit ex Boërij deciſionibus depromtas [d] quem ipſemet quoque arreſta illa referens allegat, atque tradit illud non obſeruari nec locum habere quoad officiales non regios. Hi enim à dominis ſuis officia precario habere exiſtimantur, præſertim ſi eorum prouiſionibus inſerta ſit clauſula; *quandiu nobis placuerit.* Horum quippe dominorum placitum voluntas † & precarium haud talem interpretationem, 2
qualem ipſius principis, recipit, cuius voluntas conſtans, ſolida & firma præſumitur [e] nec in eo ſpectandum eſt, quid diſpliceat, ſed quod principi bono, cui etſi nimium liceat, minimum tamen debet licere [f] placere poſſit. Atque eadem re apertam regum noſtrorum conſtitutionem habemus, qua expreſſè ſancitum eſt, vt domini ſuperiores iuſticiarij † parlamentis immediatè ſubiecti officiales ſuos 3
pro libera voluntate & arbitrio ſuo ſummouere poſſint, niſi fortè iis officia in cõpenſationem ſeruitiorum aut aliis onerosis titulis conceſſa fuerint. Quæ clauſula extrema de iis potiſſimum caſibus intelligi debet, ſi officiales in fauorẽ matrimonij officia acceperint, qui fauor maximè pius & dignus eſt, vt neceſſariò obſeruetur, ſi eadem à dominis emerint, (quæ venditio vtique non minus quàm compenſatio ſeruitiorum ſtrictè obſeruanda eſt [g] ſi vera permutatio fuerit facta.) Hiſce enim, atque aliis quibuſdam caſibus, domini etiam † qualitatem, cuius in conſtitutione 4
regia mentio fit, habentes, officiales ſuos reuocare aut ab officio remouere nequeunt, quemadmodum Dn. Guilhelmus Bene-

ADDITIONES.

[a] *Lib.4.epiſt.8.* [b] *lib.4.tit.11.arreſt.2. & 3.* [c] *au 2.tom.des notair.liur.8.titul.8. des interdicts & actions poſſeſſoires.* [d] *deciſ.148.* [e] *argum.l.Thais,§.ſorore, de fideicom.libertat.* [f] Seneca *Troad.* [g] quam allegat Papon *d. loco.* & Charondas *libr.3. reſp.cap.34.*

arreſta, præſertim illud XXI. Iunij Anno M.D.III. prolatum negligentes aſſignato ſibi loco haud contenti eſſe voluerunt. Sed quid multa de iis dicamus, cùm non tam capitolini quàm fœdi & abortiui miſerarum ranarum ſeculi noſtri, quæ inuidia nimis inflatæ & ruptę fuerunt, vel auium, quæ alas latè vltra nidos extendere volebant, fœtus videantur. Deus opt. max largiatur, vt ij, vel alij melius electi & in eorum locum ac capitolium ſuccedentes ad priſtinam obedientiam reuertantur & clementia ac manſuetudine curiæ abuti deſinant, cui ſecundum Deum & regiam maieſtatem, ſua bona, fortunas, cæteráque omnia, quæ in mundo habent, illos accepta ferre oportet.[a]

ADDITIONES.

[a] Capitolini autem, les capitoûx, Tholoſę vocantur primates ſenatus, quorum olim nonnunquam duodecim, interdum quatuor fuere, hodie octo ſunt, qui perpetuum magiſtratum non gerunt, ſed quotannis noui eliguntur, maximíſque per annum illum priuilegiis gaudent. Nam olim Romani Tholoſæ ius capitolij conceſſerunt, quod nulli alij ciuitati, quàm huic, Narbonæ & Carthagini reſtauratæ indulſere. In æde illa vrbis, quæ la maiſon de ville, vel etiam capitolium vocatur, eo quòd ad imitationem capitolij Romani extructa fuerit, effigies capitolinorum ferè omnium in habitu ſolemni, qui ex vna parte ruber, ex altera niger eſt, paſſim poſitæ ſunt. Inprimis verò iis plenum eſt conclaue, in quo ſenatus haberi ſolet: Conclaue item huic vicinum cuius Camino ſequentia verba aureis literis maiuſculis appicta ſunt: VIDEANT CONSVLES, NE QVID RESPVBLICA DETRIMENTI CAPIAT. In area ad introitum huius conclauis capitolini aliquot ad effigiem Mariæ proſtati videntur, cum ſequentibus diſtichis:

Pallas Romanæ Tritonia præfuit arci,
Alma Tholoſanæ virgo praeeſt Maria.
Excedunt vrbis tantū capitolia noſtræ,
Excedit quantum Pallada virgo parens.

Non procul inde imago Luciæ & Catharinæ cum hiſce verſiculis conſpicitur:

Eligit octo viros vrbi Catharina quotannis,
Et ſtringit nodi religione ſacri.
Auſpiciis Catharina fouet, largitur honores,
Lucia, vt octo viros numen vtrumque liget.

DECISIO XXI.

ARGVMENTVM.

Miniſtri dominorum parlamenti iuriſdictioni parlamenti ſubiecti ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Scribæ atque alij ſeruitores dominorum parlamenti tamdiu iuriſdictioni parlamenti ſuppoſiti ſunt, quamdiu in dominorum illorum ſeruitio & miniſterio manent.*

SCribę, miniſtri † atque alij domeſtici dominorum parlaměti, non aliorum officialium oppidi ſed ſolius curiæ iuriſdictioni parent. Cuius rei arreſtum à Dn. Aufrerio in ſuis arreſtis refertur [a] quod etiam adhuc hodie exactè obſeruatur. Verùm illud ita demum procedit, ſi prædictæ perſonæ penes dominos illos commorentur, atque in eorum miniſterio & ſeruitio ſint. Tum enim ipſa ratio ſuadet [b] vt tota familia fruatur priuilegiis patrisfamilias, qui de iure [c] interdum ex illius facto obligatur, vt ideo periculum ſit, ne cauſa ad incompetentem iudicem trahatur. Atque prędicta Tholoſæ quoad ſcribas ſemper locum habent, etiam in cauſis criminalibus & atrocibus delictis publica animaduerſione & exemplari pœna dignis. 1

ADDITIONES.

[a] *Part.4.n.261.* [b] per not. *in l. reſtituenda C. de aduoc. diuerſ. iud. & in l.2. C. de epiſcop. & cleric.* [c] *l. ſi familia, de iuriſd. omn. iud.*

DECISIO XXII.

ARGVMENTVM.

Dominus ſuperior iuſtitiarius iudici vicarium dare poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius iudicis à domino ſuperiori iuſticiario creatus præfertur ei, quem ipſe iudex ſibi deſignauit.*

IN lite vertente † inter Iacobum de Lauaur oriundum de Gaignat en Quercy in vicecomitatu de Turene, qui vicarius ordinarij iudicis dicti loci à tutoribus Domini Vicecomitis, (qui iā dux de Bouillon & Ma- 1

& Mareſcallus Franciæ eſt dominus altæ mediæ & baſſæ iuriſdictionis non minus in Vicecomitatu quàm aliis ditionibus ſuis, quas cum ampliſſimis priuilegiis tenet) conſtitutus fuerat & Petrũ Colinet, cui antea ipſemet iudex dicti loci, Malbuiſſon, idem officium vicariatus commiſerat, cùm cauſa per appellationem ad noſtram curiam deuoluta fuiſſet, per eiuſdem arreſtum Anno M.D.LXIV. dictus Liuaur victoriam cauſæ obtinuit, eâque ratione in quaſi poſſeſſione officij contra dictum Colinet cum expenſis ſeruatus fuit. Quod arreſtum ſimile eſt illi, quod à parlamento Burdegalenſi VII. Septembr. Anno M.D.XXIX. pronunciatum fuiſſe Nicolaus Boërius [a] teſtatur, qui etiam pro more ſuo rationes & fundamenta illius prolixè recenſet.

ADDITIO.

[a] *Deciſ.152.* Papon *en ſon dit recueil. liu. 4. tit. 11. arreſt. 91.*

DECISIO XXIII.

ARGVMENTVM.

Officiales regij ſunt perpetui.

SVMMARIA.

1 *Omnes regis officiales perpetui ſunt, non obſtante clauſula, quæ eorum prouiſionibus communiter inſeri ſolet*: quãdiu nobis placuerit, &c.

2 *Quod locum non habet quoad reliquos officiales non regios, quales ſunt dominorum ſuperiorum iuſtitiariorum.*

3 *Conſtitutio facultatem concedens dominis ſuperioribus iuſticiariis, à quibus immediatè ad parlamentum prouocatur, vt iudices ſuos abdicare poſſint.*

4 *Exceptiones dictæ conſtitutionis declaratæ.*

5 *Num Eccleſiaſtici ſuperiores iuſticiarij, aut alias propter qualitates & dignitates ſuas Eccleſiaſticam iuriſdictionem habentes eadem libertate & poteſtate præditi ſint, qua ſeculares gaudent.*

1 CErtum eſt, atque in Francia † inſtar legis generalis, quę ex vſu ſemper certam interpretationem habuit, & per conſequens facilè mutari non debet, obſeruatur quod omnes officiales regij (non obſtante clauſula eorundem prouiſionibus inſeri ſolitâ, *quamdiu nobis placuerit, &c.* perpetui & irreuocabiles ſint, tùm quod ſacrati conſeantur, atque ideò iis viuentibus character iſte adimi nequeat, quemadmodum Plinius *in quadam Epiſtola* ſcribebat [a] tum quod officia illa inſtar patrimoniorum perpetuo atque per totam vitam iis addicta ſint, qui ea poſſident, adeò vt eadem non niſi ex delicto amittere poſſint, & quidem ſi prius vocati & deſuper auditi fuerint. Eius rei arreſta ſatis vulgaria à Papone conferuntur [b] qui alibi eorundem [c] rationes expendit ex Boërij deciſionibus depromtas [d] quem ipſemet quoque arreſta illa referens allegat, atque tradit illud non obſeruari nec locum habere quoad officiales non regios. Hi enim à dominis ſuis officia precario habere exiſtimantur, præſertim ſi eorũm prouiſionibus inſerta ſit clauſula; *quandiu nobis placuerit.* Horum quippe dominorum placitum voluntas † & precarium haud talem interpretationem, 2
qualem ipſius principis, recipit, cuius voluntas conſtans, ſolida & firma præſumitur [e] nec in eo ſpectandum eſt, quid diſpliceat, ſed quod principi bono, cui etſi nimium liceat, minimum tamen debet licere [f] placere poſſit. Atque ea de re apertam regum noſtrorum conſtitutionem habemus, qua expreſſe ſancitum eſt, vt domini ſuperiores iuſticiarij † parlamentis immediatè ſubiecti officiales ſuos 3
pro libera voluntate & arbitrio ſuo ſummouere poſſint, niſi fortè iis officia in cõpenſationem ſeruitiorum aut aliis oneroſis titulis conceſſa fuerint. Quæ clauſula extrema de iis potiſſimum caſibus intelligi debet, ſi officiales in fauorẽ matrimonij officia acceperint, qui fauor maximè pius & dignus eſt, vt neceſſariò obſeruetur, ſi eadem à dominis emerint; (quæ venditio vtique non minus quàm compenſatio ſeruitiorum ſtrictè obſeruanda eſt [g] ſi vera permutatio fuerit facta.) Hiſce enim, atque aliis quibuſdam caſibus, domini etiam † qualitatem, cuius in conſtitutione 4
regia mentio fit, habentes, officiales ſuos reuocare aut ab officio remouere nequeunt, quemadmodum Dn. Guilhelmus Bene-

ADDITIONES.

[a] *Lib. 4. epiſt. 8.* [b] *lib. 4. tit. 11. arreſt. 2. & 3.* [c] *au 2. tom. des notair. liur. 8. titul. 8. des interdicts & actions poſſeſſoires.* [d] *deciſ. 148.* [e] *argum. l. Thais, §. ſorore, de fideicom. libertat.* [f] Seneca *Troad.* [g] quam allegat Papon *d. loco.* & Charondas *libr. 3. reſp. cap. 34.*

Benedicti prædictæ curiæ quondã ſenator *in repetit. c. Raynutius, extr. de teſtam.* plenius tractauit.[a] Hæcque eo magis procedere arbitramur in prouiſionibus illis, quibus prædicta clauſula; *quandiu nobis placuerit*, ſpecialiter appoſita eſt; atq; conſtitutio illa ritè obſeruanda eſt in reliquis omnibus generaliter & quoad caſus ac qualitates ſpecialiter ibi expreſſas, imo etiam extra ſuos terminos [b] in cæteris caſibus vbi remotio officialium iure dominis permiſſa eſt. Cæterum dubitatum fuit, an
5 ex eiuſmodi conſtitutione† vel potius communi reſolutione, quæ antea ab interpretibus iuris facta fuit, dominis Eccleſiaſticis ſuperioribus iuſticiariis æqualis libertas & poteſtas competeret. Dubitandi occaſionem præbuerunt rationes, quæ à Charonda [c] afferuntur, qui etiam pro affirmatiua, quod Eccleſ. æquè ac ſeculares talem poteſtatem habeant, arreſtum parlamenti Pariſienſis, menſe Iunio An. M.D. LXV. pronunciatum, affert. Cui conueniens eſt aliud curiæ noſtræ arreſtum pro epiſcopo de Tarbe, contra quendam, qui de la Lanc dictus fuit, prolatum quod ſine die & anno Dn. Ioſſe in ſua aduerſaria retulit. Quæ arreſta meritò potiora habenda ſunt iis, quæ in contrarium à parlamento Pariſienſi contra priorem de S. Martin des Champs, atque à parlamento Burdegalenſi, pro officiali Burdegalenſi & de Tulle en Limoſin pronunciata fuère, quæ à Domino Boerio in ſuis deciſionibus [d] atque à Ioanne Papone [e] referuntur. Nam illa arreſta melioribus rationibus, auctoritatibus & fundamentis quàm hæc nituntur. Officialis quippe nihil aliud eſſe videtur, quàm procurator Epiſcopi, archiepiſcopi aut alterius, qui officium commiſit[f] quo vetante idem ſolui dicitur aut reuocante mandatum ſolui. Deinde [g] quoque noſtrum arreſtum gloſſę aliorúmque DD. eximiorum opinione confirmatur. [h] Atque huc facit, quod alibi Baldus [i] à ſimili notauit, & tandem perpendi ac probè examinari poſſunt, quę Ioannes Gallus [k] in quęſtionibus ſuis ratione arreſti illius Pariſienſis [l] pro Nicolao Blondel contra dictum priorem de S. Martin des Champs pronũciati affert: Cuius apoſtillator Molineus non immeritò adiecit malè in cauſa illa iudicatũ fuiſſe.[m]

ADDITIONES.

a *argum. l.cum is qui, §.ſi in ea opinione, de condict.indeb.* b *l.ſed etſi, §.conſuluit.de petit.her.arg.l.1.de libert.& eor.liber.* c ſuper *verb.duas habens filias, nu.38.cum ſeq.* d Anton.Capycius *deciſ.121.* e *lib.3.reſp.cap.34.* f *l.iudicium de iudic.* g *c.fin.de procur.* h glo. *in Clem. etſi principalis.ſuper verb. ideo electionem, de reſcrip.* & ibi Ioannes de Imola, & Zabarella Calderin.*conc.1.de offic.vicar.*Barbar. i *in c.poſtulante, de reſcript.c.quoniam, de offic.deleg.* Ioannes Faber, *in §. item ſi adhuc, Inſt.mand.* k *in l.2.C.de ſentent. & interloc.omn.iud.in ver.aduerte, quia nunquam inuenies.* l *quaſt.173.* m ad *d.quaſt.in fine, ſuper verb. non erat & ſuper verb.adiudicatur.*

DECISIO XXIV.

ARGVMENTVM.

Officialem Epiſcopi neceſſariò presbyterum eſſe non oportet.

SVMMARIA.

1 *Etſi domini rege inferiores, vt dictum eſt, pro ſuo arbitrio officiales ſuos remouere queunt: tamen ſi remotio ex famoſa cauſa fiat, officialis remotioni contradicere & reluctari atque ad purgationem legitimè ſe offerre poteſt.*

2 *Officialis Epiſcopi, etiamſi presbyter non ſit, munere ſuo rectè fungi poteſt, & propter hanc ſolam cauſam ab Epiſcopo, qui antea eum recepit, remoueri nequit.*

3 *Arreſtum dicti parlamenti pro Auguier officiali de Carcaſſonne, contra Epiſcopum eiuſdem loci.*

4 *Rationes, ob quas dictus Auguier, cùm presbyter non eſſet, officio ſuo reſtitutus fuit.*

OCcaſione eiuſdem quæſtionis alia in parlamento noſtro mota cõtrouerſia
definita fuit, quod licet dominus† rege in- 1
ferior officiale ſuum pro arbitrio & iuxta modum, qui in præcedenti deciſione explicatus fuit, remouere poſſit: tamẽ ſi hoc fiat ex cauſa infamante, quod officialis reluctari queat atque petere, vt ad purgationẽ admittatur. Tale enim arreſtum Molineis in magnis comitiis XX. Septẽb. Anno M.D.L. pronunciatũ fuit.[a] Quod mera & ſimplex executio videtur ſanctionũ regis Philippi Valeſij & Ludo.XI. An.M.CCCXLI. & M.CCCCLXVII. promulgatarum, quarum à Molineo

ADDITIO.

a Papon *d.lib.4.tit.11.arreſt.8.*

Molineo in additionibus ad quæſtiones Ioannis Galli in loco ſuperius allegato mentio fit [a] atque à Dn. Aufrerio, qui conſtitutiones illas prolixè exponit. Porrò cõtrouerſiam illam aliud quoque dubium excepit nempe, an officialem neceſſariò
2 † ſacerdotem eſſe oporteat, adeò vt ſi talis non ſit, licet nulla alia de eo hæreſeos aut magiæ ſuſpicio extet, ab Epiſcopo vel eius vicario generali licitè remoueri queat? Quod dubium à parlamento noſtro, pridie Calẽdarum Martij Anno M.D.LXXXVII. in ſecunda claſſe inquiſitionum ad relationem defuncti Dn. Veziani, viri maximo iudicio præditi, (cui noſtrum quoque votum tum dedimus) in cauſa Epiſcopi de Carcaſſonne interuenientis pro Deygua officiali ſuo & appellantis à Seneſcallo, vel eius vicario ex vna parte & Simonis Au-
3 guier † ex altera parte, arreſto ita fuit deciſum; quod Epiſcopus nõ potuerit dictũ Auguier officialẽ, quem à prædeceſſore ſuo receptum ipſemet confirmarat, ſine legitima cauſa poſtea ſuperueniente atque ſufficienti eiuſdem cognitione remouere; quamuis Auguier non ſacerdos, ſed clericus nondum in ſacris eſſet. Nam ſaltem quatuor minores ordines iam habebat. Cúmque Epiſcopus dictum Auguier hæreſeos Magiæ atque malæ adminiſtrationis in officio accuſaſſet, ideò ordinatum eodem arreſto fuit (nulla habita ratione ſententiarum, quas pendente lite Epiſcopus ille contra Auguier à iudice Eccleſiaſtico proferri curarat, quæ caſſatæ fuerunt, cum omni reliquo proceſſu per cenſuras Eccleſ. & excommunicationes publicas contra d. Auguier facto) vt in vitam & mores Auguieri inquiri atque is interim officio ſuo, vnde deiectus fuerat, reſtitui deberet. Nam interim munus officialis vſurparat frater quidam religioſus ex ordine prædicatorum, cui Daroſt nomen erat, qui ſe vicarium generalem Epiſcopi appellitabat, & cuius cauſam Epiſcopus agebat, atque Auguierum cedere nolentem excommunicatione maiori dignam declararat. Ordinatum tamen etiam fuit, quòd dictus Aygua prætenſus officialis nouus vocari deberet, vt eius defenſiones quoad poſſeſſorium illius officij audirentur. Atque ſic
4 notari poteſt, quod ſi dictus Deygua † in lite fuiſſet, & defenſoris partis obiens, ad tenutam, vt vocant, concluſiſſet, procul omni dubio parlamentum noſtrũ Auguiero poſſeſſionem prouiſionaliter adiudicaſſet; donec de cauſis, ob quas eum Epiſcopus remouere volebat, legitimè cognouiſſet. Ea enim ratione ſatisfactum fuiſſet, vni prædictarum conſtitutionum, quæ delictum iudicialiter declarari vult [b] atque alteri, quæ forefacturã primitus iudicari vel declarari ſecundum iuſtitiæ terminos iubet. [c] Cæterum quod contra dictum Auguierum allegabatur, cum officialem ideo eſſe non poſſe, quod presbyter ſeu ſacerdos non eſſet, ad eius remotionem minimè ſufficiens videbatur, cùm eum clericum eſſe conſtaret atque certum ſit in iis, quæ reſpiciunt iuriſdictionem contentioſam & cauſarum cognitionem non presbyterum [d] officialem exiſtere poſſe, dummodo clericus ſit. Et quamuis in iis, quæ pertinent ad excommunicationem vel abſolutionem dubitatum fuerit [e] eo quód munus ligandi vel ſoluendi ſolis presbiteris cõceſſum videatur: [f] tamen præualuit in contrarium ſententia eorum, qui excommunicationem & damnationem criminum iuriſdictionis & non ordinis eſſe exiſtimauerunt. [g] Iuxta quam pro dicto Auguiero ita pronunciatum fuit.

ADDITIONES.

[a] *in d. quaſt. 173. ſuper verb. ſibi,* & Aufrerius *tit. de conceſſ. benef. vel offic. non vac.* ibi, *per forefacturam primitus iudicatã vel declaratam, ſecundum iuſtitia terminos, in ſtylo parlamenti.* [b] Philippi Valeſij [c] Ludouici XI. [d] per notata *in c. canonica, de ſentent. excom.* [e] *c. verbum, c. quem pœnitet, de pœnit. diſt. 1.* [f] Gloſſ. *in c. præter. ſuper verb. duabus. diſt. 22. in c. bene. ſuper verb. præter Romanum. diſt. 96.* [g] Panormitan. *in cap. cum illorum. de ſentent. excommun. d. c. Canonica. ſuper verb. presbyter.* gloſſ. *in capit. in noua. 16. q. 7. Dd. in capit. decernimus, de iudic.*

DECISIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Vſura interdum in pecunia non in frumento ſolui debent.*

DOminus Charondas in reſponſis ſuis, tomo vltimo [a] eiuſmodi caſum recenſet: quidam trecentas libras ſacerdotibus Eccleſiæ parochialis de la Baſtide Monfort legarat, vt eaſdem in emtionem reditus duodecim modiorum frumenti impenderent, atque hæredes ſuos trecentas illas libras præſtare & donec præſtarentur in ſingulos annos vſuras ſoluere iuſſerat. Heredes

ADDITIO.

[a] *Capit. 24.*

1 Heredes tam ſortis † quàm vſurarum no-mine interpellati, eas in pecunia vſque ad duodecimum denarium ſeu duodecimam ſortis partem ſoluere voluerunt.

Verum arreſto parlamenti noſtri VI.Iulij Anno M.D.XCIV.condemnati fuerunt, vt iuxta teſtatoris voluntatem vſuras illas in frumento præſtarent,pro eo tempore, quo ſummam iſtam in manibus ſuis habuiſſent. Atque exiſtimat Charondas occaſionem dediſſe huic arreſto moram heredum,& quod tale legatum non habuerit qualitatem redituum reductioni ad iuſtum vſurarum modum ſubiectorum.Quod quidem directè contrarium videtur reſponſo illi Vlpiani,vbi inquit: [a] Si cui certa quantitas legetur, & quoad præſtetur in ſingulos annos certum aliquid, velut vſuras, iuſſerit teſtator præſtari,legatum valet:ſed in vſuris hactenus debet valere,quatenus modum probabilem vſurarum non excedit.

ADDITIONES.

[a] *l.ſi legatum ſit.§.final.de annu.legat.*

DECISIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Arreſtum parlamenti Toloſani conforme præcedenti,cum eiuſdem rationibus & præcipuis fundamentis.*

1 VErum antea † nempè V.Februarij Anno M.D.LXXXIII.in ſecunda Camera inquiſitionum ad relationem Dn.Ciron, nobis quoque votum noſtrum dantibus, curia noſtra idem, quod in iam dicto arreſto continetur,iudicauit; cùm confirmaret ſententiam Seneſcalli de Rouergue,aut eius vicarij,quoad legatum relictum à Ioanne Fraſſinet ſacerdote, in ſuo teſtamento Anno M.D.XXIV.quo obitum, vt vocant, fundarat, vt certæ miſſæ à ſacerdotibus de la Baſtide de Montfort celebrarentur,&pro eius dotatione præſtari voluit ſacerdotibus illis trecentas libras Turonenſes,vt impenderentur à ſuo herede in rentis perpetuis (hæc enim ſunt verba ipſius teſtamenti)intra quatuor annos atque interim & quo vſque ſoluerentur aut apportata fuiſſet pecunia legata,ſacerdotibus illis duodecim modios frumenti dari voluit cum expreſſa clauſula; quod vellet dictas trecentas libras permanere in manibus ſororis ſuæ, quam fructuariam bonorum ſuorum reliquerat, & poſt eam in manibus heredis, quem nominarat. Hoc inquam caſu iudicatum fuit, vſuras, quæ per octodecim aut viginti annos debebantur,in frumento ſoluendas eſſe iuxta eam æſtimationem, qua frumentum ſingulis annis communiter venditum fuerat, quamuis frumenti valor ſortem longè excederet atque ſucceſſores heredum reductionem ad duodecimum denarium poſtulaſſent,iuxta regias conſtitutiones, illúdque quod ſupra ex Vlpiano allatum fuit [a] atque alibi Bartolus [b] notauit. Nam cùm vtrumque tam ſors, quàm vſuræ in diſpoſitione teſtatoris æquè principaliter cõtinerentur, meritò ſententia vſuras in frumento præſtari iubens confirmata fuit. Annua quippe præſtatio de qua Vlpianus loquitur,ſaltem acceſſoria eſt atque vſurarũ loco recepta, quæ ideò rectè reduci poſſunt, prout ex duobus locis ipſius textus ſatis colligi poteſt [c] atque patet ex iis, quæ ex doctrina Bartoli [d] Ranchinus *in ſuis concluſionibus* affert.[e] In ipſo quoque proceſſu deprehendebatur ſimile arreſtum ab eodem parlamento inter eaſdem partes & eiuſdem condemnationis pronunciatum fuiſſe à quo appellãtes literas in forma ſupplicationis ciuilis impetrarant : quarum fructu & effectu, per idem arreſtum cum expenſis, ſed ſine emenda priuati fuerunt. Veroſimile autem admodum eſt, quod arreſtum illud, cuius Charondas meminit, nullum aliud ſit, quàm hoc ipſum, de quo iam diximus,cum ab iis,qui Dn. Charondæ aduerſaria memoriæ ergo facta tranſmiſerunt,facilè errorem in data, vt loquuntur, arreſti committere potuerint, atque ſic obreptum doctiſſimo & iuriſconſultiſſimo viro fuerit. [f] Quicquid verò ſit, arreſta illa (vt duo fuiſſe ponamus) optimè iure fundata ſunt; tum propter illa, quæ ſupra diximus, tum propter eximiorum quorundam iuris interpretum auctoritatem. Nec obſtant conſilia quorundam, qui partibus conſulentibus contrarium perſuadere voluerunt, multóque minus aliorum inter-

ADDITIONES.

[a] *In d. l. 3. §. final.* [b] *in l. 2. de his, quæ pœnit. nom.* [c] *in d. l. 3. §. fin.* ibi, *certum aliquid, velut vſuras*; & ibi, *ſed in vſuris hactenus.* [d] *in d. l. 3. §. fin.* [e] *part. 3. numero decimoquinto.* [f] Bald. *in l. vnic. Cod. de his, quæ pœnit. nomer.* Paul. Caſtrenſ. *in l. 1. Cod. de ſum. trinit.*

interpretationes [a] vtpote quæ à Molineo analyticè & doctè admodum refutantur. [b] Apud quem etiam vberior de hac re diſſertatio videri poteſt.

ADDITIONES.

[a] Aretin.*conſ.*251.Alciat.*Parad.c.vlt.li.* 5. [b] *in tract.commerc.q.*73.*nu.*481.*& vſque ad fin.quæſt.*

DECISIO XXVII.

ARGVMENTVM.

Vſuras curia Tholoſana planè improbat.

SVMMARIVM.

1 *Parlamentum Tholoſanum omnino ab vſuris abhorret, vel potius à colorato illo intereſſe, quod in earum locum ſuffectum fuit.*
2 *Notabile parlamenti illius arreſtum, quo iudicatum fuit intereſſe non excedere duplum, atque illud quod excedat & ſolutum ſit, in ſortem principalem imputari.*
3 *Rationes ex vtraque parte pro hypotheſi illa, ſuper qua arreſtum prolatum fuit.*
4 *Conſtitutio Imperatoris Antonini ne vſura diuerſo tempore ſoluta in duplum imputentur, aliis recentioribus conſtitutionibus & expreſſo D.Iuſtiniani edicto abrogata fuit.*
5 *Vſura in ſimplici mutuo illicita eſt & tolerari nequit.*
6 *Occaſio principalis, ob quam in locum antiquarum vſurarum emtio annuorum redituum permiſſa ſit.*
7 *Extrauagantes pontificum Martini V. & Calixti III quoad emtionem annorum redituum nihil noui introducunt, ſed inuentio & prima origo D. Iuſtiniano accepta ferenda eſt.*
8 *Et maximus prædo eſt vſura & res malè acquiſita.*
9 *Pactio, vt quis poſſit recipere ſortem ſuam per quendam qui ſe emtorem dicit alterius, quem ſuum venditorem conſtituit eſt vna ex præcipuis, quæ contractum vſurarium & reprobum reddere cenſentur.*
10 *Omnes conſtitutiones redituum vltra duodecimam ſortis partem vitioſæ & vſurariæ ſunt.*
11 *Pecuniam mutuo dare vt quotannis decima ſortis pars vſuræ loco præſtetur, crudelis admodum & barbara vſura eſt, cuius reſtringendæ ergo D.Iuſtinianus & antiquiores multas cautiones introduxerunt & prudenter proſpexerunt.*
12 *Duplo vſurarum, quod principale excedere nequit, illud principale includitur tanquam ſors, & res ipſa non obſtantibus iis, quæ in contrarium afferri poterant.*
13 *Lucullus primus inter Romanos conſtituit, ſi vſura ad duplum ſortis principalis perueniret, quod creditores quicquam amplius petere non poſſent.*
14 *Antichreſis etſi quodammodo affinitatem cum contractu pignoratitio & vſurario habet: tamen à Romanis, ſub certa conditione recepta & approbata fuit.*
15 *Arreſtum parlamenti Tholoſani, quo regula ſuperius* num. 2. *allegata confirmatur.*

CÆterùm, ſi vlla ſuprema † curia vel imperialis vel regia in Europa eſt, quę ab vſuris aut intereſſe colorato, quod in vſurarum locum, mutato ſaltem nomine, ſucceſſit, abhorret, certè noſtra curia Tholoſana erit, quæ quantum in ſe eſt, atque ab æqua & iuſta ſua auctoritate dependet, ſemper eo tendit, vt eas non tantum moderetur atque ad legitimum modum reducat, ſed etiam per imputationẽ in principale vel ſortem penitus conſumat, quod caſus, qui hoc ferunt atque ex ſanctis decretis & canonibus, conſtitutionibus imperialibus aut edictis & ſanctionibus regum, quibus in Francia vtimur, peti poſſunt. Cuius rei verum, euidens & certum teſtimonium, cum ſubiecta diſſertatione ſequens arreſtum præbere poterit, quod ad noſtram relationem pronunciatum fuit, cum dubio & ancipiti Marte atque æquatis dominorum votis prius diſceptatum fuiſſet. Hypotheſis autem, ſeu ſpecies facti, eiuſmodi erat: Anno M.D.LXI.d.XV. Nouembris Dorde Stephanus & Claudius Teiſſierus, affines ex oppido d'Alby vterque coniunctim, & vnus pro altero, ſine vlla diuiſione vendunt Dn. Antonio Cauanhac trecentos modios frumenti

res pro eodem vendita interuenerat: adeò vt cùm defunctus Teiſſier vendidiſſet reditum trecentorum modiorum frumenti pro ter mille libris, dictus Cauanhac perceperit dictum reditum eiuſdémque fructus tanquam ad ſe emtorem propriè ſpectantes, non verò tãquam acceſſorios mutui ſeu crediti cuiuſdam, quod dictus Cauanhac dicto Teiſſier feciſſe intelligatur, nõ obſtãte pactione de retrouendendo cõtractui iſti appoſita, quæ licet executione mandetur, tamen impedire nequit, quin interim dictus Cauanhac aut qui ab eo cauſam habent, fructus ſuos faciant vſque ad diem redemtionis. Atque in tali contractu venditionis nec res vendita, nec pretium dici aut cenſeri poſſunt acceſſoria, cùm neutrum alteri accedat, ſed vtrumque æquè principale ſit. Quare emtor tãquã rei vẽditæ dominus, ex cõtractu factus fructus ex eadem percipit, atque ſuos facit, licèt contractus iſte aliquando propter pactum de retrouendendo reſolui poſſit. 3 Emtio quoque redituum annuorum iuxta proportionem decem ad centum contractus legitimus 4 eſt, atque à põtifice Martino V. An. M.CCCCLXXXIV. & Calixto III. Anno M.CCCCXLV. approbatus fuit. Atque talis cõtractus olim in Frãcia indiſtinctè tolerabatur 5 ita tamen, vt ratio decimæ rarior & grauior eſſet & veluti ἀκμὴ, quam excedere non licebat 6 pro iuſto tamẽ precio cenſebatur & communiter 7 recipiebatur, frequentérque exercebatur, inter veros & legales mercatores 8 vnde licitus exiſtimari debebat; adeò vt poſtquam tractu temporis pecunia frequẽtior eſſe cœpit & fructuũ valor creuit; preciũ in redituũ conſtitutione cõmuniter in hoc regno ad ſummũ duodecimo nũmo ſeu duodecima ſortis parte æſtimatũ fuit; vtpote quæ media eſſet inter vſuram inferiorem ſeu minorem, atque inter eam, quę omnium maxima & grauiſſima cenſetur, & quotannis decimam ſortis partem facit, iuxta antiquum gloſſatorem *in ſuis additionibus*. 9 Si tamen reditus decimo aſſe ita ematur ſeu conſtituatur cõtractus propterea nullus non redditur, nec prænumeratæ vſuræ in ſortem imputari aut repeti poſſunt, ſed ſaltem quoad vſuras futuras ad iuſtum duodecimæ ſortis modum ille reducitur, & propterea non vſurarius, ſed ſaltem excesſiuus, vt loquuntur, habetur; 10 Quod multa parlamenti Pariſienſis arreſta teſtantur, tum quod non multum diſtet à iuſto & permiſſo modo: tum quod à veteri more & memoria hominum non exorbitet, ideóque tanquam ſimpliciter exceſſiuus temperari & reduci ſoleat ad iuſtã & æquabilem quantitatem, quæ eſt vnius in quindecim, quam meliorem tẽperationem 11 dicit Molinæus *in ſuo commercior. tractat*. pręſertim cùm in omnibus caſibus de iure contractus non annulletur, ſed ad modum permiſſum reducatur, ita vt exiſtiment moderniores nullum eſſe caſum in iure (ſi quod nouo iure in fœnerante agricola conſtitutum eſt, excipias 12) in quo propter exceſſum vel admixtum illicitum fœnus totum vitietur. Et quamuis præſtatio per viginti annos in caſu, de quo hîc agitur, atque ſic per tempora facta ad bis mille coronatos perueniat: tamẽ propterea dupli exceſſui minimè obnoxia videtur. Idque propter conſtitutionẽ † expreſſam D. Antonini, 13 Etſi enim eam abrogatam eſſe prætendi poteſt in caſu purarum vſurarum: moribus tamen noſtris & cõſtitutione regia omnino ſimiliariter obſeruari certiſſimum eſt, nempe vt tales reditus hypothecarij vltra quinquennium exigi non poſſint. ſi diu ceſſatum fuerit in ſolutione redituum, ita tamen vt reditus illi excedant quinquennium, ita tamen vt non prohibeat reditum peti ſingulis annis vſque ad X. vel XX. annos vltra quinquenniũ, nõ tamẽ vt redit⁹ illi vltra quinquenniũ ſoluti reo proficere poſſint. Cur ita? quia plerumque contingit, vt creditores non exigant reditus ſibi debitos, vt tãdem miſeros debitores & obligatos mergant & eos poſſeſſionibus ſuis ſpolient, cũ non exigantur ab eis ſingulis annis, vt cõuentum eſt, quod ceſſat cum ſingulis annis reditus & penſio petitur. Ex abundanti etiã in facti iſta ſpecie cautum erat inſtrumento publico hypothecis & pignoribus. Quo caſu etſi creditor actionem non habeat pro excedentibus duplum, ſaltem habere debet exceptionem & retentionem iure pignoris per textum iuris, qui in terminis loqui videtur. 14 Imò licet prædicta locum non haberent: tamẽ in propoſita ſpecie duplum exactum non inuenietur, ſi quidem ſors ipſa à duplo abſtrahatur, vt eam abſtrahi debere Budæus exiſtimauit. 15 Quod etiam in eodem contractu dicebatur reditum conſtitutum tolerari poſſe, dummodo eius æſtimatio continua in pecunia conſiſteret, illud quoad prætenſum exceſſum conſiderari non poterat, cùm vtraque pars in eadem prouincia degeret, atque ideò pecunia propter vicin-

tatem locorum facilè & ſine vllis expenſis tranſportari poſſet.

Quo pertinent ea,quæ Molinæus 16. *allegato loco* confert.Ex actis item,cùm contrarium allegatū non eſſet,apparebat quod reditus iſte ſæpius ipſius emtoris impenſis exactus & receptus fuiſſet. Qui emtor etiā verùm eſſe dicebat,quod licet vigore pacti contractui appoſiti denunciatione prius iuſto tempore facta ſortem repetere potuerit:tamen pacto iſto nunquam vti voluerit neque adhuc vti volit. Obtulit etiam ſe ſortem ſuam principalem recepturum eſſe, ſi aduerſariis reuenditio placeret,ſine præiudicio tamen reſiduarum vſurarum, quas petierat.Licitum enim ſibi eſſe dixit, dicto pacto renunciare 17 re integra,tanquam cœpta quidem,ſed non conſummata 18 cùm pacta inſtar verborum cum effectu accipi oporteat 19 Præterea etiamſi in materia primarum vſurarum verſaremur: tamen vtile per inutile non vitiaretur. 20 Tandem etiam dictus Cauanhac appellãs in eo admodum grauatus videbatur, quod nulla ratio habita fuerat hypothecæ ſpecialis & generalis, quam ob maiorem ſecuritatē ſortis ſuę principalis in bonis ſuorum venditorum habebat, quia ſi quando promiſſio vſurarum non valeat, remanet tamen obligatio ſortio ſortis cum hypothecis.Etſi itaque contractus in hac hypotheſi quoad exceſſiuas vſuras nullus ſit: tamen quoad ipſam ſortem principalem omnino ſubſiſtet, & per conſequens eo nomine hypotheca ſpecialis firma manebit.Atq; locū hic habere poteſt vulgata iuris regula 21 *Si nō valet,q ago vt ago valeat vt valere poteſt*,præſertim cū hìc defectus potius in materia quã in forma ſit 22 Quæ regula eo magis noſtro in caſu militat, cùm reditus † iſti, qui in locum vſurarum antiquarum ſuffecti ſunt, facile in purum & ſimplex mutuum reſolui queāt. Nec obijci in contrarium poteſt actus agentium non operari vltra eorum intentionem 23 quia hoc verum eſt,quoad intentionem primæuam non ſecundariam, quemadmodum recte Baldus docuit. At hic ſecundaria videtur intentio, vt ſi contractus non valeat omnino, reddatur ſaltem pecunia principalis tanquam mutuū. Atque hæ ferè rationes & potiſſimæ cauſæ ſunt,propter quas pars dominorum iudicum exiſtimabat ſolutarum vſurarum eductionem ad legitimum modum fieri atundéque exceſſum imputari,atque ſic ſententiam à Camera ſupplicationum prolatam reformari debere.

Verum econtra altera pars dominorum (quorum opinionem & nos ſequebamur) ſententiam illam ex omni parte approbabat.Illud igitur tanquam certa & indubitata iuris regula præſupponebatur 24 illud,quod intereſt, quod in locum antiquarum vſurarum ſucceſſit, non poſſe duplum ſortis principalis excedere. 25 Quæ lex vetus fuit etiam Aegyptiorum tempore,ne creditor ſortem maiorem faceret duplo. Romani quoque vetuerant exigi vſuras vltra duplum, ex quo ſimplum inerat, ita vt poſtquam vſuræ ſemel ad quantitatem ſortis aſcendiſſent, non exigerentur 26 Hinc illud *τῶν τόκων τὸ κεφάλαιον διπλασιαζόντων τὸ πλέον παύεται*, id eſt, quod vſuris ſortem duplo æquantibus eædem ceſſent, & ita duplum illud 27 eſt alterum tantum ſorte amplius, idque alibi licitum vocatur. 28 Quod etiam locum habet atque obſeruatur, etiamſi per tempora vſuræ ſolutæ fuerint, id eſt, per partes diuerſis temporibus. Prædictæ enim conſtitutioni D. Antonij,aliæ conſtitutiones nouellæ Iuſtiniani 29 derogant, quibus cautum eſt expreſſè,vt particulares vſurarum ſolutiones in duplum computentur 30 adeò vt iuxta illas vſuræ quæ per integrum decennium ſolutæ fuerunt duplum ſortis faciant atque ſic mille iſti coronati ſoluti cenſeantur pro omni eo, quod intereſt, quod vnquam ratione ſortis illius præſtari potuit aut debuit:reliqui verò mille coronati, qui per alterum decennium ſoluti fuerunt, in ipſam ſortem imputentur: vt ita omnis obligatio tam perſonalis quàm hypothecaria ſublata & penitus extincta eſſe cenſeatur, atque per conſequens contractus cancellationi obnoxius ſit.

Hoc itaque præſuppoſito nihil amplius reſtat, quàm vt demonſtretur in contractu eiuſmodi vſurario imputationem dupli obtinere. Et certè ſi in noſtra hypotheſi contractus cum omnibus ſuis clauſulis penitius inſpiciatur,tum euidenter apparebit eum titulo emtionis reditus velatū & coloratum fuiſſe in fraudem vſurarum. Tales enim contractus celebrare ſolent vſurarij 31 ſibi tectoriolum iniuſtitię fingentes vt indagine cuncta ſpacia ingreſſi in retia cautionum & laqueos vſurarum debitores cogant.

Haud igitur emtor fauorem & beneficium legis implorare poteſt, quam non modo non ſeruauit,ſed etiam candē fallere &circumuenire auſus fuit,atq; ideo tali beneficio ſe indignum reddidit, cùm conſtet

ſimulatam

ſimulatam æquitatē duplicem iniquitates eſſe. 32 Nam primo dubio caret, quod vſura † in ſimplici & formali mutuo illicita ſit & tolerari nequeat. 6

Et quamuis homines noſtri ſeculi ad negotiationem illam admodum proni & propenſi ſint, imo eius tricis planè ſe inuoluerint, vt alia ratione expediri ferè haud potuerint, quàm ſi emtio redituū iis permitteretur & in antiquaru vſurarū locum ſufficeretur: tamen hoc ſemper manet, quod eiuſmodi contractus ſapiat vſurariam prauitatem admodum exoſam & auctoritate ſacrorum conciliorū inter Chriſtianos damnatam, adeo vt vſuras improbare & econtra reditum in pecunia cōſtitutum admittere, hoc certè fuerit non rebus ſed verbis tantummodo legem poſuiſſe. 33 Præterea etiam maius abſurdum ſequetur, nempe quod licet talium redituu in pecunia cōſtitutorum moderatio ſeu reductio fiat ad duodecimum ſeu decimumquintum aſſem ſiue nummum: attamen vſuris nullus finis imponatur, ſi duplicatæ ſortis ratio non ducatur, atque ita acceſſio contra naturalem & ciuilem æquitatem interdum infinitis partibus maior ſit principali.

Res igitur illa, quali quali etiam nomine indigitetur ſemper vſura erit. Hicque ratione ſufficienter reſponderi poterit ad primum appellantis fundamentum; quo prætendebat hic agi de emtione reditus & non de vſuris atque ideo cōſtutionem nouellam D. Iuſtiniani hic obſeruandam eſſe. 34 Ex qua conſtitutione etiam apparet vſuram illam † velatam haud nouiter à pōtifice Martino V. ad poſtulationem Hungarorum Anno M.CCCCXXIV. atque à Calixto III. Anno M.CCCCLV. ad ſupplices Germanorum preces ſed ab ipſo Iuſtiniano vel potius ambitioſo Triboniano (quemadmodū nōnulli moderniores notarunt) in prædicta cōſtitutione approbatā fuiſſe. Iſte enim aliam cauſam huiuſmodi redituum & aliam vſurarum eſſe, atque harum duplum non deberi; illorū etiam ſupra duplum deberi exiſtimauit, pro reditu habens, quod veris rerum æſtimatoribus vſura eſt. Quamobrē ambitioſis Triboniani nouellis ijdem ſupradictam adnumerāt. Quod colligunt ex ſequentibus eiuſdem verbis: (*ſi quis id pactū, ſiue reditū, ſiue etiā vſurā appellare velit*) vſurā quidē rectius: cū nihil aliud ſit reditus pecuniæ quā vſura 35 Veriſſimū eſt reditū ædiū aut fūdi duplo nō finiri: at certiſſimum, reditum pecuniæ duplo finiri. Ex quo infertur reditus 7

conſtitutos in pecunia, vt vocantur, non ſaltem male, ſed & doloſè redituum emtiones appellari, 36 quia etſi fructuū futurorum emtio rectè contraheretur: tamen dum emtio contracta reſoluitur (vt in hac conuentione iuris eſt) & res inemta ſit quodque vtrinque datum acceptúmque eſt, vtrinque redditur, ſicut in lege cōmiſſoria. 37 Nam vt emptor rem reddit, ita venditor ex aduerſo precium quidem ab eo, qui accipit, reſtituit. At in hac conuentione, cùm emtio contracta reſoluitur, precium quidem ab eo, qui accipit, reſtituitur, fructus autem apud eum, qui percepit, quanticunque fuerint, permanent: adeò vt eiuſmodi contractus communiter iam recepti & adprobati ortum ſuum trahant ex conſtitutione nouella per Tribonianum ſuggeſta, & quidem in caſu admodum ſpeciali, fauore ſcilicet Reipublicæ & vt ex æquo Iuſtinianus ciuitatum curam gerere videretur ac rerum fiſcalium, quemadmodum non tantùm in ipſa nouella expreſsè dicitur, ſed etiam ipſa inſcriptio ſeu titulus ſatis arguit: *De pecuniis & vſuris ciuitatū.* Idque multo euidentius ex baſilicis apparet, vbi nouellæ illi conſtitutioni eiuſmodi titulus præfigitur: *de vſuris pecuniæ municipalis.* Ob quas conſiderationes atque ciuilem & naturalem æquitatem eiuſmodi actus ad minimu reſtringi ad puras & ſimplices emtiones atque intra fines & palos terminales iis præſcriptos contineri debent, ne dolo, fraude aut ſimulatione fiat, vt ſub auctoritate iuris labes prauitatis vſurariæ impunè ſerpat. Nam hoc non tantum † ad ruinam debitoris, ſed etiā extremam perniciem creditoris vergeret, qui eiuſmodi prædoni hoſpitium concederet, cuius nequitia omne, vſque ad extremum obulum conſumeretur, quemadmodum rectè D. Chryſoſt. perpendit. 38 Quæcunque ergo de emtione reditus afferri poterant, ea dolo, fraude & ſimulatione excluſis accipienda & intelligenda erunt. 8

Et cùm ea, quæ remedio, vt emtione & venditione acquiſita fuerunt, propter vſuras in contrarium non mutentur, ſemper ſubaudiri oportet illam clauſulam 39 dūmodo lex non offendatur, aut quid ex publica lege corrupatur. At in noſtra ſpecie facti facilè videri poterat emptorem minimè de venditione reditus trecentorum modiorum cogitaſſe, ſed potius vt quotannis decem vſurarum nomine ex ſorte centum aureorum percipere poſſet: cuius etiam gratia æſtimationem viginti ſo-

lidorum cuilibet modio appoſuerat, quæ ad quantitatem prædicti intereſſe aſcendebat. Vtque contractus in puris & ſimplicibus iſtis terminis eo melius perſiſteret pactione ſibi proſpexerat, vt pro libitu ſuo ſortem reciperc poſſet, ſi venditoribus iuſto tempore denunciationem faceret.

9 Ex quo ſolo etiam contractus † vſurarius & legibus damnatus dignoſci poteſt. Quid.n.hoc aliud erat, quàm colore quæſito venditionis contractum mutui & fœnoris adumbrare? Nam vt eſſet emtio aut venditio reditus annui ſors, nunquam repeti poterat, quemadmodum in venditione cuiuſcunque alterius rei, is qui accepit rem aliquam & precium dedit, non poteſt precium repetere. Cúmque pacto prædicto contrarium conueniſſet & diſpoſitum fuiſſet, nec emtio nec vẽditio intelligi poteſt, imò potius verum mutuum, in quo ſors repetitur, quoties libitum fuerit creditori. Præterea illa pactio ex earum numero eſt (quarum ſex recenſeri ſolent) quæ contractum planè vitiant & vſurariũ reddunt. Nam de natura & vera ſubſtãtia emtionis eſt, vt precium ab emtore ita venditori detur, vt eius perpetuò maneat nec vnquam ab emtore repeti poſſit, 40 omniſque pactio contraria illicita eſt, & contractum nullum ac vſurarium reddit, vtpote quæ ad mutuum non verò ad emtionem, venditionem pertinet, atque ideò nõ valet aut ſi valere debet, tum neceſſe eſt, vt emptor precium ſine vllius commodi acceſſione recipiat, illúdque, quod iam recepit, in ſortem principalem imputet. Sicque placito ſummo apud Gallos curiæ XVII. Calendarum Iulij Anno M. CCCCXXV. iudicatum fuiſſe iampridẽ relatũ fuit, 41 in penſitationis ſcilicet venditione paciſci non licere, vt certo tempore, cúmve libuerit, emtor à venditore ſortem poſſit exigere: fore enim, quod eſſe noluerunt, cuiuſque auertendi gratia venditionis ſpeciem obduxerunt non clam, nõn diſſimulanter, ſed palam & apertè fœnerari: præſertim cum extrauagantibus pontificum 42 planè aduerſetur, quibus libertas redimendi quoad venditorem nullo modo adſtringi vel arctari valet.

10 Præterea certum † atque multis regni huius præiudiciis firmatum eſt, omnes reditus vltra duodecimum nummum conſtitutos vitioſos & vſurarios cenſeri. Nam quemadmodum in eiuſmodi contractibus precium ad duodecimam ſortis partẽ redactum pro vero & iuſto habetur: ita quoque illud maximum eſt, vt neque in qualitate neque in quantitate augeri aut vlla lege appoſita, veluti anticipatione temporis primæ ſolutioni deſtinati, reſtrictione libertatis de retrouendendo; neque vllo alio colore aut prætextu vlterius porrigi queat. Quare cùm eiuſmodi quid in hoc contractu interuenerit, nempe quòd non duodecima, ſed decima ſortis pars præſtanda ſit eadem ad domum creditoris afferri eidémque liberum eſſe debeat facta denũciatione ſortem à venditoribus repetere contra ipſam ſubſtantiam eiuſmodi contractuum, in quibus 43 neceſſe eſt ſortem perpetuò abalienari: nec vnquam inuitis venditoribus ab emtoribus repeti poſſe: ideò ille non ſaltem pro exceſſiuo, vt eius reductio ad iuſtum modum fieri debeat, ſed etiam pro vitioſo, reprobo & planè vſurario habendus eſt; vt imputationem in ſortem, quemadmodum ſupra declaratum fuit, fieri oporteat. Cui & hoc adiici poteſt, quod præſtationes annuæ non eodem tempore ſed diuerſo, nempe modo ad feſtum Michaelis, modò ad feſtum omniũ ſanctorum factæ fuerint. Quod & ipſum ſatis probat contractum hunc vſurarium eſſe 44 adeò vt quamuis aliud ſpecioſum nomen ei imponatur, quale ei à pontifice impoſitum fuiſſe nonnulli exiſtimant 45 tamen res ipſa maneat, atque pecunia ita mutuò detur, vt vſuræ loco decem quotannis præſtentur. Quæ vſura † crudelis & 11 barbara eſt, quámque non tantum Iuſtinianus reſtrinxit & temperauit, 46 ſed etiam veteres prudentes & legiſlatores moderati fuère, dum tria potiſſimum remedia ſeu tres principales cautiones introduxerunt, quarum prima vſuræ vſurarum prohibentur: ſecunda non indiſtinctè centeſima permittitur (quæ ita dicitur quod centeſimo menſe ſeu octauo anno ſortem exæquet atque ad octauum nummum aſcendat) & tertia 47 interdicitur vſuram exigi vltra duplum, in quo eſt ſimplum.

Quod etiam ante Iuſtinianum iam ſancitum erat, qui vlteriorem moderationem introduxit, atque quod quoad portionem æqualem ex vtraque parte deerat, conſtitutione ſua tam quoad remotionem anatociſmi (qui tum committi dicitur, quando vſuræ in ſortem conuertuntur) 48 quàm quoad curſum vſurarum vltra duplum addidit & ſuppleuit. Etſi enim antea 49 in traiectitiis † quoque negotiationibus il- 12 lud prohibebatur; tamen ad eum caſum ſaltem referebatur, quando vſuræ tempore ſolutionis duplum excedebant non ſi antea per partes ſolutæ fuerant. Vnde aliud abſur-

abſurdum ſequabatur, quod ſi creditori data erant pignora non ſaltem pro ſorte, ſed etiam pro vſuris nominatim vltra duplum etiam vſuræ currebant ad eum effe-ctum; quod etiamſi creditor non habuiſſet actionem pro excedentibus duplum, tamen haberet ſaltem exceptionem & retentionem pignoris. Creditor enim pignori aut hypothecæ incumbens videbatur potentialiter & virtualiter (vt loquuntur) habere & quaſi ſibiipſi ſoluere & percipere omnes quantaſcumq; currentes vſuras: & ſic ciuili quadam fictione prætenſæ vſuræ cenſebantur ſolutæ & perceptæ. Quod eadem ratione alibi Iuſtinianus 50 correxit, dum vſuras duplum excedere prohibuit, etiamſi creditores pignoribus acceptis ſibi cauiſſent. Quæ etiã ſufficere poterunt loco reſponſionis ad ea, quæ ſupra pro appellante adducta fuerunt. Ineſt autem duplo illi ſors principalis, tanquam res ipſa 51 non obſtantibus iis, quæ ſupra ex Budæo in contrariũ attulimus, quia aliter non meta dupli ſed tripli præfigeretur, atque diametraliter contrarium eſſet prædictæ conſtitutioni expreſſe prohibenti vſuras exigere vltra ſortis ſummam. Ad quod alluſiſſe videtur Sidonius Appollinaris, 52 *Cauta eſt*, inquit, *fœneratori centeſima, quæ per biluſtre producta tẽpus modũ ſortis ad duplum adduxit. Rectè* (ait doctiſſimus Cuiacius) *per biluſtre tempus*. Nam ſi ſors fuerit C. decennio vſura centeſima, cùm producatur ad C.XX. & vtique producitur ad C. quod eſt duplum & vero iure non niſi ad C. decennio producitur. XX. vſuræ non accreſcunt, ſed ſorti ſoluta imputantur. Accedit, quod idem Sidonius duplum paulo poſt vocat medietatem. *Suppoſitam*, inquit, *medietatem quæ per vſuræ nomen accreuit.* Sed & id manifeſtiſſimè conijcitur ex Iuſtiniani nouellis 53 quibus, vt ſupra dictum eſt ſcriptam Antonini legem corrigit & per tempora factas ſolutiones duplo imputari iubet. Quod du-
13 dum antea etiam Lucullus, † & quidem inter Romanos primus iuſſerat, vt non immeritò auctor eius iuris dici poſſit. Vt enim vrbes quaſdam Aſiæ ab vſurarum miſeriis liberaret conſtituit, quod, ſi ſolutio vſurarum ad duplum ſortis aſcendiſſet, creditor nihil amplius petere poſſet. Illud Iuſtinianus vlterius ad ſententias de eo quod intereſt, extendit 54 nempe in caſibus, qui certam quantitatem habent, & quorum æſtimatio duplũ ſortis excedere nequit. Quo etiam referri poteſt argumentũ depromtũ ex cõſtitutione D.D. Seueri & Antonini, quæ hactenus deſiderata nuper partim ex antiquiorib. libris partim ex Baſilicis à noſtris 55 reſtituta legitur, qua conſtitutũ eſt fructus ex pignore perceptos in ſortem imputari, ita vt ſi eã totã æquauerint ſoluatur tam ſortis quàm pignoris obligatio & cõpetat debitori actio pignoratitia, etiam de fructibus ſuperfluis, qui non æquauerint ſed ſuperauerint etiã
ſortem. Idem quoque quoad antichreſin † 14
deciſum reperitur, quæ vſus eſt pignoris ob maiorem crediti ſecuritatẽ dari, cuius crebra in iure mentio fit 55 quæque pignoratio & vſurario contractui affinis eſt, 57 & propterea mortuũ pignus olim appellabatur. Verum nihilominus receptus & planè approbatus fuit à Romanis, inque eo quoties fructus quotannis ſuo tempore percepti ſortem principalem æquarant, reliqui poſtea in eam imputabantur, quemadmodum doctè Molinæus in locis ſupra allegatis 58 docuit idque auctoritate Papiniani 59 confirmauit, quando inquit, fructus hypothecarum compenſari fini legitimæ vſuræ, id eſt, vſque ad modum legibus præſcriptum. Particulũ enim *fini* Molinæus interpretatur 60 ad eum finem & modum, extra quem compenſari non licebit. Tandem ridiculum admodum videbatur, quod appellans vltimo allegabat, ſe adiecta contractui clauſula repetitionem precij concernente nũquam vſum fuiſſe. Nam natura contractus admittere nequit illud, quod appellans hoc in caſu ſui commodi gratia vſurpare volebat. Deinde adiecta clauſula magis nocet quàm prodeſt, cùm declaret intentionem appellãtis, qui ſemel dolum commiſit 61 vt in re depoſita alibi dictum legimus. Atque iuxta hanc opinionem arreſto † parlamenti cùm prius anci-
piti Marte diſceptatum fuiſſet, vt ſupra di- 15
ctum eſt, appellatio à dicta ſententia in Camera ſupplicationum prolata caſſata & ordinatum fuit, quod illud vnde appellatum fuerat, 62 effectum, ſine expenſis & ex cauſa ſortiri deberet.

ADDITIONES.

1 *In l.vnic.C.de ſentent. quæ pro eo quod inter profer.* 2 *Nou.106.* 3 *l.non ideo minus, de rei vindic.* 4 *in extrauag. regimini, de emt. & vend.* Panormitan. *in c.in ciuitate, de vſur.* Andr. Tiraquellus, qui alios de more citat, §.1. *gl.6 du retraict lignagier.* 5 Molin. *in ſuo tract. commerc. quæſtion.*10. 6 *arg. l. Papinianus. §. vnde ſi quis, de inoff. teſta.* Corneus *conſ.165. col.2. verſic. & maximè lib.*1. 7 Baldus *in l.final. §. præterea,*

C.d. iur dot. 8 *argumen.l.* 2.§.*fin.de eo quod cert. loc.*Baldus *in l.vnic.C.de iis,quæ pœn. nom.* Iaſon.*in l.cunctos populos C. de ſum. trinit. numer.* 40 *& ſequ.*9 Ioannes Andr. *in additio. ad Speculator. tit de vſur.* Quæ vſura etiam centeſima,dicibatur,non quod centum pro centum, vt nõnulli exiſtimarunt, ſingulis annis vſuræ loco redderentur, ſed quòd ſingulis menſibus centeſima pars ſortis à debitore ſolueretur,Duarenus *de vſur. capit.* 3. *circa princ.*Couarr. *de veter.numis. collat. capit.*4. & centeſimo menſe vſura ſortem exæquaret, cùm veteres in menſes ſingulos non vero annos vſuras ſtipulari ſolerẽt,atque propterea etiam,quod Calendis, ſeu primo cuiuslibet menſis die eas exigerẽt, & cũ debitoribus ſuis rationes inirẽt,libros rationũ, ſeu nominũ, Calẽdaria vocabãt Petr. Gregor. *in ſyntagm.iuris lib.22.cap.*3. *num.* 29. ſic ait, Centeſimæ itaque habent rationem temporis quo æquabant ſortem,videlicet mẽſium, non quantitatis. Soliti enim erant antiqui, ſingulis menſibus vſuras exigere, & rationes cum debitoribus inire: idque docet nomen:quo rationum libri, ſeu nominum, & debitorum breuiaria nominabantur, quippe quæ appellatione Calendarij dicebantur, indicat Horatius, dum ait;

Odiſti, & fugis, vt Druſonem debitor æris,
Qui niſi, cùm triſtes miſero venère Calendæ,
Mercedem,aut nummos vnde vnde extricat amaras:
Porrecto iugulo hiſtorias, captiuus vt, audit.

Et rurſum:

Hæc vbi locutus fœnerator Alphius,
Iamiam futurus ruſticus,
Omnem relegit idibus pecuniam,
Quærit Calendis ponere.

Calendæ dicebantur ſinguli dies primi menſium,eóque quòd ab initio ſtatuit, vt Græci,& Hebræi,Romulus mẽſem quemlibet à noua Luna incipiendum:quo & factum vt alij aliis fuerint longiores, prout tardius vel citius Luna appareret:vocabatur autem populus initio eius apparitionis à minore pontifice, & à rege ſacrificulo in curiam Calabram, vt quot dies ſupereſſent vſque ad nonas, quibus venire debebant in Vrbem ruſtici ad feriarum cauſas cognoſcendas,ſignificarent. Et inde à καλῶ, quod eſt voco, Calendæ, vt notat Macrobius. Quare cùm menſtrua eſſet vſura, quòd qui tabulas conficerent menſtruas penè rationes in eas transferrent, vt ait Cicero, ſolebant Calendarum diem execrari debitores, quod indicat & Plutarchus cùm ait in libro, non eſſe fœnerandum, ἐπὶ ἀναμνήσει τῆς καλανδῶν καὶ τῆς νουμηνίας, ἣν ἱερωτάτην ἡμερῶν, ἀποφράδα ποιοῦσιν οἱ δανεισταὶ καὶ στυγνήν, id eſt, Inſuper & Calendarum aut neomeniæ recordationis,qui dies etſi ſacratiſſimi exiſtant, nefaſti tamen & execrandi ab vſurariis redduntur. Nam pignora ipſis præſtita nec Iupiter ipſe ſaluare poſſit. Et quia vſura centeſima eſt grauiſſima & duodecim pro ſingulis centum reddit, ideò inſtar aſſis habetur, vt illius reſpectu cæteræ vſuræ, trientis, ſemiſſis, beſſis aliarúmve aſſis partium nomine indigitentur, idem Gregorius *dicto libro vigeſimo ſecundo, capite tertio, numero trigeſimo ſecundo,* permiſſa quoque vſura illa centeſima certis ſaltem caſibus fuit, veluti ſi condemnatus legitimo tempore rem iudicatam non ſolueret, *toto titulo, Cod. de vſur. rei iudic.* res fungibiles ſiue ſpecies & fructus crederentur, *l. oleo, l. eos, 26. §.primo,lege decima ſextu, 17.23.C.de vſur.* pecunia periculo creditoris trãs mare vehenda daretur *l.nihil intereſt, verſic. quod in ſingulos,de nau.fa n.d.l.eos,26.C.de vſur. Nou.*110. tutor pupillarem pecuniã in proprios vſus conuertiſſet *l.1.& ſeqq.C. de vſur.pup.l.38.§ ſed quas vſuras,de negot.geſt. l 7.de adm.tut.* Molin.*q.76.num.* 588.& tãdem ſi ſocius ædificii ſumtus ad cõmunis ædificij refectionem conferre recuſaſſet. Diui quoque Iuſtiniani conſtitutione certi vſuris limites præſcripti fuere,nẽpe vt perſonis illuſtribus trientem, mercatoribus beſſem,cæteris verò omnibus ſemiſſẽ centeſimæ,& non vltra accipere liceret *d.l.eos, 26,C.h.t.Nou.* 136. Eccleſia verò, cuicũque etiam creditori, nõ niſi quadrãtem *Nou.7. auth.hoc ius porrectum C.de S S. Eccleſ.* agricolæ verò ſaltem trientem centeſimæ *Nou* 130. *Nou.*32. 34. aut ſi fructus iis crediti fuiſſent,octauam modij partem in annum ſoluere tenebantur. *Nou* 23. 33.34. *auth. ad hæc. C. hoc tit.* Nouellis poſtea ſacri imperij conſtitutionibus, Anno M. D.XXX. & M. D.LXXVII. promulgatis vſuræ quincunces ſaltem confirmatæ fuerũt,atque vt quinque tantũ nõ amplius in ſingula cẽtum ſtipulari liceret permiſſum *A. D.*Anno 77. *cap.* 20. §. *vnd*

dieivveil

dieivveil man D. Petr. Denais *in iur. Camer. titul. contractus vſurarij & illiciti* 98. *n.* 12. quamuis etiam Imperator in hereditariis regnis ſuis, & regni Boëmiæ prouinciis, aliiſque nonnulli imperij ſtatus ſemiſſes permittãt. Hic igitur modus, ſi à contrahente excedatur, contractus vſurarius redditur atq; nõ modo inſtrumentum deſuper confectum nullam executionẽ meretur, ſed etiam quarta pars ſortis caduca fit, atque ea vſurarius mulctatur Godd. *tr. de contrah. ſtipul. cap.* 6. *concl.* 1. *nũ.* 19. Geil. 2. *obſ.* 4. *n.* 1. *& ſequent. P. H. V.* Anno 48. *cap.* 17. *in pr. & §. Dievveil aber ſolche.* In Camera tamen Imperiali pro vſurario contractu non habetur, ſi loco vſurarum de ſingulis centum, ſex fuerint ſoluta, adeò vt nõ ſolum tum Camera accipientẽ quarta ſortis parte non mulctet, nec eum condemnet, vt vltra quinque indebitè acceptas vſuras reſtituat, vel eas in ſortẽ imputet, ſed eidem ſaltem iniungat, vt in poſterũ non niſi quinq; pro centum aureis accipiat, prout pronunciatũ fuiſſe in cauſa *Lubech* contra *Roſtoch* teſtatur Gilman. 1. *rer.*
11 *iud. dec.* 5. *n.* 37. vbi etiam elegantem eius rei rationem reddit, quod nempe in dolo ſit non ſolum is, qui illicitas vſuras accipit, ſed etiam, qui eas dedit, cùm conſtitutio nõ tantum eas accipi, ſed etiam dari vetet, & magis peccet dans quàm accipiens, vtpote cùm ab illius, nõ verò huius perſona contractus vſurarius initium ſumat A D. 10 Tiraquel. & Molin. *in locis ſupra allegatis.* Papõ *en ſon recueil au tiltre des contracts vſurair.* 11 *q.* 10. *n.* 14. 12 *d. Nou.* 32. 13. *in l. vſura, C. de vſur.* 14 *l. per retentionem, C. de vſur.* 15 *in l.* 1. *ad fin. ad l. Iul. maieſt.* 16 *in d. tract. de commerc. q.* 9. 17 *l.* 1. *§. final. quod quiſque iur.* 18 *l. penult. §. docere ne quis eum, qui in ius vocat,* 19 *l.* 1. *in fin. de O. & A. l.* 1. *§. qui in perpetuum, ſi ager vectigal. §. ſed quoties, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* 20 *arg. l. ſi pro mutua, ſi cert. pet. l. placuit, de vſur.* 21 *l. ſi tã anguſti, de ſeruitut.* 22. *l. ſi vnus, §. ſi acceptilatio, de pact.* 23 *l. nõ omnis, ff ſi cert. pet.* 24 *l. ſi abſ.etis. C. eod.* 25 Molin. *de vſur. n.* 43. 44. 47, *cũ ſeq.* 26 Diodor Sicul. 27 *l.* 26. *§.* 1. *de cõdict. indeb. l.* 4. *in fin. de naut. fœn.* 28 *l.* 19. *C. mãdat.* 29 *Nou.* 121. 138. Alciat. *lib.* 1. *parerg. c.* 33. 30 Molin. *in tract. cõmerc. num.* 37. 101. 31 *Clement.* 1. *de vſur.* 32 Frederic. Seneſ. conſ. 303. 33 *l. final. C. de vſur.* Molin. *d. loc. n.* 236. 34 *Nou.* 160. 35 *l. Titius, de preſcript. verb. l. alumna, de adim. legat.* 36 *arg. l. nec emptio, de contr. emt.* 37. *l.* 5. *de leg. commiſſor.* 38. *ad primum caput.* 2. *epiſt. Pauli ad Corinth.* 39 *l.* 1. *de vſur. l.* 1. *in princ. de colleg. illicit.* 40. Molin. *d. tract. q.* 51. Papon. *en ſon recueil. tit. de contract. vſur.* 41 à Lucio *lib.* 7. *art.* 3. 42 *d. extrauag. regimini, verſ. ad hoc.* 43 Molin. *d. tract. q.* 50. 44 *l. ſi forte, de caſtr. pecul.* 45 Oldrad. *conſ.* 139. quem ſequitur Iogann. Andr. *in addit. ad Speculator. titul. de inſtrum. edit. §. perro.* 46 *in d. l. eos, C. de vſur.* 47 *in d. l. eos, C. de vſur.* 48 *l. final. C. de vſur. l. final. C. de vſur. rei iud.* 49 *l. ſi non ſortem, in princ. verſic. ſupr. duplum, de cond. indeb. l. vſur. C. de vſur.* 50 *in l. penult. C. de vſu.* 51 *l. hoc edicto, §. final. de publican. & vectigal. l. licitatio, §. quod illicitè, eod. l. defenſionis facultas, C. de iur. fiſc.* 52 *lib.* 3. *epiſt.* 53 *Nou.* 121. & 138. 54 *in d. l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter.* 55 *l.* 1. *C. de pignor. act.* à Cuiacio reſtituta *lib.* 1. *obſ. cap.* 31. 56 *l. ſi is, qui bona, §. ſi antichreſis, de pignor. act. l. ſi ea lege, l. ſi ea pactione, C. de vſur.* 57 Bouteiller *en la ſomme rural.* Franc. Rigueau *en ſon indice des droicts royaux.* 58 *in d. tract. q.* 35. 59 *l.* 1. *§. pacto, de pignor.* 60 *arg. l. debitor, de compenſat. l. filius emancipat. de collat. dot.* 61 arg. eorum, quæ notant Dd. *in l. vbi ita donatur: de donat. cauſ. mort.* 62 *l.* 1. *§. ſi quis rem depoſitam, depoſit.*

DECISIO XXVIII.

ARGVMENTVM.

Antichreſis tum demum toleratur, quando fructuum certitudo haberi nequit.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, cui ſub Antichreſeos pacto domus debitoris ſui conceſſa eſt, ſi ipſemet ea non vtatur, ſed alteri eam locarit, omnes fructus, qui legitimum vſurarum modum excedunt, imputare in ſortem tenetur, eo quod de lucro euidenter appareat, nec incertitudo fructuum prætendi poſſit.*

TAM antichreſeos pactio, de qua modo diximus, quàm materia, quę ad meliorem præcedentis arreſti explicationem facit, nobis occaſionem præbet, vt hic caput quoddam ex proceſſu diſtributionis generalis bonorum defuncti Guilhelmi Barſac de Ville Franche de Rouergue, inter Veillard Villeres cęteróſque creditores

ibi nominatos inſoramus. Quidã enim ex creditoribus antiquioribus † ſummam quadraginta quinque coronatorum, quæ ſibi dictus Barſac debebat, petierat, & creditum ſuum inſtrumento publico atque ſigillis probè munito probarat. Cui tutor liberorum defuncti Barſac cæteríque creditores, vt iura ſua conſeruarent, defenſionis loco reſponderunt; quod ei poſt initũ contractum & deſuper confectum inſtrumentum dictus Barſac domum quandam conceſſiſſet, vt ea tamdiu frueretur, donec debiti illius nomine ſatisfieret; quódque ipſe hoc feciſſet, vſq; ad diem illum, quo poſt obitum communis debitoris Barſac, eiuſdem bona occupata & generaliter diſtributa fuiſſent, eáq; ratione ab iis, quibus domum iſtam locarat, circiter triginta tres coronatos atq; trientem coronati accepiſſet, qui in ſortem merito imputãdi eſſent, vt ita vltra vndecim coronatos & duos triẽtes coronati nihil amplius petere poſſet. Verum creditor iſte obiecit, quod domum ſub pacto antichreſeos tenuiſſet, fructúſque ex eiuſdem locatione perceptos legitimarum vſurarum loco lucratus fuiſſet; quibus etiam contentus eſſet, & ſaltem ſortem ſuam principalem peteret. Quæ eius obiectio ita diluta fuit, quod ea ratione vltra decimum nummum vſuras accepiſſet, quas ideò in ſortem imputare teneretur, aut ſaltem pati, vt earum reductio ad decimum quintũ nummum fieret. Quare curia noſtra menſe Martio, Anno 1577. ad noſtram relationem iudicans proceſſum illum, inter alia capita reductionẽ ad decimumquintum nummum fecit, & reſiduum eius, quod ex locatione perceptum fuit, in ſortem imputauit, factaque imputatione creditorem in ſuo ordine & hypotheca admiſit. Cuius arreſti potiſſima cauſa fuit, quod ipſemet creditor in domo illa non habitarit, ſed eandem alij locauerit. Nã ſi ipſemet in ea habitaſſet, nec mercedem locationis recepiſſet; tum ſub eo prætextu, quod commodum habitationis vſurarum modũ exceſſiſſet, reliqui creditores haud audiendi fuiſſent, vtpote cùm creditorẽ ſaltem domum minori & viliori mercede habuiſſe, nec illicitas vſuras accepiſſe cenſeatur.[a] At creditor noſter ipſemet in

ADDITIO.

[a] Antichreſis enim eſt pactio, qua conuenit, vt pecunia debitor vtatur, fruatur, & creditor loco vſurarum fructus pignoris percipiat, eóque ſimiliter vtatur, fruatur, *l.1.§.pacto placuit, de pignor. l.21. §. 1. eod. l. 39 de pignor. act. l.5. §.1. de ſupp. legat.* Alciat. *lib.2. diſpunct. cap.3.* Cuiac. *lib.3. obſ. 35.* Annæus Robert. *lib.2. rer. iud. c.8.* Molineus *de cõmerc. & v. q.356. n.259. cũ ſeq.* Geil. *lib.2. obſ.3.* Andr. Rauchb. *q. 20. part. 1.* Modeſtinus Piſtoris *conſ. 13.* Antoninus Teſſaurus *dec. 78.* Etſi autem iuſta ἀντιχρήσεως ratio eſt, ſi ad modum legitimæ vſuræ vocetur *d. l.1. §. pacto, de pignor.* tamen propter incertum fructuum prouentum leges permittunt, vt ſi fortè fructus excedant legitimum vſurarum modum, creditor nihilominus eos lucretur, tanquam periculi pretium, cùm etſi minus fructuum naſceretur, eo tamen contentus eſſe deberet, *d. l. ſi ea lege 17. C. de vſur.* Cæterũ differt antichreſis ab vſura 1. quod hæc ſtipulatione, illa pacto conſtituitur, 2. illa nuda ſortis oblatione perimitur, hæc non item 3. hanc ab agricola ſtipulari illã ab eodem paciſci nõ licet Cuiac. *ad nou. 32. & lib. 8. obſ. cap. 17.* Myn ſ. *obſ. 71. cent. 6.* Differt item antichreſis ab annuis reditibus. Nã 1. in antichreſi non eſt certus fœnoris, & lucri modus propter incertam fructuũ æſtimationem, *d. l. ſi ea lege 17. l. oleo, 23. C. de vſur.* at in reditibus annuis, definitus eſt, cert⁹ & legitimus modus, qui duodecimam ſortis non excedit 2. in antichreſi liberũ eſt creditori, quãdocũq; vult, ſortẽ exigere, in iſta annui reditus venditione exigere ſortẽ, niſi volẽte debitore, non licet. 3. in antichreſi & aliis fœneratitiis cõtractib⁹ vſuræ, cũ duplũ ſortis exceſſere, nõ amplius debentur, *l. 26. §. ſupra duplũ, de condit. indeb. l.4. §.1. de naut. fœn.* at in reditib⁹ cõſtitutis, quamdiu ſors non exoluitur, debetur annua præſtatio etiã per decẽ, viginti, triginta annos aut diuti⁹. Annæ. Robert. *libr.2. rer. iud. cap.8. pag.* (mihi) 148. *col.2.* Differt præterea antichreſis à pignore, ꝙ creditor vtatur antichreſi, pignore autẽ nõ vtatur, ſed fruct⁹ ex re pignorata percepti imputari in ſortẽ debeãt, *arg. l.1. & 2. C. de pignor. act.* Geil. *lib.2. obſ.3.* vbi etiã lati⁹ explicat, quãdo hæc cõuẽtio antichretica licita ſit, & quando vſurariam prauitatẽ ſapiat. Breuiter illicita eſt, ſi certũ ſit fructus illos legitimũ vſurarũ modũ excedere, pmiſſa verò, ſi exceſſ⁹ fructuũ incert⁹ ſit, Ioannes Koppẽ *q.22. nũ.13.* Quãdo autẽ hæc cõuẽtio licitè facta eſt, tũ creditor ἀντιχρώμενος ad vllã fructuũ ex pignore perceptorũ rationũ redditionẽ nõ tenetur, cũ quoad fruct⁹ hoſce nõ ſit rei alienæ adminiſtrator, ſed ipſemet, Dominus Andreas Rauchbar *part. 1. q.20. n. 37.* Plura quoque antichreſeos pactione videri poſſunt apud Romanum, *conſ.423.* Decium *conſ. 111.* Cumanum *conſ.181.* Renatum Choppinum *de priuileg. ruſticor. libr.1. cap.8.*

met in domo nō habitās, ſed fructus ex tertij, nēpe locatoris, manu percipiens, contra legē apertè peccauit, & propterea eius iudicium atque moderationem euitare nequit. [a] Illud enim ex humanitate quap iam ob fructuum incertitudinē toleratur; hoc verò minimè; iuxta illud, quod Accurſius noſter notauit, qui rectè infert ob reditū certū, qui ex locatione, veluti noſtro in caſu, debetur, contractum illicitū & iuris prohibitioni obnoxium reddi. Nec obſtat illud Marciani, quo reſpondit [b], ſi ἀντίχρησις, id eſt, mutuus pignoris vſus pro credito facta ſit, & in fundum aut ædes aliquis indicatur, euſque creditorem retinere poſſeſſionem pignoris loco, donec illi pecunia ſoluatur, cùm in vſuras fructus percipiat, *aut locando, aut ipſe percipiendo, habitandóque*. Nam id hoc in caſu non obſeruatur, nec ab Imperatoribus attenditur, qui ſaltem ad incertitudinē collectionis fructuum reſpexerunt, atque ad eam conſtitutionem ſuam direxerunt: cui etiam curia noſtra prædictum arreſtum ſuum accommodare voluit.

ADDITIONES.

[a] ex doctrina gl. *in d. l. ſi ea pactione.* [b] *l. ſi ea lege, C. eod.* [c] *l. ſi is, qui bona, §. antichreſis. de pignor.*

DECISIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Omnes conuentiones vſurarum ad portionem decimi nummi reprobatæ ſunt, & reſciſſioni ſubiectæ ſunt, taléſque declarati nonnulli contractus emptionis lanarum ab aliis, quàm à mercatoribus, & qui lanigerum pecus habent, facti.*

1 SVperioribus affine eſt arreſtum † quoddā menſe Martio, Anno 1542. inter Syndicum & incolas de Tarbe prolatum, quo damnatæ fuerunt omnes conuentiones vſurarum ad proportionem decimi nummi, cum expreſſa inhibitione, ne vllus iudicum eiuſmodi contractus auctoritate ſua firmaret; nempe vt vel ea ratione via præcluderetur Protheis illis vſurariis, qui tam bene includi & vinciri nequeunt, quin modum elabendi & vincula rumpendi inueniant. Alio quoque arreſto parlamenti 26. Nouembr. Anno 1566. in cauſa appellationis in audientia oretenus acta à defuncto Domino Durando, tum temporis aduocato pro Andrea Carriere curatore Ioannis de Bachelerie contra Damboyſſon mercatorem de Carcaſſonne cōtractus lanarū facti à dicto Damboyſſon caſſati fuerūt, & precium pauperibus adiudicatum, factæq; inhibitiones omnibus negotiantibus, ne ſub pœna quatuor mille librarū, aliáue arbitraria lanam ab aliis, quàm à mercatoribus & lanigerum pecus alentibus emerent.

DECISIO XXX.

ARGVMENTVM.

Pactum de retrouendēdo interdum contractum pignoratitium & vſurarium reddit.

SVMMARIA.

1 *Pacta de retrouendendo temporalia propter læſionem vſque ad quartam partem etiam precij communis bonorum venditorum, perpetuo atque ad triginta vſque annos durare declaratum fuit.*

2 *Pactiones & contractus eiuſmodi tempore nouiſſimo arreſtis parlamenti Pariſienſis & magni cōſilij pignoratij declarati fuerunt.*

EX eodem veluti fonte † tum crebræ vēditiones viliori pretio ſub pactis de retrouendendo fieri ſolitæ promanant, quę nihil aliud ſunt, quàm vela quædam, ſub quorum prætextu improbæ & illicitæ vſuræ impunè exercentur, & quidem ſub ſpecioſo eius, quod intereſt, titulo conuertentes gratias redemtiuas, vt olim vocabantur, in diſgratias captiuantes prohibitas, & omni iure tam diuino quàm humano, vel inter ipſos ethnicos interdictas. Quam ob cauſam potiſſimum curia noſtra mota fuit, vt in eiuſmodi caſibus pacta de retrouēdēdo temporalia, ſi quoad venditionem principalem de læſione non modo ad dimidiā, ſed etiam quartam ſaltem pretij communis partem habita ratione temporis, quo vēditio facta fuit, apparet, ſine vlla alia inquiſitione in qualitates & negotiandi conſuetudinem emptorum, perpetuò atq; ad triginta vſque annos durare declararet. Idque iuxta doctrinam Baldi [a] à noſtris communiter allegari ſolitam, [b] quam parlamētum Tholoſanum in pluribus arreſtis, etiā ad noſtram relationem pronunciatis obſeruauit; & quidem contra regulas generales, quoad hanc quæſtionem, in aliis ſupremis curiis regni huius, præſertim verò Burdegalenſi receptás, quarum beneficio ob- 1

ſeruari

ADDITIONES.

[a] Bald. *in cap. 1. de feud. dat. in vic. leg. cō.*
[b] Chaſſan. *ad conſuet. Burgund. tit. des rētes & vend. à rachapt. §. 1. 5. 20. 21. 22. 23. cum ſeq.*

ſeruari ſolent dilationes temporis ab ipſis partibus mutuo conſenſu præſtitutæ, atque extra illis termini ſanctionum, quoad reſciſſionem & caſſitionem contractuū. Verùm illud, quod curia noſtra Tholoſana ſequitur, magis æquum & Christianorum legi conueniens eſt, quàm, id, quod à reliquis curiis hoc in caſu receptū eſt, vtpote quod nimis barbarū, crudele & rigidū videtur. In eiuſmodi enim pactis de retrouēdēdo nihil minus quàm verus & purus conſenſus vēditorū, ſeu potius debitorū deprehenditur, qui per tēporis illius adiectionem ſub infelici & improba ſpe, ab Harpiis, in quas incidit, miſerè & fœdè decipiūtur. Quod vel ſolū hic ſufficiat loco omniū eorū, quæ latè ex commentariis interpretum de difficili & intricata hac materia plenius agentium afferri poterāt. Et quamuis aliæ curiæ † ſu-
2 premæ, vt modo diximus, regulas cōtrarias olim receperint: tamen nuper arreſta nonnulla vidimus, quibus parlamentū Pariſiēſe, & magnū cōſiliū iudicauit eiuſmodi cōtract^9 pignoratitios eſſe, creditoréſq; poſſeſſionem bonorum ita venditorū aut potius hypothecæ ſuppoſitorum cum reſtitutione fructuum ab iis ea occaſione perceptorum relinquere debere, ita tamen vt ſaluam habeant intereſſe & vſurarum legitimarū ac verarum ratione ſortis principalis, modo ad decimumquintum modo ad duodecimum nummum vigore ordinationis debitarum petitioné. Quod vera & immota regula videtur, iuxta quam eiuſmodi inconueniētia & abuſus (vt ita appellemus) æſtimari debent, & cuius ope pannus, vt aiunt, recto filo ſcindi, atq; ſuū cuiq; legitimè tribui poteſt.

DECISIO XXXI.

ARGVMENTVM.

Fructus tempore reuenditionis in fundo pendentes ad primum venditorem redimentem pertinent.

SVMMARIVM.

1 *Fructus pendentes tempore reuenditionis integrè ad primum venditorem redimentem pertinent; ſicuti ad primum emptorem reliqui omnes, quos vigore emtionis à die, quo illa inita fuit, vſque ad retrouenditionem percepit; niſi conuentio in contrarium exiſtat.*

OLIM quibuſdam dubitatum fuit, ad quemnam fructus bonorum † ſub pa-
1 cto de retrouendendo venditorum, tū ſpectare deberent, quando pactum illud ſuum effectum conſequitur, atque eius vigore primus venditor bona recuperat? Nonnulli enim exiſtimarunt venditorem & emtorem eos inter ſe partiri ac diuidere debere, vt emtor pro rata temporis, quo venditor eius nummos habuit, quoq; fructus lucretur: alij verò diſtinxerunt inter fructus ex induſtria & impenſis emtoris prouenientes atq; eos, quia ex locatione vel domo debentur. Verum nihilominus ſemper vidimus à dicta curia (quoties nēpe pactū de retrouēdēdo liberū nec certo tēpori adſtrictū fuit) fructus in fundo tempore retrouenditionis pendentes, tanquā fundi partem primo vēditori redimenti, reliquos verò omnes medio tempore perceptos emtori adiudicari, ſi nulla cōuentio in cōtrarium eſſet. Atque ſic iudicatum fuit ad noſtrā relationem in ſecunda Camera inquiſitionum in fauorē Ioannis Puymulle mercatoris de S. Cere en Quercy contra quoſdam, qui vocabantur Marſals de Gorſes quoad prædium quoddā, quod illius pater hiſce ſub pacto de retrouendendo vendiderat. Quod arreſtum pronunciatum fuit menſe Septembri, Anno 1584. Cúmque hæc ſcripſiſſem deprehēdi alia eiuſmodi arreſta parlamenti Pariſienſis à Charonda allegari,[a] quibus probatur prædicta etiā obtinere, ſi venditor eo tempore retrouenditionis legem exercere velit, quo fructus iam maturi ſunt, eorundémq; meſſis inſtat; dummodo emptori ſors principalis, atque impenſæ legitimè refundantur, nō obſtante cerebrina illa æquitate, quā nōnulli quoad diuiſionem prædictam fructuū ſibi imaginati,[b] atque alij ſecuti fuere.[c]

ADDITIONES.

[a] *lib. 5. reſponſ. cap.* 33. [b] Raphael Cumanus *in l. qui Roma in princip. de V. O.* [c] Iaſon *in d. l. qui Roma, numero trigeſimo octauo.*

DECISIO XXXII.

ARGVMENTVM.

In concurſu plurium creditorum vſuræ à parlamento Tholoſano tum demum adiudicantur, quando omnibus quoad ſortem principalem ſatisfactum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Parlamentum Tholoſanum non prius vſurarum rationem habet, quàm omnibus creditoribus quoad ſortem principalem ſatisfactum ſit. Quo in caſu minimè obſeruat ius ſcriptum, quod tamē Pariſienſis aliaque ſuprema curia in Frācia quoad articulū hūc ſequi ſolēt.*

Quemad-

QVemadmodū curia parlamenti Tho-
1 loſani † in præiudiciis,quorum infra mentio fiet,iuſto fauore complecti videtur nondum ſolutos cenſus,reditus & iura dominicalia: ita quoque in odium vſurarum abhorret ab intereſſe, quod creditores contra ſuos debitores,ob eorundē moram aut aliam retardationem ſolutionis mala fide factam prætendunt. Quamuis enim per diſpoſitionem iuris ciuilis (eo quòd hypotheca locū habet à die obligationis, atq; ſic intereſſe in ea comprehenſum venit in conſequentiam debiti, quod ſolutum non fuit) expreſſè deciſum ſit,[a] prioritatē ſortis principalis trahere ad ſe omne illud, quod inde dependet, & per conſequens ipſum quoque intereſſe, atque ita regulariter à parlamento Pariſienſi iudicari ſolitum fuerit, præſertim XIII. Februarij, Anno M.D.LXXXVI.quod arreſtum notatur à Charonda,(qui meritò inter viros doctos & laborioſos noſtri temporis refertur) in ſuis reſponſis [b] idémque ſequatur parlamentum Burdegalēſe,quem admodum ſæpius ab eo ita iudicari audiuimus, atque optimè notum eſt iis, qui curiæ illi addicti fuerunt: attamen parlamento Tholoſano (quod alias ius ſcriptum præciſè obſeruat, & propterea etiam iuris ſcripti appellitatur) ſemper placuit prædictos conſtitutionum terminos egredi & paradoxo modo ſeparare hypothecā ſortis principalis alias indiuiduam ab eo, quod intereſt,atque hoc demū adiudicare poſt omnia debita principalia iuxta eum ordinē, quo cōtracta fuerunt,etiā Eccleſia, cuius fauor alias maximus eſt, non excepta:tum quod curia noſtra nunquam approbare voluit vſuras, quæ ſpecioſo eius, quod intereſt pallio teguntur: tum quod conſequenter ei viſum fuit potiores eſſe debere,qui de damno vitando certant, quàm qui de lucro captando, veluti ſunt ij, qui vſuras & intereſſe petunt, quibus,dum in eiuſmodi naufragio ſortem ſuā receperunt,rectè obiici poteſt, quod nihil omnino perdiderint,ſed quod quoad reliquum magis de præda, quàm de damno ſolliciti ſint,iuxta illud, quod alibi Vlpianus notauit. [c] Atq; hæ præcipuæ rationes ſunt ob quas per viginti quatuor annos, (quibus Senatoris munere in parlamēto hoc functi ſumus, donec officium filio noſtro,reſeruato nobis voto in audientia & conſilio, reſignaremus) prædicto modo iudicatū, & iuris ſcripti diſpoſitio quoad articulū hūc non minus atq; quoad alios nonnullos,de quibus infra ſuo loco dicetur,poſthabita fuit.

ADDITIONES.

a *l.Lucius,qui pot.in pign.hab.* b *lib. 7.c.221.* c *l.ſi minoris,de adminiſtr. tut.*

DECISIO XXXIII.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor vigore obligationis nomine ſui principalis ſortem cū vſuris ſoluens, etiam vſuras rectè repetit, antequam reliquis creditoribus quoad ipſam ſortem ſatisfiat.

SVMMARIVM.

1 *Vſura ſoluta à fideiuſſore ad ſoluendum propter cautionis rigorem coacto ſtatim cum ipſa ſorte atque in eodem ordine reddi debent: cùm eo caſu vicem principalis ſeu ſortis obtineant, aut ſaltem eo loco habeantur,vt fideiuſſor indemnis ſit.*

ABrogatio autem iuris ſcripti, de qua modò diximus, non tam generaliter à parlamento noſtro facta fuit,quin quoad caſus quoſdam & hypotheſes euenientes illud adhuc ab eo per iuſta & ſancta decreta,iuxta eius morem obſeruetur. Quod etiam ſequenti caſu factum fuit: Quidam † 1
pro alio ſe in ſolidum obligarat, atque ab eo viciſſim indemnitatis cautionem acceperat. Euenit,vt cùm principalis ad inopiā vergeret,fideiuſſor pro eo,vi præſtitæ cautionis,non modò ſortem, ſed etiam vſuras ob moram debitas ſoluere cogeretur, ita tamen vt regreſſum aduerſus principalem ſaluū haberet.Cū itaq; debitoris principalis reliquum æs alienū emerſiſſet,iſq; bonis cedere cogeretur, fideiuſſor non tātum ob ſortem principalem,ſed etiā ratione vſurarū ſe eo ordine admitti petiit, in quo cautio ſua indēnitatis,quā acceperat,reperiretur.Cui reliqui creditores poſteriores prędicta parlamēti noſtri arreſta obiiciūt,quorū vigore prius omnib. quoad ſortē principalē ſatisfieri debere,quā vſuræ peti poſſint,contēdunt, tātumq; impetrāt,vt Seneſcallus Tholoſanus, aut eius vicarius pro iis pronunciet.A qua ſententia cùm ad parlamentum noſtrum prouocaretur, eadem ad relationem defuncti Domini Doniat in ſecunda Camera inquiſitionum nobis præſentibus, & votum noſtrum dantibus, infirmata atque pronunciatum fuit, fideiuſſori exolutas vſuras habita ratione temporis, quo obligatio contracta fuerat,atque eodem ordine,quo ſortem prin-

cipalem reddi debere. Hæc idcircò tam variè quia in priori & generali quidẽ hypotheſi acceſſoriū,[a] non ita principali ſuo cohærebat, quin diuiſum propriam rationẽ habere videretur. At in hac, quam hic tractamus, totum [a] ſortis vice fungitur, vel fungi debet, aut potius omnis pecuni & principalis & acceſſoria ſors eſt vt al bi de vſuris pupillaribus dicitur. Vnde appoſitè admodum gloſſator iuris Canonici tradidit vtrumque & ſortem & vſuras in prædicto caſu damnum eſſe fide iuſſori, atque ita omne comprehendi ſub principali & propter idẽtitatẽ rationis ſub indemnitate cautionis, [c] quæ creſcit & augetur ratione non tantū vſurarū, ſed etiam impenſarum & ſumptuum licitè factorum: adeò vt per eiuſmodi petitionem fideiuſſor minimè lucrum aut cõmodum quoddam captare, ſed ſaltẽ quod ſibi abeſt, & quod pro principali ſoluit, repetere videatur. Quare ſi aliter iudicetur, non ſolum ex ſponſione, ſed etiã ex iudicato noxa creditoribus præſto erit. Quod ſine maxima abſurda pareret, atque prædictum parlamenti noſtri paradoxum, cõtra eius ſanctã intentionem, planè iniquum & iniuſtum redderet. Quas etiam ob cauſas, cùm poſt prædictã noſtram relationem, Anno M.D.XC. cùm nos in Tornella eſſemus, in proceſſu generalis diſtributionis bonorum Vrbani Lombardi defundi miniſtri Eccleſiæ cathedralis de Rodez en Rouergue ad poſtulationem curatoris bonis vocantibus dati factæ, ſimilis queſtio quoad fideiuſſionem à quopiã dicti Lombardi nomine interpoſitam eueniſſet, & aduocatus dicti curatoris allegaſſet ius ſcriptum, hoc in caſu à parlamento noſtro non obſeruari, & quidam ex ſenioribus Dominis hoc approbarẽt, atque ſequerentur ſententiam defuncti Domini Veziani, qui teſtabatur ſæpius ſe vidiſſe à parlamento ita iudicari, quod vſuræ principalis ſeu ſortis iure cenſeri non deberent, & quidem contra *l. Lucius, qui pot. in pignor. hab. n.* 5. illud obtinere ſaltẽ diximus in hypotheſi, de qua in præcedẽti deciſione actum fuit, ſed in facti ſpecie, de qua hic quæſtio eſt, ſpectari debere prædictum arreſtum 27. Februarij, Anno 1584. pronunciatum. Vnde etiam factū eſt, cum ambiguo Marte prius diſceptatum fuiſſet, vt tandẽ opinio Veziani communibus votis vinceretur, atque in fauorẽ fideiuſſoris ſentẽtia prolata diceretur eã ad acta curiæ referri debere, vt quoad caſus etiam futuros huic quæſtioni firmam & certam deciſionem cæteris paribus præberet, ne ea in dubium amplius vocaretur.

ADDITIONES.

[a] Etſi enim vulgatū eſt, quod acceſſoriū naturam principalis ſui ſequi debeat, *l. ſi ex toto, in pr. de legat.* 1. *l. inter ſocerum.* §. *cum inter, de pact. dotal. c. acceſſorium, de R. I. in* 6. Bartolus *in l.* 1 §. *hac actio, ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſ.* Adrian. Gilman. *libr.* 2. *rer. iud. Cam. imper. dec.* 54. *nu.* 57. *& ſeq.* Dom. Arnoldus de Reyger *in theſaur. tit. de acceſſorio, in pr.* etiam tum, quando acceſſorium maius & dignius eſt ſuo principali, *l. cùm aurum.* §. *Chryſogonus, verſicul. quod nota. de V. O.* Hippol. de Marſil. *ſing.* 7. *n.* 6. attamen hoc fallit, quando acceſſorium ita comparatū eſt, vt & ipſum quodammodo principale videatur, atque ab hoc neceſſariò non dependeat, Hieron. Cagnolus *in l. cùm principalis, num.* 9. *in fin. de R. I.* Dn. Anton. Herig. *de fideiuſſ. cap.* 24. *numer.* 245. Quã etiam ob cauſam rectè traditur: ſi nobilis feuda nobili libertate & immunitate eximia habẽs, eo animo bona paganica emat, vt & hæc libera fieri debeant, quod ea feudorū, quib⁹ accedut, iure haud cẽſeantur, neq; à contributionibus, aliiſue oneribus ruſticis libera reddantur, ſed æquè ad hæc nobilis emptor teneatur, ac olim ruſticus venditor obſtrictus erat Reſolut. Scabin. Lipſenſ. *q.* 127. Zobel. *part.* 2. *diff.* 46. *n.* 1. *&* 2. Knich, *de veſtit. pact part.* 1. *cap* 3. *n.* 36. Dn. Gothofr. Anton. *diſp. feud.* 1. *th.* 2. *lit. a in allegat. & diſp.* 7. *th.* 6. *lit. a. in alleg.* Et quamuis maximus nobilium apud quoslibet bonos fauor ſit Petr. Heig. *lib.* 1. 18. ex Cicerone *pro Q. Sextio*, vt res ad eos tranſiens ruſticam naturam mutare, & acceſſorij iure nobilem feudi notã mereri videatur, *arg. l.* 2. *C. de bo. vacant.* Molin. *ad conſuet. Pariſ. lib.* 1. *tit.* 26. *n.* 4. attamen illius limites eo vſque extendi non conuenit, vt in aliorum is præiudicium & perniciem vergat, *l.* 2. §. 16, *ne quid in loc. public. l. quarta, Cod. de emancip. liber.* præſertim cùm æquiſſimum ſit, vt æqualia cum ruſticis commoda participantes: haud grauatim quoque communia cum iis onera ferant, *lege decima, de R. I.* A D.

[b] Regula item iuris generalis eſt, quod fideiuſſor, qui pro principali ſuo ſoluit, ab eo tantùm conſequi debeat, quantum exoluit, *argum. l. Arriani, Cod. de heret.* Hieron. de Laurentiis *deciſ. Auen.* 101. Vincent. Caroc. *deciſion. quinquageſima quarta, n.* 2. Antonius de Gama, *dec. Luſita.* 191. quos allegat & ſequitur Antõ. Hering. *de fide-*

de fideiuſſ.cap.24.n.145. Sic in Saxonia quoque noſtra conſtitutũ eſt, vt prius omnibus creditorib⁹ ſortis nomine ſatisfieri debeat, antequã vlli eorũ vſuræ exoluantur. *Torgavvſch Auſſchreiben* elector. Auguſt. de Anno 83. ſub tit. *von VVucher vnd nachgelaſſenen Zinſen.* At fideiuſſori, qui prędicto modo vſuras pro principali ſuo ſoluit eædẽ, ſtatim ibidẽ cũ ipſa ſorte ſuo ordine adiudicari ſolẽt, *Bedencken der Iuriſten Facultat zu Leipzig, vber die landt,* conſtitutiones *den* 11. Maij, Anno 1605. §. *die* 30. Conſtitution. verſ. *Deßgleichen,* ibi, *vvenn ein Burge vor ſeinen Principal Hauptſumma vnd Zinſen bezahlet, ſo fordert er die Zinſe, nicht als* vſuras, *ſondern als auſsgelegt Gelt.* Quo etiã pertinet ſententia illa Cameræ imperialis 28. Aprilis, Anno 1568. prolata, quã refert Dn. Chriſtianus Barth. *in ſelect. Cam. imper. ſent.* ibi. *Dergleichen der bezahlten Zinſs halben Zuentheben vnd ſchadloſs zuhalten, &c.* Eadem ratione maritus, cui ad diẽ dos promiſſa ſoluta nõ fuit, quique matrimonij onera interim ſuſtinuit, vſura ita petere poteſt, vt haud ſecus earũ ac ipſius ſorti nomine creditoribus poſterioribus præferatur, *d. §. die.* 30. Conſtitution, *verſic. Alſo vvenn einem Cheman.* (Intereſſe autẽ facilius quã vſura peti poteſt. Matth. de Afflict. *dec.* 20. Roland. à Valle *conſ.* 35. *n.* 13. *lib.* 1. Quod & tũ fieri ſolet, ſi emtor, cui venditor prędiũ venditũ tradidit, preciũ non ſoluerit ſed illud vna cũ prædio vẽdito habuerit. Æquitati itaque conuenit, vt eo caſu venditori vſuræ ſtatim cũ ipſa ſorte ſeu precio ſolui debeãt *d. §. verſ. VVenn aber einem ein Gut verkauffet, &c.* Moller. 1. *ſemeſtr. cap.* 28. vbi non ſolũ iuxta hanc ſententiam aliquoties in Scabinatu Lipſenſi pronunciatum fuiſſe, ſed eandem etiam in facultate iuridica VVitebergenſi, atque in iudicio appellationũ ſeruari teſtatur. Idẽ quoq; receptũ eſt, ſi in cõcurſu creditorũ nonnulli deprehendãtur, qui hypothecã in bonis debitoris feudalius cũ Domini cõſenſu tã ſortis, quã vſurarũ nomine impetrarunt. Nã & ij vſuras conſequũntur: antequã creditoribus poſterioribus de ſorte ſatisfiat, *d. §. verſic. VVie denn auch in bonis feudalibus, &c.* A D. [c] *l.* 58. *§. ex duobus tut. in fin. & fin. de adm. tut.* [d] *l. ſi mandato meo, §. fin. in princip. mandat.*

DECISIO XXXIV.

ARGVMENTVM.

Vnus ex pluribus fundi detentoribus in ſolidum conueniri poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Quemadmodũ Dominus directus quoad præſtationẽ ſuorũ iuriũ pro libitu vnũ aut plures feudi detentores ſine diuiſione cõuenire poteſt: ita quoque idẽ facere licet Sacerdoti obituario, cui in fũdo quopiã ſeu in alia re immobili, quoad dotationem ob itus ſui, certi cenſus, reditus, vel alia eiuſmodi conſtituta, relicta & aſſignata fuerunt.*

QVEMADMODVM per diſpoſitionẽ iuris, quo nos vtimur, Dominus † directus, vt præſtationẽ iuriũ ſuorũ conſequatur, vnũ tãtũ vel plures detẽtores feudi à ſe vel prædeceſſorib⁹ ſuis, ſub certis iurib⁹ & prę̃ſtationibus annuis cõceſſi ſine diuiſione aut difformitate, (quemadmodũ nõnulli ex antiquis interpretibus iuris ciuilis & Canonici in hac materia loquũtur) cõuenire poteſt, ne præſtatio vectigalis confundi tandẽ queat, iuxta illud, quod alibi Vlpianus notauit:[a] ita quoq; idẽ facere permiſſum eſt ſacerdoti obituario, cui in fundo aut alia re immobili certi cenſus aut reditus aſſignati fuerunt propter dotationẽ & ſeruitiũ legati ea ratione pij, quod in prouinciis iuris ſcripti cõmuniter obitus appellatur. Saluũ tamen habet, qui ita ſoluere cogitur, regreſſum aduerſus reliquos, qui eidẽ fundũ tenent, vt eos pro quota ſeu rata eorum conueniat. Quod pluribus arreſtis parlamenti Tholoſani præiudicatũ fuit, præſertim verò in gratiam Ioannis Peſan ad relationem defuncti Domini Caumels 18. Nouembris, Anno 1571. in ſecũda Camera inquiſitionũ, & deinde ad relationem domini Ouurier in Camera maiori in gratiam de Remond Gibert ſecundo Auguſti, Anno 1573. 1

ADDITIO.

[a] *in l. ſed &, vbi gl. comm. diuid.*

DECISIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Vnus vel plures ex fundi vectigalis detentoribus in ſolidũ conueniri poſſunt, ſaltem quoad reditus ante litem motã ex fundo illo debitos, atque ſi ad minimum tertiam vel quartam fundi partem teneant.*

CÆTERVM illud, quod modo diximus, nonnullis viſum eſt à mero † rigore iuris procedere, & ſic tanquã ſummũ ius, ſumma crux, ſumma iniuria; alij verò exiſtimarũt, quod ortum trahat ex ipſis fontibus iuſtitiæ, quæ nũquã voluit, vt per factũ aut ſucceſſionẽ, ſiue vniuerſalẽ, ſiue particularẽ 1

alterius, nobis ſine facto & cõſenſu noſtro, vel quoad minimũ ius noſtrũ præiudicium fieret, multo min⁹ vt obligatio legitimè nobis acquiſita, aut vlla ei⁹ pars deterior redderetur. Quod præſẽti caſu eueniret, vbi expreſſè ſine alia cõuẽtione diuiſio eſt interdicta, atq; præſtationes diuiſę & particulares parere poſſẽt, etiã in reditib⁹, talia incõmoda, quæ dãnũ vndiq; cumularẽt: eo ꝙ ius integrũ nõ ſeruaretur ei, ad quẽ ptinet, ſed cõtra rationẽ ſcriptã alteri per alterũ iniqua inferretur cõditio, argumẽto eorum, quæ à Doctoribus cõmuniter tradutur.[a] Verũ enimuero cũ experiẽtia doceat, etiam plures ſeduci & errare, qui ſe rectũ iuris tramitẽ ſectari autumant, & partes corporis maximè ſanas, ſi nimis premãtur, apoſtema cõcipere atq; ob frequẽtes fluxiones & vlcera totũ ferè corp⁹ inficere & corrũpere: ideo etiã tractu tẽporis deprehẽsũ fuit, prædictũ rigorẽ, quẽ primæ opinionis auctores improbabãt, incidiſſe, & veluti per cõſequẽtiã quãdã emerſiſſe quoad opinionẽ reliquorũ cõtrariã, quę prę ualuit atq; arreſtis in priori deciſione allatis firmata eſt. Quod duobus potiſſimũ caſib⁹ factũ fuit, adeò vt duo incõueniẽtia emerſerint: vnũ eſt, ꝙ vigore iuris indiuiſi & ſolidi Domini directi nõnũquã ex pluribus maximè egenũ cõueniant, qui poſtea quotã ſuã planè relinquere cogitur, cũ ex inopia cõmodũ contra reliquos correos ditiores & potẽtiores regreſsũ non habeat: alterũ eſt, ꝙ interdũ poſt lapsũ tẽporis longiſſimi, atq; cũ vltra vigintinouẽ annos, & amplius nihil vſurarum antè introductionẽ litis ſolutũ fuit, dicti Domini pro libitu ſuo quẽpiã cõueniãt atq; ad totalem eius ruinã vrgeãt. Quod euenit in cauſa quapiã Solaneti ſacerdotis obituarij quoad fũdationẽ piã centũ modiorũ frumẽti quotãnis ex ampliſſimo quodã prædio in tractu d'Aruieu en Rouuergue ſito præſtãdorũ, ꝙ poſt mortẽ fundatoris in plura minora prędia diuisũ fuerat, quas etiã plures & diuerſi ꝑ diuerſis & inęqualib⁹ portionib⁹ tenebãt. Poſt primũ igitur & principale arreſtũ, (quo ad relationẽ defuncti Domini Meynial Senatoris in parlamẽto, & poſtea eiuſdẽ Pręſidis in ſecũda Camera inquiſitionũ ꝓlato) detẽtores, qui omnes in cauſa cõcluſerãt, cõdẽnati fuerũt, vt reditũ à dicto obituario petitũ ſine diuiſione, & in ſolidũ præſtarẽt, & quod ei⁹ rei gratia cõuenire, vnũq; ex medio ſuo nominare deberẽt, in cuius manus quilibet reliquorũ detẽtorũ portionẽ ſuã traderet, atq; viciſſim ille integrã ſummã Sacerdoti ſolueret. Vtq; hoc fieret certis detentorib⁹ terminis præſtitutus fuit, quo elapſo quilibet eorũ in ſolidũ ad ſolutionẽ eo, qui ſupra expoſitus eſt, modo, cogi deberet. Cũq; plures prędictorũ detẽtorũ parere nollet, ad poſtulationem Sacerdotis Solanet executio aduerſus plures diuerſos detentores, & quidem eos, qui minimam fundi principalis partem tenebant, & maximè egeni erant, facta fuit; quorum maxima pars coacta fuit relinquere illud, quod tenebant, atque adhuc iacturã facere aliorũ bonorũ ſuorũ, propter expẽſas, in quas obituario illi præſtãdas cõdẽnati fuerãt, & pecuniã, quã mutuo acceperãt, ad ſutus litis, quos facere eos oportuerat in defẽſione cõtra petitionẽ illius obituarij, qui etiã nõ ceſſabat agere cõtra reliquos detẽtores quoad reſiduos reditus, quorũ quãtitas quotãnis augebatur, atq; iã mille frumẽti modios & quidẽ maximi precij ac valoris quoad annos excedebat, tã quoad annos, qui motã litẽ pręceſſerãt, ꝙ quoad ſeptẽniũ aut octẽniũ, per ꝙ illa durarat, atq; in parlamẽto agitata fuerat, vltra ea, quę prędicti reliquerant & particulares nõnullorũ ſolutiones, quę cũ ipſo principali ea ratione veluti cõfudebãtur) res eo peruenit, vt alia plura arreſta interlocutoria quoad executionẽ dicti primi & principalis arreſti ſequerẽtur, & tandẽ vltimũ 24. Aprilis, Anno 1584. ꝓnũciaretur, quo curia ad relationẽ defũcti Domini Ioſſe in ſecũda Camera inquiſitionũ declarauit, ꝙ permiſſio obituario primi arreſti vigore cõpetẽs intelligẽda eſſet de illis reditib⁹, qui à tẽpore motæ & introductæ litis deberi cœpiſſet, atque quoad reliquos antè litẽ illã debitos diuiſim fũdi detẽtores & quilibet ꝓ ſua rata ad ſolutionẽ cogi deberẽt. Eodẽ quoq; arreſto definitũ fuit ꝙ in poſterũ in eiuſmodi caſib⁹ vn⁹ aut plures detẽtores in ſolidũ cõueniri nõ deberẽt, niſi ad minimũ tertiã aut quartã fũdi vectigalis, & cuius gratia litigatur, partẽ teneãt. Et quãuis nobis ab initio visũ fuerit hãc magis humanã quãpiã & fauorabilẽ relaxationẽ, quã verã iuris deciſionẽ eſſe: tamẽ poſtea re exactius cõſiderata deprehẽdimus arreſtũ hoc iuſtũ æquũ & rationi ex omni parte cõueniẽs eſſe, præcipuè ne malitiis & vindictis litigãtiũ hoc maximè ſæculo & præfractè & audenter indulgeatur. Cui hoc etiã rectè adiici poteſt, quod is, qui ſemel particularem ſolutionem recepit, ſibi etiam in poſterum præiudicet.[b]

ADDITIONES.

[a] Quos cumulat Ranchinus *part. 4. concluſ. 219.* [b] *l. liberũ, C. de fideiuſſor.* Ronchegallus *ad l. 2. num. 76. de duobus reis.* Maſuerius *titul. de locat. numer.* 12. Ranchinus *in loc. alleg.*

DECI-

DECISIO XXXVI.

ARGVMENTVM.

Reliqua Dominus feudi etiã tũ petere poteſt, quãdo ſubhaſtationi fundi feudalis ſe non oppoſuit.

SVMMARIVM.

1 *Reliqua redituum à poſſeſſoribus fundi feudalis non minus quàm cætera iura dominicalia præſtari debent, etiamſi in conſtitutione regia nominatim illa non exprimantur.*

Conſtitutio regia de [a] ſubhaſtationibus expreſsè diſponit, quod eiuſmodi bona
2 † ſub haſta vendita adiudicari debeant cum onere iurium & debitorum dominicaliũ. Quæ conſtitutio ex arreſto parlamẽti Pariſienſis, vt eiuſdem primarius Dn. Præſes in tractatu ſuo de ſubhaſtationibus teſtatur, eiuſmodi interpretationẽ recipit, quod iura illa etiam deductioni ſumptuũ & expenſarum in ſubhaſtatione factarum præferãtur. Alio item eiuſdẽ parlamenti arreſto declaratũ fuit, iura & debita illa dominicalia intelligẽda eſſe de iis, quæ vigore factæ publicæ illius vẽditionis & decreti, atque per cõſequens in poſterum debẽtur. Nam quoad reliqua [c], quæ ante ſubhaſtationem vel executionem decreti fuerũt debita, neceſſe eſt, vt iuſto tempore Dominus ſe opponat, eadẽq; ante ſumptus & impẽſas ſubhaſtationis ſibi aſſignari petat, cũ alias ſine eiuſmodi oppoſitione Dominus ea petere & exigere nõ poſſit ab eo, cui bona poſt ſubhaſtationẽ decreto iudicis aſſignata fuerũt, ſed illi ſaluus ſaltẽ cõtra alios regreſſus ſit. Cuius rei ratio reddi poteſt, quod alias eiuſmodi venditores, qui iuſtam ignorantiã prætendere poſſunt, facilè & ſine cauſa deciperentur. Quo pertinet illud, quod alibi Charondas in ſuis reſpõſis [a] affert & allegat. Verum rectè quis reſpõdere poterit, quod de his ab initio cogitari debebat. Locum enim hic illud Imperatorum habet. [b] *Curate igitur cautius negotiari*, non ſaltẽ quoad perſonas, cum quibus cõtrahere volumus, ſed etiam quoad res, quæ in contractum veniunt, veluti hoc in caſu eſt fundus ſubhaſtatus, qui ea lege adiudicatur, vt inde iura & debita dominicalia præſtentur. Idque vigore regiæ conſtitutionis, quæ nullam eiuſmodi diſtinctionem facit, vtrum eiuſmodi iura ante vel poſt ſubhaſtationẽ deberi cœperint. Quare & nobis minimè talẽ diſtinctionẽ facere licet, præſertim cùm illud abſurdũ ſequatur, vt Dominus parte iurium ſuorũ, quæ ei generaliter reſeruata ſunt, priuetur, antequã audiatur vel citetur, atq; ſic locum reperiat illud Medeæ apud Euripidẽ: *Qui iudicat parte non audita, quã vis fortè nõ malè iudicet, tamen neque bonus neque æquus iudex dici poteſt.* Quod præſertim notari oportet quoad Dominos, qui plura & diuerſa feuda in diuerſis tractibus interdum vltra nonũ aut decimũ lapidẽ ab eo loco, vbi reſident, diſtantibus ſita habent, qui de occupatione feudorum ſuorũ tã facilè certiores reddi nequeũt, eâq; ratione citra opinionẽ & culpã eiuſmodi decretis iura ſua in iis amitterẽt. Quod nihil aliud eſſet, quã eos noctu veluti ſpoliare & iuribus clã priuare. Proinde omnino neceſſe foret, vt legitimè citetur atq; audiatur, cùm petitionẽ creditorũ veroſimiliter ignorãtes oppoſitionẽ ſuã formare nõ poſſint, aut eã ſciẽtes exiſtimare queãt, oppoſitionem ſuperfluam eſſe, cùm bona ſub haſta vendita iurium illorum nomine ſibi indiſtinctè obligata & affecta maneant, ſiue ad vniuerſiles ſiue ad particulares manus peruenerint. [d] Si etiam res ſe aliter habere debuiſſet, tum veroſimiliter à conſtitutione hoc expreſſum fuiſſet, nempe quod generali reſeruatione iuriũ dominicaliũ reliqua contineri nõ deberẽt. Quã ob cauſã parlamẽtũ noſtrũ Tholoſanũ Anno milleſimo, quingẽteſimo, ſeptuageſimo ſeptimo, mẽſe Iunio ad noſtrã relationẽ in cauſa de Villeres mercatoris de Villefrãche de Rouergue cõtra Iacobum Veliard idem iudicauit, tam quoad reliqua, quàm quoad cætera iura dominicalia, nempe quod omnia in eodem ordine habenda eſſent, quãuis poſteriores creditores fortiter admodũ reclamantes dicti domini Præſidis deciſiones in contrarium allegarent. Cùm etiam poſtea à ſententia quapiã Seneſcalli Tholoſani, qui contrarium pronunciarat, ad noſtrã curiam appellaretur, atque ad relationem Domini Melet & contrariã Domini Comte ſententiam ambiguo Marte diſceptatum fuiſſet, 15. Ianuarij, Anno 1594. in Camera maiori, vbi nos quoque eramus, prædictum præiudicium communibus votis firmatum fuit, atque dictũ, quod Dominus directus qui ſe non opponit decreto, quod contra eius vaſallum aut emphyteutam impetratur, priuilegium ſuum quoad reliqua contra poſſeſſorem aut detentorem

tentorem

ADDITIONES.

[a] *articulo 12.* [b] *lib.3.cap.11.* [c] *l.inciuilem C.de furt.* [d] *tot. tit. C. ſine cenſ. vel reliq. fund.*

tentorem rei feudalis ſiue emphyteuticæ haud amittat. Dominus Ferronus *ad conſuetudines Burdegalenſes* [a] poſtquam contrarium opinionem retulit, ipſemet quoq; huic noſtræ accedit, eámque conſtitutionibus Imperialibus [b] probari dicit. Quod inſtir legis certiſſimæ haberi, atque ad minimum in reſſortu dict. parlamenti obſeruari debet: vt iudices ſupremos illius prouinciæ apprimè cauere oporteat, ne con[illegible] [illegible] forte accuſari aut eti[illegible] poſſint de termino moto: [illegible] admonuiſſe ſuffi[illegible]. Cæterum quantum illud attinet, quod [illegible] dict. [illegible] atque [illegible] eum ſeq[illegible] fuit, nempe quod [illegible] in conſtitutionis illa Anno M. D. L. promulgata, articul. ſuo decimo, iura dominicalia reſeruentur, reliquorum tamen nulla mentio fiat vltra ea, quæ modo diximus, conſiderari oporte[illegible], quod *in conſuetudine Pictonum articul.* 380. quæ loquitur de iis, qui à iuribus & prætẽtionibus ſuis excluduntur & ſummouẽtur, hæc verba immediatè ſubiecta ſint: *aly tamẽ, quàm illi, qui ſe ius redituum aut aliorum debitorum habere dicent, atque ſe non oppoſuerint.* Vt igitur conſuetudo illa generaliter loquens, nec vllam diſtinctionem faciens, quando iura illa deberi cœperint: generaliter intelligi debẽt de omnibus iurib⁹ & conſequenter etiam de reliquis, quæ illorũ pars ſunt, præſertim quoad quæſtionem, de quã hic agitur: ita quoq; idẽ quoad prædictam conſtitutionem dicendum eſt, vtpote in qua omnia militant, quæ à commentatore *ad conſuetudines Pictauienſes allegato articulo* [d] afferuntur. Idem quoq; Imbertus aſſerit, quod reliqua ab emptore præſtari debeant, etiamſi prædicta oppoſitio omiſſa fuerit, ídque iuxta conſuetudinem Pictauienſem, de qua etiam Papon allegato loco teſtatur. Iuxta quam conſuetudinem & generalem eius interpretationẽ textui conformem atque inter Pictones receptam & ſanctè obſeruatam, cùm Seneſcallus Pictauienſis aut eius Vicarius in gratiam Domini feudi contra poſſeſſorem feudi ex decreto iudiciali pronũciaſſet cauſa per appellationem ad parlamẽtum Pariſienſe deuoluta, ſententia illa XXIV. Maij Anno M.D.L I V. retractata atque dictum fuit, Seneſcallũ malè iudicaſſe, & poſſeſſorem illum ex decreto iudiciali ad homagij præſtationem admitti debere, quamuis feudi Dominus reclamaret atq; prætẽderet ſibi adhuc ob priores mutationes alia iura feudalia deberi, quorum nomine ſe ſubhaſtationi non oppoſuerat. Adiectum tamen fuit, quod Domino feudi actiones ſuæ cõtra alios, excepto appellãte poſſeſſore, ſaluæ eſſe deberent. Quod quidem curiam illam ideo ſic definiiſſe & iudicaſſe ſemper exiſtimauimus vt conſuetudinem Pictauienſem, quantumuis in terminis ſuis generalẽ, conformem redderet conſuetudini Pariſienſi *articulo* 355. nempe quoad reliqua aut emolumenta feudalia ante adiudicationẽ debita Dominos ſe opponere teneri, niſi à prætentione excludi velint. Nam veluti nouum non eſt in prouinciis iuris ſcripti, vt quoad eius diſpoſitionem leges priores trahantur ad poſteriores & ſequentes, etiãſi hæ ſpeciales, illæ verò generales ſint, [c] ita quoque idem in prouinciis conſuetudinariis contingere ſolet, vt vicinæ & propinquæ prouinciæ conſuetudine alterius, & quidem, quæ in reſſortu illo ſuprema eſt, regantur, præſertim quando commoda occaſio eſt cætera quæ tendunt ad eandem vtilitatem vel interpretatione vel certè iuriſdictione ſuppleri. [f] Quare aliquando ſatis mirari non potuimus, quod vir noſtri temporis multæ lectionis & experientiæ, veluti in trãſcurſu tradiderit, in prouinciis iuris ſcripti, præſertim verò Borbonia ita quoad noſtrã hanc quæſtionem obſeruari, vt emptor reliqua præſtare non teneatur, niſi tempore ſubhaſtationis à Domino facta oppoſitione petita fuerint. Etſi enim pro confirmatione aſſertionis ſuæ arreſtũ illud Pariſienſe allegat: tamen id ſaltem conſuetudine nititur, cui ius ſcriptum, quoad articulum hunc, aduerſum eſt. Quod ius à parlamento noſtro in præiudiciis adductis obſeruatum fuit, atque in poſterum quoque proculdubio obſeruabitur ex cõſtante illa ac perpetua, quæ ſemper viguit, voluntate ius ſuum cuique tribuendi.

ADDITIONES.

[a] *titulo de ſubhaſtatione.* [b] *l. rei annonar. & auth. ſed & periculum, C. ſine cenſ. vel reliq. fund. l. Imperatores, de publican.* [c] Papon *en ſon recueil tiltr. des criees, arreſt* 28. *& arreſt.* 20. [d] Petr. Rat. *In patr. Picto. LL. tit. des criees des biens immeubles artic.* 380. [e] *l.* 26. 27. 28. *de LL.* [f] *l.* 13. *eo. titul.*

DECISIO XXXVII.

ARGVMENTVM.

Subhaſtatio molendini haud nocet ei, qui ius in eo legitimè conſtitutum habet.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Iura, quæ quis in molendino, quod ſub haſta venditur, habet perinde atque reliqua iura dominicalia vigore allegatæ conſtitutionis regiæ reſeruata cenſentur.*

1 EAſdem quoque ob rationes † atque ex iiſdem fundamentis arreſto parlamenti Tholoſani penultimo Aprilis, Anno M.D.LXXXIII. quoad appellationem à Seneſcallo du Puy aut eius vicario ad relationem Domini Deuez in ſecunda Camera inquiſitionum iudicatum fuit, quod non obſtante decreto interpoſito, & ſine oppoſitione executioni mandato, quoad certa molendina in quibus familia quædam ius, quod Galli le droict de mouldurage appellitant, habebat, (quod decretum ad poſtulationem fiſci & procuratoris Domini loci interpoſitum fuerat, vt iis dicta molendina aliáque nonnulla bona adiudicarentur propter crimen capitale antea à detentoribus eorum commiſſum) ij, quibus competebat, ius illud liberè, vt antea, exercere poſſent, licet ſubhaſtationi ſe haud oppoſuiſſent, ſed decretum illud vt modo dictum eſt, ſine contradictione executioni mandatum fuiſſet.

Cenſentur enim molendina illa venum expoſita, ſubhaſtata atque adiudicata cum ſua cauſa fuiſſe.[a] Quare ſententia dicti Seneſcalli, qui ita pronunciarat, dicto arreſto confirmata fuit. Nec obſtat conſtitutio Henrici II. de ſubhaſtationibus artic. 15. Talia enim iura, quemadmodum etiam iura decimarum, ob identitatem rationis æquiparari poſſunt iuribus feudalibus, dominicalibus & cenſuariis, quæ in eodem articulo excipiuntur.[b]

ADDITIONES.

[a] *l. via conſtitui, §. ſi fundus. de ſeruit. ruſt. præd. l. cum fundus; c. mm. præ. l. neque, quemad. ſeruit. amitt.* [b] De molendinis & variis eorundem iuribus videri poſſunt Modeſtinus Piſtoris *conſ. 19. nu. 18. & ſequ. vol. 1.* Andreas Rauchbar *part. 1. q. 27. nu. 1.* Hieronymus Schurffius *con. 45. num. 4. & ſeq. cent. 2.* Matthæus de Afflictis *dec. 388. nu. 11. & ſequentibus.* A D.

DECISIO XXXVIII.

ARGVMENTVM.

Rerum ſub haſtá venditarum fines oſtendi debent.

SVMMARIVM.

1 *In ſubhaſtationibus publicis, quæ ad creditorum petitionem executioni mandantur, neceſſe eſt, vt qualitas & quantitas bonorum occupatorum ſpecificè exprimantur.*

IN præcedenti deciſione † mentionem fecimus edicti regij Henrici II. de ſubhaſtationibus, quod à parlamento noſtro præcisè & exactè obſeruatur. Primum quoque articulum illius edicti, quo cautum eſt, quod apparitor bona prima vice proclamans eadem ſpecificè deſcribere & deſignare debent, curia noſtra de deſcriptione ſeu deſignatione tam quantitatis, quàm qualitatis interpretatur. Quare ſi domus, ager, pratum, vinea aliæve eiuſmodi res haſtæ ſubiiciantur, tum non ſufficit generalium terminorum & finium mentionem fieri, ſed talem demonſtrationem adhiberi oportet, ex qua ſpecificè earumdem qualitas & quantitas cognoſcatur: adeò vt curia noſtra, ſi deprehendat apparitorem vel præconem, a quo ſubhaſtatio facta fuit, demonſtrationem illam, vel aliam eiuſmodi ſolemnitatem ab edicto requiſitam omiſiſſe, decernere conſueuerit, vt antequam ius quoad petitum decretum dicatur, defectus ille reparetur, & ſpecifica qualitatis & quantitatis rerum, quæ ſub haſta vendi debent, deſignatio fiat. Cùm enim edictum illud regium requirat, vt apparitor vel præco, cui publica venditio ſub haſta a iudice iniungitur, rerum, quas proclamat, & venum exponit, certam deſcriptionem facere debeat inſtar venditorum voluntariorum, qui coram notario & teſtibus in inſtrumento deſuper confecto[a] fines ac terminos prædij venditi deſignare ſolent: ideò melius & plenius illi ſatisfieri nequit, quàm ſi qualitas & quantitas rerum & bonorum, quæ ſub haſta venduntur, accuratè demonſtretur. Qualis demonſtratio a parlamento noſtro recepta eſt, & frequenter vſurpatur.

ADDITIO.

[a] *l. act. Titius heres, de act. empt.*

DECISIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Forma diuerſa arreſtorum parlamenti Tholoſani & Burdegalenſis, quoad adiudicationem & interpoſitionem decretorum.*

EOdem edicto [a] ſancitur, quod ſtatim
2 poſtquam exceptiones † ad impediendam vel annullandam ſubhaſtationem obiectæ, fuerint expeditæ, eadem ſentẽtia pronunciari debeat; quod ad diem quadrageſimum ſequentem vigore decreti bona haſtæ ſubiecta adiudicanda ſint; ſalua tamen poſt factam adiudicationem diſcuſſione aliarum exceptionum, ſi modo vllæ ob debita perſonalia vel hypotheecas opponi queãt. Quod à parlamento Burdegalenſi exactè obſeruatur, atque ſic nullum decretum interponitur, quod non duo arreſta requirat. Verum euidens eſt, quod temporis noſtri malitia tam frequentes lites pariat, vt nulla ferè res tam certa ſit, quæ à vitilitigatoribus in dubiam diſceptationem nõ vocetur, nullúmque ferè decretum eiuſmodi proferri queat, cui non ſtatim vel in genere ſaltèm proteſtatio de nullitate ſubhaſtationum, vt eæ impediantur, opponatur. Hinc vſitata illa clauſula arreſtis adiici ſolet; ſaluis nullitatibus, &c. adeò vt nullitates prius expediri oporteat, atque eiuſmodi arreſta talia ſint, vt vlteriora deſiderent, & ſportulæ ſubinde augeantur. Atque ſi procurator vel aduocatus tam ſinctus vel debitor tam candidus reperiatur, qui ab eiuſmodi exceptione & dilatione abhorreat, tum pro phœnice vel nigro cygno propè ripã ſedente habendus erit. Quare curia noſtra Tholoſana, (quæ tãtum abeſt, vt aureæ meſſi auidè inhiet, vt vix laminas argenti, & quidem admodum raras colligat) ſatisfactura edicto illi & partes ſumtibus leuatura (præſertim cùm debitores non modò plerúmque non habeãt, vnde ſoluant, ſed etiam perferre cogantur, vt bonorum ſuorum proſcriptio & ſubſtatio horrida voce præcõnis fiat) vno eodémque arreſto rem totam expedire conſueuit: ita vt diſcuſſis prius nullitatibus & oppoſitionibus, ſi rem aliter ſe habere comperiat, decretum, ſeu eius vigore, bona adiudicet, ſalua quadrageſima & quinquageſima, iuxta conſtitutionem. Nec firmiter dici poteſt eiuſmodi arreſta aut ſententias ſub conditione proferri, atque ideò non tam certas, plauſibiles & fauorabiles eſſe. Breuiter enim reſpondetur, quod adiectio illa particulæ *ſalua*, quę in eiuſmodi arreſto continetur, non tam conditionem, quàm executionem dilationem & terminorum, qui in conſtitutione habentur, concernat, ſine qua executione omnes ſententiæ, decreta & arreſta, imò conſtitutiones & edicta ſine effectu & illuſoria eſſent, cu per ea hypotheeam demũ à die executionis acquiri conſtet, quemadmodum Dominus Magiſter ad dictam conſtitutionem optimè notauit.

ADDITIO.

[a] *artic.6.cap.32.*

DECISIO XL.

ARGVMENTVM.

Fructus bonorum occupatorum vſque ad executionem decreti commodo debitoris cedunt.

SVMMARIVM.

1 *Fructus bonorum occupatorum & ſequeſtratorum vſque ad executionem interpoſiti decreti reſeruantur & reddi debent debitori, aut ad eius liberationem reliquis creditoribus diſtribui, ſi neceſſe ſit, & reſiduum non ſufficiat.*

CErti iuris eſt, [a] quod fructus bonorum † occupatorum & ſequeſtratorum ab 1
occupatione vſque ad executionem decreti eo nomine interpoſiti pertineant ad debitorem, atque ideò, vt is liberetur, diſtribui illa inter alios creditores debeant, ſi neceſſe ſit, & reſiduum non ſufficiat. Tum enim demum venditio perficitur, neque ſector, cui bona adiudicantur, vllum ius prætendere prius poteſt, quàm pretium ſoluerit aut [b] conſignarit iuxta regulas vulgares iuris, atque ea, quæ Dominus Magiſter in tractatu ſuo *de ſubhaſtationibus* [c] cõfert. Quare cùm in cauſa ſubſtationis d'Aliquery cõtra Bouuecarrieres quidam cui poſt executionem decreti res quædam certa adiudicata fuerat, ſequeſtros, vt rationes redderent, coram nobis, tanquam deputato commiſſario, conueniſſet; atque reliqui creditores cum debitore principali interuenientes cũ in fructibus antè impetrati decreti executionem, per quam rei iudicatę victor ad effectum adduci cenſetur [d] perceptis, nihil iuris habere dixiſſent; nos contra actorem pro debitore principali & cæteris creditoribus ob cauſam ſupra adductam pronunciauimus. Cùmque à noſtra ſententia ad parlamentum Tholoſanum prouocaretur, eadem confirmata atque appellans in expenſas condemnatus fuit.

DECI-

ADDITIONES.

[a] *l. penult. de iur. fiſc. l. item quod dictum eſt, de in diem addict.* [b] *§. vendita, Inſtit. de rerum diuiſ.* [c] *tit. 4. cap. 16.* [d] *l. executorem, C. de execut. rei iud.*

DECISIO XLI.

ARGVMENTVM.

Præſentare poſſunt ij, qui bona, quibus ius præſentandi annexum eſt, tanquam ſequeſtri, tenent.

SVMMARIVM.

1 *In generali certorum bonorum occupatione ius præſentandi ius inhærens quoque comprehenditur, adeo vt caſu eueniente conſtituti ſequeſtri rectè præſentare queant.*

AD petitionem & ſupplicationẽ quorundam creditorum domus quædam 1 †nobilis occupata & expreſſè dictum fuit, quod ſub illa occupatione comprehendi deberent omnes pertinentiæ & prærogatiuæ omniáque iura, qualiacunque illa ſint, aut cenſeantur. Sequeſtri etiam domus ita occupatæ, iuxta ordinationem conſtituti fuerunt duo ciues ex oppido vicino ſatis idonei. Hi cùm diu fructus adminiſtraſſent, atque lis ob plurium interuenientium oppoſitiones in longum tempus extraheretur, & in debitoris principalis locum, eius hæres ſucceſſiſſet; interim euenit vt capellani officium vacaret, cuius præſentatio ad domum illam nobilem, ſiue ad eius dominum & poſſeſſorem atque inſtitutio ad Epiſcopum Diœceſianum pertinebat. Is ergo virum idoneum à ſequeſtris legitimè præſentatum inſtituerat. At cũ iſte in quaſi poſſeſſionem officij mitteretur, eadémque quietè frui vellet, à tertio quopiam, quem à principalis debitoris herede præſentatũ Epiſcopi illius metropolitanus inſtituerat, turbatur. Quare cùm aliquandiu ea de re coram Seneſcallo diſceptatum & tandem per appellationem cauſa ad parlamentum deuoluta fuiſſet, duo potiſſimum dubia oborta fuerunt: vnum, an in dicta occupatione generaliter concepta ius repræſentationis comprehendi intelligeretur, ſecundum; ſi comprehendatur, an ſequeſtri durante adminiſtrationis ſuæ officio præſentare poſſent. Quod primum dubium attinet, primo negatiuè reſpondendum eſſe videbatur; nempe quod ius præſentationis aut patronatus, eiuſmodi generalitate non contineatur, cùm nullam æſtimationem recipiat. a Verum accuratius rem expendenti affirmatiua verior apparebit, cùm eiuſmodi ius tranſire cum vniuerſitate ſoleat b vtpote quę generali ſuo ambitu omnia iura, tanquam acceſſoria principalis, comprehendit, iuxta regulam vulgarem iuris tam Canonici quàm ciuilis. Atque ita communiter Doctores & interpretes docuerunt c in quorum numero eſt Ferronus in commentariis ad conſuetudines Burdegalenſes, d qui etiam ad ſecundum dubium per auctoritates aliorum, quos allegat, e reſpondit; dum inquit, collationes & præſentationes ſub fructibus comprehendi f quorum plenam adminiſtrationem ſequeſtros quamdiu eorundem officium durat, habere dubitari nequit. Atque ſic iudicatũ fuit arreſto parlamenti Tholoſani in gratiam capellani à ſequeſtris præſentati. Quod arreſtum à Do. Ioſſe recenſetur; ex cuius aduerſariis illud tanquam notatu admodum dignum nos huc referre voluimus.

ADDITIONES.

a Panormitanus *in cap. querimoniam, de iur. patron.* b *c. ex literis, eod.* c Rochus de Curte, *in lib. de iur. patron.* qui ad id Baldi reſponſum quoddam affert, & Felinus *in c. cum Bertholdus, de ſent. & re iud.* d *tit. de ſubhaſt.* e Innocent. & Barbat. *in c. examinata, de iudic.* 1. Petrus Elcazar *in Clement. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* Felin. *in dict. cap. cum Bertholdus.* & Roch. Curt. f *arg. d. c. cùm Bertholdus.* Idem quoque traditur à Vincentio *in c. ex inſinuatione, de iur. patron.* Calderin. *conſ. 9. tit. de iur. patron.* Schradero *conſ. 20. pag. (mihi) 169. col.* 1. int. conſ. Borcholten, qui docent præſentationem eſſe fructum iuris patronatus non vniuerſalem, ſed particularem, & ſæpius præſentationem ad vnum, cætera verò, quæ iuris patronatus ſunt, ad alium pertinere. In dubio autem Eccleſię pręſumuntur liberæ à iure patronatus, cùm hoc ſeruitutis inſtar ſit, Innocentius *in ca. cùm venerabilis, num. 9.* & ibi Dd. *extr. de except.* Decius *conſ. 117. & conſ. 573. col. 2.* Roch. Curt. *in tract. de iur. patronat. verb. conſtruxit, num. 20.* In terminis quoque quod ille, cui Eccleſiæ vel iuris patronatus ſequeſtrũ committitur, vacante ſacerdotio ius præſentandi aut conferendi habeat, licet interdicto vti poſſidetis experiri nequeat, tradidit Felinus *in d. c. cum Bertholdus.* Baptiſta à Villalobos *in commun. opin. in liter. S. nu.* 52. Dominus Præſ. Ioannes Godd. *cap. 2. nu. 59. & 6. de ſequ. poſſ.*

Quaſi poſſeſſio autem iuris patronatus per vnicum actum, vnicam nempe pręſentationem, quæ effectum ſortita eſt, acquiri-

tur gl. *in c. ſi vero*, & ibi Panorm. *de iur. patron.* Crauetta *conſ.* 124. *col.* 2. Rochus Curt. *in tract. de iur. patron. verb. competens nu.* 35. Roland. à Valle *conſ.* 47. *nu.* 26. *& ſeq. lib.* 1. atque etiam à laicis ius illud præſcribi poteſt Anton. de Butrio, & DD. *in c. querelam, de elect.* Ioannes Andreæ *in c. quod alicui, de R. I. lib.* 6. Cæſar Lambert. *in tractat. de iur. patron. part.* 2. *lib.* 1. *q.* 11. *art.* 1. Plura de iure patronatus videri poſſunt, *in c. filiis*, 16. *q.* 7. apud glo. *in c. frequentius, eadem q. c.* 3. *de iur. patron. c. pia mentis*, vbi gloſſ. 16. *q.* 7. *c. Abbatem*, 19. *q.* 2. Roland. à Valle *conſ.* 47. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 1. Menochium *conſ.* 90. *num.* 1. Mozzium *de contractibus, tit. de emt. vēd. artic. de mat. emt. vendit. num.* 41. Couarruuiam *pract. quæſt. cap.* 36. *verſi. quarto eſt in hac quæſt. obſeruandum.* Ioſeph. Ludouicū *com. concl.* 42. Monachum *ad c. quanto diuina gratia. extr. de iudic.* Tiberium Decianum *reſp.* 28. *num.* 1. *lib.* 3. Beroium *conſil.* 6. *num.* 13. *lib.* 1. Rochum de Curte, & Andream Dalmar *in tract. pecul. de iur. patron.* Henningum Goden. *conſ.* 9. *nu.* 14. Clarum *in prax. crim. q.* 78. Pariſium *conſ.* 48. *libr.* 4. *per tot.* Sebaſtianum Medices, *de acquir. cōſ. & amitt. rer. dom. poſſ. verb. ſiue ius gloſſ.* 1. *part.* 3. *num.* 336. *& ſeqq.*

DECISIO XLII.

ARGVMENTVM.

Recognitio Scripturæ priuatę poſt mortem debitoris facta parum prodeſt.

SVMMARIVM.

1 *Recognitiones chirographorum ſeu priuatarum ſcripturarum, poſt mortem debitoris facta, nō tribuunt hypothecam, aut vllam aliam prærogatiuam creditoribus. qui eas pendente inſtantia diſtributionis bonorum defuncti debitoris fieri petierunt, quàm vt ij poſt creditores guarentigiatos & hypothecarios in tributum admittantur.*

AD meliorem explicationem eorum, quæ modo dicta ſunt, atque nonnullarum quæſtionum, quę in cauſis ſubhaſtationis & aſſignationis bonorum frequenter, præſertim in reſſortu parlamenti Tholoſani incidere ſolent, lector de duobus articulis, qui per arreſta parlamēti noſtri magna & maturą deliberatione habita definiti fuerunt: admonendus erit: quorum primus ex conſtitutione Franciſci I. recogni-
1 tiones† ſcripturarum priuatarum concernente dependet; qua cauetur, quod eiuſmodi ſcripturæ priuatæ à die, quo à partibus recognitæ, vel, ſi hoc non fiat, à iudice pro recognitis habitæ fuerunt, hypothecam tribuere debeant. Cuius hypothecæ effectus potiſſimum in prioritate conſiſtit, quemadmodum abundè probant vulgares clauſulæ, quæ à commiſſariis ad eiuſmodi recognitiones deputari ſolitis regulariter adiiciuntur, non obſtante eo, quod Ferronus hoc in caſu in contrarium ad prædictas conſuetudines[a] afferre voluit. Quæſitum igitur eſt, an idem obtinere debeat, nempe vt ea ratione creditores chirographarij hypothecam impetrare poſſint, ſi eiuſmodi recognitiones poſt mortem principalis debitoris pendente adhuc inſtantia diſtributionis ſeu aſſignationis bonorum, contra eius heredes vel ſucceſſores, fortè cùm beneficio inuentarij, vt frequēter fieri ſolet, aut etiam contra curatorem bonis vacantibus datum petantur? Quæ quæſtio cum in parlamento Tholoſano oborta fuiſſet, in cauſa diſtributionis ſeu aſſignationis bonorum defuncti Durand Domini de Fayac contra defunctum Paucy ciuem Tholoſanum, Claram de Durand, atque alios creditores, ad relationem defuncti D. Maynial in ſecunda Camera inquiſitionum, ambiguo Marte diſceptatum fuit, cùm nos pro affirmatiua concluderemus, atque D. Ioſſe pro negatiua ſtaret. Tandem in Camera maiori mēſe Iunio, Anno 1567. definitum fuit eiuſmodi probationes & recognitiones chirographorum ſeu ſcripturarum priuatarum nullam tribuere prærogatiuam creditoribus, qui eas poſt mortem eorum, à quibus ſcripturæ factæ fuerunt, pendente adhuc poſt eorum obitum inſtantia diſtributionis ſeu aſſignationis bonorum fieri petierunt, ſed omnes ad diſtributionem poſt hypothecarios demum admitti in tributum debere. Quod, veluti conueniens iuri communi[b] Domini poſtea ſine vlla difficultate in alia cauſa diſtributionis bonorum defuncti Franciſci Rahou mercatoris Tholoſani ad relationem Dn. Caumels in maiori Camera ſecuti fuerunt.

ADDITIONES.

a *tit. de ſubhaſtat. in fin.* b *l. pro debit. C. de bon. auct. iud. poſſid.* Accurſius & Alexander *in l. inter eos, de re iud.* Ferronus *ad conſuet. Burdegal. §. de dote.*

DECISIO XLIII.

ARGVMENTVM.

Heredi beneficium inuentarij propterea

pterea non adimitur, quod alius ſimpliciter & abſolutè, pro herede ſe gerere vult.

SVMMARIVM.

1 *Heres cum beneficio inuentarij, in prouinciis iuris ſcripti propterea hereditate teſtatoris priuari nequit, ſi alius in eodem & pari gradu ſe offerat, qui & defuncti æs alienum ſoluere, onera hereditaria ſuſtinere atque ſimpliciter & abſolutè heres eſſe vult.*

1 EOdem arreſto, quoad diſtributionem †bonorum dicti Franciſci Rahou iudicatum fuit, quod heres ab eo in teſtamẽto inſtitutus, qui erat Ioannes Rahou ex fratre nepos, non poſſet priuari beneficio inuentarij à tertio quopiam, qui defuncto in eodem gradu coniunctus, eiúſque nepos ex fratre erat, atque ad ſolutionem omniũ defuncti debitorum & præſtationem reliquorum onerum, quæ ſimplici & abſoluto heredi incumbunt, ſe offerebat. Cuius rei potiſſima ratio eſt, quod inuentarium ſit beneficium iuris, & propterea nemini ſine cauſa auferri debeat. Videtur tamen deciſio Pauli ex argumento legis[a] depromta contraria eſſe. Latè quoque hanc quæſtionem Dominus Præſes Boërius tractat,[b] cui & ipſi ſententia illa, quę dicto pręiudicio firmata fuit, non diſplicet. Verum hęc ſaltem in prouinciis iuris ſcripti, atque vbi nulla conſuetudo in contrarium extat, obtinet: in prouinciis verò conſuetudinariis iudicatur, quod heres purus, ſimplex & abſolutus pręferendus ſit hęredi cum inuentario, quemadmodum rectè Dn. Boerius & Charondas[c] atque poſt eos Rebuffus[d] & D. Papon[e] notarunt.

ADDITIONES.

a *l. ſi is, qui ſoluendo, de her. inſtitut.*
b *conſ. 53. ſiue vlt.* c *lib. 6. reſponſ. cap. 35.*
d ſub initium commentariorum ad conſtitutiones regias, vbi agit de legibus ciuilibus abrogatis ſeu potius non receptis in Francia. e *tit. 10. lib. 21. arreſt. 1. & 2.*

DECISIO XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Heres cum beneficio inuentarij, ſuo proprio & priuato nomine tenetur ad expenſas litium contra ſe motarum: quemadmodum etiam eodem nomine expenſas in eiuſmodi litibus ſibi adiudicatas lucratur.*

PEr arreſtum dictę curię † in cauſa diſtributionis bonorum defuncti Franciſci Rahou mercatoris Tholoſani, inter Iohannem Rahou heredem cum inuentarij beneficio dicti Franciſci patrui ſui, ex vna parte, atque viduam & alios creditores ex altera parte quoad appellationem à decreto Senatoris cuiuſdam, veluti deputati commiſſarij, iudicatũ fuit in Camera maiori, quod heres cum beneficio inuentarij teneretur ſuo proprio & priuato nomine ferre expenſas litium contra ſe motarum, eaſdémque ſibi adiudicatas lucrari nec referre ad hereditatis adminiſtrationem, quã habebat; quódque idem exoluere deberet expenſas, in quas defunctus condemnatus fuerat iuxta eum ordinem, quo victoribus adiudicatæ atque à die condemnationis debitæ fuerunt. Deprehendimus etiam poſtea idem à Charonda *in ſuis reſponſis*[a] tradi, atque arreſto parlamenti Pariſienſis 6. Aprilis, Anno 1574. prolato confirmari. Verum nihilominus in noſtra curia res hæc difficultate non caruit, propter diuerſa & planè contraria præiudicia tam in proceſſu principali dictæ diſtributionis (cuius relator erat D. Caumels, cancellarius vniuerſitatis, perſona Eccleſiaſtica & officio, quod gerebat, maximè digna) quam in aliis incidentibus, & quæ à cauſa principali dependebant, cum decreta commiſſariorum diuerſorum modo confirmarentur modo reformarentur. At tandem vt quæſtio planè decideretur, & res in poſterum omni dubio careret ſupradictum arreſtum à noſtra curia prolatum fuit. 1

ADDITIO.

a *lib. 3. cap. 10.*

DECISIO XLV.

ARGVMENTVM.

Venditor quoad res ſuas venditas adhuc extantes regulariter nullam præ reliquis creditoribus prærogatiuam habet.

SVMMARIA.

1 *Res debitori vendita, quarum integrum pretium ille non exoluit, quando bonorum debitoris ſubhaſtatio ſeu diſtributio generalis fit, ſeparatim vendi debẽt, vt de precio inde redacto primo venditori prius ſatisfiat, & deinde reſiduum reliquis creditoribus abdicatur.*

Digitized by Google

2 *Mercatoribus denegata fuit petitio, quæ poſtularant, vt merces ſuæ debitori venditæ adhuc extantes, à communi ſubhaſtatione eximerentur.*

1 IN cauſa dictæ diſtributionis† bonorum Durandi, D. de Faiac, Clara de Durand ſe oppoſuerat, vt venditionem ſub haſta impediret quoad bona quædam, quæ dicto de Faiac vẽdiderat, atque etiam in proclamatione continebantur. Prætendẽs enim maximam partem pretij conuenti ſibi adhuc deberi ſe illud, quod receperat, redditurã atque in communem bonorũ maſſam eſſe collaturam obtulerat. Econtra à reliquis creditoribus allegabatur, quod illa per vẽditionem mercium vẽditarum dominium in emptorem, cuius fidem pretij conuenti nomine ſecuta fuerat, tranſtuliſſet, atque ideo quoad reſiduum pretij nullum aliud remedium haberet, quam vt ſolutionem in eo ordine, in quo deprehenderetur, expectaret, eo quod in creditum abierat. [a] Ad quod à Clara replicabatur, quod per eundem contractum emtori certus terminus præſtitutus fuiſſet, ad quem reſiduum pretij ſoluere deberet, atque ſic precium, magis in partes quoad ſolutionem diſtributum, quàm emptori creditum cenſeretur, & quod per conſequens quia res venditæ non aliis deſierant eſſe ſuę, quamuis vendidiſſet, niſi ære ſoluto vel fideiuſſore dato vel alias ſatisfacto, dicendum erat vindicare eã poſſe, iuxta ea, quæ ex iure allegebãtur.[b] Haud etiam rationi conuenit, vt bona plenè vendita cenſeantur antequam integrum pretium ſoluatur, atque quod ij, qui pretio nõdum recepto vendiderunt, communem cum reliquis creditoribus aleam ſubire debeant. Atque ſi creditor potior eſt priore, quando propria pecunia ſaluam fecit totius pignoris cauſam, [c] quanto magis illud obtinebit, quando ex eius patrimonio proceſſit pignoris cauſa? Iudicatum itaque dicto arreſto fuit, quòd non habita ratione poſtulationis à Clara factæ, quæ venditionem bonorum illorum impedire voluerat, eadem, non in communi maſſa, ſed ſeparatim venum exponi atque diſtrahi deberent: adeò vt de pretio inde redacto Claræ primo ſatisfieret, & deinde reſiduum in communẽ maſſam redigeretur, atque poſtea inter cæteros creditores diſtribueretur. Eodem tamen arreſto denegata fuit
2 petitio †quibuſdam mercatoribus, qui itidem merces ſuas venditas, quod pretium pro iis nondum recepiſſent, ſeparari atque à venditione ſub haſta eximi poſtularant. Nam illis verè obſtabant deciſiones iuris cõtra Claram ſuperius adductæ, cùm merces venditæ diu ante, dicto de Faiac à creditoribus mercatoribus traditæ atque ab eo tabernæ incluſæ fuiſſent. Quod precium item emtoris fidem illi ſecuti fuerant, atque ſic tanquam mercatores emptori mercatori crediderant, cùm econtra Clara in ſuo contractu ſolutionem pretij ſaltem in partes diuiſiſſet, & quoad reſiduum, veluti quoddam priuilegium & regreſſum quempiam ad res venditas ſibi reſeruaſſet: adeò vt res illæ non penitus & perfectè, ſed ſaltem quoad proportionem ſoluti pretij vẽditæ cenſerentur, quoad reliquum verò venditio vſque ad plenam ſolutionem in ſuſpenſo hæreret. Quo nomine etiam Clara ius retentionis habebat, vt non immeritò curia prædicto modo ei proſpexerit, & reliquis creditoribus reſiduum, vtpote quod verè in dicti Faiac bonis exiſtebat, addixerit. Idem quoque poſtea in ſimili facti ſpecie ob eandem iuris rationem dicatum fuit arreſto parlamenti Pariſienſis, quod à Charonda refertur.[d] Quo etiã pertinet, quod licet in Francia conſtitutio Iuſtiniani [e] *de hypothecis*, de qua infra dicetur, recepta non ſit: tamen vidua ibidem pręferatur, omnibus creditoribus defuncti mariti ſui, quoad bona, quæ ab illa profecta fuerũt, quemadmodum Dominus Bacquet [f] alibi teſtatus fuit, idque rationi & æquitati iuris admodum conuenit.

ADDITIONES.

[a] *l. procuratoris, §. planè, verſi. et ſi quidã de tributor. act. l. quidam, de in rem verſ. argum. in rebus. C. de iur. dot.* & ibi Angelus, Iaſon in terminis *in l. creditor, nu. 5. ſi cert. pet.* Bart. *in l. ſi cùm dotem, §. fin. ſol. mat. nu.* 10. [b] *d. §. planè, verſi. enimuero.* [c] *l. interdum. cum ſequ. qui pot. in pign. hab.*
[d] *lib. 7. reſponſ. cap. 109.* [e] *in l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab.* [f] *en ſon 5. traicté, des droicts du domaine cap. 21. nu. 87.*

DECISIO XLVI.

ARGVMENTVM.

Mercatores fraude circumuenti merces ſuas adhuc extantes vindicare poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Circumuentione, dolo ſeu fraude interueniente vindicatio merciũ adhuc extãtium permiſſa eſt, ſi ſtatim atque de*

eo

eo perceperint & antequam merces in plenam poteſtatem fraudulentorum emptorum perueniant, eaſdem ſiſtere ſeu arreſtare, vt loquuntur, conati fuerint.

QVod modò diximus iudicatum fuiſſe
1 contra mercatores † qui abierant in creditum, vt non poſſint extantes merces venditas vindicare; illud locum habet in mercibus plenè traditis, ſeu quas emptores à venditoribus iam acceperunt, atque negotiationis gratia in tabernaculis ſuis, omni fraude excluſi, aſſeruarunt. Alias enim vindicatio eiuſmodi venditoribus permiſſa eſt, quemadmodum iudicatum fuit alio arreſto dicti parlamenti in Camera inquiſitionum ad relationem domini Doniat, vltimo Aprilis Anno M.D.LXXXVII. pro de Guerre & Roulh mercatoribus Burdegalenſibus. contra heredes de Connis atque alios creditores prolato. Cùm enim dictus Connis paulò antè obitum ſuum Tholoſæ decoctis bonis fidem inter mercatores perdidiſſet, Burdegalam iuit, ibidémque nonnullos mercatores circumuenit, vt ei fide de precio habita nonullas merces venderent quas Tholoſam vehendas naui impoſuit. Mercatores de qualitate emptoris poſtea admoniti ſtatim quemdam emittunt, qui merces iſtas in itinere apud nautam alióſque, qui eas conducebant, ſiſterent atque earum arreſtum peterent. Cùm autem nihilominus merces Tholoſam allatæ fuiſſent & paulò poſt emptore mortuo, eius bona ſub haſta vendi deberent, mercatores quoad vindicationem mercium iſtarum adhuc extantium auditi fuerunt. Spectabatur enim eorundem diligentia, quam in petendo mercium arreſto adhibuerant, & quod propterea exiſtimari non poterat eos merces iſtas planè à ſe abdicaſſe, præſertim cùm tam euidens emptoris dolus & circumuentio eſſet; vt eius intuitu generales regulæ iuris nō immeritò ceſſent, quemadmodum ſatis colligi poteſt ex diſſertatione Charondæ, quam in loco ſub finem prioris deciſionis allegato inſtituit. Quare licet venditores fidem de precio habuiſſent: tamen dominium rerum venditarum in emptorem adeò fraudulentum & fallacem haud tranſtuliſſent, eo quòd dolus & fraus fidei iſti occaſionem dederint, vt ideò perinde ſit, ac ſi illa non interueniſſent [a] eáque ratione merces fraude potius & dolo ſubreptæ ac extortæ, quàm verè datæ & traditæ videantur.

ADDITIO.

[a] *l. ſi quaſi, de pignor. act.* Bald. Angel. & Alexander. *in l. ſi cùm dotem, §. final. ſolut. matr.* Faber. *in d. §. vendita n. 1.* Capolla *cautela 124. n. 1.* Baldus *in l. pro debito, C. de bon. autor. iud. poſſi. l. 1. num. 2. in fin.*

DECISIO XLVII.

ARGVMENTVM.

Pharmacopœi multis aliis creditoribus præferuntur.

SVMMARIA.

1 *Pharmacopœus quoad pharmaca & medicamenta, quæ in defuncti morbo adhibita fuerunt, in eodem ordine eſt, quo illi, qui funeris impenſas petunt, & cæteris creditoribus omnibus præfertur.*

2 *Idem quoque quoad medicos & chirurgos obtinet atque impenſas, quæ in purgationem ædium peſte infectarum factæ fuerunt.*

3 *Conductor ædium, qui earundem domino ægroto medicamenta præbuit, non præfertur cæmentario aut alij, qui in reparationem ædium credidit.*

PEr alia arreſta †. à parlamento Tholoſano nobis præſentibus & votum noſtrum dantibus tam in Cameris inquiſitionum, 1
quàm in Camera maiori & Tornella in ſimilibus inſtantiis diſtributionis ſæpius iudicatum fuit, quod pharmacopœus quoad pharmaca & medicamenta, quæ defuncto in morbo, ex quo deceſſit, præbuit, in primo & eodem ordine eſſe debeat, quo reliqui creditores, qui impenſas in funus factas petunt, eo quòd illa cum eiuſmodi impenſis pari paſſu ambulent, atque Iurecōſulti alibi reſponderint, funerariæ actionis prærogatiuam trahi ad omne id, quod in corpus erogatum fuerit, veluti vnguenta aut medicamina. [a] Idémque etiam D D. Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. [b] A parlamento quoque Pariſienſi † ita iudicatum fuiſſe 2
Charondas [c] teſtatur, qui idem ad medicum & chirurgum atque expenſas quæ in purgandis ædibus peſte infectis factæ fuerunt, extēdit. Etſi enim nullum eius rei arreſtum allegat, nec nobis indiuiduo ita iudicatum fuiſſe conſtat: tamen rationi admodum cōſentaneum illud eſt. Quare & Ferronus ad conſuetudines Burdegalenſes [d] teſtatur idem

ADDITIONES.

[a] *l. funeris ſumtus, de religioſ. & ſumt. funer. l. quæſitum, de priuileg. credit.* [b] *l. in reſtituenda 4. C. de petit. her.* [c] *lib. 7. reſponſ. cap. 86.* [d] *l. cùm de lanionis, §. inſtrumento, de fund. inſtruct. & inſtrum. legat.* Paulus 3. *ſent. 6. §. 62.*

idem fauore medici inductum fuiſſe,qui in ægrum curandum multa impenderat, cum eadem in hoc, quæ in pharmacopœo militet ratio,atque etiam ex iure Romanorum ad medicum ea pertineant, quæ de pharmacopœo conſtituta fuerunt,adeò vt hi etiam piſtoribus,tabernariis,lanionibus,& aliis præferantur,qui defuncto victum & alimenta præſtiterunt, quemadmodum iudicatum fuit à parlamento Pariſienſi (quamuis arreſtum prouiſionale ſaltem fuerit)inter creditores de Fiſes,ſecretarij ſtatus quoad appellationem à præpoſito Pariſienſi XIX.Apr.An.M.D.LXXX.Quod arreſtum à Choppino refertur [a] quamuis idem auctor alibi [b] teſtetur quod alio arreſto parlamenti Pariſienſis iudicatum fuerit:inquilinum,qui pharmaca ægro præbuerat locatori, poſtponendum in mercedis retentione,cæmentario, ædium inſtauratori, cum priuilegio ſubnixus vterque ſit;ille quidem pharmacopœus in perſonam , ſed hic in rem , cuius cauſa penſio debeatur. [c] Quod veluti in tranſcurſu hic notare voluimus.

ADDITIONES.

[a] *de legib. Andium libr.3.tit.5.num.7.* [b] *de morib.Pariſior.libr.3.tit.3.nu.3.in fin.* [c] *arg. l.creditor,de reb.cred.l.1.de ceſſ.bon.*

DECISIO XLVIII.

ARGVMENTVM.

Pharmacopœus quoad illa ſaltem medicamenta præfertur, quæ in morbo, ex quo debitor deceſſit, adhibita fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium pharmacopœorum reſtringitur ad illa ſaltem medicamenta,quæ in extremo debitoris morbo adhibita fuerunt,nec ad pharmaca in aliis eiuſdem morbis adhibita extendi poteſt.*

HAud ſine cauſa in præcedenti deciſio-
1 ne de iis ſaltem mediamentis, † quæ pharmacopœus adhibuit in illo morbo, ex quo defunctus deceſſit, locuti fuimus. Nam quoad pharmaca præcedentium morborum , ex quibus ille reconualuit . talis prærogatiua non cōceditur, ſed neceſſe eſt, vt pharmacopœi quoad aſſignationem bonorum ordinem iuris communis obſeruēt, & via ordinaria veniant, nempe à die confecti inſtrumenti, vt recognitionis ſcripturæ priuatæ , niſi fortè iudex deprehendat, iuxta iuris communis diſpoſitionem ſine vllo priuilegio aſſignationem iis fieri poſſe. Atque ita iudicatum fuit à parlamento noſtro ad noſtram relationem in cauſa diſtributionis bonorum dicti Lombard , cuius etiam in prioribus deciſionibus mentionem fecimus. Idque præiudicium deinde pluribus aliis arreſtis à noſtra curia in materiis ſimilibus prolatis confirmatum fuit.Ratio diuerſitatis ex eo deſumi poteſt, quod medicamenta in morbo extremo adhibita funeris impenſis atque ſumtibus corporis cauſa antequam ſepeliretur, factis æquiparentur [a] ad aliud quoad medicamenta,in aliis morbis, ex quibus defunctus reconualuit adhibita,obtineat,vtpote, quæ tantum fauoris non mereantur , ſed inſtar aliarum impenſarum ſimplicium ſint, quarum creditores ad conſequendam ſolutionem ordinaria iuris via experiri oportet. [b]

ADDITIONES.

[a] *d.l.funeris ſumtus.* [b] *l.diuortio,§. impendia* , ibi , *ægrum ſeruum curandum. l. ſi cum dote.ſol.matr.* Bart.*in l.ſi ab hoſte,§.fin. eod.tit.*

DECISIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor creditori principali ſolidum ſoluens reipſa contra confideiuſſorem ſibi actionem comparat.*

IN lite agitata in curia parlamenti Tho-
loſani,†inter Hieronymum Bandinelly, 1
dominum de Paulet, petitorem executionis decreti,vt præferretur quoad aſſignationem ſummarum à ſe petitarum ex vna parte:& tutores Hieronymi du Puy filij & heredis defuncti Guilhelmi du Puy defenſores & executionem patientes ex altera parte: Atque inter Ioannem Eble procuratorem parlamenti & ab eodem curatorem datum Heliæ du Puy opponenti ſe decreto & alias petitori aſſignationis ex vna parte, & dictos Bandinelly & Vitalis defenſores ex altera parte:arreſto parlamenti, vltimo Martij Anno milleſimo, quingenteſimo octuageſimotertio,in Camera maiori,cùm prius ambiguo Marte diſceptatum fuiſſet, dictus Elias du Puy prælatus fuit,dicto Bandinelly in aſſignatione ſummarum , quas à dictis tutoribus petebat,quæ ex cautione ſeu fideiuſ-

fideiuſſione quapiam dependebant. Dictus enim Guilhelmus du Puy, eiúſque germanus dicti Heliæ pater pro mercatore quopiam Saluan fideiuſſerant & ſine vlla diuiſione,in ſolidum ſe obligarant. Cúmque mercator,non ſoluendo fieret,pater Heliæ ſolidum ſoluere coactus fuerat. Dimidiam ergo ſummæ illius partem, à patrui tanquam confideiuſſoris herede ſeu eius tutoribus Helias repetebat, atque arreſto illo prædicto Bandinelli, qui obligationem ſolutione illa antiquiorem habebat,prælatus fuerat.Et ſanè prima fronte videbatur Heliam planè audiendum non eſſe eo quod eius parens dum ſolidum ſolueret actionem à creditore principali contra fratrem Guillhel. confideiuſſorem ſibi cedi non curarat,licet poſtea demum ceſſionem impetraſſet.

Qua ceſſione nihil actum fuiſſe dici poterat, non ſolum quod fraude & colluſione impetrata eſſet. [a] Sed etiam quod poſt ſolutionem nulla actio ſuperfuerit,cùm in terminis deciſum reperiatur [b] fideiuſſori aduerſus confideiuſſorem dandam non eſſe actionem. Quę deciſio planè conformis eſt reſcripto D.Alexandri, qui expreſſè dixit, in hac ſpecie fideiuſſorem aduerſus confideiuſſorem ceſſis actionibus tantùm vti poſſe. Hoc autem in noſtro caſu fieri non poterat [c] cùm & rem & fideiuſſorem habens ab vno ex fideiuſſoribus accepta pecunia actiones non pręſtiterit, quę poſtea ob id nullę ſunt, cùm ſuum perceperit. Neque poteſt dici quodammodo nomen debitoris vẽdidiſſe, & ideò habere actionẽ.

Neceſſe enim eſt vt eo caſu à creditore, cui ſoluitur actio ſoluenti cõtra fideiuſſorem pręſtetur, quod hic minimè factum fuerat. Verum curię noſtrę contrariũ placuit, vtpote quę conſideraret, omnes allegatas deciſiones magis in ſubtilitate quapiam conſiſtere, quàm vera ratione & æquitate iuris niti: atque illas locum habere poſſe [d] in extraneo ſoluente pro alio vel ignorante, nõ verò in reo ſoluẽdi in ſolidũ abſque beneficio diuiſionis: & tãdem quod pater Helię ſolidum creditori ſoluens re ipſa ſibi actionem aut ſaltem pacto tacito comparauerat, miniméque ad actiones emendas, vt in extraneis, aliis ſcilicet quàm debitoribus,dici poteſt,aſpirauerat. De qua re etiam videri poſſunt quę Molinęus ſcripſit.[e] Atque prolatum fuit illud arreſtum ad relationem Domini Ferrier, cuius opinionem & nos ſecuti fuimus.

ADDITIONES.

[a] *l.Modeſtinus.76.de ſolut.* [b] *l.vt fideiuſſ.39.de fideiuſſ.* [c] *l.cùm is,35.eod.* [d] *l.nullo,5.C.de ſolut.* [e] *in lectur.Dolana ad d.leg.Modeſtinus,de ſolut.*

DECISIO L.

ARGVMENTVM.

Viduæ defuncti dotem repetenti præfertur, qui ad emtionem officij hereditarij credidit.

SVMMARIVM.

1 *Creditor,qui ad emptionem officij hereditarij pecuniam credidit,ſi poſt mortem debitoris, eiuſdem bona diſtribuantur atque officium vendatur, quoad precium inde redactum viduæ dotem ſuam repetenti præfertur.*

QVoad prælationem † cuiuſdam creditoris, qui ad emptionem officij hereditarij crediderat, cum poſt obitum debitoris, inter cætera eius bona officium illud venditum fuiſſet, atque ex pecunia inde redacta creditor iſte,& defuncti debitoris vidua dotem repetens ſibi ſatisfieri petiiſſent,Charondas in reſponſis ſuis, in vltima editione[a] arreſtum parlamenti Tholoſani refert, quo creditor ille viduæ prælatus fuit. Huius proceſſus partitionem in maiori Camera & prima inquiſitionum, & nouam in ſecunda factam atque arreſtum XXI. Iulij Anno M. D. X C I I I.prolatum fuiſſe idem Charondas teſtatur. Quo tempore nos in Tornella eramus, ad quam partitiones proceſſuum ciuilium peruenire non ſolent, vt ideò de arreſto illo nihil planè tum intellexerimus. Iuſtum tamen, æquum & vt breuiter dicamus curia noſtra dignum illud eſſe cenſemus. Rationes eius & auctoritates ſufficientes ab ipſo Charonda allegantur, ad quem lectorem remittimus. Haud enim aliorum plumis nos ornare volumus, niſi publica neceſſitas flagitet. Quo etiam caſu ſemper auctores noſtros laudabimus, cum tanto honore, qui iis debetur, & quem mente noſtra melius concipimus, quàm vt verbis eum efferre queamus. 1

ADDITIO.

[a] *Tom.3.reſp.lib.9.cap.7.*

1 MAter quædã † pluriũ filiarũ, atq; vnius filij, poſt obitũ mariti multo ære alieno conflato, multis & diuerſis creditoribus pignora dederat & hypothecas conſtituerat; prætendens ſe ob nuptias quarundam filiarum hoc facere coactam fuiſſe.

Quod tamen, non niſi ex coniecturis admodum leuibus apparebat. Cùm ita obærata eſſet, filius, vxorem ducit, cui mater ſemiſſem omnium bonorum ſuorum præſentium & futurorum propter nuptias donat, & quoad alterum ſemiſſem recognoſcit dotem nurus ſeu ſponſæ filio promiſſæ. Decedente poſtea marito relicta vidua, ſemiſſem bonorum, in quo ſocrus dotem recognouerat, occupat, ſéque iuxta conſtitutionem Iuſtiniani,[a] & interpretationem Martini omnibus creditoribus tã expreſſam quàm tacitam hypothecam anteriorem habentibus præferri debere contendit: cæteri creditores hypothecam expreſſam in vniuerſis & ſingulis ſocrus bonis diu antea conſtitutam habentes, contradicunt. Quorum contradictio etiam audita, atque viduæ petitio arreſto parlamenti denegata fuit: ita tamen, vt ſaluũ regreſſum habere deberet aduerſus eos, qui ad dotis reſtitutionem iure obſtricti eſſent. Etſi enim ea potiſſimum nitebatur doctrina cuiuſdam interpretis ad dictam conſtitutionem,[b] quod ille de extraneo recipiente dotem loquatur; tamen magis eſſe curiæ viſum fuit, hoc nullam rationem habere poſſe contra creditores præcedentes, expreſſam hypothecam habentes, cùm aliàs ſub auctoritate iuris perniciosiſſimè erraretur.

ADDITIONES.

[a] *d.l.ſi aſſiduis,* [b] Cynus *in d.l.*

DECISIO LIII.

ARGVMENTVM.

Donationis inſinuatio facit, vt donatio ſtatim ab eo tempore, quo primo facta fuit, valeat, non tamen contra ſucceſſores particulares & cum titulo oneroſo.

SVMMARIA.

1 *Mercator quoad merces ex taberna ſua ſumptas præfertur debitoris donatario, dummodo merces ante inſinuationem donationis ſumptæ fuerint.*

2 *Quod in conſtitutione regia dicitur inſinuationem donationis facere, vt donatio ſtatim firma & valida ſit ab eo tempore, quo facta fuit, contra creditores bona fidei aut alios ſucceſſores particulares & cum titulo oneroſo iſ naturam locum non habet.*

3 *Rationes aſſertionis huius ſpeciales.*

CVm Charondas in ſuis reſponſis † in 1 loco in præcedentibus duabus deciſionibus allegato[a] arreſtum quoddam referat nobis, vtpote ad relationem noſtram prolatum eo notius, quo duo priora ob cauſam adductam magis incognita erant, ideò operæpretium nos facturos eſſe putauimus, ſi eius mentionem ad meliorem continuationem eorum, quæ modo explicauimus, hic faceremus. Quod arreſtu mēſe Ianuario Anno M.D.XC. in cauſa dominæ Ludouicæ de Caſtanet tanquam matris & legitimæ tutricis liberorum ſuorum ex defuncto Ioanne de Maſlaurens marito quondam ſuo ſuſceptorum appellantis à Camera libellorũ ſupplicum palatij ex vna parte & Nicolai Guerrier ciuis Tholoſani appellati ex altera parte prolatum fuit. Species autem facti eiuſmodi erat: dictus de Maſlaurens contracto matrimonio cum Ludouica, cùm non modò ſe, ſed etiam vxorem ſuam ſplendidè & magnificè atque vt breuiter dicamus, iuxta morem Tholoſanum veſtire vellet, ad tabernã dicti Guerrier, quæ inter omnes totius ferè Occitaniæ optimè inſtructa eſt, iuerat atque merces maximè pretioſas ſibi tradi curarat, & computo cum dicto mercatore vel eius inſtitoribus facto mercium nomine mille coronatos ſe debere chirographo dato faſſus fuerat. Cùm autem ſoluto mariti morte matrimonio mercator à Ludouica, quæ tanquam mater & legitima tutrix liberorum & heredum defuncti mariti bona adminiſtrabat debiti ſolutionem petiiſſet; tandem poſt multas dilationes atque alia ſubterfugia obiecta fuit donatio, quam defunctus de Maſlaurens in fauorem cuiuſdam liberorum ex matrimonio iſto deſcendentium feciſſe dicebatur, quæ tantam ſummam comprehendebat, vt nõ ſolum vniuerſa defuncti bona æquaret, ſed etiam eadem longè excederet, præſertim ſi detraherentur bona & iura dictæ Ludouicæ de Caſtanet atque alia, quæ ei vigore pactorum dotalium debebantur, in quibus à dicto Guerrier nihil omnino prætendi poterat. Quod admodum indignè ille ferebat iniquum eſſe dicens, vt ita debito mercibus ſuis doloſè priuaretur, quæ ad coniugum illorũ vſum, præſertim verò ad veſtes & or-

ADDITIO.

[a] *d.lib.2.cap.7.*

& ornamenta Ludouicæ, quam maritus vigore pactorum dotalium iti veſtire & ornare tenebatur, inſumtæ fuiſſent. Ad quod Ludouica nihil aliud reſpondebat, quàm quod ipſi eiúſque filius defuncti mariti donatarius ſummę ex donatione legitimè intra quatuor menſes inſinuata nomine omnino præferri deberent. Quo facto ſe facilè pati poſſe, ſalua tamen dotis ſuæ & reliqui crediti ex perſona propria petitione, vt ſi quid in defuncti mariti bonis reſiduū eſſet, de eo ipſi Guerrier ſatisfieret. Quod nihil aliud erat, quàm eum credito ſuo penitus fruſtrari velle. Domini itaq; qui Tholoſæ in palatio libellis ſupplicibus præfecti ſunt, vbi cauſa agebatur, ſententiā quandam interlocutoriam protulerunt; à qua Ludouica ad parlamentum prouocauit. Cúmque cauſa ibi concluſa atque à nobis relata fuiſſet, curia appellationem, illúdque, vnde appellatum fuerat, caſſauit & mercatorem donatario illi, quoad preciū mercium antè donationis inſinuationem traditarum, (quod iuxta defuncti confeſſionem, ſexcentos ferè coronatos excedebat) prætulit, adeò vt ſumma illa ſtatim poſt dotē & impenſas funeris ſolui deberet. Hoc Charondæ durum eſſe viſum fuit ob rationes, quæ ab eodem allegantur. Inter quas etiam hæc eſt, quod donationis inſinuatio, intra quatuor menſes iuxta conſtitutionē Molineis promulgatam facta retrotrahatur ad tempus, quo ipſa donatio primo facta fuit, vt ei vires tribuat.

Verum ſi aduerſaria Charondæ tranſmiſſa integra fuiſſent, & omnes facti circumſtantias plenè continuiſſent, cùm ipſemet proculdubio idem iudicaſſet, nempe quod dolus ille ab emptore adhibitus eſſet dignus vindice nodus. Haud enim generalem theſaurarium Occitaniæ, qualis dictus dominus de Maſſaurens erat, decebat, vt propter veſtimenta, quibus die nuptiarum ſe & nouiter nuptam vigore pactorum dotalium ornatiorem reddere volebat, mercatorem tam candidum & integrum, qualem dictum Guerrier fuiſſe teſtari poſſunt omnes, qui eum nouerunt, deciperet.

Quam etiam ob cauſam ne is, omne ſuū creditum, in quo tam ſors quàm lucrum mixta erant, amitteret, noſtra curia ex bono & æquo & contra fraudatores interpretata fuit, illud quod in dicta conſtitutione habetur donationis inſinuationem facere,
2 vt donatio valeat † ab eo tempore, quo primo facta fuit, accipiendum eſſe contra heredes & ſucceſſores vniuerſales donatorum non verò contra ſucceſſores particulares, cum titulo oneroſo. Cuius interpretationis fundamentum ex eo depromſit; quod quamuis donatio potiſſimum introducta ſit, vt dolo, fraudi & circumuentionibus clandeſtinis etiam inter perſonas coniunctis & domeſticas occurratur, [a] tamen ea etiam propterea fiat, vt facta eiuſmodi publicatione donatoris qualitas innoteſcere queat pluribus, qui cum eo poſtea contrahere volunt, vt cautius negotientur. Et facilè conijci poteſt, quod Guerrier, ſi de dicta donatione ei conſtitiſſet, ad tradendas merces minimè tam pronus fuiſſet.

Atque hæc eſt vna ex cauſis † præcipuis, 3
propter quas ſanctiones regum noſtrorum requirunt inſinuationem ſubſtitutionum factarum in teſtamentis & diſpoſitionibus vltimarum voluntatum. Quam etiam ob cauſam ſuperiori tempore dominus Fernandus (verus Iuriſconſultus, &, dum viuebat, pater ac protector vniuerſitatis Tholoſanæ, quoad ius ciuile, ſub quo nos iuris ſtudio operam dedimus & gradus aſſumſimus Anno M.D.LII. & quinque ſequentibus) quoad validitatem pactorum dotaliū, in quibus hereditates deferuntur, aut alias deſcendentes vocantur, ſiue ex toto ſiue ex parte ex communi Gallorum conſuetudine, inter alia etiam requirebat, quod pacta illa coram iudice regio eius loci, tanquam competente inſinuari deberent. Cuius rei rationem hiſce verbis exprimit: vt euulgatis cōuentionibus illis, quoque ſciat à grauatis illis perſonis, res nequaquam alienari poſſe.

Ab eo tempore tunc, quo donatio facta fuit, vſque ad ipſam inſinuationē incluſiuè dictus Guerrier, cū omnibus aliis creditoribus bonæ fidei & ſucceſſoribus particularibus cum titulo oneroſo iuſtam & probabilem ignorantiam dictæ donationis habuit. Ob quam ignorantiam etiam ij admittuntur ad illud ad quod alias poſt factam inſinuationem haud admitterentur. Quod ita deciſum & vſu iuris ciuilis ac Canonici textibus conformi [b] receptum eſt. Antè Fernandum quoque idem docuit magnus ille Iuriſconſultus Alciatus [c] qui tres potiſſimum cauſas affert, ob quas inſinuatio

ADDITIONES.

[a] quemadmodum Conſtantinus ait *in l. data 27. C. de donat.* [b] *in vnic. de fil. nat. ex matrimon. ad morganat. contra cap. 6. numer. decimo tertio,* [c] *l. final. §. marito, de legat. 2. l. final. de tranſact. c. iniectum maritis, & ibi gl. 34. q. 2.*

nuatio ſit introducta;nempe ne quis temerè in tantam profuſionem prorumpat, & ne facilè confingi falſæ donationes poſſint,ac deniq;(quod eſt illud ipſum, de quo hic agimus) ne quis clam facta donatione creditores etiam futuros fraudare poſſit.[a]

ADDITIO.

a *in l.pacta,quæ contra 5.Cod.de iur.& fact.ignor. & in cap.cum contingat,de iureiurand.*

DECISIO LIV.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum aduerſus omiſſionem inſinuationis donationum creditoribusdonatorum non præiudicat.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum contra omiſſionem inſinuationis donationum hunc ſaltem effectum habet, vt donationes confirmet & validas reddat contra donatores eorúmque heredes, non autem in præiudicium creditorum, emptorum, aliorúmque emptoris ſucceſſorum particularium cum titulo oneroſo.*

SVperioribus etiam hoc conueniës eſt, quod eo in caſu,quo ex legitima † veluti minoritate,propter expreſſam conſtitutionem [a] aut ſimili diplomata regia, à partibus impetrantur, aduerſus omiſſam donationis inſinuationem, Curia noſtra decernere conſueuit,diplomata illa ſaltem operari vt donatio contra donatorem aut eius heredes valeat; non verò vt tertiis quibuſdam veluti creditoribus, emptoribus & aliis ſucceſſoribus cum titulo oneroſo præiudicet. Atque ita iudicatum fuit in dicta ſecunda Camera inquiſitionum Anno M.D.LXXXIV.ad relationem defuncti Domini Herbrad, cùm proceſſus partitio priùs in duabus Cameris inquiſitionum & deinde noua in Camera maiori facta fuiſſet:vbi etiam dictum fuit curiã noſtram regulariter ita iudicare ſolere. Nam ſine cauſa legitima diplomata regis, etiamſi eius manu ſignata fuerint & expreſſum mandatum contineant, contra viuas & publicas regni leges,veluti ſunt edicta & conſtitutiones regiæ à ſupremis curiis, vt perpetuò & ſanctè cuſtodiãtur,approbatę, haud recipi poſſunt, queadmodũ aliud quoq; eiuſmodi arreſtũ à parlamẽto noſtro VI.Mar. Ann.M.D.LXXIV.prolatũ Chrarondas refert.[b] Accedit & hoc,quod ſolis parentibus & propinquis imputari poſſit, quod in eiuſmodi caſu non melius proſpexerint(cùm donatarij ob minorem vel pupillarem ætatem ipſimet facere hoc non poſſent) ne donationis inſinuatio omitteretur. Iis igitur tantum eorúmq; heredibus & ſucceſſoribus, non verò tertiis quibuſdam, qui in bona fide ſunt & iuſtam ignorantiam habent, iuxta textus iuris ſatis vulgares, nocere & præiudicare debet.[c]

ADDITIONES.

a *l.minoribus, Cod.de donat. ante nupt.* b *libr.7.cap.119.* c *dict.l.minoribus,ibi ſi patris auxilio.*

DECISIO LV.

ARGVMENTVM.

Donatio legitimè inſinuata irreuocabilis eſt.

SVMMARIA.

1 *Donationes legitimæ & intra tempus conſtitutionis inſinuatæ, irreuocabiles fiunt quoad donatores,eorúmque heredes & ſucceſſores vniuerſales, & poſt inſinuationem validæ fuiſſe cenſentur ſtatim ab eo tempore, quo primò factæ fuerunt.*

2 *Conſiderationes Rebuffi contrariæ minimè attendendæ.*

DOnationes quoque legitimè† & intra tempus à conſtitutionibus regiis requiſitum inſinuatæ irreuocabiliter valent quoad donatores, corúmq; heredes & ſucceſſores vniuerſales atque poſt inſinuationem vim & effectum ſuum habuiſſe cẽſentur ſtatim ab eo die, quo factæ primò fuerunt, cũ inſinuatio ipſo iure retrotrahatur. 1

Atque ſic donatores, qui intra quatuor menſes donationes inſinuarunt,eaſdem reuocare ſine cauſa nequeunt, ſique interim alias & ſecundas donationes fecerint, nihilominus primæ præferuntur nullúmque iis per ſecundas præiudicium fit. Sicque iudicatum fuit ad relationem Domini de Paulo, qui iam ſecundus parlamenti præſes eſt, in cauſa Petri Guernaſtan & Martini Toluech VII. Septembr. Anno M.D.LXXX. in ſecunda Camera inquiſitionum. Qua etiam in cauſa minimè approbatæ fuerunt, conſiderationes Domini Rebuffi † in contrarium, [a] quibus multi ex

ADDITIO.

a *Gloſſ.1.art.1.nu.3.cum ſeq.*

ex dominis ſenatoribus nitebantur. Etſi enim olim inſinuationes donationum iuriſdictionis voluntariæ eſſe cenſebantur, & coram quolibet iudice, dummodo iuriſdictionem haberet, fieri poterant [b] tamen hodie vt inſinuationes legitimæ cenſeantur, eas coram iudicibus regiis, qui loco illi maximè vicini ſunt, vbi partes domicilium habent, vel res donatæ exiſtunt & ſitæ ſunt, fieri oportet.

ADDITIO.

[b] gloſſ. *in* §. *nulla. in nou. de defenſ. ciuit.* Guido Pap. *conſ.* 23. *num.* 10.

DECISIO LVI.

ARGVMENTVM.

Inſinuatio donationis bonorum in diuerſis locis ſitorum eam ſaltem confirmat, quoad bona, quæ in loco illo, vbi inſinuatio facta eſt, exiſtunt.

SVMMARIVM.

1 *Quando bona donata ſub diuerſis iuriſdictionibus regis ant Seneſcallatibus exiſtunt, atque inſinuatio donationis ſaltem in vno loco fit, tum etiam donatio tantum quoad bona in loco iſto ſita confirmatur.*

QVid verò dicendum eſt, ſi bona donata † in diuerſis locis, hoc eſt, vt de noſtro regno loquamur, ſub diuerſis iuriſdictionibus regiis ſita ſint, & donatio facta ſaltem in vna earum inſinuata fuerit, vtrū donatio planè nulla erit, an verò ſaltem effectum ſortietur quoad bona in Seneſcallatibus & iuriſdictionibus regiis ſita, vbi inſinuatio legitimè & iuxta vigorem conſtitutionum facta fuit. Poſterius arreſto parlamenti Tholoſani ad relationem defuncti Domini Doniat in ſecunda Camera inquiſitionum dicto anno M. D. LXXX. menſe Decembri iudicatum fuit: [a] quia bona non ſolum ſeparari poſſunt, ſed & ſeparata ſunt & inueniuntur non tantum diuerſis donationibus, ſed & regionibus. Quo etiam referri poſſe videtur cōſtitutio Leonis Imperatoris. [b] Idémque iudicatum fuit arreſto parlamenti Pariſienſis, quemadmodum Charondas teſtatur. [c]

ADDITIONES.

[a] *Arg. l.* 1. §. *Trebatius, in fin. de donat.*
[b] *l. hac ſacratiſſima, C. de donat.* [c] *lib.* 4. *reſponſ. cap.* 5.

DECISIO LVII.

ARGVMENTVM.

Donatio ante inſinuationem reuocabilis eſt.

SVMMARIVM.

1 *Donationes nondum inſinuatæ reuocari poſſunt à donatore etiam intra illud tempus, quod inſinuationi à conſtitutione præſcriptum eſt, ſi interim legitima cauſa interuenerit.*

QVod ſupra, deciſione LV. de donationibus † inter viuos factis notauimus, 1
quod non poſſit reuocari intra tempus inſinuationi à conſtitutionibus præſcriptum, procedit & locum ſaltem habet ſimpliciter & in puris ac propriis ſuis terminis quando nulla cauſa in donationibus ſub modo aut conditione factis extrinſecus interuenit. Alias enim ſecus ſe res habet, quemadmodum in ſequenti hypotheſi euenit: Quidam, cùm ære alieno grauatus eſſet, metuebat vexationes creditorū, quorum importunis poſtulationibus bona ſua omnia amiſſurus eſſet, cùm tamen earum partem re amicè compoſita alias retinere poſſet. Ne igitur in ſenecta ſua, cui iam vicinus erat, egere cogeretur illud remedium excogitauit, vt propinqui cuiuſdam ſui filio impuberi omnia bona irreuocabiliter ea lege donaret, vt ab eo per reliquum vitæ tempus aleretur & creditoribus ſuis ſatiſfieret. Pater donatarij quantitatem æris alieni maiorem eſſe exiſtimans, factam donationem nomine impuberis filij ſui repudiat. Quod donator intelligens donationē ante factam inſinuationem reuocat, eámque ſecunda vice in tertium quempiā confert, qui eandem acceptat, & poſt inſinuationem legitimè factam, eius legi ſatiſfacit omníque ære alieno debitorē liberat. Poſt cuius obitum primus donatarius maior iā factus diploma regium impetrat, vt, cùm nondum ætatis XXXV. annum à regia cōſtitutione requiſitum, attigiſſet, in integrū reſtitueretur, cōtra dictam repudiationem & per conſequens omiſſionem inſinuationis: idque propter priuilegia & beneficia impuberibus & minoribus conceſſa, quæ allegabantur. Verum arreſto parlamenti Tholoſani 2. Martij Anno M.D.LXXXII. ad relationem defuncti domini Ioſſe comprobatio diplomatis illius denegata, atque in expenſas ipſe condemnatus fuit.

DECL.

DECISIO LVIII.

ARGVMENTVM.

Donationes nuptiarum cauſa factæ etiam inſinuationem deſiderant.

SVMMARIVM.

1 Ordinationes regiæ inſinuationem donationum in fauorem matrimonij factarum requirentes non receptæ, neque obſeruata fuerunt à parlamento Tholoſano vſque ad annum M.D.LXVI. quo illud conſtitutiones Molineis eo nomine promulgatas publicauit.

1 IN eadem materia inſinuationis donationum & illud notabile eſt, quod dicta curia non recepit † conſtitutiones inſinuationum quoad donationes in fauorem matrimonij factas vſque ad annũ M.D.LXVI. quo publicauit ordinationes Molineis promulgatas, quæ æquè in donationibus matrimonij cauſa factis quàm in aliis inſinuationem ſub graui comminatione requirunt.

Quod etiam ex ſequenti caſu apparebit: Anno M. D.LXII. Dominus Ioannes la Vernhe, notarius de S. Cere au Viconté de Turene en Quercy (qui locus natiuitatis noſtræ eſt) eo loci vxorem duxerat, cui mater, Ioannis ſocrus, in fauorem matrimonij certa quæpiam bona donarat. Ex matrimonio etiam illo numeroſa ſoboles nata erat. At ſocrus cùm extrema ſua ordinaret, donationem illam expreſſè reuocarat. Cúmque lis eò nomine coram ordinario iudice mota fuiſſet, iſte ſententia ſua XI. Ianuarij Anno M.D.LXXXII. dictam donationem confirmauit. Quoad appellationem ab iſta ſententia partes in arbitros iuris ex peritiſſimis eius loci ſelectos compromiſerant, quorum laudo donatio infirmata & nulla declarata fuit, eo quòd inſinuationem conſtitutione Henrici II. requiſitam non habuiſſet. De qua re cùm dictus de la Vernhe priuatim nobiſcum cõferret, nos ei tanquam noſtro propinquo & dilecto vicino, ſecretum illud curiæ reuelauimus; nempe quod illa demum Anno M. D. LXXVI. atque ſic poſt quadriennium à tempore factæ donationis conſtitutionem illam regiã receperit & publicarit. Cúmque ad curiam iſte appellaſſet, cauſa iudicata fuit, in maiori Camera, (vbi eiuſmodi appellationis ab arbitrorum ſententiis regulariter recipi ſolent) arreſtóque ad relationem Domini de la Bourgade Anno M. D. LXXXIII. die III. Auguſti laudũ illud reformatum fuit, atque dictum quod ſententia primi iudicis compenſatis expenſis executioni mandari deberet. Idem poſtea ſæpius iudicari vidimus. Certa enim de eo caſu parlamenti noſtri regula extat, adeò vt ad principem recurrere eiúſque literas eo nomine impetrare ſuperuacaneum ſit, quia fruſtra precibus impetraretur, quod iure communi conceditur, iuxta iura vulgaria.

DECISIO LIX.

SVMMARIVM.

1 Declaratio & procuratio patris, vt inſinuetur donatio diu antea facta non habetur pro noua donatione, ſed pro conſenſu prioris atque reparatione defectus in ea interuenientis.

MVltorum liberorũ pater † vni eorum vxorẽ ducenti ſemiſſem vniuerſorum bonorum Anno M. D.LXVIII. atque ſic poſt ordinationes Molineis promulgatas, in fauorem matrimonij donarat. Et quamuis in inſtrumento donationis procurator conſtitutus eſſet, per quem inſinuatio donationis in proxima curia regia expediri deberet, tamen inſinuatio illa vſque ad annum M.D.LXXV. omiſſa fuit. Quo anno donator pater in morbum lethalem incidens teſtamentum condit, atque in eo vxorem ſuam, donatarij matrem in vniuerſis & ſingulis bonis heredem inſtituit ea lege, vt eadem poſt obitum ex liberis, cui vellet, reſtituere deberet. Quod filius donatarius intelligens tantum efficit, vt matre, & reliquis fratribus ac ſororibus ignorantibus pater coram notario & teſtibus ſe declarans donationem illam denuo confirmet, eadémque viuo adhuc patre legitimè inſinuetur. Cúmque is paulò poſt deceſſiſſet, mater de inſinuatione certior facta, donationem planè inualidam eſſe eáque haud obſtante vniuerſa defuncti mariti bona ad ſe vigore teſtamentariæ inſtitutionis pertinere contendit. Multis item contra filium querelis & muliebribus increpationibus vtitur, qui ſe declaratione & quæ eam exceperat inſinuatione, atque oneribus matrimonij, quæ tulerat, defendebat; cùm alias ſine donatione iſta vxoris ſuæ parentes in matrimonij contractum haud conſenſiſſent. 1

Tandem vt pax quodammodo conciliaretur compromiſſio in arbitros fit, qui

donationem ſententia ſua cõfirmant, à qua appellatio ad parlamentum à matre interponitur. Cúmque cauſa iam concluſa atque ad referendum nobis in Camera maiori Anno M.D.XCIV. diſtributa fuiſſet, & die quodam feſto nos in ædibus noſtris partes conueniſſent, vt ſententiam maturari peterent; eas exhortati fuimus vt de lite tranſigerent. Quod etiam ſuadentibus eorum aduocatis factũ ita fuit, vt prior ſententia arbitrorũ effectũ ſortiri & donatio compenſatis expenſis confirmari deberet. Idque tempeſtiuè à prędictis aduocatis ſignificatum nobis fuit. Eadem autem planè ſententiæ illius, quam iam conceperamus contenta erant, ſempérque poſtea exiſtimauimus, quod procul omni dubio curia noſtra communibus votis ita iudicaſſet. Haud enim vllius momenti erant, quæ matris aduocatus de nullitate donationis legitimè & iuxta ordinationes haud inſinuatæ, item declarationis & procurationis poſtremæ, tanquam poſt terminum à lege præſtitutum factarum, afferebat. Inſinuatio quippe vigore declarationis & procurationis à patre donatore interpoſitæ, facta non cenſebatur eſſe noua donatio, ſed ſaltem conſenſus donationis primæ & reparatio defectus, qui in ea interuenerat; cuius ſola pater eſſe poterat, ob reuerentiam, quam ei filius exhibebat, & propterea inſinuationẽ omittebat: vt ideò non immerito pater (ita enim inim ei videbatur) priorem actum ſubſequenti inſinuatione iuuare potuerit, atque ille non pro nouo, ſed pro eo, qui matrimonij tempore factus ſit, habere debeat. Deinde in paribus & fortioribus, quamuis non adeò fauorabilibus, terminis deciſionem huic conformem apud Charondam in reſponſis ſuis [a] deprehendimus quam arreſto parlamenti Pariſienſis comprobat.

ADDITIO.

[a] *Libr. 7. capit. 27.*

DECISIO LX.

ARGVMENTVM.

Donatio non reuocata etiam poſt tempus ab ordinatione præfixum inſinuari poteſt.

SVMMARIA.

1 *Donator poſt tempus inſinuationi ab ordinatione præfixum donationem reuocans ante eius inſinuationem, poſtea eiuſmodi donatione nequicquam obſtante de rebus donatis pro libitu diſponere poteſt.*

2 *Quando autem donationem non reuocauit, nec reuocationis inſinuatio legitimè facta fuit, à parlamento Pariſienſi contrarium iudicari conſueuit.*

3 *Idem quoque à parlamento Tholoſano pronunciatur.*

QVantum illud attinet, quod idẽ Charondas † alibi [a] refert, tempus quatuor menſium inſinuationi donationum à conſtitutione Molineis promulgata quoad bona & perſonas, quæ in regno ſunt, & ſex menſium cœteris, quæ extra illud ſunt, præſcriptum, pertinere non ad eſſentiam donationum inſtar ipſius inſinuationis, ſed ſaltem vt effectum maioris admonitionis habeat atque ad conſeruationem donationum tendat, quo eæ intra illud tempus etiam poſt obitum donatoris aut donatarij inſinuari queant parlamenti Pariſienſis arreſto poſt factam proceſſus in Camera inquiſitionum partitionem iudicatum fuiſſe; ſciendum eſt, id in curia noſtra non approbatum, nec indiſtinctè receptum eſſe; multóque minus id, quod poſtea ſe iudicari vidiſſe dicit; donatorem inſinuationis defectum allegantem non audiri ſed donatarium etiam poſt quatuor menſes inſinuationem rectè procurare poſſe, eo quòd donator (vt Charondas inquit) contra proprium factum ſuum venire nequeat. Curia enim noſtra cùm defectus inſinuationis intra tempus præſcriptum & limitatum non factæ, donationem nullam reddat, iuxta regulam vulgarem; qua dicitur non poteſt prędtare impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum; pro donatore vel eius heredibus contra donatarium pronunciare ſolet, ſi poſt lapſum temporis inſinuationi præſcripti donatio antè eius inſinuationem reuocata à donatore ſit, íſque vel eius heredes aut ſucceſſores de rebus donatis aliter diſpoſuerint. Obtinent enim tum ſuperius allegatæ rationes & conſiderationes Rebuffi in commentariis ſuis ad titulum de inſinuatione donationum, quas ibidem eo in caſu minimè locum habere diximus, quo donationes intra prędictum tempus quatuor menſium inſinuatæ fuerint. Si verò inſinuatio omiſſa & tempus lapſum fuerit, donatores, eorúmque heredes & ſucceſſores optimè muniti ſunt cõtra omnia ea, quæ à donatariis ſub prætextu factarũ donationum tam quoad principale quàm

ADDITIO.

[a] *Libr. 4. cap. 5.*

quã quoad acceſſoriũ obiici & prætẽdi poterãt. Atq; ſic ſæpius à noſtra curia ad noſtrã quoq; relationẽ iudicatũ fuit in dicta Camera inquiſitionũ, vbi noſtro tẽpore regula illa pro certa & indubitata habebatur. Æquitati autem & rationi iuris conueniẽs eſt,
2 quod ceſſante donatorum reuocatione † & & ea quidem debitè inſinuata Charondas eodem in loco in ſolemni cõuentu antè feſtum pentocoſtis à parlamento Pariſienſi Anno 1581. iudicatum fuiſſe tradit. Nã quoad creditores etiam noſtra curia arreſto in fauorem Guerrier prolato, cuius in præcedentibus deciſionibus mentionẽ fecimus, iudicauit inſinuationes etiam intra tempus ordinationis factas non retrotrahi, neq; iis præiudicare. Multo minus ergo eiuſmodi effectu habere poterunt inſinuętiones poſt tempus ab ordinatione præſtitutum demũ factæ. Conforme quoq; prædicto parlamẽ-
3 ti † Pariſienſis arreſto aliud eſt à curia noſtra Thol. in ſecunda Camera ad relationem Domini Bonot VII. Decẽb. Anno 1583. prolatum. Cùm enim in cauſa cuiuſdam Nadal ex vna & Ioannæ Guarrigues ex altera parte, quod bona mulieris cuiuſdam Chamberte, quæ donationẽ in fauorem matrimonij Anno 1575. fecerat, eandémque intra annum quidem, ſed demum poſt quatuor menſes ſine alia reuocatione inſinuarat, à ſententia Seneſcalli donationem nullam declarantis ad parlamentum noſtrum appellaretur ſententia illa infirmata & donatio confirmata fuit.

DECISIO LXI.

ARGVMENTVM.

Inter duos emptores eiuſdem rei vectigalis potior eſt, qui prius inueſtituram impetrauit.

SVMMARIA.

1 *Inter duos emptores eiuſdem fundi vectigalis præfertur quoad eius retentionẽ is, qui prius à domino directo conſenſum ſeu inueſtituram impetrauit, licet poſterius emerit.*

2 *Conſtitutio DD. Diocletiani & Maximiani declaratur.*

1 IMPOSTOR quidam † vt noſtro ſeculo eius farinę homines plurimi ſunt) pratum quoddam inter duorum vicinorum fundos ſitum habens, cum vtrumque eorum, illud, tanquam valde amœnum, fundo ſuo iungere velle intelligeret; idẽ vtriq; diuerſo precio & diuerſo tempore intra tres menſes vendiderat. Fraudẽ ſeu potius falſum [a] animaduertẽs emtor poſterior, haud que ignarus, quod pratum venditum cenſibus & reditibus, aliiſque nonnullis iuribus dominicalibus obnoxium eſſet, recta dominum directum adit, qui adhibito conſenſu contractum ratum habet, eíque inueſtituram ea lege confert, vt ad præſtationem iurium illorum obſtrictus eſſe deberet. Et i poſtea lis à primo emtore mouetur, Cùm enim hic quoad inueſtituram, ſe præuentum videret venditorem quidem conuenit, ſed eo nunquam comparente nihil impetrare poteſt. Quare contra ſecundum emtorem tandem experitur, quo priorem ſe eſſe dicit non tantum quoad initum contractum, ſed etiam quoad ipſam poſſeſſionem; tum quod clauſula conſtituti & precarij adiecta contractui fuerit, tum quod pecus ſuũ ad paſcua illius parti duxerit, foſſaſque in eo fieri curarit, antequã illud poſteriori venderetur. Poſterior autem emtor propter inueſtituram ſuã ſimpliciter ad tenutã vt vocant, concludebat, Seneſcallus de Quercy, aut eius vicarius in ſede de Lauſere, coram quo lis illa pendebat, pro ſecundo emtorẽ pronunciat, ita tamen vt prior regreſſum contra eum, qui iure obſtrictus eſſet habere deberet. Ab ea ſententia primus ad parlamentum noſtrũ appellat, vbi ad noſtran relationem ſententia confirmata & appellans in expenſas cõdemnatus fuit. Quod arreſtum noſtrum nitebatur primo deciſione illa vulgari, quę in terminis afferri ſolet. [b] Deinde etiam primus emptor ipſe ſibi ſententiam ſatis dixerat, conueniendo ab initio venditorẽ ſeu auctorem ſuum, qui non modo omnes expenſas, intereſſe & omnia damna reſarcire, ſed etiam in mulctam non exiguã condemnari debebat. Tertio haud officere poterat emtori poſterior conſtitutio DD. Diocletiani † & Maximiani, [c] quam 4
prius emtor opponebat. Nam traditio eiuſmodi bonorum prius fieri verè nequit, quàm domini directi, à quo dependent, inueſtitura accedat (quæ in nonnullis prouinciis cõſuetudinariis Frãciæ *enſaiſiment* [d] & ius domino eiuſmodi à nouo acqui-

ADDITIONES.

[a] *l. qui duobus, de leg. Cornel. de falſ.* [b] Guido Papæ *quæſt.* 81. Chaſſã. *ſur les couſtumes de Bourg.* §. 1. *in gloſſ. ſaiſit, numer* 4. Rãchinus *part.* 4. *concl.* 276. [c] *l. quoties. C. de R. V.* [d] Ragueau *en ſon indice des droits Royaux ſous la lettre* S.

vt neuter quicquam de altero ſciret, interueniente venditione cederet.

Horum vnus, qui poſterior ceſſionarius ſeu pacti illius de retrouendendo emptor erat, venditorem principalem eo adegit vt ad præſtationem condemnaretur, atque ipſe vigore factæ ceſſionis à principali emptore refuſo precio & laudimiis præſtitis rem venditam recuperaret. Paulo poſt eundem principalem emtorem primus ceſſionarius ſeu emptor pacti de retrouēdendo conuenit atque prędiū illud oblato precio ſibi reuendi poſtulat. Is ſe conueniri haud poſſe dicit, cùm illud amplius non poſſideat, ſed alteri redimenti & iuſtum precium offerenti tradere condemnatus fuerit. Eundem ergo in ius actor quoque vocat atque eum condemnari petit vt prędium illud, quod tenebat & poſſidebat, principali emptori reſtitueret, quo ab eo vel ipſe vel principalis vēditor id redimere poſſet. Emptor principalis denuò regerit, ſe ſuum iam recepiſſe, nec in lite amplius perſiſtere teneri, ſed ab inſtātia ocyus abſoluendum eſſe, poſſeſſor verò ex reuenditione reſpondet ſe optimè in iure fundatum eſſe, cùm non ſolum in reuenditione eum præuerterit, ſed etiam realem & corporalem poſſeſſionem dicti prædij prius adeptus fuerit, cùm iura incorporalia † ad inſtar ſ.ruſtutū tradi cēſeantur vſu [a] qui pro traditione accipiēdus eſt, & ob id huiuſmodi iura cum corporibus poſſideri dicuntur [b] adeo vt ſimilium iurium traditio cum patientia inducat officium pretoris [c] quo fit vt huiuſmodi iura aliquando & tradi [d] & poſſideri dicantur [e] imo & poſſeſſione retineri ideóque & interdicta pro iis velut poſſeſſoria conſtituta [f] leguntur, quæ eundem effectum habeant ac poſſeſſoria in corporalibus, pro quibus etiam prodita remedia fictę traditionis legimus [g] rei expediendæ gratia, aut cùm earum traditio verè aut non abſque magna difficultate fieri poteſt. Nec obſtabat quod primus ille emptor pacti replicabat, diſpoſitionem iuris, quæ de rebus corporalibus loquitur, in rebus incorporalibus, qualis etiā facultas illa de retrouēdēdo ex ceſſione competens eſt, locum non habere, vt multi interpretes docuerunt. Deinde quod regula iuris ſit [h] quoties vtriuſque cauſa lucri ratio vertitur, cum præferendum eſſe, cuius in lucro cauſa tempore præcedebat. Quæ regula etiam quoad primum illum emptorem pacti locum habere debebat, vtpote cuius inſtrumentū emptionis, omnes clauſulas, quibus iure traditio induci & ſubintelligi ſolet, continebat, ſicque ei ius quæſitum prius fuerat à notario, vt quidam conſulti reſponderunt. Nam hæc aliaque ſimilia propterea militare hic nequeunt, quod ſecundus emptor alterum præuerterit, & poſſeſſionē realē ac corporalē prius adeptus fuerit: vt ideò is

Additiones.

[a] *l. quoties, de ſeruit.* [b] *l. ſi aliena, §. 2. de vſucap.* Hinc rerum incorporalium ſeu iurium quaſi poſſeſſio eſſe dicitur, quæ nihil aliud eſt, quàm eorundem vſus & exercitium *d. l. quoties.* Menoch. *remed. 3 retin. numer.* 143. *& conſ.* 725. *numer.* 10. Brunus *conſ.* 34. *numer.* 14. Bartholomæus Bertazzoli *conſ.* 376. *numer.* 2. Meichſn. *dec.* 23. *numer.* 39. *part.* 3. Quæ quaſi poſſeſſio vnico actu acquiritur, *argument. l. 1. §. quod autem, de aqu. quotid. & aſtiu. l. final. quemadmod. ſeruit. amitt. c. cùm Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ. & propriet.* VVeſembec. *conſil.* 18. *num.* 18. *lib* 1. Adrianus Gilman. *libr.* 2. *dec.* 4. *num.* 55. Meichſn. *dec.* 15. *numer.* 3. *tom.* 4. cuiuſmodi exempla ſunt in iuriſdictione Menoch. *conſil.* 402. *numer.* 35. *& num.* 41. *& conſ.* 725. *numer.* 11. *& ſequ. & lib.* 2. *de arbitrar. iudic. quæſt. caſ.* 160. *num.* 2. Modeſtinus Piſtoris *conſ.* 40. *numer.* 37. Mandel. *conſ.* 64. *numer.* 19. *&* 79. Hieronymus à monte *in tract. fin. regund. cap.* 78. *num.* 11. Sebaſtianus Vantius *de nullitat. cap. vlt. num.* 40. *in electione, cap. querelam, de electi.* in præſentatione, *c. conſultationibus, de iur. patron.* Fabius de Anna *conſ.* 80. *numer.* 13. Cephalus *conſ.* 680. *num.* 20. *& ſequ. lib.* 5. Peregrin. *conſ.* 33. *numer.* 5. *&* 35. *numer.* 15. *lib.* 1. iure depaſcendi, ſeruitutè ducendi aquam, Menoch. *conſ.* 725. *num.* 11. *& ſequ.* Ioannes Vincentius de Anna, *ſingular.* 96. præcedentiæ & ſeſſuræ, Dec. *conſ* 84. *numer.* 7. *volum.* 5. Dn. Thomas Michaelis *diſp. de iuriſd. th.* 65. vno item actu conſeruatur, *argum. l.* 20. *quib. mod. vſuſfr. amitt.* Fabius de Anna, *conſ.* 8. *numer.* 15. vbi vltimum actum ſemper perpendi debere ait, *argument. l. Mela.* 14. *§. ſed ſi alimenta, de alim. & cibar. legat.* Hieronymus à monte *de fin. reg. cap.* 78. *numer.* 10. *& ſequ.* Surd. *conſ.* 390. *numer.* 38. *lib.* 3. A D.
[c] *l. 1. in fin. de ſeruit. ruſtic. præd.* [d] *d. l. 1. in fin. de ſeruit. l. ſi ego, §. 1. de public. in rem act.* [e] *l. ſi fortè, §. 1. quemad. ſeruit. amitt.* [f] *l. clauibus, de contrah. empt. l. quiſquis, C. de donat. l. quadam mulier. de rei vindic. l. quod meo, de acquir. poſſ.* [g] *l. quoties, de R. I.* [h] Rolandus à Valle, *lib.* 1. *conſ.* 19. *num.* 16. *& ſeq.*

eò is ex duobus tuendus ſit, qui prior ius eius apprehendit, hoc eſt, cui primum tradita fuit, aut potius (ſi hic ita liceat interpretari) qui prior rei [a] quam per actionem ceſſam ad eam recuperandam habere videbatur, rei ipſa incubuit. Ita enim Iuriſconſultos noſtros reſpondiſſe legimus, [b] quorum reſponſa Imperatores reſcriptis ſuis confirmarunt. Sicque per conſequentiam & veluti tacito Senatuſconſulto iudicatum fuit à parlamento Tholoſano in Camera Tornellæ ad noſtram relationem in cauſa de Rayſac contra Sabre & alios defenſores IX. Decembr. Anno M.D.XCII. Illud autem diſſimulare nolo, quod ſimilem quæſtionem arreſto Parlamenti Pariſienſis definitam in reſponſis Charondę legerim [c] vbi tamen alia circũſtantia quoad primum emtorem pacti de retrouendendo, qui in cauſa ſuccubuerat, interuenit. Is enim propterea contractum ſuum priorem & potiorem eſſet, dicebat, quod à principali emtore inſtrumenta contractus accepiſſet, vtpote quæ veram traditionem arguerent. Verum hoc minimè conſideratum fuit, cum dicta principali conſtitutione etiam hoc dubium plenè dirimatur. [d]

ADDITIONES.

[a] *l. qui actionem, de R.I.* [b] *l. ſi ea res, §. fin. de act. emt. l. ſiue autem, §. ſi duobus, de public. in rem act.* [c] *lib. 3. reſponſ. c. 6.* [d] *d. l. quoties*, ibi, *obtentu non datorum inſtrumentorum.*

DECISIO LXIII.

ARGVMENTVM.

Tranſactio inter fratres multum fauoris meretur.

SVMMARIA.

1 *Cauſa tranſactionis inter fratres multo fauorabilior cenſetur quàm permutatio in fauorem tertij cuiuſdam extranei & veluti ceſsionarij iurium litigioſorum controuerſorum inter dictos fratres.*

2 *Ratio diuerſitatis, cur à parlamẽto Pariſienſi aliud arreſtum pronuntiatum fuerit.*

1 PEndente lite † inter duos fratres quoad quædam iura legitimæ, legatorum aliarúmque ſucceſſionum in bonis reliquorum prædefunctorum ſine liberis fratrum & ſororum, vnus eorum, qui petitor ſiue actor erat, partem illam bonorum, quam petebat altérque frater poſſidebat cum tertio quopiam extraneo permutauit atque loco petitionis illius nonnulla prædia, & reliquum in parata pecunia accepit. Hoc alter frater intelligens commodum, mox modum inuenit, vt eadem die, qua permutatio facta erat, amicè cũ fratre, litis illius nomine, trãſigeret. Qua permutatione & tranſactione facta in peregrinas ille oras proficiſcitur. Extraneus, qui permutationem fecerat, quoad legitimam & reliqua iura ſibi ceſſa ac permutationis vigore in ſe tranſlata alteri fratri, qui poſtea tranſegerat, litem mouet. Is excipit ſe ad nihil teneri amplius, cùm per tranſactionem cum fratre factam ab omni illa prætentione liberatus & ſolutus fuiſſet. Replicabat tertius ille petitor contractum ſuum priorem & potiorem eſſe, quod eo tempore, quo tranſactio facta fuiſſet, frater iſte nihil amplius iuris in bonis iis habuiſſet, & quod ſibi is quoad permutationem haud præiudicare potuiſſet, præſertim cùm ipſe poſſeſſione prior ſit vigore clauſularum inueſtitionis, deueſtitionis, conſtituti, precarij, aliarúmque ſimilium in permutationis inſtrumento comprehenſarum.

Dicebat item, fratrem illum, ſeu auctorem ſuum legitimæ & cæterorum iurium poſſeſſionem iuxta generalem Franciæ conſuetudinem ipſo iure habuiſſe, vt eam à fratre vlterius petere neceſſe non habuerit, ſéque eius loco nunc eſſe, vigore factæ ceſſionis, cum optimo iure iſte omnia illa cedere & in alium iuxta doctrinã interpretum [a] transferre potuerit. Defenſor verò econtra opponebat, quod iura illa litigioſa fuiſſent inter ſe & fratrem ſuũ, quódque ipſe ſemper in poſſeſſione actuali permanſiſſet, atque ita doctrina illa *d. l. quoties* [b] ab aduerſario allegari non poſſet, vtpote quæ de vera & reali traditione poſſeſſionis loquatur, quemadmodum ſuperioribus deciſionibus explicauimus. Addebat & hoc, quod iuſtius & æquius eſſet, vt tranſactio inter fratres litis ſopiendæ ergo facta, ad effectum ſuum perduceretur, quàm permutatio, ab extraneo procurata, qui nihil amplius ſua intereſſe prætendere poſſet, ſi nummos & prædia permutationis nomine data reciperet. Cũ igitur

ADDITIONES.

[a] *In d. l. quoties. C. de R. V.* [b] *in d. l. quoties.*

igitur partes ſufficienter coram iudice ordinario de Craponne auditæ fuiſſent, frater ille à petitione actoris abſolutus fuit. Appellatione deinde à ſententia hac interpoſita à petitore ad Seneſcallum du Puis vel eius vices gerentem, ſententia illa reformata & pro appellante pronunciatum fuit. Denuò igitur petitor ſiue defenſor ad parlamentum prouocat. Cúmque cauſa ibidem concluſa & relata fuiſſet per arreſtum Calendis Septembris Anno M. D.LXXIV. inter dominum Petrum Blancum filium defuncti Michaelis appellantem & alias requirentem receptionem ſeu inſinuationem literarum appellationis, in eo quod clauſulam releuij, deſertiones, &c. continebant ex vna, & Dominum Raymundum Franciſcũ notarium regium appellatum & defenſorẽ ex altera parte; literę illę quoad clauſulã releuij inſinuatę, & appellatio, illúdq́ue, vnde appellatũ fuit, caſſatę fuerũt, & reformata ſententia poſtrema dictũ fuit, ꝙ prima à iudice ordinario de Craponne, à quo petitor ad Seneſcallum appellarat, plenum & integrum effectum ſortiri atque appellatus in expenſas condemnari deberet, ſaluo tamen ei regreſſu aduerſus illum, qui iure obſtrictus eſſet. Per quod arreſtum cauſa tranſactionis inter fratres multo fauorabilior quàm permutatio facta cum extraneo & veluti ceſſionario iurium litigioſorum habita fuit; adeo vt prioritas illa legis [a] nihil prodeſt niſi eam poſſeſſio realis & actualis rei acquiſitę & inter duos controuerſæ comitetur. Illud arreſtum etiam à Charonda in ſuis reſponſis refertur, [b] cùm eius notas, vt veroſimile eſt ab aduocatis parlamenti, quos pluribus in locis libri ſui nominat, acceperit. Huic quoque contrarium † ſed
2 potius diuerſum eſt illud, quod diu antea nempe IV. Decembris, Anno M. CCCC. XCIII. à parlamẽto Pariſiẽſi in cauſa domini de Beaumont contra dominum d'Argẽton prolatum fuit. Fundebantur enim illud fauore pupilli ſeu actionibus eius priuilegiatis contra tutorem & auunculum ſuum, qui bona mobilia & maximam partem immobilium diſſiparat: promiſſione, qua tutor in inſtrumento cauerat, ſe diſſipationem illam omnibus ſuis prædiis & bonis pupillo reſarciturum eſſe: tranſactione poſt mortem tutoris cum eius herede à pupillo facta cuius vigore heres paucis prædiis exceptis reliqua omnia tradiderat cũ clauſula conſtituti, precarij & conſenſu vt pupillus à dominis directis illorum prædiorum inueſtiretur. Séque poſſeſſione abdicarat: receptione eiuſdem pupilli in fidem & homagium quoad prædia illa, & tandem niſu apprehendendi corporalem poſſeſſionem.

Non ſolum enim concurſus omnium ſed etiam pars eorum, veluti promiſſio recompenſationis, tranſactio eiuſdémque executio, ab herede, qui eam fecerat clauſulæ traditionis quamuis ciuiliter ibi comprehenſæ, homagium dictis dominis præſtitum, ſufficiebat, vt vindicatio negari non poſſet ei, qui tam bene fundatus erat, contra alium, qui poſſeſſionem realem adeptus fuerat, cùm ei poſt factam tranſactionem heres, qui corporali poſſeſſione fruebatur, bona illa ſuo nomine vendidiſſet & poſſeſſionem ceſſiſſet; qui tamen ſtatim à pupillo ea de re admonito in poſſeſſione turbatus fuerat. Hi igitur erant termini diuerſimodè decidendi arreſtis dictarum curiarum, quarum decreta non omnium oportet eſſe horarum & temporum, vt diſertiſſimè Budæus noſter dicere ſolebat. Diuerſitas enim circumſtãtiarum diuerſas quoque deciſiones deſiderat, cùm ex facto diuerſo diuerſum ius oriatur. Sic enim & in morbis diuerſis remedia diuerſa adhibenda ſunt, atque ſæpe fieri ſolet, vt quæ vni antidotũ præbent, alteri præſentiſſimum venenum ſunt, quemadmodum experientia teſtatur, atque alibi Iuriſconſultus expreſſa demonſtratione probauit.[c]

ADDITIONES.

[a] in d. l. quoties. [b] libr. 7. cap. 171. & libr. 30. cap. 43. [c] l. continuus, §. cum ita, de V. O.

DECISIO LXIV.

ARGVMENTVM.

Creditori, cuius nomine debitoris bona antea capti fuerunt, alius creditor occupatione recentiori præiudicare nequit.

SVMMARIA.

1 *Bona debitoris capta ſeu occupata creditoris nomine, ante interpoſitionem decreti quod petitur, neque directè neque indirectè à debitore, vel alio, alienari queunt.*

2 *Quod vnius creditoris nomine captum ſeu occupatum fuit, denuo ab alio creditore capi ſeu occupari nequit, ſed oppoſitione is vtatur, neceſſe eſt.*

1 QVIDAM ex creditoribus, † & quidē inter hypothecarios primus, conſequē dæ facilioris ſolutionis ergo, ſuo nomine certa quædam debitoris bona ſpecialiter deſignata occupari & haſtæ ſubijci curarat, atque iuxta ordinationem ſequeſtros impetrans bona illa ſibi aſſignari coram Seneſcallo reſſortus illius, tanquam competente iudice, petierat.

Cū autē plures interuenietes ſe oppoſuiſſent, atq; cauſa modò ageretur modò à quibuſdā desereretur eadē, p integros quadraginta annos veluti in ſuſpenſo & indeciſa hæſit. Pēdēte itaq; ſic lite alius creditor eiuſdē debitoris eadem bona, prioris creditoris nomine capta, denuò occupari curat auctoritate iudicis ordinarij, coram quo cauſam tā ſedulò agit, vt vocato & audito debitore, mox decretum, eiúſque vigore bonorū occupatorum aſſignationē impetret. Cúmque executio ſic realiter facta fuiſſet, idem creditor ſecundus bona illa per integros triginta annos quietè & pacatè poſſidet; donec tandem primus creditor finita diuturna lite victoriam reportans decretum & ipſe obtineat. Verum iſte in poſſeſſionem miſſus, cū eadem frui vellet à ſecūdo creditore turbatur & impeditur, qui noua coram Seneſcallo lite mota prætendit, ſe non modo decretum antea impetraſſe, ſed etiam præſcriptione tutum iam eſſe, & quidem tam longa, quę ſine vllo titulo ad cauſæ victoriam ſufficiēs eſſet. Præterea etiam cauſam ſuam fauorabiliorem eſſe ideò dicebat, quod ob priorem traditionem beneficium conſtitutionis Imperatoriæ [a] cuius in deciſionibus præcedentibus mentionem ſæpius fecimus, haberet.

Iuuari item eo poſſe videbatur, quod alibi Vlpianus reſpondit [b] ſi & iure iudicatum, & pignus in cauſa iudicati ex auctoritate eius, qui iubere potuit, captum ſit, priuilegiis temporis fore potiorem hæredem eius, in cuius perſona pignus conſtitutū eſt, quamuis hoc ICti reſponſum diuerſimodè ab interpretibus recentioribus accipiatur. [c] Et certè præſcriptio illa plus quàm ſufficiens videtur, cùm miſſus à iudice in poſſeſſionem rectè præſcribat. [d] præſertim longiſſimo tempore, [e] nec vitium debitoris ei vllo modo præiudicare aut nocere, [f] neque ob captum pignus res litigioſa dici poſſit. [g] Sic quoque quoad vltimum creditorem, cui vigore decreti bona prius aſſignata fuerant, à parlamento Burdegalenſi iudicatum fuiſſe D. Ferronus ad conſuetudines Burdegalenſes teſtatur [h] quamuis idem dicat ſe contrarium in fauorem primi creditoris ſenſiſſe.

Cæterum & noſtra curia † ad noſtram relationem in Camera Tornellæ menſe Decembri Anno M. D. X C I I. in cauſa de Rayſſacs contra Sabre & alios, pro primo creditore, qui prius occupari curarat, iudicauit. Haud enim primo huic creditori quoad hypothecam ſuam eiúſque vigore factam occupationem, ſententia decreti, quod ſecūdus creditor procurarat (& à qua ſententia primus ſtatim à tempore notitiæ appellauerat) præiudicare potuit.[i] Pendente præſertim prima lite, quam primus

ADDITIONES.

[a] *d.l.quoties,C.de R.I.* [b] *in l.ſi & iure,qui pot.in pign.hab.* [c] Cuiacius *9.obſeruat.cap.37.* Ferner.*2.ſelect.7.* [d] *l.poſſideri §.genera,de acquir. poſſ.* [e] *l.omnes, l.cùm notiſſimi,C.de præſcript.30.vel 40.annorum.* [f] *l.an vitium,de diuerſ. & temp.præſcrip. l.ſi vi vel metu.C.de iis quæ vi vel met.cau. §furtiua,Inſt.de vſucap.* [g] *l.1.C.de litigioſ.* Imò ne hypotheca quidem ſpecialis rem litigioſam facit, ſed liberè eam debitor alienare poteſt, dummodo de precio inde redacto ſatisfaciat creditori, cùm alias rem alienatam ille vindicare poſſit, donec ſibi ſatisfiat. *Nou.112.cap.1.* Atque generaliter, quando non de ipſo dominio rei, ſed de aliquo iure reali contenditur, vtpote de pignore vel ſeruitutibus, tum ius quidem in iudicium deductum efficitur litigioſum, res verò, cui ius hoc inhæret, minimè, ideóque liberè alienari poteſt, vt docet Bartolus *in d l 1.§.fin.& in l.2.C.de litigioſ.* Ioannes Vincentius Hondedæus *conſ.20.nume.31.vol.1.* Res item litigioſa non fit, ſi contendatur non de ipſa re, ſed de opere in re facto Gloſſ. *in l.quanquam.§.1.de aqu.plu.arc.* Natta *conſ.2.numero 2.tom.1.* Sic etiam inter omnes conuenit, quod etſi actio litigioſa cenſeatur, res tamen ipſa hoc vitio non afficiatur in caſu, quo actione perſonali res ipſa principaliter non petitur: At quādo actio perſonalis ad rem ipſam proponitur, vtputa ſi emtor rem ſibi venditam actione ex empto petat, & ſi multi ſunt, qui exiſtiment, non tantùm actionem, ſed etiam ipſam rem hoc caſu litigioſam fieri: tamen contraria opinio magis communis videtur, Dominus Hartmannus Piſtor.*part.1.quaſt.40.num.8.* A D. [h] *tit.de ſull. & ſtat.* [i] *l.ſi ſuperatus,de pignor.*

mus creditor adhuc perſequebatur, cùm alter cauſam ſuam primo ignorante corā aliis & diuerſis iudicibus ageret. Deinde bona ſemel capta ante interpoſitionem decreti, quod patitur, neque directè neque indirectè alienari poſſunt, cùm forma iuriſdictionis certæ illud non patiatur [a] Atque D.l. ferè omnes tradiderunt [b] eiuſmodi alienationes fraudulentis cenſeri, & colluſione debitorum ac ſequeſtrorum factas, qui contra datam fidem officiique legem patiuntur, vt tertius bona debitoris occupet, & abſenti creditori primo, qui decretum ſuum perſequebatur, præiudicium fiat. Nec abſens, quid debitor pateretur, ſcibat: in qua ſpecie poſſe ignorantiam deduci eius, quod publicè geſtum eſt, Petrus Ancharanus exiſtimauit [c] & Bartolus alibi confirmauit. [d] Vlterius etiam illud perpendebatur vigore conſtitutionum regiarum quæ exactè in Francia noſtra obſeruantur: *cas ſur cas & ſaiſies ſur ſaiſies n'auoir lieu*, id eſt, *caſus ſuper caſus & occupationes ſuper occupationes non admitti.* Idémque noſtri intelligunt, quando aiunt non poſſe rem ſemel ſubhaſtatam ab alio ſubhaſtari [e] nullumque aliud remedium in eiuſmodi caſu ſupereſſe quàm oppoſitionem, in quam vltima occupatio conuerti ſolet.

Tandem poſtremus creditor, cui bona prius aſſignata fuerunt, in mala fide eſt, eámque, licet lis primi creditoris diu admodum penderit atque alter interim poſſederit iuſtè purgare non poteſt. Mala autem fides, iuxta iura ſatis vulgaria omnem omnino præſcriptionem impedit. [f]

ADDITIONES.

[a] *arg. l. certa eſt forma, C. vt in poſs. legat.* Hinc etiam potiſſima ratio, quare quis rē in iudicium deductam alienare prohibetur, ea eſt, ne iuriſdictio violetur, néve reus fatigetur diuerſis iudiciis, quod eſt iniquū, *l. nulli. C. de iud.* Quare poſt peremptam inſtantiam litigioſi vitium amplius locum non habet, ſed res, de quibus diſceptatum fuit, validè alienari poſſunt, Bartolus *in d. l. 1. §. fin. num. 3. & in d. l. final. in princ.* & ibi Salicet. *num. 4. in fin. C. de litigioſ.* Ioannes Vincentius Hondedæus *conſil. 20. num. 36. volum. 1.* Porrò ex communi Doctorum ſententia res litigioſa efficitur in actione reali ſtatim poſt emiſſam & inſinuatam citationem Coutrrii. *pract. quæſt. 15. num. 6. per auth. litigioſa, C. de litigioſ.* in perſonali verò poſt litis conteſtationem per text. *l. 2. C. de titul.* VVeſembecius *in paratit. de alienat. iud. mut. cauſ. fact.* Andreas Gail. *libr. 1. obſ. 118. n. 4.* Bernhardus VVurmbſerus *titul. 11. obſ. 7.* Marcus Antonius Peregrinus *de iure fiſ. lib. 4. titul. 6.* Hartmannus Piſtoris *d. qu. 40. num. 2.*

Quamuis enim de iure digeſtorum ad hoc, vt vitium litis contraheretur, litis conteſtatio neceſſaria fuerit *l. 1. §. fin. de litigioſ. l. 2. C. eod.* id tamen in reali actione mutatum iure nouo fuit, atque adeò hoc caſu ſola citatio ſufficit, ſed in perſonalibus actionibus ius digeſtorum integrum manet gloſſ. *in d. §. fin.* & ibi Bart. Hart. Piſtor. *alleg. loc.* Gloſſam quoque *in l. 1. §. 1. ſuper verb. conteſtata, de litigioſ.* Nicolaus Euerhardi iunior *conſ. 18. num. 34. volum. 2.* allegat, quæ tradit, quod hodie omnis res vel actio ſiue perſonalis, ſiue realis, efficitur litigioſa poſt libelli porrectionem, licet nondum litis conteſtatio facta fuerit: prout etiam hoc expreſsè dicit gl. *in verb. mouentur, in auth. de litigioſ. in pr.* atq; quod de forma requiratur libellus, vt res dicatur litigioſa tradit Baldus *in d. auth. litigioſa, C. de litig.* & ibi Azo *in ſumma,* Natta *conſil. 2. num. 1. tom. 1.* Latius quoque quomodo litis pendentia & per hanc litigioſi vitium inducatur, explicat Menochius *de arbitrar. iud. quæſt. libr. 2. caſ. 102. num. 8.* Lancellotus *de attentat. capit. 4. in præfat. numer. 36.* Mandoſ. *de inhibit. quæſt. 96. numer. 4. & 5.* Herculanus *de attentat. cap. 29. numer. 94. & 154.* A D. [b] Caſtrenſis, Alexander & Iaſon *in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper, de re iud.* Guido Papæ *quæſtion. 81. & 210.* [c] *in l. 1. C. de alienat. iud. mut. cauſ. fact.* & ibi Cynus, *in l. final. de nou. oper. nūc.* [c] *in c. fin. extr. qui matr. accuſ. p. ſſ.* [d] *in l. is poteſt, de acquir. hered. & l. ſi pupillus, de tributor. act.* [e] Bartolus *in l. mulier, de lege commiſſor.*

DECISIO LXV.

ARGVMENTVM.

A ſententiis arbitrorum rectà ad parlamenta prouocantur.

SVMMARIVM.

1 *Forma pronunciandi, quam parlamentū Tholoſanum quoad appellationes ad ſe à ſententiis arbitrorum interpoſitas vſurpare ſolet.*

QVOAD materiam appellationum † à ſententiis arbitrorum, de qua ſupra locuti fuimus, dubium quoddam hic inſerere quā in alio cōmodiori loco eius 1

obliuiſci malnimus(quid enim vetat quaſi per ſatyram noſtra cōponere ſacra?) quod in parlamenti noſtri ſecunda Camera inquiſitionum frequenter occurrit. Sæpius enim euenire ſolet, vt partes litigantes, vel ex imprudentia vel ex ignorantia à ſententiis arbitrorum ad vicinos Seneſcallatus appellent,) cùm alias iuxta ordinationem eiuſmodi appellationes ad iudices præſidiales; qui ex primo edicti capite in vltimo reſſortu cognoſcunt, vel etiam ad ipſa parlamenta interponi deberent) ijque Seneſcalli, poſt viſum proceſſum & merita cauſæ ſe incompetentes eſſe cognoſcant, & coram ſe partes quoad interpoſitam appellationem non procedere poſſe pronuncient; ita tamen vt iis integrum eſſe debeat, ſi ita videatur, litigare coram iis, ad quos cauſæ illius cognitio pertinet; & interdum partes in expenſas condemnent, interdum verò eas compenſent atque ſportulas ſoluere appellantes iubeant. Factum itaque nonnunquam fuit, vt eiuſmodi appellantes à ſentētiis illis Seneſcallorum denuò ad parlamentum prouocarent. Et quidem cauſa concluſa ac relata iuxta ſtylum, qui in talibus cauſis obſeruari cōſueuit, atq; deliberatione in Cameris inquiſitionū inſtituta) eo quod appellantes impetrarāt diplomata regia reſtitutionis aduerſus illud, quod imprudenter ad inferiorem iudicem priùs appellarint, cùm recta ad parlamentum appellatio interponenda fuiſſet)maximè dubitatum fuit, quomodo pronunciari deberet, quoad appellationem poſtremā à ſententia Seneſcalli interpoſitam.

Nōnullis quippe Senatoribus videbatur, quod appellatio, illúdque, vnde appellatum fuerat, caſſari & auocata à Seneſcallis cauſa ac retenta ſententia vel definitiua vel interlocutoria de eadem proferri deberet: alij verò exiſtimarunt, quod ea ratione præiudicium fieret appellatis quoad expenſas, quas ij appellantibus reſiſtentes & ne audirentur, petentes, facere coacti, & in quas appellantes condemnati fuerint, atque etiam in condemnatione illa acquieuerint, prouocantes ſaltem vi reſeruati ad parlamentum, ibidémque iuxta primam appellationem à ſententia arbitrorum interpoſitam concludentes, aut per literas ad eum finem impetratas aut per factam in cauſa principali concluſionem. Quod ſi eo caſu appellatio caſſaretur, veluti contradictio in adiecto eſſet, cùm illud nullum eſſe diceretur, quod iam ab ipſis partibus veluti executioni mandatum fuiſſet, vtpote, quæ inſuper habita appellatione ad Seneſcallū interpoſita ipſius cauſæ principalis nomine recta ab arbitris ad parlamentum prouocarint, ibidémque cauſam iudicari voluerint. Aliis verò Dominis ſimpliciter placuit, vt pronunciaretur bene iudicatum fuiſſe, ſine vlla alia adiectione, atq; vt cauſa principalis auocata retineretur.

Quæ quidem duæ opiniones poſteriores in effectu conueniunt, & iuxta eas in eiuſmodi controuerſiis, etiam ad noſtram relationem, arreſta ſæpius cōcepta & prolata fuerunt. Sic quoque à parlamento Pariſienſi in caſibus iſtis pronunciari, *quod bene iudicatum fuerit*, poſtea deprehendimus. Quam etiam ob cauſam latius hoc loco illud explicare voluimus. Et quamuis parum iuuare partium ius videatur: tamen plurimum facit ad euitandas abſurditates, quas à iudicibus inferioribus & ſubalternis commiſſas ſupremæ curiæ corrigere & emendare conſueuerunt.

DECISIO LXVI.

ARGVMENTVM.

In tractu Tholoſano à ſententiis arbitrorum ad parlamentum appellantes hodie pœnam conuentam prius non exoluunt.

SVMMARIVM.

1 *Ordinationes regiæ, quæ ſanciunt appellantem à ſententia arbitri, pœnā conuentionalem prius exoluere debere, hodie non obſeruantur.*

Conſtat regia ordinatione, † ſancitum eſſe, quod appellantes à ſententiis arbitrorum non prius audiri poſſint, quam pœna conuentionalis compromiſſo ſeu arbitrio adiecta ab iis ſoluta fuerit. Quæ 1
ordinatio olim quidem exactè obſeruata & pluribus parlamenti Tholoſani arreſtis, præſertim verò in audientia Calendis Iunij, Anno 1565. contra Gaſton de la Touche in conſilio VI. Maij Anno 1572. ad relationem Domini de la Roche, & eadem die 1574. ad Relationem Domini Ouurier firmata fuit: ita tamen, vt ſaltem quoad maiores vigintiquinque annis illud procederet, quoad minores verò, viduas, orphanos, aliaſque miſerabiles perſonas, aut ſi qua alia iuſta & apparens cauſa videbatur, ſæpiſſimè huiuſmodi obligatio pœnæ differetur. Verum hodie & ab illo tempore, quo prædicta arreſta prolata fuerunt, illud amplius

plius non obſeruatur: vt non immeritò D. Ioſſe in aduerſariis ſuis ad arreſta illa manu ſua notarit; hoc ferè in deſuetudinem abiit. Sanè hoc verè teſtari poſſumus, quod per tempus illud vigintiquinque annorum, per quod in curia illa Senatoris officio functi fuimus, (Dies enim noſtræ receptionis in menſem Decembrem anni 1573. incidit) nûnquam ordinatio illa in praxi ſeruata fuerit. Et quamuis partes appellatæ ſæpius vrgerent, vt pœna illa prius ſolueretur: tamen in tali prætentione firmiter haud ſubſiſtẽtes, ſemper ad concluſionẽ cauſæ principalis progreſſi fuerunt. Quæ quidem res non adeo mira videri debet, cùm compertum habeamus, quod quamuis expreſſo iure & conſtitutionibus regiis ſancitum ſit victum victori in expenſas condemnari debere: tamen eo non obſtante à cœna noſtra in pleriſque arreſtis expenſarum compenſatio aut certè ad quantitatem adeò exiguam moderatio earum fiat, vt ſæpius pars victrix Cadmæam ſaltem victoriam obtineat, & aureo hamo piſciculũ capiens, eundem tandem perdat. Imò in cauſis etiã ſupplicationum ciuilium, (quas tamen temerè impetrantes ordinatio mulcta plecti iubet) idem fieri conſueuit, vt expenſæ cõpenſentur. Vera loquor, nec vana fides, quemadmodum ex iis apparebit, quæ alibi latius de hac materia explicabimus.

DECISIO LXVII.

ARGVMENTVM.

Vi ordinationis regiæ propinqui in cauſa diuiſionis & ſimilibus controuerſiis arbitros eligere & nominare debent.

SVMMARIA.

1 *Ordinatio de arbitris inter propinquos in cauſa diuiſionis & aliis controuerſiis, cuius in ſanctione Molineis promulgata mentio fit, arreſto parlamenti Tholoſani declarata fuit.*

2 *Prædicta ordinatio plenius examinatur & diſcutitur.*

1 IN eadem materia † Charondas,[a] cuius ſcripta in hoc opere nos plurimũ iuuaſſe, noſtrámq; memoriam excitaſſe ingenuè fatemur, occaſionem prębet, vt hic quoque ſubſiſtentes articulum 83. ordinationis Molineis promulgatæ perpendamus, quo de arbitris inter propinquos ſeu ſanguine iũctos in cauſa diuiſionis, aliíſve eiuſmodi controuerſiis cauetur. Cùm enim poſt ordinationis illius promulgationẽ, in omnibus ferè litibus inter propinquos obortis veluti redditione rationũ, cauſis ſucceſſionum & aliis, quæ magis in iure & exacta cauſæ cognitione, quam in facto & amicabili compoſitione conſiſtebant, alter litigantium ſe inſpecta qualitate propinquitatis ad arbitros remitti peteret, & denegata petitione ad parlamentum prouocaret: ſæpius denegatio illa confirmata, atque iudicatum fuit, ordinationem prædictã in propriis ſuis terminis, veluti diuiſione & controuerſiis ex ſucceſſione liquida minimẽque litigioſa & cõtentioſa obortis, quæ potius in facto quàm in iure conſiſtunt, locum habere. Quo etiã pertinet quod ſubmiſſio † ſeu compromiſſum in arbitros à 2 libera voluntate partium dependet, atq; ad eiuſmodi cõpromiſſum nemo inuitus cogi poteſt. Sicque iudicatum fuiſſe à parlamẽto Pariſienſi 2. Iulij, Anno 1571. Charondas ibidem teſtatur, & Aduocatus quidam Pariſienſis refert.[b] Quam etiam ob cauſam & certas grauéſque conſiderationes à qualitatibus & circumſtantiis negotiorũ deſumptas, curia noſtra Tholoſana, & quidẽ cum matura & magna deliberatione quoad ordinationem ibidem deſignatam diſpenſare conſueuit. Hánçque ordinationem nonnulli putant eſſe Franciſci II. menſe Auguſto, Anno 1560. promulgatam, alij verò econtra, quod iſta ſit generalis, nec ſpeciatim de iudiciis & compromiſſis inter propinquos loquatur, exiſtimarunt aliam magis ſpecialem & particularem haberi, quæ publicata non fuerit. Aduocatus prædictus eam Anno 1561. promulgatam fuiſſe autumat, ſed erroneè cum anno 1561. Carolus IX. poſt obitum fratris Franciſci II. qui ſuperiori Decembri deceſſerat, ſceptrum iam teneret. Verum nihilominus ex tenore dictæ conſtitutionis menſe Auguſto, Anno 1560. promulgatæ, qua cauetur, vt propinqui in cõtrouerſiis ibidem expreſſis tres propinquos, amicos aut vicinos eligere, & nominare debeant, euidenter apparet electionẽ & nominationẽ illam, aliam qualitatẽ quã arbitrorum electis & nominatis tribuere non poſſe, taliq; nominatione & electione eos arbitros cõſtitui vigore cõpromiſſi ad hoc directi; adeò vt ordinatio illa Molineis lata ſanciens, quod ordinatio de arbitris in cauſis diuiſionis aliíſque controuerſiis inter propinquos obſeruari debeat, prædictã cõſtitutionem ad finem ſuum perduxerit, vt de-

ADDITIONES.

[a] *lib. 4. reſponſ. cap. 3.* [b] M. Bergeron *apres le recueil des arreſts de Papon.*

vt de alia minimè ſollicitos eſſe nos oporteat. Nec dici poteſt eã propter verba illa, *& autres differẽs*, id eſt, aliis cõtrouerſiis generalẽ eſſe. Verba quippe illa referri & limitari debẽt, ad caſus & cõtrouerſias ſpeciatim in cõſtitutione expreſſas: quæ cũ obſeruari iubeatur, interpretationẽ ſẽper quo ad terminos ſeu limites ſuos recipit, qui caſibus ſpeciatim ibi expreſſis definiũtur. Alias enim ſi ad quoſlibet caſus ordinatio extẽderetur tũ potius eius violatio & euerſio, quã cõſeruatio fieret. Verũ ſi quidẽ vulgare interpretũ iuris axioma eſt; ꝙ lex nõ dicit, ſiue per diſtinctionẽ, ſiue alio modo, nos quoq; dicere nõ debemus. [a] Tandem leue admodũ fundamẽtũ eſt, quo nonnulli modo dicta impugnare conãtur, & ꝓpterea ordinationẽ illã Anno 1560. promulgatã in altera Molineis publicata haud ſubintelligi poſſe tradũt, ꝙ nõ æquè in illa quẽadmodũ in hac expreſſa iudicij & compromiſſi inter propinquos mentio fiat. Breuiter enim reſponderi poteſt, quod verba illa compendioſè ſub particulis *nominationis & electionis*, quas ordinatio Anno M.DLX. promulgata vſurpat, comprehendantur.

ADDITIO.

[c] *in l. de precio de public. in rem act.*

DECISIO LXXIII.

ARGVMENTVM.

Prouiſio, quæ ideo fit, ne malum committatur, valida eſt.

SVMMARIA.

1 *Obligari promittentem ſub pœna ſe edelictum perpetrare nolle, arreſto parlamenti Tholoſani in Camera dictali iudicatum fuit.*

2 *Multum differt promiſſionem ſeu obligationem accipere ab eo, qui ſe delinquere nolle pollicetur, & ſtipulari præmium, vt quis delictum perficiat.*

ELEGANTEM admodũ caſum, eiuſque deciſionẽ quod in loco Papinianus noſter affert, dum inquit: Mulier ab eo, † in cuius matrimoniũ conueniebat, ſtipulata fuerat ducenta, ſi concubinæ, tempore matrimonij, cõſuetudinẽ repetiiſſet, nihil cauſæ eſſe reſpõdi, cur ex ſtipulatu, quæ ex bonis moribus concepta fuerat, mulier impleta conditione, pecuniã adſequi non poſſit. [a] Nã contra bonos mores fit, ſi quis vxori concubinã adiungat. Ex quo Iuriſconſulti reſponſo nonnulli inferunt legẽ vnicã Codice de cõcubinis, malè Conſtãtino tribui, cũ idẽ tã Papinianus in dicto loco, quã Vlpianus alibi tacitè reſpõderit, [b] quãuis concubinatus lege ciuili haud expreſſe prohibitus, [c] ſed potius conniuentibus oculis permiſſus fuerit. Atque ſic vxor pœnã ſtipulationis petens audietur, eandẽque obtinebit, ſi maritus ad priſtinũ morẽ delinquẽdi rediens, meretricẽ ſeu concubinã receperit. Hoc quoque Papiniani reſponſũ prçcipuã decidẽdi rationẽ prçbuit, in ſequenti caſu, qui mẽſe Iulio Anno 1585 parlamenti noſtri arreſto in Camera edictali, in qua nos quoque tũ eramus, iudicatus fuit: Euenit, vt in Occitania luſor quidã egregius, qui omne ferè tẽpus & patrimoniũ ſuũ ludẽdo conſumebat, vt ſibi ipſe frœnos, quaſi iniiceret, cuidam auunculo ſuo promitteret, ſe amplius non luſurũ, aut ſtatim, ac ludũ repetiiſſet, pœnę loco cẽtũ aureos auũculo ſoluturũ eſſe. Quã ꝓmiſſionẽ manu ſua cõſignarat, atq; in ſcripturã cũ multis clauſulis redactã, maioris cautionis ergo, auunculo tradiderat. Cũ igitur intra annũ adhuc ab auunculo in ludo deprehenderetur ab eodẽ in ius vocatur, vt ſcripturã illã recognoſcat, & cõprehẽſam in illa pœnã pẽdat. Prolatis aliquot ſententiis interlocutoriis ad Seneſcallũ, & mox ab eo ad Camerã illã edictalẽ prouocatur. Luſor factũ diffiteri nequit, ſed ſaltẽ nullitatem promiſſionis obiicit, eoque nomine diploma regium impetrat: cum iure deciſum eſſe diceret, nullam eſſe obligationẽ ex hac cõuẽtione, ſi ob maleficiũ, nẽ fiat, promiſſũ ſit, [d] cũ quilibet ſpõte ſua ſine ſalario malũ vitare debeat, atq; ideo eiuſmodi pactiones turpitudinem quandam contineant, propter quam permiſſa videatur repetitio eius ꝙ antea datu fuerit. [e] Verũ eo nõ attẽto & inſuper habitis iis, quæ à Iuriſcõſulto Germano magni nominis & ſingularis eruditionis, qui ſcriptis ſuis multũ de Republica meritus eſt, afferuntur, nulláq; habita ratione diplomatis regii Camera illa appellationẽ illud que vnde appellatũ fuerat caſſans & cauſã retinẽs, luſorẽ in pœnã centum aureorum in ſcriptura obligationis comprehenſam expenſas litis condẽnauit. Haud enim exigua differentia eſt inter hoſce † duos 2 caſus: ſiquis ab aliquo ſtipuletur, veluti in hypotheſi illa Papiniani, ne malũ committat, vtque à delinquendi cõſuetudine auertatur,

ADDITIONES.

[a] *in l. ex ea parte 121. §. 1. de verb. oblig.* [b] *l. final. in fin. de diuort.* [c] *l. in concubinatu de concubin. l. iuris gentium. §. ſi ob maleficiũ, de pact.* [d] *l. 1. 2. de condict. ob turp. cauſ.* [e] *à Zaſio ad leges ſupra allegatas.* [f] *in d. l. ex ea parte, & §. ſi ob maleficium.*

tatur, atque ſi quis pecuniam à quopiā delictū meditante accipiat, vt eius conatum promoueat, & ad effectū perducat, veluti in caſib. allegatorum textuum. Quod optimè Duarenus notauit,[f] qui non parū miratur, quod Zaſius vir tanti nominis & meriti ea de re dubitarit, & cōtrarium ſtatuerit. Hoc etiam diſſimulare nolumus, quod prolixè hanc quæſtionem apud Paponem in tomo notariorum legerimus, qui nobis arreſtum illud in memoriā reuocauit, quod notatu dignū eſt propter ſtipulationē interpoſitā ex honeſta cauſa, quāuis nullum contineat peculiare intereſſe. Húcque referenda ſunt, quæ alibi Dn. Ranchinus tradit,[g] & quę Iaſon ad dictam legem commentatus fuit.[h]

ADDITIONES.

a *part.1.concluſ.*385. b Huc quoque pertinet quod in terminis Franciſcus *Pfeyl* ob eandem Papiniani deciſionem de facto cōſultus *conſil.*30.*vol.*1. reſpōdit, validā eſſe ſtipulationē, ſi luſerit alea, centū dabit. A D.

DECISIO LXIX.

ARGVMENTVM.

Tranſigere poſſunt fratres, vt bona defuncti patris æqualiter inter eos diuidantur, quæ ob futuram matris electionem ad vnum ſaltem peruenire debebant.

SVMMARIA.

1 *Fratrum amicitia admodū cōmendatur, & econtra inimicitia damnatur.*

2 *Concordia fratrū cōſeruatur æqualitate, in qua ſemper pax & quies conſiſtit.*

3 *Compoſitioni amicæ inter fratres pares & æquales plurimum tribuitur.*

4 *Fides data requirit, vt lex per eam præſcripta, à contrahentibus ſanctè & exactè obſeruetur.*

1 QVemadmodum vno ore ab † omnibus plurimum commendatur mutuus ille amor Caſtoris & Pollucis, qui tātus fuit, vt vnus eorū maluerit alteri partē diuinitatis & immortalitatis cōmunicare, quàm ſolus Deus eſſe & fratrem planè mortalē videre: ita econtra maximè vituperanda eſt pertinacia & peruerſa natura eorum, qui bona paterna haud meliori gratia, quàm ſi præda vel rapina eſſent, diuidere conſueuerunt: in quorum numero inprimis Chariclē & Antiochum fuiſſe perhibent, qui vas argenteū & veſtem in duas partes ſecarunt, vt cuilibet eorum partem ſuam veluti gladio abſciſſam haberet.[a] Idémque ferè fecerūt duo fratres, de quibus mox dicemus, qui ab initio quidem per tranſactionem omnes omnino controuerſias, quę inter eos ex meo & tuo oriri poſſent, tollere conati fuerant. Verum poſtea alter eorum, natu maior, omnem tranſactionis effectum planè irritū reddiderat, atque ad diuiſionem prouocans maximæ liti occaſionem præbuerat. Facti autē ſpecies eiuſmodi fuit: Stephanus Pâris, de Marucioux, in teſtamento ſuo, Anno 1573. quatuor filiabus ſuis, quas cum duobus liberis maſculis habebat, legatum particulare reliquerat, atque vxorem ſuam ea lege heredem vniuerſalem inſtituerat, vt hereditatem vni ex duobus liberis maſculis, quem ipſa electura eſſet, reſtituere deberet; legatum particulare & ſatis amplum relinquens filio, qui à matre non eligeretur vel honoraretur; expreſſè item adiiciens, quod nominationem ab vxore factam in nominati liberis & nepotibus locum habere vellet. Progrediens poſtea ad plures gradus ſubſtitutionis, tam vxori quàm nominato & eius liberis, ac nepotibus detractionem Falcidiæ, vt hereditas ſemper integra & eiuſdem quantitatis maneret; atque alienationem & oppignorationem bonorum ſuorum apertis verbis prohibuit. Euenit itaque, vt poſt obitum teſtatoris in voluntate iſta decedentis, cùm eius vidua & ſuperſtitum liberorum mater prædicta lege heres facta fuiſſet, ambo fratres, quorum ſors quoad nominationem iſtam par & æquè dubia erat, quoad incertam illam electionem & nominationem Anno 1573. matre ignorante ita tranſigerent, vt nominatione illa, quam mater factura eſſet, quomodocunque etiam illa caderet, nequicquam obſtante omnia paterna bona & iura, prædicto etiam legato haud excepto, æqualiter & cum omnibus oneribus diuidere vellent. Deinde cū anno M.D.LXXXIV. mater, filium natu maiorem, Petrum, nominaſſet & elegiſſet: idem nominatus & electus ſtatim diploma regium contra fratrem iuniorem Guilhelmum impetrauit, vt inita inter eos tranſactio caſſaretur & reſcinderetur, vtpote quæ nulla & ipſo iure improbata eſſet, atque quam Petrus in præiudicium liberorum ſuorum expreſſè in diſpoſitione vocatorum facere non potuerit. Verùm Guilhelmus tranſactionem illam valere & iure fundatam eſſe aiebat cùm ad concordia † inter fratres conſerua-
tionem tēderet, quæ per ſolam æqualitatē 2
optimè fieri poſſet. Plus enim ei, quod minus eſt, aduerſari, & inęqualitatē inter fratres rixas parere, quę alias ęqualitate pręcaueri

& vitari poſſuat, Plato dixit.[a] Seneſcallus ergo,cui diplom i illud exhibitum fuerat, ſententiam interlocutoriam protulit,eáque poſſeſſionem vniuerſorum defuncti patris bonorum fratri natu maiori,quē mater elegerat,interim adiudicauit, donec in petitorio Gailhelmus ius ſuum plenè deduceret. A qua ſententia Guilhelmus ad parlamentum appellauit, eiúſque appellationi frater Petrus, qui in iudicis prouiſione haud acquieſcebat,& ipſe adhæſit. Cúmque inter vtrumque fratrem de facto nulla quæſtio eſſet,ſed ſaltem de eius merito diſceptaretur, atq; arreſtum ad relationem Domini Mayaal concipi deberet,diuerſæ Dominorum iudicum ſententiæ fuerunt. Nonnullis enim placuit comprobato diplomate regio Petrum definitiuè in poſſeſſione vniuerſorum patris bonorum excepto legato, manutenendum, idémque legatum Guilhelmo adiudicandum eſſe: Verum aliis, quorum opinionem & nos probabamus,videbatur,quod diplomate à Petro impetrato haud obſtante tranſactio confirmari deberet; adeo vt eius vigore fratres bona paterna diuidere tenerentur, ſine vllo tamen præiudicio iuris liberorum & ſubſtitutionum in teſtamēto cōprehenſarum, ſi earum caſus aliquando eueniret. Arreſto itaq; IV. Februarij, Anno M.D.LXXXV. à parlamenti prima claſſe inquiſitionum, tranſactio illa quoad perſonas ſaltem duorum fratrum, non verò quoad eorundem liberos, confirmata fuit. Quod arreſtum † conueniens videtur diſpoſitioni iuris Canonici,[b] cū in hac hypotheſi tranſactio minimè facta ſit de hæreditate matris adhuc viuentis,atque ideo legis pœnæ non ſubiaceat,[c] ſed potius de bonis defuncti patris,cui ſuccedebatur per fidei cōmiſſū[d] Vulgata enim iuris regula eſt, quę in hypotheſi nō abſimili cōfirmatur[e] electū nō acquirere ius ex electione, ſed ex teſtamēto,ex quo procedit electio,& ideo in ratione legis Falcidiæ non inſpici vires patrimonij eligentis, ſed teſtatoris.[f] Hic autem bonorum paternorum contemplatione,patre diu antea mortuo,[h] cōditionis incertum inter fratres non iniquis rationibus conuentione finitum fuerat[i] inter fratres, inquam, qui erant in eadem & pari ſpe, præſertim cùm talis
4 tranſactio inter perſonas † adeò coniunctas & ſanguine & ſpe,veluti ſpecies quædā ſocietatis, cōmune periculū contineret,vt ei contraueniēs videretur quodāmodo ius ſocietatis violare,fratrē,eundémque ſocium fallere,qui ſe in negotio coniunxerat,quod turpiſſimū eſſe Cicero alibi diſertis verbis oſtendit.[k] Imò ex actu ipſius nominationis, quam Petrus præſens acceptarat, ſatis coniiciebatur, q̄ iſte eandē ad ſuū cōmodū procurarit: vt etiā hanc ob cauſā perfidiæ ſuæ præmiū reportare nō deberet,vnde infamiā in bonæ fidei ſocietatis iudicio cōtraxerat. Præterea cauſa, quæ fratres iſtos ad tranſactionē cōmouerat,nulla alia erat, quā par & eadē ſpes, quā quilibet eorū habebat[l] ob dubium & incertū nominationis euentum. Quæ etiam cauſa firmum & validum reddere poteſt id,quod alias infirmum & inualidum erat,[m] præſertim cum eo tēpore,quo tranſactio fiebat, nulla omnino læſio opponi poſſet, licet poſtea emerſiſſe videatur,[n] & per conſequēs prudens illa prouidentia duorum fratrum, quæ tranſactionis medio omnē inter eos inæqualitatem fugare voluit, non immeritò magis quàm ipſe euentus attendetur: iuxta illud Ouidij:

Exitus acta probat,careat ſucceſſib⁹ opto.
Quicquis ob euentis facta notanda putat.

Sic quoque fieri facilè poteſt,vt filio impuberi,cui ſubſtitutum fuit, occaſione eiuſmodi ſubſtitutionis ab auaris& bonorū cupidis ſubſtitutis inſidiæ parentur, eiúſque propterea vita periclitetur.[o] Verū nihilominus prudens cōſilium teſtatoris eiuſdēque patris, inſpicitur, non euentus futurus,qui prouideri non poteſt;

-------noſtros fortuna labores
Verſat adhuc, caſusq; iubet neſcire futuros. Item:
Quid craſtina voluerit ætas ſcire nefas hominis
Sit cæca futuri mens hominum fati.

Quare etiā in noſtra hypotheſi propter euentū dubiū tēpore trāſactionis æqualitate data rebus totis in ſortium veluti caſū deductis,electio ex earū felicitate, alteri poſtea cōtingēs nihil addere aut detrahere poteſt,[p] cū fratres ab initio illud voluerint. atq; approbarīt. Iūgat igitur liberos ęqualis gratia,quos iūgebat æqualis natura, lucrū pecuniæ neſciat pietas,in quo pietatis diſpēdiū eſt. Sed quid miraris, ſi ꝓpter fundū aut domū oriantur inter fratres iurgia, quādo propter tunicā inter Iacobi ſancti filios exarſit inuidia.[q] Et quamuis pro fratre natu maiori allegari poſſe videbatur,per nominationem matris partitū fuiſſe voluntati patris teſtatoris, ita vt alter cōditione defectus videretur,[r] tamē quia de incerto eiuſdem conditionis inter eoſdē fratres nitentes iiſdem iuribus de futuro depēdētibus

tibus tráſactum fuit, certè ratio tã naturalis, quàm ciuilis poſtulat, vt lex ab iis præſcripta, inter eos ſanctè & exactè ſeruetur: cũ hic minimè de bonis & hereditate matris tempore tranſactionis adhuc viuẽtis, ſed patris diu defuncti agatur, cui ſuccedi per electionem matris debet. Electo verò ius ſuccedendi nõ tam per matris electionem, quàm per teſtamentum patris, qui ita diſpoſuerat, tribuitur. Alias enim ſi de bonis viuentis adhuc tranſactio facta fuiſſet, tum proculdubio curia noſtra, idem, quod antea tam ipſa quàm parlamentum Burdegalenſe in ſimilibus caſibus iudicarat, pronunciaſſet: de qua re in ſequenti deciſione agetur.

ADDITIONES.

a Plutarchus *in lib. de amicit. fratern.* b apud Plutarchum *in d. libr.* Vnde etiam æqualitas nutrix & conſeruatrix concordiæ dicitur. Socinus *conſ. 4. col. 4. lib. 4.* Crauetta *conſ. 148. n. 13.* Antonius Teſſaurus *dec. 239. num. 6.* ſine qua res humanæ felices eſſe nequeunt. Plurimum ergo intereſt, vt concordia & æqualitas iſta non modò publicè, ſed etiam in priuatis familiis, præſertim verò inter liberos conſeruetur. Quod tum commodè fieri poſſe prudentibus olim viſum fuit, ſi omnes illi ad hereditatem paternam æqualiter admitterentur. Vnde etiam Solon quondã teſtamẽtorum iura Athenis ita conſtituit, vt teſtandi facultatem non quibuſuis, ſed iis tantum daret, qui liberos non haberent. Plutarch. *in vita Solonis*, ne ſi eadem parentibus cõcederetur inæqualem fortè diſpoſitionem ij inter liberos facerent. Et quamuis Heſiodus exiſtimet, ſi vnico filio bona paterna relinquantur, eo melius conſeruari poſſe familias, vtpote quarum honor & decus plerumque in diuitiis conſiſtit, *arg. Nou. 90. cap. 1. l. 1. de cuſtod. reor. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt.* Auguſt. Beroi *conſil. 115. numer. 5. & conſil. 120. num. 61. volum. 2.* Quetta *conſil. 38. n. 3.* Hardevvig à Daſſel *conſ. 17. num. 11. vol. 1.* Adrianus Gilmã *lib. 1. rer. iud. dec. 6. n. 34.* atque ideò ſuadeat μουνογενῆ παῖδα τῶν πατρῴων ἐπίκληρον εἶναι: attamen eo nomine ille reprehenditur à Plutarcho, qui rectè docet liberorum concordiã, quæ potiſſimum ex æqualitate procedere ſolet, familię vires & amplitudinem non minus quàm bona cõſeruare. Iuſtiſſima item lex illa Attica fuit, qua cauebatur ἅπαντας τοὺς γνησίους ἰσομοίρους εἶναι τῶν πατρῴων. Sanè à iure noſtro haud abhorret, ſi pater filios ex partibus inæqualibus hæredes ſcribens vni eorum plus quàm alteri relinquat, *arg. l. parentibus, 8. C. de inoffic. teſtam. l. ex parte, 39. §. inteſtato moriens, 1. fam. erciſc. l. quoties inter eos, 10. l. final. C. eod. l. cum pater; § euictis prædiis, 8. de legat. 2. l. hac edictali, §. 1. C. de ſecund. nupt.* Quod etiam tum obtinebit, ſi pater inter liberos teſtatus fuerit; quamuis aliud videatur Erneſto Cothman *reſp. 26. num. 19. & ſeqq.* vbi ſtrenuè propugnat inæqualem inſtitutionem in teſtamẽto inter liberos fieri non poſſe, præſertim verò ſi enormis ſit inæqualitas. Eandem ſententiam approbare videtur Dominus Hermannus Vulteius *conſil. 29. numer. 107. & ſeqq. volum. 1. inter conſil. Marpurg.* vbi *num. 9.* dicit opinionem eorum in iudicando & conſulendo ſequendam eſſe qui diſtinguunt, vtrum inæqualitas ſit modica, an verò magna, adeò vt ſaltem priori, non verò poſteriori caſu teſtamentum valeat. Verùm quod inſuper habita hac diſtinctione Domini Scabini Lipſienſes pronunciare ſoleãt valere teſtamentum patris inter liberos, in quo ij inæqualiter inſtituti ſunt, dummodo ſinguli legitimam, & quidem inſtitutionis titulo habeant, poſt Hartmannum Piſtoris teſtatur Daniel Moller us *lib. 3. ſemeſtr. cap. 22. numer. 6. & ſequent.* Nam priuilegium teſtandi inter liberos parentibus indiſtinctè competit, ſiue ex æquis, ſiue ex diſparibus portionibus illos heredes ſcripſerint, Baldus *in l. fil. j. numero 5* Salicetus *ibidem, n. 4. C. fam. erciſ.* Alexander *conſ. 146. numer. 12. & ſeq. lib. 2.* Guilhelmus Benedicti *ad c. Raynutius, §. teſtamentum 1. n. 72.* Paulus Pariſius *conſ. 34. n. 21. par. 2.* Nicol. Boërius *dec. 240. n. 10.* Fernandus Vaſquius *de ſucceſſ. crea. part. 1. lib. 3. §. 21. limitat. 7. num. 67.* Geil. *libr. 2. obſ. 112. num. 23.* Hartman Piſtoris *libro 1. q. 11. numero 11.* Si verò pater ſpeciali pacto promiſerit, quod omnes liberi ſui æqualiter ſibi ſuccedere debeant; tũ eiuſmodi pactioni præciſè ſtandũ erit, vtpote quę æqualitatis inter liberos conſeruatrix maximũ fauorẽ meretur, cùm ipſi naturæ conueniat, vt parentes; quemadmodum vitam omnibus liberis ex ęquo impertiti ſunt: ita etiam æqualiter vitæ ipſorum proſpiciant nõ autem velut ancipiti libra nonnullis leuius quiddã, aliis verò grauius pro inæqualitate animi ſui attribuant, quemadmodum de eleganti hypotheſi Annæus Robertus *lib. 1. rer. iud. cap. 15.* eleganter admodum diſſerit, idque arreſto parlamenti Pariſienſis XIV. Aprilis, Anno M.D.LXXXIX. prolato confirmat. Porro prędictam ęqualitatem etiam inter liberos diuerſi matrimonij obſerua-

ri conueuit. Quare cùm Seia filiæ ex primo matrimonio natæ centum, atque aliis duabus ex ſecundo thoro procreatis itidem centum legaſſet, & in his legatis ipſas ac quamlibet ipſarum heredes inſtituiſſet, ac poſtea quæreretur, vtrum etiam quælibet filiarum ſecundi matrimonij centum, an verò quinquaginta ſaltem habere deberet? placuit cuilibet earum centum præſtanda eſſe, cùm æqualis legatorum filiabus relictorum debeat fieri interpretatio *l. vt liberis, C. de collat.* & æqualiter illæ dotādæ ſint, Decius *conſil. 26. num. 1. & conſil. 59. num. 3.* nec vni præ aliis maior legitima competat, *Nou. 18. capit. 1. & Nou. 115. cap. 1.* licet ex diuerſis illæ matrimoniis procreatæ ſint. Bartolus *in l. Lucius, de vulg. & pup. ſubſtitut.* Surdus *deciſ. 224. num. 11. & conſ. 31. nu. 16. & ſeq.* Et quamuis in hypotheſi illa dubium non leue moueret, quod nonnulli *l. ſi quis teſtamento, 79. de legat. 1.* ita accipiũt, vt non ſingulis decem, ſed cuilibet legatariorum ſaltem quinque deberi velint: tamen magis eſt, vt lex illa exaudiatur iuxta interpretationem aliorum, qui cuilibet decem præſtari volunt. Quam interpretationem iuuat *l. 44. in fin. de legat. 2.* Dn. Dionyſius Gothofredus *ad dict. l. 79. lit f. de legat. 1.* Nec etiam coniectura illa æqualitatis, quam mater inter filias obſeruari voluit, explicationem contrariam admittere poterit. Deinde rationem dubitandi quoque præbebat vulgatum illud axioma, quo legatorum interpretationem ita faciendam eſſe dicitur, vt illa de minimo accipiantur atque hæres non admodum his grauetur. Verum & hæc regula plures limitationes admittit. Haud enim procedit, ſi in verbis legatorum quædam ambiguitas ſit, Mantica *de coniectur. ult. volunt. tit. 1. libro 7. 32. fol 162.* ſi de modico hereditatis præiudicio agatur, Honded. *conſ. 63.* ſi aliæ coniecturæ concurrant. Romanus *ſingul. 649.* ſi interpretatio ſecundum propriam verborum ſignificatione fiat Surd. *conſ. 72. n. 16.* ſi legatũ coniunctæ perſonæ relictum ſit, quam teſtator magna affectione proſequitur, Crauetta *conſ. 297. n. 1.* Menoch. *de præſumpt. libro 4. præſ. 106. num. 9.* & tandem ſi æqualitatis ſeruandæ ratio militet. Ruinus *conſ. 212. n. 13. li 1.* De qua re pluribus agit Marc. Antõn. de Amat. *deciſ ſeu caſ. 44. per tot.* AD.

[c] *in cap. veniens, de tranſact.* [d] *l. final. C. de pact.* & quæ ibi notantur, per Cumanum & alios *in §. final. l. quidam in iure, de donat.* [e] *l. coheredi, § cùm filia, de vulgar.* [f] *l. vnum ex familia 67. in princ.* & ibi Bald. iũct. *§. 1. de legat. 2.* [g] *in d. §. 2.* [h] *in d. §. 1.* [i] *leg. 1. C. de pact.* [k] *l. ſi pater puellæ, C. de inoffic. teſtam.* [l] *pro Roſcio Amerino.* [m] *l. ex ratione & d. l. ſi pater puellæ in fin. Cod. de inoffic. teſtam.* [n] *l. ſi. al. C. de in integr. reſt. l. Titius, de teſtam. milit.* Bartolus & alij *in l. ex facto, in pr. de vulg. & pupill.* [o] *§. fin autem formidoloſus, Inſt. de pupill.* [p] *arg. l. 2. C. quand. & quib. quart. pars. deb. lib. 11.* [q] D. Ambroſius *libr. de Ioſepho patriarcha cap. 2.* [r] *l. vnum ex familia, § ſi de Falcidia in fine, de legat. 1.*

DECISIO LXX.

ARGVMENTVM.

Fratres in poteſtate patris conſtituti, de eiuſdem, adhuc viui, hereditate tranſigere nequeunt.

SVMMARIA.

1 *Scriptura priuata à tribus teſtibus ſubſcripta publicæ æquipollet.*

2 *Ex conſilio & euentu fraudis aſſumitur interpretatio.*

3 *Arreſto parlamenti Burdegalenſis tranſactio inter fratres de hereditate patris viuentis inita, caſſata fuit.*

FRanciſcus, Ioſephus † & Michael Vertemont, fratres ex oppido de Limoges oriundi, viuo adhuc patre, eóque ignorante contrahunt, ſocietate inuicem facta de vniuerſis & ſingulis bonis, quę generaliter ſibi per ſucceſſionem obuenire poſſint, & contractui illi titulum amicitiæ fraternæ candidè & ſynceriè à primis ætatis vnguiculis cultæ prætendunt, eiúſque in ſcripta redacti, & tribus teſtibus Lugduni XVII. Aprilis, Anno M. D. LXVII. ſubſignati authenticum exemplar quilibet eorum retinet. Euenit vt anno ſequenti M. D. LXVIII. pater decederet, atque ad minimum quinquaginta millia coronatorum in bonis relinquens, heredem vniuerſalem inſtitueret, 2 filium natu minimum Michaelem & cæteris duobus filiis legata particularia inſtitutionis ac hereditariæ portionis loco præſtari vellet. Hócque teſtamentum tanquam ſolemne & poſtremum derogauit omnibus prioribus in quibus alias Michaeli nulla à patre prærogatiua facta, ſed legata ſaltem relicta erant, qui etiam eo tempore, cùm quoddam ex iis népe anno M. D. XLI. conderetur, adhuc poſthumus & in vtero ma-

matris fuerat. Hanc autem mutationem ideò factam fuiſſe nonnulli credebant, quod Michael Catholicus eſſet, eiuſque fratres Franciſcus & Ioſephus religionem reformatam patri admodum exoſam profiterentur. Atque cùm pater ita deceſſiſſet, vt dictum eſt, paulo poſt Franciſcus Michaeli litem mouit, dum recognitionem contractus illius in ſcripta redacti à Michaele fieri coram Seneſcallo de Limoge aut eius vices gerente peteret. Michael ſententiæ Seneſcalli pariturus, ſcripturam illam, quam ſchedulam appellabat, ſine vlla tamen approbatione recognouit. Deinde cum procurator reginæ Nauarræ, Vicecomitiſſæ de Limoges remiſſionem cauſæ ad iudicem ſuum ordinarium dicti tractus de Limoges fieri peteret, eáque remiſſione denegata ad parlamentum Burdegalenſe prouocaretur, cōſiderata qualitate perſonarum & cauſæ, ſupplex libellus à Franciſco curiæ ad eum potiſſimum finem exhibitus fuit, vt cauſa principalis euocaretur, factáque euocatione frater Michael diuiſa paterna hereditate, eiuſdem trientem ſibi dare deberet, offerens ſe ad collationem, atque petens, vt ad cauſæ diſceptationem tertius frater Ioſephus quoque, qui & ipſe in ſocietate illa comprehendebatur, vocaretur. Quod cùm factum fuiſſet, atque cauſa euocata in curia retineretur, & XXI. Maij, Anno MDLXXI. ageretur: Cymbaud, Franciſci aduocatus, potiſſimum allegabat, quod principalis ſui intētio niteretur fide & validitate pactorum ac conuentionū ſocietatis coeundæ gratia potiſſimum factarum, quarum ſcriptura tribus teſtibus ſubſignata publicæ æquipolleret,[a] & quod cōuentiones ac ſocietates eiuſmodi quoad tuendam & conſeruandam æqualitatem inter fratres, qui vnionem & amicitiā ſemper inter ſe colere debent, licitæ & permiſſæ ſint, etiam ſuper obuentione iuſtæ ac legitimæ hereditatis.[b] Dicebat item ſcripturæ illius cauſam & fundamentum præcipuè in fraterna illa amicitia conſiſtere, & generaliter reſpicere omnes omnino futuras ſucceſſiones; cuius ſcripturæ authenticum exemplar quilibet fratrum ad ſe recepiſſet: eiúſque effectu potiri Michael, caſu ita eueniente, magis, quàm ipſe Franciſcus optare debuiſſet, cùm Franciſcus natu maior, & in prioribus teſtamentis prælatus reliquis fratribus fuiſſet, excepto poſtremo, quod in eius abſentia à patre factum fuerat, atque quod propterea Michael iam petere haud poſſit, cuius contrarium poſtulaturus non fuiſſet.[c] Verum econtra Metiuier, Michaelis aduocatus, opponebat principalem ſuum eo tempore, quo prætenſa illa ſocietas iniretur, minorem, & ſub patria poteſtate fuiſſe, patremque minime conſenſiſſe, ſed Ioſephum & Franciſcum negotiationis cauſa Lugdunū venientes perſuaſiſſe Michaelem, vt ſecum prædictum contractum iniret, qui licet in ſcripta redactus, tamen ab eo tempore in ſolemne inſtrumentum haud relatus, ſed fraude, dolo & inductione fratrum procuratus fuerit. Illud quoque principali ſuo obſtare dicebat, quod ad requiſitionem Franciſci, qui eum irretire & implicare volebat, ſcripturā illam recognouiſſet, cùm eam recognitione iſta minimè approbaſſet, vtpote quæ iure ſubſiſtere nequeat; ſed à curia caſſanda ſit, cuius caſſationis gratia etiam literis Cancellariæ impetrarit, quibus curiæ mandaretur, vt Michaelem reſtitueret in integrum cōtra contractū, iſtū qui impugnari poſſet, tū ratione perſonarū,[d] quod inter fratres in ſacris eiuſdem patris cōſtitutos factus fuerit: tū ratione rerū, quod Michael in ætate minori alienādo ſpē ſucceſſionis, & ſic actiones ad res immobiles,[e] immobilia ſine decreto alienaſſe videtur. Vlterius etiā hoc afferebatur, quod ſcriptura interuenerit ſuper hereditate patris viuētis abſque eius conſenſu & clandeſtinè, quod ſuſpicionem ſiniſtram inducebat. Quamuis enim ſocietas in terminis generalibus facta fuerit: tamen cùm contrahentes nullam ferè aliam ſpem ſucceſſionis, quam in bonis patris decrepiti & ſenio iam confecti, tempore initi contractus haberent: ſocietas illa in ſpecie de paterna facta intelligitur, quemadmodum nominatim exheredatus filius & ita videtur: *filius meus exheres eſto*,[f] etſi nec nomen eius expreſſū ſit, ſi modo vnicus fuerit quia (vt noſtri profitentur) indefinita, quę nō poteſt niſi ād vnū referri, oratio ſingulari æquiparabitur. Haud quoq; aduerſarij dicebat, hoc in caſu ius pandectarum,[g] quod ſi vnā ex quinquaginta illis conſtitutionibus correctū non eſſet,[h] tamen ad peculiarem legis illius hypotheſin pertineret, nempe ad ſocietatem ſpecialiter omnium bonorum nomine contractam

Additiones.

[a] *l. ſcriptura, C. qui pot. in pign. hab.* [b] *l. 3. §. de illo, l. fratres §. idem Papinianus, pro ſoc.* [c] *l. penult. C. de ſolut.* [d] *l. fratres,* & quæ ibi notant *de cond. indeb.* [e] Gloſſ. & DD. *in l. 1. C. ſi aduerſ. tranſact.* Tiraquellus plenè *de retract. lignagier, §. 1. gl. 7. ſub. verb. eu autres choſes cenſees pour immeubles, n. 1. & ſequent.* [f] *l. 1. de lib. & poſthum.* [g] *in d. §. de illo.* [h] *in d. l. final. C. de pact.*

ri conueuit. Quare cùm Seia filiæ ex primo matrimonio natæ centum, atque aliis duabus ex ſecundo thoro procreatis itidem centum legaſſet, & in his legatis ipſas ac quamlibet ipſarum heredes inſtituiſſet, ac poſtea quæreretur, vtrum etiam quælibet filiarum ſecundi matrimonij centum, an verò quinquaginta ſaltem habere deberet? placuit cuilibet earum centum præſtanda eſſe, cùm æqualis legatorum filiabus relictorum debeat fieri interpretatio *l. vt liberis, C. de collat.* & æqualiter illæ dotãdæ ſint, Decius *conſil. 26. num. 1. & conſil. 59. num. 3.* nec vni præ aliis maior legitima competat, *Nou. 18. capit. 1. & Nou. 115. cap. 1.* licet ex diuerſis illæ matrimoniis procreatæ ſint. Bartolus *in l. Lucius, de vulg. & pup. ſubſtitut.* Surdus *deciſ. 224. num. 11. & conſ. 31. nu. 15. & ſeq.* Et quamuis in hypotheſi illa dubium non leue moueret, quod nonnulli *l. ſi quis teſtamento, 79. de legat. 1.* ita accipiũt, vt non ſingulis decem, ſed cuilibet legatariorum ſaltem quinque deberi velint: tamen magis eſt, vt lex illa exaudiatur iuxta interpretationem aliorum, qui cuilibet decem præſtari volunt. Quam interpretationem iuuat *l. 44. in fin. de legat. 2.* Dn. Dionyſius Gothofredus *ad dict. l. 79. lit f. de legat. 1.* Nec etiam coniectura illa æqualitatis, quam mater inter filias obſeruari voluit, explicationem contrariam admittere poterit. Deinde rationem dubitandi quoque præbebat vulgatum illud axioma, quo legatorum interpretationem ita faciendam eſſe dicitur, vt illa de minimo accipiantur atque hæres non admodum iis grauetur. Verum & hæc regula plures limitationes admittit. Haud enim procedit, ſi in verbis legatorum quædam ambiguitas ſit, Mantica *de coniectur. vlt. volunt. tit. 1. libro 7. 32. fol 162.* ſi de modico hereditatis præiudicio agitur, Honded. *conſ. 63.* ſi aliæ coniecturæ concurrant. Romanus *ſingul. 649.* ſi interpretatio ſecundum propriam verborum ſignifica ionẽ fiat Surd. *conſ. 72. n. 16.* ſi legatũ coniunctæ perſonæ relictum ſit, quam teſtator magna affectione proſequitur, Crauetta *conſ. 297. n. 1.* Menoch. *de præſumpt. libro 4. præſ. 106. num. 9.* & tandem ſi æqualitatis ſeruandæ ratio militet. Ruinus *conſ. 212. n. 13. li 1.* De qua re pluribus agit Marc. Antõn. de Amat. *deciſſ. ſeu conſ. 44. per tot.* AD.

[c] *in cap. veniens, de tranſact.* [d] *l. final. C. de pact.* & quæ ibi notantur, per Cumanum & alios *in §. final. l. quidam in iure, de donat.* [e] *l. coheredi, § cùm filia, de vulgar.* [f] *l. vnum ex familia 67. in princ.* & ibi Bald. iũct. *§. 1. de legat. 2.* [g] *in d. §. 1.* [h] *in d. §. 1.* [i] *leg. 1. C. de pact.* [k] *l. ſi pater puellæ, C. de inoffic. teſtam.* [l] *pro Roſcio Amerino.* [m] *l. ex ratione & d. l. ſi pater puella in fin. Cod. de inoffic. teſtam.* [n] *l. fi al. C. de in integr. reſt. l. Titius, de teſtam. milit.* Bartolus & alij *in l. ex facto, in pr. de vulg. & pupill.* [o] *§. ſin autem formidoloſus, Inſt. de pupill.* [p] *arg. l. 2. C. quand. & quib. quart. pars. deb. lib. 11.* [q] D. Ambroſius *libr. de Ioſephe patriarcha cap. 2.* [r] *l. vnum ex familia, §. ſi de Falcidia. in fine, de legat. 1.*

DECISIO LXX.

ARGVMENTVM.

Fratres in poteſtate patris conſtituti, de eiuſdem, adhuc vili, hereditate tranſigere nequeunt.

SVMMARIA.

1 *Scriptura priuata à tribus teſtibus ſubſcripta publicæ æquipollet.*

2 *Ex conſilio & euentu fraudis aſſumitur interpretatio.*

3 *Arreſto parlamenti Burdegalenſis tranſactio inter fratres de hereditate patris viuentis inita, caſſata fuit.*

FRanciſcus, Ioſephus † & Michael Vertemont, fratres ex oppido de Limoges 1 oriundi, viuo adhuc patre, eóque ignorante contrahunt, ſocietate inuicem facta de vniuerſis & ſingulis bonis, quę generaliter ſibi per ſucceſſionem obuenire poſſint, & contractui illi titulum amicitiæ fraternæ candidè & ſyncerè à primis ætatis vnguiculis cultæ prætendunt, eiúſque in ſcripta redacti, & tribus teſtibus Lugduni XVII. Aprilis, Anno M. D. LXVII. ſubſignati authenticum exemplar quilibet eorum retinet. Euenit vt anno ſequenti M. D. LXVIII. pater decederet, atque ad minimum quinquaginta millia coronatorum in bonis relinquens, heredem vniuerſalem inſtitueret, 2 filium natu minimum Michaelem & cæteris duobus filiis legata particu aria inſtitutionis ac hereditariæ portionis loco præſtari vellet. Hócque teſtamentum tanquam ſolemne & poſtremum derogauit omnibus prioribus in quibus alias Michaeli nulla à patre prærogatiua facta, ſed legata ſaltem relicta erant, qui etiam eo tempore, cùm quoddam ex iis nepe anno M. D. XLI. conderetur, adhuc poſthumus & in vtero

ma-

matris fuerat. Hanc autem mutationem ideò factam fuiſſe nonnulli credebant, quod Michael Catholicus eſſet, eiuſque fratres Franciſcus & Ioſephus religionem reformatam patri admodum exoſam profiterentur. Atque cùm pater ita deceſſiſſet, vt dictum eſt, paulo poſt Franciſcus Michaeli litem mouit, dum recognitionem contractus illius in ſcripta redacti à Michaele fieri coram Seneſcallo de Limoge aut eius vices gerente peteret. Michael ſententiæ Seneſcalli pariturus, ſcripturam illam, quam ſchedulam appellabat, ſine vlla tamen approbatione recognouit. Deinde cum procurator reginæ Nauarræ, Vicecomitiſſæ de Limoges remiſſionem cauſæ ad iudicem ſuum ordinarium dicti tractus de Limoges fieri peteret, eáque remiſſione denegata ad parlamentum Burdegalenſe prouocaretur, cõſiderata qualitate perſonarum & cauſæ, ſupplex libellus à Franciſco curiæ ad eum potiſſimum finem exhibitus fuit, vt cauſa principalis euocaretur, factáque euocatione frater Michael diuiſa paterna hereditate, eiuſdem trientem ſibi dare deberet, offerens ſe ad collationem, atque petens, vt ad cauſæ diſceptationem tertius frater Ioſephus quoque, qui & ipſe in ſocietate illa comprehendebatur, vocaretur. Quod cùm factum fuiſſet, atque cauſa auocata in curia retineretur, & XXI. Maij, Anno MDLXXI. ageretur: Cymbaud, Franciſci aduocatus, potiſſimum allegabat, quod principalis ſui intẽtio niteretur fide & validitate pactorum ac conuentionũ ſocietatis coëundæ gratia potiſſimum factarum, quarum ſcriptura tribus teſtibus ſubſignata publicæ æquipolleret, [a] & quod cõuentiones ac ſocietates eiuſmodi quoad tuendam & conſeruandam æqualitatem inter fratres, qui vnionem & amicitiã ſemper inter ſe colere debent, licitæ & permiſſæ ſint, etiam ſuper obuentione iuſtæ ac legitimæ hereditatis. [b] Dicebat item ſcripturæ illius cauſam & fundamentum præcipuè in fraterna illa amicitia conſiſtere, & generaliter reſpicere omnes omnino futuras ſucceſſiones; cuius ſcripturæ authenticum exemplar quilibet fratrum ad ſe recepiſſet: eiúſque effectu potiri Michael, caſu ita eueniente, magis, quàm ipſe Franciſcus optare debuiſſet, cùm Franciſcus natu maior, & in prioribus teſtamentis prælatus reliquis fratribus fuiſſet, excepto poſtremo, quod in eius abſentia à patre factum fuerat, atque quod propterea Michael iam petere haud poſſit, cuius contrarium poſtulaturus non fuiſſet. [c] Verum econtra Metiuier, Michaelis aduocatus, opponebat principalem ſuum eo tempore, quo prætenſa illa ſocietas iniretur, minorem, & ſub patria poteſtate fuiſſe, patremque minime conſentiſſe, ſed Ioſephum & Franciſcum negotiationis cauſa Lugdunũ venientes perſuaſiſſe Michaelem, vt ſecum prædictum contractum iniret, qui licet in ſcripta redactus, tamen ab eo tempore in ſolemne inſtrumentum haud relatus, ſed fraude, dolo & inductione fratrum procuratus fuerit. Illud quoque principali ſuo obſtare dicebat, quod ad requiſitionem Franciſci, qui eum irretire & implicare volebat, ſcripturã illam recognouiſſet, cùm eam recognitione iſta minimè approbaſſet, vtpote quæ iure ſubſiſtere nequeat; ſed à curia caſſanda ſit, cuius caſſationis gratia etiam literis Cancellariæ impetrarit, quibus curiæ mandaretur, vt Michaelem reſtitueret in integrum cõtra contractũ, iſtũ qui impugnari poſſet, tũ ratione perſonarũ, [d] quod inter fratres in ſacris eiuſdem patris cõſtitutos factus fuerit: tũ ratione rerũ, quod Michael in ætate minori alienãdo ſpẽ ſucceſſionis, & ſic actiones ad res immobiles, [e] immobilia ſine decreto alienaſſe videtur. Vlterius etiã hoc aſſerebatur, quod ſcriptura interuenerit ſuper hereditate patris viuentis abſque eius conſenſu & clandeſtinè, quod ſuſpicionem ſiniſtram inducebat. Quamuis enim ſocietas in terminis generalibus facta fuerit: tamen cùm contrahentes nullam ferè aliam ſpem ſucceſſionis, quàm in bonis patris decrepiti & ſenio iam confecti, tempore initi contractus haberent: ſocietas illa in ſpecie de paterna facta intelligitur, quemadmodum nominatim exheredatus filius & ita videtur: *filius meus exheres eſto*, [f] etſi nec nomen eius expreſſũ ſit, ſi modo vnicus fuerit quia (vt noſtri profitentur) indefinita, quę nõ poteſt niſi ad vnũ referri, oratio ſingulari æquiparabitur. Haud quoq; aduerſari dicebat, hoc in caſu ius pandectarum [g] quod ſi vnum ex quinquaginta illis conſtitutionibus correctũ non eſſet, [h] tamen ad peculiarem legis illius hypotheſin pertineret, nempe ad ſocietatem ſpecialiter omnium bonorum nomine contractam

tam

Additiones.

[a] *l. ſcriptura, C. qui pot. in pign. hab.* [b] *l. 3. §. de illo, l. fratres §. idem Papinianus, pro ſoc.* [c] *l. penult. C. de ſolut.* [d] *l. fratres,* & quæ ibi notant *de cond. indeb.* [e] Gloſſ. & DD. *in l. 1. C. ſi aduerſ. tranſact.* Tiraquellus plenè, *de retract. lignagier, §. 1. gl. 7. ſub verb. eu autres choſes cenſees pour immeubles, n. 1. & ſequent.* [f] *l. 1. de lib. & poſthum.* [g] *in d. §. de illo.* [h] *in d. l. final. C. de pact.*

tam [a] iuxta doctrinam Pauli de Caſtro, præ-
2 ſertim hoc in caſu, vbi ex conſilio † & ex euentu fraudis aſſumitur interpretatio. Quare petebat, vt pronunciaretur ſupplicem illum libellum reiiciendum, & literas regias recipiendas eſſe. Tandem la Burthe Ioſephi aduocatus etymologiam vocabuli Latini fidei allegabat, nempe fidem ab eo vocari, quia fiat, quod dictum ſit,[b] & inter cætera priuata iudicia ſummę exiſtimationis, & penè capitis, vt Cicero dicebat,[c] tria hæc eſſe, fiduciæ, tutelæ, ſocietatis. Æquè enim perfidioſum ac nefarium eſſe fidem frangere, quę continet vitam, & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit, & ſocium fallere, qui ſe in negotio coniunxit: quemadmodum in noſtra hypotheſi à fratre minori reliqui duo deciperentur & circumuenirentur. Quod eo minus perferri debere, cùm ſocietas [d] ſit cõtractus nominatus, bonæ fidei, iuriſgentium, & ideo ex bono & æquo interpretãdus & tolerandus, in hac ſpecie, maximè propter incertum euentum, qui facit ne quicquam ſui remiſiſſe quis cenſeatur, cùm tantum ſibi remiſſum fuerit, quantum ipſe fratribus conceſſiſſet: & ſi quid incommodi poſtea ex euentu accedere videatur, id facto potius quã facilitati aut imbecillitati minoris (ſi Michael talis eſſe probetur) acceptum ferendum ſit,[e] quia poterat aleæ dubiæ ſors aliter recidiſſe. Deinde etiam ſe in narratione & præfatione ſcripturæ illius fundabat, qua expreſſè dicebatur, quod præcipua & finalis cauſa contractus illius fraterna amicitia & coniunctio fuerit:[f] indéque inferebat, quod ſi cõuetio [g] *ſi qua legitima aut iuſta hereditas obueniſſet*, approbata legeretur, multo magis approbata eſſet conuentio iſta generalis *ſi qua hereditas*, cùm non tanti damni, periculi, aut præiudicij ſit, neque votum captandæ mortis in hac conuentione militet, quod ad certum ſcopum collimare non videatur. Porrò minoritatem in literis reſtitutionis allegatam falſò fuiſſe à Michaele prõptè demonſtrabat ex teſtamento patris, Anno M.D.XLI. cõdito, quo tẽpore ipſe poſthumus, eique tanquam poſthumo legatum fuerat, vt computatione facta deprehendatur eũ ad minimum viginti ſex annos habuiſſe: immo licet minor fuiſſet tamen eum iure communi vſum fuiſſe, & quia captus non eſſet, cùm euentus damni reſtitutionem non indulgeat, ſed inconſulta facilitas,[h] propterea reſtituendum non eſſe. Quare itidem principalis ſui nomine oblatum libellum ſupplicem recipi, & literas Cancellariæ tanquam inciuiliter impetrata nõ attendis petiit. Verũ prædicta curia arreſto ſuo XXI. Maij, Anno M.D.LXXI. in audiẽtia, Præſide Domino de Villeneufue prolato, perlecta ſcriptura dictę ſocietatis, nec illa ratione habita libellorũ ſupplicũ Frãciſci & Ioſephi, literas à Michaele impetratas recipiens contractũ illũ caſſauit, partéſque in eum ſtatũ repoſuit, in quo ante illum initum fuerant, compenſatis expẽſis & ex cauſa. Quod arreſtum † nobis præ- 3
ſentibus, cum dicto la Burthe ſeni, rerum forenſium probè experto, & inter aduocatos Aquitaniæ celeberrimo aſſiſteremus, pronũciatum fuit. Qui aduocatus antè prolationẽ ſententiæ de victoria principalis ſui non immerito, vt nobis priuatim expoſuit, deſperarat, non tam ratione prætenſæ minoritatis, quàm occaſione ſacrorum paternorum prædictæ ſocietatis contractum ignorante, ac non conſentiente patre impedimentum. Minoritas enim non concedebatur, ſed maior ætas ex teſtamento illo Anno M. D. X L I. condito probata fuerat; adeò vt ſi ſacra paterna obſtaculo nõ fuiſſent, Michael cauſam fortè perdidiſſet, aut certè poſſeſſio interim per modum prouiſionis adiudicata fuiſſet; quia nondum liquebat, neque conſtabat.

ADDITIONES.

[a] *d. l. fraudis.* & ibi *DD. de R. I.* [b] Cicero 1. *offic.* [c] *pro Roſc. Comœd.* [d] *l. ex hoc iure, de iuſtit. & iur. §. actionum, Inſt. de actionibus.* [e] *l. ſi pater puellæ, C. de inoffic. teſtam.* Salicetus, Caſtrenſis, & recentiores, *in l. de fideicommiſſ. C. de tranſact.* [f] ex doctrina Baldi, per *l. regula, §. licet, de iur. & fact. ignor.* [g] *d. §. de illo.* [h] *l. verum, §. ſciendum, de minor.*

DECISIO LXXI.

ARGVMENTVM.

Societas ob vniformem actuum continuationem à ſociorum heredibus reaſſumi cenſetur.

SVMMARIVM.

1. *Societas inter fratres, eorúmque deſcendentes in vniuerſis & ſingulis bonis per longum tempus à patre in filium continuata cenſetur ſemper in eodem ſtatu manere, etiam quoad ipſas acquiſitiones ab iis, vel vno eorum, interim factas.*

P E R

1 PEr arreſtum dictæ † curiæ II. Auguſti, Anno M.D.LXXXII. in ſecunda claſſe inquiſitionum ad relationem defuncti Domini Mainial iudicatum fuit inter Franciſcum & Bartholomæum Vaylets, filios de Saluy ex oppido de Lauaur appellantes à Seneſcallo Tholoſano, aut eius vices gerente ex vna parte, & eorundem cognatum Vaylet, filium Antonij appellatum ex altera parte; quod firmiter ſocietas vniuerſorum & ſingulorum bonorum quondam inter dictos fratres Saluy & Antonium litigantium parentes coita, atque per Iohannem, filium Saluy, ipſóſque poſtea litigantes, qui omnes fructus communicarant, legitimè continuata fuiſſet. Et quamuis dicti Saluis negotiatores eſſent, Antonius verò ſaltem agriculturæ operam daret: tamē eodem arreſto ſententiam Seneſcalli confirmante illi condemnati fuerunt, vt huic etiam per tempus prædictum acquiſita, quæ ſatis ampla erant, & antiquum eorum patrimonium longè excedebant, communicare deberent: ita tamen, vt à maſſa vniuerſi dictorum bonorum priùs dotes, quæ ad litigantium vxores pertinebant, & cætera, quæ ex certis donationibus aut teſtamētis iudicialiter productis obuenerant, detraherentur, quæ tanquam lucra propria eorum, quibus relicta fuerant, tacita illa ſocietate non continerentur, atque vt filij de Saluy retinerent illud, quod ſe pecunia ab aliis mutuo ſumta acquiſiuiſſe euidenter probarant. Quod arreſtum admodum notabile videtur, & conforme eſt iis, quæ latè Alexander *in conſiliis ſuis* tractat.[a] Haud tamen facilè & indiſtinctè ad conſequentiam trahi debet, eo quòd in hypotheſi illa plures circumſtantiæ ſingulares concurrerint; quarum prima in lapſu ſexaginta annorum, & ſic in diuturnitate temporis conſiſtit, quæ alibi Imperatores mouit,[b] ſtatum liberorum confirmare in eo matrimonio quæſitorum, quod ante annos quadraginta contractum fuerat, perinde atque ſi legitimè concepti fuiſſent: ſecunda, quia nunquam inter eos diſpunctæ rationes, ſicque inuicem confuſæ, & in ſocietate retentæ: tertia, quia maxima pars acquiſitorum ex venditione frumenti in bonis communibus, ſeu cōmuniter poſſeſſis nati prouenerat: quarta quia in proceſſu probatum fuerat Iohannem filium de Saluy in duobus actibus, vno compromiſſi, altero tranſactionis, tam ſuo, quàm cognati Antonij nomine interueniſſe: ex quo ipſo etiam ſatis conijciebatur, in communione omniū bonorū fratres illos perſeueraſſe, & per conſequens literas illas reſtitutionis nomine impetratas potius caſſandas quam recipiendas eſſe: quinta, circumſtantia ex teſtamentis defunctorum Saluy & Antonij iudicialiter productis deſumebatur, in quibus diuerſo tempore factis, vtrinque teſtatorum liberis cognati illi ſubſtituti fuerāt: ſexta, quia poſt inquiſitiones in proceſſu factas euidēter apparebat; defunctū Saluy, eiúſque liberos ſolos ſemper omnem rem direxiſſe, miniſtros conduxiſſe, & iiſdem mercede n ſoluiſſe, atque econtra Antoniū agriculturæ deditum, & tam ſimplicē fuiſſe, vt monetam vix diſcernere potuerit. Atque ex his circumſtantiis rationes dicti arreſti facile colligi poſſunt. Quamuis enim à Doctoribus noſtris præſupponatur iuxta reſponſum Pomponij[d] ſocietatem morte alterius ſocij ſolui, eo quòd iſta contractus eiuſmodi ſit, qui libera voluntate & expreſſo conſenſu ob qualitates ſocij illius initus fuit, quæ vtique in ſucceſſorem ſocij transferri nequeunt: tamen ſi poſt ſociorum obitum, ab eorundem heredibus & ſucceſſoribus nulla diſiunctio, diſcretio aut apparens mutatio fiat,[e] tum re ipſa negotium communiter geſtum videtur, non quidem vt ſocietas permanere dicatur, (quod fieri nequit) ſed quod per vniformem actuum continuationem eadem reaſſumi, vel noua quædam cōciliari intelligatur. Quo referri poteſt doctrina Bartoli,[f] quam nonnulli in conſiliis ſuis ſequuntur,[g] & Imbertus in Enchiridio ſuo refert.[h] Plures item à Ranchino,[i] qui eandem materiam latius tractat, allegantur, ad quos lectorem remittimus.

ADDITIONES.

[a] *conſ.49.vol.1.* [b] *l.qui in prouincia, 57.§.1.de rit.nupt.* [c] *arg.l.procul.de fid.i...ſtrum.* [d] *l.adeo, pro ſoc.* [e] *l.nam cum eod.tit.* [f] *in l.ſi patronus C.commu.vtriuſque iud.* [g] Ludouic.Rom.*conſ.29.* [h] *ſuper verb.actus voluntarij.* [i] *part.1.concl. 2. 83.84.*

DECISIO LXXII.

ARGVMENTVM.

Societas vniuerſorum & ſingulorum bonorum à marito & vxore in pactis dotalibus contrahi poteſt.

SVMMARIA.

1 *Fraternitates inter maritum & vxorem,*

valida ſint, dūmodo bona fide & abſque dolo ac fraude fiant, atque a tertiis legibus & conditionibus pareatur.

2 *Fraternitates illæ ob culpam mariti interdū irritæ, & ſine effectu reddūtur.*

INter alios contractus, † qui validè & ir-
1 reuocabiliter à contrahētibus matrimonium in pactis dotalibus fieri poſſunt,[a] etiam ſocietas vniuerſorum & ſingulorum bonorum eſt, quæ in nonnullis Aquitaniæ locis *Affrerement* fraternitas vocatur, dūmodo bona fide fiat, omníſque dolus & fraus excludatur. Mulier itaque quædam iuuenis & ſatis opulenta, cùm matrimoniū contraxiſſet, eiuſmodi quoque ſocietatem vniuerſorum & ſingulorum bonorum cum nouo marito inierat, ea tamen lege, vt maritus mille libras in ſocietatem conferre deberet, qui legi illi haud ſatisfaciens, réſque ſuas malè adminiſtrans tantum æris alieni conflauerat, vt illud patrimonij ſui vires longè ſuperaret. Creditores ſolutionē vrgentes nō tantum propria eius bona, ſed etiam ſemiſſem eorum, quæ ad vxorem pertinebant, occupant, quem marito vigore fraternitatis illius acquiſitum fuiſſe cōtendunt. Excipit vxor maritum non paruiſſe legi ſeu conditioni in ſocietate iſta adiectæ, & cuius contemplatione ſocietas potiſſimum inita fuerit; cùm mille libræ nunquam ab eo collatæ ſint. Creditores vt eo melius hanc exceptionem diluerent, ad promptam & realem ſummæ illius collationem ſe offerunt, quo in locum & hypothecam mariti ſuccedere & fraternitatis commodo frui poſſent, perinde ac ſi maritus ſtatim conditioni ſatisfeciſſet. Quod iure, donec plenè ſibi ſatisfiat facere ſe poſſe aſſerūt,[b] præſertim cùm nullus ſatisfactioni conditionis dies, præfixus, ſed ea planè in incerto relicta fuerit. Vxor econtra regerebat oblationem illam marito ad inopiam iam vergente locum haud habere poſſe, cùm ſi iſte prædictas mille libras iuſto tempore contuliſſet, eorundem bonis auctis conditio vtriuſque melior reddita fuiſſet, nec eo res perueniſſet, vt iacturam facere cogerētur omnium ferè eorum, quæ Deus in hoc mundo iis conceſſerit: ideóq; creditores contentos eſſe debere bonis iis, quæ propriè ad maritum ſpectent, nec ſub prætextu fraternitatis illius patrimonium quoque ſuum occupare poſſe. Quæ †
2 vxoris exceptio arreſto dictæ curiæ in Camera de l'edict à l'Iſle d'Albigeois ad noſtrā relationem in cauſa cuiuſdam du Puy contra Roger Soulier & alios conſortes menſe Iulio, Anno 1585. admiſſa atque creditoribus oblatio denegata fuit. Anteà etiam ſimilem quæſtionem arreſto parlamenti Burdegalenſis definitam apud Dn. Ferronum in cōmentariis ſuis eruditiſſimis ad conſuetudines Burdegalenſes legimus.[c]

ADDITIONES.

[a] Guilhelmus Benedictus *in cap. Raynutius, extr. de teſtam. ſuper verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num.* 227. [b] *l. ſi plures. de condit. & demonſtr.* [c] *tit. de dote*, §. 6. *in fin.*

DECISIO LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Pater vſumfructum, quem in bonis liberorum habet, per eorundem nuptias non amittit.*

IVre, quo nos in prouinciis, quæ † iuris 1
ſcripti appellantur (quemadmodum eſt totus tractus Tholoſanus) vtimur, pater vſumfructum habet in vniuerſis & ſingulis bonis liberorum, qui propterea, nō finitur, quod ij nuptias contrahunt, cùm eo caſu pater ſaltem alimentorum certam penſionem, & quædam mobilia pro facultate bonorum ad eos pertinentiū & arbitrio propinquorum illis aſſignare teneatur. Ita fuit iudicatum in cauſa Antonij Auſtry filij appellantis à Seneſcallo de Quercy aut eius vicario contra Antonium Auſtry patrem Calendis Februarij, Anno 1572.

DECISIO LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Pater non habet vſumfructum in bonis filiæ acquiſitis ex teſtamento auunculi ſui, qui eam ea lege inſtituerat, vt tertio alicui nuberet.*

MEnſe Decembri tamen Anno 1582. ad relationem defuncti Domini Topignon in cauſa Pradel contra Treiſſiere
& alios iudicatum fuit patrem † non 1
habere vſumfructum in bonis filiæ ſuæ acquiſitis ex teſtamento auunculi, qui illam ea lege heredem inſtituerat, vt nuberet tertio, per quem ſteterat, ne hoc fieret, ſed ab alio illa deduceretur. Quod ex ipſo iure depromptum eſſe videtur,[a] quo pater

ADDITIO.

[a] *l. 2. §. 1. l. Caius. ſolut. matr.*

pater vſumfructum non habet in iis, quæ donantur filiæ ab extraneo dotis cauſa quia cùm actio ſit propria filiæ pro dote aduentitia, meritò dicendum patrem nullum ius habere,[a] cum qui habet actionem, rem habere dicatur.

ADDITIO.

[a] *cap. fin. extr. de iud.* Bartolus, Alexander, Iaſon *in d. §. 1.*

DECISIO LXXV.

ARGVMENTVM.

Venditor emptori victoriam obtinenti de euictione non tenetur.

SVMMARIA.

1 *Venditor emptori tum demum de euictioni tenetur, quando ea locum habet, id eſt, quando emptor cauſam ſuam perdit, non vero quando in ea victoriam reportat.*

2 *Ab emptore vincente venditor euictionis nomine ob nullas alias expenſas conueniri poteſt, quam quæ ex contumacia ſeu culpa ſua orta fuerunt.*

3 *Alia diſtinctio quoad eiuſmodi expenſas, quam nonnulli ex antiquioribus Doctoribus approbarunt, & recentiores ſequuntur.*

1 DRulhe de Ramonduille † Domino Ioanni Caſtanet notario regio Tholoſano prædium quoddam à Ponſoruille ſitum, ab omni cenſu & reditu liberum, cum promiſſione euictionis vendiderat. Euenit, vt dictus Caſtanet emtor intelligens, quod Sacerdotes S. Nicolai, prætenderent, ſe in prædium illud directum dominium habere aliud inſtrumentum confici curaret, in quo venditio illa cum Drulhe facta confirmabatur, venditórque emptori de indemnitate cauebat, ſi iſte condemnaretur, & prædicti Sacerdotes vincerent, cum clauſulis generalibus, & ſine expreſſa derogatione præcedentium obligationum, nulláque facta ſpeciali mentione expenſarum, damnorum, & intereſſe. Deinde cùm Syndicus dictorum Sacerdotum, coram Seneſcallo Tholoſano emptorem ad recognitionem feudalem & iurium dominicalium præſtationem condemnari petiiſſet, cauſáque ad parlamentum deuoluta fuiſſet, poſt plures inſtructiones & deſignationes territorij ac limitum collatas cum deſcriptione titulorum à Syndico productorum emptor à Syndici petitione, & quidem compenſatis expenſis abſolutus fuit. Verum poſtea alia lis ipſum Drulhe & Caſtanet expenſarum nomine oborta & in curia noſtra fuit. Caſtanet enim prætendebat, quod ſibi venditor Drulhe, qui etiam contumax fuerat, ob factam promiſſionem, non tantum quoad principale, ſed etiam quoad acceſſorium de euictione teneretur, cúmque quoad prius quidem obtinuerit, quoad poſterius verò victus fuerit, dum curia Syndicum in expenſas non condemnarit, ideò ſibi omnes expenſas factas à venditore refundi debere. Cuius petitionem nonnulli ex Dominis Senatoribus iure fundatam eſſe exiſtimabant, præſertim cùm iſte venditori litem denunciarit, cúmque, vt ſibi aſſiſteret, vocari curarit; vt ideò locum habeat doctrina interpretum, qui in eiuſmodi caſu à venditore emptori expenſis, propterea refundi debere tradunt,[a] quod conſtet teneri venditorem emtori ad defendendũ.[b] At ſi defendiſſet, ipſe ſumptus feciſſet,[c] quia quod quiſque facere tenetur, ſuo ſumtu facere debet. Cùm ergo non fecerit, pet t emptor id, quod ſua intereſt. Qua in re & tales ſumptus contineri[d] non ſi ratione contendet, præſertim cum omnia,[e] quæ ad bonam fidem pertinent in iudicium emti veniant, nullóſque hic ſumtus adiudicatos emtori in cauſa principali appareat; congruere bonæ fidei & æquitati videbatur, vẽditorem eo nomine teneri, quemadmodũ ſi pars aduerſa cõdemnata in expenſis fuiſſet, & non ſoluendo eſſet. Verùm obtinuit opinio Accurſij[f] magis communiter approbata & recepta,[g] quæ potiſſimum nititur conſtitutione DD. Diocletiani & Maximiani,[h] ex qua vulgaris illa regula colligitur emtori victo non vincenti venditorẽ teneri de euictione.[i] Quæ etiã rectè ad caſum hũc accõmodari poterit. Quare arreſto dictæ curiæ in ſecunda Camera 22. Nouemb. anno

ADDITIONES.

[a] Bartolus, Imola, Aretinus, Ioannes Andreæ, Iaſon *in l. venditores, de V. O.* [b] *l. ſi rem, l. ſi plus, § mota, de euiction.* [c] *l ſi 10, de oper. libert.* Gloſſa *in l. quoniam de teſtibus.* [d] *l. final. ſi ventr. nom. mul. in poſſ. mitt.* [e] *l. final. de action. emt.* [f] *in l. 1. C. de euict. in l. cum teſtamento. C. de teſtam. manum l. qui abſentem, de procurat.* [g] per Raphaelem, Odofredum, Butrigarium, Oldradum, Albericum, Bayner, *in d. l. 1. C. de euict. & in d. l. venditores,* [h] *in l. ſi ſtatus, de euiction.* [i] *ex l. ſi controuerſia, C. eodem.*

anno 1597. ad relationem Dn. Sabatier, Dn. de la Beſſede (viri humaniſſimi, & de curia noſtra optimè meriti) pro venditore contra emptorem Caſtanet iu-
2 dicatum fuit, quod huic ille † ad nullas expenſas teneretur, quàm quas contumacia & culpa ſua procuraſſet, ob quas vtique ei parci haud poterat. Perpendebant item domini Senatores, (quorū maioribus votis prædictum arreſtum conceptum & prolatum fuit) vltimum inter partes factum cōtractum; in quo dictus Caſtanet tantūmodo ſibi cauerat in eum caſum, quo ſuccumberet, non verò ſumtuum iſtorum nomine ſtipulationem interpoſuerat; quod tamen ob imminentem in limine contractus euictionem [a] conſultius & vtilius illi fuiſſet. Illud quoque ex particularibus facti circumſtantiis apparebat, quod emptor nihil in inſtrumenta, titulos, probationes per teſtes factas, aliáue ſimilia cauſam principalem concernentia impenderat, ſed omnes ferè ij ſumptus ab ipſo Syndico facti fue-
3 rant. Quo caſu iuxta diſtinctionem † Baldi [b] & Angeli ab Alciato approbatam ſuperior opinio & ſequacium prævalet. Quāuis enim venditor teneatur emptori ad defendendum: tamen verbum *defenſionis* generale eſt, & ad multa porrigitur, nempe de iure, de facto [c] in iudicio [d] extra iudiciū litem ſe transferendo [e] vel ſimpliciter, vt loquuntur, aſſiſtendo, cauſam inſtruendo, & ſumptus de alieno dando. Et hoc ſatis apertè iure noſtro expreſſum videtur, quo venditor tenetur ad ſumptus & impenſas, quas pro defenſione & inſtructione cauſæ principalis, vt tituli & inſtrumenta haberi poſſint, neceſſariò fieri oportet, & per conſequens tam pro eo, quod inſtrumentorū auctoritatum cauſa refunditur, quàm pro teſtimoniis ad id pertinentibus. [f] Vnde & & tenetur [g] etiam venditor talia inſtrumēta, ſi penes ſe ſunt, emtori tradere: ad ſuſcipiendam eo nomine litem non teneri quidam [h] exiſtimauerunt emtoris eas partes eſſe, quas ſi non obeat, etſi auctori denunciauerit, non tamen excuſari poterit, ſi eo abſente pronunciatum fuerit. [i] Vnde ſatis indicatur non ad omnem prorſus defenſionem teneri venditorem. Probabiliter ergo diſtinguendū, vt ad expenſas pro huiuſmodi inſtrumentis, teſtibus aut teſtationibus factas venditor teneatur, defendique in ea ſecundū Bartoli ſententia poſſit: ad reliquos verò ſumtus non teneatur. Atque hæc diſtinctio à nonnullis Doctoribus [k] approbatur, quam recentiores [l] ſequuntur. Eſt igitur quæſtio κατὰ ῥητὸν καὶ ἀμφίδοξον, quemadmodum Duarenus notauit, & curia Tholoſana prædicto arreſto præiudicauit.

Additiones.

[a] Videantur notata per DD. maximè per Duarenum, *in d. l. venditores.* [b] *l. in loco ſupra allegato.* [c] *l. ſtipulatio in princ. de V.O.* [d] *l. penult. in fin.* & ibi Bartolus, *de petit. hered.* [e] *l. ſi quid poſſeſſor,* vbi Baldus & Angelus, *eod. titul. l. ſi ſic, 1. de legat. 1.* [f] *l. ſi parentes, l. empti, C. de euiction. l. 1. de pignor. act.* [g] *l. Titius. de action. emt.* Paulus & Aretinus *in l. venditores.* [h] *in l. 1. C. de pericul. & commod. rei vendit.* [i] Angelus, Raphael, Paulus, *in locis ſupra allegatis.* [k] Alciatus *in allegato loco.* [l] *in d. l. venditores.*

DECISIO LXXVI.

Argumentum.

Vidua, cui dotalitium à prædefuncto marito conſtitutum fuit, ab eius herede cogi nequit, vt recepta dote dotalitio renunciet.

Summaria.

1 *Viduæ inuitæ dos offerri nequit, vt iuri viduitatis in pactis dotalibus ſibi conſtituto renunciare teneatur.*

2 *Hypotheſis quædam Vlpiani declaratur.*

CVm nobilis fœmina † Iſabella de Mi- 1
repoix, Antonio Rogier de Terſſac fratri Franciſci de Terſſac Domini de Montberault nuberet; inter alia pactis dotalibus cautum fuerat, quod Iſabella defuncto marito in ſemiſſe omnium eiuſdem bonorum vſumfructum, quamdiu in viduitate maneret & donec dotem ſuam, eiúſque augmentum repeteret (quæ repetitio ei liberè permiſſa fuit) habere deberet. Soluto poſtea per obitum mariti matrimonio, eiuſdem frater & heres vniuerſalis Franciſcus viduam cogere vult, vt receptā dote, viduitati ſeu vſufructui ob viduitatem competenti renunciet. Quod cùm illa facere recuſaret, lis eo nomine mota, & tandem per appellationem ad parlamentum Tholoſanum deuoluta, atque XVIII. Nouembris, Anno M.D.LXXVII. ad relationem defuncti Domini Gilberti in ſecunda claſſe inquiſitionum ita definita fuit; quod viduæ inuitæ dos offerri non poſſet, ſed in eius electione

lectione eſſet, vtrum mallet dotem cum augmento repetere, aut dotalitio conuento incumbere. Dotalitium autem hic pro iure viduitatis, quod Galli *le veſüage* appellitant, iuxta gloſſam iuris Canonici [a] accipitur.
2 Nam quod in contrarium † afferebatur ex reſponſo Vlpiani [b] in hypotheſi propria intelligẽdum erat, videlicet quando de ſatiſdatione à muliere petita agebatur, quam maritus pręſtare non poteſt, quia tunc ferenda non eſt, ſi dicat magis ſe velle dilationem pati, quàm in repræſentatione deductionem. Et id quidem poſt ſententiã acceptam pœnitens ſcilicet, cùm is ad cuius poſtulationem lata eſt, non poſſit ab ea recedere, quemadmodum ſatis colligitur ex propriis terminis, quibus paulò antè vſus fuerat, & quos poſtea Vlpianus ſubiicit. Dubitandi etiam occaſionem tollebant verba in duobus pactorum dotalium locis vſurpata; *repeter ou recouurer, quand elle voudra*, vt dotem repetere & recipere poſſit, quando voluerit. Quæ verba tanquam ad vxorem, eandémque nunc viduam, relata electionem de iure ei deferebant, quemadmodum ab interpretibus notatur.

ADDITIONES.

[a] *in c. plerumque de donat. int. vir. & vxor.* [b] *in l. ſi conſtante. §. quoties, verſicul. nec ferenda eſt mulier, ſolut. matrim.* [c] *in l. planè, §. penultim. de legat. 1. cum ſimilibus.*

DECISIO LXXVII.

ARGVMENTVM.

Augmentum dotis etiam nondum integrè ſolutæ peti rectè poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Vidua augmentum integræ dotis præſtari debet, licet ea non plenè ſoluta fuerit, ſed de eius parte fidem maritus habuerit, atque ſic in creditum ierit.*

1 EX iiſdem quoque pactis † inter eaſdé partes quoad dotem eiúſque augmentum alia controuerſia oriebatur. Dos enim bis mille librarũ conſtituta fuerat, & mille ſaltem ab Iſabella ſolutis, eius frater Ioannes de Mirepoix intra annum reliquum ſoluturum promiſerat, quo nondum elapſo, Rogier, maritus, diem ſuum obiit. Dubitatum itaque fuit, quoad liquidationem iurium viduæ; vtrum ei augmentum integræ dotis, an verò pro rata ſaltem, quantum ſolutum fuerat, deberetur. Quod dubium ita deciſum fuit, vt pro vidua iudicaretur, eique augmentum ratione integræ dotis deberi pronunciaretur. Illúdq; arreſtum aliis præiudiciis parlamenti Gratianopolitani, quæ à Guidone Papæ, eiuſdem curiæ præſide referuntur [a] & doctrinæ Saliceti [b] conforme eſt. Quando enim de re dotali natura ipſa debita agitur, nullum factum, & multo minus negligentia mariti præiudicium vxori afferre poteſt. [c] Imò maritus ſemper in culpa cenſetur, maximè cùm dos promiſſa [d] pro data habeatur. Nec obſtant illa, quæ ex nouellis Iuſtiniani [e] allegari poſſe videbãtur, cùm conſtitutiones illæ abrogatæ ſint, aut certè in Francia vſu haud obſeruentur. [f] Ratio eſt, quia inſtrumẽtis publicis & authẽticis, in quibus conſtitutiones dotium plerúmque fieri ſolent, fides ſemper habetur vel habita intelligitur de dote per obligationes generales & conſuetas. Quo caſu quoad vxorem perinde habetur, ac ſi dos ab ea ſoluta & verè numerata fuiſſet. Quod ſatis probari poteſt per iura illa vulgaria, quæ ex materia emptionis venditionis adduci queunt. [g] Iuſtè itaque & rectè arreſto illo integrũ augmentum viduæ adiudicatum fuit, tanquam fide habita de dote, ea quidem certa [h] pro qua maritus in creditum ierat [i] ſub obligationibus & hypothecis ibi comprehenſis, quemadmodum Guido Papæ *in loco allegato* explicat; adeo vt ad alias diſtinctiones, quas idem alibi affert [k] haud recurrendum ſit. Tota enim res eo redit, quod maritus, ſi de dote fidem habuerit, in creditum iuiſſe

ADDITIONES.

[a] *q. 430.* [b] *in l. ſi conſtante, ſol. matr.* [c] *l. ſi extraneus, de iur. dot.* [d] *l. 1. de collat. dot. l. ſi pater, C. de dot. prom. l. vnic. §. & vt plenius, C. de rei vx. act.* Iaſon *in §. fuerat, Inſt. de action.* [e] *§. final. de non eligend. ſecundo nubent. & in auth. ſed quæ nihil, C. de pact. conuent.* [f] Ioannes Faber *in d. auth. ſed quæ nihil.* & Nicolaus Boërius *dec. 22. part. 1.* Maſuerius *tit. de dote, §. Item ſi fuerit conuentum.* Arnoldus Ferronus *ad conſuetudines Burdegalenſes tit. de dote, §. 6. circa fin.* [g] *§. fin. vt exact. inſtant. dot. 1. & 2. in auth. l. 7. §. venditio, de rer. diuiſ.* [h] *l. planè, §. procuratoris, de exercitor. act. §. fuerat. Inſtit. de act.* Nicolaus Boërius *allegat. loc.* [i] *conſ. 12.* [k] *l. creditor aliam, §. fin. mandati.* Ioannes Faber *in l. pro oneribus, C. de iur. dot.*

cenſeatur, adeò vt ob dilationes conceſſas actionem contra debitorem habeat, quam ſi non inſtituit, eius mora, vxori imputari non poteſt. Idémque, ſi ipſe intra tempus dilationum illarum deceſſerit, quoad eius heredes vel ſucceſſores obtinet, qui itidem viduæ iuri haud præiudicare poſſunt.

DECISIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Tertius, qui ſe marito dotem vxoris nomine ſoluturum promiſit eundem vel eius heredes contra mulieris petitionem indemnes ſeruare debet tam ratione principalis, quàm vſurarum & intereſſe.*

DIctus Franciſcus Dominus de Montherault metuens illud ipſum, quod
1 † poſtea contigerat, pendente lite dictum Ioannem de Mirepoix fratrem viduæ citari curauit, vtpote qui ratam habuerat dotis conſtitutionem à fratre ſuo, cui & ipſi nomen Ioanni de Mirepoix erat, ſorori factam. Quod ideò Franciſcus fecerat, vt ſi ad præſtationem integri augmẽti condemnaretur, regreſſus aduerſus viduæ fratrem, Ioannem quoad dotis reſiduũ, nempe mille libras, & intereſſe inde debitum, habere poſſet. Quæſtio enim de re admodum fauorabili, nempe de dote erat, & vidua ius ſuum rigidè perſequebatur. Quare eodem arreſto condemnatus fuit dictus Ioannes, vt ratione prædictæ ſummæ mille librarum Franciſcum Treſſac, tanquam heredem defuncti Antonij, indemnem ſeruaret erga viduam, quæ nullam amplius dotis nomine actionem habebat [a] ſed ea ſoli Franciſco tanquam Antonij heredi, competebat. Præterea etiam conſideratis cauſa dotis, & petitionibus à viduæ factis contra Franciſcum, Iohannes condemnatus fuit ad præſtãdum Franciſco intereſſe reſiduæ ſummæ ab eo tempore, quo eadem ſolui debuiſſet, & quidem ad duodecimum nummum, tanquam vſuras in regionibus frequentes. [b] Quamuis enim eæ decimum quintum nũmum excedant: tamen conſiderari oportet, quod maximus cauſæ fauor ſit, atque illæ non tanquam lucrum ceſſans, [c] ſed potius veluti lucrum emergens, propter viduæ petitionẽ capiantur. Quo etiam pertinent, quæ in terminis fortioribus Rãchinus tradit, [d] vbi pro ſua opinione plures allegat.

ADDITIONES.

[a] *l. ſi pater marito, C. de dot. prom.* [b] *l. 1. de vſur.* [c] *arg. l. final. §. præterea, C. de iur. dot.* [d] *in concluſ. ſuis, part. 2. concluſ. 466.*

DECISIO LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Conductores bonorum Eccleſiaſticorum ad ſolutionem mercedis etiam tum tenẽtur, quando fructus à milite vi capti fuerunt, ſi modò hoc poſt lapſum præſtituti ſolutioni termini contigerit.*

SÆpius tempore nouiſſimi belli ciuilis miſeræque illius calamitatis, quæ in hoc regno oboriebatur, contigit, vt beneficiarij Eccleſiaſtici, † qui beneficia ſua aliis lo- 1
carant, cùm poſt fructuum collectionem ad præſtitutũ terminum mercedem expectarent; à conductoribus querulas voces audire cogerentur, quod vltra onera ordinaria multis extraordinariis grauati fuiſſent, præſertim dum illud, quod mercedis loco ſoluendum fuiſſet, milites vi & armata manu ceperint, vt iis nullo modo reſiſti potuerit. Cui querelæ à beneficiariis reſpõdebatur quod vis illa diu poſt terminum, qui ſolutioni mercedis præſtitutus erat, facta fuiſſet, & propterea ij excuſari non poſſent, veluti poſt lapſum diei illius in mora, quæ vim culpæ obtinebat, conſtituti. Atque ſic ſæpius contra eiuſmodi conductores ad noſtram relationem à parlamento Tholoſano in ſecunda Camera; præſertim anno M.D.LXXIX. & M.D.LXXX. pro commendatore de Grezan contra Franciſcum Couſin, & pro alio commendatore de Monſaunes cõtra quoſdam incolas eiuſdem loci iudicatum fuit. Quamuis enim tales conductores regulariter de periculo & caſu fortuito non teneantur, [a] vtpote cùm in eorum poteſtate non ſit illum euitare vel impedire, [b] tamen ſi mora, vt in noſtra hypotheſi, caſum fortuitum præceſſerit, iſte excuſationem minime præbere poteſt. [c] Si etenim ad præſtitutum diem ſoluiſſent, tum omne illud periculum cõmodè

ADDITIONES.

[a] *l. in rebus, commod. l. ſi merces, §. vis maior, locat. l. quæ fortuitis, C. de pign. act.* [b] *l. 2. §. ſi eo tempore de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* Vnde etiam caſus eiuſmodi fatalis vocatur, *l. cum duobus, §. damna, pro ſoc.* [c] *l. ſi in Aſia, §. final. depoſ. l. quod te, ſi cert. pet. l. ſi legati cauſa, de V. O.*

modè vitari potuiſſet, quod propter morã eorũ contingens,merito quoq; iis ſolis imputari & nocere debet. Nec poteſt prætendi hanc non veram moram eſſe, quæ ex interpellatione procederet, ſed ſaltem irregularem ex diei lapſu contingentem,[a] cùm hoc in caſu perinde ſit,& eundem effectum vtraq; mora operetur, ac cũ dolo quopiam coniuncta eſſe cenſeatur. Bonus quippe paterfamilias futuram temporis iniuriam, & quid accidere poſſit,præuidés; ipſam tempeſtatem nõ expectat, ſed maturè ſoluit,vt à maiori malo eo tutior & ſecurior eſſe queat.

ADDITIO.

[a] *l.mora,de vſur.l.magnam,C.de contrah. & commit.ſtipul.*

DECISIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Fruſtra ſe excuſant conductores,quod ob belli iniuriam re conducta frui non potuerint.ſi conductio tempore ipſius belli ab iis facta fuerit.*

CÆterum & alij reperti ſunt, qui cùm bona flagrante iam bello, cõduxiſſent locatoribus mercedem petentibus idipſum obiecerunt,quod belli iniuria rebus conductis frui haud potuerint. Verùm rectè iis reſponſum fuit,quod fruſtra ſe bello excuſare conentur, cùm bello iam durante,& quidem contemplatione illius,viliori pretio locatio facta fuerit. Sic enim & inqui-
1 linis † non eſſe cauendum de damno infecto Sabinus ait,[a] quod ab initio vitioſas ædes conduxerint, & habent,quod ſibi imputent, ſicque indigni auxilio legis ſunt, qui negligentes ab initio fuerũt. Quare talium conductorum contemplatione bellũ inter caſus fortuitos nõ refertur, ſed potius omnis culpa iis imputanda eſt,quod tam periculoſo tempore conduxerint,[b] & quidem propter ipſum bellum pretio viliori locatio illis facta fuit. Atque ſic duobus arreſtis parlamentum Tholoſanum iudicauit,quorum vnum ad relationem defuncti Dn. Doniat,& alterum ad noſtram relationem in cauſa de Puylobier commendatoris de Greſin contra Pelatier & Lomberad 6.Martij Anno 1589.[c] protulit. Quibus etiã conforme eſt,quod à quibuſdã Doctoribus traditur[c] remiſſionem aut relaxationem penſionis ſeu[e] mercedis propter bellum minimè locum habere,ſi illud tẽpore contractus principalis iam extiterit,neque peculiaris eo nomine conuentio facta fuerit.

ADDITIONES.

[a] *l.qui bona fide,13.§.de illo,de damn.infect.arg.l.ſi prædium,C.de ædilit.edict.* [b] Baldus *in §.vaſalli,in tit.de pace Conſtant.* Ioannes de Ripa *in tract.de peſte part.2.* Baldus *in l.ſi ea lege C.de vſur.*Ranchinus *conclu.322.part.2.& concl.279.part.5.* Alexander *in l.interdum,§.quod ex naufragio. de acquir.poſſ.*Anchoranus *conſ.88.*Surdus *dec.183.*

DECISIO LXXXI.

ARGVMENTVM.

Retractus gentilitus extraneo cedi nequit.

SVMMARIVM.

1 *Retractus gentilitij ceſſio in extraneũ fieri non poteſt,neque ad eum admittuntur naturales per reſcriptum principis legitimati; licet bona, aliunde quàm à patre naturali prouenerint.*

AD relationem dicti Doniat in ſecunda Camera in cauſa nobilis fœminæ de Biran appellantis à ſententia Seneſc. d'Armaignac, aut eius vices gerentis contra Bernardum de Preyſſac appellatũ arreſto VI.Decemb. Anno 1587.fuit iudicatum; re-
tractum † gentilitium extraneo haud cedi, 1
neq; legitimatos reſcripto principis ad dictum retractũ admitti poſſe, etiam quoad bona aliunde, quàm à patre naturali prouenientia. Caſus autem eiuſmodi fuit:Dictus Bernardus de Preyſſac,filius naturalis defuncti Dominici Preyſſac, atq; ex ſoluto & ſoluta natus, eiuſq; pater naturalis; poſtea presbyter factus fuerat, & pro filio ſuo naturali legitimationis literas impetrarat, quæ etiam in præſentia quorundam propinquorum, aliis contradicentibus, receptæ & approbatæ fuerant. Ab ea approbatione contradicentes appellauerant quidem,ſed appellatione deſerta illa in rem iudicatã tranſierat; vt ideò Bernardus pro filio legitimo Dominici haberetur. Cuius frater germanus(qui & ipſe approbationi interfuerat ac aſſenſerat) cũ nõnulla bona nobili illi fœminæ vendidiſſet;eadem Bernardus principale preciũ & laudimia ſoluturus retrahere voluit. Obiecit itaque nobilis fœmina Bernardo qualitatẽ Dominici patris cũ eã legitimatio(ſi modo valida eſſet) haud ita tollere potuerit, vt Bernardus

ad retractum illum habilis redderetur. Interuenit item ſoror germana venditoris Franciſca de Preyſſac, quæ velut propior & intra tempus veniens, ſe ad retractum admitti petiit, cuius petitionem itidem audiendam non eſſe nobilis illa fœmina dixit. Verum iudex inferior decreuit quod ſine vllo cauſæ principalis præiudicio nobilis illa ad libellum & petitionem Franciſcæ intra certum tempus reſpondere deberet. Quo tempore nondum elapſo Franciſca iudicialiter ius ſuum cedit Bernardo, primo petitori, atque conſentit vt ei bona petita vigore retractus conſuetudine introducti adiudicentur. Verum rea in ſua defenſione firmiter perſiſtit atque ſe à petitione iſta abſolui petit, donec per ſententiam dicti Seneſcalli 3. Martij Anno 1576. ad reſtitutionem bonorum venditorum Bernardo retrahenti condemnaretur. A qua ſententia ad parlamentum prouocat, cúmque controuerſia iam decidi deberet, quoad primam quæſtionem minimè dubitatũ fuit, nempe quod ius retractus alteri extraneo cedi non poſſit iuxta communem interpretum iuris à Tiraquello[a] allegatorum interpretationem, quamuis nulli propinqui ſe opponerent[b] præſertim in hac hypotheſi vbi euidenter apparebat ceſſionem illam nihil aliud eſſe, quàm commentum iuris & eiu nondum quæſiti, quemadmodum alibi Iaſon docet.[c] Quoad alteram verò quæſtionem, an legitimatus ad retractum admitti poſſit? opiniones dominorum in d. Camera contrariæ extiterunt, quæ in prima Camera inquiſitionum ita conciliatæ fuerunt, vt pro negatiua concluderetur appellatio, illúdque vnde appellatum fuerat, caſſaretur atque à Bernardi petitione rea compenſatis expenſis abſolueretur. Quod arreſtum nititur doctrina Tiraquelli[d] cuius auctor eſt Philip. Decius[e] quem ipſemet Tiraquellus allegat & ſequitur Chaſſaneus *ad conſuetudines Burgundiæ*[f] pluréſque alij. Atque hæc cõtrouerſia cùm decideretur dominus Ioſſe contrarium ſtatuens multa pro ſententiâ ſua in medium attulit, ſed ex ſeptendecim dominis ſenatoribus, qui in prima illa Camera iudicarunt, vnicus ſaltem approbatorium ſuum calculum dedit, quemadmodum ipſemet poſtea nobis ſignificauit.

ADDITIONES.

[a] *l. fin. C. de natur. lib.* [b] *in tract. de retract. §. 26. gloſſ. 1. nu. 1.* Imbertus *in d. ſuo enchiridio.* [c] quamuis aliud ſtatuere videatur Papon *en ſon recueil. tiltre de retraict lignagier, arreſt. 4.* [d] *in l. 1.* & ibi Paulus Caſtrenſ. *l. de pupillo, § ſi quis ipſi pratori, de nou. oper. nunc.* [e] *in loco ſupra allegato ſuper verb. le parent gloſſ. 8. num. 10. conſ. 275.* [f] *tit. de retraict lignagier, §. 1. in verb. le plus prochain.*

DECISIO LXXXII.

ARGVMENTVM.

Actio ex retractu gentilitio competens ad heredes tranſmittitur.

SVMMARIA.

1 *Actio ex retractu gentilitio intentata ad heredes aut alios ſucceſſores vniuerſales tranſmittitur habito reſpectu ad ius & cauſam defuncti.*

2 *Edictum de Rouſſillon requirens ſaltem triennium ad effectum conteſtationis in cauſa haud receptum eſt neque obſeruatur à parlamento Tholoſano.*

QVoad illud, quod modo dictum fuit, ius retractus † firmiter extraneo cedi 1
non poſſe dubitari poterat, nunquid actio ex retractu illo intentata ad heredes tranſmitti queat? Pone enim in ius vocatũ fuiſſe emtorem quorundam bonorum, quæ ei ab actoris propinquo vendita fuerant & actorem poſt factam oblationem ac petitionem in ſcriptis exhibitam deceſſiſſe, quæſtionis eſt, vtrum eius heres ex eadem familia natus litem reaſſumere atque vt emptor bona vendita oblato precio reſtituat, petere poſſit? Negatiuè propterea reſpondẽdum eſſe videbatur quod retractus gentilitius ſit perſonalis, atque conſuetudine ius hoc proximo in familia tribuatur, vt illud intra præſcriptum tempus exerceatur. Quamuis igitur defunctus iuſto tempore actionem ex retractu competentem intentarit: tamen lis à prædeceſſore mota heredi propterea non proderit, quod per illius obitum de iure mortua dici poterat. Verùm ad noſtram relationem à parlamẽto Tholoſano in cauſa de Finelle contra Finello menſe Martio, Anno M.D.LXXXI. cõtrarium iudicatum atque heres ſeu ſucceſſor vniuerſalis ad reaſſumptionem illam admiſſus fuit. Haud enim curia ad perſonam & ius heredis ſed ſaltem ad cauſam & ius defuncti, cui iſte ſucceſſerat reſpexit per litis conteſtationem, ſiquidem cum defuncto factam actio perpetua reddita fuerat, vt ſucceſſor in tractu Tholoſano etiam intra tri-

tra triginta annos admittatur. Etſi enim e-
2 dictum † de Rouſſillon ſaltem trium annorum ſpacio tempus illud definit: attamẽ à parlamento Tholoſano, tanquam iuri ſcripto contrarium, haud receptum eſt, multóque minus obſeruatur.

DECISIO LXXXIII.

ARGVMENTVM.

Dominus directus præfertur agnato qui iure retractus vti vult.

SVMMARIA.

1 *Ius domini directi potius eſt iure retractus agnati.*

2 *Quatuor iura retractus, cùm eorundem prælatione.*

1 IN concurſu domini directi† atque agnati retractus ius exercere volentis curia noſtra ſemper illum huic præferre conſueuit; cùm domini cauſa potior, fundamentalis atque originalis videatur. Sicque iudicatum expreſſe fuit IV. Aprilis Anno M.D.LXXXV. pro domina Dauſſum, tanquã matre & legitima adminiſtratrice filij ſui Petri domini & baronis de Dauſſum. Atque hoc de iure ſcripto nullum dubium habere videtur, quod explicans quondam dominus Bertrandus (vetus pater, dum viuebat,
2 Academiæ Tholoſanæ) quatuor ſpecies† retractus conſtituebat, nempe legalem, conſuetudinariam, conuentionalem & teſtamentariam. Primus retractus, ſiue legalis, ipſi domino directo competit atq; fundamentum ſuum ex lege habet, [a] & propterea cum conſuetudinario, qui gentilitius vocatur, concurrens meritò potior cenſetur: eo quod res alienata profecta fuit à domino directo & ita ad eum facilè redit, vt tãquam ad primæuum ſtatum ſuum reducatur. Vulgatum item eſt, quod ſtatutum vel conſuetudo recipiat interpretationem à iure communi. [b] Cùm ergo dominus eo iure vocetur, meritò præferendus erit; quamuis alibi Ioannes Faber aliud innuiſſe videatur [c] potius tamen narrando, quàm decidendo aut diſputando, vt ille dicebat. [d] Cæterum quoad reliquas duas retractus ſpecies, nempe conuentionalem & teſtamentariam; domini directi cauſa inferior eſt iis, quibus ius inde acquiſitum fuit. Nam cùm retractus conuentionalis partem precij conſtituat venditori, [e] ei dominus directus præiudicare nequit, & multo minus retractui teſtamentario, cùm iſte cui competit, vt voluntas teſtatoris ſeruetur, res retractui illi deſtinatas hypothecæ iure ſibi obſtrictas habeat, [f] vt ideò prouiſio hominis, quemadmodum vulgo dicitur, faciat ceſſare legis prouiſionem. [g] Quæ tamen omnia ita vera eſſe intelligi debent, niſi ſtatuto vel conſuetudine cõtraria quid mutatum, aut aliud introductum fuerit. Quam etiam ob cauſam olim in reſſortu parlamenti Burdegalenſis res admodum dubia fuit, cum plerique agnatum domino directo potiorem eſſe exiſtimarent eóque deuentum eſſet, vt ille huic præferretur aut præferri debere communi togatorum Burdegalenſium calculo diceretur, ob rationes, quas dominus Ferronus *ad conſuetud. Burdegal.* allegat [h] qui tamen & ipſe opinionem à curia noſtra pro domino directo præiudicatam magis probat. Verum vt omne dubium omniſque ſcrupulus tolleretur menſe Septembri anno M.D.XCVIII. per arreſtũ ſolemne & in habitu curiali pronũciatum vt vim legis haberet, à domino d'Affis primario Burdegalenſis parlamenti præſide dominum directum agnato præferendum eſſe, iudicatum fuit.

ADDITIONES.

[a] *l.2.& fin.C.de iur.emphyt.* [b] *l.2.C.de noxal.act.* [c] *§.1.Inſt.de emt. & vend.* [d] *l. fundi partem, de contrah.emt.* [e] *l.peto,§.à fratre, de legat.2.l.etſi aquo, de legat.1.* [f] *l.C. commun.de leg.* [g] *l.fin.C.de pact.conuent.* [h] *in §.2.de retract.*

DECISIO LXXXIV.

ARGVMENTVM.

Matri ex ſucceſſione liberorum, quibus pupillariter ſubſtitutum fuit, legitimæ loco non tertia tertiæ, ſed integer triens debetur.

SVMMARIA.

1 *Mutata temporis cauſa leges quoque mutari ſolent.*

2 *Haud obſtante antiquiori Tholoſatum ſtatuto iuxta mores præſentis temporis mater non excluditur à legitima liberorum ſuorum.*

3 *Subſtitutio pupillaris ſub compendioſa comprehenſa matrem à legitima non excludit.*

L

4 *Ob prædictam ſubſtitutionem matris legitimam non tertiam tertiæ fieri, ſed tertiā totius aſſis eſſe, parlamenti Tholoſani præiudicio confirmatur.*

1 ELeganter admodum † A. Gellius ex Sexto Cæcilio ad Phauorinum refert, non ideo contemnendas eſſe legum Romanarum antiquitates, quod à pleriſque ipſe populus Romanus iam deſciuerit: non enim profectò ignoras, inquit, legum opportunitates & medelas pro temporum moribus & pro rerum publicarum generibus ac pro vtilitatum præſentium rationibus proque vitiorum, quibus medendum eſt, feruoribus mutari atque flecti neque vno ſtatu conſiſtere [a] quin, vt facies cœli ac maris, ita rerum ac fortunæ tempeſtatibus varietur. Quibus etiam conueniunt ea quæ à Diuo Auguſtino in quadam epiſtola [b] afferuntur: dum refutans opinionem eorum, qui rectè facta niſi iniuſtè, mutari non poſſe ſtatuunt, poſt plurium exemplorum allegationem hiſce verbis concludit: mutata quippe temporis cauſa, quod rectè ante factum fuerat, ità mutari vera ratio plerúmq; flagitat, vt cum ipſi dicant rectè non fieri ſi mutetur; contra veritas clamet, rectè non fieri, niſi mutetur, quia vtrúmque tūc enim rectum, ſi erit pro tempore, varietate diuerſum. Quæ verè dici parlamentum noſtrum comprobauit quoad interpretationem ſtatuti & conſuetudinis Tholoſanæ, cuius vigore agnati in ſucceſſione liberorum matrem excludunt. De qua conſuetudine latè Guilhelmus Benedicti diſſerit [c] qui etiam illam eo extendit, vt eius prætextu à legitima quoque mater excludi debeat.

Quam extenſionem ſuam arreſto parlamenti Tholoſani quoad ſucceſſionem domini d'Aſas XXVI. Aprilis, Anno M. CCCCV. prolato & pluribus rationibus ac fundamentis comprobat, quorum pars etiā à Saliceto allegatur. [d] Simile quoque arreſtū Anno M.D.XLVIII. pronunciatum atque ex archiuis ſenatus oppidani in cauſa quapiam, quæ ad noſtram relationem iudicata fuit, productum vidimus.

Verum per longum iam tempus & vltra quadraginta aut quinquaginta annos curia noſtra in eiuſmodi caſibus aliter pronunciare conſueuit. Deprehendit enim extenſionem illam nimis crudelem & inhumanam eſſe, quoad legitimam [e], de qua neque expreſſè, neque tacitè aliquid in ſtatuto dictum, ſed quę in diſpoſitione iuris communis relicta fuit, atque alias ex omni parte fauorabilis eſt, ob rationes, quas Salicetus *in loco allegato* confert, atque recentiores plenius exornant. [f] Haud immeritò igitur modo dicta interpretatio præualuit, vt iuxta eam in memorata cauſa parlamētum menſe Ianuar. Anno 1574. pronunciaret. Quo arreſto † poſt magnum diuerſarum opinionum conflictum etiam hoc adiectum fuit, quod licet mater à ſucceſſione excludatur & legitimam ſaltem petere poſſit in bonis prædicta conſuetudine affectis, qualia eſſe cenſentur quæ in ipſo oppido Tholoſano ſita ſunt: eadem conſuetudo tamen eo porrigi nequeat, vt mater cōferre & imputare teneatur, quæ per ſucceſſionem aliundè acquiſiuit: ſeu bona conſuetudini illi non obnoxia, ſed iuris communis diſpoſitioni relicta, veluti, quæ extra oppidum & iuriſdictionem Tholoſatum ſita ſunt. In qua controuerſia circumſtantiæ temporis maximè notandę erant, tum propter hominum malitiam tum ob formulas ordinarias, quæ in teſtamentis potius ex ſtylo & conſuetudine notariorum (quorum ignorantia, vt Baldus alibi dicebat, totus mundus perit) quam iuſta voluntate diſponentium apponi ſolent. Duo itaque potiſſimum dubia in ſpecie facti illius, quam hic ſubijciemus, curiæ mota fuerunt. Caſp. de Bouſignac, ciuis Tholoſanus, duos liberos, ex vxore Aſtrugue Barbete habens, 22. Iunij Anno 1573. teſtamentum condit, & in eo heredes vniuerſales dictos liberos ſuos Antonium & Raymondum heredes inſtituit, eóſque ſibi inuicem ſubſtituit, atque ſi ſine liberis decederent, iiſdem Antoinette Bouſinague vel eius prædefunctæ liberos ſuccedere voluit. Eo etiam caſu, quo ſubſtitutio ad effectum perueniret, vxori ſuæ Barbete vltra ſeptingentas libras Turonenſes, quas ei antea tam pro augmento dotis quā pro compenſatione gratorum ſeruitiorum ſibi ab ea exhibitorū legarat, ducentas adhuc libras Turonenſes præſtari voluit. Cūque in voluntate ita deceſſiſſet, euenit, vt ambo filij in pupillari ætate morerentur, eorundémque mater Barbete denuò Ioanni l'Alies ciui Tholoſano nuberet, & tandē etiam Antoinette Bouſiniague duos itidem liberos Franciſcum & Ioannem de Faure relinquens diem ſuum obiret.

Litem itaque coram Seneſcallo Tholoſano aut eius vices gerente dicta Barbete mouet, dum trientem vniuerſorum & ſingulorum bonorum, quæ primus maritus reliquerat, atque poſt eius obitum ad liberos in impuberi ætate mortuos peruenerant & præterea legatum ducentarū librarum Turonenſium in caſum ſubſtitutionis

(qui

(qui iam euenerat) relictum petit. Verum eam haud audiri debere defenſores, ſeu dicti Faures, contendunt, tum propter dictum ſtatutum aut conſuetudinem [f] Tholoſanam (iuxta quam bona decedentium ab inteſtato nō habētium patres remanent & deuoluuntur propinquiori ſeu propinquioribus illius perſonæ defunctæ in gradu parētelæ ex parte patris, qui ſi ſuperſit tempore mortis illius ſuccedit & ei bona remanent & deuoluuntur) tum propter ſubſtitutionem in dicto teſtamento comprehenſam, † quæ, cùm compendioſa ſit, comprehendere ſub ſe & includere cenſeatur pupillarem partim expreſſam & partim tacitam; qua etiam ceſſante nihilominus conſuetudo illa inſtar iuris communis matrem à ſucceſſione atque ipſa legitima excludere debeat. Ad quæ à dicta Barbete replicabatur, quod neque conſuetudo neque prætenſa ſubſtitutio pupillaris legitimæ præiudicare poſſit, quemadmodum illa multis curiæ noſtræ præiudiciis demonſtrare conabatur. At dicti Faures, quibus curatores ad litem adiuncti fuerant priorem defenſionem vrgentes & ipſi præiudicia ac arreſta pro ſe allegabant, illud quoque adijcientes, quod in omnem euentum dictæ Barbete accipienti legatum ſeptingentarum librarum Turonenſium à marito pro dotis augmento & compenſationi gratorum beneficiorum relicti ſatisfacta iam fuiſſet, quodq; prætenſæ legitimæ loco non niſi tertiam illa petere poſſit: vtpote cum liberis legitimæ loco bonorum paternorum triens ſaltem debitus fuerit: ita tamen vt legatum quoque ducentarum librarum in caſum euenientis ſubſtitutionis illa imputare teneretur. Cùm ergo per appellationem de Faures cauſa illa ad parlamentum deuoluta decidi deberet, de eo potiſſimum diſceptatum fuit, quanta hoc in caſu legitima eſſe deberet? Nam quoad alterum pro indubitato habebatur, ſubſtitutionem pupillarem † comprehenſam ſub compendioſa expreſſè verbis generalibus & tacitè, vt dicitur verbis ſpecialibus non admitti contra matrem in legitima & aperta ea de re curiæ noſtræ præiudicia extabant, quæ cùm eorundem rationibus & fundamentis alibi referemus. Similiter quoq; dubium haud erat matri, ſtatuto Thol. non obſtante, ob recentiora curiæ præiudicia ex bonis prædefunctorum liberorum legitimam deberi. At de eius quantitate ſaltem controuerſia erat, cùm eam nonnulli tertiam partem trientis, alij verò trientem totius aſſis eſſe dicerent. Et priorum quidem opinio veroſimilis admodum videbatur, cum dictorum duorum liberorum bona (de quibus etiam tanquā ex ſucceſſione patris profectis, ſi ad iuſtam ætatem perueniſſent, teſtari licitè potuiſſent) ſaltem in eorum legitimis, quæ triens erant, conſiſtebant. De reliquo enim beſſe ſeu reliqua ſubſtantia ſua pater pro libitu teſtari poterat, quemadmodum etiam teſtatus fuerat, & quidem ita, vt vxori quoque legatum relinqueret, quo vtique contentam eſſe eam oportet, vt nec legitimam neque quicquam amplius petere poſſit.

Et certè dum trientem petit, non tam legitimā ex bonis prędefunctorum filiorum, quàm vniuerſam eorundem ſubſtantiam petere cenſetur. Quā etiam ob cauſam potiſſimum nonnulli interpretes iuris tradiderunt in hac ſpecie tertiam tertiæ adiudicandam matri eſſe. [g] Alij verò Dd. exiſtimant, quod licet per ipſam quoq; pupillarem expreſſam mater ex iuris diſpoſitione haud à legitima excludatur, & multo minus per conſcientiam excludi poſſit: tamen legitima capi à matre debeat ſaltem ex bonis, quæ impuberum liberorum fuerunt, antequam iis à patre pupillariter ſubſtitueretur, non verò ex bonis ipſius patris teſtatoris, in quibus etiam vnitis confuſis & in vnum veluti patrimonium per aditionem & recognitionem hereditatis a liberis factam redactis teſtatoris voluntatem ſinceſtè obſeruari, iuſtum & æquū putant. Vnde ij etiam ſuadent, vt matres in eiuſmodi caſu literas ſeparationis bonorū impetrent, quæ eo facilius recipi & admitti debeant, quod ſummo fauore & charitate naturali, iuuentur. Verum, aliis dominis ſenatoribus rem penitius examinātibus viſum fuit, ſeparationem bonorum ſeu diſtinctionem patrimoniorum cōmodè hoc in caſu fieri non poſſe. Nam vniuerſa & ſingula bona defuncti patris confuſi & quoad perſonam liberorum velut vnita fuerant; atq, ſic paterna eſſe mutatione perſonæ iam deſierant [h] adeò vt neque nomen permaneat, ſed aliis rebus confundantur & ſimilem fortunam recipiant quemadmodum [i] & cæteræ res eorum, quæ ad vnum congregantur ex omnibus patrimonium. Cùm ergo conſtet patrem per pupillarem ſub compendioſa comprehenſam [k] teſtamētum liberis impuberibus condidiſſe, eiuſque vigore matrem illis ſucceſſiſſe, fruſtra ad diuiſionem patrimoniorum recurritur, quę in perſona eorum, quibus ſucceditur, iam vnita fuerunt, quæque

ita vnita maſſam vniuerſalem bonorum, quę impuberes habuerunt, faciunt, ex quibus bonis omnibus matri legitima debetur, quæ tertiam bonorũ defuncti patris partem conſtituit.

Tandem quod legatum ducentarum librarum attinet, merito iuxta petitionẽ de Faures à matre in legitimam illud imputãdũ eſſe videbatur. Hoc enim ſubſtituta ſicque heres vniuerſalis ex teſtamento filiorum moribus à patre facto & ex eorũ ſubſtantia matri præſtare iuſſa & grauata fuerat. Quæ autem ex bonis & propria ſubſtantia liberorum capiuntur à matre in legitimam imputari debere rectè à DD. traditur. Iſtáque imputatio etiam eo magis hic fieri debet, quod legatum illud in compenſationem legitimæ tanquam debiti neceſſarij & ineuitabilis, relictum videatur. [l] Tota itaq; hæc controuerſia in prima claſſe inquiſitionum per arreſtum XV. Iunij Anno M.D.LXXVI, prolatum, ita definita fuit; vt curia appellationem illúdque, vnde appellatum fuerat caſſaret, [m] & retenta cauſa principali dictæ Barbete adiudicaret trientem omnium eorum bonorum, [n] quæ tempore obitus liberorum impuberum ad eos pertinuerant, & tam ex teſtamento patris quàm aliunde peruenerant: ita tamen vt legatum illud ducentarum librarum imputare deberet. [o]

ADDITIONES.

[a] *Lib.20.noct. Attic.cap.1.* [b] *Epiſt.5.ad Marcel.* Vnde etiã omne ferè ius mutationi illi obnoxium redditur. Sanè ius naturale eſt immutabile, §. *ſed & naturalia. Inſt. de I. N. G. & C. c. in de conſuetu.* nec vlla humana lege vel ſtatuto tolli poteſt, Camillus Borellus *conſ.49. num.63.* Præclarè enim Cicero *lib.3. de Republ.* ait: *huic legi nec abrogari fas eſt, derogari ex ea aliquid licet, nec tota abrogari poteſt: nec verò aut per ſenatum, aut per populũ ſolui hac lege poſſumus: nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia poſthac; ſed omnes gentes & omni tempore vna lex, & ſempiterna & immutabilis continebit.* Quæ verba Ciceronis (cuius *libri de Republ.* præter fragmentum illud, quod ſomnium Scipionis vocatur, hodiè non extãt) refert Lact. Firm. *libr.6. de verò cult. Dei capit.8.* prout cum allegat Couarru. *part.2. de matrimon. c.9. num. 9.* Dionyſius item tyrannus reſpondit. auctore Plutarcho *in vita Solonis*, ciuitatis leges, abrogari, naturæ verò leges nullo modo tolli poſſe. [c] Verum hæ & ſimiles de iuris naturalis immutabilitate diſſertationes accipi debent de ipſis iuris naturalis principiis.

Hæc enim perpetuò firma manent, ſed cætera, quæ ex iis deducuntur, interdum mutationi ob æquitatem & cauſam id ipſa deciſione allegatam obnoxia fiunt. Quare ius naturale in theſi quidem & quoad totum immutabile eſt, in hypotheſi verò quoad hanc vel illam circumſtantiam vtilitate Reipublicæ ita ſuadente ſæpius mutari ſolet. Illud ipſum enim ius ciuile eſt, quod neque in totum à naturali vel gentium iure recedit, neque per omnia ei ſeruit. *l.6. de iuſt. & iur.* Sic ab initio omnibus hominibus naturali iure libertas competebat, & nullus ſeruus naſcebatur, idque ab omnibus æquè comprobabatur: poſtea verò interceſſit alia ratio, ob quam vtilitate Reipublicæ flagitante ius naturale quoad hypotheſin hanc mutatum fuit, & ſeruitus introducta vt victi potius victori ſeruarentur, quàm perirent. Idem quoque vſucapiones aliáque multa docent, quæ iuri naturali aduerſa pro vtilitate Reipublicæ ius ciuile introduxit. Atque eo etiam referri poſſe videtur illud Vlpiani *in l.24. de ſtat. hom.* dum inquit: *Lex naturæ hæc eſt, vt qui naſcitur ſine legitimo matrimonio matrem ſequatur, niſi lex ſpecialis aliud inducit.* Imò diuinum etiam ius, quod perpetuam prohibitionem non habet, humanis ſanctionibus pro Reipubl. vtilitate arctari poſſe docent DD. *in l. omnes populi, de iuſt. & iur.* Rovz. *deciſ.5. numer. 223.* prout cum allegat Andr. Knichen *de Sax. non prou. iur. verb. Decum. c.5. n.185.* & quod princeps leges diuinas ex cauſa vtilitatis publicæ vel aliter reſtringere ac limitare poſſit, docet Felinus, *in capit. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut.* atque quod ſtatutum vel cõſuetudo reſtringens ius diuinum ex legitima cauſa valeat, tradit Rochus Curt. *in cap. cùm tanto, ſect. 1. numer.19. extr. de conſuetud.* Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap.10. num. 74. & ſeqq. argum. c. non debet. de conſanguin. & affin.* Multo magis ergo princeps ex cauſa rationabili contra ea, quæ iure naturali ſeu gentium conſtituta ſunt, ſtatuendi facultatem habebit. *l. final.* vbi gl. & DD. *C. ſi contr. ius vel vtil. publ. l. fin. C. de iuriſ. dom. impetr.* Riminald. *conſ.35. n.15.* Hieron. à Laurentiis *deciſ.117. n.1.* Breuiter licuit licebitq; ſemper iuris naturalis æquitatem communibus & publicis neceſſitatibus ad modũ conuenientẽ attẽperare, Heig. *part.1. q.15. n.38.* Haud tamẽ mutatio iuris præſumi ſolet, Menoc. *de præſum. li.6. præſ.27. & 28.* Sed veluti odioſa & maximè vitanda.

vitanda, Seraphin. *in tract. de priuil. iuram. priuileg. 3. nu. 23.* Zaſ. *conſ. 4. à nu. 8. vſque nu. 11. lib. 1.* Crauetta *conſ. 70. num. 8.* Schrader *in tract. feud. part. 10. ſect. 20. nume. 110. & ſeq.* Munnoz. de Eſcobar. *de ratiocin. adminiſtr. c. 4. n. 12.* per tacitos atque ſubauditos intellectus induci nequit. gl. *in c. cupiẽtes, §. quod ſi per viginti. de elect. in 6. c. ad audientiam, decim.* Monoch. *de arbitr. iud. qu. cent. 6. cas ſor. 36.* Nam leges ſcriptæ & ſolemniter promulgatæ ſiue generales, ſiue ſpeciales ſint, ſemper in viridi cenſentur eſſe obſeruantia donec per contrariam legem vel conſuetudinem abrogatæ probentur *arg. d. l. Arriani,* vbi Salicet. & DD. communiter, Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 10. nu. 108.* Camil. Borel. *conſ. 12. n. 26.* cũ eas publicè promulgatas nemo ignorare debeat DD. *in Nou. 5. c. 9. §. hac igitur omnia.* Vnde etiam rectè dicitur, quod contra imperij cõſtitutiones, ſtatus diuerſam obſeruantiam allegare atque contendere nequeant, quod aliud in ſuis ditionibus, quàm conſtitutum eſt, receperint, & obſeruare ſoleant; Siquidem ij ad obſeruantiam imperij conſtitutionum, velut ex contractu obligati ſunt, cui per diuerſam obſeruantiam contrauenire nequeunt Auctor *Praiud. Cam.* ſub tit. *annui reditus verſic. non obſtat.* Sanè, ſi leges dubiæ ſint, rectè ex obſeruantia interpretationem recipient, vtpote quæ optimè declarat, quod à principio actum eſt, *l. ſi de interpretatione, de L. L. c. cum dilectis, de conſuet.* Decius *conſ. 48. col. 1. poſt med.* Hardevvig à Daſſel *conſ. 3. num. 39. verſ. vltimo deniq; lib. 1.* atque alias etiam ambiguæ voluntatis, conuentionis, & inueſtiturarum fidiſſima & falli neſcia interpres eſt, *l. ſed Iulianus. §. proinde ad Macedon. cum ſequ.* Dn. Andr. Knich. *de veſtitur. pact. part. 1. c. 1. nu. 174.* Vnde etiam ſemper ſpectandum eſt, quid vltimo obſeruatum fuerit *l. Mela. 14. §. ſed ſi alimenta l. ſcio §. 1. & fin. de alim. & cibar. legat.* Knich. *de Sax. non prouoc. iur. verb. ducum cap. 3. n. 339.* A D. [c] *in c. Raynutius, ſuper verb. & vxorem nomine Adelaſiam, n. 45. vſque ad 63.* [d] *in auth. nouiſſima, C. de inof. teſtam.* [e] VVeſenb. *conſ. 24.* Ferronus *ad conſuet. Burdegalenſes §. 20. de teſtam.* [f] *in lib. conſuet. Tholoſ. tit. de ſucceſſ. ab inteſt.* [g] Lancel. Polit. *in tract. ſubſtit.* [h] Coraſius *in l. precibus, n. 29. cum ſequ. C. de impub. & al. ſub.* [i] *arg. l. ſi filius, qui patri, de vulgar.* [k] *l. Paulus per procuratorem, de acquir. her.* [l] *l. fin. in fin. C. de inoff. teſtam.* [m] *l. patris & filij, de vulg.* iunct. *l. qui ita, §. qui filio, de bonpoſſ. ſecund. tab.* [n] Barto. Imola *in l. in quartam, ad l. Falcid.* ex vulgari, §. *repletionem, l. Scimus, & auth. nouiſſima C. de inoff. teſt.* [o] *argum. l. ſi cùm dotem, § ſi pater, ſolut. matrim. auth. præterea, C. vnde vir. & vxor.*

DECISIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Idem alio quoque parlamenti Tholoſani arreſto iudicatum fuit.*

CVm etiam ſimilis controuerſia † quoad quantitem legitimæ matri ex bonis liberorum in impuberi ætate mortuorum debitæ poſtea oborta fuiſſet in cauſa appellationis à Seneſc. de Carcaſſonne eiuſque vices gerente per Ioannam & Franciſcam Martinies contra Ioannem Fornier interpoſitæ arreſto curiæ noſtræ in ſecũda claſſe inquiſitionum 28. Iunij Anno 1586. idem planè relatore domino de Cyron eodémque fortiter reclamante iudicatum fuit. 1

DECISIO LXXXVI.

ARGVMENTVM.

Matris legitima eſt triens portionis illius, quam ab inteſtato filio ſuccedens habitura fuiſſet.

SVMMARIA.

1 *Matrem defuncto filio cum quatuor ſuperſtitibus filiis ſuccedentem, quintam partem bonorum extra territorium Tholoſanum ſitorum & trientẽ quintæ, tanquam legitimam, quoad bona in illo territorio ſita habere debere iudicatum fuit.*

2 *Matris ab ea ſententia appellantis rationes.*

3 *Rationes contrariæ fratrum defuncti germanorum, appellatorum.*

4 *Portio ab inteſtato debita legitimam ampliorem & minorem reddere ſolet.*

1 PRæiudicia, quorum modo † ſtatuti vel conſuetudinis Tholoſanæ ratione, mentionẽ fecimus occaſionem nobis præbent, vt hic aliam quoq; controuerſiam à curia noſtra definitã recenſeamus. Ciuis quidam Tholoſanus, Baraſſis ab inteſtato decedens, matrẽ & quatuor poſt ſe fratres germanos reliquerat. Hi cum matre cõmuni de legitimæ quantitate diſceptare cœperũt. mater enim legitimæ loco tertiam vniuerſorũ & ſingulorũ defuncti filij bonorũ, quę in territorio Tholoſano (quod noſtrates *le gardiage* appellitãt) ſita, ſicq; prędicta conſue-

tudine affecti eſſent, & reliquorũ bonorũ,
quę extra territoriũ illud reliquiſſet, quintã
partem petebat. At eiuſdem filij, ſeu fratres
defuncti contendebant illam prædicto ſta-
tuto ſeu conſuetudine planè excluſam eſſe
aut ſi excluſa nõ eſſet, quoad bona in Thol.
territorio ſita eam nihil amplius legitimæ
loco prætendere poſſe niſi tertiam quintæ
illius, quam ab inteſtato ſuccedens in reli-
quis bonis accepiſſet, quam etiam ſe præ-
ſtaturos eſſe offerebant. Cúmque contro-
uerſiam illam amicabiliter componi vel-
lent, in arbitros compromiſerunt, quorum
laudo ita definitum fuit, vt quinta bonorũ
extra territorium Tholoſanum ſitorũ pars
& in reliquis in eodem ſitis legitima quam
tertiam quintę eſſe declarant, matri adiudi-
caretur. Ab ea ſententia mater ad parlamẽ-
tum Thol. appellauit. Et quidẽ iuſtam ap-
2 pellanti † cauſam prima fronte habere vi-
debatur. Cùm enim prædicto ſtatuto non
obſtante matri ex prædefuncti filij bonis,
quæ in territorio Tholoſano ſita ſunt, ob
præiudicia in prioribus deciſionibus addu-
cta, legitima debeatur; ideò eius quantitas
minui non poteſt ob portionem, quam illa
iure communi & ab inteſtato cum ſuper-
ſtitibus filiis ſuccedens ex aliis defuncti fi-
lij bonis, extra territorium illud ſitis capit.
Conſtat autem legitimam hoc in caſu triẽ-
tem eſſe vniuerſorum bonorum, quæ de-
functus filius habuit [a] Etſi enim olim qua-
drans ſaltem erat [b] tamen iure nouo ita
aucta fuit, vt pro diuerſo numero eorum,
qui legitimam capiunt, modò triens, mo-
dò ſemis ſit. Quæ quantitas, ſi legitimæ lo-
co relicta non ſit querela inofficioſi teſta-
menti locum habet. [c] Atque haud mi-
nus, ad patrem. matrem alióſque aſcenden-
tes quàm liberos, vel deſcendentes aug-
mentum illud pertinet, adeo vt illud nulla
ratione minui aut alterari queat. Nec ob-
ſtant quod nonnulli in contrarium addu-
cere voluerunt [d] multóque minus reſtri-
ctio Iuliani officit [e] qui ſaltem deſcenden-
tibus querelám inofficioſi teſtamenti con-
cedere videtur. Quare ſi hoc in caſu legiti-
mæ matri debitæ ad quintam eorum, quæ
ex bonis extra territorium Tholoſanũm
ſitis, capit, reductio fieret, tum iura illa ſine
vlla cauſa diuiderentur [f] atque in odium
matris detorqueretur, quod in eius fauo-
rem introductum fuit. [g] Ea item ratione
per indirectum legitima tolleretur, quæ
recta tolli non poterat, ciúſque quantitas
3 † incerta redderetur, imò propter ma-
gnum fratrum & ſororum cum aſcenden-
tibus in ſucceſſione concurrentium nume-
rum nonnunquam planè annihilaretur;
cum tamen Iuſtinianus [h] legitimæ quanti-
tatem ſemper certam, nempe trientem vel
ſemiſſem omnium defuncti bonorum eſſe
voluerit tam quoad liberos ſeu deſcenden-
tes, quàm vt dictum eſt, quoad ipſos etiam
aſcendentes. Turbato enim mortalitatis
ordine non minus piè parentibus, quàm li-
beris relinqui debet, quemadmodum alibi
Vlpianus inquit. [i] Propter commiſeratio-
nem ſiquidem, vt eorum dolor & luctus
quodammodo leuaretur lex introduxit, vt
quoddam ex defuncti bonis & ſucceſſione
ſolatium percipere poſſent. [k] Verum hiſce
non obſtantibus è contrario conſideraba-
tur, quod lex duodecim tabularum agna-
tos proximos tantum vocans, matrem pla-
nè excluſerit [l] cúmque prætor poſt agna-
tos demum admiſerit; donec tandem
poſt plures leges & conſtitutiónes Impe-
riales eo nomine promulgatis Iuſtinianus
ſanciret eam liberis ab inteſtato ſuccedere
poſſe ſublato primum iure trium aut qua-
tuor liberorum. Qua Iuſtiniani conſtitu-
tione etiam hoc cauetur, quod defuncto ſi-
ne liberis, filio, parentes, ſi ſoli ſint, ſalua
gradus ſui prærogatiua, ſi in pari gradu
ſint, pariter ſuccedere; ſed ſi cum parenti-
bus fratres & ſorores defuncto vtrinque
coniuncti ſuperſint, vocari cum aſcenden-
tibus gradu proximis debeant, ita vt viriles
portiones fiant excluſa prorſus omni diffe-
rentia ſextus & patriæ poteſtatis [m] qua cõ-
ſtitutione patet, quod cum aſcendentibus
fratres & ſorores ad ſucceſſionem nonnun-
quam vocentur [n] quibus alias nulla omni-
no legitima debebatur, niſi per accidens
nempe, cùm nullus amplius aſcendentium
ſuperſtes & turpis perſona à fratre inſti-
tuta

ADDITIONES.

[a] *§. fin. de inoffi. teſtam. §. 1. de trient. & ſemiſſ in auth. de nupt.* Plinius *libro quinto, epiſt. 1.* [b] *d. § 1. de trient. & ſemiſ.* Nou. 18. [c] *l. ſi is qui, in pr. de inoffi. teſtam.* [d] Coraſ. *in l. filium, quem habentem, in tractat. legitima. numero octauo, C. fam. erciſcund.* Claudius Battandier *in tract. legitima art. 4. numero trigeſimoprimo,* [e] *in nouell. Iuliani anteceſſoris conſt. 34.* [f] contra *l. eum, qui ædes, de vſucap.* [g] contra *l. quod fauore, C. de LL.* [h] *d. §. 1. de trient. & ſemiſſ.* [i] *l. nam etſi, de inoffic. teſt.* [k] *argument. l. iure ſuccurſum. de iur. dot.* [l] *l. pronunciatio. §. fin. de V. S.* [m] [n] *l. fi. C. ad S.C. Tertullian. §. 1. Inſt. eod.*

ruta eſſet. [a] Vt autem quantitas legitimæ ſciri poſſit ad illud, quod ab inteſtato capitur, ſeu debetur, recurri oportet. Eius enim portio quæpiam legitima eſſe cenſetur, & quidem olim indiſtinctè quarta erat, hodie verò ſi plures quàm quatuor liberi ſint, ſemis, ſi verò pauciores ſint, triens eſt. Quoad matrem verò legitima non præciſè definiri ſeu taxari poteſt, ſed ad numerum eorũ, qui ſimul cum ea ſuccedunt, omnino reſpici oportet. Vnde etiam eadem alibi pars cõſtituta vocatur. Cæterum alias ſi ad ſucceſſionem ab inteſtato alij non veniant quam ij, qui legitimam, ſi teſtamentum validè factum fuiſſet, petere potuiſſent: ſiue ad maſſam vniuerſorum defuncti bonorũ, ſiue ad ſucceſſionem ab inteſtato reſpiciatur, portiones illius ſine vlla distinctione ſemper pares & æquales erunt. Quod Imperator Iuſtinianus in inſtitutionibus ſuis [b] hiſce verbis innuere voluiſſe videtur: vt quibus agere de inofficioſo teſtamento permittitur, vna quarta dari poſſit pro rata eis diſtribuenda; nempe vt de inofficioſo teſtamento agere non poſſint. Vnde recentiores [c] exiſtimarunt eam portionem, quæ querelam excludit, eo dici legitimam, quia ſit Falcidia, hoc eſt, quarta portionis ab inteſtato contingentis. Sic item ab ipſo Iuſtiniano illa appellatur. [d] Atque ex his ſatis colligitur, cùm dicta mater de Baraſſis defuncto filio, cum eiuſdem ſuperſtitibus quatuor fratribus & ſororibus germanis, quoad bona extra territorium Tholoſanũ ſita, ita ſucceſſerit vt factis totius hereditatis quinque partibus quilibet vnam acceperit; quod illa ampliorem legitimam ratione bonorum in ipſo territorio ſitorum, quam trientem quintæ, petere, haud poſſit.

4 [e] Portio enim † ab inteſtato debita auget & minuit legitimam; adeò vt illa mutata, aucta & deminuta, hæc quoque mutari augeri vel diminui ſoleat. [f] Tandem prædictis & hoc adiici poteſt, quod, ſi alia ſæpius memorati ſtatuti Tholoſani interpretatio fieret; tum illud, quod ad vnum finem & diminutionem iurium matris, ſeu eiuſdem excluſionem ob proximos agnatos introductum eſſet, ad finem planè contrarium, nempe augmentationem iurium matris, eiuſdem vocationem, & odium atque præiudicium agnatorum contra omnem rationem detorqueretur. Quod ſanè perquàm abſurdum foret. Quare curia noſtra per arreſtum ſuum à domino præſide Bertrando XIII. Septem. Anno M. D. LXXXIV. pronunciatum appellationem matris à ſententia arbitrorum interpoſitam caſſans ordinauit, vt compenſatis expenſis illud, vnde appellatũ fuerat, effectum ſortiri deberet.

ADDITIONES.

[a] *l. 1. C. de iur. liber ſublat. l. Paconius, ibi, conſtituta partis, ſi à parent. quis manum.* [b] Fernandus ad *l. in quartam, ad leg. Falcid.* [c] *§. fin. Inſt. de inoffic. teſt.* [d] Goueanus *lib. 2. var. lect. ca. 1.* [e] *l. quæ nuper, C. de inoffic. teſt.* [f] *arg. l. 3 §. qui fideicommiſſariam. de hered. inſtit.*

DECISIO LXXXVII.

ARGVMENTVM.

Mariti ab inteſtato ſuccedenti legitima non debetur.

SVMMARIVM.

1 *Mater filio ab inteſtato ſuccedens legitimam petere nequit, ſed portionem lege delatam accipere debet.*

ALia quoque controuerſia legitimæ nomine per appellationem ad parlamentum noſtrum deuoluta fuit. Quidam enim, Bartholom. Herail, filius Ioannis Herail, ſine teſtamento decedens matrẽ Guillemette Andriue, fratrẽ germanum, & duas ſorores, Iſabellam & Margaritham, Herail, ex vtroque latere ſibi coniunctas poſt ſe reliquerat. Mater legitimam ſeu trientem † vniuerſorum & ſingulorũ defuncti filij 1 bonorum petiit. At ſuperſtites liberi exceperunt ei ex defuncti bonis haud maiorem portionem quam ſibi nempe quartam, aut ſi legitimã accipere mallet, trientẽ quartæ deberi iuxta præiudicia, quæ in deciſione proximè præcedenti allata fuerunt. Hæc igitur controuerſia cũ ad noſtram relationem a parlamento definiri deberet, minimè dubitabatur quãtitatem legitimæ iuxta portionem ab inteſtato debitã, æſtimandam eſſe, ſi caſus, vt de illa quæreretur, eueniret. Verum in illa hypotheſi ſcopus quæſtionis ſaltẽ in eo conſiſtebat, nunquid Andriua mater, omiſſa cauſa inteſtati legitimã ſibi debitã petere poſſet, neglecta virili portione, in qua cum fratribus & ſororibus defuncti ab inteſtato vocabatur? Et quidem pro affirmatiuã facere videbatur, quod quãuis dicatur remedium extraordinarium cũ ordinario concurrere non poſſe, tamen illud limitetur, ſi extraordinariũ ordinario pinguius ſit. Deinde etiam conſtitutio [a]

ADDITIO.

[a] *d. auth. defuncte, C. ad Tertull.*

fratres & ſorores ex vtroque latere coniunctos ad ſucceſſionem ab inteſtato cum matre vocans ius illud non corrigit, quo matri totius ſubſtantiæ triens tribuitur. [a] Verum iis haud obſtantibus iudicatum fuit matrem legitimam petere haud poſſe, ſed contentam eſſe debere portione, quæ ab ipſa lege aſſignaretur pro numero perſonarum vocatarum, veluti fratris duarum ſororum germanarum. [b] Qui enim totum habet, fruſtra eius portionem petit. At mater filio defuncto cum tribus liberis ſuperſtitibus ſuccedens totum habet illud, quod ab inteſtato ſuccedens totum habet illud, quod ab inteſtato debetur, ſi quartam accipiat. Quare eius portionem ſiuo legitimam iure petere non poteſt. Deinde etiamſi legitimam petere vellet; tamen ob rationes antea adductas haud maior, quàm triẽs quartæ illius deberetur, quàm ab inteſtato cum defuncti germanis fratribus & ſororibus ſuccedens habitura eſſet. Quibus & hoc accedit, quod, ficto teſtamento ſi minus legitima defunctus filius reliquiſſet eóque legato mater non contenta legitimæ ſupplementum petiiſſet, neceſſariò ad quartam illam, quæ ab inteſtato cum defuncti fratre & ſororibus ſuccedenti debebatur reſpici debuiſſet.

Etſi enim eo caſu, quo teſtamentum factum eſt, eiuſmodi perſonæ ius ſuccedendi non habent: tamen quoad computationem legitimæ, partem adhuc faciunt. [c] Opinio ſiquidem Baldi hoc in caſu prævaluit [d] cõtra Albericum [e] Iacobum Butrigarium, Oldradum [f] & alios, adeò vt in computatione illa fratrum & ſororum, quę ob teſtamẽtum validum & firmum, nullam ex bonis defuncti fratris partem ab inteſtato capere poſſunt, nihilominus ratio habeatur, & portiones perinde conſiderentur, ac ſi ſucceſſio ab inteſtato ad eos deuoluta fuiſſet. Sicque fieri poteſt iuxta Baldi notationem, [g] vt, ſi defunctus plurimos eiuſmodi fratres & ſorores reliquerit, legitima ad exiguam admodum portionem atque ad nihilum ferè redigatur; & econtra ampla admodum illa conſtituatur, ſi numerus relictorum fratrum exiguus ſit: vt ita res tota ab incerto euentu dependeat. [h] Quare etiã curia Tholoſana arreſto ſuo menſe Iunio Anno 1578. ad noſtram relationem prolato matri quartam partem ab inteſtato in bonis defuncti filij & reliquas tres fratri ac duobus ſororibus adiudicauit, ſicque eas à matris legitimam prætendentis petitione compenſatis expenſis abſoluit. [i]

ADDITIONES.

[a] *auth. nouiſſima, §. 1. de triente & ſemiſſe in Nou.* & ibi communiter DD. [b] *arg. l. ſiue ingenua, §. ſed ſi quis, ad Tertull.* [c] *l. ſanè §. ſi duobus, de legat. 1.* Baldus *in auth. nouiſſima, in fin. C. de inoffic. teſt. & in d. §. ſi duobus* [d] *in l. pater filium, num. 14. de inoffic. teſta.* Craſſus *in tract. de ſucc. ab inteſtat. qu. 8.* [e] *argum. l. omnimodo, ad princ. C. de inoffic. teſt.* Alexander, Baldus *in d. §. ſi duobus,* [f] *conſ. 123.* vbi verba Alberici tranſcripſit. [g] Accurſius *in l. Papinianus, §. vnde ſi quis, de inoff. teſt.* Socin. iun. *conſ. 67. n. 61. vol. 2.* [h] *in d. §. ſi duobus* [i] *l. de fideicommiſſ. C. de tranſ* Fernandus *ad d. l. in quartam.*

DECISIO LXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Maritus, cui lucrum dotis ſtatuto defertur, ſocru ſua legitimam petente potior eſt.

SVMMARIA.

1 *Maritus poſt obitum vxoris ſuperſtes iuxta mores Tholoſanos dotem lucratur & ſocrum ex defuncta filia bonis legitimam petentem excludit.*

2 *Rationes & fundamenta in contrarium pro ſocru adducta.*

3 *Reſpondetur ad prædictas rationes, aliaq; afferuntur, quæ pro marito aut eius ſucceſſoribus & creditoribus contra ſocrum militant.*

4 *Arreſtum pro marito & eius creditoribus contra ſocrum prolatum.*

ALio item ſtatuto, ſeu conſuetudine Tholoſana, receptum eſt, vt maritus † 1 poſt obitum vxoris ſine liberis decedentis integram dotem, & econtra vxor marito mortuo ſuperſtes augmentum quoad mediã dotis partẽ lucrari debeat; niſi aliud pactis dotalibus cautũ fuerit. Itẽ quoque obſeruatur, ſi alij extra iuriſdictionem oppidi Tholoſani matrimonium iuxta prædictam conſuetudinem cõtraxerint. Euenit igitur, vt quidam in oppido Tholoſano iuxta mores illos vxorem duceret, quæ poſt obitum patris teſtamentũ cõdit, in quo maritu heredem vniuerſalem inſtituit, & matri, quæ adhuc in viuis erat, exiguum quoddam legatũ relinquit. Vxore mortua: bona mariti in diſtributionem generalem veniunt, ad poſtulationem creditorum, qui etiã in diſtributione illa dotem & bona vxoris cõprehendi petunt. Iis, bonorũ iſtorũ nomine

defunctę

defunctæ mater, legitimam ſuam, legato repudiato petens contradicit. Verum tam maritus quàm creditores excipiunt, quod illa in dote, tanquam lucro per ſtatutum ſuperſtiti coniugi delato, nihil iuris pretẽdere poſſit. Quæ controuerſia à Taboue & Fauchere contra Sacaley & alios mota, cũ ad parlamentum per appellationem deuoluta fuiſſet atque ad noſtram relationẽ, potiſſimum quoad capitulum illud legitimã concernens iudicari deberet, diuerſæ dominorum iudicum ſeu ſenatorum ſententiæ fuerunt. Nonnullis enim affirmatiua arridebat & matris legitimam petentis intentio iure fundata videbatur: alij verò pro negatiua contra matrem concludebant.

2 Et priores quidem † opinionem ſuam arreſtis ſeu prejudiciis firmabant, quorum in prioribus deciſionibus mentio facta eſt: præſertim, cum verbis generalibus ſtatutum vel alia diſpoſitio legitimam tollere non videatur, niſi ſpecialiter id notet & dicat ſe legitimam tollere.[a] Imò licet ſtatutum expreſſis & diſertis verbis legitimam tollere velit: tamẽ hoc facere nequit. Nam hoc per ipſam mulierem non poterat fieri per pactum aliquo modo. Ergo nec fieri potuit per ſtatutum,[b] cum ſtatutũ ſit tacitum pactum partium[c] & mulier curare debeat, ne incidat in caſum alienationis prohibitæ à iure communi[d] quandoquidem is dicatur damnum dare, qui damni præſtat occaſionem. Adducebatur item auctoritas Baldi, qui in terminis pro affirmatiua in conſiliis ſuis reſpondiſſe videtur.[e] Verum à reliquis dominis negatiuam

3 † & contrariam ſententiam defendentibus allegabatur,[f] quod dotis lucrum contemplatione mariti eſſet æs alienum mulieris & ideò detrahendum de hereditate & bonis vxoris & filiæ tanquam contractum obligatione legali ſeu ſtatutaria de neceſſitate, quod æs alienum videtur extitiſſe ordine intellectus iam ab initio conſtitutæ dotis à patre aut à matre. Contrahentes itẽ matrimoniũ Tholoſæ vel alibi, iuxta prædictam conſuetudinem, cenſentur illam inſtar legis de dote diſponentis exactè obſeruare neque ab ea in totum, vel quoad partem recedere voluiſſe. Et quia dotis conſtitutio valuit ipſo iure, illud quoque, quod ex ea contingit, valere ſeu ſeruari debet: eo quod permiſſo antecedenti videatur etiam actus inde conſequens, licet alias prohibitus, valere, præſertim cùm fœmina, quantũ in ea eſt, ſibi conſulat nubendo & dando[g] & aliquo modo hoc eius factum reprobari non poſſit, quamuis ex eo damnum alteri ex euentu inferatur. Porrò quod illa, quæ in contrarium afferebãtur, attinet, primo euidens inter duo illa ſtatuta differentia eſt: cum ipſa materia & diſpoſitio eorũ arguat, quod de caſibus planè diuerſis loquantur. Deinde argumentum à pacto ad ſtatutum ſaltem affirmatiuè[h] non verò negatiuè procedit, eo quod maior ſit poteſtas legiſlatoris ſtatuentis, quàm hominum priuatorum paciſcentium.[i] Vitioſè ergo infertur: Hæc res pacto fieri nequit. Ergo etiam ſtatuto fieri non poteſt, quemadmodum Bartolus alibi notauit.[k] Tandem ad illud, quod dicebatur legitimã ſtatuti tolli non poſſe, reſpondetur primo nonnullos contrarium aſſerere[l] quod legitima ſtatuto tolli queat, nempe ſtatuto facto ad correctionem iuris communis[m] & Ideò ſecundum ius commune interpretationem non recipiente. Deinde quod hoc non eſſet tollere legitimam, ſed prohibere, ne de certis bonis capiatur, quod per ſtatutum fieri poſſe multi tradunt.[n] Atque ſic pro negatiua V. Aprilis Anno M. D. XCIV. in Camera maiori concluſum & arreſtum reſeruatum fuit, † vt ſolẽniter antè feſtum 4
Paſchatos à Domino preſide du Faur (qui poſtea propter virtutem & merita ſua, integritatem item & eruditionem ſingularem, quam ex operibus, quę in publicam lucem edidit, apparentem exteri quoque mirantur, à rege in locum Dn. Durandi, primarii pręſidis ſuffectus fuit) pronunciaretur. Verum id propterea fieri non potuit, quod eo ipſo tempore, quo ſolemnis illa pronũciatio fieri debebat, nẽpe die Mercurij ante feſtum illud Paſchatos curiam deliberare oporteret, qua ratione fieri poſſet, vt rex, qui iã ante aliquot dies Pariſios venerat, legitimè pro ſummo principe recognoſceretur. Et

ADDITIONES.

[a] *l. ſi quando, §. fin. C. de inoffic. teſtam.* [b] *l. item quia. non impoſſibile, de pact.* [c] *l. codicillis. §. penult. de legat. 2. l. ſi ita quis, §. ex lege, de verb. obligat.* [d] *l. qui occidit, §. final.* & ibi gloſſ. & DD. *ad l. Aquil.* [e] Baldus *conſ* 273. [f] Aymon Crauetta *conſilio* 185. *numero* 12. [g] *l. 1. de auct. tut.* [h] *l. Proculus, l flumnum. §. fin. l. Trebatius, de damn. infect.* [i] Caſtrenſ. Iaſon & alij *in dd. ll.* [k] Paulus de Caſtro *conſilio* 193. [l] Paulus de Caſtro *d. conſilio* 193. *&* 345. Alciatus *in tract. præſumt. regul. 1. præ.* 8. Curtius iunior *in auth. præterea, numero decimo ſeptimo, C. vnde vir & vx.* [m] Bald. *in l. maximum C. de liber. præ.* Paul Caſtrenſ. *in l. fin. §. in computatione, C. de iur. deliber.* [n] Decius *conſ.* 19.

retur. Et quamuis maxima pars dominorum recognitionem illam fieri debere concluderet: tamen ea ob temporis infelicitatem aliquandiu dilata fuit; quemadmodum ea de re hiſtorici noſtri Gallici melius & plenius differere poſſunt.

DECISIO LXXXIX.

ARGVMENTVM.

Electio à reſtituere grauato facta ante tempus mortis reuocari poteſt.

SVMMARIA.

1 *Bona donata ad donatorem reuertuntur, ſi ante eum donatarius ſine liberis decedat.*

2 *Maritus grauatus, vt poſt obitum vxoris certa quadam bona vni ex communibus liberis reſtituat eadem inter plures liberos diuidere poteſt.*

3 *Electio ante tempus mortis facta mutari poteſt.*

4 *Arreſtum parlamenti Tholoſani.*

1 LIs mota & introducta fuit, † coram Seneſcallo de Rouergue, aut eius vices gerente inter Franciſc. Mary, notarium regium de Villefranche de Rouergue petitorem ex vna parte, & Ioann. Coſte, tanquam patrē filij Ioannis Coſte ex vxore ſua Margarita Canhac ſuſcepti: ex altera parte. Tota autem lis ſeu controuerſia in ſequentibus potiſſimum conſiſtebat: Nouelle Ramarde in teſtamento ſuo, quod producebatur, 6. Iulij An. 1564. heredes vniuerſales ex æquis partibus inſtituerat filiam ſuam Frāciſcam Pamayrolle, Ioan. Roque de Pariſot, vxorem; & neptis ſuæ Margarithæ Ramarde maritum, Ioannem Canhac Hoſte; ea tamen lege, vt dicta Franciſca poſt obitum ſemiſſem ſuum filio Antonio Roque, & dictus Canhac alterum ſemiſſem vxori Margarithæ, aut ea mortua, vni ex communibus relinquere deberet; Cùm igitur dictus Canhac ex teſtamento ſemiſſem omnium bonorum & vniuerſæ hæreditatis dictæ Nouelle Ramarde percepiſſet, 12. Aprilis Anno 1573. iſte vna cum vxore Margaritha filiæ Catharinæ quàm ex ea ſuſceperat dicto Franciſco Mary nubenti, in pactis dotalibus ſemiſſem vniuerſorum & ſingulorum bonorum ſuorum tam præſentium quàm futurorum, exceptis tamen iis, quæ in oppido Naiac haberent, fauore & contemplatione matrimonij donant, vſumfructum donatorum bonorum ſibi reſeruantes, cum clauſulis ordinariis & opponi ſolitis atque legitima donationis inſinuatione. Ex eo matrimonio conſummato natus fuit Hugo, filius naturalis & legitimus dicti Franciſci Mary & Catharinæ. Hugone adhuc viuo eius auia materna Margaritha deceſſit; cuius obitum mors Hugonis excepit, ſuperſtite adhuc auo materno defunctæ quondam Margarithæ Ramarde marito Iohanne Canhac, qui & ipſe poſtea diem ſuum obiit. quo mortuo Franciſcus Mary ſe filio Hugoni in vniuerſis & ſingulis bonis ſucceſſiſſe prætendens, vigore dictæ donationis Anno 1573. factæ in bonis donatis ſe manuteneri petiit contra Ioan. Coſte, tanquam patrem & legitimum adminiſtratorem filij Ioan. Coſte ex Margaritha Ioannis Canhac & Margarithæ Ramarde filia ſuſcepti. Hæc item bona donata Franciſc. conſiſtere dixit in ſemiſſe vniuerſorum & ſingulorum bonorum dictæ Nouelle Ramarde, in quo dictus Ioannes Canhac ſupradicta lege heres inſtitutus fuerat (quam etiam legem & reſtitutionis cōditionē à Socero per donationē filię Catharinæ ex Margaritha Ramardæ ſuſceptæ factam ſatis impletam & deinde bona ad communem filium Hugonem delata fuiſſe Franciſcus adiecit) in ſemiſſe dotis, quam Margaritha Ioanni Canhac attulerat, & tādem in ſemiſſe vniuerſorum & ſingulorum ipſius defuncti Ioannis Canhac bonorum, vtpote de quo expreſſè in inſtrumento dictæ donationis cautum eſſet. At Ioannes Coſte ſenior excepit, affinem ſuum Franciſcum Mary ideò audiri non debere, quod communis ſocer, Ioannes Canhac, qui poſt obitum Hugonis ſuperuixerat. 4. Februarij Anno 1584. teſtamentum condens in eo Franciſco Mary genero legatum duorum concluuium domus aliarúmque rerū quarundam reliquiſſet ea lege, vt nihil omnino iuris in bonis ſuis amplius prætendere deberet, atque nepotem ex filia Margaritha Ioan. Coſte iuniorem vniuerſalem heredē inſtituiſſet, tandémque 9. die eiuſdem menſis & anni Codicillis relictum illud legatū confirmaſſet & auxiſſet: vt ideò Franciſc. poſt factam legati agnitionem cōtra prohibitionem teſtamento factam nihil iuris in ſoceri bonis prætendere poſſit. Præterea etiam à bonis Nouelle Ramarde planè excluſum eſſe Franciſcum Mary ideò dixit, tū quod in donatione illa nulla bonorum iſtorum mentio facta fuerit; tum quod per illam, veluti ante obitum dicti Canhac, nulla reſtitutio fieri potuerit, cuius Canhac heres

heres vniuerſalis Ioannes Coſte iunior ſit, & per conſequẽs nominatus & electus quo ad bona Nouelle Ramarde cenſeatur, qui eadem etiam citra electionem & nominationem habere potuiſſet, cum mortuo auo materno Canhac, ſolus illorum capax deprehendatur. Tandem quoque adiecit Frãciſc. ſemiſſem bonorum ipſius Ioannis Cãhac ſub donationis prætextu propterea petere nõ poſſe, quod mortua donataria Catharina Hugonis matre omnia donata bona ad ſuperſtitem donatorem Ioannem de Canhac pleno iure reuerſa fuiſſent. Quare petitionem Franciſci tanquam fundamento carentem reijci petiit. Verum iſte replicauit: donatione illa reſtitutionem ſemiſſis bonorum Nouelle Ramarde omnino factam fuiſſe: & quamuis per donatariæ mortem donata bona ipſius Ioannis donatoris ad eundem ſuperſtitem reuerſa fuiſſent: tamen ſe eorundem veluti dotaliũ, iuxta conſuetudinem oppidi Villefranche per tempus vitæ ſuæ vſumfructũ habere: nec ſibi officere poſſe, quod duobus conclauibus à ſocero legatis frueretur, cùm ea non iure agniti legati, ſed vigore ſtatuti & conſuetudinis, ſicque iure proprio teneret & ſæpius diuiſioné bonorum ſibi denegatam petiiſſet. Vt etiam prædictum ſtatutum probaret, ſequentem eius tenoré ex archiuis oppidi illius Ville-frãche de Rouergue produxit: *Item ſi quis aliquam ducat in vxorem, & cũ ea mille ſolidos acceperit pro dote, ipſe det vxori ſuæ quingentos ſolidos, & ſecundum magis & minus, niſi aliud pactum interuenerit inter eos. Et ſi maritus ſuperuixerit, nec de vxore ſua infantem habeat, tota vita ſua tenebit totam dotem, & poſt mortem ſuam parentes vel heredes dotẽ illã recuperabunt, niſi marito in perpetuum dederit.* Cúmque dictus Coſte ſtatutum illud ſaltem de dote loqui atque ideo hoc nõ in caſu locũ habere poſſe diceret, vbi non de dotis conſtitutione ſed de donatione agitur, atque donatores rerum donatarum vſumfructũ ſibi reſeruarunt, (quæ reſeruatio in dote fieri nequit, eo quod maritus viua vxore dotis dominus ſit) Franciſcus ille reſpondit: ſtatutum hoc oppidi Villefranche non ſolum in dote ſed & in omnibus bonis fauore matrimonij vxori donatis obtinere. Quã aſſertioné ſuam atteſtatione quapiam probabat corã Seneſcal. oppidi Villefranche menſe Aug. Anno 1585. facta, & conſilium, aduocatorum, ciuium ac mercatorũ ſigillis ſeptendecim firmata, qui omnes ſpecialiter eo nomine interrogati depoſuerant, talẽ cõſuetudinẽ in oppido Villefranche vigere, vt mariti poſt obitum vxorum, ſiue ex liberos reliquerint, ſiue nõ, dotes & alia bona fauore matrimonij donata lucrẽtur atque per tempus vitæ ſuæ teneant, niſi pactis dotalibus aliud expreſſẽ cautũ fuerit. Quæ cũ à partibus litigantibus ita propoſita fuiſſent, tandem Seneſcallus VIII. Decẽbris, Anno M.D.LXXXV. definitiue pronunciat Franciſcum Mary manuteneri in ſemiſſe vniuerſorum & ſingulorum bonorum, quæ defunctus Canhac vigore teſtamenti à Nouelle Ramarde facti reſtituere tenebatur, atque quadrãtem hereditatis à Ramarde relictæ conſtituebant: & in ſemiſſe dotis à Margaritha Ramarde vxore Canhac conſtitutæ: nec nõ ſemiſſe bonorũ ipſius Canhac vigore factæ donationis per tempus vitæ frui debere. Ab ea ſententia, Ioannes Coſte ſenior ad parlamentum prouocat, cúmque ibidem in cauſa concluſum fuiſſet, atque ea ad noſtram relationem definiri deberet, duo potiſſimum dubia extiterunt, quorum vnum concernebat cõfirmationem ſententiæ Seneſcalli, quoad ſemiſſem bonorũ, quæ propter teſtamentum dictæ Ramarde Ioannes Canhac, poſt obitum ſuum vxori Margarithæ ſi viueret, aut, ſi mortua eſſet, (Hęc enim erant verba teſtamenti) vni ex eius liberis ſeu filiabus reſtituere debebat: alterũ verò de vſufructu bonorum fauore matrimonij donatorũ erat, cùm ſtatutum illud ſaltem de dotibus, & quidem in pecunia conſtitutis loquatur. Quoad primum dubium, conſtabat defunctum † Canhac quãuis grauatũ, Margarithæ, aut ea mortua vni ex liberis reſtituere: nihilominus bona inter plures liberos diuidere potuiſſe,[a] nẽpe ſi potius ad voluntatem teſtatricis, quã ad ſimplicem corticem verborũ in teſtamento vſurpatorum atque à notario ſcriptorum reſpiciatur. Ea enim teſtatricis intentio fuit, vt Canhac relicta bona ad neminẽ aliũ quã liberos ſuos & dictã Margaritham teſtatricis neptem, aut minimũ ad vnum ex iis transferre deberet.[b] Cui teſtatricis intentioni ſatisfit, ſiue bona illa vni eorum, ſiue pluribus reſtituantur, præſertim in hac hypotheſi, vbi nulla taxatiua vel alia æquipollens particula adiecta fuit, per quam teſtatrix innuerit, ſe vnum ſaltem eligi velle, argumento eorum

ADDITIONES.

[a] *l. vnum ex familia, §. ſi duos*, & ibi Bartolus & Paulus Caſtrenſ. *de legat. 2.* [b] Paulus Caſtrenſ. *vbi ſupr. & in l. cum quidam, de legat. 2.*

eorum, quæ Fernandus tradit. [a] Quæ cùm ita ſe habere præſupponatur, cur non dici poterit Ioannem illũ Canhac filiæ ſuæ Catharinæ eiuſq; merito matrimonij fauore donantem, etiamſi iniunctæ electionis nullam fecerit mentionem, nihilominus ſemiſſem quoque bonorum à Nouelle Ramarde profectorum & cum ſuis propriis per tempus vitæ confuſorũ donare & pro ea portione Catharinam eligere voluiſſe, quia & ſi reliquiſſet titulo legati eam elegiſſe iure cenſeretur. [b] Multo magis ergo titulo donationis validiori & firmiori. Atque dum ſemiſſem omnium bonorum præſentium & futurorum donauit, videtur quoad quotam illam feciſſe expreſſam mẽtionem electionis, qua à defuncta Ramarde grauatus fuerat. Quæ enim verbis generalibus fiunt, expreſſe, aut, ſi mauis, ſpecialiter fieri dicuntur [c] maximè quando talia verba generalia immediatè ad ſpeciem, de qua agitur, vt hic, referri poſſunt. [d] Verum nihilominus in contrarium pro infirmãda Seneſcalli ſententia conſiderabatur, quod Ioannes Canhac demum poſt obitũ ſuum bona reſtituere grauatus fuerat, & per conſequens de electione aliter conſtare non poſſit, quam ſi ſpecialis eius mẽtio fiat [e] cùm alias ante tempus reſtitutionis non præſumatur [f] atque Canhac liberam facultatem eligendi vxorem Ioannis Coſte, quæ cum vxore Franciſci in pari gradu erat, habuerit. Deinde etiam dici nequit Ioannem Canhac ſemiſſem bonorum ſuorum ſimpliciter donãtem etiam bona defunctæ Nouelle Ramarde comprehendere voluiſſe: eo quòd facultas neceſſariæ electionis, beneficium propriæ liberalitatis non ſit, nec de ſuo videatur reliquiſſe, qui quod reliquit, omnino reddere debuit. Sic igitur bona dictæ Ramarde extra cauſam bonorum Ioannis Canhac erant, [g] imo potius tanquam æs alienum. [h] Sicque tanquã ex fideicommiſſo deducendum [i] habebãtur. Tandem & hoc vrgebat, quod licet prædicta omnia ceſſarent, & Ioannes Canhac bona reſtitutioni obnoxia in donatione comprehendens nominatim quoad illam electionis aut reſtitutionis mentionem feciſſet: tamen, cùm per teſtamentum illud bona vni liberorum ex ſe & vxore Margaritha nepte dictæ Ramardæ procreatorum atque ita incertæ perſonæ reſtituere grauatus fuerit; electio illa per inſtitutionem heredis vniuerſalis à Ioanne Canhac in teſtamento ſuo factam, reuocata intelligatur.

Ex iure enim traditur, ſi grauatus reſtituere vni ex liberis cùm moreretur antè tempus mortis vni ex his donauerit, donationem eiuſmodi, deſtinationem eſſe non electionem, quia omne ſpacium vitæ liberum eſt ad eligendum. [k] Quo fit, vt mutare liceat voluntatem, quia poſſit euenire, vt is, qui antè tempus fideicommiſſi electus eſt, die fideicommiſſi cedente capax futurus non eſſet, & is, qui taliter electus eſſet, poſſit decedere antè hæredem grauatum. Vnde fieret præiudicium alteri, qui eligi potuiſſet tempore mortis grauati: quod eueniret contra teſtatoris voluntatem. Quas ob cauſas legis latores exiſtimarunt electionem † factam ante tempus mortis mutari poſſe. Præterea etiam probè notandum erat, quod in hypotheſi illa vxor eiuſque liberi antè Ioannem Canhac deceſſerant, & ſuperſtes maritus perſona planè extranea & minimè fauorabilis eſſet, ſicque contra expreſſam voluntatem & intentionem teſtatricis bona illa caperet. Cùm ergo Ioanni Canhac nemo amplius ſuperſit quàm nepos ex filia deſcendens Ioannes Coſte iunior: vtique ei bonorum reſtitutio denegari nequit. Appellatione enim liberorum & nepotes continentur [l] & non videtur decedere ſine liberis, qui vel nepotem reliquit ex filia. [m] Atque iuxta poſteriorem hanc opinionẽ iudicatum fuit. Deinde quod alterum dubium, ſiue vſumfructum bonorum fauore matrimonij donatorum attinebat, quamuis productum ſtatutum de dote in pecunia numerata conſiſtente loqueretur: tamen rectè dici poterat verbo dotis generaliter ſumpto donata contemplatione matrimonij comprehendi & vt dotes prædiorum dici legimus: ita & dotes matrimoniorum, quæcumque eorum cauſa inſtructa paratáue ſunt, non abſurdè appellari. Cæterũ hoc dubiũ curia eo facilius expedire

ADDITIONES.

[a] *in c.vnic.de fil.nat.ex matrim.ad morgan.contract.c.9.num.7.* [b] *d.l.vnum ex familia §. ſi de Falcidia verſic. itaque ſatis eũ reliquiſſe,*& ibi Paulus Caſtr. *& in pr.d.l.vnũ* [c] *l.final.* ꝙ cũ eo notata, *in l.Lucius. de vulgar,* [d] *d.§.ſi duos & §.ſed ſi vno,d.l.vnũ, auth. nunc autem, C.de ſecund.nupt. & §.ſ lut.in Nou.de nupt.* [e] *d. l.vnum ex familia,in princ.& §.rogo.* [f] *d.l.vnum ex familia.& d.§.ſi de Falcidia.* [g] *l ſequens quæſtio,de legat.2.* [h] *d.l.vnum.in princip. & d.§.ſi de Falcidia.* [i] *l.irritum,C.ad leg. Falcid.* [k] *l.cũ pater,§.à te ſl a,de legat.2.* [l] *l.liberorũ,de V.S.* [m] *l.1.C.de cõdit.inſert.*

dire potuit, quod iudex inferior ſeu Seneſcallus pro ſententia poſteriori iam pronũciaſſet atque ex producta atteſtatione apparet conſuetudinem talem eſſe, qualem Franciſcus prætendebat, eámque ipſemet Ioannes Coſte non admodum negara. Tádem etiam quoad bona propria ipſius Ioannis Canhac, eorundem reuerſionem à Ioanne Coſte obiectam Franciſcus non diffitebatur, ſed ſaltem eorundem, tanquã dotalium, vſumfructum, ſe per tempus vitæ habere dicebat.

4 Quare curia † arreſto ad noſtram relationem 3. Septembris, Anno 1586. prolato appellationẽ, illúdque vnde appellatũ fuerat, caſſans & cauſam principalem retinẽs pronunciauit; Ioannẽ Coſte ſeniorem tanquam patrem & legitimum adminiſtratorẽ filij ſui Ioannis Coſte iunioris definitiuè manuteneri debere in omnibus bonis, iuribus, nominibus & actionibus, quæ ad Ioannis Coſte iunioris auum maternum Ioannem Canhac pertinuerant, eíque tam ex teſtamento ſæpius dictæ Nouelle Ramarde quam aliunde obuenerat; in ſemiſſe item dotis Ioanni Canhac ab vxore ſua Margarita Ramarde conſtitutæ atque in ſemiſſe omnium aliorum bonorũ, quæ illa habuerat: in altero autem ſemiſſe dotis & reliquorum Margaritæ bonorum ſimiliter manuteneri voluit Franciſcum Mary, tanquam legitimum filij ſui Hugonis ſucceſſorem: & inſuper, per tempus vitæ quoad ſemiſſem in vſufructu vniuerſorum & ſingulorum bonorum, quæ ad Ioannem Canhac tempore contracti matrimonij, factę donationis, atque obitus pertinuerãt. Quoad reliquas verò poſtulationes partes inuicem compenſatis expenſis abſolutæ fuerunt.

DECISIO. XC.

ARGVMENTVM.

Donatario ante donatorem aſcendentem defuncto res donata ad hunc reuerti ſolet.

SVMMARIA.

1 *Dos matre filiæ nubenti donationis titulo conſtituta poſt obitum filiæ ad matrem ſuperſtitẽ donatricẽ reuertitur.*

2 *Conſtitutio imperialis ius reuerſionis concernens extenditur ad omnes caſus & in fauorem omnium aſcendentium donatorum, qui poſt obitum donatariorum deſcendentium ſuperuiuunt.*

CVM in deciſione † priori mẽtio facta fuerit iuris reuerſionis, idq; in hypotheſi illa locum habere ipſæmet partes cõceſſerint, non immerito hic ſubijcimus; parlamentum Tholoſanum pro certo & indubitato tenere, multiſque arreſtis ſuis cõfirmaſſe; quod, quando quis ex aſcendentibus per donationem alienat, & donatarius ſine liberis deceſſit, res donata ad donatorẽ pleno iure, reuerti debeat. Etſi enim conſtitutio illa Imperialis, quæ de iure reuerſionis loquitur [a] propter verba illa, *ſed vt his poteſtatis iure ad parentes reuerſis* ad ſolos donatores aſcendentes, qui donatarios deſcendẽtes in poteſtate habent, pertinere videtur: nihilominus tamẽ XXVI. Iunij, Anno M.D.LXXXII. ad relationem domini de Sabatier domini de la Beſſedé in Camera maiori iudicatum fuit, dotem ducẽtarum librarum à matre filiæ matrimoniũ contrahẽti donationis titulo datam poſt obitum filiæ donatariæ ſine liberis decedẽtis pleno iure ad ſuperſtitem matrem donatricem reuerti debere, quamuis filia teſtamentũ prius cõdidiſſet. Heredi enim inſtituto, qui multo quidem in contrariũ allegabat, petitio ſua planè denegata fuit. Antequam autem arreſtum illud proferretur, à nonnullis dominis ſenatoribus aliud præiudicium multo fortius curiæ noſtræ allegabatur, quo pronunciatum fuerat cõſtitutionẽ illã etiã ad donationem à patruo vel auunculo ſuis ex fratre vel ſorore nepotibus factam pertinere. Verum iſta extẽſio remota admodum atq; nimis latè petita eſſet, de qua etiam nunquam quid, quam ex relatione aliorum, percipere & intelligere potuimus, Imò ipſum arreſtum prædictum de dote nonnullis exorbitãs viſum fuit, quod ea ratione prædictæ conſtitutionis extenſio contra doctrinam Bartoli & aliorum [b] ad dotem aduẽtitiam fieret. Verum aliis idem, tanquam rationabile & iuſtum omnino placuit, vtpote quod ſub ratione finali dictæ conſtitutionis hiſce verbis contineretur: *proſpiciendum eſt enim, ne hac inſecta formidine parentum circa liberos munificẽtia retardetur.* Quæ verba generatim omnes caſus ſub ſe comprehendunt, in quibus ratio illa militare & locũ habere poteſt; adeò vt verba ad parentes propriè pertinentia in conſtitutione illa ex contingentia facti, vt loquuntur, & à communu-

ADDITIONES.

[a] *l. 2. C. de bon. liber.* [b] *in l. poſt mortem, & l. Caius, ſol. matrim. l. vxorem, §. teſtamento, de legat. 2.*

communiter accidétibus vſurpata & adiecta videri poſſint. Atq; capitulum ſanctio-
2 nis † illius nouellę, cuius in dicta conſtitutione mentio fit, ab Impp. Theodoſio & Valentiniano eiuſdem auctoribus ſtabilitur & confirmatur pro euidentiori interpretatione, quam ob rationem ibidem allegatam, fecerant. Quare à curia noſtra extenſio illa merito facta fuit, vt conſtitutio haud minus, ac eiuſdem ratio generalis redderetur, atque ad omnem caſum & fauorem omnium aſcendentium, qui liberalitatem in deſcendentes ſuos contuliſſent & poſt eorum obitum ſuperuixiſſent, pertineret.

DECISIO XCI.

ARGVMENTVM.

Iure reuerſionis quoad donationem ab aſcendentibus factam præiudicari à liberis aut deſcendentibus donatariis nequit.

SVMMARIVM.

1 *Iuri reuerſionis liberi ſeu deſcendentes donatarij nulla ratione præiudicare poſſunt.*

2 *Arreſtum admodum ſingulare parlamenti Tholoſani quodad ius reuerſionis in fauorem patris donatoris.*

CÆTERVM modo dicta ita ampliatur,
1 vt donatarij † præiudicium reuerſionis illius quicquam facere non poſſint. Si itaque & ipſi liberos habeant, vel vxores grauidas relinquant, atq; per dominationẽ mortis cauſa, aliámue ſimilem diſpoſitionẽ validã, bona ſibi donata in liberos vel poſthumos conferãt, his ſine prole defunctis, nihilominus bona illa ad ſuperſtitem auum vel auiam, aut etiam alios aſcendentes, tanquam primos donatores, reuertuntur, quemadmodũ inter les Roches arreſto curiæ noſtræ XVII. Aprilis Anno M. D. LXIV. iudicatum fuit. Cuius arreſti mentionem in reſponſis ſuis Charondas facit [a] eóque deciſum fuiſſe diſputationem inter Azonem & Bulgarum alibi ab Accurſio relatam [b] exiſtimat: qui etiam aliud ar-
2 reſtum † magis exorbitans & VIII. Iunij Anno M.D.LXV. ſolemniter prolatum affert, quo curia noſtra pronunciauit filio, cui nuptias contrahenti pater dimidiam bonorum ſuorum partem donarat, quiq; filiam vnicam ex matrimonio ſuſceperat atque adhuc ſuperſtitem habebat, ad mortem condemnato bona donata non fiſco nec filiæ tradi, ſed ad patrem donatorem reuerti debere. Etſi enim alias reuerſio à donatarij ſuperſtite filia impediri potuiſſet; tamen hoc in caſu nullã omnino ſpem ſucceſſionis habet, ſed perinde habetur, ac ſi rebus humanis exempta fuiſſet. Atq; hic quoque ratio dictæ conſtitutionis militat, ne hac iniecta formidine parentum circa liberos munificentia retardetur. Traditum item eſt bona profectitia nõ venire in cõfiſcatione bonorum, ſed eo caſu illa pro alienis reſpectu filij haberi. Quæ fortè rationes dicti arreſti erunt, de quo, vt liberè fateamur, nunquam aliud quicquam, quam quod modo allegauimus, relatum nobis fuit.

ADDITIONES.

[a] *libr.7.capit.114.* [b] *in l. poſt dotem, ſol. matr.*

DECISIO XCII.

ARGVMENTVM.

Reuerſio bonorum donatorum ad parentes donatores integrè fieri debet.

SVMMARIA.

1 *Reuerſio bonorum ad ſuperſtites donatores aſcendentes tam fauorabilis eſt, vt eam ſine vlla diminutione & cum omni cauſa fieri debere declaratum fuerit.*

2 *Alienationes itaque interim à donatariis in donatorum præiudiciũ factæ pro nullis haberi & reſcindi ſolent.*

IMo tantus reuerſionis † illius fauor eſt, 1
vt eã ipſo iure, integrè, ſine diminutione & cum omni cauſa fieri debere curiæ noſtræ placeat. Cùm itaque is cui à patre donatum fuerat, relictis liberis deceſſiſſet, & tandem hi quoque diem ſuum ſuperſtite auo paterno donatore & matre obiiſſent eodem anno, præſide Durando iudicatum fuit omnia bona donata ſoli auo paterno donatori pleno iure reſtitui debere, nec matrem legitimæ nomine vel alio prætextu quicquam inde detrahere poſſe. Cæterum & poſtea XXVI. Iunij, Anno M. D.LXXXII. in cauſa pauperculæ † eiuſdem fœminæ Ioannæ Studiere contra 2
notariũ de S.Albin pronũciatũ fuit alienationes bonorũ donatorũ à filio donatario, ſuperſtite adhuc patre donatore factas, poſt obitum filij donatarij nullas & reſciſſioni

obnoxias

obnoxias eſſe alienatáque bona ad patrem donatorem reuerti & minimè obſtare debere, quæ ratione bonorum donatorum filius donatarius inſcio patre procurarat. Nã ipſo iure bona illa affecta & hypothecæ ſuppoſita manent, atque reſoluto iure donatarij reſoluitur quoque ius omnium eorum, qui ab illo cauſam habent. Quæ ampliatio conſtitutionis etiam merito notatu digna eſt, & facilius admittenda videtur, quàm altera, quæ dotem à matre conſtitutam concernit, de qua in præcedentibus deciſionibus diximus.

DECISIO XCIII.

ARGVMENTVM.

Is cui ſub conditione ſuſtinendi onera pro medietate, bonorum præſentium & futurorum quota donata fuit, pro eadem legitimas præſtare & debita poſt factam donationem quoque contracta ſoluere tenetur.

SVMMARIA.

1 *Donatio certæ portionis bonorum præſentium & futurorum cum conditione ſuſtinendi onera pro medietate obligat & adſtringit donatarios ad legitimarum præſtationem, impenſarum funeris & debitorum à donatore poſtea cõtractorum ſolutionem; dummodo interim à donatore etiam aliquid oneribus illis ferè reſpondens acquiſitum fuerit.*

2 *Fundamẽta & rationes huius aſſertionis.*

3 *Onus debitorum poſt factam donationem contractorum reſtringi & limitari ſolet ad proportionem acquiſitionum poſt eandem factarum.*

1 CVm de donationibus † diſſerere cœperimus, haud inconueniens erit, ſi hic arreſtum quoddam eaſdem concernens inſeramus, in ſecunda claſſe inquiſitionum, cùm prius ambiguo Marte & æquatis dominorum ſenatorum votis diſceptatum fuiſſet, ad relationẽ domini de Garaud domini de Donneuille (viri optimè meriti, & qui propterea à domino præſide Durando filiæ vnicæ, quam habebat, gener & maritus ſelectus fuit) prolatum. Quo arreſto inter les Richardis, pridie Calend. Auguſti Anno 1538. iudicabatur ex donationibus ſemiſſis omnium bonorum præſentium & futurorum, cum conditione ſuſtinẽdorum onerum pro medietate factis, obligari donatarios non ſolum ad onera & debita quę ipſo donationis tẽpore iam contracta erãt, [a] ſed etiam ad legitimas & funeris impẽſas & debita poſtea a donatoribus contracta: vt ea prædicti donatarij pro ſua quota ſoluere teneantur, dummodo à donatoribus interim tantum acquiſitum fuerit, quantũ ferè ad eorum ſolutionem ſufficere poſſit. Cuius arreſti rationes † inde depromi poſſunt, quod, licet regulariter donatarij ad eiuſmodi onera non teneantur atque ab iis 2 defuncti donatoris æs alienum haud ſoluẽdum ſit: [b] & talis donatio, quamuis de ſemiſſe omnium bonorum fiat, pro particulari habeatur, & legato paticulari, quod à tali onere immune eſt, æquiparetur [c] tamẽ aliud obtineat, ſi aliter & expreſſè conuenerit (quèmadmodum hoc in caſu per clauſulam de ſuſtinenda medietate onerum factũ eſt.) Tum enim conuentioni ſtari debet, & locũ vulgata iuris regula habet: ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum pręſtare debet, [d] cùm vtique talem clauſulam neceſſario quid operari oporteat. Nam alias quando donationes, (non obſtãte eo, quod Philippus Decius [e] in contrarium allegare & reſpõdere voluit) à notariis noſtris excipiũtur (quemadmodũ etiã hęc donatio ſemiſſis vniuerſorũ & ſingulorũ bonorũ, iuriũ, nominũ & actionũ præſentiũ & futurorũ excepta fuerat) cum obligationibus pręciſis, ordinariis & apponi ſolitis, ſine pręditcta clauſula aut æquipollẽte, nihilominus donatarius pro ſua portione obſtringitur ad ſolutionẽ debitorũ paſſiuorum, ad quæ donator donationis tempore obligatus & obſtrictus erat. Quota ſi quidem illa quæ donata ita fuit portio vniuerſitatis bonorũ eſſe cenſetur, quæ in diſpoſitionẽ venire & donari, ſicque debitis illis & aliis oneribus, quæ tempore factæ donationis exiſtebant, obnoxia reddi poteſt, cùm bona dicantur deducto ære alieno, & propterea talis donatio [f] pro oneribus portionis ſuæ reſpondere tenetur, vt in fiſco reſcriptũ legimus. [g] Quod ita præſuppoſitum tanquam verum & iuri

ADDITIONES.

[a] Atque ad quorum ſolutionem de iure ſaltem obſtricti eſſe videbantur, *arg. l. Rutilia Polla, de contrahen. empt. l. 2. §. 1. de her. vel act. vend.* [b] *l. æris alieni, C. de donat.* [c] *Bart. & Paul Caſtr. in l. ſi quis ſeruum, §. final. de legat. 2.* [d] *l. ex qua perſona. 149. de R. I.* [e] *conſ. 137.* [f] *l. ſi quis argentum, §. ſed & ſi quid vniuerſitatis, C. de donat.* [g] *l. ſubſignatione, §. bona, de V. S. l. mulier bona, de iur. dot.*

& iuri cōueniens, ſine vlla difficultate quo-
que in Francia, & præſertim in prouinciis
iuris ſcripti obtinet, vbi pleraque debita
guarētigiata ſunt cum hypothecis ſpecia-
libus aut generalibus, quæ ſemper bona iis
affecta ſequuntur, etiam in noſtra hypo-
theſi, veluti cùm ſua cauſa donatara. Quo ca-
ſu euidentem exceptionem habemus illius
regulæ,[a] qua onus debitorum nō ſequi do-
natarios traditur. Et quantum alia debita
actiua & perſonalia, quorum nomine nulla
hypotheca conſtituta fuit, attinet ea pro
quota vniuerſitati bonorum ab eo, qui de-
bitor erat donatorum detrahētur, eo quòd
bonorum appellatio præſertim in eiuſmo-
di donationibus, ſicut hereditatis, vniuerſi-
tatem quandam ſucceſſionis, & non ſingu-
las res demonſtret.[b] Vnde patere videtur,
quod clauſula illa (*pro medietate onerum*)
de iis tantum oneribus, quæ tempore do-
nationis iam erant, intellecta planè ſuper-
uacua eſſet, nihilque operaretur.[c] Duæ ta-
men potiſſimum difficultates inde exiſtere
videbantur, quorum vna eſt, ſi vocabulum
onerum referretur indiſtinctè ad omnia
poſt factam donationem contracta, quod
tū donator, malus fortè paterfamilias aut
prodigus, donationem facilè illuſoriā red-
dere, & vltra vires patrimonij ſe obligare,
& hypothecas conſtituere poſſet; vt ea ra-
tione indirectè reuocaretur, quod rectà per
conditiones aut alia eiuſmodi onera reuo-
cari non poterat,[d] altera verò ex eodē ver-
bō *onerum* exiſtit, nempe an illud ad legi-
timas quoque referri debeat? Eę enim poſt
obitum donatorum demum debentur, at-
que in toto tractu Tholoſano, ſicque etiam
in prouinciis de Quercy & Rouergue re-
ceptum eſt, vt donatores, aut potius eorum
loco notarij, quāuis clauſula prędicta do-
nationi appoſita fuerit, nihilominus tamen
expreſſo pacto facultatem ſibi reſeruare
ſoleant, vt reliquis filiis proſpicere, & filias
dotare poſſint, de bonis tam donatis quàm
retentis. Quo ipſo tacitè innuitur, quod ſi-
ne eiuſmodi expreſſa reſeruatione clauſula
illa tantum operari haud poſſit, quin do-
natores legitimas de iis ſaltem bonis, quę
retinuerunt, pręſtare teneantur: quamuis ad
eius quantitatem ęſtimandam bona etiam
donata conſiderari ſoleant,[e] imò de iis le-
gitima detrahatur, ſi donator bona reſeruata
poſt factam talem donationem, vel in
totum, vel ex maiori parte alienarit, aut
mala adminiſtratione dilapidarit. Quare li-
cet aliàs expreſſio eius, quod tacitè ineſt, ni-
hil operetur: tamen in hypotheſi hac con-
trarium iudicatum fuit; adeò vt verbis illis,
pro medietate onerum, non tam figura eo-
rum repræſentata, quàm ipſorum onerum
conſideratio facta cenſeretur. Quo etiam
facit, quod illud, cuius ſupra mentionem
fecimus, nempe fiſci ſucceſſionem pro o-
neribus ſuæ portionis reſpondere; declara-
tum fuerit etiam locum habere in matri-
moniis filiarum, quibus iure municipali
ille, cuius bona confiſcata fuerunt, obliga-
tus & obſtrictus erat. Sic enim cùm fiſcus
maiori Titij filio, cuius arbitrio ſorores iu-
re municipali dotari debebant, ſucceſſiſſet,
eóque nomine lis moueretur Rothomagi,
Anno 1573. coram Carolo IX. Francorum
rege, tunc primum maiore declarato, in re
ita dubia aduerſus fiſcum decretum fuit,
quemadmodum Dionyſ. Gothofredus[f] te-
ſtatur. Tandem etiam onera debitorū poſt
factam donationem † contractorum, re- 2
ſtringuntur ad proportionem acquiſitio-
num poſt eandem donationem factarum,
cum ſępius ſub fide emi ſoleat: adeò vt do-
natores, ſi quotam ſuam ex acquiſitionibus
illis ſub prætextu donationis præſentium
& futurorum bonorum percipere velint,
ſed debitorum poſt factam donationem
expreſſa pactione iniunctam ſolutionem
recuſent, non ſint ferēdi, cùm lucrum qui-
dem amplectantur, onus autem ei annexū
contemnant,[g] & multo minus audiendi, cū
legem donationi dictam ſeruari negligāt.[h]
Quoad impenſas funeris quod idem obti-
neat dubitari non poteſt. Idem enim planè
in iis, qui in legitimis, imò maior ferè, fa-
uor militat. Cùm enim bona ſoluendo non
ſunt[i] impenſę funeris omnibus reliquis
debitis, quantumuis priuilegiatis, & debita
legitimæ pręferuntur.[k] Charondas quoque
[l] arreſtum quoddam parlament. Pariſienſis
ad hanc materiam ſpectās atque aliud par-
lamenti Tholoſani 14. Decemb. anno 1594.
prolatum affert. Verum illa non ſpeciatim
de noſtro caſu, ſed de eo, quo donatio certę
rei aut ſine conditione illa ſuſtinendorum
onerum facta fuit, loquuntur.

ADDITIONES.

[a] *l.2.ad l.Iul.de vi publ.l.ſi marito,in pr.
ſol matr.cum ſimil.* [b] *d.l.æris alieni,ibi,ne-
mini obligata prædia.* [c] *l.bonorum appella-
tio,de V.S.* [d] *l ſi quando,de leg.1.* [e] *l.perfe-
cta,C.de donat.* [f] per notata *in auth.vnde
ſi parens,C.de inoff.teſt.* [g] *l.Cornelius,de her.
inſt.* [h] *l.2.C.ad leg.Iul.de vi publ. & prin.*
[i] *l.vn.§.pro ſecundo,in fi.C.de caduc.tollend.*
[k] *l.legem,C.de donat.l. impenſa,de religioſ.
& ſumpt.funer. l Papinianus, §. quarta,de
inoff.teſt.* [l] *lib.8.reſponſ.cap.56.*

DECI-

DECISIO XCIV.

ARGVMENTVM.

Reſeruatum in donatione, ſi nihil de eo donator diſpoſuerit, non ad donatarium, ſed ad donatoris heredes pertinet.

SVMMARIA.

1. *Donatores reſeruata ſibi facultate non vtentes, eandem remiſiſſe cenſentur.*
2. *Hypotheſis quædam quoad viduam, quæ omnia ſua bona eorundem ſibi vſumfructum & falcultatem diſponẽdi de quadrante reſeruans, donarat.*
3. *Rationes pro heredibus donatarij.*
4. *Rationes contrariæ pro legitimis ſucceſſoribus donatricis.*
5. *Arreſtum pro ſucceſſoribus donatricis contra heredes donatarij prolatum.*

1 Dictum modo eſt donatores,† aut potius eorum nomine notarios instrumenta donationum expedientes, iis plerumque inter alias retentiones facultatem proſpiciendi reliquis liberis & dotandi filias de bonis tam donatis quàm reſeruatis inſerere ſolere. Cuius retentionis occaſione in donationibus ſimpliciũ quotarũ ſine alia expreſſione onerum factis dubitatum aliquando fuit, quando parẽtes donatores poſt factã donationẽ teſtamẽto condito alios liberos ſuos, quàm donatarios, heredes vniuerſales inſtituerunt, & rurſus alios liberos ſuos, quos habebãt, ſiue maſculos, ſiue fœminas in eodem teſtamento heredes particulares in certis quibuſdã legatis ſcripſerunt, nunquid non tantum liberi heredes vniuerſales inſtituti, ſed etiã pro ſua rata donatarij, quibus teſtamento hoc ſpeciatim iniunctum non fuit, legatariis illis, qui repudiatis legatis, legitimas petunt, ſatisfacere teneantur? Et negatiuè propterea reſpondendum eſſe videbatur, quod parẽtes reſeruatã illã facultatem ſeu poteſtatẽ, cùm ea viui haud vti voluerint, remiſiſſe cenſeantur, [a] atque ſic eorundem morte illa expirarit, vt ab heredibus denuò reſſuſcitari nequeat. Cui quæſtioni etiam alia† quæ in ſequenti hypotheſi oborta fuit, affinis eſt: Vidua quædam nullos
2 liberos, ſed in propiori gradu agnatos habens, propinquæ cuidam in gradu remotiori in fauorem matrimonij vniuerſa & ſingula bona ſua, eorundem vſumfructum & facultatem diſponendi tam inter viuos quàm mortis cauſa de quadrante illorum ſibi reſeruans, donarat. Qua donatione facta, & legitimè, iuxta regias conſtitutiones, inſinuata atque procreatis ex matrimonio illo conſummato liberis, donatrix cùm de reſeruato illo quadrante nihil omnino diſpoſuiſſet, deceſſit. Lis igitur eo nomine inter proximos illos defunctę donatricis agnatos, & liberorum ex prędicto matrimonio ſuſceptorum patrem, cùm mater donataria & ipſa interim mortua fuiſſet, oboritur. Et quidem pater ille vltra rationem,† quæ ſuperius adducta ſunt etiã 3
hanc allegabat, quòd exceptio confirmet regulam, [b] atque ſic cùm donatrix reſeruata ſibi poteſtate diſponendi de quadrãte donatorum bonorum vſa non fuiſſet, donatio in omnibus ſuis articulis plenum & integrum effectum ſortiri debeat. Deinde etiam videbatur donatricem expreſſè reſeruantẽ ſibi facultatẽ diſponendi de quadrante renunciare omni alij modo alienandi & transferendi illam portionẽ voluiſſe. Incluſio enim vnius eſt excluſio alterius, [c] & in diſſimilib. caſus omiſſus habetur pro omiſſo, tam in cõtractibus quã vltimis voluntatibus. [d] Cauſa autem inteſtati cũ cauſa teſtati nihil cõmune habet, ſed planè diſſimiles, imò è diametro contrarij, caſus † ſunt, [e] vt vnus alterius nomine cõprehendi nequeat. Quare pater ille concludebat defunctã donatricem, cùm 4
ſibi poteſtatẽ diſponendi de quadrante reſeruaret illud ſaltẽ voluiſſe & intellexiſſe, vt quadrans iſte, ſi de eo iuxta reſeruatam facultatẽ non diſponeret, à reliquis tribus quadrantibus haud ſeparari & diuidi, ſed cũ iiſdem coniunctus manere deberet, & propterea expreſſè adiecisse, quod donationem ſuam ſaltẽ per diſpoſitionem inter viuos aut extremã voluntatem deminuere vellet. Verum econtra ab heredibus ab inteſtato, ſeu proximis agnatis reſpondebatur, exceptionem quidem firmare regulam, ſed in caſibus non exceptis quemadmodum & orationi vniuerſali per exceptionẽ, [f] & generi per ſpeciem derogatur,

ADDITIONES.

[a] *l.4.locat.* [b] *l. tribunus.in ſin.de teſta. milit.* Alexãder & Iaſon *in l.vlt.quod quiſque iur.& in l.ſi ita legatũ,de legat.1.* [c] *l. cùm prætor,de iudic.cum ſimil.* [d] *l.ſi cùm dotẽ,ſol.matr.l.cõmodiſſimè.l.Lucius,§. Titius,de liber.& poſthum.l.ſi ita quis ſubſtituerit,de vulg.& pup.c.ſuſceptũ,de reg.iur.* [e] *l.3.§.1. pro ſoc.* Iaſon *in l.filiusfamilias,§. Diui,n.*101 102.*& ſeq.de leg.1* [f] *l.generi per ſpeciẽ,de R.I.l.vxorẽ,§.feliciſſimo,de leg.3.*

administratoribus à pupillis & minoribus donari nequit.

SVMMARIA.

1 *Sanctio Francorũ regis Franciſci I. tutoribus & curatoribus donari prohiben non ſolum fauorem pupillorum, ſed etiam commodum proximum ab inteſtato heredum concernit.*

2 *Quæ ſanctio à curia Tholoſana etiam ad liberos tutorem porrecta fuit.*

3 *Iuxta Francorum mores iuri communi conformes liberi in patrum vel his defunctis in auorum aut aliorum aſcendentium poteſtate ſunt.*

4 *Quando duæ vnius ſanctionis ſeu diſpoſitionis rationes ſunt, tum vna ceſſante diſpoſitio ſeu ſanctio haud infirmatur, ſi altera adhuc ſubſiſtat.*

5 *Quod dicitur patres in Francia non habere vſumfructum in bonis aduentitiis liberorum in prouinciis conſuetudinariis, non verò iis, quæ ius ſcriptum vſurpant, locum habere poterit.*

6 *Prædicta ſanctio tũ obtinere nequit, quãdo etiam ſine illa diſpoſitione tutores vel curatores ipſa lege vel ab inteſtato pupillis vel minoribus ſuccedere potuiſſent.*

7 *Quod tamen ita limitatur, ſi ſucceſſio legitima ad tutores vel admi niſtratores ſolos pertineat, non verò ſi etiam alij cum iis concurrant, qui non æquè honorati ſint.*

1 IN regiis † ſanctionibus Franciſci I. Anno 1539. promulgatis expreſsè cauetur, quod omnis diſpoſitio tam inter viuos, quàm teſtamẽtaria tutori, curatori, adminiſtratori, alijue eiuſmodi perſonæ facta, ipſo iure nulla, & nullius momenti ac valoris eſſe debeat.
2 Quod in fauorem † pupillorum & minorum ita ſancitum fuit, ne videlicet à tutoribus aut aliis adminiſtratoribus decipiantur: atque etiam in fauorem proximorum & legitimorum ſucceſſorũ, ne propter metum & reuerentiam, quã pupilli aut minores habent, tempore tutelæ aut adminiſtrationis,[a] ob plenam poteſtatem tutorũ,[b] aut ius ipſius adminiſtrationis curatorum aut aliorum adminiſtratorum, iure legitimo defraudẽtur: vtque ea ratione tutores, & alij adminiſtratores intra officij limites contineri poſſint, ne per metamorphoſin quãdam ex paſtoribus lycaones & lupi rapaces fortè fiant, ob ídque tollitores, & non tutores ſeu tuitores dici mereantur, quaſi hoc colore quæſito bona potius ſubtili auferrent ingenio, quàm adminiſtrarent. Quam ob cauſam parlamentum noſtrum Tholoſanum conſtitutionem illam ad omnes omnino, in quibus dictæ rationes locum habere poſſent, imprimis verò ad perſonarum in conſtitutione expreſſarum liberos extendit. Alias enim facilè fraus cõſtitutioni, & per indirectum fieri poſſet, quod recta fieri prohibitum erat, cùm diſpoſitiones liberis eiuſmodi factæ in ipſorum quoque patrum emolumentum redundent. Vnde etiam Imperator Carolus V. in ſimili quapiam conſtitutione Bruxellis Anno M.D.XL. promulgata[d] nominatim prædictarum perſonarum liberos,[e] imo etiam vitricos, nouercas, concubinas, & multo magis legitimas vxores, vtpote, quę arctiori vinculo coniunctę ſunt, comprehendit.[f] Et quamuis Charondas *in ſuis reſponſis*,[g] arreſta contraria parlamenti Pariſienſis quoad liberos alleget, eo quod in Francia, quemadmodum ille inquit, patres, talem in liberos poteſtatem non habeant, qualem olim apud Romanos habebant, omnéque liberis acquiſitum, eorundem quoad proprietatem & vſumfructum maneat: tamen vltima vice aliud à curia illa iudicatum fuit contra filium tutoris, qui ipſius donatoris frater erat, & ſic donationis illius, tanquam remuneratoriæ capax videbatur, [h] quemadmodum Dominus Choppinus ſæpe à nobis allegatus teſtatur, [i] cùm articulus ducenteſimus ſexageſimus ſextus conſuetudinum Pariſienſium de caſu hoc ſatis dilucidè diſponat. Noſtra item curia Tholoſana ita pronunciare nunquã dubitauit. Nec mutat, quod Iuſtinianus tam audacter aſſerit, ius patrię poteſtatis in liberos eſſe propriũ ciuiũ Romanorũ, nulloſque alios eſſe homines, qui talem in liberos habeant poteſtatem, qualem Romani habent.[k] Hoc enim ad illa ſaltem referri debet, quæ Romani intuitu patriæ poteſtatis, præ aliis populis nimis exactè peculiariter, ne dicamus crudeliter obſeruabant.

ADDITIONES.

[a] *argum. l. 1. §. quæ onerandæ, quar. rer. act. non dat.* [b] *§. 1. de tutel.* Baldus *conſ. 37. vol. 5.* [c] Albericus *in l. 1. de tutel. qui fundum. §. ſi tutor, pro emtor.* [d] Quam ordinationẽ refert Rebuffus. [e] *l. aduerſus C. de crim. expilat. hered.* [f] *lib. 4. cap. 41.* [g] *arg. l. ſi collectaneus, de manum. teſtam.* [h] *l. alumnos, C. quæ res pign. oblig. poſſ.* [i] *lib. 2. de mor. Pariſ. tit. 3. de donat. num. 2.* [k] *§. 1. Inſt de patr. pot.*

uabant. Alias verò etiàm apud Francos in
patrum,† vel his defunctis, in auorum, &
3 deinceps aliorum aſcendentiū, quemad-
modum iure conſtitutum eſt, liberos po-
teſtate eſſe negari nequit. Sicque iudicatū
fuiſſe arreſto parlamenti Pariſienſis Chaſ-
ſaneus ad conſuetudines Burgundię [a] teſta-
tur. Imò licet ciuilem eiuſmodi patriā po-
ſtatem Franci non haberent: tamē ſola na-
turalis ſufficeret, cùm ipſi natura inſtigā-
te plus fere filios quàm noſmetipſos di i-
gamus,[b] ita vt quemadmodum in ſuppli-
cio filiorū, pietas paterna torquetur, vt a-
pud Saluianum legitur, [c] immo & pro af-
fectu parentes magis in liberis terreantur:
ita & in filiorū præmio aut proſpero ſuc-
ceſſu eadem paterna pietas delectetur, imo
& conſilium pro liberis capiat. [d] Quo re-
ferri poterit, quod magnus ille poeta Bur-
degalenſis ad filium ſuum ſcribebat. De-
fraudata meæ non ſunt hæc fercula menſę.
Veſcente te fruimur magis, vale bene, vt
valeam. Quis enim (dicebat Tertullianus)
non magis filiorum ſalutem, quàm ſuā cu-
ret.[f] Quare in conſtitutione illa patres à
liberis, aut viciſſim liberi à patribus com-
modè ſeparari nequeunt, ſed omnino con-
iungi debent. quemadmodum in allegata
cōſtitutione Caroli V. memoratarum per-
ſonarum vitrici, nouercæ, concubinæ, &c.
vtpote, in quibus par & eadē ratio obtinet,
expreſsè adiectæ fuerunt. Quod etiam di-
4 ctum fuit, in Francia † acquiſita, liberis,
eorundem quoad proprietatem & vſum-
fructum manere, atque à quibuſdam inter
pretibus iuris ciuilis traditur, patrem apud
Francigenas nō habere vſum fructum in
rebus aduentitiis filij, illud vnam quidem
rationem conſtitutionis tollere poteſt, ſed
eo reliquæ rationes minimè ſummouen-
tur, atque ideò hic vulgata regula obtinet,
quod, quando diſpoſitio ob duas cauſas fa-
cta fuit, ſublata è duabus altera non ob id
ceſſet diſpoſitio, reliqua remanēte.[g] At hic
plures prædictæ conſtitutionis rationes
ſunt, vt ideò vna ſublata, ꝑpter reliquas ad-
huc illa ſalua maneat.[h] Immo in noſtro reſ
ſortu Tholoſano etiā prima ratio militat,
cū ibi ius ſcriptū obſeruetur, eiúſque vigo-
re patres † in bonis aduentitiis filiorum
5 vſumfructum habeant. [i] Quare quod à
prædictis auctoribus notatum fuit in Fran
cia patrem non habere vſumfructum in
bonis aduentitiis filij, accipiendum erit, de
prouinciis conſuetudinariis, non verò de
iis, quæ iure ſcripto reguntur. Quod
arreſto parlamenti Pariſienſis contra
[k] ciuem Rupellarum prolato probari poſ-
ſe videtur. Ciuis enim iſte contra no-
uercam egerat, vt medietatem fructuum,
quos ex bonis à matre relictis pater duran-
te altero matrimonio perceperat, reſtitue-
ret. Nouerca excepit fructus ad defunctum
patrem, tanquam fructuarium bonorum
filij, pertinuiſſe. Et quamuis filius replica-
ret Francos patriam poteſtatem in liberos,
& propterea vſum fructum quoque non
habere, tamen ſuccubuit, & mater victoriā
reportauit. Quod ſanè in curia noſtra Tho
loſana minus dubij habet, vbi ius ſcriptum
exactè obſeruatur, miniméque permitti-
tur, vt liberis perſonarum in dicta conſti-
tutione comprehenſarum donetur, [l] qua-
ſi in fraudem legis interpoſita liberorum
perſona. Atque ſic ſæpius, ad noſtram quo-
que relationem, à parlamento Tholoſano
iudicatum fuit & ſimile arreſtum à ſupre-
ma curia Pariſienſi, circa natalitia Chri-
ſti anno M.D.XCII. prolatu fuiſſe, Chop-
pinus [m] teſtatur, idéq; teſte eodē, alio eiuſdē
curiæ arreſto XXVI. Aprilis, Anno M.D.
LXXVIII. iudicatum, atque etiam tū pro-
cedere dictu fuit: quando pater iudiciali-
ter declarauit, ſe nihil iuris in bonis filio i-
ta donatis ſperare, aut vnquam prætendere
velle: quamuis ſi diſpoſitionis lege ipſa cō
prehenſum fuiſſet, ne donatarij genitor,
genitríxve compendium inde aliquod fer-
ret, ea tunc olim donatio aut inſtitutio ſu-
ſtineretur, [n] maximè ſubſtitutis aliis, qui pa
renti ſpem omnem teſtamentarij commo-
di præciderent. Porrò quoad prædictam
conſtitutionem † dubitatum quoque ali- 3
quando fuit, an etiam ea militare de-
beret contra tutores aut alios admini-
ſtratores, qui alioqui nulla facta diſpoſitio-
ne ab inteſtato ei, de cuius bonis agebatur,
ſucceſſuri erant? Quod prima facie dicen-
dum

Additiones.

[a] *§.2. tiltr. des enfans de pluſieurs licts.* Imbertus *in Enchirid. ſuo.* [b] Pacat. *in panegyrico Theodoſio dicto.* [c] *lib. 8. de gubernat.* [d] *l. iſte quidem, in fin. quod met. cauſ.* [e] *l. nec in ea ad l. Iuliam, de adulter.* [f] Auſon. ad Heſperium filiū. [g] *lib. 2. aduerſus Marcionem.* [h] *§. affinitatis.* & ibi DD. *Inſt. de nupt.* [i] *l. cum oportet, C. de bon. quæ liber.* [k] Imbertus *in ſuo Enchirid. ſuper verb. Gallorum filij.* [l] *l. Seius & Agerius, ad l. Falcid. l. 13. §. ſed & his, qui ſunt in eorum, de donat. int. vir. & vxor.* [m] *d. lib. 2. tit. 4. n. 13.* [n] *l. quoties, C. de donat. quæ ſub mod. l. final. C. commun. de legat. l. Imperator, ad Trebel.* Bohic *ad cap. requiſiſti, extr. de teſtamen.*

dũ eſſe videbatur, cũ cõſtitutio generaliter loquẽs, generaliter quoq; intelligẽda ſit,& vnon diſtinguit,nos etiam diſtinguere non debeamus. [aa] Deinde eiuſmodi diſpoſitiones,ob rationes allegatas nullæ,& certò ac libero conſenſu carentes,nullum effectum producere poterunt. [bb] Quare magis erit, vt res tota in diſpoſitione iuris communis relinquatur,ne publicè aut priuatim iniuria fiat.Verum hiſce nõ obſtantibus à prædicta curia in prima claſſe inquiſitionum Anno M. D. LXXIX. ad relationem D. Ambes(viri officio ſuo digniſſimi,aſſidui, & omni virtute præditi) contrarium iudicatum fuit pro Gaſpare d'Auignon,Domino de Monteles in Seneſcallatu du Puy. Quodarreſtũ eo potiſſimũ firmari poterit ꝙ omnes rationes dictæ cõſtitutionis,cõſequentiæ & ſuſpiciones,quæ timeri poterant,ceſſare videantur reſpectu eorum, qui alias ab inteſtato pupillis, minoribus , aut aliis,qui in conſtitutione illa comprehendi poſſunt,ſucceſſuri eſſent.Sic enim & pro hibita alienatione ſimpliciter , non cenſetur ea prohibita in eos , qui ſucceſſuri ſunt ab inteſtato,[cc] & ideo feudum alias alienari prohibitum,poteſt tamen proximiores agnatos alienari.[dd] Vnde fit,vt huiuſmodi donationes,† quæ à parentibus,vel ab aliis in eos conferuntur , qui ipſis ab inteſtato alioqui ſucceſſuri ſunt , liberales donationes nec dicantur, nec donationum definitionibus regantur , [ee] eo quod ſint potius debiti ſolutiones , quã muneris dati oblationes cùm minimè dent, qui lege datum ſignificant , [ff] & quæ neceſſariò inſunt actui,eorum declaratio admonitionem ſonat verius,quàm nouam eiuſce actus conſtitutionem. Sicq. à parlamento Pariſienſi pro auunculo tutore, tanquam futuro herede teſtatoris,quondam pupilli ſui, menſe Septembri, Anno 1592. iudicatum fuit. Quod tamen arreſtum extra fines hypotheſeos ſuæ haud extendi,ſed in iis ſaltem locum habere debet,nempe ſi is,cui donatio facta fuit, ſolus donatori ab inteſtato ſucceſſurus eſſet.Nam alias ſi plures,nec omnes æquè per donationem honorati ſint, aliud dici oportet, cùm rationes conſtitutionis illius,de quibus ſuperius dictũ fuit, quoad quotam reliquorum ſucceſſorum ab inteſtato locum habeãt;& maximè cauendum ſit à tutore vel adminiſtratore,qui omiſſa cauſa inteſtati in aliorum proximiorum ſucceſſorum præiudicium & fraudem occupari maluit diſpoſitionem , vt totum auferret;quam ab inteſtato partem conſequi

ADDITIONES.

[aa] *l.de pretio,de public.in rem act.* [bb] Gl. *in l.pater,§.Iulius.*& ibi Dynus & Cynus, *de legat.3.* [cc] *c.1.§.ſed etiã res.* & ibi gloſſa & alij,*tit.per quos fiat inueſt.* [dd] Butolus *in l.1.num.1.*& Platea,*num.2.C.de impoñed.lucr.deſcript.lib.*10.quos ſequitur Aretinus *conſ.17.numer.3.* [e] *l. heredes palam, §. 1. de teſtam.* [ff] *l.3. de legat.* 1. Renatus Cloppinus *de moribus Pariſienſ. libr.2. tit. 4.num.13.*

DECISIO XCVI.

ARGVMENTVM.

Tutoribus honorariis & aliis, qui adminiſtrationem ſaltem momentaneam habent, donationes rectè fieri poſſunt.

SVMMARIA.

1 *Eadem regia conſtitutio eo etiam extenditur, vt comprehenſio in ea perſonis prius donari nequeat , quàm rationes cum reliqua preſtatione reddiderint, & ſic officio ſuo penitus defuncti ſint.*

2 *Diſpoſitio conſtitutionis illius locum non habet, quoad adminiſtrationem ſubitò tranſeuntem momentaneam & neceſſariam: veluti quando quis fratris ſui peſte laborantis curam habuit.*

3 *Haud item conſtitutio in tutoribus honorariis,qui nullam adminiſtrationẽ habent,obtinet.*

IN dicta regia cõſtitutione † præſuppo- 1
nebatur ,eos,quibus donari prohibitum fuit , eo tempore, quo donationes fierent, qualitatem tutorum, curatorum,adminiſtratorum, &c,habere debere. Poſt finitam igitur , tutelam pubertate , aliiſue modis, quibus tutela finitur, finitam item curatelam maiori ætate, aut alio modo; adminiſtrationem denique depoſitam aut finitam prohibitio illa amplius locum non habere,ſed perſonis eiuſmodi à pupillis, minoribus, aut aliis , quorum adminiſtratores fuere,licitè donari poſſe videtur. Dubitatũ autem fuit,vtrum hoc ſtatim in continenti,an verò poſt aliquod interuallum [a] ad exemplum eius, quod liberto impoſitum onerabat eius libertatem,fieri queat?Et quidem curia noſtra innumeris ferè præiudi-

ADDITIONES. ciis

[a] *l. 1. §. in ſumma,quar.rer.act.non det.*

ciis cõſtitutionem illam ita extendit,& interpretata fuit,vt tamdiu obtinere debeat, donec tutores, curatores, aliæue eiuſmodi perſonę rationes adminiſtrationis reddiderint,cũ reliquæ præſtatione, ſi modo quicquã deberi cõſtet.Nã alias illæ à muneribus ſuis,& per cõſequens à cõſtitutionis prohibitione nondũ liberatę cẽſentur,etiãſi multũ tẽporis à finito officio elapsũ fuerit. Atque ſic ſæpius iudicari,illúdque pro regula generali à curia noſtra haberi vidim⁹.Quo etiam Rebuffus in cõmentariis ſuis ad dictam conſtitutionem [b] inclinare videtur.
2 Pro cuius vlteriori interpretatione † notari item oportet,quod illa haud obtineat in momentaneo & neceſſario regimine,veluti ſi frater alterius fratris peſte laborantis curã gerat,népe ne ita ſe malè habentes auxilio in tã dubio ancipitique periculo deſtituantur,quãuis cũ eiuſmodi cauſa occurreret,& menſe Maio,anno M.D.L X V.in parlamẽto Pariſienſi ageretur, de ea dubio Marte diſceptatũ fuerit, quẽadmodum Molineus [c] & Choppinus teſtantur. Ex prædictis igi-
3 tur infertur, quod conſtitutio illa † haud extendatur ad tutores honorarios, ideò pupillis datos, vt auctoritate ſua ſaltẽ illis aſſiſtant, nullámque quoad eorum perſonas, vel bona adminiſtrationem habeãt. Tutela enim eiuſmodi honoraria finitur eorũ,quibus dati fuerunt,pubertate,id eſt,poſtquam decimumquartum ætatis annum attigerũt, nullis reliquiis eiuſdẽ tutelæ manẽtibus:vt nulla vlterior perfectio aut conſummatio, quæ per redditionem rationis aut præſtationem reliquæ contingat, expectanda ſit, vtpote quæ in eiuſmodi caſu planè locum non habent.Nulla igitur ratio apparet, cur eiuſmodi officium, cui ipſum tempus finẽ ſuum attulit,vlterius prorogari, ſuſpendi & differri debeat in præiudicium eorum, qui ſe à propinquis pupillorum exorari paſſi fuerunt, vt iis ſaltem auxilio,auctoritate & conſilio ſuo, citra vllam functionem aut adminiſtrationem,ſuccurrerent.Quo etiam firmari poteſt deciſio quæſtionis incidentis in cauſa euocata à parlamento Gratianopolitano inter Dominum Henricum de la Tour, ducem de Bouillon, Mareſcallum Franciæ, ius & cauſam ſuam habentem à Domino Principe de Montpenſier, & Du. Comitem de Mauleuurier vertente.Arreſto enim parlamenti Pariſiẽſis, dictus princeps tutor quondam,honorarius illius, de cuius iam defuncti bonorũ parte heredes & proximi ſucceſſores rationes reddi,& reliquam præſtari petunt, purè & ſimpliciter abſolutus, pártque aduerſa in litis expenſas condemnata fuit.Quo arreſto præiudiciũ quoad ipſam cauſam principalem iam factum eſt, cuius integram & definitiuam deciſionem, quæ à parlamento Gratianopolitano proculdubio pro ſolito eius more,prudentiſſimè fiet,[d] expectamus.

Interim in meliorem partem acceptum iri ſperamus,quod in loco tam opportuno controuerſiæ illius mentionem fecerimus: præſertim cùm celeberrimos aduocatos Pariſienſes pro Domino Duce de Bouillon reſpondiſſe conſtet.Abſit tamen,vt præiudicio noſtro velimus adſtringi, quorum expectamus iudicium.[e]

ADDITIONES.

[a] *gl.2.nu.2.& gl.9.n.10.* [b] *§.13.de teſt. Niuer.conſuet.* [c] vbi ſupr. *n.23.* [d] Ita Symmachus *lib.5.epiſt.35.*

DECISIO XCVII.

ARGVMENTVM.

Tyro in fauorem magiſtri ſui teſtari,aut aliam diſpoſitionem facere nequit.

SVMMARIA.

1 *Teſtamentum factum à tyrone minore viginti quinq; annis in fauorem magiſtri ſui Pharmacopœi,durante tyrocinij tempore in fauorem,atque ad petitionem proximorum tyronis ab inteſtato heredum nullum declaratum fuit.*

2 *Magiſtri tyronum ſuorum veluti adminiſtratores,informatores & directores eſſe cenſentur.*

3 *Pedagogi & precepteres ſub dicta conſtitutione comprehenduntur, per totum illud tempus,quo diſcipulos ſuos inſtituunt,eoſdémque caſtigare queunt.*

4 *D.Ambroſius reprehenditur, quod preceptoris quondam ſui Origenis ſenio iam confecti extremam paupertatem non ſubleuarit.*

1 CONSEQVENTER item ex dicta con-
ſtitutione, † atque ob rationes ſuperius adductas IX. Maij, Ann. M.D.LXXVII. ad relationem Domini Berrier(viri doctiſſimi,in humanioribus literis probè verſati, & poſtea ob merita ſua ad præſidis dignitatem euecti)arreſto curiæ noſtræ in ſecunda claſſe teſtamẽtum quoddam à tyrone in fauorem magiſtri ſui pharmacopœi, inque eiuſdem domo & durante tyrocinij tempore factum, ad petitionem proxi- 2

morum

morum ab inteſtato heredem tyronis, nullum eſſe declaratum, ſicq; confirmata fuit ſententia Seneſcalli Tholoſani, aut eius vices gerentis, qui idem antea pronunciarat. Quod etiam iuſta ratione non caret. Nam in conſtitutione illa Gordiani expreſſè cõprehẽditur. At iis rectè magiſtri æquiparãtur, qui in cuſtodiam & protectionem ſuã tyrones recipiunt, vt eos inſtituant, informent, atque artificium illud, cuius ſe magiſtros profitentur, fideliter doceant: vt ita apud illos tyrones veluti ſequeſtrentur & deponantur. Imò tam arctè illi magiſtris ſuis deuinciri ſolẽt, vt verè de iis dici poſſit, quod de metu libertorum erga patronos dictum alibi legimus,[a] vt quoduis ſuſtineãt patrono præcipiente: imò patronimia reuerentia ita ſe ſubiiciant, vt quoduis agere aut pati etiam pœnali ſtipulatione interpoſita cogantur.[b] Deinde quoque ta-
2 les magiſtri † tyronum ſeu diſcipulorum ſuorum veluti adminiſtratores, informatores & directores ſunt, & per conſequens in conſtitutione ſub verbis illis: *aut aliis eorum adminiſtratoribus* continentur. Verba enim illa indefinita vniuerſalibus æquipollent,[c] & vox adminiſtratoris iuxta Canoniſtarum doctrinam[d] omnem omnino gubernatorem comprehendit, cuius munus vtilitate quidem priuatum, ſed auctoritate quodam modo publicum eſt, vt infra dicetur. In prædicto item articulo conſuetudinum Pariſiẽſium poſt tutores & curatores expreſſè pædagogi ponuntur, quos tamen Rebuffus *in comentariis ſuis* ad dictam conſtitutionem, ab eiuſdem diſpoſitione eximere voluit, cùm non ſint admi-
3 niſtratores, ſed præceptores, † Doctores, & informatores,[e] qui à nemine ſatis coli & honorari poſſunt. Quod procedere poteſt ſi donatores eiuſmodi, aut qui aliam diſpoſitionem faciunt non amplius ſub manibus & diſciplina præceptorum, ſed in plena libertate iã ſint. At in noſtra hypotheſi tyro ille adhuc ſub poteſtate magiſtri Pharmacopœi erat, & in eiuſdem domo, atque in eius fauorem teſtatus fuerat. Quo ſanè caſu haud minus, ac ſi diſcipulus penes præceptores exiſtens, & ferulis ac caſtigationi, ſicque domeſticorum magiſtratuum, ſub quorũ cuſtodia continetur[f] poteſtati ſubiectus in eorundem fauorem donaſſet, vel aliam diſpoſitionem feciſſet, res admodum ſuſpecta, cum periculoſa conſequentia coniuncta, & per conſequens conſtitutionis prohibitioni obnoxia videtur. Alias verò, & in terminis ſuperius adductis, tales diſpoſitiones potius honeſtę & laudabiles compenſationes beneficiorũ à præceptoribus acceptorum, quàm puræ & veræ donationes cenſeri poſſunt. Sic enim legimus Rhetori Nicoſtrati labores ſuos in inſtitutione ſuſceptos diſcipulos gratè recompenſaſſe[g] & Sabinum, cui amplæ facultates non erant, à gratis ſuis auditoribus plurimum ſuſtentatũ fuiſſe,[h] at-
que contra D. Ambroſio † à pluribus vi- 4
tio verti, quod cum prius Marcionita, & ab Origene ad veram fidem conuerſus, multiſque poſtea facultatibus auctus fuiſſet, moriens præceptori Origeni, ſeni iam inque extrema paupertate conſtituto, nihil omnino reliquerit.[i]

ADDITIONES.

[a] *l.1.§.onerandæ. in fin.quar. rer.act.non dat.* [b] *d.l.1.§.in ſumma, in fin.* [c] *l. ſi pluribus, de legat.2.* [d] Archidiaconus *in cap. præſens, in fin.de offic. ordinar.* DD. *in Clement.1.de reſcrip.* [e] *l.quibus, de V.S.* [f] *Seneca de benef. libr. 3.cap.11.* [g] *l. Aquilius, de donat.* [h] *l.2.§.poſt hunc, verſic. ergo Sabino, de orig.iur.* [i] *D.Hieronym.in catalog. ſcript.Eccleſ.*

DECISIO XCVIII.

ARGVMENTVM.

Negotia alterius vltroneè gerenti rectè donari poteſt.

SVMMARIA.

1 *Conſtitutionem illam haud obſtare ſcero qui rerum precioſarum generi ſui cuſtodiam & curam ſponte in ſe receperat, iudicatum fuit.*

2 *Conſtitutio illa accipienda eſt de adminiſtratoribus neceſſariis, & qui à magiſtratu dantur, non verò de iis, qui vltroneè alienius negotia gerunt.*

IOANNES Binet ſub tutela † Antonij 1
Chauuat exiſtens, anno ætatis ſuæ decimoquarto, maior declaratur, & cum cõſenſu atque auctoritate tutoris Iohannam Gaye filiam Ioannis Gay vxorem ducit. Quo facto tutor pupilli ſocero rationem tutelæ reddit, & reliquam præſtat, ſicque ei inter alia, nonnulla mobilia, inſtrumenta, & res precioſiores pupilli quondam ſui tradit. Quæ omnia, vt tutor à munere ſuo liberaretur, ſponte & ſine vlla auctoritatis magiſtratus interpoſitione, iuramẽti præſtatione aliaque ſolemnitate ſocer recipit, & veluti ad negotia gerẽda genero ſuo aptior, illa ab anno 1571. vſq; ad annũ 1582. aſſeruat, & ſecũ retinet. Eo autẽ anno Iohãnes

Binet in lethalem morbum incidens,& extrema ſua ordinans vxorem ſuam Ioannam Gaye heredem vniuerſalem instituit, ínque ea voluntate decedit. Poſt cuius obitum ſoror eiuſdem,Margarita deBinet,tanquam legitima & proxima ab inteſtato heres affini ſuæ Ioannæ à defuncto marito heredi vniuerſali inſtitutæ, coram Seneſcallo du Puy, aut eius vices gerente litem mouens teſtamentum à fratre factum eo nomine impugnat,quod is ſub poteſtate & cura ſoceri ſui, tanquam curatoris fuerit, & propterea eiuſdem filiam, vxorem ſuam heredem, contra prohibitionem regiæ illius conſtitutionis, inſtituere non potuerit;vtpote quæ ad liberos perſonarũ ibidem expreſſarum extendatur.

Verum relicta vidua Ioanna reſpondit extenſionem illam non perpetuam eſſe,ſed contraria ſupremarum curiarum regni huius, immo ipſius parlamenti Tholoſani, præiudicia extare,quibus ob peculiares circumſtantias & ex variis cauſarum figuris, contrarium in fauorem liberorum donatariorum iudicatum fuerit;atque hic circumſtantias eiuſmodi plures ferè, quàm in vlla alia facti ſpecie,concurrere: cùm pater Ioannes Gaye meram cuſtodiam mobilium, inſtrumentorum & rerum precioſarum ad defunctum maritum pertinentium habuerit,cùm citra vllam obligationem, ſaltem voluntarius & ſpontaneus negotiorum geſtor fuerit,cùm inſtitutio à marito facta referri deberet ad honeſtam illam affectionem, qua eam maritus toto matrimonij tẽpore, & circiter nouẽ annos proſecutus fuiſſet, vt ideò hoc in caſu conſtitutionem extendere velle crudele admodum & inuidioſum videretur. At dictus Seneſcallus ſententia ſua teſtamentum illud in fauorem Iohannæ à marito factum planè nullum eſſe declarat,bonáque defuncti Iohannis Binet, eiuſdem ſorori Margaritæ, tanquam proximæ heredi ab inteſtato adiudicat,ita tamen vt viduæ quoad iura ſua, quæ vigore pactorum dotalium habere poſſet,nullum præiudicium fieri deberet. Ab ea autem ſententia Iohanna ad curiam noſtram prouocat,& grauaminum loco ſuperius adducta repetit,cum expreſſa poteſtatione ſe grauari haud velle ſuperflua probatione, quod maritus tempore teſtamenti conditi vigeſimum quintum ætatis annum exceſſiſſet,& inſtar aliorum maiorum,cui vellet, relinquere potuiſſet non obſtante illa conſtitutione, quæ ad tales maiores, quos nulla alia cauſa teſtari impedit,referri non poſſet. Arreſto itaque curiæ noſtræ ad relationem Domini Trelon IX.Februarij,Anno M.D.LXXXIII.appellatio illúdque vnde appellatum fuerat,caſſatum & Seneſcalli ſententia emendata,teſtamentum confirmatum fuit,vt eius vigore Iohanna in vniuerſis & ſingulis bonis à defuncto marito relictis ſub conditionibus in teſtamento adiectis manuteneri,atque à petitione affinis Margaritæ compenſatis expenſis planè abſoluta eſſe deberet. Quod quidẽ arreſtum haud citra omnem difficultatem prolatum fuit, cùm nonnulli ex Dominis exiſtimarent,Iohannam probare debere defunctum maritum vigintiquinq, annis maiorem fuiſſe,iuxta opinionem eorum,[a] qui non ſine ratione tradiderunt conſtitutionem illam accipiendam eſſe de his, qui alias prohibentur à iure donare, aut ſi donauerint, ætatis beneficio in integrum reſtitui poſſint,& propterea [b] locum non habere in maioribus donantibus adminiſtratoribus ſuis,niſi alias impedirentur à lege, vtpote [c] ſi æger donaret medico durante infirmitate,& quidem coactus,vel ſi eſſet prodigus,furioſus vel demens.[d] Nam tum diſpoſitiones eiuſmodi nõ tam propter conſtitutionis prohibitionem,quàm alias iure inualidæ eſſent. Quod etiam de omnibus aliis, qui curatorum ope iuuantur,dici poteſt.[e] Tandem tamen Dominis viſum fuit in diſcuſſione illius dubij haud perſiſti debere cùm cauſa aliunde definitiuè decidi poſſet. Poſito enim eo,quod defunctus Binet tempore conditi teſtamenti nondum vigintiquinque annis maior fuerit:tamen Ioannæ Gayæ conſtitutionis prohibitio haud officere poterat, vtpote,quæ de adminiſtratoribus † neceſſariis, vel à magiſtratu datis, non verò de iis,qui vltroneè & ex libera voluntate,negotia alicuius gerunt,accipienda eſt,quemadmodum optimè Rebuffus notauit.[f] Alias enim nemo facilè alienorum negotiorum adminiſtrationem ſponte ſuſcepturus eſſet, ſi fauoris præmij & commodorum loco ſe odium & damnum manere compertum haberet : cùm etiam 2.

ADDITIONES.

[a] Rebuffus *ad d. conſtitut.gl. 9.numero vigeſimoprimo.* [b] Rebuffus, *vbi ſupr. numero decimoquarto,* [c] *l. medicus, de var. & extraord. cognit.* [d] *l. is, cui bonis, de V.O.* [e] *l.Fulcinius, §. planè, ex quibus cauſ. in poſſ. eat.* [f] *ad d. conſt. gloſſ. 9. num. 21. in addition. in poſteriori editione appoſitis.*

etiam Vlpiano teſte [a] inter officium ſuſcipientis,& voluntatem diſtrahentis multum intersit, maximè in maiori & donare valente. Quam ob cauſam potiſſimum, & propter honorem benè tranſacti matrimonij, curia noſtra ad arreſti illius prolationem commota fuit.

Additio.

[a] *l. qui erat.* & ibi Baldus, *fam erciſc.*

DECISIO XCIX.

Argumentum.

Præſcriptio decennalis donationē tutoribus vel curatoribus factam contra conſtitutionis prohibitionem non confirmat.

Summarium.

1 *Præſcriptione decem annorum per ſanctionem Regis Ludouici introducta ſe defendere nequeunt tutores vel curatores, quibus contra prohibitionem ſæpius dictæ conſtitutionis donatum fuit.*

1 Materia ſæpius dictæ † conſtitutionis regiæ nobis in memoriam quoque reuocat aliud arreſtum in Camera Tornellæ, menſe Decembri, Anno M. D.XCIII. in cauſa d'Aliquery & Cartier contra Bouuecarrieres ad noſtram relationem prolatum. Quæſtio. n. erat, quā etiā Dominus du Val, Senator parlamēti Pariſiēſis, tanquam dubiā, in tractatū ſuō de rebus dubiis retulit; vtrum tutor curator, aut alius adminiſtrator, qui per decennium res ſibi à minore antè maioritatem aut redditionem rationum donatas aliòue modo relictas tenuit; tali præſcriptione per conſtitutionem Regis Ludouici XII. Anno M.D.XII. introducta, tutus eſſe queat. Ad quam quæſtionem affirmatiuè propterea reſpondendum eſſe videbatur, quod conſtitutio Ludouici generaliter diſponat; omnes, qui cum titulo per tantum temporis ſpatium poſſederunt, tutos & ſecuros eſſe debere, ſiue iis ratione interuenientis læſionis, vel etiam commiſſæ nullitatis lis moueatur.

Deinde conſtitutio de præſcriptione decem annorum poſterior eſt ea, quæ tutoribus, curatoribus aut adminiſtratoribus donari prohibet, & per conſequens hæc per illam, ſi non tota abolita, & correcta, ſaltem ratione præſcriptionis decennalis, ob allegatam ibidem rationem, limitata & reſtricta videtur. Verum ipſe auctor prædictus reſpondet; quod ambæ iſtæ conſtitutiones coętaneę eodémque tempore, nempe anno 1539. promulgatæ ſint; vt ideò vnam altera correctam fuiſſe iure haud præſumatur. [a] Deinde etiam cōſtitutio illa prohibitoria, de qua plurib. hactenus actū fuit, cōformis eſt iuri communi, quo contractus cum tutoribus & adminiſtratoribus initi tā quoad diſpoſitionem, quam quoad traditionem & poſſeſſionem infirmantur. [b] Quo nullitatis caſu conſtitutio illa de præſcriptione decem annorum, planè locum habere nequit, vt alibi commodius dicetur. Atque hæc potiſſima cauſa fuit, vt à parlamento noſtro pro pupillis & minoribus, contra eorum tutores, curatores & adminiſtratores in prædicta quæſtione iudicaretur. Quam Dominus du Val in dicto tractatu latius examinat. [c]

Additiones.

[a] *l. non ad ea, de cond. & demonſtr.* [b] *l. 1. de auctor. præſt.* [c] *tract. 19.* vbi agit, *de reſt. in integr.*

DECISIO C.

Argumentum.

Maior vigintiquinque annis petere poteſt reſciſſionem tranſactionis, quam in minori ætate cum tutore quondam ſuo iniit.

Summaria.

1 *Qui olim minor fuit poſtquam ad 25. ætatis annum peruenit, petere poteſt, vt tranſactio, quam tutor conſequendæ liberationis ergo à reddendis rationibus adminiſtrationis cum eo in minori ætate iniit, reſcindatur.*

2 *Tutores & curatores prius ab officiis ſeu muneribus ſuis haud liberati cenſentur, quàm ſi redditis rationibus reliquam præſtiterint.*

Verum difficilius dubium † in cauſa de Rayſac, contra Sabrede & alios, obortum & menſe Decembri, Anno M. D. XCII. ad noſtram relationem, itidem in Camera Tornellæ per commiſſarios, quēadmodum proximè præcedens, deciſum fuit. Dubitabatur n. an poſt vigintiquinque annos perfectos & completos ille, qui 1

in minori ætate ſua tranſactionem cum tutore vel curatore quodam ſuo fecerat, eaq; geſtę adminiſtrationis nomine illum planè liberarat; audiri deberet receptionem & approbationem petens regij diplomatis, quod pro reſciſſione & caſſatione dictæ tranſactionis impetrarat; non obſtante edicto, quod anno M. D. LX. promulgatum fuit, quo approbantur, & ratæ habentur omnes eiuſmodi tranſactiones à maioribus factæ, etiamſi contineant læſionem vltra dimidiam, quæ à Doctoribus, atque ipſo etiã edicto dolus re ipſa appellatur. Quo edicto pars aduerſa diploma illud reijci petens, potiſſimum nitebatur, atq; pro reſciſſione cõſtitutionem illã donationes fieri tutoribus prohibentem allegari poſſe dicebat: vtpote, quæ quoad articulum hunc, edicto de tranſactionibus promulgato correcta & abrogata eſſet. Atque huc etiam in ſuperioribus deciſionibus adducta referri poterunt, quod in eiuſmodi hypotheſi non tam munificæ cuiuſdam liberalitatis, quàm tranſactionis nomine liberationem adminiſtrationis curator conſecutus & adeptus fuerat.
2 Verùm hiſce haud † obſtantibus diploma illud in effectu comprobatum fuit, condemnato tutore & curatore ad rationum redditionem & reliquę præſtationem. Quibus etiam poſtea redditis reliquam præſtitit. Verùm cùm redditio illa & præſtatio impugnaretur, & denuò ab auditoribus coram Seneſcallo de Carcaſſonne ſententia ferretur, cauſa per appellationem ad parlamentum noſtrum deuoluta, ad noſtram relationem curiæ arreſto omnia ſuperiora confirmata, & præterea tertij quidam ad reſtitutionem bonorum, quæ ad eos, tranſactionis illius occaſione, peruenerant, condemnati fuerunt, iuxta ea, quæ alibi Dominus du Val in eodem tractatu confert.[a] Vnde quoque concludit, quod conſtitutio illa diſpoſitiones à minoribus factas in fauorẽ tutorum aut curatorum, nullas declarans, etiam extendi poſſit ad eum, qui maior factus ante redditionem rationum, eo nomine cum tutore aut curatore ſuo tranſegit, & quidem ſine diſcuſſione accepti & expẽſi. Cuius aſſertionis aliquot rationes adducit, quæ in indiuiduo ad noſtram hypotheſin referri poſſunt, in qua nunquam rationes oblatæ, multo minus computatæ & exploratæ fuerunt. Quare tranſactioni illi ſine cognitione cauſæ, & auctoritate iudicis factæ tantum haud tribui poteſt; vt ea tutor aut curator ita liberetur, ne rationes reddere, aut reliquam præſtare teneatur; cùm non videri queat functus officio aut cura ſuæ adminiſtrationis: niſi rationes reddiderit ſecundum formam à lege præſcriptam. [b] Quibus conſequens eſt illum nec tranſigere poſſe cum ipſo minore etiam facto maiore XXV. annis, nondum redditis rationibus. [c] Quod etiam iuxta eundem auctorem conſtitutione imperiali [d] comprobatur, ſed per interpretationem, vt nobis quidem, ſaluo meliori iudicio, videtur, admodum longè petitam, ſi conſtitutio illa præciſè ad ſuam hypotheſin referatur.

ADDITIONES.

[a] *tract. 20. cap. 31.* [b] *l. cum ſeruus, de condit. & demonſtrat.* Vnde etiam rectè traditur, quod rei alienæ adminiſtratori neceſſitas reddendi rationes planè remitti nequeat. Ruin *conſ. 54. num. 12.* Couarr. *libro 2. var. reſol. c. 14.* Vtpote quæ diuino & humano iure nititur. Munnoz de Eſcobar *de ratiocin. adminiſtr. cap. 4. num. 11.* quamuis diuino iure remiſſionem eiuſmodi quodammodo tolerari videatur probari poſſe per textum *2. Regum 22. num. 7.* Planè remiſſio eiuſmodi non ſine omni effectu eſt, ſed tutor vel adminiſtrator, cui ea fit, licet ab actione in rem, & reliquorum reſtitutione, dolo, vel lata culpa non liberetur: Si quid tamen negligenter geſſit, ſcrupuloſa nimiſque curioſa inquiſitione non vexandus eſt, *l. ſi ſeruus vetit. d. legat. 1.* Dec. *conſil. 192. verſic. ſecundo principaliter.* Anton. Gomez. *libr. 1. var. reſolut. c. 12. numero 82.* Imò ille etiam tutor, cui teſtator liberationẽ omnis illius, quod ſibi eum debere, apparuerit, legauit, rationes adminiſtrationis futuræ, (redditio enim rationum de adminiſtratione præterita licitè ita remitti poteſt gl. & DD. *in l. cum nec ſſitat. C. de fideicommiſſ.*) nihilominus reddere tenetur. Referuntur enim verba teſtatoris, quibus eiuſmodi liberationem relinquit, ſaltem ad ſubtilem & ſcrupuloſam vexationem: non verò ad iuſtam & legitimam rationũ petitionẽ. Quare etiam illam ſaltem, non verò hanc teſtator prohibuiſſe præſumitur. Illud quoque notandum eſt, quod adminiſtrator licet à reddendis rationibus interdum liberetur, tamen à reliquorum ſolutione minimè immunis redditur. Nihilominus enim, ſi quid dolo geſſit, aut ſi quid ex doloſa adminiſtratione apud eum manet, vindicari id poteſt, atque ad eius reſtitutionem ille obſtringitur Menoch. *de præſumpt. libro quarto, præſump. 164. numero 1.* Craſſus *de ſucceſſion. §. legatum, quæſt. 40. numero 12. & ſequent.* Firma itaque manet illa regula;

quod

quod quilibet rei alienæ adminiſtrator rationum redditioni obnoxius ſit. Camill. Borell.*conſil.31. numer.*1 2.*&* 3. qui de iure diuino naturali, ciuili & Canonico teſtatur. Menochius *de arbitrar.iud.quæſt.lib.2.conſil.29.num.1.& ſequent.*Rota Gen.*deciſ* 163. Modeſtin.Piſtor.*conſ.8. nu.4.volum.2.* Andreas Rauchba.*part.1.q.20.num.*37. Quod etiam in perſonis coniunctis obtinet, Roland. à Valle *conſ.49.num.*10. *volum.*1. Tiber.Decian.*conſ.79.volum.*2.Borcholt *conſ.12.pag* 166.*colum.2.in fin.volum.*1. Si tamen arctior inter eas neceſſitudo intercedat, nō adeò ſtrictè omnia rationum momēta ſunt expendenda, Sola *ad conſtitut. Sabaud.tit. de minore,in decret.qui citationem p.1.gl.vnic.num.*10. Borell.*conſ.31.num.*44. Quamuis item ob ſummam illam reuerentiam pater filio rationem adminiſtrationis reddere, vel inuentarium conficere iuxta veriorem, & in Camera Imperiali approbatā ſententiam non teneatur Mynſ. *cent.2. obſ. 93.num.3.per. l.ſi quis prioris,§.ſi.C.de ſecun. nupt.* tamen ad rationum redditionem de iis bonis, in quibus vſumfructum non habuit, ſed quæ tanquam tutor vel curator adminiſtrauit, omnino obnoxius eſt. Priori enim caſu, quando pater legitimus bonorum filij adminiſtrator eſt, omne commodum habet in bonis filij, atque ei nudam duntaxat proprietatem reſeruare tenetur: poſteriori verò caſu, cùm filij tutor vel curator eſt, vſumfructum bonorum nō habet, atq; ideo procuìdubio de fructibus rationem reddere filio obſtringitur. Barto. *in l.litis,§ pater* per illum text. *de neg.geſt.* Baldus *in l.ſi quis minor,lectur.2. de minor.* Munnoz de Eſcobar. *de ratiocin.adminiſt. cap.5. nu.*28. Adminiſtrationem tamen bonorum filij, pater propterea non amittit, neque ratio ſtatim ab eo exigi poteſt, ſi ſecundas contrahat nuptias, niſi dolus, vel culpa eius in adminiſtratione argui queat. Arius Pinel.*in l.1.part.2. num.33. C. de bon. matern.* Munnoz de Eſcobar. *in dict.tract. c.6.num.4. & ſeq.* Alias enim cùm pater præſumatur optimum ſemper conſilium pro filio capere *l. neque in ea. C.de adult.* Vulteius *conſil.29.n.45.vol 2.int.conſ.Marpurg.* atque ea præſumptio propter naturalem affectum faciat omnia patri conceſſa videri *l.28.§.3.de liber. legat.* ideo ſecundæ nuptiæ pro cauſa ſufficienti haud haberi poſſunt, vt illi adminiſtratione bonorum filij interdicatur. Mater vero tutrix filiorū ad ſecunda vota conuolans, ſtatim ipſo iure tutelæ adminiſtrationem amittit, & ab ea ratio adminiſtrationis exigi poteſt gl. *in l. omnem,C.ad SC.Tertullian.* Porro is quoque, quem teſtator relicta in teſtamento diſtribuere voluit, atque ſic ei executionem teſtamenti committit, quique loco heredis interdum habetur, DD. *in l.id,quod pauperibus, & l.ſi quis ad declinandum. C. de Epiſc.& cleric.* Adrian.Gilman.1. *rer.iud.dec.* 3 *num.*3. (quemadmodum alias etiam impedire nihil omnino videtur, quo minus eo officio heres fungatur, Petr.de Anchor. *conſil.*203.Couarru.*ad c.tua nos,extr.de teſtam.* Vincent de Franch. *deciſ.*204.*numero* 9.Hartman.Hart.*in pract.obſer.lib.2.tit.*10. *obſ* 2.*numer.*8.Bald.& Dn.Sebaſt.Næu. *ad l. cùm proponas* 8.*C.de fideicom.libert.* Adrianus Gilman. *in Symphor. ſupplicat. tom.*1. *part.3.vot.1.num.*7. licet fœmina ſit, Bartol. *in l.à filio herede,*15.*de alim. & cibar.legat.* per illum text. Vincent.de Franchis, *deciſ.* 348. *num.* 3. vel vxor teſtatoris Petr.Pech. *de teſtam.coniug.lib.1. c.*20. atque ad ſecundas nuptias tranſierit Ioannes del Caſtillo, *de vſufruct.c.2.num.* 80. Bart. *in l.à filio,de alim.& cibar.legat.* Bald.*in authen.eiſdem pœnis, C.de ſecund. nupt.* Montan. *de tutel. cap.15.num.*108. Æquiparari tamen hoc officium ſolet tutelæ, Bart. *in l.tutela,de tutel.*Heig.*part.2.quæſt.13.num.*29. à qua fœminæ regulariter arcentur. Committi quoque adminiſtratori vel executori eiuſmodi interpretatio & declaratio teſtamenti à teſtatore poteſt, *arg. l.Theopōpus,de dot.prælег.* Adr.Gilm. 1.*rer.iudic.d.7.numer.27 & ſeqq.* atque quod per hunc fieri debet fruſtra fit per heredem præuenientem Bald. *ad l.11.C.de fideicom. libertat.* Si verò merus executor ſit, à legatariis regulariter cōueniri nequit, gloſſ. *in l.Firmio,§.1. quand. dies leg.ced.* Bart.*in l.alio herede,in fin.de aliment. legat.* eiúſque officium ad heredes non tranſit, glo. *in c.fin.de teſtam.in 6.* Baldus *in l.id,quod pauperibus,Cod.de Epiſcop. & cleric.* Finitur item & expirat commiſſum exequendi munus annali præſcriptione, atque poſt annum ad loci Epiſcopum pertinet, *c.non quidem,c.tua,de teſtam.in 6. l.nulli, C.de Epiſcop. & cleric.* niſi teſtator expreſsè longius tempus preſcripſerit Francus, *in c.fin. de teſtam. in 6.* Adrianus Gilman.*in Symphor.ſupplicat.tom.1.part.3.vot. 1.num.*10. De conſuetudine generali Galliarū adminiſtrator vel executor eiuſmodi ipſo iure cēſetur eſſe, in quaſi poſſeſſione omniū bonorū defuncti, quatenus ſufficere poſſint ad implendā eius voluntatē, nec vlla alia corporalis vel realis apprehēſio poſſeſſionis requiritur, nō ſolum in exequendis legatis piis, ſed & aliis, Petrus Gregorius

in Syntagm.iur. libro 10. *capite* 10. *num*.15. poſt Imbert.*in Enchirid.verb.de teſtamentaria executione.* Tandem notatu & illud non indignum eſt, quod ad officium ſępius dicti adminiſtratoris vel executoris pertineat, vt illud ſaltem debitum ſoluat, quod exactionem, non verò quod ſolam retentionem habet, *arg.l.peculij* 4. *de pecul. l.obligatione, ff. de pignor.* Ioannes Iacobus à Canibus, *de execut.vlt.voluntat.* §.*conſentaneum, numero ſecundo.* Zanger.*de except. part*.3.*cap*.1.*num*.25.

Quando verò ob id conueniri nequeat, quod legata in teſtamento inualido relicta diſtribuit, eleganter admodum explicat Nicol. Euerhard.iun.*conſ*.18.*numer*.1.*& ſequentibus, vol*.1. Trita item ea ſunt, quod teſtator conſtitutionem executoris alterius arbitrio committere nequeat. Br.*in l. quidam, num*.5. *de reb dub.& ibidem.* Soci.*num*.16. Heig.*parte* 2.*quaeſt*.13.*numero* 29. & quod executor in teſtamento, in quo conſtituitur, teſtis eſſe non poſſit. Hartman. Hart. *lib*.1.*obſ.pract.tit*.38.*obſ*.10. hæc verò, ſeu ſingularia, à Doctoribus notãtur; quod executor ſatiſdare non teneatur, Bart.*ſing*.88. atque ſi teſtator ei dederit poteſtatem diſtribuendi eleemoſynam, cuicunque voluerit, etiam duos vel tres eligere poſſit Roman.*ſing*.454. *arg.l.vnum ex familia*, §.*ſi duos, iunct.princip.* vbi Br.*de legat*.2.) rationem officij ſui reddere debet, nec temporis præſcriptione ab ea liberatur, maximè ſi fuerit conſtitutus ad diſtribuendum bona pauperibus, vel in alias pias cauſas. Ipſemet etiamſi plures teſtamento dati fuerint à collega ſuo, durante executione teſtamenti, ob iuſtam cauſam, relationem rationum extraiudicialem exigere poteſt, *c.fin.*§.*fi.de teſtam.in* 6. Gilman.*all.deciſ*.7.*nu*.27. VVurmbs.*in pract.obſ.lib*.1.*tit*.38. *obſ*.12. Ioannes Andr.*in addit.ad Speculator*.§.*nũc vero aliqua, verſ.ſed ſimpliciter.* Munnoz de Eſcobar. *de ratiocin. adminiſtrat. cap*.6. *num*.70.*&* 72. Qui autem ſemel nomine bonorum, quæ adminiſtrauit rationes ſufficienter reddidit, denuo eas reddere cogi nequit, *l.ſemel.* vbi Bart.*C.de apoch.pub.* Borell.*conſ*.18.*num*.2. licet maxima allegetur læſio, niſi ea, vel commiſſus calculi error legitimè prius probatus fuerit. Heig.*part*.1.*q*.20.*num*.44. Vt tamen adminiſtrator ab omni vltoriore vexatione eò ſecurior ſit, conſultum eſt, vt, quando rationem adminiſtrationis ſuæ reddit, in nuda calculatorum computatione haud acquieſcat, ſed eam à magiſtratu quoque confirmari curet, vel ſuper ea tranſigat. Tum enim rationes ſemel redditæ amplius retractari nequeunt. DD. *in l.vnic. Cod.de error.calcul.* Hardevvig à Daſſel *conſ.* 18. *numero* 8.*volumin*.1. A D. [c] *l.ita autem*, §.*fi.de adminiſtrat.tutor.* [d] *l.age cum Geminiano. Cod.de tranſact.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

SINGVLARIVM QVAESTIONVM IVRIS SCRIPTI, DECISARVM, AVT PRÆIVDICATARVM PER ARRESTA MEMORABILIA PARLAMENTI Tholoſani.

Liber tertius.

DECISIO I.

ARGVMENTVM.

Heredes in expenſas litis, quam defunctus prædeceſſor habuit, condemnati eaſdem pro hereditariis ſuis portionib. ſoluunt.

SVMMARIA.

1 *Condemnationes in expenſas perſonales quomodo accipi, & quomodo ea ſolui debeant?*

3 *Condemnatio in expenſas contra plures coheredes, qui litem, quam defunctus prædeceſſor habuit, reaſſumſerunt, intelligitur ſaltem contra quemlibet, pro ſua hereditaria portione, pro qua defunctum repræſentat.*

3 *Si tamen coheres litem prædefuncti ſimpliciter, & ſine mentione quota aut alia proteſtatione reaſſumens in expenſas condemnetur, eaſdem integrè ſoluere debebit ſaluo tamen regreſſu contra alios ſuos coheredes.*

1 QVamvis condemnationes in expenſas perſonales eſſe dicatur, a quo vt quilibet litis conſortium condemnatorum ad illas, pro ſua rata teneatur, eo quòd quilibet eorum ob ſuam pertinaciam,[a] & litigandi temeritate pœna dignus ſit, & propterea victori expenſas reſarcire debeat, quaſi ex contractu cùm in iudiciis quaſi contrahatur, idque agi intelligatur, vt victus victori in expenſas condemnetur,[b] idcircóque apud veteres ſponſio fiebat, & vadimonium promittebatur, vel cautio iudicio ſiſti, vel iudicatum ſolui: attamen hoc ſaltem procedere, & locum habere intelligitur, ſi lis principaliter & directè contra plures ex propriis eorum perſonis intendatur, iique poſtea ſine vlla diuiſione aut ſeparatione in litis expenſas condemnentur. Tum enim eiuſmodi condemnatio ſaltem ad quotam, quæ cuiuſlibet perſonam concernit, refertur[c] etiam in actionibus perſonalibus, in quibus debitores, ſi non offerant, ſoluant, aut conſignent, illud, quod veroſimiliter ſe debere putant, in expenſas totius litis condemnantur, licet creditores ſaltem quoad partem ſummę petitę victoriam obtineãt. [d]At quando condemnatio illa † contra plures heredes, facta eſt, qui aut litem à defuncto cœptam deſeruere, aut eãdem reaſſumſerunt, & proſecuti fuere, tum obligatio defuncti ab eiuſdem perſona in perſonas heredum deriuata cenſetur, pro hereditariis ſaltem portionibus pro quibus omnes defunctum 2

ADDITIONES.

[a] *l. eum, quem temerè, de iudic.* [b] *l. 3. C. de fruct. & lit. expenſ.* [c] *l. 1. C ſi plur. vn. ſent. condem. fuer.* [d] ex notat. per Bald. *in l. qui ſolidum, de legat. 2.*

functum repræſentat. [a] Nec dici poteſt arreſtum illud Parlamenti Pariſienſis in audientia 4. Maij, Anno 1553. prolatum, quod à Papone refertur [b] contrarium eſſe. Illud enim ad conſequentiam trahi nequit, cùm ibi defectus formalitatis (quemadmodum Papon notat) nempe appellatio à taxa expẽſarum interuenerit. Quod ſatis innuit
3 reſeruatus † in eodem arreſto regreſſus cõtra reliquos coheredes. Qua clauſula reſeruati regreſſus parlamentum Pariſienſe etiã vti conſueuit, ſi vnum ex pluribus coheredibus litem generaliter, & ſine vlla quotæ ſuæ mẽtione, aut alia proteſtatione reaſſumentem, poſtea in litis expenſas condẽnet. Creditur enim talem heredem non ſolum de portione ſua, ſed de toto impendiorum aſſe cum aduerſario in iudicio quaſi contraxiſſe, & deinde poſſe eum aduerſus coheredes negotiorum geſtorum agere, ſicque ab eis à ſe perſolutum pro portionibus coheredum recipere. De qua re pluribus dominus Lucius agit. [c] Idem quoque exactè curia noſtra Tholoſana obſeruat. Si enim omnes coheredes auditi, & in lite fuerint, tum illa expenſas, in quas condemnati fuerunt, ita taxare & moderari ſolet, vt eas quilibet pro quota & portione ſua hereditaria ferre & ſoluere debeat: ſi verò non omnes interuenerint, tũ ij, qui ſine vlla proteſtatione liti ſe obtulerunt, nec cæteros coheredes indicarunt, ſoli ad omnes expenſas condemnantur: ita tamen, vt paratum aduerſus reliquos pro eorum portionibus regreſſum habere debeant. Sicque ſæpius tam in claſſibus inquiſitionum, quàm in Camera maiori, atque aliquando ad noſtrã relationem in ſecunda Camera, in cauſa de Pac contra Pac. Anno. 1579. iudicatum fuit.

Additiones.

[a] *l. in depoſiti, depoſ.* [b] *en ſon recueil, tit. des deſpens de l'inſtance, arreſt. 1.* Alias verò prouocationem ab immodica expenſarum taxa licitè fieri, colligitur ex Bartolo, *in l. ab executore, & l. vlt. C. de appellat.* Roberto Maranta, *in ſpecul. aureo, part. 6. de execut. ſent. nume. 22.* Erneſto Cothmanno *reſp. 7. num. 177.* Franciſco Marci *deciſ. 338. numero 5. part. 1.* Romano *conſ. 357.* Caualcano *part. 1. dec. 15. numero 33.* Antonio Fabro *libro 2. C. tit. 35. defin. 3. num. 3. arg. d. l. ab executore, num. 4. C de appellat. l. final. C. quando prou. non eſt neceſſ.* Appellationis autem eiuſmodi ab expenſarũ taxa factæ occaſione ſequentem controuerſiam & quæſtionẽ excitatam ac motam aliquando fuiſſe memini: Seius homicidij accuſatus, atque in plena prætenſæ exceptionis inculpatæ tutelæ probatione deficiens, vltra perpetui exilij pœnam in litis expenſas condemnatus fuerat. Harum deſignationem immodicam cùm pars aduerſa iudici obtuliſſet, iſque nimis iniquè eas taxaſſe videretur. Seius à grauamine hoc ad Cameram Imperialem prouocauit. Quæſitum ergo eſt, vtrum in puncto deuolutionis releuans ei ex §. *Item als jert*, 97. decreti comitiorum imperij, anno 1530. Auguſtæ habitorũ, atque ex ordinatione Cameræ imperialis, *par. 2. tit. 28. §. Item nach dem auch*, exceptio opponi poſſet? Affirmatiua reſponſio ſequentibus fundamentis niti videbatur. 1. quia notoria & inueterata Germaniæ conſuetudo appellationes in criminalibus non admittit, vt de ea nouem præſtantiſſimos patriç noſtræ Iuriſconſultos teſtes produçit, Andr. Rauchbar. *libro ſecundo, quæſtione octaua, numero 45.* 2. eam conſuetudinem etiam expreſsè approbant, duo §§. conſtitutionũ imperialium modo allegati, vtque eiuſmodi in cauſis prouocationes nunquam in Camera recipiantur, ſeuerè interdicunt. 3. etſi nonnunquam criminales etiam cauſç per viam ſimplicis querelæ ad idem laudatiſſimum iudicium vi ordinationis deferri poſſunt & debent, Dominus Petrus Denais. *in diſp. de mer. imper.* tamen appellationes in iis nunquam ibidem recipi omnes communiter teſtantur. 4. nunquam in vlteriori inſtantia cauſas eiuſmodi, niſi ex ſolo nullitatis capite, eo deuolui debere, expreſsè ſancit *Ordin. Cam. part. 2. tit. 28. dict. §. nach dem auch, verſ. doch da ſich, &c.* Verũ hiſce non obſtantibus negatiuam mihi haud leues rationes ſuadent. 1. quia prouocatio eiuſmodi non à criminali, ſed ciuili potius cauſa ſit, quemadmodum vulgatum illud inter cauſas ciuiles & criminales diſcrimen ſatis comprobat, cuius auctor eſt gloſſa, *in l. 3. in verb. centum aureorum, de ſepulchr. viol.* quod etiam laudat Clarus, *in pr. crim. q. 1. num. 2.* Robertus Maranta *in ſpecul. aureo. part. 4. diſt. 1. iud. num. 2.* Schneidvv. *ad pr. Inſt. de obl. quæ ex delict. naſc. n. 9. & ſeq.* 2. cũ ex homicidio duplex naſcatur actio, criminalis & ciuilis; Martin. Anton. Delrio, *ad l. tranſigere. 18. nu. 8. C. de tranſact.* Dan. Moller. *ad cõſt. elect. Aug. 12. num. 1 part. 4.* & DD. cõmuniter; expenſarũ pũctus nõ ad illã acceſſorij iure, ſed ad hanc principaliter pertinet. 3. huc facit doctrina Pauli Grillãdi, *de relaxat. carc. tit. de expẽſ. n. 4.* vbi tradit; quod expenſæ ſint ſeparatum quid à cauſa

rin-

principali, & maximè poſt condemnationem Fr. Marci, *dec.391.num.3.in 2.part.* Caualc.*part.1.dec.14.nu.13.& 32.* Lanfr.*in cap. quoniam contra, de prob. tit. de expenſ. num. 17. verſic. notandum eſt.*4. Mynſ.*cent.4.obſ.* 41. notat; quod diſpoſitio appellationem in criminalibus in Camera non recipiendam eſſe ſtatuens, non procedat in mulctis, quæ in locum pœnæ corporalis ex commutatione forte per gratiam facta, ſucceſſerunt. 5. huc pertinet textus *in Ord.crim.art.12.* vbi punctus expenſarum expreſſè inter cauſas ciuiles refertur. 6. manifeſta quoad caſum hunc Cameræ præiudicia extant, cuiuſmodi eſt illud, quod confert Dn. Chriſtianus Barth.*part.5.ſent.Cam.pag.53. lit.C.* quæ ſententia lata fuit 27. Septembr. Anno 1574. auctor præiud. Camer. ſub *lit.A.titul. appellatio à taxat. expenſ.* Thilmannus de Benignis, *in apoſpaſm.ſyndr.deciſ. Cam.imper.ſyntagm.4.decad.4.vot.4.7.* teſtis eſt inſignis ille practicus Iulius Clarus, *in pr.cri. q.1.num.2.* quod licet in ducatu Mediolanenſi appellationes & reuiſiones in cauſis criminalibus generali itidem decreto prohibitæ ſint; tamen eas à nimia expenſarum taxa factas curia ducatus illius recipiat. Ex quibus adductæ pro contraria ſententia rationes per ſe ferè corruunt, vt vlteriori refutatione non indigeant. A D. [8] *in placit.cur. Pariſ.tit. de fructibus, & in rem litémque expenſis.*

DECISIO II.

ARGVMENTVM.

In Francia agnitio ſeu recognitio chirographi tacitam hypothecam inducit.

SVMMARIA.

1 *Hypotheca ordinationis ob chirographorum agnitionem & recognitionẽ competens ad prioritatem, refertur, non ad condemnationem, ſeu vt illius virtute executio in bona debitoris validè fieri poſſit.*

2 *Ex omnibus chirographis agnitis & recognitis hypotheca competit, ſiue alias de ea conuentum in illis fuerit, ſiue non.*

3 *Ad rationes & fundamenta doctiſſimi cuiuſdam Iuriſconſulti contrarium ſtatuentis reſpondetur, & communis praxis defenditur.*

COgimur hic veluti retrogredi atque redire † ad praxin ordinariam agnitionis & recognitionis chirographorum iuxta ordinationem quam apud nos habemus, & cuius in libris præcedentibus mentionem fecimus. Cùm enim illa ſcripſiſſemus in manus noſtras incidit liber doctiſſimi & celeberrimi cuiuſdam Iuriſconſulti noſtri temporis,[a] qui in primo libri illius capite omnia arreſta, quæ antiqua praxi & certo vſu dictæ ordinationis nituntur, ſub ſpecie erroris pragmatici, ſi non recta: tamen ad minimum per indirectum & per conſequentiam euertere conatus fuit. Quæ cauſa eſt, vt ab initio exiſtimaremus hæc relinquẽda, atque conniuendum, & diſſimulatione vtendum eſſe; eo quòd auctor ille ea ratione recta contra ſtylum parlamenti ſui diſputaret, vt ex eius diſſertatione plenius videri pote[st], ſicque videretur ea, quæ non prope nos, ſed ſupra nos ſunt, parum ad nos pertinere. Verum cùm eo modo non ſolum prædictus ſtylus, eiúſque praxis, ſed etiam dicta noſtra ordinatio eiuſdémq; vſus ſtylo illi planè conformes impugnentur, atq; auctor ille, dum pragmaticos hic errare, atque à verò iuris tramite deflectere dicit, etiam Gallorũ mentionem faciat; haud inconueniens erit, ſi hic demonſtretur, praxin illam non modo prædicto ſtylo, ſed etiam lege viua & publica auctoritate recepta ac approbata niti, quæ alias & ſub ſimili interpretatione, quam facit dicti ſtyli, planè inutilis & fruſtratoria eſſet. Hoc vt euidentius appareat primo huc referamus ipſum textum ordinationis à rege Franciſco I. (qui optimo iure magnus dicitur) Anno M.D.XXXIX. promulgatæ. In eius enim articulo 92. ita habetur: quod omnes, qui ad recognitionem chirographoru[m] citati ſunt ea in propria perſona aut per procuratorem ſpeciale mandatum habentem coram iudice ſeculari, ſub cuius iuriſdictione reperiuntur, & quidem ſtatim antequam loco, in quo reperiuntur, excedant agnoſcere denegare teneantur; neque exceptionem incompetentiæ obijcere poſſint: aut alias ob vadimonium ſemel deſertum aut au[t] eremodicium contractum chirographa † pro agnitis & recognitis haberi atque hypothecam à die ſententiæ,

ADDITIO.

[a] Anton. Fab. *de error. pragm. decad.1. err.8*

tiæ, importare debeant, veluti ſi agnita & recognita fuiſſent. Quæ propria verba ſunt illius ordinationis, de qua olim dubitatum fuit, an talis hypotheca, qualem inducit & conſtituit condemnationem ſecum trahere adeò vt vlterior expectanda non ſit, ſed illius vigore creditor paratam executionē habeat in bonis debitoris ſui, qui chirographum ſcripſit & agnouit, aut ob cuius contumaciam pro agnito & recognito habitū fuit? Et quidem hoc nonnulli eximij viri affirmarunt cùm exiſtimarint rationem dictæ ordinationis fuiſſe, vt eo modo ſcriptura priuata veluti authētica reideretur, quę in iudicio comprobata vim haberet etiam iudicati vt à Baldo quodam reſponſo proditum eſſe dicunt. Alij verò [a] quorum ſententia † etiam communiter obtinuit, contrarium defendunt, cùm non ideò prohibeantur exceptiones aliæ parti competentes, & ſatis ſit, ſi lex regia det ſic priuatæ ſcripturæ hypothecā, quoad priorem poſteriorémve ordinem, licet nihil aliud addat. Cui conforme eſt & quaſi reſpondet articulus ſequens dictæ ordinationis hiſce verbis: ſi quis citatus ad recognitionē chirographi compareat, & chirographum deneget, idque creditor poſtea probet; tum hypotheca curret & locum habebit à die negationis & conteſtationis. Nam verba illa poſtrema dicti articuli atque arreſta & ſententias iudicum ſupremorum & inferiorū in Francia, quibus chirographa pro recognitis habentur & hypothecam continere dicuntur; interpretari & referre velle non ad hoc, vt iis verbis hypotheca tacita ex chirographo inducatur, ſed potius vt hypothecæ in chirographo expreſſæ, ſi quę eſſet, lex certa daretur, illud nihil aliud, (vt bona pace tanti viri, qui ita docuit, dicamus) quam pura quædam & nouella philoſophia eſt: quæ, ſi reciperetur, ordinationes illas ferè vanas fruſtratorias & nullius effectus atque momenti redderet, cùm tamē alias eæ publicè plurimum prodeſſe & vtiles eſſe queant, ſi propriè iuxta diſpoſitionem ſuam accipiantur, præſertim quoad commercia, negotiationes & fidem inter mercatores ſeruandam. Nam inter centum chirographa à mercatoribus data vix vnū expreſſim hypothecam continet, ad quam ordinationes illæ iuxta prædictam interpretationem referri poſſent. Nec firmiter obſtant differentiæ, quę ex iure vel à tempore vel à cauſa inter hypothecarios & chirographarios creditores petuntur; neque regula, quæ ex eodem iure adduci poteſt; bona debitoris nempe citra expreſſam cōuentionem obligata creditore non eſſe extra eas cauſas,[b] in quibus placuit contrahi tacitè pignus vel hypothecam. Nam ad omnia illa & reliqua, quæ tam ex reſponſis ICtorum quàm cōſtitutionibus Imperatorū, & præſertim Iuſtiniani opponi poſſent, breuiter reſpondebitur; quod caſibus illis, in quibus pignus vel hypotheca tacitè de iure contrahitur, in Francia noſtra iſte adiectus ſit, quando chirographum à debitore agnitum & recognitum fuit. Idque per reges noſtros, quorum ordinationes in Francia viuæ leges ſunt (cùm ibidem ius Romanum haud aliter receptum ſit, quàm quatenus eius æquitas & rationes Francorū Reipublicæ optimè conſtitutæ inſeruire poſſunt, quemadmodum reges noſtri in quibuſdam oppidis Academias & vniuerſitates erigentes expreſsè diplomatibus ſuis declararunt.) Atque euidenter illud verba dictarum ordinationum comprobant. Nam in priori dicitur; *emporteront hypotheque*, id eſt, *hypothecam continebunt*; quę vim imperandi atque virtutē abſolutæ & pro maieſtate imperij factæ ordinationis habent: atque in poſteriori *aura & courra*, id eſt, *habebit & curret*: quæ data opera adiecta fuiſſe videntur, vt dubio illi, quod iam mouetur & ſubtilitatibus, quæ recenter afferūtur occurri poſſet. Nos ſubtilitatum illarū auctori libenter ſubſcribere neque in facto ſupplere vellemus [c] contra illud, quod iure deciſum eſt, niſi nobis eſſent expreſſę leges Francicę, quę ſupremum veluti locum tenentes abrogant, temperant, corrigunt & moderantur ius Romanum. Sed & cuiuſlibet ſupremę curię ſenatus ordinationes eiuſmodi facere poteſt, quę parem cum lege auctoritatem habent. Atque dum in Francia curię tam ſupremę quàm ſubalternæ, aut deputati ab iis commiſſarij in caſibus dictarum ordinationum decernunt; nempe in priori, quod chirographa illa hypothecam habere debeant, & in poſteriori, quo hypotheca locum habeat & curret; vtique nihil aliud faciunt, quā vt veluti executioni mandent proprios terminos dictarum ordinationum, & hypothecas illas declarēt, quod locum habeant noniter & tacitè introductæ ob recognitionem chirographorum

rum

ADDITIONES.

[a] Ferronus *ad dictas conſuetudines, tit. de ſubhaſtationibus, ſub fin.* [b] Conſtant. *ad dictā ordinationem* & Rebuffus *ibidem.* [c] *tot. tit. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contrah. ff.* & C.

rum atque currant, ſi expreſſè adſcriptæ reperiantur, ſed alias ſine effectu iuris ſint [a] ne probent aut præiudicium faciant, niſi iis, qui ea ſcripſerunt aut ſaltem ſignarunt, non verò contra tertium quendam, cui alias facilè damnum dari poſſet, niſi illa ſubſignata fuerint à tribus teſtibus probatæ atque integræ opinionis. Quo caſu [b] plena dicuntur ἰδιόχειρα, quæ triũ talium teſtium ſubſcriptionem habent, imò potius tunc quaſi publicè confecta accipiuntur, iuxta conſtitutionem imperialẽ [c] cuius prędicta verba verè examinata & probè conſiderata euidenter probant, quod talia chirographa publica eſſe cenſeantur, vtpote quæ eorundem effectum habent; qui potiſſimum in eo conſiſtit, quod obligationem pariat, quę hypothecam ſecum trahit non ſaltem bonorum, ſed etiam perſonæ vbi expreſſè ita conuenit aut alias fieri poteſt. [d] Quare ſi cum prędicto auctore in noſtris terminis quis inferre vellet: quod ſi quingẽtis inſtrumentis per totidem notarios exceptis & ſubſcriptis creditor niteretur nõ eo magis ſibi ius taciti pignoris acquireret, quod debitor ad iudicem euocatus vel agnouiſſet debitum vel denegaſſet; ille ignem calore & aquam humiditate carere præſupponeret. [e] Nam inſtrumenta publica ideò introducta ſunt, & ſuum nomen acceperunt, vt authenticè & per iuriſdictionem voluntariam, qualem habere dictum eſt eos, qui illa excipiunt, obligent & veluti hypotheca afficiant debitores atque contrahentes, quemadmodum ipſa etiam eorũ forma ſatis innuit. [f] Imò etiamſi nihil aliud in iis haberetur, quàm *qu' obligé*, &c. *quod obligatus*, &c. tamen inſtrumenta ob adiectas clauſulas extendi poſſent ad hypothecas bonorum, tanquam ordinarias & requiſitas ad effectum obligationum per inſtrumenta publica, quemadmodum Guido Papæ arreſto parlamenti Gratianopolitani, & quidem in cauſa maioris momenti, quam ſuperior eſt, iudicatum fuiſſe refert. Minimè igitur mutanda ſunt, quæ certam interpretationem ſemper habuerunt. [h] Siue ex ordinatione, ſiue ex ſtylo, qui ſemper ordinationis vim habere cenſetur.

ADDITIONES.

[a] *l.1.C.vt quæ deſ.aduocat.part.ind.* [b] [c] *l.inſtrumenta, l.rationes, C.de probat.* [d] Anchoran.2.*quæ.9.* [e] *l.ſcripturas, C.qui pot.in pign. hab.* [f] Bartolus *in l. Gallus.* §. *idem credendum, de liber & poſthum.* [g] *qu.129.* [h] *l.minimè, de LL.*

DECISIO III.

ARGVMENTVM.

Vſuræ chirographariæ à die demum agniti chirographi debentur.

SVMMARIA.

1 *Intereſſe non debetur multóque minus adiudicatur à ſupremis curiis antè recognitionem vel probationem chirographorum.*

2 *Iuxta prioritatem & prælationem hypothecæ ob debitum principale introducta, prioritas & prælatio acceſſoriorum quoque iudicatur.*

3 *Stipulationes olim apud Romanos receptæ hodie nõ amplius in vſu, ſed in earum locum obligationes, quæ coram notariis ſub ſigillo regio aut authentico fiunt, ſuffectæ ſunt.*

4 *Chirographa antequam agnita fuerint, aut quando denegantur & aliter probari nequeunt, ſunt veluti corpus ſine anima, arbores ſine fructu, & herba ſine radice.*

5 *Poſt agnitionem aut comprobationem chirographorum creditores tenentur corã iudice competenti proſequi condemnationem aut garniſionem prouiſionalem quoad ea, quæ in illis continentur.*

Conſequenter & inſtar acceſſoriorum † prædictus auctor alia duo tanquam 1
pragmaticorum errores, in duobus capitibus proximè ſequentibus notat; quorũ vnũ vſuras chirographarias, alterum hypothecas per chirographum expreſſim conſtitutas concernit. Atque ſic primum nititur errore communi & arreſtis ſupremarum Franciæ curiarum, quæ errorẽ illum ſecuti fuere: atque creditoribus chirographariis vſuras nunquam adiudicarunt, aut earum loco illud, quod, niſi prius chirographa agnita & recognita vel denegata fuerint, iuxta dictas ordinationes. Exiſtimat autem prædictus autor & pluribus rationibus atq; auctoritatibus iuris ciuilis & Romani confirmat, vſuras cõuentas & promiſſas in chirographis pro debito principali in iiſdem comprehenſo deberi, & adiudicandas eſſe iuxta tẽpus & dies ibidẽ adiectos in damnũ ſaltẽ & præiudiciũ ipſius debitoris, nõ verò aliorũ eiuſdẽ creditorum; quibus ipſum debitũ principale ibidẽ cõprehenſum nocere aut præiudicare nequit. Verũ facilè videri poteſt, quod hoc nihil aliud ſit, quã quædã cõſequentia à regula illa, quam in proximè

præcedenti deciſione ex auctore illo adduximus, dependens, quæ deſtructo ſuo principali, & ipſa corruit ac deſtruitur, cùm aliter ſuperiores partes iure haberi non poſſint, quàm ſi inferiores quoque iure habeãtur.[a] Nam per approbationem & recognitionem eiuſmodi chirographorum hypotheca, quæ per dictas ordinationes introducta fuit, ſaltem prioritatem ordinis reſpectu reliquorum creditorũ cõcernit, neque eo modo vllam executionem paratam contra debitorem habet, ſed neceſſe eſt vt contra eum poſtea creditores condemnationẽ impetrent, quemadmodũ ſuperius expoſuimus atque in praxi receptum eſt, & regulariter iudicari ſolet. A tẽpore enim demum hypothecę illius vſurę, ſi vllæ debeantur, currere debent & poſſunt
2 [b] vt iuxta prioritatem † hypothecę quoad debitum principale, prioritas quoque acceſſoriorũ iudicetur & æſtimetur. Aliter enim ſine maxima abſurditate fieri nequit, qualiſcũque etiam acceſſoriorũ fauor prętendatur, veluti noſtro in caſu, quod vſuræ in vicem aut compenſationem eius quod intereſt aut fructuũ debeãtur. Et quamuis
3 vſu amplius apud nos receptæ † non ſint tales ſtipulationes, quales olim apud Romanos frequentabantur & quarum virtute vſuræ exigi & peti poterant: [c] tamen in earum locum ſuffecti ſunt actus publici qui per notarios excipiuntur, atque obligationes continent factas ſub regio aut alio authentico ſigillo atque ibidem expreſſas, quamuis in tranſcurſu ſaltem & enunciatiuè per hæc verba; *præſens ſtipulans & acceptans,* non vt tam actio & parata executio producatur, quã certum & tale vinculum, quod ad obligationes, quæ ibi interueniunt, ſufficere exiſtimetur.

Nam & ipſum vocabulum aliquid importare videtur. Atque ſic omnes illæ reſolutiones, quæ ex eius capitib. ſiue expreſſè ſiue tacitè, verè aut præſumptiuè duci poterant, [d] ceſſant in Francia noſtra, cuius ſupremæ curiæ, atque inter eas Tholoſana, nunquam recipere, approbare aut confirmare voluerunt vllas vſuras, neque etiam ipſum intereſſe conuentionale, quemadmodum ſuperius eius rei arreſtum allegauimus. Imò etiam iis in caſibus, vbi pœna conuentionalis eo nomine interuenire & locum habere poteſt, eadem limitatur & reſtringitur ad illud, quod rationabiliter intereſt. Atque vt eiuſmodi intereſſe exigi & peti poſſit; quamuis certa dies promiſſioni adiecta fuerit: tamen interpellationem quandam creditoris, atque ad minimum extraiudicialem, præceſſiſſe oportet, neque ficta illa interpellatio legis, ſeu iuris, ſufficit. [e] Vnde non immeritò dici & & defendi poteſt, quemadmodum etiam præiudicatum fuit, ex chirographis & priuatis ſcripturis intereſſe aut vſuras non poſſe deberi, niſi ex quo agnita ſunt chirographa, vel denegata. Præterea etiam ſuprema curia Tholoſana, nimirum multis in ordinaria hac ſcandaloſa & miſerabili negotiatione graſſantibus vltra iuris ciuilis & Romani terminos progrediens [f] haud aliter vſuras vel illud, quod intereſt in concurſu creditorum adiudicare conſuouit, quàm ſi omnibus prius ſatisfactum fuerit ipſius ſortis nomine tam ex inſtrumentis publicis quàm ex ſcripturis priuatis, ſed agnitis & recognitis debitæ, quemadmodum ſuperius notauimus.

Quod verò alterũ hypothecam expreſsè per chirographa conſtitutam concernens attinet, illud in eo potiſſimum conſiſtit, quod ſæpius allegatus auctor tradat, creditorem, qui expreſſam ex chirographo hypothecam habet, etiamantequam illud agnitum & recognitum fuerit, experiri poſſe hypothecaria contra debitorem ſuum æquè ac ſi inſtrumento publico acquiſita & conſtituta fuiſſet; cùm nec magis hoc quàm illo caſu interſit debitoris, quem verum eſt & debitorem eſſe & res ſuas obligaſſe. Addit quoque idem auctor communem opinionem contrariam & præiudiciis firmatam eſſe erroneã atque falsò eo prætextu niti, quod chirographaria obligatio nullas prorſus vires habeat, antequam chirographum agnitum ſit aut denegatum; quæ tamen euidenter falſa ſit; cùm conſtet à quo tempore mutuum contractum eſt & chirographum conſcriptum, contractam quoque eſſe obligationem, nec eĩ ſolum ſed etiam chirographũ vires habuiſſe. Vnde etiã eſt quod creditrix chirographũ debitori reſtitui iubens hypothecam in illo conſtitutam remiſiſſe cenſeatur. [g] Verum ſi prædictæ ordinationes referuntur non

ADDITIONES.

[a] *Legi tecum, de except. rei iud.* [b] *l. Lucius, qui pot. in pign. hab.* [c] *l. 3. C. de vſur. cum ſimilib.* [d] *c. ſi iam, de pœn.* Papon. qui arreſta parlamenti Pariſienſis allegat, *ſoubs le tiltre, que peine conuentionelle peut exceder l'intereſt.* [e] *l. magnum, C. de contr. & commit. ſtipul.* [f] contra *l. Lucius, qui pot. in pig. hab.* [g] *l. creditricem, C. de remiſſ. pign.*

non ſaltē ad talia chirographa expreſſam hypothecam habentia, ſed etiam ad reliqua omnia, in quibus nihil expreſſim de hypotheca conuenit (quemadmodum defendimus atque vſus communis hoc approbat) quis non videt, quòd eiuſmodi chirogra-
4 pha † ante agnitionē aut denegationē nihil aliud ſunt, quā corpora ſine anima, arbores ſine fructu & herbę ſine radice, quę pri⁹ viuæ reddi, ad effectum perduci, aut ad vllam compoſitionem applicari nequeunt, quàm ſi animatæ, munitæ & radicibus talium hypothecarū ex ordinatione donatæ fuerint, quarū virtute ſcripturę priuatæ animā & ſpiritum accipiunt: veluti columba lignea Architæ Tarentini, animalia metallica Boërij & caput æneum Baconis. [a] Quare licet, quemadmodum præſupponitur, agnitione aut denegatione chirographi non magis inducatur pignus, quàm obligatio ipſa ſortis, ſed ea, quę iam ante cōtracta fuit, qualis ſit & fuerit, declaretur, ſicuti de ſententia iudicis dici ſolet non tam acquiri per eam ius victori, quàm ius illud, quod ante debebatur, declarari: tamen hæc declaratio tantum operabitur, vt eius virtute agi, occupari & perſecutio licitè fieri poſſit: cùm alias eiuſmodi quippiam tentantibus commodè obijci poſſet, quòd Imperatores Seuerus & Antoninus alibi Iuſtino reſcripſerunt: nimis properè iudex pignora Marcellæ capi ac diſtrahi iuſſit ante rem iudicatam. [b] Et quamuis non-
5 nulla in contrariūm † ex legibus & conſtitutionibus ciuilibus afferri poſſent: tamen ea omnia ex ordinationibus regiis ſatis confutantur, quæ expreſſè ſanciunt, quòd hypothecæ, quæ expreſſim in chirographis conſtitutæ non ſunt, haud prius locum habeant, neque eæ, quæ expreſſim conſtitutæ fuerunt, prius currant, quàm à die agnitionis aut conteſtationis quoad recognitiones quas proſequentur creditores, qui etiam tenebuntur coram iudice competente petere condemnationem aut garniſionem per prouiſionem, quæ vocatur, quoad chirographorum contenta, antequam occupatio aut vlla executio contra debitores eo nomine fieri poſſit. Tantum igitur abeſt, vt tale quippiam facere vel agere poſſint ante prædictas agnitiones vel denegationes, extra terminos illarum ordinationum ſub ea ſpe, ac ſi poſtea tales proſecutiones validari & firmari poſſent. Nā cùm prima introductio iuſto fundamento caruerit, ideò reliqua omnia velut in aëre extructa ſubſiſtere nequeunt. Verum nimis hiſce immoramur, cùm ſatis abundè conſtet, quod omnes ſupremæ huius regni curiæ ſententiam illam, quæ erroris à prædicto auctore arguitur, vnanimiter amplectantur.

Additiones.

[a] Caſſiodor. *lib. 2. var.* [b] *l. 1. C. de execut. rei iud.*

DECISIO IV.

Argumentum.

Repetens rem depoſitam apud eū, qui heredem reliquit cum beneficio legis & inuentarij, ad inſtantiam diſcuſſionis, quæ inter heredem & cęteros creditores tractatur, ire cogitur.

Summaria.

1 *Depoſitario ante depoſiti reſtitutionem decedente & heredem cum beneficio inuentarij relinquente quomodo depoſitum repeti queat?*

2 *Diſtinctiones doctiorum noſtri temporis adducuntur & approbantur.*

3 *In omnibus tamen caſibus illarum diſtinctionum eum, qui depoſitum repetit, ad inſtantiam diſcuſſionis ire debere à parlamento Tholoſano praiudicatum fuit.*

4 *Clauſula inuſitata, affectata & extraordinaria reiiciuntur & reprobantur à ſuprema curia Tholoſana.*

QVemadmodum iuſtam † admodum 1
cauſam habuimus, vt prædicto auctori quoad propoſitionem illam erroris atque inde dependentia duo acceſſoria contradiceremus: ita iniquè planè à nobis fieret, ſi aliam propoſitionem, quam idem auctor doctè & inſtar veri ICti (haud enim cuiquam illud, quod meritus eſt & ei debetur detrahere volumus) in primo capite ſecundæ decadis recenſet, atque primū pragmaticorum errorem inſcribit, impugnare vellemus. Ea autem cōcernit rem depoſitam apud eum, qui ante illius reſtitutionem decedens nullum alium heredem, quàm cum beneficio inuentarij ſeu legis relinquit. Pragmatici enim tradiderunt, quod is qui depoſuit atque depoſitum à tali herede repetit, non ſit cogendus ad eam ire inſtātiam, quæ inter heredē & cæteros cre-

ditores tractatur de bonis auctoritate iudicis poſſidendis vel venundandis, quàm diſcuſſionis generalis inſtantiam vulgò appellant; eo quòd talis actor non tā alienā quàm ſuam propriam rem perſequatur, ideóque domini potius quàm creditoris iure agere videatur; item quòd in ipſo quoque creditorum concurſu actio depoſiti priuilegium inter cæteras habere exi-
2 ſtimetur. At auctor ille † hoc ita demum procedere exiſtimat, ſi pecunia aut aliæ res depoſitæ adhuc extent, atque quoad eorū reſtitutionem contra heredem, non in dicta qualitate ſed tanquam contra quemlibet alium poſſeſſorem aut detentorem, qui reſtituendæ rei haberet facultatem agatur. [a] Idque iure fieri poteſt, cùm nemo rem ſuam deponendo, ius, dominium, ac ne quidem poſſeſſionem in alium transferre ſoleat. [b] Sed ſi res depoſita non extet, aut extet quidem, veruntamen depoſiti actione non vindicatione repetatur, quod aliquando fieri neceſſe eſt propter difficultatem, quæ ſæpenumero ſumma eſt, probandi dominij, eo caſu aliud conſtitui debet nec priuilegium hac parte vllum habet actio depoſiti, quo minus ad generalem diſcuſſionis inſtantiam remittendus ſit is, qui agit; quamuis negari nequeat, quòd depoſiti actio habeat priuilegium poſt dotem vt cæteris actionibus præferatur, quarum priuilegia non ex tempore æſtimari ſolent, ſed ex cauſa. [c] Sed non impedit illud priuilegium quo minus de iure & ordine illius, qui rem depoſuit, diſceptari inter cæteros creditores oporteat; imò verò tunc demum depoſiti priuilegio locus eſt, cùm fit concurſus creditorum & contenditur quis inter eos & quo ordine præferri debeat. Nam & inter hypothecarios creditores ita euenit, vt qui ex iis habent ius prælationis nihilomagis recuſare poſſint, ne ad generalis diſcuſſionis inſtantiam remittantur. Sic item cùm inter perſonales quoque actiones actu depoſiti non habeat priuilegium prælationis niſi poſt dotem, de dote autem cogatur etiam mulier diſputare in diſcuſſionis inſtantia; vtique non melior erit conditio eius qui agit depoſiti, vt ei ante omnes creditores & extra diſcuſſionis inſtantiam ſatisfieri opor-
3 teat. Quare in omnibus † caſibus etiam ipſius diſtinctionis quam auctor ille adducit, ſiue res depoſitæ adhuc in rerum natura ſint, ſiue amplius non extent, ſiue rei vindicatione, ſiue actione depoſiti directa aut quocunque alio iuris remedio repetantur, reiecta opinione contraria pragmaticorum curia noſtra ſemper ita decernere conſueuit, vt depoſitum repetentes ad inſtantiam generalis diſcuſſionis cum reliquis creditoribus ire debeant; quemadmodum verè ea de re nos teſtari poſſumus. Idque propterea quod iure Canonico [d] quo nos in Francia vtimur & moribus noſtris vt Budæus dicebat [e] in iudicijs actio edi non ſoleat, ſupérque ea cauſa non minus anxiè laboretur, quàm an ſit exceptio. Vnde eſt, quod in dictis inſtantiis diſcuſſionis generalis bonorum, quàm creditores regulariter per occupationes & ſubhaſtationes vt bona ſectori addicantur, proſequi ſolent, duæ potiſſimum oppoſitiones admittantur; vna, vt ſeparatio fiat atque iurium emphyteuticorum ratio habeatur ex ordinationibus defuncti regis Henrici II. [f] altera verò ad conſeruationem tendit atque hypothecas, iura realia & debita perſonalia concernit; adeò vt ſi quis depoſitum aut aliam rem cuius dominium & proprietas ad eum pertinet tanquā dominus perſequatur, aut alias actione perſonali experiatur contra eum, cuius bona in generalem diſcuſſionem veniunt; tum neceſſe ſit, vt & ipſe in inſtantiam diſcuſſionis eat atque oppoſitione ſeparationis vtatur, in qua optimè fundatus erit caſu prædicto, quo res depoſitæ adhuc in rerum natura ſunt, atque debitè & ſufficienter de iis apparet: ſi verò hoc non fiat, tum in altero caſu oppoſitionem conſeruationis vſurpabit & in hypotheca admittetur iuxta quantitatem & valorem illius inter alios creditores, atque ſecundum priuilegium & prælationem ſuam, ac poſt debitoris vxorem, quæ ob eadem iura idem facere cogetur, quemadmodum idem auctor amplius diſſerit in vlteriori explicatione materiæ illius, cuius ab initio huius deciſionis mentionem fecimus.

Quare cùm in dicta inſtantia diſcuſſionis generalis bonorū defuncti Faiac pendente in ſuprema curia Tholoſana, de qua ſæpe iam locuti fuimus, inter alios defunctus Ludouicus Paucy mercator Tholoſanus interueniſſet quoad chirographum ſepties mille librarum ipſius debitoris cōfeſſione agnitum & probatum, eámque ſummam,

ADDITIONES.

a *l. officium, 9. de rei vind.* b *l. rei depoſita, depoſ.* c *l. priuilegia, de bon. auct. iud. poſſid.* d *c. dilecti. de iud.* e *in forenſ.* f *artic. 24.*

ſummam verum & reale depoſitum eſſe aſſereret & probare conaretur, quod à ſe nomine ſenatoris cuiuſdam parlamenti, ad quẽ ſumma illa pertinebat, & qui ob cauſam belli in tota ferè Francia præſertim verò Tholoſæ flagrantis eam ſe perditurũ metuebat; penes debitorem factum fuiſſet; arreſto curiæ quoad dictam diſcuſſionem, ad relationem, defuncti Dn. Caumels poſt dotes & ante omnes alios creditores hypothecarios dicta ſumma in chirographo illa comprehenſa dicto Pancy aſſignata ſeu addicta fuit, cum tali clauſula, ac ſi chirographum illud vim fidei promiſſæ & datæ ſicque inſtrumenti guarentigiati haberet. Quoad occaſionem dedit reliquis creditoribus, poſterioribus præſertim cùm quædam nullitates & errores, in datis, vt vocant dierum commiſſi fuiſſent, iique poſtea detegerentur, vt diploma in forma ciuilis cõtra arreſtum illud impetrarent. Quod diploma etiam nulla habita ratione prioris arreſti comprobatum, & partes in eum ſtatum repoſitæ fuerunt, in quo ante illius pronunciationem fuerant. Cùm ergo ſecunda vice cauſa illa ad relationem defuncti domini Maynial iudicari deberet, nóſque in numero iudicum eſſemus, interrogatum vlterius fuit, vt cauſa depoſiti prætenſi melius probari poſſet, de qua alias non niſi ex quibuſdam indiciis apparebat, cùm alias aſſignatio ſeu additio illa confirmata fuiſſet ob prælationem cauſæ depoſiti
4 ti poſt dictas dotes. Quæ tamen † confirmatio non fieri debuiſſet cum tali clauſula, qualis prædicto arreſto adiecta fuit, cùm nimis affectata & extraordinaria imò inaudita & inſolita ſit tam quoad dictam curiam quàm quoad reliquas omnes ſupremas regni huius. Verum hæc ſufficiant. Relictis iam pragmaticorum erroribus ad rectam iuris viam redeamus.

DECISIO V.

ARGVMENTVM.

In Francia vi regiarum ordinationum chirographa ob vadimonium deſertum vel vnum ſaltem eremodicium pro agnitis habentur.

SVMMARIA.

1 *Ordinationes regiæ ſancientes quod chirographa ob ſolum vadimonium deſertum vel eremodicium contractum pro agnitis haberi & hypothecam importare debeant, quomodo vſu receptæ ſint, & quænam earũ in ſuprema curia Tholoſana praxis ſit?*

2 *Arreſtum ab eadem curia diu antè ordinationum illarum promulgationem prolatum malè à quibuſdam acceptum & intellectum fuit.*

3 *Deinde vtilitas publica rem eo perduxit, vt qualiſcunque etiam vadimonij deſertio ſeu qualecumque eremodicium interuenerit: tamen, antequam ius dicatur de veritate ſigilli, chirographis appoſiti prius apparere oporteat.*

4 *Quomodo intelligendum ſit arreſtum parlamenti Pariſienſis, quo præiudicatum fuiſſe prætenditur chirographum à teſtibus recognitum garniſonem non importare.*

NOtabiliter in ordinatione † regis 1
Franciſci I. cuius textum ſuperius adduximus, dictum fuit, quod chirographa, quorum ibi mentio fit, pro recognitis haberi debeant ob vadimonium ſemel deſertum aut eremodicium contractu. Illud curia noſtra ab initio ita interpretata fuit atque ad vſum perduxit, vbi aſſignatio, cuius contemplatione vadimonium ſeu eremodicium interuenit, quoad perſonam debitoris facta & vadimonium actis probatum ac libello deductu fuit. Errant itaque
[a] qui prædictis † ordinationibus confor- 2
me eſſe tradiderunt arreſtum, quod diu ante illarum promulgationem, nempe VII. Septembr. Anno 1548. contra Philippum de Leuis Archiepiſcopum Auxitanenſem quoad ſummam mille coronatorum aureorum à curia Tholoſana prolatum fuit. Cùm enim prædictum arreſtum non aliunde quàm ex ſcriptis Dn. Aufrerij [b] depromſerint, tam ipſi auctori, quàm publicæ vtilitati iniuriam fecere, dum falsò illud allegarunt. In eo ſi quidem caſu pars 18. Auguſti comparuerat atque chirographi agnoſcere aut denegare iuſſa fuerat, ſub tali comminatione, *quod alias curia ex tũc pro nunc teneret dicta cedullã pro cõfeſſata* cúmque iuſſui nõ paruiſſet, curia poſtea 7. Sept. ob contumaciam chirographũ pro agnito habuit & archiepiſcopum condemnauit,

ADDITIONES.

[a] Rebuffus *ad dictam ordinationem,* Papon *en ſon recueil. tit. des ced. & recognoiſ. d'icelles arreſt. 6.* [b] *in ſtyl. parlam. 4. part. artic. 205.*

demnauit, vt ſummam bis mille aureorum in chirographo illo comprehenſam antè feſtum omnium ſanctorum proximè dependeret. Vnde facilè colligi poteſt, quantũ epitome arreſti illius à ſuo originali diſcrepet. Nam illa ad deſertum vadimonium refert, quod hoc de contumacia qua rei iudicatæ paritum nõ fuit, enunciat, ob quam contumaciam, qui eam committit, præſertim in cauſis ciuilibus, euitare nequit, quo minus conſiteri & agnoſcere cenſeatur illud, quod conſiteri & agnoſcere iuſſus fuit, & non parendo veluti recuſauit, quemadmodum ipſemet Aufrerius ad dictum arreſtum notauit, ex quo diuerſitas hæc abundè patet. Cæterum poſtquam ordinatio illa † prædicto modo quoad vadi- 3 monium deſertum aut eremodicium contractum intellecta fuit, atque à curia noſtra interpretationem recepit, experientia omnium rerum magiſtra, iuncta cum vtilitate & neceſſitate publ. rem eo perduxit, vt qualiſcunque etiam vadimonij deſertio interuenerit, hodie curia aut deputati ab ea ad hoc commiſſarij ad dictum declarationem hypothecę non procedere ſoleant, niſi ad minimum ſigillum chirographo appoſitũ prius cõprobetur, adeò vt prius ſummariè apparere debeat, chirographũ à debitore, ſi non ſcriptũ fuerit, tamen ſignatũ fuiſſe veluti in iudicio ſummario: in quo, ſi aliud & ſecundum vadimonium deferatur, nihil aliud quàm garniſio prouiſionalis ſequi poteſt, ita tamen vt legitimè caueatur de eo caſu quo debitor antè condemnationem principalem vocatus ſufficienter probaret, ſe nihilominus vel non ex parte debere ſicque in omni caſu omnibus partibus proſpiciatur. Idem quoque iudices inferiores & ſubalterni decernere ſolent, cùm ſatis iis conſtet, ſi aliter pronunciarent atq; ab eorum decretis vel ſententiis appellaretur, quod curia noſtra iuſtam correctionem adhiberet.

Quod autem prætenditur ſupremam curiam Thol. congregatis omnibus claſſibus pronunciaſſe, quod chirographum per teſtes recognitum garniſionem non importet, [a] illud arreſtum procedit & locum habet, quando chirographum à debitore vel eius ſucceſſore non modò non agnitum, ſed etiam planè denegatum, atque per teſtes ſaltem aut collationem literarum ſummariè factam probatum fuit. Tum enim haud quæſtio eſt de chirographo agnito, ſed conteſtato & veluti ob falſum impugnato, quatenus in ſcriptura priuata cõtingere poteſt. Quo caſu vera & plena cauſæ cognitione opus eſt atque interim effectus prætenſi chirographi in ſuſpenſo hæret, donec de veritate illius appareat atque de calumnioſa & temeraria denegatione ac mala fide doceatur, ſicque locus fiat pœnis eo nomine à iure introductis [b] & ſpecialiter per ordinationes regias [c] confirmatis. Imò per eaſdem ordinationes † 4 inter mercatores & non alios omnia chirographa omnéſque promiſſiones recognitæ aut ſufficienter probatæ coram iudicibus ordinariis regiis garniſonem & corporis comprehẽſionem important, quemadmodum quoad conſeruationem priuilegiorum nundinarum Lugdunenſium in vſu eſt. Idque curia noſtra Thol. recepit, obſeruauit, permittit & ordinat, cum magna tamen cauſæ cognitione, quam pro ſua in hiſce & aliis caſibus ſolita prouidentia & prudentia adhibet, ne inde iniuriarum naſcatur occaſio vnde iura naſcuntur.[d]

Additiones.

[a] Papon *d. tit. arreſt.* 4. [b] *auth. contra qui propriam C. de non num. pecun.* [c] *in comit. Aur. art.* 145. *prom.* [d] *l. meminerint, C. vnde vi.*

DECISIO VI.

Argumentum.

In Francia donatio inter viuos ob omiſſam inſinuationem vitiatur.

Summaria.

1 *Donatio facta ſub titulo perfectæ, ſimplicis & irreuocabilis donationis, &c. nunquid pro donatione inter viuos aut mortis cauſa habenda ſit?*

2 *Rationes, ob quas eiuſmodi donatio mortis cauſa facta, vel effectum & naturam mortis cauſa donationis habere cenſeatur.*

3 *Cauſæ & obligationes acceſſoriæ, quantumuis generales, ad finem & executionem actus adiectæ non mutant naturam principalium obligationum.*

4 *Rationes & fundamenta, quibus probatur donationem illam inter viuos & non mortis cauſa factam fuiſſe.*

5 *Donatio illa cùm non legitimo tempore, ſed demum poſt triennium à morte teſtatoris inſinuata fuerit, donataria predeſſe nequit.*

6 *Dona-*

6 *Donatione illa nulla declarata pro herede in teſtamento donatoris inſtituto pronunciatum fuit.*

1 DEfunctus Baptiſta † de Leuſiere, dominus ex parte de Connas, Anno M.D. LIII V. Aprilis in loco de Tourbez in Occitania, cùm ad ſeruitium regis proficiſci, eíque tam in bello quàm aliàs ſeruire vellet, atque in ſeruitio illo ſe moriturum eſſe metueret, perpendens ſecum beneficia, quę ſibi à cognata ſua Magdalena de Vayrac exhibita fuerant, & adhuc quotidie, data occaſione, exhibebantur, ei donationem fecit per quam, ceſſantibus omnibus præſumptionibus, ſubtilitatibus, & cautelis iuris tam ciuilis quàm Canonici, aut aliis, quæ à quoquam ad impugnationem vel in totum vel ex parte inſtrumenti donationis excogitari poſſent; ex libera voluntate & ſua ſponte, citra vllius inſtinctum, aut fraudulentam perſuaſionem, pro ſe & heredibus ac ſucceſſoribus ſuis donarat, ceſſerat & titulo perfectæ, ſimplicis & irreuocabilis donationis, quæ inter viuos dicitur, Magdalenæ iſti præſenti & pro ſe ac ſuis acceptãdi, vt de iis tam inter viuos quàm mortis cauſa, liberri mè diſponere, ea vendere, legare, permutare & quocunque alio modo alienare ac in perſonas, quas vellent, transferre poſſent, reliquerat vniuerſa & ſingula bona ſua, mobilia & immobilia, præſentia & futura, quæ tam in dicto loco de Connas, territorio ſuo, quam alibi teneret & poſſideret, cum omnibus eorundem iuribus, honoribus, pertinentiis & oneribus: cum expreſſa pactione, vt ipſe donator ad ſalutem animæ & pro remiſſione peccatorum de bonis iſtis donatis, vſque ad ſummam quinquaginta librarum teſtari poſſet. Declarauit item ſe hãc donationem feciſſe propter bene merita & ſeruitia, quæ à Magdalena acceperat, & quod ita ſibi placuerit. Vſumfructum quoque donatorum bonorum & iurium, ad alimenta nobilis fœminæ Anthoinettę de Clairemont, matris ſuæ, reſeruauit, vt eum ad dies vitæ ſuæ haberet, & expreſsè pactus fuit, quod ſi ex bello rediret donationem illam liberè reuocare poſſet. Abdicans etiam donator ſe omnibus bonis iuribus & actionibus donatis, omnium eorum nomine donatariam præſentem & ſtipulantem, vt ſupradictum eſt, inſtrumenti donationis traditione inueſtit, procuratorem generalem & ſpecialem quoad inſinuandam donationem conſtituens Achlichoum & omnes reliquos aduocatos & procuratores curiæ regiæ de Beſiers, aut etiam Seneſcallatus de Carcaſſonne.

Quam inſinuationem, cum promiſſionibus obligationibus & clauſulis ſolitis fieri voluit in præſentia quinque teſtium, & notarij cuiuſdam, cui Tolede nomen erat, qui inſtrumentorum donationis expediens ei præcedentem tenorem, aliáque plura in verbis magis conſiſtentia & ſcribentis pennæ quàm actui inſeruientia, quæ ſtudio omiſimus, inſeruerat. Ad calcem item inſtrumenti aſſignatus fuit actus inſinuationis vndecimo Aprilis, Anno 1559. ad petitionem cuiuſdam aduocati, & procuratoris Magdalenæ de Vayrac à Beſiers in Camera conſilij, ſedis præſidialis coram Martino iudice & magiſtratu præſidiali factus. Euenit poſtea, vt Baptiſta donator fratrem ſuum Pons de Leuſiere in tractu Pedemontano caſtelli de Lans capitaneum conueniens, humaniſſimè ab eodem ſuſceptus functionem ab eo acciperet, vt proximus à capitaneo caſtelli eſſet. In qua functione conſtitutus menſe Decembri, Anno M. D. L V. morbo lethali corripitur atque ex eo paulo pòſt decedit, cùm prius confeſſionario ſuo, fratri cuidam religioſo, Michaeli de Ferſin, ordinis S. Franciſci, minoritæ, ſe teſtari velle ſignificaſſet. Cúmque frater religioſus dixiſſet, ſi voluntatem teſtandi haberet, quod ſcribam, à quo illa cõſignaretur, vocari oporteret, Baptiſta reſpondit ſe nimis infirmum eſſe, neque ſcribæ aduentum expectare poſſe & propterea rogare, vt ipſemet notaret, ſe velle, vt frater ſuus Pons de Leuſierre heres ſit vniuerſorum bonorum ſuorum mobilium & immobilium, vbicunque illa reperiri poſſent, & matri ſuæ Anthoinette decem aurei totidémque alteri fratri ſuo Mégon de Leuſierre præſtentur. Grauauit etiam fratrem Pons, heredem inſtitutum, vt pro animæ ſalute miſſas celebrari & ſacra fieri curaret: apertè declarans quod hoc teſtamentũ omni meliori modo valere, eodémque omnes diſpoſitiones & donationes anteriores reuocari vellet, vt eæ neque in iure neque extra illud quicquã virium habere deberent. Quam eius diſpoſitionem, cũ monachus manu ſua ſcripſiſſet, eámque ſtatim teſtatori prælegiſſet, in præſentia duorum teſtium, pharmacopœi & ciuis de Lans ille declarat hanc extremam ſuam voluntatem eſſe, cum qua decedere vellet, eámque in firmius teſtimonium ſubſignat. Quo facto paulò pòſt in exigua quapiam domo ſecunda caſtelli ponti vicina, in qua decubuerat, animam exhalat, eíque honeſtæ

à fratre Pons,qui ſe vigore cōditi teſtamenti pro herede gerebat,in templo B.virginis dicti loci exequiæ fiunt.Cùm autem & ipſe Pons poſtea deceſſiſſet, eius heredibus & ſucceſſoribus, dicta Magdalena de Vayrac coram Seneſcallo de Carcaſſonne XXVI. Maij Anno M.D.LXXII. litem mouet,cōprobari petens diploma regium eo fine impetratū vt in vniuerſis & ſingulis bonis quæ ad Baptiſtam pertinuerant,atque in ſe vigore factæ donationis tranſlata fuerant, manuteneretur.

Ad quod Margarita de Leuſiere, vxor Thomæ d'Auaſſon rea replicando dixit, quod Magdalena donatione illa neutiquā iuuari poſſet,vtpote quæ demum poſt obitum Baptiſtæ donatoris, qui in dicto caſtello de Lans Anno M.D.LV. ante caſtelli demolitionem,ſequenti Anno 1556.contingentem,ſpiritum poſuerat,inſinuata fuiſſet. Cúmque Seneſcallus ſtatum controuerſiæ inter partes conſtituiſſet, Margaritha teſtamentū ceteróſque articulos produxit; ad quorum probationem illam Seneſcallus & Magdelenam ad poſitiones contrarias & defenſionem admiſit. Deſcendente interim Margarita eius filia, & heres Anthoinette d'Auaſſon litem reaſſumens in dicto loco de Lans quoad facti circumſtantias quaſdam teſtamentum illud concernentes inquiri atq; inquiſitionem etiam fieri Magdalena curat. Relatione autem facta apparebat, Magdalenam de Vayrac Baptiſtæ cognatam, eundémque in dicto caſtello poſt factum illud teſtamentum Anno M.D.LV. deceſſiſſe. De cuius teſtamenti tenore fidem faciebant teſtes illi numerarij, cùm frater religioſus, qui illud ſcripſerat,& ipſe diem ſuum iam obiiſſet. Productionibus igitur reſpectiuè factis Magdalena prætendebat donationem † illam eſſe mortis cauſa donationem ſeu huic æquipollentem huiuſque vim & effectum habere, & per conſequens inſinuatione haud indigere.At econtra d'Auaſſon aut eius curator cauſæ, quem Seneſcallus dederat,defendebat;quod eſſet donatio inter viuos,&, propter inſinuationis defectū, nulla, cùm ea,quæ poſt obitum Baptiſtæ demum facta fuerat, minimè conſiderari poſſet; atque quod dictus Pons hereditatem defuncti fratris Baptiſtæ ſine vlla contradictione obtinuiſſet,vtpote cui & fratribus ac ſuperſtiti matri tanquam legitimis heredibus eadem deberetur, vt ideò Magdalenæ petitio eo minus hoc in caſu locum habere queat. Sententia itaque dicti Seneſcalli XVII. Septembris Anno M.D. LXXXIII. Magdalenæ comprobatio regij diplomatis non attentis, quæ in contrarium allegabantur, denegata cum expenſarum condemnatione, & Anthoinette relicta Margaritæ filia planè abſoluta fuit. A qua ſententia cùmMagdalena ad curiam noſtram appellaſſet, videbatur primò iniquè eam grauatam fuiſſe,cùm donationem à Baptiſta factam mortis cauſa donationem eſſe,aut in effectu eiuſdem naturam habere dici poſſet, & per conſequens eam ſaltē reuocari potuiſſe, eo caſu,quo donator rediiſſet.Nam & ſic in mortis cauſa donationibus etiam facti quæſtiones ſunt vt apud Iulianum [a] Marcellus notat. Vnde inferri poteſt per exempla ab eodem ICto adducta, donationem quandam poſſe eſſe mortis cauſa, vt vel planè non à donatore, vel non in omnibus caſibus,verum quibuſdam ſaltem ex iis,in quibus reuocatio alias permiſſa eſt,reuocari poſſet,nec propterea nomen donationis cauſa mortis amittat [b] cū talis conuentio [c] per quam donationis cauſa mortis natura affecta vel ſublata eſt, hoc ſolummodo efficiat, vt actus ſimplicis donationis naturam magis ſapiat.

Quod & dictio ac particula ſimilitudinis, *perinde*, apud Marcianum innuere videtur. Neque enim quæ ſimilia iudicantur, eadem ſunt. [d] Cur ergo idem noſtro in caſu dici non poterit?quod ob adiectam reſtrictionem reuocationis ad caſum expreſſum & limitatum, donatio qualitatem & naturam donationis cauſa mortis haud perdiderit, ſed talis adhuc manſerit, præſertim ad eum finem, ne ob omiſſionem inſinuationis, quæ cùm diſpoſitio tractum temporis haberet, haud neceſſariò requirebatur,[e] nulla dici poſſet. Præterea etiam dictam donationem mortis cauſa factam fuiſſe, vel inde apparet, quod timor mortis in bello,ſub initium illius potius, ſicque expreſſa mortis mentio facta fuerit ſpe retinendi non perempta. [f] Idem quoque innuit adiecta à donatore conditio, quod

ADDITIONES.

[a] *l.ſi alienum.§.final.de donatione cauſa mortis.* [b] Ioann. Coraſius *in l.vbi ita donatur. de mat. cauſa donat.* [c] *d.l.vbi ita donatur.* [d] *l quod Nerua,depoſ.capitulum, de reſcript.* [e] *par ordonnance du Roy Henry II.des publiees de l'an* 1549. [f] *l.Seia,§.final.de donat. cauſ. mort. l.Seiæ,* cum Gloſſ.*de dote praleg.*not.*in l.quæ dotis, ſol.matr.*

quod ſe reduce donatio reuocari deberet,
cùm ea ratione teſtator de ſeipſo cogitarit
atq; amore vitæ recipere potius quàm da-
re maluerit. [a] Quibus & hoc addi poteſt,
quòd donator non ſaltem mentionem me-
tus mortis fecerit,ſed etiam eiuſdem cauſas
ſpeciatim expreſſerit. [b] Quo caſu,quia ex
futuro periculo donaſſe intelligitur, cùm
terra marique tam in pace quàm in bello
tam domi, quàm militiæ multis generibus
mortis periculũ metui poſſit, donatio cau-
ſa mortis inducitur, quòd vlterius hic col-
ligitur ex ſolemnitate quinque teſtium,qui
in donatione cauſa mortis requiruntur, ex
qua mortis cauſa donatio præſumitur,quē-
admodum,& ſi duo tantummodo teſtes ad-
hibiti fuiſſent, donatio inter viuos præſu-
meretur,prout Alexander notauit.[c] Sic et-
iam quãdo donatio,tam inter viuos quàm
mortis cauſa donatio vocari poteſt, atque
inter viuos valere nequit, interpretatione
iuuari ac pro donatione mortis cauſa ha-
beri debet, vt valeat, quemadmodum Bal-
dus *in conſiliis ſuis* defendit. [d] Quod maxi-
mè in hac hypotheſi obtinere debet. Nec
aduerſari poſſunt, promiſſiones & obliga-
3 tiones † generales in fine donationis illius
adiectæ, quibus donator pollicitus fuit ſe
tenorem illius præciſè & exactè ſeruare,ne-
que vnquam ei contrauenire velle.Clauſu-
læ enim iſtæ generales ſunt,per quas dona-
tor [e] non cenſetur plùs promiſiſſe, quàm
veniret ex natura conuentionis, nec præte-
rea contrauenire dicitur,qui naturam con-
tracti negotij ſeruat. [f] Sunt quoque eiuſ-
modi clauſulæ ſaltem acceſſoriæ ad execu-
tionem & potius ex ſtylo notarij, quàm ex
voluntate teſtatoris apponi ſolent, ac pro-
inde nec principalis diſpoſitionis [g] immu-
tant naturam,nec iudicantes valdè mouere
debent.[h] Parum item vrgebit argumentũ,
quod iuxta quorundam opinionem [i] inde
depromi poteſt, quòd donatio Magdalenæ
& ſuis facta fuerit, vt de rebus donatis pro
libitu tam mortis cauſa quàm inter viuos
diſponere poſſent. Nam ſuorum mentio
[k] in quos, velut incertas & incognitas per-
ſonas,nõ potuit donator veroſimiliter affe-
ctus eſſe[l] facta ſolius donatarij contempla-
tione intelligitur, vt à doctis viris alicubi
obſeruatum legimus. [m] Quantum etiam
prætenſum teſtamentum attinet, licet te-
nor eius planè verus eſſet:tamen propterea
nullum eſt, quod ſcriptum fuerit à religio-
ſo mendicante,qui æquiparatur ſeruo.[n] At
ſeruus tabellio eſſe nequit [o] adeò vt quem-
admodum acta ſerui [p] nullius ſunt mo-
menti, etiam nullo opponente: ita idem
quoque de actis monachi eadem ratione
dici oporteat. Præterea ideò etiam teſta-
mentum illud Magdalenæ nocere non poſ-
ſe videbatur, quòd donator haud rediiſſet,
multóque minùs donationem iuxta reſer-
uatum ſibi modum reuocaſſet aut cancel-
laſſet.

Verum hiſce omnibus † minimè obſtã- 4
tibus conſiderabatur, dubitari haud poſſe,
quòd facta donatio inter viuos eſſet,ſi prin-
cipalis eius diſpoſitio attendatur cunctã-
que in contrarium adducta locum habere
in dubio [q] & eo caſu, quo res eſſet in ob-
ſcuro,nec planè conſtaret,vtra donatio ce-
lebrata fuiſſet. Nam vbi clara ſunt verba
contrahentium,quia donator (ſicut in pro-
poſita ſpecie) ſe inter viuos & irreuocabili-
ter donare dixit obtendi ſine calumnia non
poteſt,quod ſupra dictum fuit, velut mani-
feſtæ donatoris voluntati repugnans.Si ita-
que appareat donatorem habuiſſe volun-
tatem & intentionem donandi inter vi-
uos & irreuocabiliter, (quemadmodum
hoc in caſu)mentio mortis, ſiue expreſſa,ſi-
ue tacita ſit,ſiue aliter intelligatur, in nul-
lam omnino conſiderationem venit [r] &
multò minùs metus illius. Qualitas enim
donationis irreuocabilis adeò repugnat do-
nationi cauſa mortis vt ſit illi incompati-
lis,& ideò neceſſe eſt hoc caſu interpretari
illud verbum *cauſa mortis* poſitum in do-
natione. vt dicamus [ſ] donantem potius
motum fuiſſe ad donandum propter cau-
ſam mortis quàm voluiſſe mortis cauſa do-
nare. Atque alias etiam ad conſtituendam
mortis

Additiones.

[a] *l.Senatus,§ ſed mortis cauſa,de donat. cauſ.mort.* [b] *l. 2.d.l.Senatus,de don.cauſ. mort.* [c] Corneus *conſ.* 26. Alexander *in l. ſtipulatio hoc modo concepta,de V.O.* [d] *cõſ.* 108.*vol.*3. [e] *l.ſina.§.item quæſitum,de con-dict.indeb.l.ſi vnus,locat. l.ſi ſtipulatus, de vſur.* [f] *l.quær.§.inter,locat.* [g] *Clement.* 1.*in ſin.de prabend.* [h] Bartolus *in lx.quæſt.* 6.*de iur. cod.* [i] Baldus & Salicetus *in l.* 2.*C. de iur.dot.* Alexander *conſ.*14.*lib.* 4. [k] *l. nec adiecit,pro ſoc.*[l] *l.final.* vbi Baldus,*C.qui ad libert.procl.non poſſ.*[m] Alciat. *in l.non omnis. ſi cert.pet.*[n] Innocentius *in c. cùm olim, de priuileg.*[o] *l.generali. C.de tabu.*[p] Angelus *in l.cùm prætor,§.non autẽ,de iudic.*[q] Franciſcus Aretinus *conſ.* 74. [r] *l. cùm maritus, §.final.de pact.dotal.* Gloſſa, Cynus & alij *in l.*2.*C.de iur.dot.* Oldradus *conſ.* 5. [ſ] *d.l.vbi ita donatur,de donat. cauſ. mort.*

mortis cauſa donationem haud ſufficit mentionem mortis fieri : ſed duo ſimul & coniunctim requiruntur : nempe vt mortis mentio fiat & donatio in tẽpus mortis conferatur. Vnde Bartolus docuit etiam mortis mentione facta, ſi particula inter viuos adiecta fuerit, nihilominus donationem inter viuos eſſe, quia cùm in verbis nulla ſit ambiguitas, non debet fieri voluntatis quæſtio [aa] præſertim cùm principaliter & diſpoſitiuè veluti noſtro in in caſu, donatio in fauorem donatarij & ſuorum facta fuit.

Quo ſanè caſu nihil aliud eſt, quàm donatio inter viuos ad heredes trãſmiſſibilis & non donatio cauſa mortis, quæ donatario ante donatorem decedente reuocatur [bb] nec ad heredes tranſmitti poteſt. Certũ etiam eſt [cc] donationem mortis cauſa hoc proprium habere vt ſola pœnitentia reuocetur, etiã ſi donator iurauerit, cùm iuſiurandum ex natura actus, cui adiicitur, interpretationem recipiat dd nec vlterius protendatur, quàm vis ipſa promiſſionis. At hic expreſsè cautum, non poſſe reuocari [ee] ea tamen lege, vt donator aliquando redux, cancellationem petere poſſet: quod recta naturæ donationis cauſa mortis aduerſatur. Inſuper etiã in donatione illa reſeruatio vſusfructus pro matre donatoris continebatur, & procurator ad inſinuationis actum conſtitutus fuerat; adeò vt rectè concludatur eam inter viuos & irreuocibiliter, ſub prædicta tamen conditione factam fuiſſe, ſicq; donationem † inter viuos conditionalem appellari poſſe [ff] & propterea inſinuationem in ea neceſſariò requiri, atque niſi hæc legitimo tempore fiat, ipſam donationem pro nulla haberi. Haud enim quicquam inſinuatio prodeſt, quæ demum poſt mortem donatoris facta fuit, quemadmodum Papone teſte [gg] multis præiudiciis vtrumque parlamentum Pariſienſe & Tholoſanum hoc comprobauit. Quæ eo magis noſtro in caſu militant, ꝙ inſinuatio ad petitionem ſaltem procuratoris donatariæ facta fuerit: nec quiſquam donatoris loco conſenſum præſtiterit, quẽadmodum etiam nemo præſtare cum poterat, cùm donator antè triennium iam deceſſiſſet. Tandem quantum teſtamentum Baptiſtæ attinet, eius tenor ſatis probatus fuerat.

3 Imò nullo quoque teſtamento † condito idem planè dici oportuiſſet, cùm Magdalena ex donatione inualida agere nequeat contra eos, ad quos, tanquam legitimos & proximos heredes Baptiſtæ ſucceſſio pertinet. Quare pridie Calendarũ Maij Anno M.D.LXXXIV. arreſto ad noſtram relationem prolato curia appellationem Magdalenæ de Vayrac caſſans, compenſatis expenſis, ordinauit, vt illud, vnde appellatum fuerat, effectum ſortiri deberet.

ADDITIONES.

[aa] Sigiſmundus *conſ. feud. §. poſt. numer. 4.* quem refert & ſequitur Iulius Clarus *libr. 4. ſent. §. donatio, quæſtion. 4. numer. 4.* [bb] *in l. final. C. de pact.* [cc] *l. ille aut ille, §. 1. de legat. 2.* Bartolus *in l. quæ dotis, ſol. matr.* dd *l. ſi vir vxori, §. fin. de donat. int. vir. & vxor. d. l. non omnis. ſi cert. pet.* [ee] *l. qui mortis, de donat. cauſ. mort. l. final. C. de num. pecun.* [ff] *l. final. qui ſatiſd. cog.* Angelus *conſ. 315. l. 2. C. de donat. quæ ſub mod. l. donatio, C. de donat.* Paulus de Caſtro *conſ. 87.* [gg] *liure 11. tit. de arreſt. 25.*

DECISIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Decrepita teſtatoris ætas coniuncta cum animi inconſtantia facit interdum vt teſtamento inſuper habito, hereditas ab inteſtato deferatur.*

MVlier quædam † quæ filiam vnicam & quatuor ex filio nepotes habebat, poſt filij obitum teſtamentum condens, prædictos quatuor nepotes in eo heredes inſtituit, atque filiæ legatum loco legitimæ reliquit. Quod teſtamentum ferè ſimile erat alij ab ea, filio adhuc viuente, facto quo hic heres ſcriptus & filiæ itidẽ legatum ſaltem relictum fuerat. Cùm autem poſtea teſtatrix admodum anus, & in decrepita iam ætate cõſtituta eſſet, omnes anteriores diſpoſitiones ſolemniter reuocans mortis cauſa filiæ Annæ omnia ſua bona donat, paucis exceptis, quæ ſe nepotibus legare velle dicebat. Triduo verò poſt aliud denuò teſtamentum condit, atque in eo nepotibus ex filio planè præteritis filiam heredem vniuerſalem inſtituit. 1

Hinc cùm poſt teſtatricis obitũ de hereditate coram Seneſcallo de Lauragois lis mota fuiſſet, iſte prius teſtamentum, in quo prædicti nepotes ſcripti heredes fuerant, valere, at poſterius præteritione ruptũ eſſe, à donatariáq; cauſa, mortis bona auferri debere,

ri debere

ri debere,vt quæ non haberet ſupremã voluntatem pronunciauit.[a] A qua ſententia Anna ad parlamentum Tholoſanum prouocat,vbi cauſa iam concluſa & appunctata in iure,tanquam in proceſſu inſcriptis, ad relationem defuncti domini Viniaux cùm prius ambiguo Marte diſceptatum fuiſſet, tandem dominis Senatoribus communiter placuit,vt appellatio illúdque, vnde appellatum fuerat,caſſaretur,atque haud attenta vlla defunctæ diſpoſitione hereditas ad litigantes ab inteſtato pertinere, intérque hos ita diuidi deberet,vt ſemiſſem vnum relicta filia, alterum verò ſemiſſem quatuor ex prædefuncto filio nepotes acciperent. Cui arreſto 2.Apr.An.1583.prolato decrepita teſtatricis ætas coniuncta cum creberrima animi mutatione & maxima inconſtantia occaſionem dedit.Etſi enim ſenectus venerabilis meritò videri debet, nec teſtantis diſpoſitionem vitiat[b] attamen aliud dici oportet,ſi cum illa ,euidens quoddam impedimentum concurrat,atque is, qui teſtatus fuit,non ſolum ætate, ſed & mente defectus videatur, viréſque animi tam infirmas & languidas habeat, vt ipſemet quid agat ſatis diſcernere nequeat[c] ſententiámque ſuam ad cuiuſuis ferè nutum & perſuaſionem mutet.Quare curia meritò,cùm in hac hypotheſi tantam teſtatricis inconſtantiam deprehendiſſet, ſcrupuloſius haud inquirendum eſſe exiſtimauit, an priores diſpoſitiones voluntatis propriæ iuſta ſententia confectæ,poſteriores verò voluntatis alienæ callida ſuggeſtione extortæ fuiſſent,ſed illas omnes tanquam delirij cuiuſdam veſtigia notantes, ſicque integro iudicio carentes negligi,atque hereditatem ab inteſtato deferri & diuidi voluit.

ADDITIONES.

[a] *arg.l.Claudius,13.de his, quæ vt indign. aufer.*[b] *l.ſenium,C.qui teſt.fac.poſſ. l. ſenectus 16.C.de donat.*[c] *d.l. Senium,l.3.§.ignoſcitur ad S C.Syllan.*

DECISIO VIII.

SVMMARIVM.

1 Conſuetudo,per quã in Francia mobilia nullum ius hypothecæ recipere dicuntur iuxta praxin parlamenti Tholoſani explicatur.

INTER tres conſuetudines generales quæ
1 communiter † in Francia receptæ eſſe traduntur, nempe quòd mortuus ſaginet viuum, *le mort ſaiſit le vif*, quòd feuda ad inſtar allodialium habeãtur, *les fiefs reduits comme tout autre patrimoine*, & quod mobilia nullum ius hypothecæ recipiant *meubles n'auoir point de ſuitte*, poſtrema,a quibuſdam malè intellecta fuit, dum eam accipere & interpretari voluerunt, contra priuilegiatum ſeu priorem creditorem in hypotheca,[a] qui vt ſolutionem conſequeretur,executionem impetrans petiit bonorum mobilium, quæ antea alij capi curarunt, prætendentes ſe ob adhibitam hanc diligentiam,quamuis poſteriores in hypotheca in bonis antea aſſignatis ſicque extra manus & dominium debitorum conſtitutis,præferendos eſſe omni alij, à quo alias vinci poterãt,eo quòd mobilia, vt inquiũt, nullum ius hypothecæ recipiant. Hæc enim interpretatio planè vitioſa eſt, neque in hoc caſu obtinere poteſt, cùm tum demum conſuetudo illa locum habeat,quando mobilia vendita, & adiudicata fuerunt, atque ſic è dominio & manibus debitoris, ad quos pertinebant,tranſierunt: quamdiu autem adhuc ſunt in poteſtate debitoris intercedentem in his priorem creditorem audiendum eſſe receptum eſt: idémque dici oportet, ſi ab apparitore capta ſint, nec dum tamen ſententia iudicis addicta ab apparitore vendita, quemadmodum optimè dominus Ferronus in commentariis ſuis ad conſuetudines Burdegalenſes[b] & quidem ex vſu fori explicauit. Sícque pluribus arreſtis parlamenti Tholoſani, atque ad noſtram quoque relationem in Camera maiori in fauorem cuiuſdam Labourea, contra Bardien, & alios, menſe Nouembri Anno M.D.XCIV. iudicatum fuit.Dominus Choppinus quoque ad conſuetudines Andegauenſes[c] latius hac de re agit,qui etiam Ferroni mentionem facit, & tandem eo inclinat, quòd eius opinio in prouinciis iuris ſcripti, & vbi talis conſuetudo expreſſè & disertè recepta eſt, locum habere poſſit, quoad alteram conſuetudinem verò vniuerſalem, cum quibuſdam exceptionibus, quas affert, contrarium ſentire videtur. Dominus du Val item exiſtimauit illud, quod vulgò dicitur, mobilia nullum ius hypothecæ recipere hanc habere poteſtatem, vt non impediatur eius rei alienatio aut traditio propter generalem bonorum vel ſpecialem eius

ADDITIONES.

[a] Vt notatur per Manſuerium *in §.item nota,quod mobilia.tit.de execut. & ſubhaſtat.numer.9.*[b] *titul.de feud.§.20.*[c] *lib.3.tit. 3.de vtil.Andegauenſ. rer. dom. numero 15.*

bus appellatum fuit, in fauorem appellatorum à ſupremis curiis, præſertim Tholoſana reformata fuerunt.

2 *Quoad cauſas ciuiles maior eo nomine difficultas extitit.*

1 SÆpius quæſitum eſt, an ſententia, † qua appellatum fuit, in fauorem appellati qui in ea acquieuit, reformari poſſet præſertim à ſupremis curiis, quæ veluti principem repræſentantes pro maieſtate imperij iudicant, & ſine vlla ſubtilium ſolemnitatum conſideratione omnibus ex æquo ius dicunt.

Quod ſæpius in Camera Tornellæ parlamenti Tholoſani obſeruari vidimus, vbi ferè ſemper de quæſtionibus publicis agitur, & non tam priuatæ quàm publicæ diſciplinæ vigor firmatur, vſque adeò, vt curia illa, ſi deprehendat & iudicet inferiores & ſubalternos iudices veluti neglexiſſe, cõniuiſſe, vel diſſimulaſſe etiam minimum quid, quoad pœnam criminum, de quibus agitur, appellationem, illúdque, vnde appellatum fuit, caſſans grauiore pœna etiam ipſos appellãtes plectere ſoleat, quamuis per procuratorem regis aut iuſtitiarios inferiores ſaltem à minori, vt vocant, appellatum fuerit. Cuius rei vnicum hic exemplum afferre volumus: Cum iudicis officio de ſainct Cere & Ganhac au Vicomté de Turenne fungeremur, accuſati coram nobis fuere Ioan. la Chambre alias Lou Faure dictus, Ludouicus Pradrel, Antonius Soton & alij complices, ob furta quædã tam die quàm noctu commiſſa. Tandem ſententia noſtra quoſdam eorum ad mortem, alios ad fuſtigationem condemnauimus.

Cùm autem ab hac ſententia noſtra ad curiam parlamenti Tholoſani prouocatũ fuiſſet, eadem arreſto ſuo ad relationem domini Percin Annó M.D.LXIV. appellationem illúdque, vnde appellatum fuerat, caſſans, omnes ad triremes, non nullos ad certum tempus alios verò in perpetuum condemnauit: ita tamen vt omnibus ob blaſphemias, quas eos dixiſſe ex actis apparebat linguæ perforari, atque emenda honorabilis in induſio & cum candela ardenti in manu antè templum ſancti Michaelis in ſuburbiis Tholoſæ iniungi deberent. Quod arreſtum † ſatis comprobat 2
illud, quod de cauſa criminali iam diximus. Quoad cauſam verò ciuilem maior ſemper difficultas extitit, vixque id recipi à dicta curia niſi ex magna & euidenti cauſa potuit.

Qui vt obuiam iretur, quoad iudicium appellationum ſimpliciter illa pronunciare, aut ſi literæ & incidentia, quæ principale concernunt, interueniant, illúdque ſatis inſtructũ non ſit, vt definitiuè decidi queat, eas ad iudices à quibus appellatũ fuit remittere ſolet cum clauſula, aut ſi eorum ſententiæ in totum vel ex parte infirmatæ fuerunt, ad alium quàm à quo appellatum fuit, aut ſi ſatis inſtructum principale ſit, illud euocare, retinere & decernere, vt partes antequam ius dicatur, quoad alios ſuos articulos & concluſiones dicant & producant illud, quod bonum iis, videatur. Ea enim ratione partes monentur vt ſe quoad principale melius preparent, & de omnibus modis neceſſariò requiſitis meliori modo ſibi proſpiciant. Sicque ſæpius iudicari vidimus, etiam ad noſtram relationẽ pridie Calendarum Maij, Anno M. D. LXXXV. in cauſa Catharinæ & Margaritę Galauues contra Bartholomæum Flottes & alios creditores defuncti Thomæ Balau patris dictarum Galauues, & in cauſas Artigues contra Artigues 6. Februarij Anno 1589. in ſecunda Camera inquiſitionum & VIII. Iulij Anno M.D.XCIV. in Camera maiori in cauſa Canſlanh contra Merigot. Imò illud pro certa regula & maxima generali in curia illa habetur. Charondas quoque latè quæſtionem hãc tractans arreſta parlamenti Pariſienſis allegat, [a] ad quem lectorem remittimus, quamuis illa arreſta prædictis non omnino ſimilia, ſed ab iis quodammodo diuerſa ſint.

ADDITIO.

[a] *Liur. 4. des reſponſ. ch. 62.*

DECISIO XI.

ARGVMENTVM.

Quod hæres ex tranſactione ſeu deciſione cum poſſeſſoribus bonorum defuncti lucratur ad ipſum non ad defuncti creditores pertinet.

SVMMARIA.

1 *Quando fideicommiſſarij poſt euenientẽ ſubſtitutionis caſum cum iis, in quos bona reſtitutioni ſubiecta ab herede grauato alienata & translata fuerũt trãſigẽtes ex ea tranſactione quid lucrantur ſeu amplius accipiunt, quã bona illa eo tẽpore, quo teſtator deceſſit, valuerunt, illud ipſimet retinent, neque creditoribus teſtatoris reſtituere tenentur.*

1 IN cauſa quoque iſta † dictarum Galauues,contra les Flottes,la Coſte,alios creditores,quoad definitiuam eius deciſionem & articulos concernentes diſtractionẽ,quę fieri debebat, bonorum defuncti Thomæ patris dictarum Galauues à defuncto eius filio Hugone alienatorum: in quibus poſt obitum eiuſdem ſine liberis prædictas Galauues vigore ſubſtitutionis fideicommiſſariæ in teſtamento patris comprehenſæ manutenendas eſſe ſententia ſua ſeneſcallus Tholoſanus,aut eius vices gerens pronunciarat,iudicatum fuit:ſorores illas Galauues,quę cum maiori parte eorũ, à quibus bona illa detinebantur,trãſigẽtes certam quandam ſummam acceperant,debere ratione illorum bonorum, quæ ab aliis detinebãtur & quorum nomine tranſegerant, creditoribus reſpondere pro æſtimatione,quam periti ad id ſelecti iuxta tempus illud,quo Thomas deceſſerat,fecerant. Etſi enim contra illas Galauues petebatur:illud conſiderandum eſſe, quod ex trãſactione cum detentoribus inita accepiſſent,eo quod omne,quod vltra æſtimationem bonum lucratæ fuiſſent beneficio hereditatis Thomæ acquiſitum, atque ad eam referendum videretur [a] attamen aliud iudicabatur, propter textum in terminis, in quo ICtus Paulus reſpondet: ſi is, qui ſoluendo non eſt, legauerit & heres cũ creditoribus deciderit, ne ſolidũ ſolueret,& ob eam deciſionẽ factum ſit, vt aliquid retineret:nihil tamen legatariis debiturum:quia eam pecuniã non ex hereditate ſed ex deciſione habet.[b] Regula item, quæ in contrarium adducitur,haud perpetuo vera eſt,ſed ſaltem locum habet quoad filiosfamilias, quorum acquiſitione in commodum patris cedunt[c] & quãdo quęſtio eſt de pupillari ſubſtitutione ob fauorem pupillorum, ne alias ij per eiuſmodi ſubſtitutiones decipiantur.Alias verò contraria iuris regula obtinet.[d] Vnde etiam omne,quod ab auo paterno nepoti ex filio,vel a ſocru genero donatur, aduentitiũ & proprium ipſius nepotis vel generi eſſe creditur. Sic item, quod ſponſus de bonis matris ſuæ eiuſdémque conſenſu ſponſæ donauit, ad eam propriè pertinet[f] aut ad eius heredes vel ſucceſſores. Legatorum quoque propria manere,quæ iis,donantur, nec perſonæ eorum,à quibus, vel ad quos miſſi fuerunt,attendi ſolet.[g] Tandem etiã propria & peculiaris in hoc caſu militat ratio, quæ ab Accurſio quoque allegatur.[h] Æſtimatio enim bonorum & hereditas defuncti Thomæ iuxta tempus obitus eiuſdem fieri debuit.Atque ſic arreſto menſe Septembri Anno M.D.LXXXV.prolato ſententia Seneſcalli, qui idem prius pronunciarat,confirmata fuit.

ADDITIONES.

[a] *l. ſed ſi plures,§. in arrogato,de vulg.l. ſi verò,§.item quicquid,ſol.matr.*& ibi Bartolus & Alexander [b] *l.in pr.ad l.Falcid.* [c] *d.§.in arrogato,& l.cùm oportet,in princ. C.de bon.quæ liber.* [d] DD.communiter *in l.quæſitum,in pr.de legat.1.* [e] *l. ſi mater C. de donat ante nupt.* [f] *l.ſi conſentiente. C. eod.* [g] DD.*in d.l.ſi verò,§.item quicquid, ſol.matr.*Alciat.*in tractat.præſumt.præſ.* 18. [h] *in d.l.3.ad l.Falcid.*

DECISIO XII.

ARGVMENTVM.

Aduocatus cum cliente ſuo de quota litis paciſci prohibetur.

SVMMARIA.

1 *Pactiones & conuentiones de quota litis interdicta ſunt aduocatis,procuratoribus & aliis omnibus, quibus litis ſeu cauſæ tractatio demandata fuit.*

2 *Donationes quoque teſtamenta legata & alia diſpoſitiones titulo lucratiuo in fauorem eiuſmodi perſonarum à partibus litigantibus facta pro nullis habentur.*

PACTIO iuſta & honeſta eſt,qua aduocatus vel procurator † clienti ſuo, ſeu 1
domino litiganti ſumptus prorogans,eoſdem cum vſuris licitis ſibi reſtitui ſtipulatur [a] ſed vt partem dimidiam eius, quod ex ea lite datum erit,habeat,paciſci nequit,[b] Et quamuis Vlpianus dictam prohibitionem ad dimidiam litis partem reſtringere voluiſſe videatur: tamen ex communi interpretum doctrina [c] non ſolum illa pactio,quæ de dimidia,ſed etiam cæteræ,quę de quacunque litis parte,aut re,quantitate vel ſpecie,de qua litigatur,fiunt,ob identitatem rationis prohibitæ cenſentur.

Omnes igitur eiuſmodi pactiones lege æqualiter damnantur. Sic item conſtitutione D. Conſtantini [d] quæ & in Codice Theodoſiano habetur [e] cautum eſt, quod ſi qui aduocatorũ exiſtimationi ſuæ inmenſa atque illicita cõpendia prętuliſſe

ſub

ſub nomine honorariorum ex ipſis negotiis, quæ tuenda ſuſceperint, emolumenta ſibi certæ partis, cum graui damno & deprædatione poſcentes fuerint inuenti, ab hac profeſſione, ſi in huiuſmodi ſæuitate perm inſerint, penitus arceri debeant. Imò DD. Valent. & Valens amplius ſanxerunt, vt nullum cum eo litigatore contractum, qué in propriam recipit fidem, ineat aduocatus, nullam conferat pactionem. [a] Αἰσχροκέρδεια enim non ſolum in epiſcopo [b] aut philoſopho, ſed & in aduocato turpis eſſe dicitur & cenſetur [c] & ideo vindicanda per denegationem actionis & remotionem ab officio aduocandi, quemadmodum alibi Vlpianus declarat.[d] Quod parlamentum noſtrum cum aliis ſupremis huius regni curiis locum habere pluribus arreſtis comprobauit, non ſolum in aduocatis, procuratoribus & ſollicitatoribus, ſed etiam aliis omnibus, qui alienas cauſas agendas vel defendendas ſuſcipiunt, atque clientes ſuos, à quibus tantum iis confiditur, vt iuxta vulgatum diuerbium, animum oppignorarent, tandem data occaſione decipere & eorum damno ac interitu ditiores reddi conãtur.

Atque ſic prædicta curia in technas eiuſmodi callidorum aduocatorum ſæpius animaduertere conſueuit, & nominatim mẽſe Auguſto Anno M.D.LX. per arreſtum in cauſa Stephani la Vernhe aduocati appellantis à Seneſcallo de la Rouergne ex vna, & Gulhelmi Paulier appellati ex altera parte prolatum, & deinde per aliud X. Aprilis, Anno M.D.LXXI. contra quendam d'Aurelle procuratorem dictæ curiæ prolatum atque rurſus per aliud, XVIII. Aprilis contra Giradin ſollicitatorem pronunciatum.

2 Quibus & aliis ſimilibus arreſtis † etiam caſſatæ fuerunt donationes, teſtamenta, legata aliæque ſimiles diſpoſitiones eiuſmodi perſonis factæ à clientibus, veluti quæ iuri communi & ordinationibus regiis tot prohibitiones & comminationes continẽtibus aduerſarentur. Quæ arreſta in aduerſariis domini Ioſſe deprehendimus, atque hic inſerere voluimus, quamuis eadem à Charonda quoque recenſeantur.

ADDITIONES.

[a] *l. ſumptus, de pact.* [b] *d. l. 1. §. ſi cui cautum eſt 12. de var. & extraord. cognit.* Iuramento etiam, quod in Camera imperiali procuratores & aduocatos præſtare oportet, expreſſè hæc clauſula inſerta eſt, *das ſie nicht wöllen mit den Partheyen einig Borgeding oder Borwort machen, einen theil von der Sache, dero ſie in Rechten Redner oder Aduocaten ſeind zu haben, zu warten, oder zu warten machen. Ordinat. Cam. imper. part. 1. tit. 43. & 44.* Planè pro labore ſuo iuſtum ſalarium, vel etiam palmarium aduocati vel procuratores licitè ſtipulari poſſunt. ſummodo illud ſibi ſolui ſtipulentur, de pecunia in genere, vel alia re, quàm de ea, quæ eſt in lite. Quod in omni iudicio procedere tradit Ioann. Andr. *in addit. ad Speculator. tit. de ſalariis, §. ſequitur, verſic. illud certum eſt, &c.* Illud etiam, quod ſpõte ſua clientulus pro lite ad finem vſque proſequenda dedit, vel promiſit, aduocatus licitè retinet aut etiã petere poteſt, *l. vnic. C. de ſuffra.* Atque eiuſmodi ſalarium debetur, ſiue per ſententiam, ſiue per tranſactionem lis finita, & ſopita fuerit. Gloſſ. *in l. fin. ſuper verb. ad eum litis, mand. t. & in d. l. vnic. C. de ſuffrag.* Idémque eſt, ſi non ipſius aduocati, ſed alterius opera tranſactio fiat. Cùm enim per eum non ſteterit quò minùs in iudicio cauſa finiretur ſalarium integrum, merito ille habere debet, *arg. l. 1. §. Diuus, de var. & extraord. cogn.* Guido Papæ *quæſt.* 102. Cæterum aduocatus in propria cauſa, ſi aduerſarius ſuccumbens ei in expenſas condemnetur, aliquid honorarij pro opera nauata, & tantum, quantum alij aduocato ſolui debuiſſet, exigere nequit, niſi fortè aliquid per modum damni & intereſſe peteret, quod propriarum controuerſiarum expeditione impeditus aliorum patrocinio vacare non potuerit Geil. *lib. 1. obſ.* 150. *nume.* 16. Mynſ. *cent.* 1. *obſ.* 2. Idémque in cauſa communi quam patrocinio ſuo aduocatus ad felicem finem perduxit, obtinet. Nam & tum aduerſarius, qui infelicem litis Martem expertus fuit, non integrum ſalarium victori aduocato, quod hic, atque eius ſocius alteri aduocato dediſſent, ſed pro parte ſaltem ſocij ſoluere tenetur, niſi fortè intereſſe ſuum aduocatus doceat. Atque ita iudicatum fuiſſe à parlamento Burdegalenſi menſe Ianuario Anno 1535. teſtatur Nicol. Boer. *deciſ.* 210. *n.* 4. Illud quoque diſceptatum aliquãdo fuit, an aduocatus, cui vltra ſummam centum aureorum clientulus alios mille pro patrocinio vnius cauſæ ſoluere iurarat, poſt obtẽtã cauſæ victoriã mille & centum licitè petere poſſet. Et quidem negatiuam ſuadere videbatur *d. l. 1. §. ſi cui cautum eſt, in fine de var. & extraord. cogn.* vbi IC. Vlpianus, aduocatum vltra centum aureos pro patrocinio vnius cauſæ accipere non poſſe reſpondit.

Verum ſuprema curia Gratianopolitana, Anno 1458. iudicauit, quod aduocato non modò cẽtum, ſed etiam reliqui mille aurei

præſtari deberent eo, quòd talis conuentio iurata naturaliter obligationem & actionem pariat, atque iuramentum omnino ſeruandum ſit,& *d. l.* 1. non indiſtinctè de quibuſuis aduocatis, ſed de iis ſaltem loqui videatur, qui ſalarium ex publico habent, Guid.Pap.*q.*190.ſanctionem item *d.*§. *ſi cui cautum eſt*,hodie vſu non ſeruari notat Gothofr.*in notis ſuis* nouiſſimis ad *d.*§. Tandem,& hoc notatu non indignum eſt,quòd aduocatus ſpe illiciti emolumenti ex lite obuenturi pro clientulo fidei vtens litis redemptor dicatur, nec mandati actione illud,quod eo nomine ſoluit, repetere queat, Nicol.Boer. *deciſ.*315. *n.* 2. Vincent. Caroc. *ſing.*290.Dn.Anton. Hering. *de fideiuſſ.c.*25. *n.*83.Pro conſequendo autem ſalario,vel etiam palmario licitè debito aduocati condictione certi,ſi certum ſtipulati ſint,vel ſi incertum ex ſtipulatione incerti agere poſſunt,*arg.l.ſi quis,ſi cert.pet.*§.1.*Inſt.de V.O.* Si verò abſque ſtipulatione aliquid promiſſum ſit nudo pacto condictio ex *l. vnic.C. de ſuffrag.compet.*gl.*in d.l.*1.*n.* 2. *verb. conſtrinxerunt* Specul.§. 1.*n.*4. *de ſalar. aduocat.*Quòd ſi nulla quoque pactio interuenerit, nobile iudicis officium imploratur, vt ſalarium aduocato pro modo litis,& facundiæ atque fori conſuetudine præſtetur, *d.l.*1. §. *in honorariis.* Adrian. Gilman. *in ſymphor ſupplicat.Cam.tom.*1. *part.*2. *tit.* 12. *not.*1.Cæterum aduocati Cameræ Imperialis vi iuramenti, quod præſtiterunt clientes ſuos ratione debiti ſalarij alibi, quàm coram ipſa Camera Imperiali conuenire nequeunt. *Ordinat. Cam. Imperial.d.tit.*44. Quo caſu citatio, vel etiam monitorium interdum decerni ſolet, propter connexitatem, & continentiam cauſarum, & quod partes litigantes ratione ſalarij in Camera quaſi contraxiſſe videantur, Geil.*lib.* 1. *obſ.* 1.*nu.*37.Auctor *deciſ.ſeu praiud.Cam.Imper. tit.aduocatus.* Denique ſi annuum ſalariũ, vel honorarium aduocato promiſſum ſit, atque intra annum is decedat, ad eiuſdem heredes integrum illius anni ſalarium pertinet,*arg.d.l.*1.§. *Diuus* 13.*de var. & extraord.cognit.*Mynſ.*cent.*3. *obſ.*8. Quod de aduocatorum annuis ſalariis quibuſcunque non tantùm iis,quæ à principe, vel Republica præbentur, ſed & quæ à priuatis conſtituuntur, accipiendum eſſe docet Andr. Rauchbar.*part.*1.*q.*25.*num.* 9. Illud quoque non incommodè,hic quæri poteſt,an à parte aduerſa produci quis poſſit teſtis in ea cauſa,in qua aduocatus & patronus fuit?Et quidem tam ciuili,*l.final.de teſtibus*, quàm Canonico iure,*cap.Romana*, *de teſtib.in* 6. *c.ſtatutum*,2.*quæſt.*6.*c.ſi teſtes*,§.*teſtes, verſ. patroni*,4.*quæſt.*3. cauetur, ne aduocati in cauſa, cui patrocinium præſtiterunt(in aliis enim cauſis nihil prohibet, quò minùs aduocatus à cliente teſtis produci poſſit, gl.*in d.l.final.*Anton.Faber *lib.*4.*C.titul.*15. *defin.*19.*nu.*3.)teſtimonium dicant, niſi lis tranſactione fortè ſopita ſit,atque aduocati teſtimonium ad tranſactionis fidem & probationem adhibeatur,*c.ex literis*,& ibi notat.*extr.de tranſact.*Vix enim ille affectionis ſuæ memor incorrupti teſtis perſonam ac nomen ſuſtinere poterit, *arg.l.nemo*, & *l.final.circa fin.C.de aſſeſſor.*Verum hoc ita intelligendum eſſe cenſent Doctores, ſi patronus à cliente teſtis producatur gl.*in d.c. Romana,de teſtibus.in* 6.*in verb.in teſtim.* Bartolus *ad l.deferre.*§. *iidem decreuerunt, de iur.fiſc.*Dionyſius Gothofredus *in d.l.final.de teſtibus.* Sed ſi aduocatus quiſpiam ea fide & integritatis exiſtimatione ſit,vt eius teſtimonium pars aduerſa non modò non refutet & reiiciat,ſed & illud audiri atque admitti poſtulet,tum eum etiam inuitum in cauſa ciuili aduerſus clientem teſtimonium dicere cogi poſſe. Sicque iudicatum fuit à parlamento Gratianopolitano Guido Papæ *quæſt.*45. & Pariſienſi XVIII. Iunij Anno M.D.LXXX. & V. Decembris, Anno M.D.LXXIX. Annæus Robertus *lib.* 2.*rer.iud.capit.*19.*pag.* 204. Atque eandem quoque ſententiam amplectuntur Accurſ.*in l.final.in fin.C.de aſſeſſor.*gl.*in c.fin. eod. tit. in* 6.Speculator *tit.de teſt.*§.*opponitur, ver. quid ſi aduerſarius*,Franc. *Pfeyl.conſil.*163. *vol.*2.Aliud tamen ſentire videtur Anton. Fab.*alleg.loc.*qui tum demum quem in ea cauſa,in qua aduocatus vel procurator eſt teſtimonium dicere cogi poſſe docet,ſi ob eam cauſam in fraudem captatum ipſius patrocinium probetur. Videri etiam poteſt Dn.Dominicus Arumæus *lib.*1.*deciſ.Servienſ.dec.*10.vbi latè hanc quæſtionem in vtramque partem examinat.A D.[a]*l.ſiquis aduocatorum,C.de poſtuland.*[b] *in l.*1.*eod.tit.*[c] *l. quiſquis.C.eod.*[d] D.Paul. *ad Timoth.* 1. *cap. ad Tit.*1.[e] *l.in honoribus*, §. *philoſophis*, *de vacat.muner.l.*1.§.*proinde, de extraord. cognit.*[f] *l.ſi remunerandi*, §. *Marius Paulus mandat.*S *lib.*7. *cap.*66.

DECISIO XIII.

Argumentum.

Ob morbum ſalario miniſtrorum nihil

nihil detrahi debet.

SVMMARIVM.

1 *Miniſtris mercenariis ad conſtitutum tẽpus merces integra maturè ſolui debet ſine vlla diminutione pro rata temporis, quo agri decubuerunt.*

1 HAVD immeritò Vlpianus dixit [a] Iuriſprudentiam † eſſe veram, non fictam, nec ſimulatam philoſophiam, rémque ſanctiſſimam, cuius beneficio bonum à malo, iuſtum ab iniuſto, licitum ab illicito, humanitas & æquitas ab auaritia & iniquitate intolerabili ſeparari & diſcerni poſſit. [b] Quod inter alia etiã inde apparet, dum nonnulli concludere voluerunt, mercenariis, qui operã ſuam pro certa mercede per integrum annum locarũt, ſi in morbum incidant, atque eo per aliquod tempus corripiantur, tantum de promiſſa mercede detrahendum eſſe, quantum pro rata temporis quo decubuerunt, ſufficere videatur. Etſi enim illi hãc opinionem ſuam doctrina quorundam interpretum iuris ciuilis & Canonici comprobant, [c] tamen curia noſtra Tholoſana ad ſanctam illam philoſophiam reſpiciens, in cauſa per appellationem à Seneſcallo du Puy, aut eius vices gerente, eo deuoluta contrarium contra cauponem quendam oppidi Tholoſani pro eiuſdem verna iudicauit, nempe quòd iſte licitè integram mercedem pro ſeruitiis vnius anni petere poſſet, licet per ſex ſeptimanas decubuiſſet.

Hæc enim humana & fauorabilis admodum æquitas eſt, quæ ſuadet, vt tempus illud, quo miniſtri ægroti decubuerunt, perinde habeatur, ac ſi nobis ſeruiiſſent, cùm iuxta illud Iureconſulti [d] ſeruire etiam nobis intelligantur hi, quos curamus ægros, qui cupientes ſeruire, propter aduerſam valetudinem impediuntur, atque conditionẽ, de qua Iuriſconſultus loquitur in forma ſpecifica, iuxta vulgatas iuris regulas impleri oporteat. Et certè morbi eiuſmodi miniſtris vtplurimum occaſione ſeruitiorum, quæ Dominis præſtant, obuenire ſolent. Quare eo æquiori animo Domini hoc ferre debent, cùm ipſi quodammodo huic malo cauſam dederint, atque illud, ſi non penitus tollere tamen ex parte mitigare & ſubleuare ſtudebunt. Charondas quoque [e] idem arreſto parlamenti Pariſienſis XXVI. Martij, Anno M.D.LVI. iudicatum fuiſſe teſtatur, atque plures iuris ciuilis auctoritates confert, [f] vt ideò, quæ in contrarium afferri poterant, [g] non admodum militent. Tandem etiam hic perpendi poteſt illud, quòd Caſſiodoro teſte [h] magnus ille rex Theodoricus ad maximi nominis virum perſcripſit: mutilari certè non debet, quod laborantibus datur, ſed à quo fidelis actus exigitur ei compenſatio imminuta præſtetur.

ADDITIONES.

[a] *l.1.de iuſt. & iur.* [b] *l.1.§.1. de extraord. cognit.* [c] Bartolus *in l.ſi vno,§.item cùm quidam, locat.* & alij, *in l.diem functo, de offic. aſſeſſor.* [d] *l.cùm heres.§.Stichus, ſi heredi meo, de ſtatuliber.* [e] *lib.9.reſponſ.tom 3.capit. 24.* [f] veluti *l.vlt.§.pen.ad l.Rhod.de iact. l. ſed addes,§.cùm quidam, l.qui operas, locat. l. poſt duos, C.de aduocat. diuerſ.iudic.* [g] Ranchinus *part.5.concl.*301.ex Bartolo *in l.oper. de vſufruct.legat.* [h] *var.lib.1. epiſtola decima.*

DECISIO XIV.

ARGVMENTVM.

Meretrici vel adulteræ licitè donari nequit.

SVMMARIA.

1 *Res meretrici vel adultera à ſcortatore vel adultero donata, tanquam in turpem & indignam perſonam collata fiſco applicantur.*

2 *Quod etiam ad milites, Sacerdotes omnéſque alios Chriſtianos, cuiuſcunque illi qualitatis ſint, porrigitur.*

ANNO 1582. 26. Iunij ad relationem de- 1 functi Domini † Fores, contratenente defuncto Domino des Portes, cùm prius æquatis Dominorum votis ambiguo Marte diſceptatum fuiſſet, iudicatum fuit, donatum adultero ab adultera, tanquam turpi & indignæ perſonæ, fiſco applicari, iuxta illud, quod alibi à noſtro Papiniano deciſum & reſponſum fuit.[a] Nam etſi ἀσέμνως δοθέντα ἐρῶντι, [b] affectioniſque gratia, neque honeſtæ erga benè merentes, neque inhoneſtæ circa meretrices ſint prohibitæ donationes: tamen hoc ab Vlpiano dictum fuit, ex mera prudentia ethnicorum ciuili, qua concubinatus permiſſus erat, [c] & extra legis pœnam, quia per leges nomen aſſumpſerat, ciuiles inquam, quibus concubinatus erat licita & legitima conſuetudo [d] ſemimatrimonium & cõiugiũ inæquale, ipſa concubina ὁμόγαμος, vxor ceu coniux in antiquis inſcriptionibus, vt quæ vxorem imitaretur, [e] quanquam hoc, vt & multa alia in

communi rerum vſu, Flauium Domitianum nouaſſe legamus, [a] probroſis fœminis & lecticæ vſum, iuſque capiendi legata, hereditatéſque adimendo. Atque huic legi fraudem fieri conqueritur Iuuenalis *Satyra* 1. *Cùm leno accipiat mœchi bona, ſi capiendi ius nullum vxori ſit*, lenonem adulteræ maritum vocans, cui legabat mæchus; quod vxori legare vetabatur. [b] Prædictis etiã conforme eſt, quod Triphoninus reſpõdit [c] mulierem, in qua turpis
2 † ſuſpicio cadere poteſt, nec ex teſtamento militis aliquid capere poſſe; vt (inquit ille) D. Adrianus reſcripſit. Perinde enim eſt, ac ſi dicere vellet: quãuis olim non ſolũ honeſtis, ſed & inhoneſtis perſonis donari aut legari potuerit: tamen aliud hodie generaliter receptũ eſt, vt ne in militum quidem perſona ſpecialis ratio obtineat, ſed & illi omnino ſub prohibitione generali comprehendantur & includantur. Quod ſatis etiã ex particula *nec* à Triphonino vſurpata & adiecta colligitur, [d] quæ propriè & naturaliter incluſiua eſt. Vnde item Imperator Antoninus in eiuſmodi hypotheſi Marco militi reſcribens hiſce verbis vtitur. [e] Nam licet ceſſante iure matrimonij donatio perfici potuerit: tamen milites meos à focariis ſuis hac ratione fictiſque adulationibus ſpoliari nolo, focarias militum amicas appellans, tanquam eorum ſocias domeſticas, quoad lectum & focum. Sic enim & μαγήςιστας Græcis D. Hieronymus focarias Latinis reddidit. Et quamuis conſtitutio illa Imperatoris, prout communiter accipitur, ſpecialiter ad milites directa & reſtricta ſit: tamen à quibuſdam ob rationis identitatem etiam ad clericos tanquam in Eccleſia militantes [f] porrigitur. Haud igitur dubitari debet, eandem conſtitutionẽ etiam extendi poſſe ad quoſlibet Chriſtianos, cuiuſcunque qualitatis & conditionis illi ſint, [g] quia & hi tam quoad vitæ ſanctimoniam, quàm quoad conſeruationem fidei & religionis Catholicæ militare ſemper & dicuntur & cenſentur, vt propterea arreſtum illud omnino ſanctum, iuſtum, Chriſtianum & Catholicum videri debeat.

ADDITIONES.

[a] *l. Claudius Seius, de his, quibus, vt indign. aufer.* [b] eclog. 47. 1. cap. 1. [c] *l. in concubinatu, §. fin. de concub.* [d] *l. ſi qua illuſtris, ad SC. Orſician.* [e] Iulian. *Nouell.* 18. [f] Suetonius *in Domit. cap.* 8. [g] Leuinus Torrent. *ad Sueton. alleg. loc.* [h] *l. miles ita heredem, §. mulier, de teſt. milit. arg. l. nec nos, C. de c. & poſtlim. reuerſ.* [i] *l. 2. C. de donat. int. vir. & vxor.* [k] Turnebus *lib. 8. aduerſar. cap. 2.* [l] Roland. à Valle *conſ. 98. lib. 1.* [m] Tertull. *lib. de coron. milit.*

DECISIO XV.

SVMMARIA.

1 *Quæſtionem de inofficioſo ex conſtitutione D. Conſtantini mouere poſſunt fratres conſanguinei contra teſtamentum fratris conſanguinei, in quo turpes perſonæ inſtitutæ fuerunt.*

2 *Arreſtum parlamenti Tholoſani.*

EX inſpiratione † item quadam Chri- 1
ſtiana & Catholica D. Conſtantinus conſtituit, vt conſanguinei contra teſtamentum fratris aut ſororis de inofficioſo quæſtionem mouere poſſint, ſi ſcripti heredes infamię, vel turpitudinis, vel leuis notę macula aſpergantur.[a] Quare cùm fœmina quædã, cui Firmande nomẽ erat, abſente marito Sauuago per multum tempus cum incola quodam Narbonẽſi Ioanne Manier in iiſdem ædibus commorata, atque tam familiariter cõuerſata cum eo fuiſſet, vt iis conſules oppidi vlteriorem cohabitationẽ ob publicum ſcandalum interdixerint, cõſtitutioni illi locum eſſe, viſum fuit. Fœmina enim iſta prædictum Ioannem in teſtamento ſuo heredem inſtituerat. At frater illius conſanguineus, ordinis Auguſtiniani monachus, ob inſtitutionem Ioannis, tanquam turpis perſonæ, contra teſtamentum illud ſororis querelam inofficioſi intentabat: Et quamuis Ioannes monacho actionẽ competere firmiter negaret: tamen conuerſatio illa ſuſpecta & ſcandaloſa non ſolum actibus illis prohibitionis, ſed etiam publico conſulum teſtimonio docebatur. Cauſa
ergo ad curiam † noſtram per appellatio- 2
nis viam deuoluta, poſtquã generalis procurator regis, & litigatores ſatis auditi fuiſſent, arreſto 14. Auguſti, anno 1582. dictus Manier ſucceſſione Firmande indignus declaratus, & pronunciatum fuit, defunctę bona regi aſſignari debere, detractis prius centum aureis conuentui Auguſtinianorum, qui Narbonæ eſt, præſtandis. Haud enim Auguſtiniani, veluti, qui inter ordines mẽdicantes referuntur, aliter ſucceſſionis participes ſunt. Atque huius arreſti, quod diu antea in noſtra aduerſaria retuleramus, etiam à Charonda [b] mentionem fieri poſtea deprehendimus.

ADDITIONES.

[a] *l. fratres vel ſorores, 27. C. de inoffic. teſtament.* [b] *lib. 7. cap. 67.*

DECI-

DECISIO XVI.

ARGVMENTVM.

Coitus cum moniali pro inceſtu habetur.

SVMMARIA.

1 *Bona, quæ canonicus filio ſuo naturali ex moniali ſuſcepto teſtamento reliquerat, regi adiudicata fuerunt.*

2 *Concumbens cum moniali ex opinione Canoniſtarum inceſtum committit.*

1 ALIO eiuſdem curiæ † arreſto à defuncto Domino Præſide de ſainct Ieã pronunciato bona, quæ Antonio Suau filio Canonici & Archidiaconi Nemauſenſis ex moniali ſuſcepto, tanquam heredi vniuerſali, pater naturalis in extrema volutate ſua reliquerat, regi adiudicata fuerunt, contra ſucceſſores ab inteſtato & dominã locorum, vbi bona illa ſita erant. Domina enim illa prætendebat Antonium ſucceſſione planè indignũ eſſe, veluti ex eiuſmodi coitu ortum, ex quo ipſum Antichriſtũ oriundum vulgò exiſtimaretur. At cõtra procurator regius aſſerebat bona regi adiudicari debere eo quod inceſtus pro delicto adeo execrabili & deteſtãdo haberetur, vt non immerito crimini læſæ maieſtatis æquiparandum eſſet, & per conſequẽs eius, tanquam priuilegiati, vindictam, haud domina illa, ſed ipſemet rex ſibi vindicaret. Curia itaque Antoniũ ſucceſſione indignum declarans eadem bona regi adiudicauit: ſine præiudicio tamen aliorum iuriũ illius dominæ, in cuius territorio bona ſita erant. Quod conuenit opinioni eorum, qui tradiderunt [a] coniunctionẽ eiuſmodi inceſtam eſſe, cùm virgo religio-
2 ſa † immortalis patris ſponſa ſit, [b] cum qua concumbens inceſta fœdera, ſacrilegiáque miſcere dicitur. Idem autem arreſtum etiam à Charonda refertur, [c] qui tamen quæſtionem tanquam pleniori diſcuſſione dignam in commodiorem locũ reiicit. Sanè propter exemplum & bonos mores merito illud notari debet, quamuis Ioannes Papon [d] aliud arreſtum parlamẽti Burdegalenſis cõferat, quod, ſi prædicto non contrarium: tamen ab eo planè diuerſum eſt. Quicquid autem ſit, rectè à Canoniſtis traditur [e] cum moniali inceſtum cõmitti. Quare etiam inter alias pœnas eiuſmodi crimen confiſcationem bonorum, ex nouella, quæ in curia noſtra recepta & approbata eſt, meretur.

ADDITIONES.

[a] *auth. inceſtas. C. de inceſt. nupt.* [b] *quæ Chriſtus, 27. q. 1.* [c] *c. virginibus, c. impudicas, ead.* [d] *libr. 7. reſponſ. cap. 168.* [e] *tit. des nop. inceſt. arreſt. 1.*

DECISIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Legatario præſtationem legati heres ea prætextu denegare nequit, quod ſpurius ille ſit.*

ARRESTO curiæ noſtræ in cauſa Iohannis de Marſſan, Domini de la Faurie, appellantis à iudicibus præſidialibus, qui Tholoſæ ſunt ex vna, & Dominici Vidal mercatoris Tholoſani atq; Ceciliæ de Secundis, coniugum appellatorum ex altera parte, 14. Decembris. Anno 1569. iudicatum fuit: haud audiẽdum eſſe heredem vniuerſalem, qui legatarios ideo à relictis legatis repellẽdos eſſe dixerat, quod teſtatoris ſpurij eſſent. Aſſertione n. iſta memoriam defuncti lædere, [a] atque eiuſmodi qui committere heres videbatur, quod, ſi viuo teſtatore cõmiſiſſet, omnem ei ſucceſſionis ſpẽ ademiſſet: vt propterea locum habere hic debeat illud D. D. Seueri & Antonini reſcriptum, [b] quo iis placuit quaſi indignum carere legato ſeu fideicommiſſo debere libertum, quæ ei teſtamento patroni relicta erant, cùm patronum ſuum poſt mortem eius quaſi illicitæ mercis negotiatorẽ detulerit, quamuis & præmium meruerit. Idem enim planè heredi eiuſmodi ob reuelationem illam ſe præmium mereri aſſerẽti reſponderi poteſt, cũ ea ratione oblíquè & indirectè ipſum teſtatorẽ accuſet, atque erga eum ingratus ſit. Haud ergo infauſtæ huiuſmodi voces perferẽdæ ſunt, vt iis heres legata relicta impugnet, atque ſub tali prætextu, eorundem præſtationem recuſet. Etſi enim ſpuriis iure legari nequit: tamen heredi voluntas defuncti antiquior omni iure eſſe debet, ita vt illius hoc munus, illius liberalitas, ſuum tantum obſequium vocetur. [c]

ADDITIONES.

[a] gl. *in l. ſororem, in fin. C. de his, quæ vt indign. auf.* [b] *in l. 1. ff. eod.* [c] Plinius *lib. 5. ep. 7. ad Caluiſium.*

DECISIO XVIII.

ARGVMENTVM.

Ob dotem etiam bona reſtitutioni

ſolutionem dotis eiuſq; augmēti declarat dicta curia eundem ad finem hypothecæ itidem ſuppoſita eſſe bona, quæ dicto Ioanni Aufrerio obuenerant per teſtamentum & diſpoſitionem defuncti Domini Ioannis Aufrerij & Mariæ de la Forcade parentum ſuorum, ſubſtitutione in fauorem Stephani grauatorum: haud verò ea, quæ quondam ad Thomam Aufrerium Dominum d'Aigueſuiues pertinuerant: quæ eadem curia, recipiens & approbans literas XX. huius menſis impetratas, & ex certis cauſis, quibus ad hoc mota fuit, declarauit quoad ſolutionem iſtarum quantitatum haud affecta vel hypothecæ ſuppoſita eſſe: quoad dictā verò penſionem & habitationē declarat itidem curia affectos & obligatos eſſe vniuerſos & ſingulos fructus, qui ab obitu Ioannis Aufrerij prouenerint, & deinceps prouenturi ſint, vſque ad diem realis ſolutionis dotis, eiúſque augmenti tam ex bonis propriis dicti Ioannis, quàm aliis reſtitutioni ſubiectis, exceptis tamen iis, quæ Thomæ Aufrerij quondam fuerant: atque relaxauit & abſoluit Petrum à petitione quoad redditionem rationum adminiſtrationis, quàm per tempus vitæ in bonis Ioannis Aufrerij habuerat: & reſpectiuè Stephanum Aufrerium à petitione Petri de Belin concernente ſumptus & impenſas, viuo Ioanne Aufrerio, ad eiuſdem & familiæ ſubſtentationem factas; & quidem compenſatis expenſis, quantum Iaquette de Belin attinet. Ex quo arreſto apparet Curiam Tholoſanā diſpoſitionem authenticæ illius [a] de ſolis aſcendentibus, ſubſtituentibus accipere, eámque minimè ad extraneos extendere voluiſſe; quemadmodum etiam parlamento Pariſienſi eiuſmodi extenſio haud placuit per arreſta, quæ à Charonda notantur. [b] Conſtat item quod res nō omni dubio quoad ipſos aſcendentes caruit, atque Paulus de Caſtro [c] reſolutionis illius communis, quæ prædicto arreſto comprobata fuit, auctor ſit. Illud quoque probè notandum eſt, quod Stephanus haud auditus fuerit, dum contra Petrum, † tanquam adminiſtratorem generi agere voluit. Ex eiuſmodi enim actibus adminiſtratio haud colligi poteſt. 2

Additiones.

[a] *auth. res, quæ C. commun. de legat.* [b] *lib. 8. reſponſ. cap. 30.* [c] *in d. auth.*

DECISIO XIX.

Argumentum.

Legatum quoque vxori relictum in bonis reſtitutioni ſubiectis valere, aliquando pronunciatum fuit.

Summarium.

1 *Arreſtum paradoxum vel admodum ſingulare, quo in facti quapiam ſpecie parlamentum Tholoſanum pronunciauit: legatum vxori à marito relictum ſtatim poſt dotem eiuſque augmentum, de bonis, de quibus, heres grauatus diſponere poterat, atque in ſubſidium de bonis reſtitutioni ſubiectis, præſtandum eſſe.*

2 *Illud tamen arreſtum ad exemplum non trahitur, ſed veluti ſub puluere antiquorum curiæ actorum ſepultū iacet.*

CÆterum arreſta illa † terminos hypotheſium ſuarum haud egredi, ſed inter eoſdem coerceri, neque vltra limites extendi debent, niſi circumſtantiæ facti adeò vrgentes occurrant, vt eiuſdē noxę tractatio interuenire debeat. Tales quoq; ob circūſtātias ſemper exiſtimauim' prolatum fuiſſe arreſtum, quo (vt ex quodam è Dominis antiquioribus, viro fide digniſſimo accepimus) ante quadraginta ferè annos: præſide primario tum temporis, Domino Manſencal quoad aſcendentes & deſcendentes iudicatū fuit: quòd legatum vxori à marito relictum ſtatim poſt dotē eiúſque augmētum de bonis defuncti mariti propriis, atque in ſubſidium de bonis reſtitutioni ſubiectis præſtari deberet. Quod arreſtum quoad dotem eiuſque augmentum prædictis quidem cōforme, ſed quo ad legatū priori planè contrariū eſt, cū illo, reſpectu eiuſmodi legati, nihil extraordinarij decretum fuerit. Dominus Maynial aliquando nobis ſignificauit, ſe cùm arreſtū illud pronunciaretur, præſentem fuiſſe, vt pote qui parlamenti aduocatus tū temporis eſſet, atq; etiam illud ad Codicem ſuum notaſſe. Cuius arreſti propterea mentionē hic facere † voluimus, vt innueremus illud planè ſingulare eſſe, & fortaſſis ob rationes quaſdam, quæ nos latent, prolatū, neque amplius curiam illud ſecutam fuiſſe & propterea inſtar corporis anima carentis, ſub puluere antiquorum curiæ noſtræ actorum ſepultum iacere. Quod quidē nō huic arreſto ſoli, ſed etiam aliis pluribus contigit ob mutationem, quæ tam temporis ſucceſſu, quā ob varios mores & cōſuetudines, veras legū & conſtitutionum interpretes, euenire ſolet: quemadmodum colligi poteſt ex iis, quę de legitima matris cōtra ſtatutū Tholoſanū ſuperi' adduxim'. 2

gatiuæ hypothecarum, quoad dotes, fundata eſt. At quia moribus, † quibus vtimur,
2 dicta donatio propter nuptias diuerſa nomina accepit, in diuerſis regionibus & prouinciis ad diuerſos actus & effectus accommodata, vſque adeò vt appellatio donationis propter nuptias eo extendatur, omnéque illud ſignificet, quod coniunx ſuperſtes ex prædefuncti bonis, vel propter expreſſã conuentionem, vel ob conſuetudinem aut legem municipalem lucratur, quòd Tholoſates noſtri *agenſement*, id eſt, additamentum appellitant, & cuius in iure tam ciuili,[a] quàm Canonico[b] mentio fit: eáque ratione augmentum dotis ſub nomine donationis propter nuptias in dicta conſtitutione comprehenſum eſſe dici poteſt. Quod quidem verum eſt
3 † de augmento dotis, quod ipſa mulier vel eius nomine alius dotem conſtituens, ſiue ante ſiue poſt contractum matrimonium adiicit.[c] Et quidem non immeritò, cùm augmentum illud, quod priſtinæ doti poſtea accedit,[d] tanquam acceſſorium, naturam principalis ſequatur.[e] Verum quoad augmentum debitum mulieri ex ſola & ſimplici liberalitate mariti, atque ex eiuſdem munificæ liberalitatis præmio aliud dici oportet. Ob tale enim augmentum mulier nulli periculo exponitur, quoad diminutionem dotis aliorúmque bonorum, ſed merum illud lucrum eſt, & propterea fauorem illum prælationis in conſtitutione expreſſæ haud meretur, cùm verè hic verba ab Imperatore vſurpata locum habeant, multóque minùs illius nomine recurſus ad bona reſtitutioni ſubiecta in præiudicium fideicommiſſarij, & in euerſionẽ fideicommiſſi fieri poteſt. In augmento autem, quid per conuentionem expreſſam aut legem municipalem, qualis Tholoſæ eſt, debetur natura donationis aut liberalitatis puræ haud deprehenditur, ſed potiùs illud prouiſio quædam honeſta eſt & correſpectiua inter coniuges à futuro & incerto euentu dependens. Atque tum augmentum eiuſmodi, tanquam onerosum, omnia dotis principalis priuilegia, quæ tam in dicta conſtitutione, quàm alibi in corpore iuris continentur, meretur, in ſubſidium præſertim, ſi ex aliis bonis augmentum illud capi nequeat. Sícque arreſto ad noſtram relationem, Anno M.D.LXXX. in fauorem dictæ Mariæ, & poſtea alio arreſto in cauſa dicti Belin contra Aufrerium, & pluribus aliis, tam in conſilio, quàm in audientia, iudicatum, iiſque, iuxta communem diſtinctionem interpretum inter aſcendentes & deſcendentes, quæ Paulo de Caſtro[f] tanquam principali auctori accepta fertur, permiſſum fuit viduis repetẽtibus dotem ſuam & augmentum aut ex conſuetudine, aut ex conuentione onerosum executionem impetrare quoad dotem tam in vniuerſa & ſingula bona reſtitutioni ſubiecta quàm in alia quæcunque, atque quoad augmentum, etiam in ſubſidium, in bona reſtitutioni ſubiecta. Sanè nunquam dubitauimus, quod ad hoc confirmandum intentio Imperatoris in dicta conſtitutione probè examinata & relata ad ius antiquum, quod corrigebat, parum faciat, quemadmodum etiam nonnulli ex doctioribus noſtri temporis notarunt.[g] Verum propterea ſub prætextu communis erroris euertere velle res quondã dubias & ambiguas, iámque definitas, ingenuũ Francum haud decedere videtur, cui vel ex ipſorum exterorum teſtimonio notũ eſt, quod in Francia leges Romanæ & Imperatorum
4 † conſtitutiones haud aliter receptæ ſint, quàm quatenus earum æquitas Reipublicæ Francorum inſeruire poteſt. Supremum enim locum, ſanctiones regiæ & arreſta ſupremarum curiarum obtinent, vt alibi diximus, atque haud mutari debet, quod ex interpretatione prudentum auctoritate ſuprema conſtitutum ac decretum fuiſſe, certámque interpretationem ſemper habuiſſe, comperimus. Alias enim nunquam certi eſſe poterimus, ſed pro varietate capitum ſententiæ modò ad orientem, modò ad occidentem, modò ad Septentrionem, modò ad meridiem tendent, ſicque ſupremarum curiarum definitiones, nunquam arreſta, ſed potius lora lubrica dici debebunt, quẽadmodũ alibi eruditus Budæus loquitur.[h]

Additiones.

[a] *l. etiam. C. de iur. dot. l. inter ſocerum*, §. *cum inter, de pact. dotal.* [b] *c. plerumque, de donat. int. vir. & vxor. c. ex parte, de for. compet.* Coraſ. *miſcell.* 3. *cap.* 1. [c] *l. penult. l. final. C. de donat. ante nupt.* §. *eſt & aliud, Inſt. de donat.* [d] *l. quoties*, §. *contra, de adm. tut.* [e] *c. acceſſorium, de R. I. lib.* 6. [f] *in d. auth. res quæ, & in l. mulier.* §. *cum proponeretur ad Trebellian.* [g] Franciſcus de Belle foreſt *in annal. Franciæ lib.* 2. *cap.* 21. [h] Budæus *in forenſ.*

DECISIO XXI.

Argumentum.

Heredes, extranei fideicommiſſo

grauati bona reſtitutioni ſubiecta, ne ob dotem quidem, vel donationem propter nuptias alienare poſſunt.

SVMMARIA.

1 *Diſpoſitio iuris quoad dotes & earundẽ augmenta ex bonis reſtitutioni ſubiectis non habet locum in fideicommiſſis ab extraneis factis.*

2 *Rationes diuerſitatis inter aſcendentes & extraneos ſubſtituentes, atque liberos & deſcendentes ſubſtitutorum quoad caſum hunc.*

3 *Vis & effectus conditionis*, ſi ſine liberis maſculis decedat.

4 *Cauſa potiſſima inſinuationum eſt fauor creditorum & tertiũ contrahẽtiũ.*

5 *Caſu fideicommiſſi eueniente plenum ius acquiritur fideicommiſſariis in bonis reſtitutioni ſubiectis.*

6 *Fideicommiſſa quoad extraneos à iuſta voluntate procedentia ſemper iuſtas & legitimas cauſas habere præſumuntur.*

7 *Reparationes & meliorationes deducũtur de fideicommiſſo in fauorem fideicommiſſarij, qui eas facit, eiuſdẽmque heredum & ſucceſſorum.*

8 *Contra emptorem tamen bonorum reſtitutioni ſubiectorum aliter arreſto parlamenti Burdegalenſis iudicatum fuiſſe videtur.*

9 *Detractio Trebellianicæ non fuit facta fauore & contemplatione pauperum.*

10 *Subuentio neceſſaria, qua fratribus, ſororibus, atque aliis propinquis pauperibus ſuccurritur, iuſta cauſa eſt, ob quam dos vxoris durante matrimonio alienari poſſit, quæ aliàs alienari nequit.*

1 LIs in prima inſtantia † ob priuilegium pauperum coram parlamento Tholoſano à Syndico Xenodochij S. Iacobi, propè S. Cyprianum, quod Tholoſæ eſt, contra Mariam de Pellepoix, viduam defuncti Domini Ioannis Forcade, ad eum finem mota fuit, vt caſum ſubſtitutionis in teſtamento extremo & valido defuncti Arnoldi Forcade comprehenſæ eueniſſe declararetur. Iſte enim, auunculus Ioannis Forcade, Anno 1548. maſculos heredes non habens, alium nepotem ſuum ex ſorore, Iacobum la Forcade, heredem inſtituens eidem fratres, in quorum numero etiam dictus Ioãnes erat, & fratribus ſine maſcula prole, decedentibus, fœminis excluſis, pauperes dicti Xenodochij ſubſtituerat. Cùm igitur poſt reliquorum fratrum obitum hereditas illa ad Ioannem p̃rueniſſet, iſque relicta filia vnica Ioanna, ex vxore Maria de Pellepoix ſuſcepta, ſine liberis maſculis deceſſiſſet, arreſto declaratum fuit caſum ſubſtitutionis in fauorem Xenodochij eueniſſe: adeò, vt etiam nulla Trebellianicæ detractio locum haberet. Cuius arreſti, executio cùm iam fieri deberet Maria de Pellepoix geminas literas regias oppoſuit, quarum priores ipſammet nomine proprio concernebant, propter dotem, quam Anno M. D. LXXV. matrimonium cum Ioanne Forcade contrahens attulerat, atque ipſe recognouerat, & dotis illius augmentum, poſteriores verò tanquam mater & legitima adminiſtratrix, filiæ ſuæ Ioannæ, ex Forcade ſuſceptæ, eo nomine impetrarat, vt cùm defunctus maritus nulla alia bona reliquiſſet, ſicque filiam omni ſucceſſione planè priuari, atque ad extremam egeſtatem redigi oporteret, eidem alimentorum loco ex bonis illis reſtitutioni ſubiectis portio quædam adiudicaretur, qualem curia pro circũſtantiis cauſæ & qualitate partiũ ſufficientẽ eſſe exiſtimaret. Cúmque iſtarum literarum nomine concluſum iam eſſet, & in curia deliberaretur, videbatur prima fronte oppoſitionẽ dictæ Pellepoix probè fundatam eſſe in antiqua illa formula (procedente ab amore nuptiali & legitimo, [a] qui iuuat naturam humanam, vt generationis beneficio immortalitatem acquirat, & veluti reuiuiſcat, cum aliàs morte penitus extingueretur) ſic concepta: Si nõ in ea cauſa fuerit alienatio, [b] vt contra eam vindicatio dari poſſit, veluti hic intuitu dictæ Pellepoix, cum iure ſingulari, atque ob publicam vtilitatem introductum ſit, ex cauſa dotis vel donationis propter nuptias rerum reſtitutioni ſubiectarum alienationem non prohiberi.[c] Sic in nouella illa conſtitutione Iuſtiniani Codici inſerta permittitur quidem fideicommiſſariis vindicatio rerum reſtitutioni ſubiectarum nullo obſtaculo eis à detentoribus opponendo, [d] ſed dotes & donationes propter nuptias, quales etiam augmenta noſtra dici poterunt, nominatim excipiuntur. Quod quidem propter earundem fauo-

ADDITIONES.

[a] Plutarch. *de amor.* [b] *arg. l. 2. de except. re. iud.* [c] *auth. de reſtitut. & ea, quæ parit. 11. menſ.* [d] *auth. res quæ, C. com. de leg. & fideicõ.*

[e] *l. vn*

fauorem & priuilegium, cuius crebra in iure mentio fit,[a] contingit. Súntque rationes, quibus Imperator vtitur generales; adeò vt quamuis conſtitutio ſpeciatim de liberis & deſcendentibus, vtpote quorum contemplatione caſus frequentius euenit,[b] loquatur tamẽ ob generalitatẽ rationũ etiam vlterius porrigenda, neque per adiectum exẽplum nimis limitanda ſit. Exẽpla enim dedeclarant, non reſtringunt regulam,[c] atque rationes legum & conſtitutionũ veri earũdem canones ſunt, iiſdémque leges & cõſtitutiones ampliari, atque extendi ſolent, adeò, vt quandocunque ratio legis vel canonis eſt amplior vel generalior dicto ſeu diſpoſitio, tunc ad amplitudinem rationis extendatur ipſa diſpoſitio. Sic quando Imperator Fridericus per conſtitutionem ſuam [d] abrogat & caſſat conſuetudines & ſtatuta contra libertatem Eccleſię recepta per totã Italiã; minimè ſequitur, quod eadem in aliis prouinciis Romani imperij, in quibus eadẽ, quæ in Italia, militat ratio, abrogare noluerit: ſed Italiam ſpecificè propterea expreſſit, cùm in ea ſtatuta eiuſmodi frequẽtius recepta eſſent quemadmodum Accurſius ad dictam conſtitutionem optimè notauit. [e] In terminis quoque & eadem ferè materia admodum hoc illuſtrat Iulianus anteceſſor in ſua epitome vel potius trãſlatione nouellarũ Iuſtiniani,[f] vbi poſt diſpoſitionem principalẽ cõſtitutionis[g] hæc verba adiicit: *Hoc autem, quod de Falcidiæ deductione loquitur conſtitutio in liberis locũ habet, quibus & pars Falcidiæ debetur: quod ſi heres inſtitutus ex liberis non ſit, contentus eſſe debet deductione dotis, vel propter nuptias donationis, & reliquas res hereditarias fideicommiſſario reſtituet.* Quæ verba adeò clara & expreſſa ſunt, vt nullã interpretationẽ contrariũ admittãt. Atque ſi cõſtitutio illa tantũ in liberis procederet, qua frõte quæſo, Iuſtinianus adeò gloriari, ſicq; iactare poſſet;[h] ſe præſentem ponere legẽ, ſe hoc innouare; cũ & pandectarũ iure illud antea etiã in filia prouiſum fuiſſet, apertéque reſponſum [i] nõ poſſe dici in euerſionẽ fideicõmiſſi factũ, quod & mulieris pudicitiæ & patris voto cõgruebat: præſertim cũ alia conſtitutione,[k] quæ itidem ſub authẽticæ titulo, Codici poſtea inſerta fuit, [l] voluerit; rogatũ, ſi ſine liberis decederet, quod tuncupereſſet ex hereditate reſtituere, quartam inſtitutionis fideicommiſſario reſtituere, ex cauſa tamen dotis ſeu propter nuptias donationis huius quartæ permiſſa diminutione.

In teſtamento quoque dicti Forcade ſubſtitutio expreſſè ſub hiſce verbis: *ſi ſine liberis maſculis* concepta erat, ſicque ipſemet teſtator ad futurum matrimoniũ reſpiciebat, ſine quo heres inſtitutus legitimam maſculinam prolem habere non potuit.

Illegitimi enim naturales & ſpurij ſub conditione illa minimè comprehendũtur, cùm ne fieri quidem poſſe dicatur, quod honeſtè fieri non poteſt.[m] Ex quo infertur, quod is, qui conſequens vult, neceſſariò etiam antecedens velit,[n] ſub quo hic comprehenduntur dos, cæteræq; res omnes ſine quibus matrimonium cõmodè ſubſiſtere nequit. Sic quando Pontifex diſpenſat, [o] vt illegitimè natus Epiſcopatum tenere queat, tacitè quoque diſpenſaſſe cenſetur, vt idem Sacerdos fieri poſſit, cùm nemo ad Epiſcopalem dignitatem euehatur, qui Sacerdos non ſit. Haud etiam dictæ Pellepoix firmiter obiici poteſt, quod iuxta vulgarẽ iuris regulam prius in qualitates & conditiones mariti, cum quo contrahere volebat diligentius inquirere debuiſſet.[p] Promptè enim reſpondebit, quod regula iſta in fœminis propter infirmitatem ſexus non procedat,[q] cum quibus diſpenſatur, vt iis ius ignorare & in qualitate mariti errare, quoad priuilegium dotis liceat. [r] Huiuſmodi enim facta diiudicare & æſtimare virilis animi eſt, adeò vt non noceat mulieri [ſ] ſe detuliſſe, cum ea perſona ſit, quæ ignorare propter ſexum fœmininum ius ſuum poſſit. Ob probabilem igitur & tolerabilem iſtam ignorantiam, ex qua fœminæ antè illam conſtitutionem dotibus ſuis, quemadmodum ibi narratur, fraudabantur.

ADDITIONES.

[a] *l. in ſol. matr. l. 2. de iur. dot. l. 3. de priu. l. credit. l. cùm ratio naturalis, de bon. damn.* [b] iuxta notata *in l. nomen, §. fin. de legat. 2.* Bartolus *in l. pater filium, §. fundum, eod. l. 2. §. ſi mater, verſic. quid ſi curatores, & verſic. quid ſi deceſſerit, ad Tertull.* [c] *l. regula, §. & licet municipium de iur. & fact. ign.* [d] *auth. caſſa, C. de ſacroſ. Eccl.* [e] Accurſ. *in d. auth. caſſa, ſuper verb. per Italiam.* [f] *conſt. 37.* [g] *d. conſt.* [h] *in §. quamobrem, d. conſtit.* [i] *l. mulier, §. cùm proponeretur, ad Trebellian.* [k] *§. nobis quidem, de reſtit. collat. 8.* [l] *auth. contra qui rogatus, C. ad Trebellian.* [m] *l. filius, de condit. inſtitut.* [n] *l. illud, de acquir. hered. l. ad rem, de procurat. c. quoniam de ſent. excom. in 6.* [o] *c. 1. de presbyt.* Iaſon *in l. 1. de tranſact.* [p] *l. qui cum alio, de R. L.* [q] *l. regula, de iur. & fact. ignor.* [r] *l. ſi cùm dotem, §. fin. ſol. matr. l. final. qui pet. tutor.* [ſ] *l. 2. in fin. de iur. fiſc.*

tur, alienatio bonorum reſtitutioni ſubiectorum ex eiuſmodi cauſa facta per eâdem confirmatur, ne ingemiſcat mulier, ſi quaſi per fraudem ſumma quadam iuris cruce, dote ſua priuetur, néue ipſa eadem mulier, quæ de damno vitando certat, inferior in cauſa ſit fideicommiſſario, qui de lucro captando contendit. Haud item priuilegium piæ cauſæ contra eum præualere poteſt [a] eo quod dotis cauſa pia ſit, piáque cauſa cōtra piam cauſam communi iure cenſeatur: adeò vt propter vtilitatem publicam coniunctam cum conſeruatione iurium vxorum, (quamuis alias res propter iuris rigorem dubia eſſet) ſtrictam rationem inſuper habere debeamus, quæ nonnunquam in ambiguis quæſtionibus omitti ſolet, [b] præſertim cùm nullus fideicommiſſorum fauor ſit, ſed ea libertati heredis aduerſentur; eúmque in talem ferè ſtatum reponāt, qualis olim erat libertorum Latinorum, qui iuſſi ſcilicet heredes ſub libertorum titulo agere viuentes, ſed prohibiti quicquam habere morientes, dempto his vltimæ voluntatis arbitrio, quemadmodū ſanctus ille vir Saluianus quodam in loco [c] conqueritur.

Verum econtra, Syndicus Xenodochij allegabat ſe niti regula generali ex dicta conſtitutione depromta, [d] quæ non ſolum in dotis conſtitutione; ſed & in eius reſtitutione obtineat: atque dictum maritum Mariæ Pellepoix non eſſe ex numero deſcendentium, in recta linea defuncti teſtatoris, Arnoldi Forcade, ſed planè extraneū & per conſequens haud comprehendi prætenſa exemptione, quæ ſaltem liberos & deſcendentes teſtatoris quoad dotes & donationes propter nuptias concernit. Exceptio enim illa ex communi DD. interpretatione præſupponit obligationem teſtatoris, qui obligatus & adſtrictus eſt non ſolum dotes conſtituere filiabus, [e] ſed etiā recognoſcere dotes, quas vxores filiis afferunt. [f] Quæ recognitio ſuffecta quodammodo videtur in locū donationis propter nuptias olim receptæ, quemadmodum à neotericis quibuſdam notatur, adeò vt teſtator illud, quod ipſemet feciſſet, aut facere debuiſſet, ſi ſuperuixiſſet, poſt mortem à filio ſuo fieri voluiſſe cenſeatur. Hæc enim ſunt vota & officia paterna alibi relata, [g] & in obligationem ciuilem deducta contemplatione patris, qui ea ratione non de nouo obligatur, ſed veterem legis obligationem exequi conſtringitur; cui obligationi non poteſt derogare ſubiiciendo bona propria fideicommiſſo, quo minus ob cauſam dotis reſtituendæ diminutio fideicommiſſi fieri poſſit. Inhæret enim talis obligatio patris bonis & ſequitur quemcunque poſſeſſorem. Quare quemadmodum pater teſtator ſi viuus adhuc dotem recognouiſſet, & bona ſua in caſum reſtitutionis obligaſſet, per fideicommiſſum obligationi illi præiudicare nō potuiſſet: ita quoque idem planè obtinet, licet hoc viuus nō fecerit, [h] quia pro obligato habetur, ſeu neceſſario ſe obligare obſtringitur. Atque ſi dictam conſtitutionem, eiúſque rationes in præfation poſitas, quæ poſtea in ſequētibus repetitæ cenſentur, accuratius examinemus, apparebit legem, cuius ibi mentio fit, quæ longæua erat, & in iudicio approbata frequentabatur, tractu temporis hoc incommodum attuliſſe, vt poſt obitum mariti vxor ex vna parte dotem, eiúſque augmentum peteret: atque ex altera parte frater defuncti ob euenientem ſubſtitutionis caſum bona defuncti patris poſtulans, & patris proferret voluntatem, & traderet res mulieris. Cùm ergo res eo rediiſſet, vt querela vxoris iuſta deprehenderetur, ne inanes eius lachrymæ relinquerentur, Imperator commotus fuit, vt rem in melius emendaret propter immediatè ibi ſubiectas, & in perſonis deſcendentium teſtatoris expreſſis rationes: Quod facilè colligi poteſt ex hiſce verbis: *Hæc nos mente commouerunt, & in melius arbitrati ſumus noſtrā corrigere legem*, *quā ſubiectos deſpicere periculū ſuſtinētes maximè in nuptiis, quarū nihil eſt hominibus vtilius tanquam ſolis facere homines valentibus.* Deinde etiā in diſpoſitione ſequēti cōſtitutio ſaltem de perſonis deſcendentiū loquitur. Atque iſte qui noſtro tēporè talē titulum ſeu rubricā conſtitutioni illi præpoſuit: *Si quis vnum ex liberis ſuis heredē inſtituerit, vel extraneā perſonam*, deceptus fuit per epitomen dictæ

Additiones.

[a] *l. cùm is qui §. mulier, de condict. indeb.* [b] *l. ſunt perſonæ, in fin. de religioſ. & ſumt. funer.* [c] Saluianus *lib. 3. ad Eccleſ. Cathol.* [d] Gloſſ. Bartolus & alij, *in d. auth.* Pariſius *conſ. 72. num. 33. volum. 2.* Angelus *in d. auth. res, quæ.* [e] *l. qui liberos, de rit. nupt.* Bartolus & alij, *in l. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur, ſol. matr.* [f] *l. cùm ſeruus, verſic. nā quod ipſe, de cond. & demonſtr.* [g] *d. §. cùm preponeretur, & l. qui liberos.* [h] Curt. iun. *conſ. 19.* Decius *conſ. 519.* per *l. ſi finita, §. eleganter, de damn. infect. l. ſi creditoris, C. de fideicomm.*

dictæ conſtitutionis nouellæ à Iuliano anteceſſore factam, in qua illa verba leguntur, quæ ad prototypum textus Græci nouellæ a Iuſtiniani referri nequeunt, vbi ne verbum quidem habetur, quod ad extraneos pertineat. Et facilè conijci poteſt, illa à Doctorellis quibuſdam adiecta fuiſſe: quæ tamen gloſſa, inſtar illius Aurelianenſis, textum corrupit, & tractu temporis tantum obtinuit, vt ipſi corpori iungeretur, & in textum conſtitutionis irreperet. Quod etiam factum fuiſſe exiſtimauimus in poſtremis verbis decretalis Bonifacij VIII.[a] atque in iure ciuili nouum non eſſe, nonnulli ex DD. noſtri temporis abundè demonſtrarunt.[b] In noſtra item materia ipſamet obſeruatio ſatis hoc probat, iuxta quam compertum eſſe dicitur, illa verba abeſſe non ſaltem à manuſcriptis, ſed etiam à veteribus codicibus. Immo licet apertè conſtaret ipſum Iulianum anteceſſorem verba illa adiecisse: tamen ius facere, aut vim legis habere non poſſunt, quia ille auctoritatem reſpondendi non habebat. Anteceſſor enim tantum erat, non Iulianus patricius.

Deſcendentes etiam in recta linea exempli ſaltem cauſa in conſtitutione nominatos fuiſſe, & per conſequens exemplo illo conſtitutionem nō limitari & reſtringi: propterea dici nequit, quod qualitas deſcendentium tam crebro & in narratione & in diſpoſitione conſtitutionis repetatur. Quo caſu exempla reſtringunt, & veluti temperant fines conſtitutionis & deciſionis,[b] ex quo legiſlator præſumitur magis deliberatè, & quaſi ſeriò id feciſſe, vt ad alium caſum non protraheretur. Atque tum demum aliquid ſaltem exempli cauſa expreſſum fuiſſe dici poteſt,[c] vt ad alia non abſimilia extendatur,[d] quando ex pluribus rationis identitatem habentibus alterum tātum exprimitur, quia tunc expreſſum regulam non reſtringit,[e] quin alia & habentia eandem vel maiorem rationem includantur. At certū eſt cauſam deſcendentiū

2 † in recta lineā & extraneorum hoc in caſu planè diuerſam eſſe: cùm illi voto naturali in obligationem ciuilem deducto, hi verò minimè nitantur. Auunculus enim neptes ſuas ex ſorore dotare aut eiuſmodi nepotibus propter nuptias donare haud tenetur. Deinde etiam exceptio dictæ conſtitutionis ratione deſcendentium in recta linea quoad dotes & donationes propter nuptias corrigit legem proximè præcedentem, vt ideo nulla extenſione ex maioritate quidem rationis fieri queat,[f] quoniam, dū nihil omnino ſuper aliquibus innouatum eſt, antiquam ſeruamus formā, ita vt ibi legem correctam non inuenimus expreſsè, priſtinæ dimittamus figuræ, & ne contra, quam alibi annotatum legimus, per repetitiones, ſubaudictiones aut tacitos intellectus correctionem legis vel canonis inducamus. Et quamuis conſtitutio generalis videatur: tamen nihilominus ſtrictè & iuxta terminos, de quibus loquitur, nempe de liberis ſaltem, accipi debet, per ea, quæ alias ex iure afferuntur.[h] Haud quoque perpetuum eſt, vt ratio legem regat, & ampliet; ſed interdum ipſa lex ſeu conſtitutio rationem regit, eandemq; moderatur, præſertim in legibus Imperatorum, quemadmodum poſt Baldum[i] Corneus[k] rectè obſeruauit.

Fruſtra item vtilitas publica propter fauorem dotium obiicitur, vtpote, qui ſecūdariò, & per conſequentiam, non verò principaliter & primariò vtilitatem illam cōcernit. Nam quod dicitur dotium cauſam ſemper & vbique præcipuam eſſe, non ita accipiendum eſt, quaſi in hoc iudicio ius commune nunquam ſeruari debeat, ſed hoc ſaltem ſenſit Vlpianus, ſingularia quædam præcepta de dotibus paſſim in iure reperiri: inter quæ etiam hoc eſt, quod res, quæ reſtitutioni ſubiectæ ſunt, ob cauſam dotis alienari poſſint: Quod in liberis proditum, nequaquam ad extraneas protrahemus perſonas, ſicut nec alias in dote, vltra ſingularia à iure prodita, doti fauebimus. Deinde etiā vtilitas publica dupliciter cōſideratur. Quædā enim publicè vtilia ſunt, atque ad publicū ſtatū verè & propriè pertinent; cuiuſmodi ſunt magiſtratus, ſacra, veſti-

ADDITIONES.

[a] *in c. ſi pater, verſic. licet, de teſtam. in 6.* [b] Aug. *in libr. emend.* Hotom. *lib. 3. obſ. c. 5.* [c] *clemen. 1. ſuper verb. diœceſ. de iur. patron.* Marcus de Mantua *apophtegm.* 108. [d] Gloſſ. *in l. illud, ſuper verb. alia cauſa, C. de Sacroſ. Eccleſ.* [e] Gl. *in c. 1 ſuper verb. Italia, de tempor. ordin. in 6.* [f] *l. damni infecti.* & ibi Bartolus *arg. c. ſedes, extr. de reſcript.* [g] Iaſon *in authent. quas actiones, C. de Sacroſanct. Eccl. ſ. ex §. fin. de admini ſtr. offic. in ſac. app. collat.* 4. & ibi Accurſ. [h] gloſſ. *in cap. cupientes. §. quod ſi per viginti, de elect. in 6.* [i] *§. fratris. iunct.* gloſſ. *Inſt. de nupt. l. de eo. §. ſi quis ex viuis, iunct. gloſſ. ad exhib.* [k] *in c. 1. c. ſi deſcendenti, qui feud. dar. poſſ.* [l] *conſ. 90. volum. 3.*

eſſe non poteſt,[a] adeò, vt vbicunque matrimonij nomen non eſt, nec dos ſit, cùm ipſa ſit penſatio onerum ipſius matrimonij. Argumentum enim illud haud perpetuò verum eſt, præſertim ſi antecedens & conſequens nullo tertio neceſſariò connectantur.

At nullum eiuſmodi tertium hic datur; cùm heres grauatus reſtituere alia bona habere poſſit, in quibus dotem recognoſcat, & matrimonium ſine dote ſubſiſtere queat, atque ſæpius ſubſiſtat. Inde mores Armeniorum (etſi à Iuſtiniano[b] damnati & abrogati) puellas ſine dote elocantium, item & Germanorum: ſi credere Cornelio Tacito[c] dignum eſt: adeò, vt nihil hic inferre poſſimus, quo diſpoſitioni iuris derogetur. Et quamuis non facilè vxor indotata ducatur, neque aliter ius conſtitutum videatur, quàm ſi mulier abſque dote maritum omninò inuenire non poſſet,[d] quia id facere non poſſe dicimur, quod ſine incommodo non poſſumus: tamen verba côditionalia propter aliud prolata, neque diſponunt ſaltem extra id, quod agitur, nequé aliquid óperãtur extra id quod exprimitur, præſertim in diſpoſitionibus extremis, in quibus voluntas nô ſufficit, ſed realem diſpoſitionem accedere oportet.[e] Porrò & illa prætereunda non ſunt, quæ pro dicta Pellepoix eo nomine afferebantur, quod excuſari illa poſſet probabili ignorantia, per quã ſi alienatio confirmatur, multo magis hypotheca, veluti fauorabilior, ſeruabitur; præſertim cùm in conſtitutione illa expreſſè dici videatur mulierem circa fideicommiſſum probabilem habere ignorantiam miniméque imputari ei debere, ſi nô adeo ſollicitè inquiſiuerit, vt cognitionem haberet earum rerum, quæ plerumque ſecretæ & occultæ manent, donec eas manifeſtari ipſas neceſſitas poſtulet.

4 Quam etiam ob cauſam † reges noſtri tempore nouiſſimo ſanctiones de inſinuationibus promulgarunt, in fauorem potiſſimum creditorum, & tertiorum contrahentium, vt ea ratione res omnis detegi & quilibet ad acta publica, vbi iſta aſſignari ſolent, regreſſum habere poſſet. Ad hæc omnia enim reſponderi poteſt, quod Maria Pellepoix, eiúſque defunctus maritus in conſtitutione illa, tanquam extranei, minimè comprehendantur, & per conſequens eadem nullo modo iuuari poſſint. Sanctiones item de inſinuationibus poſteriores ſunt, & cauſa pia ad inſtar minorum facilè reſtitui poteſt.[g] Probabilis etiam ignorantia, de qua Iuriſconſultus Scæuola loquitur[h] ex facto & voluntate teſtatoris oriebatur. Teſtator enim vxorem ſuam heredem ex aſſe inſtituens in teſtamento, vbi nulla prohibitio alienationis, neque ſubſtitutio comprehendebatur, codicillos poſtea factos vſque ad obitum vxoris aperiri prohibuerat; qua mortua atque codicillis apertis per ſubſtitutionem fideicommiſſariam alij vocati deprehenduntur, qui prædium hereditarium ab vxore interim venditum vindicant. Emptori igitur, qui ex probabili ignorantia codicillorum emerat, quærenti, an retractari hæc venditio poſſit poſt mortem mulieris ab his, quibus codicillis per fideicommiſſum hereditas data deprehenderetur, an verò ſolum quantitas pretij ab herede vxoris fideicommiſſariis debeatur? reſpondet Iuriſconſultus propter iuſtam ignorantiam tam mulieris, quàm emtoris, heredem mulieris, vt fundus apud emtorem remaneat, fideicômiſſario precium dare debere.

Iuſta igitur ignorantia ibi, non aliam cauſam habuit, quàm teſtatoris voluntatem,[i] quæ & ipſa iuſta dicitur. Vnde intelligi poteſt, quàm vanus & ſuperuacaneus fuerit labor quorundam, qui huius rei rationes anxiè indagare voluerũt,[f] cùm nullus ſit, vel mediocriter in iure verſatus, cui ignotum ſit, quod iam fideicommiſſis (quę à primis ſuis cunabulis à fide heredum pendebant, indéque nomen & ſubſtantiam acceperant) ab Imperatore Auguſto ad neceſſitatem ita redactis, vt de iis conſules ius dicere iuberet,[k] ſi eorum caſus eueniat, † 5 plenum ius fideicommiſſariis in bonis reſtitutioni ſubiectis acquiratur: adeò, vt cauſa alienationis vel hypothecæ ab initio in irritum deuocetur, & ſic intelligenda ſit, quaſi nec ſcripta nec penitus fuerit celebrata, vt nec vſucapio, nec longi temporis præſcriptio contra legatarium vel fideicommiſſarium procedat, ita vt fideicommiſſarius poſſit rem vindicare, & ſibi aſſignare nullo obſtaculo ei à detentatoribus oppo-

Additiones.

[a] *l.2. de iur. dot.* [b] *Nou. de Armen. conſt. 21.* [c] *libr. de mor. German.* [d] *l. nepos Proculo, de V.S.* [e] iuxta notata *in l. cunctos populos, C. de ſum. trinit. & in l ſerui electione. de legat. 1.* [f] *l. minoribus, Cod. de donat. ante nupt.* [g] *l. fin. §. fin. de legat. 2.* [h] *l. 1. de teſtam.* [i] Raynaldus Corſetus *lib. 3. indagat. cap. 7.* [k] *§. 1. Inſt. de fideicom. hered.*

opponendo. Et quamuis fideicommiſſum,
ſpecies ſeruitutis videatur, præſertim libe-
rorum grauatorum contemplatione, qui
penè ad propria dum veniunt, in propriis
quoque grauari videntur, & per conſequẽs
minus fauorabile ſit: tamen hoc, quoad ex-
traneos fallit, quorum reſpectu fideicom-
6 miſſa† à iuſta voluntate proficiſci, & iuſtas
cauſas habere credendum eſt: & in omni-
bus caſibus, ſaluis detractionibus, quas ius
introduxit, intra terminos & limites eiuſ-
dem, negotio fauendum eſt, [a] quod acto-
rum hominis & præcipuæ curæ, & vltimi
eſt temporis. Illud autem, quod ex Saluia-
no contra fideicommiſſa adductum fuit,
ſemper exiſtimauimus referri debere ad fi-
deicommiſſa à parentibus in odium pieta-
tis & religionis facta, quemadmodum ex
iis, quæ idem ibidem poſtea ſubiicit, atque
ex hiſce potiſſimum verbis colligi poteſt:
Itáne tantum odiſti DEVM, vt poſſis etiam
tuos filios, ob hoc tantum, qui ad DEVM
pertinent, non amare? & conſequenter ſan-
ctus ille vir in aliis verbis ſuperius allega-
tis: *ita rogo, & tu, &c.* ſanctè admodũ pro-
ſequitur ſuam diſſertationem, quam, cùm
nimis prolixa ſit, non enarrare, ſed ſaltem
hîc indicare voluimus.

Alias verò fideicommiſſa indiſtinctè re-
probare & odioſa reddere velle, voluntati
ea relinquentium planè aduerſum eſſet:
Nec enim ex rigore iuris ciuilis proficiſ-
cuntur, ſed ex voluntate dantur relinquen-
tis. Caueri autẽ maximè oportet, ne ea ra-
tione iura teſtamẽtorum per ſe admodum
fauorabilia confundantur [b] eo quod Rei-
7 publicæ interſit ſuprema hominum iudi-
cia exitum ſuum habere. Tandem ex actis
apparebat,† atque ſæpius allegatum fuerat,
maritum Mariæ de Pellepoix, ex inſtitutis
heredibus vltimo defunctum plures repa-
rationes in bonis reſtitutioni ſubiectis fe-
ciſſe, eaſque ad minimum à Maria detrahi,
iuxta communem interpretum iuris reſo-
lutionem, [c] neque cũ fructibus, quos quon-
dam defunctus maritus vigore teſtamenti
lucratus fuerat, compenſari debere, (quã-
uis contra emptorem † bonorum reſtitu-
8 tioni ſubiectorum arreſto parlamenti Bur-
degalenſis, [d] & quidem ob aliam & diuer-
ſam rationem in facto occurrentem, aliud
iudicatum fuerit) neque Syndicus admodũ
contradicebat. At literas nomine filiæ im-
petratas iſte itidem planè reiici petebat, eo
quòd illa non ex numero deſcendentium
teſtatoris eſſet, ex cuius bonis legitima aut
vlla alia portio contra pauperes Xenodo-
chij fideicommiſſarios deberetur, adeò vt
licet ne teruncium quidem haberet, tamen
iure quartam aut prælationem in vlla por-
tione petere haud poſſet. Verum curia no-
ſtra ex iure communi iudicãs [e] atque haud
reſpiciens ad prærogatiuam cauſæ piæ
(quemadmodum in prędicto arreſto prio-
ri fecerat, dum Trebellianicam† in fauo- 9
rem pauperum detrahi noluerat) neque ad
oppoſitionem dictæ de Pellepoix, quoad
ſuam dotem & miſericordia mota erga di-
ctam puellam, cùm ſatis percepiſſet, [f] licet
illa nondum in numero pauperum Xeno-
dochij eſſet, tamen niſi ſubſidio quodam
iuuaretur neceſſariò ob ſummam egeſta-
tem iis iungi deberet, & propterea ſumma
æquitate interpretans voluntatem conie-
cturatam defuncti teſtatoris, qui proculdu-
bio ſi in viuis adhuc eſſet, pauperi & egenæ
illi puellæ proſpici velle ab heredibus
ſuis, quos facultates ſatis amplas relinquen-
do honorarat: atque præterea conſiderans [g]
ſubuentionem neceſſariam,† quæ fratribus 10
& propinquis egenis fieri debet, iuſtam &
honeſtam cauſam eſſe propter quam du-
rante matrimonio, dos alienationi obno-
xia fiat, quæ alias planè alienari nequit: vt,
ad exemplũ D. Gregorij, potius cauſas pie-
tatis quàm rigoris viam ſequi videretur, [h]
atque probaret conſultius eſſe, ſi in dubiis
non diſtrictiones exequamur, ſed ad beni-
gnas potius partes inflectamur, præſertim
dum ex paruæ rei ceſſione & orphanæ at-
que pauperrimæ miſericorditer ſubueni-
tur abſque magno pauperum ſubſtituto-
rum incommodo minúſque ferendorum,
ſi conquererentur, quod tam coniuncta
perſona alita fuerit, vt ab Vlpiano in ſimi-
li alibi proditum eſt [i] arreſto ſuo menſe
Septembri anno M.D.LXXXV. per defun-
ctum dominũ præſidem Durandũ pronun-
ciauit, quod nulla habita ratione oppo-
ſitionis

ADDITIONES.

[a] Vale. *de teſtam. reſc.* [b] Vlpianus *titul.* 35. *Inſt. de fideicom.* [c] Guido Papæ *quaſt.* 296. per *l. vbi purè.* & ibi Bartol. *ad Trebell. l. cum ſequent. de legat.* 1. Socinus *conſ.* 8. *in fin. libr.* 4. Alexander, Iaſon, & cæteri. *in d. l. domus.* ex notat. per Accurſ. *in l. empt. de rei vind.* [d] Boerius, *dec.* 44. [e] Guido Papæ q. 188. Bartolus *in l. Marcellus, ad l. Falcid.* Baldus *in l. id, quod pauperibus, C. de Epiſc. & cleric.* [f] *argum. l. penultim. de militar. teſtamen.* [g] *l. quamuis, cum ſeq. ſolut. matrimonio.* [h] Gregorius *epiſt.* 23. *regiſt.* 7. *indi* 2. [i] *l.* 1. §. *ſed nonnullos, de tut. & rat. diſtr.*

ſitionis à Maria Pellepoix, quoad dotem ſuam eiúſque augmentum factæ, arreſtum IV. Auguſti, anno 1583. prolatum executioni mandari deberet: ſine præiudicio reparationum & meliorationum factarum à dicto Ioanne Forcade, in bonis dicti Arnoldi: quas meliorationes declarauit Mariæ quoad dotem eiuſque augmentum obligatas, & hypothecæ iure ſuppoſitas eſſe: atque inſuper reſpiciens ad literas à Pellepoix nomine filiæ Iaquette impetratas, ob certas cauſas & extremam puellæ paupertatẽ ordinauit, vt de bonis per arreſtum illud IV. Auguſti Syndico adiudicatis, quadringenti aurei detraherentur, qui mercatori fide digno darentur, vt ex vſuris ſortis illius ad nubilem vſque ætatem puella aleretur, & poſtea in matrimonium elocata quantitatem illam dotis loco haberet. Cõpenſatæ item vtrinque expenſæ fuerunt. Atque huius arreſti mentionem quoque Charondas facit,[a] qui proculdubio defectum, quem in aduerſariis ſibi tranſmiſſis deprehendit, ex hac diſſertatione ſatis ſupplere poterit.

ADDITIO.

[a] *lib. 7. reſp. cap. 160.*

DECISIO XXII.

ARGVMENTVM.

Maximus mulierum dotes repetentium fauor eſt.

SVMMARIVM.

1 *Inter alia priuilegia vidua dotem repetenti etiam hoc conceſſum eſt, vt ſine diſcuſſione bonorum defuncti mariti, tanquam principalis debitoris, ſtatim contra tertium poſſeſſorem hypothecaria agere poſſit.*

QVamuis dos, quemadmodum in deciſione proximè præcedenti dictum eſt, ſine matrimonio † conſiſtere nequeat: tamen quando de reſtitutione dotis loquimur, intelligere ſolemus id, quod antea in dotem datum fuit: atque illud nomen etiã dirempto matrimonio retinet, donec reſtituatur, quemadmodum alibi Papinianus ex omni parte fauorabili, multa priuilegia docuit.[a] Pro dotis itaque reſtitutione, tanquam ex omni parte fauorabili, multa priuilegia & peculiaria iura introducta ſunt,[b] inter quæ minimè poſtremum eſt illud, de quo in præcedenti deciſione egimus, nempe quod ob eiuſmodi reſtitutionem, fideicommiſſum, res alioquin alienari prohibita, alienari & hypothecæ dari poſſit a liberis & deſcendentibus, non verò ab extraneis, per quos cum Iuſtiniano poſt patrem & parentes aſcendentes ex linea paterna, reliquos omnes, eam, quæ nubit, in poteſtate non habentes, & per conſequens ipſam etiam matrem intelligimus. Cui priuilegio hic aliud adiiciemus in eo conſiſtens, quod quamuis matrimonium contrahentes pactionibus ſuis cauſam dotis meliorem facere poſſint, eandem tamen deteriorem reddere,[c] & propterea terminum ſolutioni à lege præfixũ prorogare nequeãt, ſed ſaltem anticipare. Si item eueniat, vt conſtante matrimonio dos marito tardius, quàm ſolui debebat, ſoluatur, reſtitutio dotis ideò diutius differri nequit, cùm fortè maritus in ea exigendi ſocors fuerit, aut ea ſpe fecerit, quod crederet, quo tardius eam acciperet, eo tardius etiam aliquando illam ſe reſtituturum eſſe. Quæ priuilegia fœminis quoad dotium repetitionẽ earundémque conſeruationem peculiariter indulta & conceſſa fuerunt. Hiſce DD. etiam alia adiungunt, adeò vt nonnulli peculiares tractatus de iis conſcripſerint.[d] In quorũ priuilegiorum numero etiam hoc eſt; quod vidua dotem repetens bona defuncti mariti, tanquam principalis debitoris, haud diſcutere prius teneatur, ſed ſine eiuſmodi excuſſione recta contra tertios poſſeſſores bonorum, quæ maritus reliquit, hypothecaria experiri, imò propria etiam auctoritate poſſeſſionem relictorum à marito bonorũ apprehendere, vel potius retinere queat, ſi malit, pro ſua hypotheca (quẽadmodũ illi loquũtur) incũbere pignori, quaſi tunc ſine vitio videatur intrare, ex quo prius ſtabat in quadã poſſeſſione iure familiaritatis.[e] Et quãuis quoad prius Accurſius,[f] eiúſque aſſeclę contrariũ defenderint:

ADDITIONES.

[a] *l. etiam ſi, de fund. dotal.* [b] *l. vnic. C. de vx. act. §. fuerat, Inſt. de act. l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab. l. Pomponius Philadelphus, fam. erciſ. l. final. C. de dot. prom. tot. tit. de fund. dotal. d. l. vnic. l. Caius, ſol. matr.* [c] *l. dic. l. Attilicinius, de pact. dotal.* [d] Baldus nouellus, Iohannes Campegius Butrigarius *in tract. de dotibus.* [e] *l. qui iure, de acquir. p. ff.* Baldus *in l. penult. C. de pign. act.* [f] *in l. ubi adhuc, ſuper verb. qui non potiora iura, in fin. C. de iur. dot. ibidem.* Cynus 11. *quæſt.* & alibi etiam Baldus.

rint:[a] tamen prædicta opinio præualuit, tū quod vxor & fiſcus (quoad priuilegia & iura ſingularia) vtilitatis publicæ cauſa paribus paſſibus ambulant,præſertim quoad hypothecas, atque haud dubitatur fiſcum hypothecaria agere poſſe contra tertium poſſeſſorem,etiam ſine debitoris principalis excuſſione,[b] tum quod iudicium de dote ſummarium eſt,inque eo ex æquo &bono procedi, neque reſpici debet ad apices iuris,[c] in quorum numero etiam excuſſionem illam eſſe Accurſius, [d] & poſt eum alij tradiderunt. Quantum verò poſterius attinet, illud præcipuè proprietate & dominio rerum dotalium nititur, poſt obitum mariti apertarum, & plenè acquiſitarum relictæ vxori, vt ideò hypothecis ſuis meritò incumbat, nec ab iis ſe repelli patiatur. Alias quoque præterea rationes pro huius vlteriori confirmatione *in allegatis tractibus* Doctores afferunt. Atque hanc potiſſimum ob cauſam noſtra curia ad relationem defuncti Domini Ioſſe VII. Iulij, Anno M.D.LXXX. in cauſa inter Valeriā, Alexandrum, & Andream Paſchalem vertente iudicauit: vxorem dotem repetētem non teneri prius diſcuſſionem facere bonorum mariti, eámque illo nomine tam bonis reſtitutioni ſubiectis, quàm alienatis inhærere poſſe;ita tamen, vt heres, detentor aut creditores ſaluum regreſſum ſuum habere,atque in eandem hypothecam ſuccedere debeant. Eodem quoque arreſto dictum fuit, quod vidua ex ædibus mariti haud excedere teneretur, donec integram ſolutionem dotis eiúſque augmenti conſecuta fuiſſet.[f]

Additiones.

[a] *l.2.C.de iur.dot.* & ibi gl. & DD. *& in l.dotis tua,C.eodem.* [b] *l.Moſchis,*& ibi gl. *de iur.fiſc.l.libertus* §. 1.*ad municip.not.in l. cum filius,de V.O.* [c] *l.fideiuſſor.§.quadam, mandat.* [d] *in l.ſi mancipium, §.ſi communi diuidundo,ſuper verb. actum eſſet, in fin.de euiction.* [e] Alexander & Ludouicus Romanus,*in l.ſi conſtante,ſolut.matr.*Bartolus & Baldus *in l.1.commun. diuid.* Menochius *de arbitr.iud.quaſtion.libro* 1. *q.*51. *num.* 8. Baldus Nouellus *in tractat. de dot. part.*8. *priuil.6.num.21.& priuil.37.nu.1.*

DECISIO XXIII.

Argumentum.

Maritus ſaltem tenetur ad id, in quantum facere poteſt.

Summaria.

1 *Maritus ob dotis reſtitutionem vltra vires ſuas conueniri nequit.*

2 *Quod intelligitur etiam de patre, matre, auo, auia aliiſque eiuſmodi perſonis.*

3 *ICtus Paulus nouiter explicatur;adeò vt ne verbum quidem in eius reſponſo mutetur.*

CVm priuilegiorum, † & iurium ſpe- 1
cialium mulieribus dotem repetentibus conceſſorum mentionem fecerimus, hìc quoque prætermittere noluimus ſingulare quoddam, quod ob mutuam & reciprocam honeſtatem marito & vxori commune eſt, nempe quod maritus ſocerum, vel alium qui dotem conſtituit, ſaltem in id conuenire queat in quantum ille facere poteſt:& viciſſim maritus,quando caſus reſtitutionis contingit,vltra vires ſeu facultates ſuas vrgeri non poſſit. Quod ab Vlpiano refertur.[a] Qui etiam improbat pactionem,tanquam bonis moribus. & honori atque reuerentiæ matrimonij aduerſam,[b] qua maritus beneficio illius renunciauit, & pactus fuit, ne in id quod facere poſſit, ſed in ſolidum condemnaretur. Illud autē,
†quod in ſpecie de marito ICtus ita reſ- 2
pondit, rectè quoque de ſocru & aliis eiuſmodi perſonis intelligitur, quibus tale priuilegium iure cōceſſum eſt; veluti ſunt; pater, mater,auus, auia, filius, filia, nepos, neptis,ſocer,gener, nurus, patronus, libertus,ſocius,miles,donator & alij, qui liberalitatem de ſuo exercuerunt. Vnde etiam idem Vlpianus de priuilegiis & prælationibus creditorum diſſerens ita concludit: [c] ſi ſponſa dedit dotem &nuptiis renunciatum eſt,tametſi ipſa dotem condicit, æquum eſt hanc ad priuilegium admitti, licet nullum matrimonium contractum ſit; & poſtea ſubiicit:idem puto dicendum, etiamſi minor 12.annis in domum quaſi vxor, deducta ſit, licet nondum vxor ſit. Quæ verba poſtrema ſemper exiſtimauimus referendā eſſe ad eiuſmodi hypotheſin,in qua prædicta exceptio:*non teneor vltra id,quod facere poſſum* excluditur.

Quam noſtram opinionem reſponſum Pauli

Additiones.

[a] *in l.maritum.ſol.matr.* [b] *l.alia, §.eleganter,eod.tit.* [c] *l.quaſitum,§.fin.de reb. auct.iud.poſſid.*

Pauli in lege proximè ſequenti confirmat: Intereſt enim, inquit Paulus, Reipublicæ & hanc ſolidum conſequi, vt ætate permittente nubere poſſit[a] ſolidum, inquam, quod alibi Paulus & eodem libr. nempe 60. ad edictum, integrum appellauit [b] vbi ex eodem reſponſo Pauli veroſimile eſt tractatum fuiſſe de perſonis, quæ non in id, quod facere poſſunt, ſed in ſolidum tenebantur, quibus Vlpianus eas effectu & re ipſa quodammodo adiunxerat, quæ dotem receperant à minore 12. annis, in domū quaſi vxore deducta, licet nōdum vxor eſſet. Intereſſe itaq; Paulus Reip. dicit, vt omne illud, quod dotis loco & ſub matrimonij prætextu minori duodecim annis datū fuit, in ſolidū reddatur, nec conſideretur, quòd iam ad domū eius, qui maritus fore ſperabatur, deducta ſit, adeò vtipſe priuilegio veris maritis conceſſo nempe ne conueniantur, niſi in quantū facere poſſunt, minimè gaudere queat. Huic enim priuilegio vox illa *in ſolidum* in iure noſtro opponitur, cùm ipſemet Paulus alibi reſponderit, filium exheredatū, cui ex SCto Trebelliano hereditas patris reſtituta fuiſſet, non in quantum facere poſſet, ſed in ſolidum condemnandum. [d] Eandem quoq; oppoſitionem ſub eodem titulo, ICtus Scæuola vſurpat vbi filium non in ſolidū ſed in quantum facere poteſt, condemnandum eſſe reſpondet. [e] Nec deſunt alij iuris noſtri textus quibus idē probari po-
3 teſt. Quare ſemper exiſtimauimus, † ſi prædictum reſponſum Pauli legi proximè præcedenti ita iungatur, haud neceſſarium eſſe, vt ad præcocium criticorum artem recurratur, eiuſque beneficio aliquid in textu mutetur vel ſuppleatur, quemadmodum à præſtantiſſimo quodam ICto noſtri temporis factum fuit. [f] De qua emendatione alij melius iudicare poterunt, quos rogamus, vt in meliorem partem noſtram interpretationem accipiant, quę eo potiſſimum tendit quod minor & nondum nubilem ætatem habens quæ ſub prætextu matrimonij deſtinato marito (qui verus maritus nondum eſt, licet eam ad domum deduxerit) dotem conſtitui curauit, ſi poſtea nuptiis renuncietur, ipſáque dotem condicat, quamuis verè vxor vel ſponſa non fuerit, tamen cùm ſub eo colore dotem dederit ad priuilegium illud admittenda ſit ne vltra vires & facultates mariti conueniatur. Aliàs enim iuxta rationem à Paulo ſubiectam Reipublicæ intereſſet, ſi eiuſmodi puella ſolidum non conſequeretur, atque ad nubilem ætatem poſtea perueniens commodi matrimonij occaſionem haud facilè reperire poſſet. Res igitur eo redit, quod puellis eiuſmodi minorib. priuilegium veris vxoribus conceſſum ob vtilitatem publicam competat, ſed idem aduerſus eaſdem deſtinati mariti dotem, quā acceperunt, reſtituturi exercere ſeu vſurpare haud poſſint, eo quòd nulla vtilitas publica pro iis militet, ſed priuatum ſaltem commodum eorum reſpectu prætendatur.

ADDITIONES.

[a] *l. intereſt, eod.* [b] *l. ſciendum, de re iud.* [c] *l. ſi filiusfam. §. 1. quod cum eo, qui in al. poteſt.* [d] *l. pater, eod.* [e] Cuiacius *ad tit. de iur. dot.* qui pro *ſolidum*, legit *ſuam dotem*, errore ex literis maioribus, vt putat, creato.

DECISIO XXIV.

ARGVMENTVM.

Inuentarij omiſſio vxori quoad dotem non præiudicat.

SVMMARIVM.

1 *Vxor pro herede defuncti mariti ſine inuentarij beneficio ſe gerens, propterea dotem non amittit; quemadmodum etiam maritus ab vxore heres inſtitutus, atque inuentarij confectionem omittens, ſibi quoad dotis lucrum haud præiudicat.*

IVre nouo & conſtitutione Iuſtiniani heredibus atque aliis ſucceſſoribus † inuentarij beneficium conceſſum eſt, ne vltra vires hereditatis teneantur, néve eorundem iura & actiones, quas contra defunctum habuerunt, confundantur. [a] Dubitatum itaque aliquando fuit, nunquid maritus ab vxore heres inſtitutus atque hereditatem ſine inuentarij beneficio adiens, dotem lucrari poſſet, ſi æs alienum hereditatis vires exuperaret? Et quidem negatiuè reſpondendum eſſe videbatur, eo quòd confuſione per aditionem hereditatis facta, obligatio dotis extincta fuerit[b], & per conſequens mariti quoque iura, quoad lucrum dotis, confuſa maneant. 1

Verum aliud DD. placuit, qui conſulti reſpon-

ADDITIONES.

[a] *l. fin. C. de iur. delib.* [b] *l. Stichus, §. additio, de ſolut. l. Vranius, de fideiuſſ. l. ſi adulta, Cod. de heredit. act. l. debitori tuo, Cod. de pact.*

reſponderunt [a] omiſſionem inuentarij non poſſe neque debere lucro dotis nocere, cùm illa haud præiudicet, vbi retentionis iuri locus eſt, [b] ſed ſaltem confuſionem debiti inducat, quoad obligationem & actionem. [c] Multo magis ergo vxor quādo à marito heres inſtituta fuit, dotem ſuam retinere & conſeruare poterit, neque per omiſſionem inuentarij illud periculum incurret, vt iurium ſuorum confuſio fiat. Quod alias etiam locum habere communiter traditur, in vxore grauata alteri reſtituere hereditatem, eo quia in fideicommiſſo vniuerſali non veniant bona propria grauati [d] iuxta auctoritates & rationes, quas prolixè Iaſon [e] recenſet. Quæ rationes communes ſunt, & generatim omnes heredes grauatos reſpiciunt. At iis omiſſionem inuentarij magis præiudicare debere videbatur, propter intereſſe illud, quod fideicommiſſarij prætendere poſſunt, quàm heredibus purè & ſimpliciter inſtitutis. Quare meliori iure traditur, maritum, qui ſimpliciter ab vxore heres inſtitutus fuit, ob inuētarij omiſſionem nullum damnum pati debere, multóque minus dubitandum, D D. ſenſiſſe, quod idē dicendum eſſet; ſi vxor à marito inſtituta inuentarium non confecerit. Facilius enim mulier dotem retinere poteſt, vtpote quæ proprium eius patrimonium perhibetur, & cuius gratia ſtipulatio, etiam non expreſſè interpoſita, ſuppleri [f] atque ob maiorem ſecuritatem, etiam ſine conuentione expreſſa tacitam hypothecam illa in vniuerſis & ſingulis bonis mariti ſui habere ſolet. [g] Sic item dotem repetenti compenſatio obiici nequit [h] eadémq; conſtitutione ſancitur, quod vxori, quæ à marito heres ex aſſe inſtituta fuit, atque vbi Falcidia locum habere poſſit, liceat, tanquam heredi mariti, etiam dotis debitum, ſicut alia debita, ex ſubſtantia mariti ſubtrahere, & ſic quartam partem deducere. Quas potiſſimum ob rationes curia Tholoſana in cauſa Callereзes contra ſyndicum tabulæ Sancti Michaelis, quæ Tholoſæ eſt, arreſto ſuo 4. Maij Anno M.D.LXVII. prolato iudicauit mulierem, quę pro herede defuncti mariti ſine inuentarij beneficio ſe geſſerat, dotem ſuam haud perdidiſſe, ſed rectè eam ad huc petere poſſe.

Additiones.

[a] Corn. *conſ.* 127. *vol.* 3. Capra *conſ.* 143. [b] *l. debitor, l. ſi pater, ad l. Falcid.* [c] Bald. *in l. debitori, nu.* 4. *C. de pact.* [d] *l. coheredi, §. cùm filia, de vulgar.* [e] *conſ.* 28. *vol.* 1. Phan. de Phan. *de lucro dot. gloſſ.* 8. *num.* 68. [f] *l. vnic. in prin. C. de re vx. act.* [f] *d. l. §. taceat.* [g] *d. l. vnic. §. igitur, & in cap. ſeq.*

Decisio XXV.

Argumentum.

Authentica *præterea C. vnde vir. & vxor*, etiam in Francia obſeruatur.

Summaria.

1 *Vulgò traditur in Francia maritum vxori planè ſuccedere non poſſe.*

2 *Conſtitutio nouella Iuſtiniani viduæ egena in bonis prædefuncti diuitis mariti certam portionem aſſignans etiam in Francia recepta eſt.*

3 *Dos exigua pro nulla habetur.*

4 *Quando defunctus maritus diues liberos reliquit, tum ſuperſtes egena vidua in portione ex conſtitutione nouella competente ſaltem vſumfructum habet.*

Cynus, interpres † iuris ciuilis appoſitè admodum quodam in loco ſcripſit [a] iura non ideo abrogari, quoniam inuſitata ſint, ſed quia in contrarium conſuetudo irrepſerit. Cuius dictum verè comprobant ij, qui leges Romanas ſucceſſionem vxoris concernentes in Francia abrogatas eſſe tradiderunt, cùm in prouinciis conſuetudinariis contrarium morem receptum viderēt. [b] Verum magis credendum eſt aliis [c] qui docuerunt, vxorem etiam in Francia marito ſuccedere, atque fiſco pręferri. [d] Ius enim nouum de ſucceſſione vxoris diſponens [e] in propriis terminis ſuis, exactè, iuſtè & æquiſſimè à parlamento Tholoſano obſeruari & veluti in vſum reuocari cœpit in facti ſpecie quæ ſequitur: 1

Nobilis quædam fœmina † togato cuipiam nubens dotem admodum exiguam conſtituerat, eandémque poſt conſummatum matrimonium haud numerarat: Maritus tamen in teſtamento ſuo dotem verè ſe recce- 2

Additiones.

[a] *in l. 2. rem non nouam, C. de iud.*
[b] Philibertus Bugnyon *in tractat. de legib. abrogat. in Francia lib.* 5. *cap.* 17. qui illud de verbo ad verbum deſcripſit ex tractatu *de Bacquet, de iuribus domanij & coronæ Franciæ.* [c] Ioannes Imbertus *in enchiridio ſuo ad finem.* [d] *in l. 1. C. vnde vir. & vxor.* [e] *auth. præterea, C. eod.*

ſe recepiſſe confitens, & vxori mediocrem reditũ legans, liberos ſuos, quos ex eadem ſuſtulerat, heredes inſtituit, iiſdem compẽdioſè & per pupillarem expreſſam nepotes ſubſtituendo. Prædefunctis in pupillari ætate filiis hereditas ad nepotes illos peruenit, à quibus defuncti teſtatoris vidua dotem ſuam & relictum legatum petit.

Cũ autem ſolutionẽ nepotes morarentur, tandẽ illa beneficiũ prędicti iuris noui implorat, quo cautũ eſt; quod ſi matrimoniũ abſq; dote, & coniunx præmoriẽs locuples fuerit, ſuperſtes, qui inopia laborat, ſuccedere vna cum lib:ris communibus alteriúſque matrimonij in quartam, ſi tres ſint vel pauciores, vel ſi plures ſint, in virilem portionẽ, vt tamen eiuſdẽ matrimonij liberis proprietatem ſeruet, ſi extiterint, his verò non extantibus, vel ſi nullos habuerit, potiri etiã dominio & imputare legatũ in talem portionem debeat. Hæc enim verba authenticæ illius ſunt ex *nouella CXVII. c. V.* depromptæ. Ad quod à defuncti nepotibus & heredibus regerebatur; quod tales conſtitutiones, veluti in Francia abrogatæ aut vſu minimè receptæ, viduam iuuare non poſſent, imò etiamſi adhuc vigerent & ſanctè obſeruarẽtur, tamen eę minimè hũc quadrarent cùm vidua & dotem habuerit & legatum ei relictum fuerit.

Conſtitutio autem illa ob eam potiſſimum cauſam introducta fuit, vt tum coniugi ſuccurratur, ſi matrimonium ſit abſq; dote & ſuperſtes inopia laboret: qua cauſa conſtitutionis ceſſante, meritò & ipſa conſtitutio ceſſabit. Verùm vidua replicabat dotem & legatum adeò exiguum eſſe, vt vix per tres menſes anni honeſtè ſe inde alere poſſet, habita præſertim ratione dignitatis, in qua cum defuncto marito quondam vixerat, cuius ampliſſima hæreditas prædefunctis in tenera ætate communibus liberis ad illius nepotes iam perueniſſet. Quare curia noſtra arreſto ſuo in habitu curiali in vigiliis ſanctæ crucis Anno M. D. LXXXI. per dominum Durandum, præſidem primarium, (qui antè paucos dies ad auguſtum illud officium receptus fuerat) prolato pronunciauit; quod nobilis illa vidua in quarta parte vniuerſorum & ſingulorum bonorum à defuncto marito relictorum manuteneri, atque in eandẽ quartam, dos & legatum, quod illa antea petierat, imputari deberet.

1 In quo arreſto curia noſtra eo reſpexit, quod quamuis vidua illa dotata diceretur:
3 tamen dos † adeò exigua eſſet, vt ferè pro nulla haberetur, quemadmodum alibi Accurſius notat.[a] Cùm enim haud, veluti decebat,[b] ex modo facultatum & dignitate mulieris maritique dotata eſſet, perinde habebatur, ac ſi nullam omnino dotem attuliſſet,[c] cùm paruum & nihil æquiparentur[d] atque iura de dotibus diſponentia ad dotes congruas referantur. Quare non immeritò curia noſtra authenticam illam in viduæ fauorem ex iuris ęquitate interpretata fuit: pręſertim, cũ omnes liberi prædeceſſiſſent; & propterea haud obiici poſſet viduam à liberis ali debere.[e] Imò etiamſi liberi adhuc ſuperuixiſſent: tamen ſuperſtiſtiti matri vſusfructus denegari non potuiſſet, propter clara verba conſtitutionis. Sic enim & pauper maritus poſt diuitis vxoris obitum ſuperſtes in communium liberorum bonis maternis vſumfructum habet.[f] Et quamuis DD. tradant matrem à liberis ali debere: tamen hoc ſaltem in ſubſidium fit[g] cùm aliud non habet vnde ſe alat, ſed mendicare & eleemoſynam petere cogitur.[h] Cui egeſtati vt occurreretur, conſtitutio illa prolata fuit. Atque pater quoque egenus vſufructui renunciare ad legitimam illam portionem recurrere poteſt.

Si verò vſumfructum † retinere malit, 4
portionem illam petere nequit, cùm qualitatem, quam conſtitutio requirit, tum nõ habeat: & quando duæ cauſæ lucratiuæ, reſpectu eiuſdem perſonæ concurrunt, non vtraque, ſed alterutra ſaltem obtinet.[i] Charondas quoque[k] & dominus Ioſſe arreſti illius mentionem facientes, notant, eo probari; quod dicta nouella etiam in bonis illius locum habeat, qui teſtamentum fecit. Quod ſatis etiam ipſa conſtitutionis verba confirmant, dum relictum à prædefuncto coniuge legatum in quartam illam imputari volunt.

ADDITIONES.

[a] *in l. final ſuper verb. orbitates, C. ad l. Fab. de plagiar.* Gloſſ. *in l. omnes C. de haeret.* [b] *l. quaero, l. cùm poſt, §. gener à ſocero, de iur. dot.* [c] *l. quamuis, de condit. & demonſtr.* Baldus, Paulus, & Alexander *in d. auth. praeterea.* [d] Gloſ. *in c. pia mentis, 16. qu. 7.* iunct. alia Gloſſa *in c. quicunque ead. cauſ. & quaeſtio.* [e] *l. ſi quis à liberis, §. idem in liberis, de liber. agnoſc.* [f] *l. 1. C. de bon. matern. l. 1. C. de bon. quae liber.* [g] Bartolus, *in d. l. ſi quis à liberis.* [h] Paulus Picus, *in d. auth. praeterea* [i] *l. quoties, de ſel. §. ſi res aliena, Inſt. de legat.* argum. notat. *in l. cùm filius §. variis, de leg. 3.* [k] *li. 7. reſponſ c. 154.* Atque

hanc quæſtionem latè etiam tractat Guilhelmus Benedicti *ad c. Raynutius , ſuper verb. & vxorem nomine Adelaſiam , num. 241. cum ſequ.*

DECISIO XXVI.

ARGVMENTVM.

Ob augmentum dotis mulier nullam prælationem habet.

SVMMARIVM.

1 *Ob augmentum dotis prælationis non datur, ſed illius nomine hypotheca ſaltem à die contracti matrimonij , aut alio tempore, quo iuxta conſuetudinem vel conuentionem deberi incipit, competere ſolet.*

1 QVamuis ob eaſdem rationes † præcedentium arreſtorum dicendum videatur; quod mulier, quemadmodum ob dotis augmentum ex conſtitutione aut conuentione onerosum, in ſubſidium ad bona reſtitutioni ſubiecta contra fideicommiſſarium regreſſum, ſicque ius in re habet ; ita quoque ob idem augmentum præferri debeat omnibus creditoribus, ſiue expreſſam ſiue tacitam hypothecam habentibus, iuxta præiudicia, quæ alibi adduximus, cùm tale augmentum non ſit lucrum , ſed potius caſualis portio (ſi ita loqui licet) & fortuita quædam compenſatio, quemadmodū nonnulli interpretes iuris notarunt [a] ſicq; præferenda iis creditoribus , qui ſaltem ius ad rem habent: attamen curia noſtra extéſionem illam haud recipere & approbare voluit, cùm nonnulli ex veteribus docuerint etiam quoad ipſam dotem , mulierem creditoribus expreſſam hypothecam anteriorem habentibus haud præferendam eſſe, eorundémque doctrina aliarum ſupremarum curiarum regni huius præiudiciis cōfirmata ſit: & propterea ſemper quoad hypothecam eiuſmodi augmenti, diem contracti matrimonij quo ex conſuetudine, vel tempus, quo ex conuentione debetur, inſpicere conſueuit.

ADDITIO.

[a] Paulus de Caſtro *in l. ſi pater puella, C. de inoffic. teſt.* Ripa *in l. fœmina. C. de ſecund. nupt.*

DECISIO XXVII.

ARGVMENTVM.

1 *Dotis argumētum deſalcationi ab Impp. in fauorem liberorum primi matrimonij introductæ obnoxium eſt.*

QVid verò dicendum? cùm augmentum illud, quod conſuetudine † Tholoſæ 1 receptum eſt, mulieri titulo oneroſo & caſu quopiam obueniat, eo quòd illi prædefuncti maritus integram dotem duobus augmentis reſpondentem lucretur, cur arreſto curiæ noſtræ 3. Auguſti , Anno M.D.L V. deſalcationem in fauorem liberorum primi matrimonij à DD. Leone & Anthemio [a] introductam, & à Iuſtiniano [b] iiſdem verbis relatam, regiíſque edictis confirmatam [c] in augmento illo locum habere iudicatum & pronunciatum fuit , quod augmentum illud legitima cuiuſdam ex liberis amplius eſſe non poſſit? [d] cur quoque idem alio arreſto ſolemni & vim legis habente in fauorem liberorum primi matrimonij defuncti Ioannis Roſſel contra eiuſdem viduam in menſe Septembri Anno M.D.XCVIII. à primario præſide du Faur, domino de ſainct Iory (cuius viri merita ſatis commendare non poſſumus) repetitū fuit? cùm tamen conſtet deſalcationem illam ſaltem de titulo lucratiuo intelligendam, neque ad titulum onerōſum referendam eſſe, quemadmodum DD. communiter docent. [e] Et quidem nullum dubium eſt, quin prædictus dominus præſes huius atque aliorum arreſtorum doctè & grauiter à ſe prolatorum rationes , in ſcriptis ſuis, quorum publicationem expectamus, expoſiturus ſit: interim tamen nos hāc ſaltem adducemus ; deſalcationem ideò hic permitti, quod lex ab initio tale augmentum, quod portione, quæ vni ex liberis obuenit, amplius eſt prohibuiſſe cenſeatur ; & per conſequens contra illam prohibitionē nulla obligatio poſtea ſubſiſtere poſſit, ſed talis titulus ab ipſa lege pro lucratiuo habeatur, [f] vt ideò meritò deſalcationi iſti locus fiat , eáque ratione inordinata inæqualitas ad inæqualitatem ordinatam redigatur.

DECI-

ADDITIONES.

[a] *l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.* [b] *Nouell. 22. cap. 8.* [c] Franciſci II. menſe Iulio, An. M.D.LX. promulgatis. [d] De quo arreſto doctè admodum diſſerit Charondas *libro 7. reſponſ. cap. 173.* [e] *in d. l. hac edictali,* & maximè Stephanus Bertrandus *ib. numero trigeſimetertio,* qui Baldum & alios allegat [f] *auth. lucrum hoc C. de ſecund. nupt. l. generaliter, §. illud, eod. tit. l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab.*

DECISIO XXVIII.

ARGVMENTVM.

Defalcatio in fauorem liberorum primi matrimonij introducta in donationibus reciprocis locum non habet.

SVMMARIA.

1 *Nunquid defalcatio illa locum habeat, in confraternitatibus, donationibus mutuis aut alias purè & ſimpliciter in ſuperuiuentem collatis, atque reſpectiuè inter maritum & vxorem fieri ſolitis?*

2 *Non habere illam locum in confraternitatibus inter coniuges factus ſæpius à parlamento Tholoſano iudicatum fuit ſi pares & æquales portiones ſint.*

3 *Opinio auctoris quoad defalcationem in eiuſmodi donationibus.*

VNde etiam dubium illud exiſtit, quod
1 ratione ſocietatis † bonorum & confraternitatum, quæ inter coniuges, eo tempore, quo matrimonium contractum fuit, vel etiam poſtea eodem durante fieri ſolent, donationum item mutuarũ & reciprocarum, vel etiam purè & ſimpliciter in ſuperuiuentem collatarum, aliquando motum fuit. [a] Cùm enim certum & iuri cõueniens ſit, excepta donatione, omnes reliquos contractus (ſi modo aliud impedimentum non ocurrat) inter maritum & vxorem licitos & permiſſos eſſe, conſequens eſt, quòd etiam ſocietates illæ in Aquitania & Occitania receptæ, quæ confraternitates, *Affrairemens* vocantur permiſſæ ſint atque referantur inter eos contractus, qui conſtante matrimonio fieri citra dolum & fraudem ſolent. [b] Qui dolus & fraus in eiuſmodi contractibus interdum ex ipſorum tenore, & eo, quod poſtea ſequitur, detegi poteſt: atq; vtrum adſit, nec ne, optimè conſtabit, ſi conſideretur, an vterque contrahentium vel vnus ſaltem ex alio matrimonio liberos habeat, an, ex vna parte, neque induſtria neq, bona, ex altera verò alterutrum, vel etiam vtrumque conferantur. [c] Præterea quoque ad ordinem
2 illum referendæ erunt donationes, † à coniugibus conſtante matrimonio in vltimo ſuperſtitem collatæ. Eæ enim magis tolerari poſſe neque defalcationi illi obnoxiæ videntur, cùm ſint mutuæ & reciprocæ liberalitates in fauorem matrimonij factæ, per quas neutri coniugum prærogatiua præ altero acquiritur, ſed compenſatio quædam fieri cenſetur, tantúmque adeſſe poteſt, quantum abeſſe.[d] Conſtitutiones autem prædictam defalcationem concernentes expreſsè loquuntur de rebus purè & ſimpliciter donatis, & quæ mero titulo lucratiuo ſuperſtiti cõiugi obueniũt: prout ex ipſis earundem verbis colligitur;[e] *munifica liberalitatis, & donationum vel largitatum*, quæ iuxta propriam ſuam ſignificationem ſaltẽ de quęſitis titulo meræ liberalitatis, nulla alia cauſa efficiente intelligi poſſunt. ſi ICtis credendum eſt[f] atque interpretationi per conſtitutiones imperiales factæ.[g] Ob incertum item euentum, à quo donationes eiuſmodi dependent, multæ res permiſſæ cenſentur, quæ alias prohibitæ & interdictæ ſunt.[h] Quare haud obſtantibus iis, quę ex quibuſdam interpretibus iuris in contrarium afferri poterant, curia noſtra nunquam dubitauit ſocietates & confraternitates illas inter coniuges à prædicta defalcatione eximere, etiamſi facultates vtriuſque non præciſè æquæ ſint, cùm plerumque maritus opera & induſtria ſuppleat, quantum ei per comparationem patrimonij deeſt[i] dummodo nulla diſſimulatio aut aliud quidpiam interueniat, quo contractus ipſo iure vitiari eiúſque effectus impediri poſſit. Atque ſic ſępius à dicta curia, iuxta doctrinam interpretum, qui ad allegatas conſtitutiones commẽtati fuère,[k] iudicari vidimus. Quod tamen ſemper verum eſſe ita intelligitur, ſi quotæ, partes & portiones ſocietatum illarum æquales ſint, tantúmque in vna, quantum in altera contineatur. Ob inæqualitatem enim ex vna parte emergentẽ donatio ſimplex

ADDITIONES.

[a] *l. quod autem §. ſi tibi, de donat. inter vir. & vx.* Alexander *conſ. 86. lib. 5.* [b] *l. alimenta, §. final. de alim. legat. l. rei iudicata, §. idem & Proculus, ſol. matr.* [c] Gloſſ. *in l. 5. §. final. pro ſoc.* [d] *l. quod ante, §. ſi vir & vxor, de donat. inter virum & vxor.* [e] *d. l. fœmina, d. l. hac edictali, §. optima, in auth. de nupt.* [f] *l. 1. de donat. l. ſi filia, §. ſi pater famil. erciſcund.* [g] *l. 1. §. lucratiuas, C. de imponend. lucrat. deſcr.* [h] *l. ſi pater puellæ. C. de inoffícioſ. teſtament. l. ſi ea. C. de vſur.* notat. *in cap. nauigati, extr. de vſur.* & apud Alexandr. & Iaſon. *in l. de fideicommiſſo Cod. de tranſact.* [i] *l. 5. §. final. cum ll. ſeq. pro ſoc.* [k] de Ripa *in d. l. fœmina*, ex *l. cùm hic ſtatus, §. ſi inter virum, de donat. int. virum & vxor.*

ſimplex, ſicque defalcationi illi obnoxia fieret. Vlterius quantum donationes in ſuperuiuentem collatas attinet, eo caſu quo vel vterque, vel alteruter coniugũ, ex priori matrimonio liberos habet, eæ magis ad titulum lucratiuum quàm onerosum accedere videntur, vtpote quæ minimè differunt à donationibus inter viuos, vel mortis cauſa, vel etiam inſtitutionibus teſtamentariis in fauorem liberorum prioris thori fieri prohibitis, atque eo tendunt, vt per pactiones & conuentiones expreſſas aut tacitas, ſuperuiuenti donetur & relinquatur. Haud tamen ab illis donationibus inferri poteſt ad donationes mutuas & reciprocas. In his enim vnus coniugũm prę altera nihil lucratur; in illis verò vnus tantum donat, nempe præmoriens ſuperuiuẽtis cui, illud, quod ea ratione acquiritur, per prohibitam eiuſmodi diſpoſitionem, ſiue inter viuos, ſiue mortis cauſa obuenire negari nequit: cùm prohibitio illa generalis ſit, ſemperque locum habeat, vbi etiam per interpretationem ſaltem, eadem ratio ſubeſt.[a] Et quamuis id, quod de incerto euentu allatum fuit, fortiter hic reſiſtere videatur: tamen ad illud ex ipſa Iuſtiniani conſtitutione reſponderi poteſt[b] quod in omnibus talibus donatio non ab initio reſpicienda, ſit, ſed qui vocatur, euentus & tempus mortis binubi parentis conſiderari & portio inde ſumi atque ſecundum eam id, quod plus eſt auferri debeat.[c]

Ex quibus Iuſtiniani verbis ſatis patet, non originem & initium obligationis, ſed ipſum euentum, qui rem totam perficit, & veluti extremam manum imponit conſiderandum eſſe. Quod etiam doctrinę Bartoli[d] atque aliorum, qui tradunt ab euentu iudicium ſumendum eſſe; conueniens eſt. Fallit igitur regula in contrarium allegata, quando res principaliter futurum euentũ reſpicit, ſeu ad caſum ordinata eſt quemadmodum idem Bartolus docuit.[e] Ob quas atque alias rationes, quæ paſſim ex interpretibus colligi poſſunt, rectè defendetur
3 donationes † eiuſmodi defalcationi illi in fauorẽ liberorum primi matrimonij ſubiectas eſſe. In curia autem noſtra cùm eiuſmodi cõtrouerſia occurriſſet atque ad noſtram relationem in cauſa cuiuſdam, la Iaunie dicti contra Conſtans definiri deberet, domini iudices in diuerſas abiere ſententias.

Quod cùm partes litigantes animaduertiſſent, & dubium euentum litis metuerẽt, eandem matura tranſactione compoſuerunt. Quare quæſtio illa tum temporis arreſto non deciſa, ſed in medio relicta fuit, donec ſimili quopiam caſu eueniente rurſus reſuſcitetur. Interim quilibet ſecum cogitare poteſt, quid de eadem ob illa quæ tam ex Papone[f] quàm ex aliis adduci poſſunt[g] ſtatui debeat. Sanè hi ſocietates & confraternitates illas cum donationibus mutuis & reciprocis inter coniuges factis, ſed malè (*ſaluo meliori iudicio*) cõfuderunt, cùm actus planè diuerſi & diſcrepantes ſint atque ideò ab vno ad alterum conſequentia haud valeat.[h] Verum illud quod iidem alibi concluſerunt, melius & tutius haud obſtantibus iis, quæ à Papone in cõtrarium afferuntur ſubſiſtere poſſe videtur.

ADDITIONES.

[a] *arg. l. non poſſunt*, cùm ibi notat Accurſium & alios, *de leg.* [b] *Nou. 22. cap. 28.* [c] *in l. vſusfructus, de ſtipulat. ſeruor.* [d] Eraſmus *in chiliad. ab euentu iudicium.* [e] *l. inter ſtipulantem, §. ſacram, col. penul. de V. O. l. ſi quis domum, §. penult. locat. l. ſed etſi per prætorem. ex quib. cauſ. maior.* [f] *lib. 15. tit. 1. arreſt. 6.* [g] Ranchinus *part. 2. concluſ. 411.* [h] Idem *part. 4. concluſ. 356.*

DECISIO XXIX.

ARGVMENTVM.

Status quæſtio moueri nequit liberis qui ex matrimonio ſolemniter atque poſt trinam denunciationem contracto procreati fuerunt.

SVMMARIA.

1 *Comprobatum fuit regium diploma à vidua ob edictum Carbonianum impetratum, vt ſtatus quæſtio filio mota vſque ad puberem eius ætatem differretur.*

2 *Vt matrimonium, quod ſolemniter coram facie Eccleſiæ contrahitur, impediri poſſit, oppoſitio eo tempore fieri debet quo publica matrimonij denunciatio ſeu proclamatio fit.*

AD relationem domini d'Affis, (aduocati quondam generalis, qui Tholoſæ in laniena Anno M.D.LXXXIX. d.X. Februarij crudeliter interfectus fuit) curia noſtra in dicta ſecunda Camera nobis pręſentibus & votum noſtrum dantibus, quoad edictum Carbonianum † in fauo- 1
rem pupilli ex matrimonio poſt ſolitas denunciationes & promulgationes publicas contra-

contracto ſuſcepti iudicauit. Caſus autem talis erat: Gabriel la Fage, Chaſtellain de la Tour Malbourg prætendebat quod per teſtamentum patris ſui Guilhelmi notarij & ciuis de la Seaune An. M.D.XLIV. d. 9. Sept. conditum ad eiuſdem ſucceſſionem iam vocatus eſſet: eo quod frater ſuus, natu maior, Franciſcus ſine liberis & teſtamento deceſſerit ſicque caſus ſubſtitutionis in fauorem ſuum euenerit.

Cùm igitur hanc intentionem ſuam coram Bailliuo & iudice de Velay, au ſiege de Monfaucon propoſuiſſet, ſéque in vniuerſa hereditate & omnibus bonis patris Guilhelmi manuteneri petiiſſet, ei Chatharina Iacquette, tanquam mater, tutrix & adminiſtratrix Petri la Fage contradicere cœpit. Hunc enim illa Franciſci naturalem & legitimam ſobolem eſſe dicebat, ex eius corpore procreatam, in eiuſdem domo natam atque pro filio ſemper habitam, quam ab affine Petro Nerone ex baptiſmo ſuſpici rogarat.

Pacta item dotalia XXX. Octobris Anno 1577. publicè confecta producebat; in quibus continebatur, quod dictus Franciſcus ſatisfacturus pomiſſioni & fidei, quam diu antea Catharinæ illi dederat, & ex qua filium Petrum iam ſuſtulerat, quem tum, cùm inſtrumentum pactorum ſcriberetur, brachiis ſuis complectebatur, eandem in vxorem iam ducere vellet: quodque Catharina Iacquette itidem apertè declaraſſet, ſe cum patris ſui conſenſu Franciſco nubere, cúmque pro ſuo marito habere velle: Iiſdem quoque pactis Franciſcus Catharinæ ob grata ſeruitia in morbo periculoſo ſibi ab ea exhibita ducentas libras Turonenſes donauit. Præterea ex alio actu publico apparebat, Franciſcum per verba de præſenti Catharinæ Iaquette promiſiſſe ſe illam vxorem ducturum eſſe & copula carnali matrimonium conſummaſſe, ex quo filius iſte Petrus poſtea natus fuit, ſimilémque promiſſionem, qualis ſuperius memorata eſt, ab ipſa Chatharina factam eandémque promiſſionem hauſtu nuptiali confirmatam fuiſſe. Vicarius quoque Eccleſiæ † parochialis S. Deſiderij matrimonium illud in parœchia trina vice, nēpe XXVII. Octobris II. & X. Nouembris publicè & ſolemniter parochianis ſignificarat & denunciarat, illúdque ſine vllius contradictione poſtea contractum fuerat: de quo ex alio actu pridie Calendarum Decembris eiuſdem Anni celebrato hiſce verbis conſtabat: *Ego Fraciſcus la Fage, duco te Catharinam Iacquette in vxorē meam in manibus magiſtri Matthæi de Railberyes, presbyteri ſancti Deſiderij* adeò vt ad probationem oppoſitionis à Catharina prædicto nomine factæ nihil ferè amplius requiri videretur. Inſuper item à Franciſco natiuitatem filij Petri conſignatam fuiſſe deprehendebatur hiſce verbis: *Petrus filius meus natus eſt die Iouis XVII. menſis Octob. Anno M.D.LXXVII. Quod ego Franciſcus la Fage ita huc adſcripſi.* Vlterius etiam Catharina allegabat & ſufficienter probabat ſe auctoritate iudicis ordinarij de la Seaune XIX. Nouembris Anno M.D.LXXX. vigore teſtamenti à Frāciſco marito conditi tutricem relicti communis filij Petri declaratam & confirmatam fuiſſe, eóque nomine iuramenti præſtitiſſe atque in eodem teſtamento, quod producebat, confirmatam fuiſſe donationem antea à marito ſibi factam. In quo teſtamento filius ille Petrus heres inſtitutus, eidémq; in ætate impuberi aut ſine liberis decedenti, Catharina, vel ſi hæc prius moreretur teſtatoris nepos & cognatus ſubſtituti fuerant: atque tandem expreſſe in eo cauebatur, quod filij heredis inſtituti tutrix & legitima adminiſtratrix eſſe atque vſumfructum omnium bonorum habere deberet: adeò vt rationes reddere aut reliquum præſtare haud teneretur, dummodo communem filium de bonis illis relictis aleret & honeſtè educaret.

Verum hiſce omnibus à Gabriele opponebatur nuptiarum commentum ſaltem ad euerſionem fideicommiſſi prætendi. In articulis enim ſuis verum eſſe iſte aſſerebat, quod Catharina ſeptendecim aut octodecim annos nata impudicam admodum vitam egerit, in eadémque fratri Franciſco pro ancilla ſeruiens permāſerit, atque cum medico, cui Sallettes nomen erat, adulterium committens, Petrum illum, fratris filium putatiuum, procrearit: quod ipſemet frater Franciſcus ſæpius hoc narrarit, eámque medici Sallettes meretricem vocarit, idémque medicus haud negauerit: quod frater Franciſcus vltra vigintiquinque annos frigidam corporis conſtitutionem habuerit atque per quindecim annos nullo ferè membro rectè fungi potuerit & ſceleto quam homini magis ſimilis fuerit: quod eum lecto affixum infantis inſtar nutriri oportuerit: quod An. LXXVII. aut LXXX. natus deceſſerit ſicque ad minimū per poſtremum ſeptennium generare amplius non potuerit: quod Petrus tres ſaltem annos habeat: quod Franciſcus vxorem non habuerit & ſæpiſſimè ſe nullam vnquam ducturum eſſe declararit eo quod

rem cum muliere habere non poſſet, & propterea nullam decipere vellet: quod prætenſum matrimonium cum Catharina non completum, neque nuptiarum ſolemnitate conſummatum fuerit: quod eidem Franciſcum ad ſponſalium celebrationem dolo allegerit adiuta parentibus ſuis & ſorore, quæ venefica & Franciſcum incantaſſe perhiberetur:

Hæc aliáque plura dictus Gabriel in articulis ſuis poſuerat: quibus probatis euidēs fuiſſet per rerum naturam Petrum illum à Franciſco generari non potuiſſe: quamuis is, qui eos conſcripſerat, veluti plenæ probationi diffidens tandem ſubieciſſet: ſi non planè impoſſibile fuiſſet, tamen difficulter admodum fieri potuiſſe, vt Franciſcus cùm muliere rē habuerit aut generarit. At bailliuus & iudex de Velay pronunciauit Gabrielem haſce facti circumſtantias diſtinctius in ſpeciales articulos diuidere, eoſdémque vocatis tutoribus a defuncto Frāciſco conſtitutis atque Catharina tanquam filij adminiſtratricè probare: interímque ipſam tanquam matrem & tutricem in vniuerſis & ſingulis bonis, quæ ad defunctum Franciſcum pertinuerant, manuteneri debere. A qua ſententia Catharina ad Seneſcallum du Puy aut eius vices gerentem appellat, ibidémque cauſa introducta diploma regium impetrat, vt lis pupillo mota ad puberem vſque ætatem iuxta edicta Carbonianum ſuſpendatur, donec ipſemet ſe defendere poſſet. Seneſcallus itaque pronunciat à priori iudice malè iudicatum & benè appellatum fuiſſe atque comprobans diploma à Catharina impetratum declarat, Gabrielem la Fage à petitione ſua repelli atque Catharinam in bonis Franciſci, quæ iſte tam ex teſtamento patris Guilhelmi, quam aliundè acquiſiuerat, compenſatis expenſis, manuteneri debere. Verum Gabriel haud acquieſcens denuò ad curiam prouocat, ſed ab eadem tota re probè examinata, tandē arreſto 7. Maij Anno 1583. prolato ſententia Seneſcalli confirmatur atque Gabriel in expenſis inſtantiæ appellationis & emendam ordinariam condemnatur. Quod quidem arreſtum ratione haud caruit. Si enim Gabriel appellans exiſtimaſſet matrimonium illud ſolemniter contractū ſubſiſtere non poſſe, tum in tempore, nempe cùm trina denunciatio iuxta ſanctiones Canonicas in Eccleſia Patrochali fieret, ſe opponere, neque fratris mortem expectare & poſtea ſub improba ſpe conſequendæ hereditatis, frigiditatem aut impotentiam illius arguere debuiſſet. Quod veluti notatu maximè dignum hic præterire noluimus.

DECISIO XXX.

ARGVMENTVM.

Mutatione monetæ facta vt creditor indemnis ſeruetur, interdum contractus, nonnunquam etiam ſolutionis tempus ſpectandū eſt.

SVMMARIA.

1 *Quod aureos in pactis dotalibus promiſſos inſpicitur valor, qui tempore contracti matrimonij fuit.*

2 *Aeſtimatio legitimarum vt haberi poſſit, inſpici debet valor bonorum, qui tempore obitus defuncti fuit.*

IN pactis dotalibus II. Februarij ANNO M.D.LXVII. inter dominum Antonium Beſombes iudicem & magiſtratum præſidialem in Seneſcallatu de Rouergue ex vna parte, & nobilem fœminam Florette Delrieu ex altera parte factis inter alia placuit, quod ſi Anthonius † antè Florette 1
decederet, huic ex illius bonis ſexcenti aurei donari & præſtari deberent. Cùm ergo Anthonius decedens, prædictam vxorem & matrem ſuam Franciſcam Cayronne poſt ſe reliquiſſet: relicta vidua Florette coram Seneſcallo aut eius vices gerente ſexcentos illos aureos, vi pactorum dotalium, à Franciſca defuncti mariti matre ſibi præſtari petijt. Ea autem excepit quod defuncti filij heres non ſit, neque eius bona poſſideat, atque quod filius iſte nullum omnino ius in patris hereditate habuerit, excepta ſaltem legitima ſibi ex ſua perſona debita, atque altera legitima, quæ eiuſdem ſorori Beatrici debita fuerat, in cuius locum ille dotem ei conſtituens atque renunciationem impetrans ſucceſſerat. Interuenerunt etiam plures defuncti Anthonij creditores, qui ſolutionem vrgentes ſe ad illius relicta bona iuxta ordinem & prioritatem hypothecarum admitti petierunt: tandémque eò res redijt, vt ſententia dicti Seneſcalli III. Octobris Anno M. D. LXXVI. inter alia pronunciaretur Anthonij viduæ Florette Delrieu, quoad ſexcētos illos aureos executionem permittendam eſſe in dictis legitimis atque alijs bonis & iuribus defuncti mariti, iuxta valorem, qui tempore obitus Anthonij, nempe Anno M. D. LXX. quo illi peti poterat, fuerit.

fuerit. A qua ſententia cùm à Fräciſca Cayronne ad parlamentum prouocatum fuiſſet, atque eius iam definiri deberet a d relationem defuncti domini Caumels, in ſecund Camera inquiſitionum, contrarium tenente domino de Vezian, de eo maximè dubitatum fuit, num valor aureorum, qui tempore obitus Anthonij, vt Seneſcallus pronunciarat, an verò, qui tempore conditorum pactorum dotalium fuerat, inſpici deberet: atque an ſententia Seneſcalli in eo
2 ſubſiſtere poſſit, quod nullam prius, † antequam executionem permitteret, legitimarum æſtimationem fecerit *. Et quidem cùm prius ambiguo Marte æquatis dominorum iudicum ſententiis diſceptatum fuiſſet in prima claſſe inquiſitionum arreſto XXVIII. Iulij Anno M.D.LXXVII. appellatio illúdque, vnde appellatum fuerat, caſſatum & reformata priori ſententia ordinatum fuit: quòd quoad ſexcentos illos aureos, valor, iuxta tempus, quo pacta dotalia facta fuerant, quod in II. Febr Anno M.D.LX VII. incidebat, inſpici, atq; legitimis iuxta valorem bonorum, quæ defunctus Guilhelmus Beſombes Anthonij pater, tempore obitus habuerat, æſtimatis Florette Delrieu ſexcentos aureos eo ordine, qui a Seneſcallo iam præſcriptus fuerat, accipere atque eo nomine litigantes ad dictum Seneſcallum aliuṁ tanquam eum, qui ſententiam dederat, à qua appellatum fuerat, compenſatis expenſis appellationis & reliquis vſque ad finem litis reſeruatis, remitti deberent. Cuius arreſti primum caput potiſſimum eo fundamento nititur, quòd quantitas illa ex titulo lucratiuo, nempe donatione ab Anthonio marito vxori Florette Delrieu facta, debita fuerit, in qua cùm lenior interpretatio facienda ſit, tempus contractus attendi debuit [a] vt benignus cum donatore ageretur [b] & præterea in iſta hypotheſi, magis haberetur ratio creditorum, qui certabant de damno vitando, quàm donatariæ, quæ certarat de lucro captando: cùm vniuerſa & ſingula Anthonij boni ad petitionem creditorum in tributum data fuiſſent.

Quod etiam conuenit iis, quæ alibi Ioannes du Faure [c] tractauit, licet idem alio in loco cõtrarium ſtatuere videatur. [d] Nec mutant ea, quæ quidam ad conſuetudines Pictanienſes [e] commentatus fuit. Locum enim ſaltem habere poſſunt, in reluitione reditus conſtituti in coronatis aureis aut aliàs in ſpeciebus auri & argenti tempore contractus non æſtimatis, in retractu item rerum immobilium atque aliis hypotheſibus arreſtorum parlamẽti Pariſienſis, quæ à Charonda *in ſuis reſponſis* & Imberto *in enchiridio iuris* referuntur, qui etiam adiicit in contractu mutui reſponſũ ICti Pauli ſemper locum habere [f] quod ſolutionem accipienti creditori debitor præiudicare nequeat. Atque ſic ſæpius à curia noſtra ad noſtram quoque relationem iudicatum fuit, etiam eo tempore, cùm tanta monetæ mutatio facta fuiſſet aurei ſexaginta, & *les teſtons* quatuordecim ſolidis & dimidio æſtimarentur: quia in mutuo non tantùm bonitas extrinſeca ſed etiam intrinſeca attendi debet. [g] Quo etiam commodè referri poteſt caſus, qui à Charonda *in ſuis reſponſis* recenſetur. [h] Quidam An. MDLXX VI. alteri certam pecu-

ADDITIONES.

[a] Guido Papæ *quæſt*. 493. Bart. *in l. vinum, ſi cert. pet.* Boer. *deciſ.* 327. *num.* 9. *ex l. Rutilia Polla*, & ibi notat. *de contrah. emt. c. cum olim. c. cum canonicis, de cenſib. l. vxorẽ*, §. *in teſtament. de leg.* 3. Imbertus *in ſuo enchirid. ſuper. verb. moneta*, per notata à Gl. *in l. eleganter*, §. *qui reprobos, de pignor. act.* Oldradus *conſ.* 13. & 31. Albericus *in d. l. Rutilia Polla*. [b] argument. notator *in l. Neſennius, de re iud.* [c] §. 1. *quibus mod. toll. obl.* [d] *in auth hoc niſi, C. de ſolut.* [e] Petrus Rat. *in comment. conſuet. Pictau. capitul.* 277. [f] *libro* 2. *capit.* 73. [g] *in l. Paulus, de ſolut.* Ipſa item æquitas dictitat ſolutionem ita faciendam eſſe vt creditori nihil planè abſit, néue plus ille, ac ei abeſt, conſequatur *l. in perpetuum* 61. *de ſolut.* Si autem moneta tempore contractus data non amplius vel difficulter haberi queat, æſtimatio intrinſecæ bonitatis in obligationem & ſolutionem deductæ præſtari poteſt, Mynſ. *cent.* 4. *obſ.* 1. Quare licet aliud pro alio ſolui creditori inuito nequeat, *l.* 2. §. 1. *ſi cert. pet.* atque ne aurum pro argento & contra, nec non minuta moneta exoluatur, prohibitum ſit Ord. monetar. de Anno M.D.LIX. §. *die iergemelte Reichsmunk*: tamen ei, qui aureos Rhenanos credidit, alij aurei eiuſdem valoris & ligæ rectè ſolui poſſunt, niſi fortaſſe is probet ſua intereſſe ne alios quàm Rhenanos aureos recipiat. Atque ſic pronunciatum fuiſſe teſtatur Dn. Andreas Knichen *de Saxon. non prouoc. iur. verb. ducum Saxoniæ cap.* 5. *num.* 369. Aliàs enim ſufficit, ſi in mutuo res, quæ in genere ſuo per ſolutionẽ recipit functionẽ, reddatur *d. l.* 2. §. *mutui datio, ſi cert. pet.* A.D. [h] *l. cùm quidam ſi cert. pet.*

pecuniæ quantitatem mutuò dans nũmos illos regios, qui *teſtons* vocantur, & quorũ quilibet iuxta regiam ordinationem ſedecim ſolidos tum valebat, numerarat, promittens in eodem valore aliquando nummos illos ſe recepturum eſſe. Valor autem iſte longo tempore poſt, alia ordinatione regia deminutus atque ad quatuordecim ſolidos redactus fuit.

Debitor deinde creditori ſoluturus, eum cogere voluit, vt iuxta factam promiſſionẽ nummos illos regios in eodem valore reciperet quo dederat: præſertim cùm ipſe haud in mora neque certum tempus ſolutioni præfixum, neque à creditore compellatio facta fuiſſet. At creditor excepit, quod tempore factæ promiſſionis regius eiuſmodi nummus iuxta ipſam ordinationem ſedecim ſolidos valuerit, quodque in eodem valore eoſdem accipere haud recuſaſſet, ſi intra tempus illud, quo iſte durabat, ſolutio facta fuiſſet: verum cùm per ordinationem poſteriorem iam mutatus & diminutus fuerit, illud amplius fieri non poſſe, niſi in pœnam ordinationis ambo incidere velint: atque ipſum debitorem antea offerre debuiſſe, quod cùm factum non fuerit eum amplius excuſari non poſſe. [a] Atque in fauorem creditoris iudicatum fuit, quod nũmos illos in alio valore, quàm qui poſteriori conſtitutione regia approbatus fuerat, haud recipere teneretur. Cæterum quod alterum & poſtremum arreſti illius caput, æſtimationem legitimarum, concernens attinet, illud comprobatur alio eiuſdem Iuriſconſulti reſponſo [b] quo dixit: ſufficere patrono ſi debitam partem in bonis liberti conſecutus fuerit, quamuis poſtea aut alluuione aut iure accreſcendi patrimonium liberti augeatur, cùm ex his bonis ei fuerit ſatisfactum, quæ mortis tempore fuerunt. Eandémque ob cauſam alibi dicitur quod mortis tempus, quo defertur bonorũ poſſeſſio ſpectari debeat. [c] Quæ auctoritates ſatis ſingulares & probè in hoc caſu notandæ ſunt. [d]

ADDITIONES.

[a] *libr.7.reſponſ.capit.211.* [b] *argument. l.qui decem,de ſolut.* Vnde in eiuſmodi caſibus valor, qui tempore ſolutionis eſt, inſpici debet.

Quare cùm quidam acceptis ſexcentis aureis reditum aureorum quinquaginta vendidiſſet, atque interim aurei valor ita creuiſſet, vt eo tempore, quo ſortem luere & exoluere volebat, pro ſexaginta ſolidis aureus expendi poſſet, qui tempore contractus quinquaginta ſaltem valebat: diſceptatione inter creditorem & debitorem eo nomine oborta iudicatum fuit, quod debitor aut in eadem ſpecie aureos reddere, aut ſi alterius generis nummos exoluere vellet, rationem eius valoris, qui tempore ſolutionis erat, habere deberet. Ita Parlamentum Pariſienſe XXVI. Iulij, Anno M.D.XCIV. & 1. Auguſt. Anno M.D.LX. Annæ. Robert. *lib.1.rer.iudic.c.16.* Semper itaque ſpectandũ eſt, ne creditor ex facta ſolutione damnum patiatur. Vnde etiam traditur, quod valor nummorum debitorum ex communi vſu commerciorum æſtimari debeat potius, quàm ex edicto principis, ſi aliter indemnitati creditoris cautum eſſe nequeat. Anthon.Fab. *lib.8.Cod.tit.29.defin.11.* AD.

[c] Paulus *in l.ſi patronum,§.fin.de bon.liber.*

[d] *l.etiamſi ius,§.fin.eod.tit.*

DECISIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius tenetur eaſdem nummorum depoſitorum ſpecies, atque iuxta valorem, qui tempore depoſiti fuit, reſtituere, licèt certa & æſtimata nummorum quantitas fuerit.*

QVoad depoſita tamen, & contra † depoſitarios, parlamentum Tholoſanum 1
ad relationem domini Ferrandier, in fauorem Franciſci de Hiſpania, V. Iulij Anno M.D.LXXV. arreſtum protulit, quo depoſitarius condemnatus fuit, vt quantitatem depoſitam in iiſdem ſpeciebus & iuxta valorem, qui tempore contractus fuerat, reſtitueret, licet certa ſaltem & æſtimata quantitas eſſet. Etſi enim in aliis contractibus, quando ſpecies æſtimato datæ fuerunt, earundem æſtimationem ab ipſis contrahentibus factam reſtitui ſufficit [a] attamen illud hoc in caſu haud obtinet. Quod quidem proficiſcitur ex natura depoſiti, in quo integra omni legitima ratione ſeruata depoſitæ res vel pecuniæ prima fronte reſtitui debet, adeò vt in eius cauſa compenſationi nullus locus relinquatur, imò neque deductioni vel doli exceptioni, ne contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam retrahatur. [b]

ADDITIONES.

[a] Boer. *deciſ.327.numer.18.* Sic enim, ſi quis mille florenos, thaleris ita æſtimatis, vt quilibet pro 24. groſſis adnumeraretur, mutuò accepit ea lege, vt ſolutionem aliquando thaleris eiuſdem æſtimationis & valoris faceret, liberationem obligationis ſuæ

ſuæ conſequitur, ſi aucto thalerorum valoro, vt quilibet pro 28. groſſis expedi queat, creditores illos florenus thaleris quidem ſoluat, ſed ita; vt 24. groſſi thaleri loco, atque ſic ſex thalerorum corpora pro ſeptẽ æſtimatis habeantur. Haud ſiquidem ipſa thalerorum corpora, ſed eorũdem æſtimatio contractus tempore facta, vel precium in ſolutione conſiderari, atque non tam corpus pecuniæ, cùm quantitas ſeu valor ille conuentionalis inſpici debet. *argumẽt. l. ſi u cui, de ſolut.* Cothman *reſp. 36. numer. 160. & ſeq.*

Ideò enim illa conuentio interpoſita à contrahentibus fuit; vt omnis altercatio & diſputatio præcaueretur, & debitori conſtaret quo valore in creditum iretur, atque creditor eodem valore, quo ſoluit, pecuniã reciperet. Knich. *d. c. 5. nu.* 350, AD. [b] *l. ſi quis vel pecunias, cum auth. ſequ. Cod. depoſ.* Nou. 8. *cap.* 1.

DECISIO XXXII.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, quæ ſententiis per quas cauſa à parlamento Tholoſano ad inferiores curias remittitur, adijci ſolet non ad relatorem, ſed ipſum præſidem ex generali curiæ decreto pertinet.*

2 *Quod decretum contra nonnullos contrarium ſtatuentes defenditur.*

1 IN deciſione XXX. diximus, cauſã, † cui⁹ ibi mentio facta fuit, remiſſam fuiſſe ad Seneſcallum à quo appellatio interpoſita fuerat, alium tamen quàm eum, qui ſentẽtiam illam à qua appellatum fuerat, protuliſſet. Quæ quidem clauſula à curia noſtra ordinariè adijci ſolet, quando reformata ex parte ſententia cauſam remittit ad iudices & curias ſubalternas, vbi nondum illa ſatis inſtructa & deciſa, ſed propter interpoſitam appellationem ſuſpenſa fuit. Si tamen à Camera ſupplicationum palatij appellatum fuerit: tum eiuſmodi remiſſiones ſimpliciter & ſine prædicta clauſula fieri conſueuerunt: vt illius auctoritas conſeruetur, cùm ad corpus ipſius parlamenti pertineat, & propterea per eiuſmodi clauſulã curiis ſubalternis æquiparanda nõ ſit.

Verum dubitatum aliquãdo fuit ad quénam propriè, vtrum ad præſidem an verò ad relatorem cauſæ, clauſula illa referri deberet? Quod dubium curia noſtra decreto generali ita decidit, vt clauſulam de præſide accipi vellet. Ab eo enim potiſſimũ ſẽtentiæ proficiſcuntur, cùm relator cauſæ cæteriq; ſenatores deliberationibus ſaltem aſſiſtere & intereſſe intelligantur. [a] Atque ſic in reſſortu Tholoſano hodie obſeruatur. Quare, cùm nuper talis remiſſio à noſtro parlamento ad Seneſcallum de Quercy ſedis de Figeac in cauſa domini de Maleuille contra incolam quendam de Gramat facta, eóque, qui ante appellationem relator fuerat, vlteri⁹ progredi in cauſę cognitione volẽte, denuò ad parlamẽtũ prouocatũ fuiſſet & prætẽderetur, ꝙ clauſula illa propriè ad relatorẽ pertineret: iudicatũ fuit malè appellatũ fuiſſe eo quòd in curia iſta pro certa lege & generali regula habeatur, prædictam clauſulã ad ipſum præſidem referendam eſſe.

Sic enim & apud Romanos is potiſſimũ reſpiciebatur, qui præſidebat, quemadmodum nonnulli eruditi viri noſtri temporis notant. [b] Etſi autem nonnulli † contrariũ 2 defendere conantur ex ipſis conſtitutionibus imperialibus [c] tamen eæ probè examinatę nihil tale probant atque ad ſtylum & ordinem iudiciarium fori noſtri referri nequeunt.

ADDITIONES.

[a] *l. proximè, ibi, remotis omnibus, cùm deliberaſſet, de his quæ in teſtament. delent.*
[b] Ayraut *à la fin de ſon ordr. & form. iudic.*
[c] *l. 6. C. quom. & quand. iud. l. eos, C. de appellat.* Ayraut *liur. 2. de ſon dict ordr. nombr. 12.*

DECISO XXXIII.

ARGVMENTVM.

Indemnitatis promiſſio ab euictione propriè ſic dicta differt.

SVMMARIA.

1 *Differentia inter euictionem propriè ſic dictam atque indemnitatis promiſſionem.*

2 *Retentiones cauſarum in ſupremis curiis contra regias ordinationes, fieri ſolitæ ex emptione & venditione officiorum originem habent.*

3 *Votum auctoris quoad abolitionem iſtius emptionis.*

4 *Defuncti domini Franciſci Chappuis commendatio.*

SI propriè loqui, † neque verba, vt communiter fieri ſolet, cõfundere velimus: 1 tum maxima inter euictionem (garentie & euiction) atque inter indemnitatem

congerunt, eáſque etiam ſtatim arripiunt, quæ nondum ſatis paratæ ſunt, cum graue & moleſtum illis ſit tandiu expectare, donec artifices inferiores, vt decebat, eas perfecerint.

Hinc igitur fit vt ſæpius in parlamentis tractentur illæ lites, quę ad iudices inferiores adhuc ſpectabant, atque ab iis, cum minori partium ſumptu, vtpote quarum domicilium fortè vicinum eſt, expediri poterant. Et ſanè eiuſmodi emtorum res petius ad huc ſe haberet, ſi decima extraordinaria eóque, quod regulariter percipiunt, cōtenti eſſe deberent, nec ſubſidio quodam iuuarentur, propter euocationes, priuilegia, & indulta, vel etiam propter rigorem trium ſigillorum & obligationum, Pariſiēſis, Montiſpeſſulani minoris & nundinarū Briæ & Campaniæ. [a] Verum hiſce amplius non immoremur, ſed potius æquo animo expectemus felicitatem temporis illius: quo fauente diuina gratia in vſum reuocentur regiæ ſanctiones, [b] quibus eiuſmodi emptiones, venditiones officiorum expreſsè prohibitæ & damnatæ fuerunt, vt cum læta & hilari voce tota Francia canere & celebrare poſſit, quod olim poëta Claudianus tempore liberorum & ſucceſſorum Imperatoris Theodoſij hiſce verſibus cecinit:

Cúmq; ſuo demens expellitur ambitus auro,
Non dominantur opes, non corrumpentia ſenſus
Donat valent, emitur ſola virtute poteſtas.

Illud etiam obiter hic adiicimus, quod optandū eſſet, vt doctus ille aduocatus † Pa-
3 riſienſis quem magnificimus atque honoramus, *quodam in loco* non antè victoriam de triumpho cecinſſet, ſeu meliorem occaſionem iactandi ſe de obtenta victoria habuiſſet.

Iſta enim victoria planè euanuit atque in fumum abiit, ſtatim atque rex noſter pro monarcha Franciæ à fidelibus ſuis ſubditis recognoſci cœpit atque turbæ miſerrimæ à ſancto fœdere, vt vocabatur, ſeu liga per totam Franciam motæ, (quarum quoties mentio fit.)

—— ——mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidúſque coit formidine ſanguis.

Singulari Dei optimi maximi clementia ſedatæ & compoſitæ fuerunt. Cauſa autem ita ſe habebat: Dominus Franciſcus Chappuis, Iugemage Tholoſanus in ætate ſenili iam conſtitutus ſuum ſucceſſorem & reſignatarium eſſe voluerat quendam ex tribus dominis ſenatoribus curiæ, quos nominauerat, & quorum minimum officio illo ſatis dignum eſſe dixerat maximoperè rogans, vt futurus ſucceſſor, ſeu ad officium illud nouiter euectus, liberorū ſuorum rationem, habere vellet, cum expreſſa proteſtatione, ſi nullus ex tribus illis ſenatoribus officium accipere vellet, ſe malle, vt illud intra manus maieſtatis regiæ vacaret, quàm vt ei per aliam ſuam reſignationem proſpiceretur. Cùm autem paulo pòſt maxima infeliciſſimi temporis calamitas ſuperueniſſet, illique, qui ad proram & puppim ſederant, miſerè ſubmerſi & in horrenda illa laniena crudeliter interfecti fuiſſent; defuncti illius Franciſci † quidam 4
propinqui occaſionem hanc arripientes tāquam curatores & adminiſtratores relictòrum ab illo liberorum aliam quandam reſignationem ſuppoſuerunt, eiúſque cauſam, in cuius fauorem facta dicebatur, aduocatus ille Pariſienſis defendit & arreſtum quoddam partiale pro cliente ſuo impetrauit. Verum illud paulo pòſt, cùm aduocatus triumphum cecinſſet, retractatum, atque per prouiſionem regis officium illud dominus Glary, vir apprimè colendus & maximo honore dignus adeptus fuit, qui etiamnum Iugemaige Tholoſanus eſt, maximáque cum laude officio illo fungitur. Quam digreſſionem ideo hoc loco facere voluimus, cùm nos in numero eorū, quos defunctus Chappuis publicè nominarat, quoque eſſemus atque ideo arbitraremur, honorificam eius mentionem hic fieri debere., præſertim cùm reſignationem illam ſpe lucri aut ob aurum vel argentum haud fecerit, atque ipſemet titulum illum honorabilem amplius retinere potuerit, cù n vir eſſet integerrimus, ab omni corruptione alienus, illique officio ſatis idoneus nulláque in re reprehendi poſſet, quàm quod interdum negotia tardius expediret, ſicque abeſſet à curioſa illa diligentia; cui nonnulli noſtro tempore ſtudere ſolent.

Additiones.

[a] Caroli VII. Anno 1453. *articul. 97. & ſequent.* Caroli VIII. Anno 1493. *articul. 62.* Ludouici XII. Anno 1498. *articul 40.* Caroli IX. in comitiis Aurelianenſ. Anno 1560. *articul. 47.* Henrici III. in ordinat. Bleſenſ. Anno 1579. *artic. 100.* & in Iulio Anno 1582.
[b] Choppinus *de morib. Pariſior. libr. 1. tit. 1. num. 39.*

DECISIO XXXIV.

ARGVMENTVM.

Debitor regulariter ad ſolam creditoris petitionem carceri mancipari nequit.

SVMMARIVM.

1 *Improbantur decreta, vt debitores ad ſolam petitionem creditorum capiantur, & in carcerem conyciantur: niſi debitum liquido inſtrumento probetur: aut debitor fugitiuus, vel in euidenti fuga ſuſpicione ſit.*

CVm multi Seneſcalli reſſortus parlamenti Tholoſani, aliique iudices inferiores, ad ſupplices libellos ſibi à cre-
1 ditoribus † ad cautionem ſe offerentibus exhibitos decernere ſolerẽt, vt debitores in carcerem conijcerentur: curia noſtra Tholoſana, quo incommenientibus quæ inde oriebatur, obuiam, ire poſſet: arreſto ſuo generali II. Apr. Anno MD.XXXVIII. prolato omnibus Seneſcallis aliiſque reſſortus iudicibus prohibuit & interdixit, ne ad ſimplicẽ petitionẽ creditorum debitores in carcerẽ conjicerent, niſi liquido inſtrumento debitũ probaretur aut debitor fugitiuus, ſeu in euidenti fugæ ſuſpicione eſſet, & quidem cognitio cauſæ accederet.

Quarum exceptionum prior deſumpta eſt ex rigore obligationum ſoluendi ſub carceris pœna, quæ in Francia receptæ sũt, non ob id, vt debitores creditoribus ſeruiant aut addicãtur, ſed potius, vt tædio carceris affecti citius, ſoluant, quemadmodum alibi Baldus dicebat,[a] poſterior verò cõprobatur reſponſo illo Vlpiani[b] de debitore fugiente, quod ex lege duodecim tabularum deſumpſit, in qua hæc verba habebantur: *ſi caluitur, pedẽmue ſtruit, manũ endoiacito* iuxta ea, quæ optimè pro more ſuo Dn. Cuiacius[c] notauit.

ADDITIONES.

[a] *In l. ob æs alienum, C. de obl. & act.* [b] *l. ait prætor, 10. ſi debitorem meum, quæ in fraud. creditor.* [c] *ad l. 13. quod met. cauſ. obſ. 16. cap. 19.*

DECISIO XXXV.

SVMMARIA.

1 *Tempore poſteriori prædicta carcerationes planè prohibita fuerunt, cum generali inhibitione ne quiſquam iudicum illas permittere aut alias grauem pœnam ſuſtinere deberet.*

2 *Exceptiones & limitationes in præcedẽti deciſione allata in poſterioribus curia arreſtis planè omiſſa fuerunt.*

SVb prætextu autem iſtarum exceptionum † ſeu potius limitationum arreſti 1
abuſus incarcerationum eiuſmodi ſemper continuabatur, adeò vt tãdem tractu temporis & creſcente hominum malitia curiæ illud arreſtum planè negligeretur. Mercator itaque quidam Italus, Tholoſæ habitãs, cui Arnulphini nomen erat, ſupplici libello impetrarat, vt ſuo periculo mercator quidam Tholoſanus, Franciſcus de Ferrieres prehenſus in carcerem conijceretur. Captus ille ſupplicem libellum Seneſcallo exhibebat ſe è vinculis relaxari petens atque mercatori Arnulphini debiti ſolutionem vrgenti obijciens ſe diu ſoluiſſe & ſatisfeciſſe, quemadmodum euidenter demonſtraturus eſſet, ſi à carcere prius liberaretur. Cùm autem Seneſcallus ſententiam quandam interlocutoriam protuliſſet ab ea Franciſcus ad parlamentum Tholoſanũ appellauit: quod arreſto ſuo menſe Auguſto Anno M.D.LXXXI. ad noſtrã relationem prolato appellationem illúdque vnde appellatum fuerat, caſſans pronunciauit Franciſcum à carcere liberandum eſſe, eiq; à mercatore Arnulphini litis expenſas & damnorum ac intereſſe loco centum libras refundi & præſtari debere, cum generali inhibitione ne Seneſcalli aliiue iudices reſſortus tales incarcerationes permitterent, adeò vt alias ipſimet captis ad damna & intereſſe teneri, ab officiis ſuſpẽdi, emendamque arbitrariam pręſtare deberent. In quo arreſto nulla mentio † prędictarum duarum exceptionum primi arreſti facta fuit, cùm curia deprehenderet, exceptiones illas occaſionem dediſſe, vt plures decretum anterius neglexerint. Imò exceptiones illę quoque ſuperfluæ & non adeò neceſſariæ videbãtur, ſæpéque fiebat, vt ad temerariam vnius partis poſtulationem, tertio cuipiam, qui nondum auditus fuerat, maximum & irreparabile pręiudicium & damnum fieret.

Submiſſiones quoque, quę ab eiuſmodi creditoribus ſuo periculè debitores capi petentibus fiebant, ſæpiſſimè vanæ & inutiles reddebantur; cùm poſtea creditores debitoribus, quos iniquè in carcerem conijci & in eo detineri petierant, ob egeſtatem damna & intereſſe ſoluere haud

haud poſſent.

Quam etiam potiſſimum ob cauſam Henricus II. Galliarum rex Anno M.D. LXXX. abrogauit ſanctionem à patre ſuo Franc. An. M.D.XXXVIII. promulgatam, in qua permittebatur, vt executiones fierent contra eum, qui heres eſſe prætendebatur, licet heres nondum declaratus fuiſſet, ſéque he eundem eſſe negaret, ita tamen, vt ſi poſtea conſtaret eum heredem non eſſe, omnes expenſæ, damna & intereſſe refundi deberent. Cùm enim ſæpiſſimè eueniret, vt ij, qui executionem impetrarant, poſtea ratione eiuſmodi expenſarum damnorum & intereſſe ſoluendo non eſſent, abrogatio ſanctionis illius omnino neceſſaria videbatur. Cuius abrogationis ratio etiam quoad noſtrum caſum in terminis multo fortioribus militat.

DECISIO XXXVI.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum ita facienda eſt, vt vnuſquiſque integrum ius ſuum recipiat.

SVMMARIA.

1 *Minor ob factam permutationem in integrum reſtitutus omne illud reddere debet, quod permutationis illius contemplatione accepit.*

2 *Si tamen res illa ſine minoris facto deteriorata fuerit, liberabitur, ſi eam ita reſtituat.*

1 MInor permutans bona † ſua cum alio maiori, eadem alienare ſicque nulliter agere cenſetur, ſi abſque decreto & cauſæ cognitione fiat. Si tamen bona illa, quæ a ſe data fuerunt, recuperare velit, tum reſtituere viciſſim tenetur ea, quæ ipſe recepit & quidem in eo ſtatu, quo tempore factę permutationis fuerunt. Aliàs enim haud auditur, iuxta arreſtum, quod a Dn Papone refertur [a] atque expreſſæ iuris deciſioni exactè conueniens eſt, qua dicitur reſtitutionem ita faciendam eſſe, vt vnuſquiſque integrum ius ſuum recipiat [b] quod ipſa vis vocabuli reſtitutionis in integrum ſatis innuere videtur.

2 Cæterùm difficultas aliquando coram nobis, tanquam executore eiuſmodi arreſti oborta fuit, cùm minor diceret ſe bona, † quæ ex permutatione receperat, haud attigiſſe, nec quicquam in iis feciſſe, ſed eorundem deteriorationem minimè ex culpa aut malitia ſua, vel etiam dolo, ſed aliunde ortã fuiſſe, ſéque paratum eſſe bona in eo ſtatu iuxta condemnationis tenorem reſtituere, in quo tempore permutationis erant, ſi quicquam in iis dolo, culpa, aut malitia ſua deterioratum eſſe probaretur.

Cùm autem pars aduerſa vrgeret condẽnationem ſimpliciter factam fuiſſe, minor ille condemnatus diploma regium impetrauit arreſti illius nomine, vt declararetur, ſe bona ex permutatione recepta in alio ſtatu, quam in quo iam eſſent, haud reſtituere teneri, cùm ea facto ſuo neque directè neque indirectè deteriora facta fuiſſent, ſicque nihil, quam ſola negligentia imputari poſſet. Poſtquàm igitur cauſam & litigãtes ad Parlamentum remitteremus, vt ibi ius diceretur & impetratum diploma exhiberetur, res amicè inter illas compoſita fuit, cùm eam difficultate non carere ipſimet earum aduocati exiſtimarent. Eadem tamen quæſtio in terminis ferè paribus in fauorem minoris deciſa poſtea fuit arreſto parlamẽti Pariſienſis, quod a Domino Charonda in ſuis reſponſis refertur. [c] Eſt enim aliquid, quod imputari poteſt illi, qui cum minore tali conuentione inita contraxit, qui quamuis doli capax fuerit: tamen propter ætatis lubricum & infirmum conſilium in ea cauſa fuit, vt rerum ſuarum adminiſtrationem neque permiſſam neque conceſſam haberet, quia & generaliter minoribus illud condonandum videtur, quod potius ætati quam peruicaciæ aut temeritati adſcribendum venit: vt ita, niſi aut manifeſta circumſcriptio, ſit vt tam negligenter in cauſa verſati fuerint, prætor interponere ſe non debeat. [d] Plures item aliæ rationes hîc adduci poſſent, quas tamen ſtudio prætermittimus.

ADDITIONES.

[a] *tiltre des mineurs, arreſt.* 14. [b] *l. quod ſi minor, §. reſtitutio, de minor.* [c] *lib.* 3. *capit.* 64. [d] *d. l. quod ſi minor, §.* 1. *de minor.*

DECISIO XXXVII.

ARGVMENTVM.

Presbyter minor in integrum reſtitui poteſt.

SVMMARIA.

1 *Minori reſtitutio in integrum propterea non denegatur, quod presbyter ſit.*

2 *Haud valet conſequentia: Presbyter eſt. Ergo etiam maior eſt.*

3 *Veritas per ſe loquens ſemper obtinere debet.*

QVidam, Cazenoue dictus, Tholoſæ Canonicus ad ſanctum Serninum vt
1 fratrem † ſuum è carcere liberaret, pro eo fideiuſſerat, ſeque auctorem ſecundum, vt vocant,[a] conſtituerat; idque intuitu venditionis bonorum, quam frater, qui à creditoribus captiuus detinebatur, iiſdem ſolutionis loco fecerat; vt ea ratione è carcere relaxari poſſet.

Euenit poſtea, vt quidam ex principalib. creditoribus, Petrus Blandinieres, cū aliis prioribus plus ſoluere coactus fuiſſet, quā debebat, nihilque debitor indicaſſet; contra Canonicum iſtum tanquam fideiuſſorem & actorem ſecundum ageret, vt in eo indēnis ſeruaretur, quod debitor principalis, bona, quæ aliis hypothecæ iure iam obſtricta erant creditoribus vendens & nihil de hypotheca illa priori ſignificans ita eos circumueniſſet. Cui actioni vt Cazenoue occurreret, literas reſtitutionis in integrum ad Seneſcallum Tholoſanum aut eius vices gerentem directas impetrat, cùm tempore factæ fideiuſſionis adhuc minor fuiſſet. Literis Seneſcallo exhibitis Petrus, qui coram eo litem iam cœperat, excepit; Cazenoue tempore fideiuſſionis presbyterum iam fuiſſe & propterea in integrum haud reſtitui poſſe. Cui à Cazenoue minor ætas oppoſita fuit in qua illo tempore conſtitutus erat, quámque ſcriptura, in qua pater diem natiuitatis ſuæ aſſignarat probare volebat: Sententia itaque Seneſcalli partes tanquam contrariæ appunctatæ & admiſſæ fuerunt, vt articulatim factum recenſerēt, illúdque legitimo modo probarent. A qua ſententia Petrus Blandinieres ad curiam appellat, in eo potiſſimum ſe fundans, quod Cazenoue Presbyter ſit. At arreſto curiæ XXVII. Ianuarij, Anno M.D.LXXXIII. prolato iudicatum fuit, quod appellatio, illúdque vnde appellatum fuerat, caſſari, & ſententia Seneſcalli effectum ſortiri deberet. Etſi enim Cazenoue tēpore cautionis Presbyter fuerat: tamen à beneficio in integrū reſtitutionis minorib. cōceſſo excludi propterea nō potuit, cū iuxta Bartoli doctrinam[b] minor induſtrius etiam decurio reſtituatur, & tamen certū ſit minorē vigintiquinque annis ad decurionatum nō admitti. In patrimonialib. item ætatis beneficio Presbyteratus præiudicare nequit[d] maximè, quia Presbyteratus 25. anno concedi poteſt, cùm & in honoribus annus cœptus habeatur pro completo.[e]

2 Haud igitur argumentari † validè poſſumus: Presbyter ille eſt. Ergo etiam maior eſt: præſertim cùm manus imponi queat, etiam citò, id eſt, ante ætatem, quemadmodum Canoniſtæ[f] tradunt. Vnde ſatis colligi poteſt ob ſolam illam Presbyteratus qualitatem Petrum Blandinieres iuſtam appellandi cauſam haud habuiſſe. Atque ſi ipſemet Cazenoue appellaſſet, cùm vel ocularis aſpectus eum minorem eſſe argueret, neq; hæc qualitas directè ab aduerſa parte negaretur, ſed ſaltem Presbyteratus obiiceretur, nonnulli ex Dominis exiſtimarunt, eum ſtatim comprobato regio diplomate in integrum reſtitui poſſe, ne lis vlterius protraheretur. Nā etſi ante vigeſimumquintū annum[g] & iuxta antiqua concilia & ordinationes regias[h] ante trigeſimum ætatis annum nemo Presbyter ordinari debet: tamē quando veritas & res ipſa loquitur Presbyterum adhuc minorem eſſe, per imaginem acciden-
talem naturæ veritas † non obumbrari, ſed 3
ſemper cauſa naturalis, maximè in dubio præualere debet.[i] Quæ etiam reſponſionis loco ſufficere poterunt iis, quæ alibi Choppinus[k] in contrarium congeſſit pro confirmatione ſententiæ à Præpoſito Pariſienſi, tertio Februarij, anno M.D.XCV. prolatæ, præſertim cum conſulto prouida decreuerit antiquitas, minores contractus liberos non habere: vt & inſidiantium laquei fruſtrarentur, & lapſis lubrica ætas ſubueniret. Quo etiam facit quod formula reſtitutionis in integrum, iuxta ea, quæ apud Caſſiodorum leguntur,[l] ſub tali clauſula; *Si nihil ſit, quod iure referatur*, item: *Vt omnia ſecūdum iuſtitiam legeſq; peragantur*, concipi ſoleat. Quare niſi ſub tali conditione minori quoque, qui Presbyter eſt, ſuccurreretur, facile fieri poſſet, vt obrueretur innocentia, relaxaretur audacia, eſſétque cunctis fallendi ſtudium, eo quòd fraus ſubreptitium lucraretur effectum.[m]

ADDITIONES.

[a] *l. illud, 4. de euict.* [b] *l. 1. C. qui & aduerſ. quos.* [c] *l. 2. de minor.* [d] *l. ad Rempublicam, de muner. & honor.* [e] arg. notat. *in c. final. de iud.* [f] *d. l. ad Rempublicam.* [g] *c. quid eſt manus, c. Preſbyter, diſt. 78.* [h] *ſeſſ. 23. Trident. Synod. 12. c. de reformat. Ordinat. Bleſenſ. art. 29.* [i] *c. Preſbyter, c. ſi quis, c. nemo, diſt. 78.* Ordin. Aurelia. *artic. 12.* [k] *l. filio, quem pater, de liber. & poſthum l. qui habet de tutel.* [l] *lib. 2. de morib. Pariſ. tit. 7. nu. 16.* [m] *var. libr. 4. cap. 35.*

DECISIO XXXVIII.

ARGVMENTVM.

Minori vigintiquinque annis reſtitutio in integrum propterea non denegatur, quòd Doctor legum ſit.

SVMMARIA.

1 *Minor vigintiquinque annis, quamuis Doctor legum ſit, ipſóq; actu legat, ſeu iura doceat, reſtitui in integrum poteſt.*

2 *Qualitas accidentalis naturali praualere nequit.*

1 CÆterum aliud quoque dubium † in eadem materia reſtitutionum in integrum propter beneficium ætatis obortum fuit; nempe an is, qui ſeptemdecim fortè annos natus, ſicque eam ætatem habens, in qua Nerua filius de iure publicè reſponſitaſſe fertur [a] gradum Doctoris in iure fuit conſecutus, (quod hodie frequenter fieri videmus) & poſtea ante completum vigeſimumquintum ætatis annum læd atur, nihilominus beneficio illo reſtitutionis frui poſſit? Et ſanè interpretes iuris ciuilis cōmuniter hoc negant, eo quòd talis minor ſummam illam dignitatem adeptus ſit, & propterea omnia iura in ſcrinio ſui pectoris habere præſumatur, [b] ſéque antea in examine & diſputationibus publicis ac priuatis labi tam ſedulum, ingenioſum & induſtrium præſtiterit, vt eum per ætatem labi veroſimile non ſit. Petenti igitur ei ob imbecillitatem iudicij & ætatis beneficiū reſtitutionis, rectè obiici poſſet illud, quod Imperatores philoſopho cuidam obiecerunt: profeſſio & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant, [c] atque quod alibi legimus: turpe eſſe patritio docenti & cauſas oranti iura, circa quæ verſatur, ignorare. [d] Verū hæc omnia minimè obſtant, ſed ad ſuos proprios & ſimplices terminos, nempe ignorantiā iuris referri debent, quę ab ignorantia facti plurimum differt. Illa enim Doctoribus dedecori eſt, hæc verò etiam in prudentiſſimos cadere, eóſque decipere ſolet. [e] Vnde quoque ab antiquioribus & præſtantioribus Dominis Senatoribus accepimus. (Præter auditum enim hic nihil habemus) quod per arreſtū curiæ noſtræ Doctor quidam regens & actu legens in integrum reſtitutus fuerit contra contractum, quē minor adhuc, atque ante vigeſimū quintum ætatis annum [f] celebrarat. Profeſſio enim iuris atque aliarum artium & ſcientiarum cum prouida & induſtria adminiſtratione bonorum nihil commune habet, ſed ab hac non minus atque vita contemplatiua ab actiua ſeparata eſt. Immo qui in literarū ſtudiis maximè diligentes & induſtrij ſunt, iiſque in ſecretioris cuiuſdam Muſæi angulo, ad candelæ fumum inuigilant, vt plurimum nullam aut exiguam admodum curam habent rerum familiarium, quæ in puluere campi, ardore Solis, frigoris rigore, aliiſque actionibus, tam actiuis, quàm paſſiuis, otiò literario è diametro contrariis expediuntur. Multi quoque ſtudiis tanta aſſiduitate inhærent, vt non ſolùm adminiſtrationis rerum familiarium, ſed ſæpius quoque prandij & cœnæ obliuiſcantur, eóſque inſtar Chryſippi illius à Meliſſa quapiam vocari, vtque cibum capiant, moneri oporteat.

Atque haud rarò fit, vt qui ſtudiorū cultores & profeſſores maxime aſſidui ſunt profeſſionis ſuæ diligentia ad pauperiē redigantur, & quemadmodum doctus ille Budæus ait, [g] bona ſua decoquant. A nullo item negari poteſt, quòd maxima inter hæc duo differentia ſit, ſi quis iuris Doctor renuncietur, atque ſi maior fiat, vt bonorū adminiſtrationem habere poſſit. Prius enim ad hunc potiſſimum finem tendit, vt is, qui ſtudiorum ſuorum fiduciam habet, cámque præclaro ſpecimine tam publicè quàm priuatim comprobauit, publica renunciatione, & inſignium Doctoraliū collatione aptus & capax ad munia publica auctoritate publica capeſſenda declaretur; alterum verò hunc præcipuè ſibi ſcopum propoſitum habet, vt ætas maior eos, qui illam attigerunt, capaces reddat gubernationis & adminiſtrationis bonorū, vt à curatela, cui antea ob ætatis imbecillitatem ſubiecti erant, liberentur, iiſque rationes à curatoribus reddantur, & reliqua præſtetur. Quare quemadmodum beneficium reſtitutionis in integrum, niſi iuſta quædam cauſa appareat, rectè denegatur iis, qui non in minori, ſed in maiori ætate læſi

ADDITIONES.

[a] *l. 1. §. pueritiam, de poſtuland.* [b] *arg. l. 1. C. qui & aduerſ. quos.* Igneus *in repet. l. neceſſarios, §. non alias, num. 9. de SC Syllan.* [c] *l. profeſſio, C. de muner. & honor.* [d] *l. 2. §. Seruius Sulpitius, de O. I.* [e] *l. fin. pro ſuo, iunct. l. 2. de iur. & fact. ignor.* [f] Quod de iure requiritur, *l. 3. §. minorem, de minor.* [g] Budæus in hiſce verbis: *eorum ſtudiorū, qua decoquere creditoribus ſolent.*

P

læſi fuerunt: ita Doctoribus iuſtam ætatem nondum habentibus omnino concedendum eſt, cùm ſpecimen illud, quod pro conſequendo gradu ediderunt cum actibus illis publicis, quibus induſtrium patremfamilias quis ſe præbet, nihil commune habeat. Quantum autem ea attinet, quæ in contrarium adducta fuerunt, vtique veriſſimum eſt, quòd ignorantia iuris à profeſſione Doctoris non minus atque auaritia à profeſſione philoſophi planè aliena ſit, & abhorreat. Verum argumétum à ſeparatis eſſet, [a] ſi inde inferretur, (quemadmodum ab interpretibus iuris ciuilis fieri ſolet) quod Doctor aut Licentiatus per ætatem
2 labi non poſſit: cùm qualitas † accidentalis naturali præualere nequeat.[b] Quo etiam illud pertinet, quòd minores, qui ob morum inſtituta, probitatémque animi & vitæ honeſtioris teſtimonium, ætatis veniam à principe impetrarunt, nihilominus prædia ſine decreto alienare prohibentur. [c] Imò licet præſumerêtur Doctores ob doctrinæ & eruditionis ſuæ perfectionem prudentiores œconomos & patresfamilias eſſe: tamen præſumptio illa meritò ceſſare deberet, ſi veritas & exacta cauſæ cognitio contrarium doceret, cùm fictam præſumtionē veritati ſemper cedere oporteat.[d] Quare ſemper nobis viſum fuit prædictum curiæ noſtræ arreſtum iuri & æquitati maximè conueniens eſſe, minoréſque læſos, etiamſi Doctores ſint, præuia cauſæ cognitione in integrum reſtitui poſſe.

Additiones.

[a] *l. Papinianus exuli, de minor.* [b] *l. qui habebat, de tutel.* [c] *l 2. C. de his, qui ven. ætat. impetr.* [d] *d. l. verſic. verum ſi cauſa cognita, C. qui & aduerſ. quos.*

DECISIO XXXIX.

Argumentum.

Reſtitui in integrum etiam poteſt minor, qui magiſtratum gerit.

Summaria.

1 *Defunctus Dominus aduocatus regis generalis d'Aygua reſtitutus in integrū fuit contra contractum in minori ætate factum.*

2 *Magiſtratus, qui verè minores probantur, reſtitui in integrum poſſunt ob læſionem in negotiis & rebus ſuis priuatis, non verò in publicis contingentem.*

3 *Læſionem autem illam ſemper probari oportet, iuxta ius antiquū Pandectarū.*

Porrò arreſta † in ſuperioribus deciſionibus allegata nobis in memoriam 1
reuocāt aliud, quo, (vt itidem ex antiquioribus Dominis Senatoribus intelleximus) in integrum quondam reſtitutus fuit Dominus d'Aygua Regis aduocatus generalis contra factum in minori ætate contractum, in quo vltra læſionem metus ex reuerentia paterna ortus continebatur. Et ſanè aduocato illi beneficium reſtitutionis in integrum omnino denegandum eſſe videbatur, cùm eo tempore, quoad officium illud reciperetur, ætatis defectum reticens tam euidenti ſub & obreptione principem eiúſque curiam circumuenerit, vt propterea omni beneficio, quod priuata ſua negotii indignus ſit. Nam cùm extra iuris ac rationis ſepta in legem annariā Gallicam peccaſſet, [a] æuitatémque annali lege, vt olim dicebatur, non ſeruaſſet, fallaci ætatis aſſeueratione ad honorē huiuſmodi prece aut precio obrepſiſſe, & ideò impia fraude ſe alligaſſe videbatur. Non enim ſuperêrat ætatis excuſatio aduerſus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat, contra eas cōmiſit[b]. Verum certum eſt, quod per leges, edicta & regias ordinationes, iuxta quas viuimus, minores vigintiquinque annis, ſciente principe, eiúſque cancellario, ad officia etiā primaria promoueantur, ſicque promoti ab iis, quibus hoc incumbit, recipiantur.[c] Et quamuis præambula inquiſitio in mores, ætatem & religionem fieri ſoleat: tamen inquirentes haud raró circumueniuntur, adeò vt etiam in ſupremis curiis interdum recipi videamus eos, qui vix vigeſſimum ætatis annum impleuerūt. Quę mala non tam ab hominibus, quàm ab ipſius temporis neceſſitate proficiſci cenſentur, cùm ij, quos princeps ſelegit & honorauit, reprobari non debeant, & de principali iudicio, veluti ſacro, nihil detrahendum ſit. [d] Vnde etiam ea de re grauiter admodū pro more ſuo præclarus ille vir Budæus, [e] hiſce verbis

Additiones.

[a] Edict du Roy François I. à Moulins en Aouſt M.D.XLVI. & du Roy Henry ſon fils à Cōpiegne audit mois, M.D.XLVIII. & de Charles IX. à Moulins *artic. 9.* [b] Cicero 3. *de legib.* [c] *l. auxilium, in fin. de minor.* [d] *l. diſputare, C. de crimin. ſacrileg. l. imperialis, Cod. de nupt. l. 1. C. de domeſt. & protector. libr. 12.* [e] Budæus *in forens.*

verbis differit: quod non idem erat mercari & nündinari quouis modo locum in ordine ampliſſimo & moribus temporis ſeruientem ambitũ ingenuo ac liberali prodire in medium, cùm occaſio nota fuerit: quia mores (inquit) inculti, & ad normã legũ exacti, nõ hominũ ſunt, ſed tẽporum: ſicq; Gallicũ Pariſioru Senatũ ex cauſa indulſiſſe nõnullis, vt infra iuſtã ętate, ſuũ in collegium cooptarentur, de ſcripto ſe obſeruaſſe Choppinus alibi retulit. [a] Quibus conſequens eſt, quod in integrum reſtituere magiſtratum, † qui ſe minorem eſſe

2 verè probat, extra magiſtratus cauſam, atq; in negotiis priuatis, domeſticis & particularibus nihil aliud ſit, quã per benignã & ęquã interpretationem ſuccurrere ętati beneficio iuris, de quo princeps minori magiſtratum deferens non cogitarat, multóque minus ætatem ita ſupplere voluerat, vt minorem beneficio iuris priuaret. Nam nec alias iuſſus principis auferre cẽſetur, quòd iure ipſo & introducitur & tuetur, ſicut in fœmina adoptante reſponſum legimus. [b] Sufficiat itaq; quòd magiſtratus illi minores nullam reſtitutionis ſpem habeant, ſi in iis, quæ ipſum magiſtratus officium concernunt, ex culpa aut negligentia fortè labantur: ſed dum ad rem propriam minus attenti ſunt ob publicas functiones, ſcilicet ętatis patrocinio nequaquam destituantur, ac veluti cauſę publicæ odio prægrauẽtur. Quibus & hoc adiici poteſt, quod imperator Alexander reſcripſit in decurione annis minore & vrgentibus patriæ neceſſitatibus creato, qui nihilominus ſi cauſa cognita circumuentus deprehendatur, à ſolito ætatis auxilio propter hoc ſolum, veluti præſcriptione, remoueri non debet. [c] Videntur enim illæ vrgentes patriæ neceſſitates non incommodè referri poſſe ad vrgentia negotia regum noſtrorum, quæ ij ob bellorum tam intra, quã extra regnum motorum calamitatem, per triginta aut quadraginta ferè annos iã habuerunt, quorum mole coacti fuerunt, vt numerum magiſtratuum auctiorem redderent, officia eorundem venderent, atque nummos inde redactos in vrgentes patrię neceſſitates impenderent. Quare non ineptè ad tales magiſtratus illud reſcriptum Alexandri accommodari poterit, vt ij beneficio reſtitutionis in integrum minoribus conceſſo gaudere queant. Quod tamen ita demum procedere intelligendum eſt, ſi minores lęſionem verè probauerint.

3 Iure enim † pandectarum [d] minoribus non paſſim ſubuenitur, ſed cauſa cognita, ſi capti eſſe proponantur: quamuis aliud poſtea conſtitutione DD. Diocletiani & Maximiani introductum fuerit. [e] Alias verò magiſtratus minores lapſos in iis, quæ eorundem officium concernunt, in integrum reſtitui haud poſſe exiſtimamus; quemadmodum etiam eleganter quodam in loco Charondas tradit. [f] Quo item referre haud dubitamus alia arreſta parlamenti Pariſienſis, atq; illud, quod ex ſumma rurali de Bouteiller, Choppinus *ad conſuetudines Pariſienſes* [g] hiſce verbis refert *Et s'il aduenoit, que pupille fuſt mis en office par le gouuernement, qui fuſt trouué en luy, & qu'il ſe fuſt contenu ſi ſagement en ſes propres beſoignes, & qui plus eſt, ledit office, en quoy on l'auroit mis, fuſt de la choſe publique, pource ne demeure, que ſi en ſes cauſes il eſtoit deceu en aucune maniere, qu'il ne peut auoir reſtitution de tout ce, en quoy deceu ſeroit, & que le benefice de minorité n'euſt lieu*, id eſt, ſi pupillus res ſuas proprias tam prudenter gerat, vt ei officium quoddam, & quidem publicam vtilitatem concernens, committatur, tum ille læſus in integrũ haud reſtitui, neque beneficio minoris ætatis gaudere poteſt.

ADDITIONES.

[a] *lib. 2. de mor. Pariſ. tit. 7. num. 15.* [b] *l. ſi ſuſpecta, §. quoniam*, & ibi gl. ſuper *verb. poteſt, de inoff. teſtam.* gl. *in l. cùm in adoptiuis, §. ſed ne articulum, C. de adopt.* [c] *l. 1. C. qui & aduerſ. quos.* [d] *l. ſi verum, §. ſciendum; l. quòd ſi minor, §. non ſemper. l. non omnia, de minor.* [e] *l. ſiquidem, & tot. tit. C. de pred. & aliis rebus minor.* [f] *libr. 8. reſponſ. cap. 49.* [g] *lib. 2. de moribus Pariſ. tit. 7. num. 14. in fin.*

DECISIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus, quamuis minores ſint, in officio ſuo peccantes, reſtitutionem in integrum non merentur.*

RECTE in deciſione † præcedenti dictum eſt, quod magiſtratus, quamuis minores ſint, in officiis ſuis lapſi ob ætatẽ reſtitui in integrũ nequeãt. Cujus occaſione, in memoriam nobis reuocatur arreſtũ quoddã Calendis Iunij Anno M.D.LXXI. in noſtra præſentia à parlamento Burdegalenſi prolatum. Quidam enim, cui Bordeneuue nomen erat, tanquam actuarius 1

ad poſtulationem appellantis cuiuſdã iuſſus fuerat, vt acta prioris inſtantiæ ad curiam tranſmitteret, ſub tali comminatione, niſi hoc faceret, quod in expenſas, damna & intereſſe condemnari deberet, cúmque iuſſui illi non paruiſſet, in prædictam pœnam declaratus fuit. At iſte literas in forma ſupplicationis ciuilis contra arreſtum illud declaratoriũ impetrauit, ex eo potiſſimum fundamento, quod in minore adhuc ætate conſtitutus eſſet, atque integra acta [a] prioris inſtantiæ tranſmiſiſſet.

Cui mox appellantis aduocatus oppoſuit, quod hic beneficium minoribus conceſſum prætendi nõ poſſet, cùm actuarius eſſet, itaque in officio deliquiſſet: quod per actus ipſius proceſſus, quos tamen ad manus non habebat, ſed mox ſe prolaturum pollicebatur, probare volebat. Curia autẽ, cùm impetrans ille ſe actuarium negaret, ſed ſaltem actuarij ſcribam fuiſſe diceret, rem ad conſilium remiſit. Et proculdubio, ſi vel ex confeſſione, vel ex actis, aut alio legitimo modo apparuiſſet, illũ actuariũ fuiſſe: impetratarũ literarum fructu priuatus, atque in expenſas condemnatus fuiſſet. Quod etiam ipſemet Dominus Præſes arreſtum illud pronũcians ſatis innuebat, cùm appellantis aduocatum increparet, quod acta, quibus qualitas iſta probari poterat, ad manus non haberet.

ADDITIONES.

[a] Illud equidem generaliter verum eſt, quod iudex, à cuius ſententia appellatum fuit, omnia, quæ corã eo acta fuerunt, partis petentis ſumtu, *arg. l. prætor, 4. in fin.* 4. *in fin.* ibi, *niſi deſcriptum eum velis tibi dari tuis ſumptibus, de edend.* (ſi verò à ſentẽtia plura capita continẽte vtraque pars appellauerit, & appellationem proſequatur, quamuis vnus ſaltem litigantium editionẽ actorum petierit, alter nihilominus dimidias expenſas præſtare vel refundere tenetur. *Reichs Abſchiedt*, de Anno LXVI. §. *biebeneben* 121. Mynſ. *cent. 1. obſ. vigeſima prima.* Atque in cauſis ex capite denegatæ vel protractæ iuſtitiæ à delegatis ordinatione iudicibus ad Cameram deuolutis ſumptu ſpoliatoris acta edi debent, *Ordinat. Cam. Imper. part. 2. tit. 8. §. gleicher VVeiſs,* 13. *& ſequent.* Dn. Petr. Denais *in iur. Cam. tit. actorum editic. num. 6.*) appellationis iudici edere debet. Si verò acta imperfecta vel manca edat, ſuperioris iudicis mulctæ ſe ob noxium reddet (ita vt proprio ſumptu ſine appellantis diſpendio actorũ defectũ ſupplere teneatur. Præiudiciũ quoq; Camerale auctor *præiudiciorũ Cã. Imp. tit. acta, verſic. final. in cauſa Berolt & Conſortẽ, cõtra Zoppelin* refert; quo iudex inferior ob acta non legitimè deſcripta in duas marcas auri loco pœnæ condemnatus fuit. Iudex item primæ inſtantiæ, quando emanatis arctioribus cõpulſorialibus negat ſe alia, quàm exhibuerit, acta edere poſſe non ſtatim excuſatur, ſed nihilominus tempus ad docendum de paritione cum comminatione finali declarationis pœnę illi præfigitur, intra quod, ſi ſe ad iurandum offert, quod ſcilicet alia acta non habeat, admittitur. ſin minus, nõ quidem in pœnam declaratur, ſed ex officio ad iurandum admittitur, vt hoc modo pœnam euitet. Idem auctor *praiud. d. titul. verſic. de actor. edit. pag. mihi 3.*) Idémque erit, ſi ipſius culpa acta planè perierint. Quo caſu partibus liberum eſt, vt in cauſa principali de nouo & integro agant, Mynſ. *cen. 6. obſ. 16. in pr.* AD.

DECISIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Remedia reſtitutionis in integrũ ob cauſam tam minoris ætatis, quàm læſionis vltra dimidium iuſti pretij, ad eundẽ effectum tendunt, atque vnum altero per ſubſidium iuuatur, & fortius redditur.*

SVPERIVS quoq; diximus, quod dictus dominus d'Ayguã aduocatus regis generalis ad impetrandam reſtitutionem † cõtra cõtractum, quem caſſari & reſcindi petebat, nõ modo minorem ætatem, ſed etiã metum ex reuerentia paterna ortum allegarit. Quod etiam fortè cauſa fuit, vt curia de minori ætate non ſcrupuloſè inquirẽs, cùm deprehenderet metum illum verè alligari, poſt cauſam inſtructam, ſícque diſpoſitam, vt definitiuè decidi poſſet, ſaltem ad metum, ſicque ad caput illud reſpexerit, ex quo etiam ipſi maiores reſtitui poſſũt, præſertim cum iuſto atque ab ordinatione præſcripto tempore reſtitutionem ab aduocato illo petitam fuiſſe, ex eiuſdẽ allegatione minoris ætatis conſtaret. Dubiũ enim illud, quod alibi Charondas mouet, [a] an is, qui diploma regiũ impetrauit ad caſſandũ cõtractũ in minori ætate factum, ſi non exactè minorem ætatem, ſed ſaltẽ læſionẽ vltra dimidium iuſti pretij probet, contractus reſolutionem aut ſupplicationẽ eius, quæ deeſt, obtinere queat? a curia Tholoſana nun- 1

ADDITIO.

[a] *lib. 4. cap. 71.*

nunquam attendi obſeruauimus, eo quòd remedia reſtitutionis ad eundem effectum tendant, atque vnum altero iuuetur. Præterea literis reſtitutionis, ex capite aliquo in Cancellaria conceſſis, ſemper inſeri ſolet clauſula, quòd iudices, ad quos cognitio de reſtitutione pertinet, partes impetrantes audire debeant, ſi aliud petere vel prætendere iure velint. Cuius clauſulę beneficio, ſi è duobus aut tribus remediis propoſitis vnum vel duo deficiant, ſecundum vel tertium adhuc ſaluum manet. Rectè enim, vltra ea, quæ Charondas confert, Alexander notauit,[a] quod licet ex vna cauſa agatur, & alia penitus diuerſa probetur, ex ea tamen, quæ probata eſt, condemnatio fieri debeat: præſertim in eiuſmodi hypotheſi, qualis ſuperior erat, vbi minor ętas domini d'Aygua expreſſè non negabatur, ſed ſaltem dicebatur, cùm conſiderata qualitate ſua ætatis defectum opponere non poſſe. Quo ſic præſuppoſito remedium pro maioribus introductum ſemper illi ſaluum manſit, vt idem ipſe, qui excluſus eſt veluti tempore, ſibi ſuccedat ex ſucceſſoria parte, ſicut & in ſucceſſorio edicto[b] reſponſum legimus.

ADDITIONES.

[a] *in l. ſi ita ſtipulatus, §. 1. Chryſogonus, de V.O.* [b] *in l. 1. §. ſed videndum, de ſucceſſ. edict. not. in l. licet. C. de iur. delib.*

DECISIO XLII.

ARGVMENTVM.

Mulier minor in dotis conſtitutione læſa in integrum reſtitui poteſt.

SVMMARIA.

1 *Quomodo accipi debeat, quod ex iure traditur, mulierem læſam & circumuentam in dote, reſtitui in integrum poſſe?*

2 *Puella matrimonij capax cenſetur etiam capax eſſe omnium conuentionum & pactorum, quæ matrimonij contemplatione fieri ſolent.*

3 *Minor ſorori ſuæ conſtituens dotem vltra duplum illius, ad quod iure tenebatur, reſtitutus in integrum fuit.*

1 INterpretes iuris ciuilis † admodum & variè ſe torſerunt, quomodo ad vſum & mores, quibus hodie viuimus, & vtimur, applicari & accommodari poſſet illud, quod Vlpianus[a] filiam in dote captam dũ patri conſenſit ſtipulanti, dotem non ſtatim, quam dedit, vel adhibenti aliquem, qui dotem ſtipularetur, putat reſtituendam, iũcto eo, quod alibi reſpondit,[b] in dotis quoque modo mulieri ſubueniri, ſi vltra vires patrimonij vel totum patrimonium circumſcripta in dotem dederit. Plures enim illa reſponſa vna cum ſimili reſcripto Imperatoris Alexandri[c] referunt ad dotem mulieris minoris, quam marito ſuo conſtituit: alij verò pertinere putant ad eum caſum, quo iuxta conſuetudinem aut ſtatutum alicuius loci, quale etiam Tholoſę eſt, vxore prædefuncta maritus dotem lucratur. Si enim tum exceſſus quidam aut inæqualitas conuentionum deprehendatur, ex qua læſio & fraus mulieri eiuſmodi immineat, ea ſi minor ſit, beneficio reſtitutionis in integrum vti poſſe autumant. Vtraque opinio ſatis plauſibilis videtur, atque obſeruari poterit in ſpeciebus facti vrgentes, & idoneas circumſtantias habentibus: vt ea ratione mulieribus captis & circumuentis ſuccurratur, & reſtitutionis in integrũ fauor amplietur. Verum alias in regno hoc & iuxta mores apud nos receptos, facilè fieri poſſet, vt pronunciaretur talem mulierem, beneficium reſtitutionis petentem contra maritum haud audiendam eſſe, cùm nonnulli ex noſtris tradiderint, mulierem etiam minorem, marito vniuerſa & ſingula ſua bona ſine decreto, & auctoritate magiſtratus in dotem dare poſſe, licet alibi Bartolus contrarium docuerit.[d]

Cùm enim capax † matrimonij illa ſit, cenſetur etiam capax eſſe omnium cõuentionum & pactorum, quæ matrimonij cõtemplatione fieri ſolent. Et quamuis per ea, iuxta morem, vniuerſa & ſingula bona ſua in dotem dediſſet: tamen conqueri non poſſet de eo, quod ita in fauorem matrimonij & mariti fecit, cui illud, quod in hoc mundo cariſſimum habere debet, nempe corpus ſuum & perſonam, credidit. Quare exiſtimamus alios allegata reſponſa, & in primis reſcriptum Alexandri melius perpendiſſe; dum ea accipienda eſſe tradiderunt, de muliere † minore, quæ alij, quàm marito, veluti ſorori, nepti, aut alij eiuſmodi perſonæ dotem conſtituit, cui eandem conſtituere ex teſtamento, ſucceſſione, aut alio modo obſtricta erat;[e] adeò, vt ſi lęſam ſe eſſe tũ cõperiat ipſa, vel eius defunctę heredes ad beneficiũ reſtitutionis in integrũ licitè 2 3

ADDITIONES.

[a] *l. denique, 3. §. ergo, de minor.* [b] *l. ſi ex cauſa, §. 1. eodem tit.* [c] *l. vnic. C. d. ſi aduerſ. dot.* [d] *in ſuis quæſtionib. quæſtione 7.* [e] *d. l. vnic. C. ſi aduerſ. dot.*

licitè intra tempus conſtitutum recurrere poſſint,cùm ex reſcripto Auguſti ad populum huiuſmodi conſtitutio ſic à muliere minore facienda per inquiſitionem iudicis,probationémque cauſæ & interpoſitionem decreti procedere debeat,vt fraudi locus non ſit.[a] Vnde etiam cùm Dominus de la Boiſſiere minor vigintiquinque annis ſorori cum Domino de Cayrac matrimonium contrahenti dotem triplo ampliorem conſtituiſſet, quàm legatum ſorori à patre relictum, aut eo repudiato legitima valuiſſet, atque poſteà conſtitutionem illam dotis, quatenus legatum aut legitimã excederet, caſſari & reſcindi coram Seneſcallo de Carcaſſonne,aut eius vices gerente contra ſororem,ciúſque maritum petiiſſet:iſque excepiſſet matrimonium ſine dote illa aliàs non contractum fuiſſe, atque tandem à ſententia Seneſcalli ad curiã noſtram prouocaſſet: eiuſdem arreſto IX.Februarij, Anno M.D.LXXXVII. ad relationem Domini Cyron(qui iam Præſidis munere in prima Camera inquiſitionum fungitur) ſententia Seneſcalli confirmata, atque Dominus de la Boiſſiere in integrum reſtitutus fuit.

ADDITIO.

a *l.lex,quæ tutores,verſicul.præcipimus, C.de adminiſtr.tutor.*

DECISIO XLIII.

ARGVMENTVM.

Legatum legitimæ loco relictum, cuius ſolutionem certis pater præſtationibus diſtinxit,filia inuita haud agnoſcere tenetur,ſed eo repudiato legitimam petere poteſt.

SVMMARIA.

1 *Minor in integrum reſtitutus fuit cõtra conſtitutionem dotis à curatore ſuo ſorori ſine decreto, & cauſa cognitione factam.*

2 *Curator tamen ille condemnatus fuit,vt ſorori ſexcentas libras Turonenſes eidem à patre legatas,vna vice præſtare deberet,niſi legitimam illa accipere mallet.*

3 *Error quorundam iudicum ſubalternorum, qui arreſtum illud malè interpretati fuerunt.*

SVperioribus quoque affine eſt aliud arreſtum, quod in ſequenti † hypotheſi
1 prolatum fuit: Iacobus le Fargues mercator oppidi de S.Cere en Quercy,vxorem habens Catharinam la Veyrie, in vltimo elogio ſuo,Anno M.D.XLV. condito heredem vniuerſalem inſtituit filium ſuum Franciſcum le Fargues, & filiæ Margaritæ ſexcentas libras Turonenſes cum veſtimẽtis nuptialib⁹ legauit,eo modo,vt quadringentæ atque veſtes ſtatim tempore nuptiarum præſtari; reliquæ autem ducentæ ad dies diſtinctos. & expreſsè definitos ſolui deberent.Cùm etiam Catharina vxor prægnans eſſet naſcituro poſthumo vel poſthumæ,aut ſi plures naſcerẽtur,cuilibet eorum tantum præſtari voluit,quantum filiæ legaſſet. Patris poſt obitum poſthumus naſcitur, ſed hoc etiam decedente relicta teſtatoris vidua Frãciſco la Seguaire ciui prædicti oppidi nubit,Vitricus priuignæ deinde conditionem quærit, atque eã ciui prædiuiti Bernhardo Vernhol Anno M.D.LX. in matrimonium elocat. Apud curatorem itidem prædicti Franciſci Stephanum la Borie impetrat,vt octingentæ ipſi libræ loco dotis conſtituantur,quæ cũ veſtibus nuptialibus pro omni ex bonis paternis debito commodo,pro legitima & huius ſupplemento, atque etiam prò iure in hereditate poſthumi (cui Margarita cum fratre Franciſco & matre Catharina æqualiter ſuccedere,atque tertiam bonorum illius partem habere potuiſſet) & tandem pro ſemiſſe illorum bonorum,quorum proprietatẽ mater ob tranſitum ad ſecundas nuptias amiſerat,ſolui deberent. Antequã autẽ hic tractatus ſuum effectum conſequitur,nouiter nuptæ frater Franciſcus,& ipſe vxorem ducit,filiam notarij,cuius alter gener,filiæ natu maioris maritus rabula & rixarum forenſium promotor Franciſco affini ſuadet, ne conſtitutionem illam dotis à curatore factam ratam habeat. Ipſemet etiam curator ad litem affinis conſtituitur, atque huius nomine quadringentas libras ſtatim offert, cæteras ad præfinitos dies ſe ſoluturum promittit, idque vigore paterni teſtamenti. Verùm à Margarita obiicitur dotem ſibi octingentarum ſtatim poſt nuptias ſoluendarum auctoritate curatoris, & conſenſu omnium propinquorum conſtitutã, nec conſtitutione illa Frãciſcum vllo modo læſum fuiſſe: cùm ipſa legitimæ loco † nonam in omnibus bonis paternis partẽ ſexcẽtas ferè à patre relictas conſtituentẽ, atque vlterius legitimæ ſeu legati fratri, poſthumo relicti trientem, necnon tertiæ partis, in qua dicto poſthumo mater ſucceſſerat, & cuius proprietatem ob ſecundas nuptias perdiderat, ſemiſſem habere deberet

deberet

deberet: atque ideò ſatis iuſtam cauſam ſubeſſe, cur legato à patre relicto ducentæ adhuc adiiciendæ ſint. Cùm autem à iudice ordinario, vel eius vices gerente, coram quo hęc cauſa agebatur, ſententia quædam prolata, eáque à iudice d'Appeaux, qui modo Seneſcallus au Vicomté de Turenne eſt, atque à Seneſcallo de Quercy, aut eius vices gerente, au ſiege de Martel confirmata, indéque à prædicto curatore ad parlamentum appellatum fuiſſet, illud arreſto ſuo XIV. Martij, Anno M.D.LXI. appellationem, illúdque vnde appellatum fuerat, & priorum iudicum ſententias caſſauit, atque retinẽs cauſæ cognitionem pronũciauit, curatorem Franciſci legatum ſexcẽtarum vna vice, & intra tres menſes à die latæ ſẽtentiæ Margaritæ pręſtare debere, niſi hæc è bonis paternis legitimam vnà cum omnibus fructibus à morte patris perceptis accipere mallet. Quod quidem ipſius arbitrio optioni relictum fuit, ita tamen, vt intra prędictum trium menſium ſpaciũ declararet, vtrum legatũ, an verò legitimã habere vellet. Additum item fuit, quod ius petẽdæ portionis ex hereditate fratris poſt humi ſaluũ nihilominus ipſi eſſe deberet. Cõſtabat enim legitimæ loco ad minimũ ſexcẽtas illas libras legata deberi. Nec quicquam obſtat, quòd pater filiæ legitimam ita præſtari voluerit, vt duæ eius partes prima vice, reliquus verò triens duabus diſtinctis vicibus ſolui deberet. Cõditio enim legitimæ adiecta, vel dilatio vel alia diſpoſitio moram vel quodcunque onus introducẽs tollitur, & ita res procedit, quaſi nihil eorum teſtamento additum eſſet.[b] Verum alia hinc reſultat quæſtio, vtrũ hoc adeò generatim procedat, vt ſemper poſthabita patris diſtinctas fieri ſolutiones iubentis voluntate filius legatarius integrũ legatum prima vice petere & cõſequi poſ-
3 ſit. Et quidã † hoc defenderunt.[c] At ſanior aliorũ opinio & diſtinguẽtiũ vtrũ legatũ legitimę reſpõdeat, an verò hac amplius ſit.[d] Nam poſteriori hoc caſu, quando legatũ legitimam excedit, iniquum quodãmodo videtur, id ſtatim prima & vna ſolutione pręſtari, vtpote cũ veriſimile ſit, ideo teſtatorem certas & diſtinctas dies ſolutioni adiecisse, vt quod erat in augmento dilatione quodammodò minueretur,[e] cùm & tempore minus ſoluatur, & propterea reſponſum fuerit ſolidum ſolui nõ minus die quàm quantitate. Quare etiam haud ſubſiſtere poterit, quod nonnulli ſtatuunt eiuſmodi legatum prima ſolutione vſque ad quantitatem legitimæ pręſtandum eſſe. In qua opinione & errore imperiti quidã iudices, à quorum ſententiis ad parlamentum noſtrum prouocari ſolet, fuerunt.

ADDITIONES.

[a] Et quidem non immeritò. Haud enim cogi poteſt fil.[9] inuitus, vt relicto ſibi à patre legato legitimæ loco cõtẽtus ſit, ſed illo repudiato legitimã licitè petere poteſt. [b] *l. quoniam, in prioribus, C. de inoff. teſtamen.* [c] *l. vt ſi cui, 12. de V. S.* [d] *l. ſolidum, 85. de ſolut.* ordine inuerſo vulgatę lectionis correcto ex ſententia viri Clar. D. Petri Fabri nobis inprimis colendi & venerandi. *1. ſemeſtr. 23.* [e] *l. fundi partem, de contrahen. empt.*

DECISIO XLIV.

ARGVMENTVM.

Minor XXV. annis legitimam perſonam ſtandi in iudicio non habet.

SVMMARIVM.

1 *Si minor, qui in iudicio ſtetit, & cui curator datus non fuit, condemnatus poſtea appellet, nullúmque aliud grauamen prætendat, quàm quòd proceſſus ex eo capite nullus ſit, quòd ipſe curatorem non habuerit; quid agi debeat?*

MINOR quidam † vigintiquinque annis, in iudicium vocatus, coram cõpetenti iudice ſe ſiſtit, cauſam ſuam inſtar maioris defendit, minorem ætatem haud allegat, neque ei à iudice curator ad litem datur. Tandem verò condemnatus ad parlamentum appellat, grauaminis loco ſaltem allegans, quòd proceſſus coram priori iudice factus planè nullus ſit, eo quòd ipſe nullum curatorem ad litem habuerit. Quęſtionis igitur eſt, cùm nullum aliud grauamen allegari poſſit, an condemnatoria prioris iudicis ſententia contra minorẽ appellantem confirmanda ſit. Et Charondas[a] quidem ſæpius pro affirmatiua indicatum fuiſſe teſtatur, cùm iuxta vulgatam iuris regulam, minoribus non paſſim ſubueniatur, ſed cauſa cognita ſi capti eſſe proponãtur.[b] Verũ regula iuſta haud obſtãte, nihilominus nullitas proceſſus ex prædicto capite rectè obiici poteſt, cũ DD. Diocletianus

ADDITIONES.

[a] *libr. 3. reſponſ. cap. 62.* [b] *in l. verum. §. ſciendum, de minor.*

fuiſſe, quod ad ſuam relationem, curia noſtra pronunciarit, idem Ioſſe in ſuis aduerſariis, ex quibus hæc depromſimus, notauit. Nos equidem cùm arreſtum illud proferretur, præſentes non fuimus, neque votum noſtrum dedimus, quamuis in eadem ſecunda Camera inquiſitionum, cuius tam crebram mentionem facimus, officio noſtro tum fungeremur. Exiſtimauimus autem in hypotheſi illa ſolã allegationem minoris ætatis, ſine vera probatione aut vrgentibus indiciis fuiſſe. Alias enim difficultate res non caruiſſet, quemadmodum in ſequenti deciſione dicetur.

DECISIO XLVI.

SVMMARIA.

1 *Pẽdente cauſa reſtitutionis in integrum omnia in ſuo ſtatu permanere debent, & quare?*

2 *Solemnitates & auctoritates actuum pubicorũ vera fundamenta ſunt conſignationum.*

3 *Dn. Rebuffus deceptus fuit, & quomodo?*

IN eadem igitur materia ſequens dubium occurrit: Quidam, cui certus reditus vẽ-
1 ditus, aut certa penſio † conſtituta, vel certa iura conceſſa fuerant, vt iis ad certum tempus, vel in perpetuum plenè & pacificè frueretur, contra eum, cum quo ita contraxerat, diploma regium impetrarat ad eũ finem, vt contractus iſte caſſaretur, & reſcinderetur, atque petierat, vt ipſe interim pendente lite iuribus illis fiduciariè, & in modũ prouiſionis frueretur, atque ſibi reditus nondum ſoluti ab aduerſario præſtarentur. Huius igitur poſtulatio, an audienda eſſet, quæſitum fuit? Et ſanè negatiuè reſpondendum eſſe videbatur, propterea, quòd effectu contractus gaudere nequeat, qui eundem impugnat,[a] ſicque tacitè ei renunciat, atque petitiones planè contrariæ ſint, poſtulare, vt ex contractu quid conſequamur, atque vt idem caſſetur, & reſcindatur. Verum nihilominus cùm pendente cognitione reſciſſionis res in priſtino ſtatu, tam quoad petitorem, quàm quoad defenſorẽ remanere debeat, propter præſumtionem pro contractu iſto ſemper militantem, donec ex pleniori cauſæ cognitione aliud appareat, ad noſtram relationem in cauſa Caineufue cõtr de ſainct Lary menſe Decembri, Anno M.D.LXXX. à parlamento noſtro iudicatum fuit, quod modus ille prouiſionis non ſolum quoad defenſorem & contractum ſeruari petentem, ſed etiam quoad impetrantem atque reſciſſionem contractus vrgentem locũ habere deberet. Idem quoque poſtea parlamentum Pariſienſe iudicauit, quemadmodum duobus in locis Charondas teſtatur.[b] Quæ arreſta vera & perſpicua ratione ſcripta nituntur, iuxta quàm poſtulata in integrum reſtitutione omnia in ſuo ſtatu eſſe debere, donec res finiatur, perſpicui iuris eſt.[c] Quamuis enim cauſæ reſtitutionis in integrum plauſibiles & fauorabiles admodum ſint; attamen earum fauor eo non extenditur, vt elidere, vel etiam infirmare ſaltem poſſit præſumptionem, quæ militat pro illo rei ſtatu, qui impugnatur,[d] donec aliud, probatum vel iudicatum fuerit. Vnde etiam fieri videmus, ſi poſt factam chirographi recognitionem, de eiuſdem tenore inter partes litigantes longior diſputatio oriatur, quod eiuſmodi prouiſio ſub cautione decerni ſoleat. Hócque fieri ſecundum iuriſdictionis formam dicitur, quæ ſtatum negotiorum conſeruat, fouet, ac interim quaſi ſuſtinet, impoſitíſque cautionibus futuris ſucceſſibus prouidet, ne in poſterum iure quis conqueri poſſit.[e] Quẽadmodum ergo pendente inſtantia reſtitutionis in integrum alienatio rerum, de quibus quæſtio eſt, prohibita & interdicta cẽſetur in fauorem minorum, adeò vt partem aduerſam, quæ prouiſionem interim impetrauit, ſufficienter cauere oporteat, quod nullum minoribus præiudicium facere velit, (quemadmodum etiam veroſimile eſt à Seneſcallo in dicta conſignatione in fauorem Valioch arreſto curiæ confirmata decreuiſſe) vel etiam res petita apud actuarium aut tertium quempiam deponi, & non niſi idoneè caueenti tradi debeat: ita quoad ipſos minores in ſuo ſtatu interim permanebit omne illud, quod pẽdente & durante inſtantia reſtitutionis in integrum, quam petierunt, fecerint, & quomodo illud fecerint. Nec cautiones eo nomine neceſſariæ videntur.

Si enim

ADDITIONES.

[a] *c. ex eo non debet, de R. I. in 6. cap. cùm olim, ext. de cenſib. l. Papinianus, §. meminiſſe, de inofficioſ. teſtam.* [b] *lib. 5. reſp. cap. 3. lib. 7. cap. 76.* [c] *l. 1. C. in integr. reſt. poſtul. ne quid non. fin.* [d] *l. 2. C. ad l. Cornel. de falſ. cap. ſuſcitata, de in integr. reſtitut.* & ibi gl. in verb. *penſata, c. accepimus, de fid. inſtr. l. 1. §. ibidem, ad exhib.* [e] *l. in fraudem, C. de leg. l. fin. C. de pet. her. cum ſimil.*

Si enim victoriam obtinebunt, veroſimiliter aliquid amplius lucrabuntur; ſi verò ſuccumbent, actus de quo quæſtio eſt, ſaluus remanebit, nec illud, quod eius contemplatione acceperunt, repeti poterit cū nihil aliud, quā ſuum propriū acceperint. Quo etiam referri poteſt aliud arreſtum à Papone adductum,[a] quo à parlamento Pariſienſi iudicatum fuit, quòd pendente cauſa reſtitutionis in integrum, quàm minor, vel etiam maior petiit, ſi contractus ab impetrante ſuſtineri nequit, emptori & defenſori ad minimum per modum prouiſionis precium ſuum tradi, & de damnis atque intereſſe caueri debeat, iſque viciſſim cauere teneatur, quod eo caſu, quo contractus validus & firmus pronunciabitur, precium reſtiturus ſit.

Manet igitur hoc firmum, quòd pendente iudicio reſciſſorio contractus interim ſuſtineatur, &. quidem per ſententiam præambulam, atque antequàm defenſor procedere teneatur, quemadmodum hoc Papon aliis arreſtis parlamenti Pariſienſis, Anno M.D.XIII. & Anno M.D.LIV. prolatis confirmat.[b] Illud tamen ita verum eſſe intelligi debet, ſi principalis qualitas, ob quam reſtitutio in integrum petitur, ab aduerſario negetur, vel de ea controuertatur, atque aliunde, quàm ex aſſertione impetrantis nihil appareat. Alias enim, ſi vel ex conuerſione partis aduerſæ, vel etiam aliunde ſatis conſtet, quod reſtitutionem petens minor ſit, ſaltémque de læſione adhuc dubitetur, tum ei precium refunderi per modum prouiſionis illud, quod alienauit, reſtitui debet, quēadmodum parlamentum Pariſienſe 29. Februarij, Anno 1509. teſte Papone[c] pronunciauit. Quare adeò mirum videri non poteſt, quòd dicto arreſto præcedētis deciſionis ad relationem. D. Ioſſe prolato, cùm reſtitutio ob minorē ætatem peteretur, ſicq; contractus planè nullus ipſóque iure improbatus videretur, conſignatio illa decreta fuerit. Nam nullitati illi contradicebatur, atque ideo de ea cognoſci oportebat. Sicque in altero illo caſu reſtitutio itidem ob talem, vel potius maiorem nullitatem petebatur: cùm contrahentem furioſum, & quidem eo ipſo tempore, quo contrahebat, fuiſſe diceretur.

Quamuis enim in diſpoſitione legis, quantumcumque generali, intelligatur in eſſe diſponentis habilitas, vt niſi idoneus & habilis ad diſponendum quis fuerit, diſpoſitio non conſiſtat,[d] eámque ob cauſam nonnulli tradant modum prouiſionis peti non poſſe contra eum, qui ipſemet, vel cuius auctor tempore contractus furioſus fuiſſe perhibetur,[e] ſicque à ſupremis Franciæ curiis pronunciari, ſe obſeruaſſe Imbertus teſtetur: tamen nō ſolum pro contraria ſententia à Papone[f] arreſta allegantur; ſed etiam per ſe euidens eſt, vt de qualitate illa negata, tanquam maximè principali, & cuius intuitu totus actus vitioſus dicitur, amplius quoque cognoſcatur, præſertim cùm nulla diuerſitatis ratio dari poſſit, cur non idem quoad hanc qualitatē obtinere & obſeruari debeat, quod quoad ſimiles qualitates obtinet & obſeruatur, atque hoc etiam caſu ob interpoſitas cautiones res in tuto maneat.

Etenim ſicut nullum eſt, aut factum non dicitur, vt duret factum, quod ab eo, qui non poteſt, actum eſt:[g] pari ratione illud idem dicitur, quod ab eo, qui poteſt vitioſè, aut non, quo oportet modo tentatum proponitur. Nam vndique ſunt iuris anguſtiæ, quæ cauſa cognita examinandæ legitimè ſunt, geſto tamen manente publica auctoritate firmato, ſtatúque rerum non renouato. Ob quam etiam potiſſimum cauſam Chaſſaneus in commentariis ſuis ad conſuetudines Burgundiæ[h] ſcriptum reliquit: mulierem abſque viri auctoritate publica ſcriptura, ſiue inſtrumēto guarentigiæ obligatam ad impediendum guarentigiæ effectum, ſeu garniſionem manus (vt vocat) ſi ſe abſque viri auctoritate contraxiſſe opponat, non eſſe audiendam, quamuis ex ſtatuto municipali mulier ſine viri auctoritate contrahere nequeat,[i] & ſtatutum omnem exceptionem remouens eam non excludere cenſeatur, quæ ex contrahentis inhabilitate conſiſtit. Quod probabiliter colligi poteſt apud nos in prædictis & ſimilibus caſibus in vſum reuocatum fuiſſe, propter † ſolemnitates & auctoritates actuum authenticorum: 2 ne quæ iuris publici executionem habent, ludibrio eſſe poſſent, commentóque callido ac ſtratagemate forenſi veteratorio, vt Budæus noſter dicere ſolebat, eluſoria redderentur.

Ad reſe-

ADDITIONES.

[a] *tiltre des prouiſions arreſt.* 32. [b] *aud. tiltre, des prouiſions arreſt.* 28. [c] *au tiltre des mineurs, arreſt* 4. [d] Bartolus *in l.1.C. de Sacroſ.Eccleſ.* [e] Papon *articulo vlt. au tiltre des prouiſ.* [f] *aud. tiltr. arreſt.* 31. [g] Petrus Rebuffus *in com.ord.reg.tit.de reſciſ.contract.gloſſ.4.in fin. & in ſtyl.parlam. articul.*40. [h] *l.quoties, qui ſatiſd.* [i] *tit. des droicts appartenans à gens mariez*, §.1.

Ad reſecandam etiam teſtium facilitatem, per quos multi veritati cõtraria perpetrantur, illud ipſum ad mores noſtros perductum videri poteſt, [a] ita vt quemadmodum iuris ciuilis ſeueritas probationẽ ſolutionis debiti ſcriptura contracti alia ſcriptura aut quinque idoneis ac ſummę & integræ opinionis teſtibus, ſe præſto fuiſſe ſolutioni celebratæ ſub præſentia ſua cum Sacramenti religione deponentibus duntaxat, & recipit & admittit: ſic & in hac, de qua agimus, ſpecie eam tantum admitti exceptionẽ moribus noſtris didicimus, quæ ſcripto publico; ſiue ipſius creditoris ſyngrapha mox oſtendi poſſit.

Atque ex hiſce omnibus facilè colligi poteſt lapſum † fuiſſe Dominum Rebuffum, dum inter leges in Francia abrogatas rubricam illam Codicis retulit, [b] in integrum reſtitutione poſtulata, ne quid noui fiat: eo quòd, pendente lite (inquit ille) reſtitutionis in integrum contra arreſtum aliquod petitæ, tale arreſtum, iuxta curię ordinationem, executioni mandari ſolet.

3

Tantum abeſt, vt ea ratione aliquid innouetur, quin potius conſtitutioni ſub allegato titulo poſitæ exactè ſatisfieri cenſeatur, in qua, quod poſtulata in integrum reſtitutione omnia in ſuo ſtatu eſſe debeãt, donec res finiatur perſpicui iuris eſſe dicitur; in ſtatu, inquam, ſuo, quo ſtare omnia cernentur & videbuntur tempore reſtitutionis in integrum poſtulatæ, donec res finiatur, id eſt, reſtitutionis in integrum cauſa cognita, aut res in ſtatu ſuo firmetur, aut tanquam reſtitutioni obnoxia de gradu veluti ſuo deiiciatur, priſtinæque formæ ac primæuo & naturali ſtatui res ipſa ſalua ſiſtatur. Quod aliter fieri nequit, quàm per executionem prouiſionalem pẽdente proceſſu reſtitutionis, & ſine eiuſdem præiudicio.

ADDITIONES.

[a] Ludouicus Romanus *conſil. 4.* Bartolus *in l. 1. §. 3. quod vi aut clam l. teſtium facilitas, Cod. de teſtibus.* [b] *in procem. comment. conſt. regiar.*

DECISIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Garniſiones autem iſtæ & conſignationes impediuntur, ſi petitori quoad factum principale iuramentum deciſorium deferatur.*

QVidam † iuriſdictioni Seneſcalli du Puy, ſubiectus per inſtrumentum authenticum, & regio ſigillo munitum mercatori cuidam certæ quantitatis nomine ſe obligarat, cúmque lapſo ſolutioni deſtinato termino interpellationem creditoris & executionem metueret, eundem a Seneſcallo du Puy, aut eius vices gerente citari curat, atque inſtrumentum illud cancellari petens eo nomine diploma regium impetrat ad narrationem facti admodum vigẽtis, ſi legitimè probatum fuiſſet. At creditor per procuratorem comparens facto illi contradicit, & antequam vlterius ſe defenderet, cõſignationem quantitatis in inſtrumento illo comprehenſæ fieri petit, ſeque ad ſolitam atque à iure requiſitam cautionem offert. Impetrans verò contrarium aſſerens, vt demonſtraret ſe non morandæ ſolutionis ergo ad hoc remedium confugiiſſe creditori iuramentum litis deciſoriũ quoad facta principalia deferebat; quorum vnum & præcipuum in eo conſiſtebat; quòd ipſe, qui debitor eſſe dicebatur, nihil vnquam à prætenſo creditore, aut alio eius nomine de pecunia in inſtrumento comprehẽſa recepiſſet, ſed res ita ſe haberet, nempe ad preces creditoris illius qui à tertio quopiam rogabatur, vt quantitatem pecuniæ, quam eo præſente ſuperioribus diebus receperat, ei crederet inſtrumẽtum illud à ſe conſcriptum fuiſſe, vt creditor illud producens dicere ſe illam quantitatem alij iam mutuò dediſſe, eáque ratione à tertij illius compellatione liberari poſſet: atque ſibi creditorem viciſſim promiſiſſe, quòd inſtrumẽtũ illud, quãdo poſtularetur cancellaturus, nihilque vnquam ex eo petiturus eſſet; cúmque maioris ſecuritatis ergo aliud ſibi inſtrumentum, cui talis promiſſio inſerta erat, dediſſe, ſed à ſe caſu fortuito inter alias nonnullas chartas combuſtum fuiſſe: quod cùm prætenſus creditor paucos poſt dies intellexiſſet, cum hanc litem ſibi mouiſſe, cùm antea ſemper tacuerit, atque terminis ſolutioni deſtinatus diu lapſus fuerit. Verùm procurator creditoris contrarium allegans antè omnia conſignationem illam fieri vrgebat, atque iuramentum ſaltem ideò deferri, vt merita cauſæ protelarentur, dicebat. Cúmque ipſemet creditor deinde poſt aliquot dies negotiationis gratia in peregrinas oras profectus fuiſſet, atque ideò delatum iuramentum non acceptare, neque aliud quippiam fieri poſſet; Seneſcallus inſuper habita iuramenti delatione conſignationẽ in manus illius procuratoris ſufficienter & 1

idoneè cauentis fieri debere decreuit. A quo decreto impetrans & debitor ad parlamentum prouocat. Cúmque ibi cauſa poſt octo ferè menſes ab interpoſitione decreti lapſos ad relationem Dn. Topinhon iudicari deberet, diuerſæ Dominorum iudicū, ob diuerſa illa præiudicia non ſolum parlamenti Tholoſani, ſed etiam aliarum ſupremarum regni huius curiarum ſuperius à noſtis allegata opiniones fuerunt. Tandem verò cùm curia intelligeret, ipſummet creditorem illum Tholoſæ iam eſſe, aliarúmque litium nomine, quas coram parlamento habebat ſollicitare; decreuit: vt quidam ex Dominis Senatoribus deputaretur, qui ſummariè vtramque partem, quoad delationem iuramenti deciſorij audiret. Quod cum poſtero die factum, atque commiſſio illa à curia nobis delata fuiſſet, creditor delatum ſibi iuramentum acceptauit, & ſolemniter præſtitit, omniáque, quæ debitor propoſuerat, expreſſè negauit.

Iuramento igitur præſtito parlamentū appellationem, illúdque vnde appellatum fuerat, caſſans atque cauſam principalem euocans eiúſque cognitionem retinens interlocutoriam Seneſcalli ſententiam indefinitiuam conuertit, & debitori, vt intra quatuor menſes petitam quantitatem ſolueret iniunxit. Dominus Imbertus quoque in inſtitutionibus ſuis forenſibus ſimilem quæſtionem attigit, atque in hanc ſententiam, quæ prędicto arreſto prȩiudicata fuit, deſcendere videtur, in hypotheſi ſcilicet, in qua creditor in propinquo degeret, aut etiā iudicio adeſſet; ob idque principali diſceptationi huiuſmodi delatio iuriſiurandi pauxillum moræ tantummodo afferret, quaſique cognitionem repræſentaret, hodiéque, ſi offeratur promptior diſceptatio; ita & hodie agi debeat, vt cauſa potius ſemel ſuo fato fungatur, quam ſæpius confoſſa langueſcere videatur.[a]

ADDITIO.

[a] *arg. l. ſi is, à quo, vt in poſſ. legat.*

DECISIO XLVIII.

ARGVMENTVM.

Subhaſtatio bonorum ſolitam conſignationem non impedit.

SVMMARIVM.

1 *Quando debitoris bona capta & ſequeſtro poſita fuerūt, fieri poteſt, vt, ſi cauſa ita ferat, decernatur creditorem ſub idonea cautione fructus bonorum captorum è ſequeſtrorum manibus accipere debere.*

VErum, an materia ſubhaſtationum, ſi bona immobilia debitoris † capta, & 1 iuxta ordinationem ſequeſtrata fuerint, cōſignatio prædicta locum habere poſſit, ſi interim debitor diploma regium ad caſſandum contractu & obligationem obtinuerit? aliquādo in dubium vocatum fuit; tum quod eo in caſu creditor tenebat immobilia debitoris ſui, quæ haſtæ ſubiiciebantur; tum quod talem nullitatis obiectionem quodammodo conſiderari debere videbatur ad impediendam illam cōſignationem. [a] Atque pro negatiua quæſtionis illius reſolutione Dominus Papon arreſtum parlamenti Pariſienſis X. Maij, Anno M. D. XLI.[b] & aliud XXV. Iunij, Anno M. D. XXXVI. à parlamento Burdegalenſi [c] prolatum affert: nóſque idem a parlamento noſtro ſæpius iudicatum fuiſſe libenter fatemur. Quæ tamen præiudicia non adeò firma videntur, vt inde generalis quędā cōſequentia, legis inſtar obtinens duci poſſit, præſertim in obligationibus, vbi expreſſè clauſula hæc inſerta fuit, vt debitores prius audiri non debeant, quàm ſi quantitatem petitam conſignarint & depoſuerint. Tum enim, cùm in ſtatu ſuo ſemper maneant obligationes ab initio voluntariæ, non in alium locum remittuntur, aut potius in aliud tempus non reiiciuntur.[d] Neque enim id mereri videntur, qui ipſi ſibi neceſſitatem obligationis impoſuerint. Cùm igitur ita ſe arctauerint, nihil eſt, quod iuſtè conqueri poſſint.[e] Sic fit, vt, ſi mulier contra patronum ſuum ingrata facta, ſciens ſe ingratam, cùm de ſuo ſtatu periclitaretur, aliquid patrono dederit vel promiſerit, ne in ſeruitutem redigatur, ceſſet edictum de eo, quod metus cauſa, quia hunc ſibi metum ipſa infert.[f] Eadem ratione fit, vt iniuriam debitor prætendere non poſſit, ſi pendente in integrū reſtitutionis lite fideiuſſoribus idoneis datis ad ſolutionem veluti veſtrò duplici

ADDITIONES.

[a] *l. 1. §. parui refert, quod vi aut clam.* Bartolus *in l. 4. §. condemnatum, de re iud.* [b] *tit. des criées arreſt 17.* [c] *au tiltr. des prouiſ. arreſt. 23* [d] *l. ſi fideiuſſor. §. 1. qui ſatiſd. cog.* [e] *l. 2. § ſi quis tamen. ſi quis caut.* [f] *l. ſi mulier, de eo, quod met. cauſ.*

duplici percellatur, [a] cùm ex obligatione in id concepta, addictorúmque nexu inito pignoribus ablatis, boniſque, vt dicunt, captis iniecta manu liceat pignorari, [b] id eſt, corporis prehenſione retinere; adeò, vt poſtea eiuſmodi debitor, eiúſve capta bona inuito creditore, ne ſub cautione quidem, relaxari queant, [c] cùm ob nullam aliam cauſam prehenſa & capta fuerint, quàm, vt tædio perpetuæ cuſtodiæ aut vexationis extorqueretur ab eo debitum; quódque bonis moribus introductum eſt, ad effectum ſincerè, nullóque fuco adhibito aut exquiſito perduceretur. [d] Sicque aſſueſcere oportet homines iuris auctoritatē ac numina reuereri, maieſtatémque ſummi imperij conſeruare. Nam poſtea in cauſæ principalis diſquiſitione ad normam iuſtitiæ exactioris omnia flectentur, ad verſutiámque negotij omnem dependendam, vbi opus erit, aderunt fideiuſſores, idcirco in id accerſiti, vt omnem huiuſce rei aleam in ſe ſuſcipiant: & exinde momentaneum quaſi parui momenti, aut nullius ferè præiudicij dicitur, quod fiduciariè ac per modum prouiſionis, vt dicũt, erogatur ac traditur, quamuis diſſimulandum non ſit, quoſdam eſſe, qui, ſi ſemel occuparint, polyporum more, vbi quid attigerint, tenent, nihilque non moliantur, quo id iure aut iniuria retineant, quod ſemel habuerint: adeò, vt facilius vel Ioui fulmen, vel Herculi clauam extorquere, vel Homero verſum ſubtrahere, quaſi cenſendum ſit, quam ſemel iuris colore quæſita ab iſtis Planis forenſibus repetere. Vnde remedia iuris veluti Gordio quodam nodo coniuncta cùm ſalute publica, quæ ſuprema lex eſt, ſummúmque locũ obtinet, cautiones introduxerunt, vt ea ratione creditores eò facilius à moroſis debitoribus ſuum conſequi poſſent, qui alias per multos litium mæandros Echinum partum (vt dicitur) differre, ſed maiore malo ſolent. Multo cõmodiorem autem occaſionem diuerticulis iſtis vtendi haberent, ſi bonis ſubhaſtatis ad prædictam conſignationem cogi nõ poſſent, cum bonis ideò captis, vt ſubhaſtētur, non creditores, ſed ſequeſtri iuxta ordinationem regiam frui, atque hi etiam ſæpiſſimè per ſubornatos quoſdam à debitoribus turbari, imò interdum ipſi cum debitoribus in maximum præiudicium & perniciem creditoris colludere ſoleant. Quare interdum curia noſtra Tholoſana mota fuit, vt omnibus, quæque decent, quæque oportet, æquitate diſceptatrice examinatis, in eiuſmodi materiis ſubhaſtationum, ſi lis propter oppoſitiones aut alias cauſas protraheretur, ordinarit, loco illius conſignationis idoneè cauentem fructus è manibus ſequeſtrorum accipere, atque ſub manu regis & curiç tenere debere, donec aliud fuerit decretum. Quod remedium merito poteſt profectum eſſe à vera & ſyncera iuſtitia, quam curia noſtra ſemper atque inprimis contra vitilitigatores & rabulas forenſes exercere conſueuit.

ADDITIONES.

[a] *Ordin. ling. Occitan. artic. 35. & arreſt. Senat. Pariſienſ.* X. Aprilis, Anno M.D. XXXVII. auth. Rebuff. *in comment. ordina. de lit. oblig.* [b] *c. fin. §. vlt. vt lit. non conteſt.* [c] gloſſ. ſing. *in l. vlt. §. fin. ſi cert. pet.* [d] *arg. l. is, qui legatorum, vt in poſſ. legat.* [e] Plautus *in Eucl.*

DECISIO XLIX.

ARGVMENTVM.

Contumacia eius, qui ad conſignationem condemnatus parere recuſat, aliis legitimis remediis coercetur.

SVMMARIA.

1 *Nunquid conſignationem idoneè caventi facere condemnatus, ſi ſententia intra legitimum tempus parere recuſet condemnari denuò poſſit, vt illam ſimpliciter, & nulla prius accepta cautione faciat?*

2 *Olim ob eiuſmodi contumaciam ſententia prouiſionis in definitiuam conuertebatur.*

3 *Hodie leniores modi à parlamento Tholoſano introducti & recepti ſunt.*

4 *Arreſtum parlamenti Burdegalenſis.*

5 *Illud tanquam paulo rigidius à curia Tholoſana non approbatur.*

DE conſignationibus prouiſionalibus earundémque vtilitate iam diximus. Illud autem modo quæritur, ſi decretum fuerit, †vt debitor ſolutionem falsò obiiciens, vel aliam eiuſmodi exceptionē opponens & obligationem vigore impetrati diplomatis caſſari petens, interim petitam quantitatem conſignet, inque manus creditoris idoneè cauentis tradat, & talis debitor poſt præſtitam aut oblatam à creditore cautionem contumax ſit, ac quantitatem ita cõſignare & tradere recuſet, denuò decerni poſſit, vt in contumaciæ pœnam 1

etiam nulla accepta cautione conſignatio-nem illam facere tenetur? Sanè pro affir-matiua quæſtionis huius reſolutione arre-ſtum à parlamento Pariſienſi X I I. Aprilis, Anno M.D.XXVI. prolatum fuiſſe Dn. Pa-pon teſtatur. [a] Verū difficulter illud à cu-ria noſtra recipi, confirmari & approbari poterit, quæ ſemper cautiones illas prius interponi vult. Quid verò cõtra contuma-cem eiuſmodi debitorem agendum, vt eius contumacia & proteruia legitimè coerceа-tur? Arreſtum quoddam† parlamenti Tho-loſani VIII. Februarij, an. M.CCCCLXVI. prolatum Dominus Aufrerius recenſet,[b] quod etiam à Domino Papone [c] refertur, quo eiuſmodi debitor contumax atque de-cretam conſignationem prouiſionalem fa-cere recuſans pœnę loco cõdemnatus fuit, vt definitiuè quantitatem petitam cre ditori ſoluere, ſicque omnibus ſuis exceptioni-bus, prętenſione ceſſationis, aliiſque contra obligationem ſeu contractum adductis defenſionibus priuari & carere deberet. Et ſanè liberè fatemur, quod nondum qua-draginta anni lapſi ſint, cùm iudices infe-riores & ſubalternos reſſortus noſtri par-lamenti, iuxta prædictum arreſtum pro-nunciare viderimus: adeò, vt poſt conceſ-ſas debitori duas dilationes, intra quas ac-cepta cautione conſignationem facere de-beret, eum condemnarent, vt nulla habita ratione eius exceptionum, aut diplomatis, ſi quod impetraſſet, aliarúmque defenſio-num quantitatem petitam, cum expenſis creditori definitiuè ſoluere teneretur, ſal-uo adhuc alio termino, qui ei concedeba-tur; quo lapſo & legitimè intimato vigore decreti antea dati debitorem creditori, tam ſortem principalem, quàm expenſas prius taxatas ſoluere oportebat. Verum poſtea curiæ noſtræ diſplicuit, ob defectũ conſignationis prouiſionalis debitorem damno litis mulctare, cùm defectus iſte potius ex aliis quibuſdam cauſis, atque ex difficultate, quę impoſſibilitati ferè ſimilis eſt,[d] quàm contumacia & malitia quapiam oriri, ſicque debitor tacita illa Senecæ phi-loſophi exceptione; *Si potero*, [e] excuſari
3 poſſit. Et propterea curia noſtra† priorem
illam viam paulò rigidiorem relinquens, vt vtrique parti conſultum ſit, pro re nata & cauſæ circumſtantiis decernit, vt prædi-cta conſignatio interdum præambulè, in-terdum etiam intra ipſam dilationem, quę ad inſtructionem cauſæ principalis conce-ditur, fieri debeat. Priori caſu, quamuis is, contra quem conſignatio decernitur, in-quiſitionem facere queat, ſi alias litiganti-bus illa permiſſa ſit: tamen inquiſitio illa prius non recipitur, quàm ſi conſignationẽ debitor aduerſa parte petente fecerit; qui ſanè optimus modus eſt, per quem ad obe-dientiam ille redigi poſſit. Poſteriori verò caſu ipſemet rem maturabit, vt tandem definitiuam ſententiam conſequatur. At v-troque caſu is, in cuius fauorem conſigna-tio decreta fuit, lapſis terminis, inter quos fieri debuit, executionem in bona debito-ris vſque ad congruum & ſufficientẽ mo-dum impetrare poteſt, adeò, vt ſi bona illa immobilia ſint, curia conſueuerit viſo ar-reſto ſeu ſententia conſignationis atque decretis occupationum & ſubhaſtationũ; iuxta ordinationem per arreſtum quod-dam hanc inſtantiam cum principali con-iungere, & interim bona capta petitori ad-iudicare, vt iis per modum conſignationis, & ſub cautione, ſi qua impoſita antea fue-rit, fruatur, ſine præiudicio iurium vtriuſ-que partis, quoad ipſum principale, & do-nec aliud decretum fuerit.

Qui quidem modi, quibus litigantes a-diguntur, vt arreſtis prouiſionalem conſi-gnationem iniungentibus pareant, beni-gniores minúſque periculoſi ſunt, quàm qui antiquitus recepti erant, cùm illi hu-mani & Chriſtiani ſint, hi verò crudeles & barbari eſſent, atque per eos prouiſionali-ter condemnati ipſimet, & quidem inter-dum ſine vllius dilationis conceſſione ca-perentur, adeò vt ſtatim ac intimati eſſent, in carcerem coniicerentur. Audiuimus e-tiam & quidem cum indignatione, eiuſ-
modi†arreſtum à parlamẽto Burdegalenſi 4
24. Martij, Anno M.D.XCIX. pronunciari, quo interpoſita tamen prius cautione ſuf-ficienti & idonea conſignatio eiuſmodi ſi-ne dilatione, atque ob illam corporalis prehenſio debitoris decernebatur.

Certè autem credimus,† quod illud ar- 5
reſtum, tanquam in ſpecie ſua ſingulare, haud ab eadem curia, multóque minus à noſtra Tholoſana in conſequentiam tra-heretur, tum propter eius rigorem, tum quod in caſu illo expẽſæ mixtæ eſſent, quæ ferè maiorem partẽ quantitatis, cuius con-ſignatio decreta fuerat, conſtituebant. At expen-

Additiones.

[a] *en ſend. recueil, tit. ſuſd. des prouiſions, arreſt. 36.* [b] *in ſtyl. parlam. in 4. pàrt. arreſt. nu. 266.* [c] *aud. tiltr. des prouiſions, arreſt. 24.* [d] *arg. l. continuus, §. illud inſpiciendum, de V.O.* [e] *lib. 4. de benef. cap. 39.*

expenſarum etiam definitiuè adiudicatarũ nomine nunquam corporalem prehenſionem ordinatione poſt quatuor menſes à condemnatione lapſos introductam curia noſtra fieri permittit. Etſi enim reliquę ſupremæ huius regni curiæ indiſtinctè tam principalis, quàm acceſſorij nomine talem prehenſionem concedunt: tamen parlamento noſtro merito aliud placuit.

DECISIO L.

SVMMARIA.

1 *Inſtructiuæ ſeu prouiſionali ſententiæ parere recuſans litis damno propterea non mulctatur.*

2 *Ad conſignationem prouiſionalem condemnatus teſtes in cauſa principali producere, atque ad probationem progredi non prohibetur.*

1 CVm in præcedenti † deciſione diximus curiam noſtram eum, qui inſtructiuæ, vt vocant, vel prouiſionali conſignationi parere recuſat, propterea non ſtatim litis damno mulctare ſolere, atque interim contumacem eiuſmodi inquiſitionem quidem facere, ſed eandem recipi non poſſe: ideò hic & alia quędam affinia ſubijciemus. Cùm in menſe Maio, Anno M.D.LXXI. Burdegalæ eſſemus, atque ibi officium Seneſcalli au Vicomté de Turenne, nobis conferretur, ſemper quando arreſta pronunciata fuerunt, in curia comparuimus. Prędicto itaque menſe inter alia à primario Præſide, Domino de la Ferriere duo arreſta lata fuerunt: quorum priori prius eorum, quæ modò diximus, caput: poſteriori verò poſterius confirmabatur. Illa arreſta propterea hîc recenſere voluimus, vt appareret, quãuis interdum inter placita ſupremarum regni curiarum diuerſitas ſit: tamen intereadem ſæpius affinitatem quoque & conformitatem eſſe. Prius itaque illud arreſtum VIII. Maij; dicti anni M.D.LXXI. quoad appellationem à ſententia Seneſcalli de Perigort, aut eius vices gerentis interpoſitam prolatum fuit. Cùm enim Seneſcallus iſte iuſſiſſet, vt litigantes articulos proponerent, eóſque ad XXVIII. Maij Anno M.D.LX. probarent, iſti iuſſui actor obtemperans articulos ſuos conſcripſit. At ei iniunctum ſub comminatione abſolutionis à citatione fuit, vt reo petenti articulorum exemplum daret. Cui decreto cũ non paruiſſet, Seneſcallus eiuſdem vigore reum à citatione abſoluit, ſicque eum in vniuerſa hereditate defuncti Domini Plabech, de qua lis erat, manuteneri voluit. Cũ autem curia partium aduocatos ſufficienter audiuiſſet, tandem pronunciauit, quòd Seneſcallus aut eius vices gerens quoad vltimum decretum malè proceſſiſſet & iudicaſſet, atque ab eo benè appellatum fuiſſet; & quòd reus ſi exemplum articulorum expeteret, illud ſuis expenſis ab actuario accipere, atque cauſa ad dictum Seneſcallum, alium tamen, quàm qui decretum ſeu ſententiam, à qua dederat, remitti, atque appellatus omnes expenſas litis, tam coram Seneſcallo ventilatæ, quàm appellationis ſoluere deberet. Alterum verò arreſtum XXIX. Maij, eiuſdem anni prolatum fuit. Is enim, qui contractum reſcindi petebat, itidem cõdemnatus fuerat, vt interim parti aduerſæ ſeu creditori idoneè cauenti petitam quantitatem traderet. Condemnatus ad probationem † facti principalis reſciſ- 2
ſionem concernentis ſe admitti coram cõmiſſario ſpecialiter ad id deputato poſtulabat, & aliquot teſtes producebat. Hanc probationem prius fieri non poſſe, quam debitor ſententiæ parens petitam quantitatem ſibi cauenti tradidiſſet, creditor dixit. Cùm autem commiſſarius pronunciaſſet debitorem ſine pręiudicio executionis, quę priorem ſententiam maneret, ad poſtulatã probationem admittendum eſſe; creditor ad parlamentum prouocauit. A parlamento igitur appellatio, illúdque, vnde appellatum fuerat, caſſatum atque decretũ fuit, quod ſententia commiſſarij effectum ſortiri, & appellans expenſas appellationis ſoluere deberet.

DECISIO LI.

SVMMARIA.

1. *Minoribus denegata fuit comprobatio diplomatum regiorum, impetratorum contra tranſactionem, qua ſe offendentibus remiſerant.*

2 *Quod tum demum procedere intelligitur, ſi intereſſe publicum non concurrat.*

IAm ad minores † redeamus, contra quos Charondas [a] arreſtum quoddã parlamenti Pariſienſis II. Decembris, Anno M.D.LXXXI. prolatum affert, quo denegata iis fuit comprobatio regij diplomatis, quod eo fine impetrarant, vt in integrũ ob 1

minorem

ADDITIO.

a *Libr. 7. capit. 110.*

minorem ætatem reſtituerentur contra tranſactionem, per quã interueniẽte certa pecuniæ quantitate intereſſe ſuũ remiſerãt iis,qui in ſe deliquerant.Idem à parlamento noſtro Tholoſino in Camera Tornellæ ad relationem defuncti Domini Vinhaux pronunciatum fuiſſe teſtari poſſumus.Nõnulli enim ſtudioſi praxeos,cum procuratoris cuiuſdam cellulam,quam in atrio curiæ habebat, inuadentes tam procuratorẽ, quàm alios nonnullos offendiſſent, cum iiſdem omnibus, ne accuſarentur, præſtita certa pecuniæ quantitate expenſarum,damnorum, & intereſſe nomine tranſegerant. Verum nihilominus poſt aliquod tempus prædicti offenſi ad querelam ſeu remiſſam accuſationem regredi cupientes literas regias ad eum finem impetrant, vt in integrũ reſtituantur, contra tranſactionem,ex qua conſtaret accuſatos ex propria confeſſione delicti illius conuictos fuiſſe. Cum autem producta tranſactione appareret procuratorem illum in manifeſta deceptione mala fide & rabulariæ artis ſtudio verſari, eũmque & reliquos offenſos a ſtudioſis illos iuuenibus ſaltem plagis exceptos fuiſſe; viſis informationibus antè tranſactionem factis atque concluſionibus procuratoris generalis regis, cui omnia iuxta ordinationẽ cõmunicata fuerant,curia inſuper habitis impetratis literis, & compenſatione expenſarum facta motam inter partes litem ſuſtulit.

2 Cæterum, ſi intereſſe publicum † vel quodammodo ſaltem concurreret, atque dictam trãſactionem vitiaret; tum nullum omnino dubium eſt, quin curia noſtra terminis æquè ſeueris & rigidis vſura ſit,atque olim parlamentum Burdegalenſe XXVII. Maij, Anno M.D.LXXI. in ſequenti facti ſpecie vti vidimus:

Cùm anno M.D.LIX. præfectus rerum capitalium la Iuſtinie dictus Elias de Perichard quendam ad mortem condemnaſſet, eáque ſententia in præſentia officialium regiorũ de Sarlat executioni mandata fuiſſet:nepos quidam ex fratre defuncti ad purgandam eius memoriam à proceſſu præfecti tanquam nullo & abuſiuo ad parlamẽtum prouocauit. Cuius appellationi curia cùm detuliſſet, ſæpiúſque præfectum ſub graui comminatione acta trãſmittere iuſſiſſet, interim tranſactio inter dictum defuncti nepotem & Ioannem de Perichard præfecti filium facta fuit, qua placuit vt iſte ſemiſſem bonorum defuncti, qua ipſe & pater præfect⁹ a tẽpore executionis tenuerant,retineret. Verum deinde inſuper habita illa tranſactione denuò nepos acta remitti vrget,atque quoad interpoſitam appellationem pronunciari petit.Metuens item tranſactionis exceptionem diploma regium impetrat vt illa caſſetur, quod in minori ætate à ſe facta fuerit.

Hoc diploma exhibenti præfectus,quem ſolum citari curarat,obiicit eum audiendũ haud eſſe,cùm ipſe mandato curiæ parens acta diu tranſmiſiſſet, eáque cuidam è dominis ſenatoribus,tanquam relatori, tradita fuiſſent.Procuratore itaque generali regis audito,curia antequam ius diceret quoad declarationem pœnarum, quas tam ſæpè & diuerſis decretis ſuis præfecto comminata fuerat,decreuit,duo è dominis ſenatoribus ſelecti acta, quæ præfectus ſe tranſmiſiſſe dicebat,cum dato,vt vocãt,diei & tranſmiſſionis conferre deberent; vt ad eorum relationem vlterius decerneretur. Præterea etiam dictum fuit, comprobato regio diplomate tranſactionem caſſam & irritam eſſe,atque Eliam Perichard præfectum vacuam poſſeſſionem bonorum defuncti cũ omnib. fructibus quos percepiſſet aut percipere potuiſſet, dicto nepoti reſtituere & mulctæ loco eidem ſeptingentas; & trecentas libras regi præſtare, præfectiq; filium Ioannem Perichardum in propria perſona comparere, atque audiri, eiuſque depoſitionem miniſtris regiis communicari debere,vt vlterius decerni poſſit, quid fieri oporteat.

DECISIO LII.

ARGVMENTVM.

Quando minor in integrum reſtituitur; emptor, creditor vel alius qui cum eo contraxit ſolutum precium vel datam pecuniam haud aliter recuperat, quã ſi probet eam in minoris vtilitatem verſam fuiſſe.

SVMMARIA.

1 *Minorem, qui poſt plenam pubertatem contraxit, contractus illius nomine haud aliter in integrum reſtitui poſſe in Francia quàm ſi receptum precium vel pecuniam reddat,nonnulli tradiderunt.*

2 *Quod in prouinciis conſuetudinariis,non verò iis,quæ ius ſcriptum vſurpant, procedere poteſt.*

3 *Minor,*

3 ***Minor. qui pro maiori ſe geſſit, læſus ſi in integrum ſe reſtitui poſtulet non aliter auditur, quàm ſi acceptam pecuniam refundat.***

ICtus Paulus de reſtitutionibus minorum differens † quodam in loco [a] inquit: reſtitutionem ita faciendam eſſe, vt vnuſquiſque in integrum ius ſuum recipiat: indéque infert, ſi in vendẽdo fundo circumſcriptus reſtituetur, quod prætor iubere debeat, emptorem fundum cum fructibus reddere & precium recipere, niſi ſi tũc dederit, cùm eum perditurum nõ ignoraret, ſicuti facit in ea pecunia, quæ ei conſumpturo creditur. Tũc enim, quia rationibus minoris non profuit emptorem fruſtra pretium poſtulare Modeſtinum reſpondiſſe legimus,[b] imò nec ſumptibus ab eodem emptore voluptatis cauſa factis adoleſcentem onerãdum eſſe. Hoc autem abrogatum eſſe videtur conſtitutione DD. Diocletiani & Maximiani, qua ſanciunt prædiorum quę ſine decreto alienata ſunt, dominium perſequentem minorem emptori pro ea duntaxat pecuniæ parte teneri, quàm in facultates minoris erogatam eſſe cõſti erit.[c] Ea enim ratione onus probandi precium in minoris vtilitatem conuerſum fuiſſe emptori iniũgitur, quemadmodum etiam in alio quopiam reſcripto iidem A. A. ſub eodem titulo [d] ſatis apertè innuunt. Nonnulli tamen reperti ſunt, qui ſtatuerunt, quod emptori (quoad creditorem enim rem ſecus ſe habere [e] extra omne dubium eſt) etiam non probanti precium in vtilitatem minoris conuerſum fuiſſe illud in Francia à minori, reſtitui debeat qui plenam pubertatem habet, id eſt decimumoctauum ætatis annum attigit,[f] iuxta illud, quod idem ICtus Paulus reſpondit. Alij verò horum opinioni haud aliter ſubſcribunt, quàm ſi alienatio & venditio, interpoſito prius decreto & interuenientibus omnibus ſolemnitatibus, quæ iure requirũtur, facta fuerit; cùm alias minorem ad reſtitutionem precij teneri exiſtiment ſaltem pro ea parte quæ in eius facultates & vtilitatem conuerſa probatur, ſicque in Francia etiã obtinere illud, quod Impp. conſtituiſſe ſuperius diximus. Sanè pro prima opinione arreſtum parlamenti Pariſienſis militat [g] eáque in conſuetudi-
2 nariis † Franciæ prouinciis locum habere poteſt. At in prouinciis iuris ſcripti, qualis eſt totus reſſortus Parlamenti Tholoſani, poſterior opinio obſeruatur; adeò vt ſemper quando minor, qui nondum vigeſimumquintum ætatis annum & quidem de momento ad momentum computatum impleuit; contraxit eóque poſtea contractus illius ratione in integrum reſtituto aduerſarius, ſiue creditor ſiue emptor ſit, ſiue quocunque alio modo cum minore contraxerit precium quod ſoluit, vel pecuniam quam dedit, repetat, haud quicquã amplius recuperare poſſit, quàm quod in vtilitatem & facultates minoris conuerſum fuiſſe probauerit, ſiue decretum aliæque iuris ſolemnitates interuenerint, ſiue non.

Priori enim caſu reſtitutio propriè locum habet [h] poſteriori verò actus per ſe nullus eſt, ſicque res omni dubio caret. Atque ita parlamentum noſtrum iudicare conſueuit, ſæpiúſque, ad noſtram etiam relationem, iudicauit. Planè hoc concedere nos oportet, ſi minor † ſe pro maiori ge- 3
rens læſus fuerit, atque in integrum poſtea ſe reſtitui poſtulet, quod non aliter audiri debeat, quàm ſi precium ſeu pecuniam, quam ex contractu illo recepit, reſtituat, licet conuerſio in eius vtilitatem minimè probetur. Quod comprobari poteſt quibuſdam rationibus quæ ex conſtitutionibus imperialibus depromuntur [i] atque eo quod Panormitanus reſpondit. Sic enim & minori, qui in dolo & fraude verſatur, beneficium reſtitutionis in integrum cum cauſæ tamen cognitione denegari debet.[k] Quo etiam referri poteſt illud, quod vetus ille Bouteiller *in ſumma ſua rurali* hiſce verbis expreſſit: [l] *Si pupillus nondum ætatem iuſtam habeat, ſed pro eo habitus, qui in tali ætate eſſet, ſeque pro maiori gerẽs, & talem eſſe iuramento aſſeuerans deceptus fuerit, atque in integrum poſtea reſtitui petat, quæſitum eſt, an reſtitutionis beneficium concedi debeat?* Atque ſciendum eſt, iuxta prudentiorum opinionem ei beneficiũ illud haud concedendũ eſſe, eo quod iurauit atque ad decipiendum aliũ ſatis ingenioſus fuit. Per pupillos autẽ auctor ille minores intelligit. Etſi enim iuxta propriã vocabulorum

ADDITIONES.

[a] *In l. quod ſi minor §. reſtitutio, de minor.* [b] *in l. ſine her. §. interpoſito, de admin. tut.* [c] *in l. prædiorum, C. de præd. & al. reb. ſin. decr.* [d] *in l. ſi prædium, C. eod.* [e] Imbertus *in ſuo enchir.* [f] quod refert Charondas *lib. 1. cap. 56.* [g] *l. 3. §. minorem autem, de minor.* [h] *l. ſi curatorem habens in fi. C. de in integr. reſt.* [i] *l. 1. 2. 3. C ſi minor ſe maior.* [k] *l. 2. & 3. C. eod.* [l] *tit. de pupillis.*

lorum ſignificationem [a] inter pupillos & minores differentia eſt: tamen hi inſpecto initio etiam pupilli dici poſſunt quemadmodum alibi inſula dicitur, quæ non amplius eſt, ſed olim fuit.[b]

ADDITIONES.

[a] *in l pupillus, de V.S.* [b] *l. inſulam, in fi. de A.R.D.*

DECISIO LIII.

ARGVMENTVM.

Minori vt rectè ſoluatur auctoritas curatoris accedere debet.

SVMMARIA.

1 *Argumentum à contrario ſenſu non procedit, quando abſurdum vel aliquid diſpoſitioni aduerſum inde ſequitur.*

2 *In Francia quoad reſtitutionem in integrum non obſeruatur differentia, quam Imperatores introduxerunt inter actus minoris curatorem habentis & ſine eius auctoritate contrahentis atque inter actus eius, qui nullum curatorem habet.*

3 *In Francia contractus vel actus ipſo iure nulli dici nequeunt.*

4 *Solutio facta minori curatorem habenti eiuſdémque auctoritatem non adhibenti vitioſa eſt aquè ac illa, quæ fit minori nullum curatorem habenti.*

5 *Cautela certa, vt ſolutio minoribus tam curatores habentibus quàm iiſdem carentibus rectè fieri queat.*

6 *Triboniani inſtinctu Imperator Iuſtinianus ius abrogatum in inſtitutiones ſuas retulit.*

7 *Quando debitores ſoluturi hoc petunt, minores etiam inuiti curatores accipere coguntur.*

QVoad ſecuritatem ſolutionum, quę minoribus fieri debent, Ioannes Papon [a] arreſtum parlamenti Tholoſani in magnis comitiis du Puy XXV. Octobris, Anno M.D.XLVIII. prolatum confert, quo dictum fuit, quòd debitor minori vigintiquinque annis curatorem habenti rectè ſoluere nequeat, niſi curatoris illius auctoritas adhibeatur; ſi verò ſecus fiat, ad nouam ſolutionem denuò vrgeri poſſit; quo tamen caſu licitū ei eſſe debeat deducere omne illud, quod in minoris vtilitatem conuerſum fuiſſe probauerit. Cuius arreſti ratio peti poteſt ex conſtitutione Impp. Diocletiani & Maximiani in Francia noſtra vſu recepta (ſi quorundam [b] aſſertioni credimus) in qua minor curatorem habens æquiparatur prodigo, cui adminiſtratio bonorum interdicta & curator datus fuit. [c] Quæ comparatio licet non vniuerſalis ſit, & in omnibus ęquè procedat,[d] ſed nonnullę diuerſitatis rationes appareant,[e] tamen obtinere maximè videtur quoad alienationem bonorum, cuius ſpecies quædam eſt ſolutio, quę propterea obligationem debitoris aliter perimere nequit, quàm ſi iſte probet & demonſtret pecuniam ſolutam in minoris vel prodigi vtilitatem conuerſam fuiſſe, eo quòd tunc quaſi ex re liberatio contingat [f] ſicut alibi de actione in furioſo & pupillo dicitur, ne quis contra omne ius naturę cum alterius damno locupletetur, [g] ſicque proximo maximam iniuriam faciat. Quod ipſa morte vel etiam qualibet alia re pernicioſa, quæ in hoc mundo dari poteſt, peius foret. Verum an arreſtum illud de minori curatorem habente loquẽs referri debeat ad illum, qui nullum curatorem habet, nonnunquam controuerti poteſt?

Nam negatiua reſponſio non ſolum argumento † à contrario ſenſu, ſed etiā ver- 1
bis finalibus conſtitutionis illius [h] iuuatur; cùm expreſsè Impp. dicant; quod minor, ſi ſine curatore conſtitutus contractū fecerit, implorare in integrum reſtitutionem, ſi necdum tempora præfinita exceſſerint, cauſa cognita non prohibeatur. Vnde ſatis apparet, quod eiuſmodi actus haud per ſe nullus fuerit, cùm alias reſtitutio in integrum haud neceſſaria fuiſſet, quæ ad ea tantum referebatur, quę antea tenuerant. [i] At hęc minimè obſtant. Argumentū enim à cōtrario ſenſu locū habere nequit, quādo abſurdū quoddā & malè conueniēs cū eo, quod diſpoſitu eſt atque vnde dicitur, inde ſequeretur.[k] Deinde etiā in Francia noſtra haud obſeruari ſolet differentia,
2 † quę ex cōſtitutione illa depromitur inter actum,

ADDITIONES.

[a] *En ſon recueil, tiltre des mineurs arreſt.6.* [b] Imbertus *in inſtitut. form. cap.*34. [c] *l. ſi curatorem habens. Cod. de in integrum reſt.* d Mercat.1.*not. cap.*12. [e] Robert.1.*anim.*12. [f] *l. furioſum, de O. & A.* [g] *l. hoc natura, de condic. indeb.* Cic. *lib.*3. *offic.* [h] *in d. l. curatorem habens.* [i] *l.*7. *in fin. de except.* [k] *l. conuenticula*, & ibi DD. iuncta gl. *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.*

actum, qui à minore curatorem habente
atque eius auctoritatem non adhibente fit,
atque actum qui à minore nullum curato-
rem habente celebratur, nempe quod ille
3 ipſo † iure nullus eſſe,hic verò reſtitutioni
in integrum intra tempus præſtitutũ ſub-
iacere debeat:ſed ſemper moribus, quibus
vtimur in hac noſtraGallia reſtitutio in in-
tegrum neceſſaria eſt,ſicque fit,vt quemad-
modum Budæus tradidit pluréſque eum
ſecuti fuere,reſcriptum principis moribus
Gallorum in omnibus reſtitutionibus ſit
præambulum. Vnde intelligi poteſt rectè
admodum Rebuffum [a] notaſſe, quod leges
& cõſtitutiones ciuiles ſancientes tam præ-
ſides quàm præfectos vrbi & alios magi-
ſtratus pro iuriſd.ſua in integrum reſtitue-
re poſſe [b] in Francia abrogatæ ſint,vbi nul-
li amplius actus vel contractus ipſo iure
nulli dici queunt.Etſi enim iuxta prędictas
leges & conſtitutiones ciuiles quondam
hoc ita obtinebat: tamen eæ in Francia nõ
ſimpliciter & abſolutè receptæ fuerunt.
Planè iuxta earum diſpoſitionem adhuc
neceſſarium eſt, vt reſtitutio in integrum
petatur,ſed non niſi à principe vel eius cã-
cellariis, cùm reges noſtri leges ciuiles
haud aliter comprobarint, quàm quatenus
politiæ noſtræ legitimè & iuſtè conſtitutæ
inſeruiunt, quemadmodum alibi à nobis
expoſitum eſt. Quare ſi prædicta conſti-
tutio fratrum Impp. iuxta vſum & praxin
noſtram conſideretur, eam adhuc vigere &
obſeruari in regno noſtro rectè quis aſſe-
ret:adeò vt in vtroque caſu, ſiue minor tu-
torem & curatorem habeat, eiuſdémque
auctoritatem non adhibeat, ſiue curatore
4 omnino careat,ſolutio haud † rectè & va-
lidè fieri poſſit ad hoc, vt ita ſoluens ne in
poſterum inquietetur, pleniſſimam aſſe-
quatur ſecuritatem. De quo IC. Vlpianus
adeò dubitauit, vt veluti incertum quid-
dam reſpondiſſe videatur. [d] Ex eo tamen
atque conſtitutione Iuſtiniani poſtea pro-
mulgata [e] colligere poſſumus quod cura-
tor vel ipſemet minoris nomine ſolutio-
nem recipiens, vel minori eam recipienti
auctoritatem præſtans, ſemper cum iudi-
cis auctoritate & cauſæ cognitione hoc
facere debeat.At poſthabito hoc modo tã-
quam nimis tædioſo & multum ſumptuum
requirente,hodie ad debitoris liberationẽ
ſufficit, vt vel ipſi curatori vel eo auctore
minori ſoluat, eóque nomine quietationẽ
accipiat. Debitor enim omnino liberatur
5 atque minor † curatorem ſuum obſtrictũ
habet,à quo aliquando rationũ redditionẽ
& præſtationem reliquæ exigere poterit. Si
verò minor minor, qui nullum curatorem
habet debitorem ſuum ad ſoluendum vr-
geat,tum neceſſe eſt vt debitor,qui vlterius
vſuris onerari non vult,alterutrum,ex hiſ-
ce duobus faciat, nempe vt vel ſummam
debitam, conſignatam minori poſtea ſen-
tẽtia iudiciali ſine omni damno celebrata,
(quemadmodum Iuſtinianus loquitur) tra-
dendam deponat; vel etiam (quod multo
ſecurius eſt)ipſum minorem vrgeat,ſicut &
permittitur conſtitutione principum, ad
petendum ſibi curatorem,quo auctore ritè
& rectè ſolutio fieri poſſit. [f] Nam quam-
uis antè conſtitutionem principum,de qui-
bus eodem in loco Vlpianus loquitur, &
qui DD.Marcus & Commodus erant [g] cu-
ratores minoribus non niſi ex lege Lxto-
ria vel propter laſciuiam,id eſt, prodigali-
tatem vel propter dementiam,id eſt,mani-
feſtum furorem darentur, ſicque in hiſce
duobus caſibus minoribus quoad curato-
res lex ipſa proſpiceret ex iuſtis cauſis, in-
ter quas fuiſſe Paulus Manutius veriſimi-
liter exiſtimauit,neceſſariam rerum aliena-
tionem,lites & iurgia neceſſaria [h] (ſub qui-
bus etiam cognitio cauſæ, quoad ſolutio-
nes, quibus minorum obligationes actiuæ
extinguuntur, comprehendi poterunt, vt-
pote quas ad alienationem & imminutio-
nem bonorum tendere negari nequit) at-
tamen hodie quemadmodum Vlpianus
inquit,id eſt,poſt principum illorum per-
miſſionem minores à curatoribus regi de-
bent,atque vt eos accipiant cogi poſſunt,
haud obſtante eo quod Triboniani † in- 6
ſtinctu Imp. Iuſtinianus in inſtitutiones
ſuas retulit [i] minores ad hoc cogi non poſ-
ſe.Illud enim ex iure antiquo & poſt præ-
dictam permiſſionem † abrogato deprom- 7
ptum eſt,quemadmodum vir eruditus no-
ſtri temporis doctè & exactè admodum
pro more ſuo notauit. [k] Quicquid verò
ſit, in curia noſtra ita receptum eſt, vt mi-
nores etiam inuiti curatores accipiant.

DECI-

Additiones.

[a] *l.in proœm. conſt. regiar.* [b] *l. ſi nemo, Cod.de in integrum reſtit.l.cum ſcim.C.vbi & apud quem, l.cauſa, §.final. de minor.* [c] *l.ſancimus,Cod.de adm.tut.* [d] *l.ait prætor, §.1.de minor.* [e] *in d.l.ſancimus.* [f] *in d. l.ait prætor, §. 1.* [g] Capitolin *in Marco.* Philip.qui D. Marcus in iure vocari ſolet. [h] *in libr. antiqu. Rom.* [i] *§. item inuiti, Inſtit.de curat.* [k] Iacobus Ræuardus *lib. var.cap.17.*

DECISIO LIV.

ARGVMENTVM.

Aetas minor per ſolos actus , in quibus auctoritas interuenit, probari nequit.

SVMMARIA.

1 *Minor ætas non ex eo neceſſario probatur, quod eam prætendens in quibuſdam actibus antea celebratis auctoritatem curatoris adhibuerit.*

2 *Parlamentum Tholoſanum diploma regium ob minorem ætatem impetrante curatorem interdum dare ſolet, ſed cũ ea declaratione, ne cauſa principali præiudicium fiat.*

CAeterum & illud non rarò coram parlamento Tholoſano euenire conſue-
1 uit,vt,quando ob minorem ætatem † proceſſus,ſententia, arreſtum vel ſimilis actus nullitatis arguitur atq; caſſari petitur parte aduerſa minorem ætatem negante & maiorem ex actibus quibuſdam, quos petitor ſine curatore egit demonſtrare volẽte; iſte ecõtra plures actus tã iudiciales quã extraiudiciales,quos cũ aliis perſonis habuit,alleget, in quibus ſemper præſertim verò duobus annis nouiſſimis agendo, defendendo aut etiam contrahendo,curatoris auctoritatem adhibuerit. Quibus in caſibus curia noſtra iudicauit, veritati ſemper locum fore, minorémque ætatem vel ideò non probari, quod auctoritate curatoris interueniente tunc temporis cum alio cõtractum proponatur,quia res inter alios acta alij nec poteſt nec debet præiudicare: quemadmodum quidem ex interpretibus iuris ciuilis quodam in loco docuit.[a] Nec obijci poteſt actuum iudicialium auctoritas, cùm ij ſine legitimo contradictore [b] neque contra eum facti fuerint, cui iam opponuntur. [c] Vnde etiamſi de di-
2 plomate † regio quoad minorem ætatem impetrato quæſtio ſit, iudex ſub initium litis non ſtatim & temerè impetratori petenti curatorem dare debet, ne fortè eo ipſo cauſæ principali præiudicet, iuxta illud, quod Baldus notauit. [d] In curia noſtra receptum eſt,vt, ſi impetrator curatorem ſibi dari petat eique pars aduerſa fortiter contradicat, tam impetratoris petitio quàm alterius contradictio ad acta conſignetur, impetratorique curator quidem detur,ſed cum ea declaratione, quod hic actus neutrius partis iuri præiudicare debeat. Sicque modus repertus eſt, quo etiam hoc in caſu ſuum cuique tribui poſſit.

ADDITIONES.

[a] Salicetus *in l.ſi minorem,C.de in integr. reſtit.* [b] *l. cum non, iuſt. de colluſ. deteg.* [c] Vide Baldum *in l.3.§.quod ſeruari. C.de iuram.calumn.* Alexandrum *conſ.21. vol.1.* [d] *in l.idem fiet,de teſtam.milit.*

DECISIO LV.

ARGVMENTVM.

Tutor pupilli nomina expedita & idonea non reddens ſaltem de dolo & culpa tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Conueniri nequit tutor, quod pupillo nomina idonea non reddiderit, aut in eo ſtatu non conſeruarit, in quo tempore obitus defuncti erant, niſi negligens fuerit.*

QVemadmodum tutores, curatores, aliíue eiuſmodi adminiſtratores † per 1
rationum redditionem & præſtationem reliquæ fortiter admodum conſtringi ſolent,vt omnis iis tollatur occaſione bonis, quæ adminiſtrant, inhiare atque aliquid inde in proprios vſus conuertere poſſint, néue,qui paſtores eſſe debent, inſtar rapacium luporum ſint: ita econtra inhumanũ atque crudele admodum eſſet, ſi eiuſmodi perſonæ, quando nullus earum dolus vel culpa argui poteſt,nihilominus iniquè poſtulationi eorum, quorum bona adminiſtrarunt, ſatisfacere tenerentur,ſicque officium illud,quod auctoritate publicum eſt, iis, quos illud gerere oportet, damnoſum redderetur.Cuius damni metus in miſerabili hoc ſeculo illud efficit, vt quando perſonis,quæ indigent, tutores vel curatores dari aut confirmari debent, plures ſententias imò nonnulla arreſta præcedere oporteat, antequàm officium illud ſuſcipiatur.

Quamuis itaque à nonnullis tradatur, tutores & curatores nomina pupillorũ idonea reddere,&in eo ſtatu cõſeruare teneri,in quo defunctus impuberũ pater ea reliquerat,adeò vt & de iure & de facto, quẽadmodum vulgò dicitur,illa exigi poſſint: tamen.

tamen curia Tholoſana, tum ob cauſam ſuperius allegatam, tum inſpecta conditione temporis noſtri ob ciuilium bellorum calamitatem admodum infelicis, ad noſtrã relationem in cauſa Ioannæ d'Apoſtoli cõtra Mercier atque alios eius tutores arreſto ſuo XVII. Iunij, Anno M.D.LXXXV. veluti tacito quodam ſenatus conſulto ſtatuit; tutores vel curatores prædicto nomine haud aliter conueniri poſſe, quàm ſi eorum negligentia argui queat. Vnde etiam eodem arreſto curia decreuit, vt antequam partibus ius diceretur, diligentiam ſuam in exigendo debito adhibitam tutores demonſtrarent. Idem deinde apud Charondam in reſponſis ſuis legimus etiam anteà à parlamento Pariſienſi, Anno M. D. LXXX. iudicatum fuiſſe; cùm hoc in caſu à tutoribus vel curatoribus illud ſaltem præſtandum ſit, quod eos per dolum vel culpam prætermiſiſſe approbatum fuerit.[a]

ADDITIO.

[a] *l. chirographus debitorum. 57. in pr. de adm. & peric. tut.*

DECISIO LVI.

ARGVMENTVM.

Decennium, intra quod in Francia reſtitutio in integrum contra contractum in minori ætate factum conceditur, à tempore cõtractus & non tempore minoris ætatis perfectę currere incipit.

SVMMARIA.

1 *Trigintaquinque anni ordinatione Frãciſci I. introducti quomodo accipi & intelligi debeant.*

2 *Contra opinionem Rebuffi parlamentum Tholoſanum decennium ordinatione Ludouici XII. præfinitum à tempore contractus, non à tempore minoris ætatis perfectæ computare conſueuit.*

1 VT omne dubium † antea motum ratione temporis, intra quod caſſatio contractuum à minoribus celebratorum peti poſſet, penitus tolleretur articulo CXXXIV. ordinationum à defuncto rege Franciſco I. qui optimo iure magnus dicitur, Anno M.D.XXXIX. promulgatarum, conſtitutum fuit; quod poſt trigintaquinque annos completos ex priuilegio aut fauore minoris ætatis caſſatio contractuum per diplomatum regiorum impetrationẽ, aut alia modo poſtulari non poſſet, ſiue via nullitatis propter alienationem bonorum ſine decreto & auctoritate magiſtratus factam, ſiue læſio, deceptio aut circumuentio prætenderetur, niſi contra eiuſmodi contractus ipſi maiores quoque reſtitutionẽ in integrum vel alia ſimilia iuris remedia implorare poſſent. Quæ poſtrema regiæ ordinationis verba haud leue dubium atque diuerſas diuerſorum opiniones pepererunt. Nonnulli enim ea referunt ad iuſtam iuris competentis ignorantiam, aut aliam cauſam ſimilem & eorum iure ſubnixam,[a] ob quæ maiores 25. Annis reſtitui poſſent, aut aliquo iuris remedio iuuari, veluti ob abſentiam Reipublicæ cauſa, aut exceptionẽ doli vel metus aut ſimilem, etiã inter maiores perpetuam, cùm, quæ temporalia ſunt ad agendum, perpetua ad excipiendum dicantur,[b] quia in poteſtate actoris ſit, quando iure ſuo vtatur, non item in rei poteſtate. Atque pro horum opinione elegans admodum hypotheſis arreſto parlamenti Pariſienſis definita ab Imberto *in ſuo enchiridio*[c] refertur. Alij verò (quorum ſententiæ & nos aliquando ſubſcripſimus) exceptionem, quæ verbis illis continẽtur, ad aliam ordinationem,[d] quæ ſuperius allegata antiquior eſt atque à rege Ludouico XII. Anno M.D. XII. promulgata fuit, referunt, eámque ita explicant, vt dicant poſt trigintaquinque annos in ordinatione Franciſci expreſſos quoad petendam reſtitutionem ex capite minoris ætatis integrum decennium ſupereſſe quoad caſus, qui in ordinatione continentur, & vbi maiores admittuntur; cùm decennium illud minoribus haud à tempore contractus (quemadmodum vulgò traditur) ſed demum à tempore maioris ætatis perfectæ ſicque poſt trigintaquinque anños completos currere debeat. Hoc enim illud tempus eſt, quo minores verè maiorum perſonam induunt, circa agendi & excipiendi facultatem vt non antè iure maiorum, iudicio prouocandi legis actionẽ habuiſſe videatur, quã ſtatuta tẽpora extraordinaria ac potius cautionis lapſa apparuerint.

ADDITIONES.

[a] Per ea, quæ à Bartolo notantur *in l. 1. §. ſi quis propter inundationem, de itin. actúque priuat.* [b] *l. purè. §. final. de dol. mal. & met. except.* [c] *ſuper verb. exceptio perpetua.* [d] *art. 46.*

Digitized by Google

rint. Alias enim, quod in fauorem ætatis & minorum introductum eſt, veluti ſunt prædicti trigintaquinque anni, quibus tempus iure communi definitum (quod primò ex conſtitutione Iuſtiniani quadriennium cōtinuum numerandum ex die, ex quo olim vtilis annus currebat, fuit [a] hodie verò ab eodem [b] in quinque annos continuos poſt impletam minorem ætatem, id eſt, poſt vigintiquinque annos connumerandos mutatum eſt) augetur; in odiū detorqueretur, atque facta augmenti illius in diminutionem contra vulgatas iuris regulas conuerſione, minorum conditio deterior redderetur, quæ tamen melior ſemper fieri debet. Rebuffus quoque *in ſuis commentariis* ad regiam illam ordinationem ita docuit, pluréſque rationes doctrinæ ſuæ allegauit. Verum
2 ſciendum eſt curiam Tholoſanam † iuxta opinionem eorum qui de iure Gallico ſcripſerunt [c] ſemper contrarium pronunciare atque decennium illud à tempore contractus & non à tēpore minoris ætatis perfectę computare ſolitam fuiſſe, nobis quidem fortiter reclamantibus, ſed tandem repulſam paſſis. Quam repulſam, inſtar Catonis illius, æquo animo ferimus, præſertim cùm nobis conſtet idem à parlamento Burdegalenſi iudicari ſolere. Alias enim (vt dicitur) res nunquam expediretur, & de trigintaquinque annis quadragintaquinque fierent, ſicque per dimidium ferè ſeculi proprietas rerum in ſuſpenſo hæreret. Cui malo ordinatio potiſſimum proſpicere voluit, ne ſubditi in tam longo prolixóque, imò longiſſimo tempore de iure ſuo ſemper dubitarent [d] & interea probationes partium perirent, aut difficiliores ex lapſu temporis redderentur ob labilem hominum memoriam [e] quemadmodum in rationibus, quæ in ordinationis præfatione continentur, expreſſè dicitur, vt propterea ordinatio extendenda ſit, ad omnes caſus, qui ſub ratione expreſſa comprehendi poſſunt, etiamſi ſequeretur correctio alias maximè vitanda [f] cùm prolectarium ſit [g] ratione legis aut conſtitutionis, eius deciſionem vel diſpoſitionem limitari & reſtringi, vel etiam ampliari & extendi poſſe.

ADDITIONES.

[a] *l. final. Cod. de tempor. in integrum reſt. pet.* [b] *l. fi. C. ſi mai. fact. alien. fact. ſine decr. rat. hab.* [c] Eguinarius Baro *ad fin. tit. ff. de minor.* vbi ius Gallicum deſcribit. [d] *§. 1. in auth. de temp. non ſolut. pecun.* & ibi gloſſ. ſuper *verb. diligenter* [e] *argument. peregrè, de acquir. poſſeſſ.* [f] Rebuffus *ad d. ordinat.* qui allegat Curtium Senior *conſ. 9. nu. 50. cum ſequ.* [g] *l. milites agrum, de re milit. l. his ſolis, Cod. de reuoc. donat.*

DECISIO LVII.

ARGVMENTVM.

Actuum geminatione principalis obligatio non augetur.

SVMMARIA.

1 *Vis actuum geminatorum.*
2 *Quæ tamen eo non extenditur, vt obligationem vltra illud, quod expreſsè conuenit, augere poſſit.*
3 *Per approbationes & ratificationes generales factum, quatenus eſt factum non verò eius qualitas approbatur.*

CVm Ioanne de l'Eſcot d'Arpaion, domino de Canals, Anno M. D. LXXIV. menſe Aprili pactus fuerat Ioannes Maran apparitor parlamēti, vt ſibi pro precio ter mille librarum Turonenſ. domum eique vicinum quendam agrum & reditum viginti duorum modiorum frumenti in tractu de Pompinhan venderet: quod preciū Ioannes in emptionem prædij cuiuſdā & ſororis ſuæ dotem impendere volebat. Ea pactio ſequenti menſe Iunio ad effectū perducta atque inſtrumēto inſerta fuit, ſicque denuo Ioannes prędictā domum, agrū & reditum pro precio iſto vendidit, confitens in eodem inſtrumento ſe integrum precium recepiſſe, & bis mille octingentas libras in emptionem prædij, atque reliquas ducentas in dotem ſorori conſtitutam impendiſſe; cum clauſulis euictionis atque aliis obligationibus generalibus & ſolitis. Deinde cùm emptor, Ioannem Maran, realem rerum venditarum perceptionem deſiderans, agrum non eam menſuram habere, pro qua venditus erat, neque eius ſitum commodum eſſe, & quantitati reditus conſtituti minimè reſpondere deprehenderet; quoad effectum, & executionem prædictæ venditionis, Anno M. D. LXXV. alius cōtractus inter partes illas inſtar tranſactionis cuiuſdam celebratus fuit atque confirmata per eum priori venditione Ioannes de l'Eſcot ſe emptori de recepto precio ducentas libras reſtiturum promiſit, quas etiam poſtea reſtituit. Præterea conuenit, vt emptor loco reditus venditi

venditi auenam aut aliud frumentũ, quod in loco illo reperiretur, vſq; ad eam quantitatẽ reciperet, quàm venditus reditus conſtitueret. Cui contractui itidem clauſulæ generales renunciationũ & obligationum adiectæ fuerũt. Cũ autem promiſſa deinde venditor non impleuiſſet, eum anno 1580. coram magiſtris libellorũ ſupplicũ palatij emtor conuenit, & ſibi adhuc quatuordecim modios frumenti abeſſe, (cum ſumma diligẽtia adhibita de viginti duobus venditis nõ niſi octo hacten⁹ acceperit) conqueſtus fuit, vtq; ſibi eos præſtare venditor cõdemnaretur petiit. Venditor cõtractum quidem haud negauit, ſed modios illos ſe minimè præſtare poſſe; tantam tamen precij diminutionem pati velle dixit, quanta ad valorem modiorum illorum ſufficiens eſſet. Emptor autem contractus legem vrgens, præciſe eam, vtpote quæ ſæpius repetita fuiſſet, impleri voluit. Venditor oblationem ſuam in alio ſupplici libello repetens expreſſè ſe ea ratione minimè præiudicare velle caſſationi ſeu reſciſſioni contractus, quam petere poſſet, proteſtatur, & poſtea Anno M. D. LXXXII. pendente adhuc illa lite coram magiſtris libellorum, diploma regium impetrat, vt contractus ille, vtpote in quo vltra dimidium iuſti præcij læſus & deceptus fuiſſet, reſcinderetur.

Hoc diploma cùm exhiberetur emptor illud reijci petiit, eo quòd initum contractum impetrator toties approbaſſet, & per vndecim ferè actus diſtinctos atque oblationes illas iudiciales & extraiudiciales ratum habuiſſet. At econtra replicabatur omnes illos prætenſos actus ſaltem in conſequentiam factos fuiſſe atque quoad executionem venditionis à minori factæ, haudque excludere poſſe remedium iuris, quo impetratum diploma niteretur, de quo nunquam actum fuerat neque expreſſè neque implicitè. Tandem ad conſilium cùm res relata fuiſſet, à magiſtris libellorum pronunciatum fuit, emptorem venditori impetrati diplomatis regij nomine reſpondere debere. Ab ea ſententia emptor ad parlamentum noſtrum prouocauit, vbi cauſa ancipiti certamine diſceptata fuit, donec tandem in prima Camera inquiſitionum eorum vota, quæ & nobis probabantur, vincerent, qui priorem ſententiam compenſatis expenſis appellationis cõfirmandam eſſe ſtatuebant. Sanè multa in contrariũ doctè & eleganter admodũ à domino correlatore ex interpretibus iuris tã ciuilis [a] quã Canonici [b] adducebantur, nempe quod actuum † geminatorum magna vis & efficacia ſit, vtpote qui conſtantem voluntatem ac mentis perdurationem demonſtrant, item & certam ſcientiam & deliberationem [c] adeò vt licet verba enunciatiua non probent, vbi ſemel emanarint: ſecus tamen, vbi geminata ac repetita inueniuntur [d] quaſi tunc tollatur erroris præſumptio [e] quæ cauſam dediſſe videtur remedio conſtitutionis [f] cuius auxilio dictus l'Eſcot nitebatur. Præterea etiam videtur ſolutionem penſionis factam ſingulis annis inducere ratificationem cõtractus præcedentis [g] ratificationem, inquam, quæ non ſolùm expreſsè, ſed & tacitè fieri poteſt. [h] Ex actibus igitur hoc in caſu bina, trina & vlteriori vice repetitis, atque crebris illis oblationibus iudicialibus ſatis colligi poterit Ioannem l'Eſcot non ſolum illi remedio iuris, quod iam implorauit, ſed etiam generaliter cæteris omnibus, quibus antea iuuari potuiſſet, renunciare voluiſſe [i] præſertim cùm geminationes & repetitiones illæ actuum per diſtincta temporum interualla factæ fuerint, & propterea firmiores & fortiores ſint. [k] Verum hiſce atque aliis rationibus & auctoritatibus, quæ adducebantur, minimè obſtantibus, prædicto modo pro Ioanne l'Eſcot iudicatũ fuit. Ex læſione enim vltra dimidium iuſti præcij, quàm ille appoſitè admodũ propoſuerat, cõtractus dolo fact⁹ arguebatur iuris præſumptione [l] imò & machinatione praua & fraudulenta [m] adeò vt

ADDITIONES.

[a] Notat. *in l. ſi mulier, Cod. ad SC. Velleian. & in l. balliſta, ff. ad Treb.* [b] ex Panormit. *conſ. 71. libr. 2.* [c] *c. ſciendum, diſt. 29.* [d] *l. cùm ſcimus*, & ibi Bartolus, *Cod. de agricol. & cenſit.* [e] vt traditur per Gloſſ. *in c. ex lit. ſuper verb. admonita, de diuort. cap. ſi quis iratus, 2. quæſt. 3.* [f] Baldus *in concil. ſchiſm.* Panormitan. *in cap. ſi cautio, de fid. inſtrum.* [g] *l. 2. C. de iur. emphyt.* Cynus & Baldus *in l. 2. C. de dot. prom.* [h] Cynus *in l. 1. C. qui adm. ad bon.* [i] *argument. l. qui iure militari, de teſtament. milit.* & notat. per Bartolum *in l. ſub pratex. & l. fide certa C. de tranſact.* [k] *d. l. ſi mulier, & l. 1. §. qua onerand. in 2. reſponſ. quar. rer. act. non dat.* [l] ex notat. *in l. omnes, §. Lucius, qua in fraud. credit. l. ſumma cum ratione, de pecul.* Baldus *in capit. 1. §. item ſacramenta de pac. iuram. firm. in vſib feudor.* [m] Bartolus *in l. fin. de prat. ſtipul. argument. l. 1. Cod. ſi mai. fact.*

vt quamuis omnes illi actus ad confirmationem & executionem primę venditionis tendant: tamen aliud haud operari poſſint, quàm vt probent contractum perfectum fuiſſe, ſique cum maiori vel alioqui iure contrahere poteſt, initus fuiſſet, geminatio illa enixam eius voluntatem demonſtraret, atque argueret eum a contractus lege haud reſilire velle. At geminatione eiuſ-
2 modi ipſi † obligatio haud creſcit neque augetur, quemadmodum qui bis idem promittit, ideò iure amplius quàm ſemel conueniri nequit, [a] quod ſcilicet nõ ideo promiſſor pluries teneatur, quod pluries idem promiſerit quemadmodum dominus Cuiacius [b] optimè atque inſtar Romani cuiuſdã ICti pro more ſuo explicauit, déinque alij non nulli de ſimilibus facti ſpeciebus conſulti reſponderunt. Præterea etiã conſiderabatur actus illos geminatos & oblationes, quæ nunquam acceptatæ fuerant, Ioanni l'Eſcot quoad impetrationem diplomatis præiudicare haud potuiſſe, vtpote cùm ſaltem executionem venditionis atque traditionem rerum venditarum ſpectarint, non autem eo tẽderint, vt venditor iuris remedio renunciaret, cuius nulla vnquam mentio facta fuerit, imò ne ipſe quidem venditor de eo cogitarit, donec ab emptore nimium preſſus & conſilium ex tempore capiens ad illud, tanquam ad ſacram illam anchoram, quam adhuc & ſiccam habebat, confugeret: adeò vt prætenſa tranſactio ad executionem illam venditionis limitetur & reſtringatur, neque vlterius extendi poſſit, eo quod cauſæ eiuſmodi limitatæ & reſtrictæ limitatum quoque & reſtrictum effectum producant. [d]

Quæ cùm ita ſe habeant, multo minus illa quaſi tranſactio aut quaſi contractus tantum virium habebit. Quamuis enim oblationes illæ iudiciales, acceptę fuiſſent, talique interpretatione iuuarentur, vt renunciationes remediorum iuris inducere poſſent: tamen tacitæ ſaltem & generales eſſent, quæ ad excludendũ vẽditorẽ ab impetratione regij diplomatis haud ſufficiũt, ſed ſpeciali & ea quidem verbis conceptis expreſſa opus fuiſſet. Tacitæ enim & generales renunciationes ad ignota trahi nequeunt [e] in quorum numero optimo iure habetur læſio vltra dimidium iuſti præcij facta tanquam ſuperans illam, quę naturaliter & ἐμπορικῶς interuenire dicitur, & in qua præſumitur ignorantia [f] alioquin in paulo viliori precio & ſic negotiatiuo diſtractis præſumpta. Quibus tandem & illud addi poteſt, quod ex vulgata iuris regula traditur [g] per approbationes † & rati- 3
ficationes generales ſaltem ipſum factum, quatenus factum eſt, approbari non verò eiuſdem qualitatem, cùm talis approbatio iuſtitiam actus alias non concernat neque reſpiciat, ſed ſaltem eo tendat, vt approbetur actus, quatenus de facto proceſſit, aut in factum vt dicitur, exiuit, quemadmodum *quidam in loco* Accurſius notauit. [i]

ADDITIONES.

[a] *l. qui bis, de V.O.* [b] *in d.l.* [c] Bellamera *conſ. 24.* [d] *l. ſi de certa, l. age cum Geminiano. C. de tranſact.* [e] Baldus *in d. l. 2. C. de reſcind. vend. quæſtio. 5.* [f] *l. cùm Aquilia, de tranſact.* [g] *l. quiſquis, C. de reſc. vend.* Imol. *in l. ſi quis cùm aliter, de V.O.* & videtur probari ex *l. ſi ſuperſtite C. de dol.* [h] *l. cùm interdicta*, & ibi Cyn. *C. arbitr. tutel.* Bald. *in l. 1. C. ſi mai. fact.* [i] *in l. certum, C. fam. erciſ.*

DECISIO LVIII.

ARGVMENTVM.

Emptor vltra dimidium iuſti precij læſus in integrum haud reſtituitur.

SVMMARIA.

1 *Reſtitutio propter læſionem vltra dimidium iuſti precij venditori quidem conceditur, ſed emptori denegatur.*
2 *Ratio diuerſitatis quoad caſum hunc inter emptorem & venditorem.*
3 *Parlamentum Tholoſanum ex prædicta cauſa emptorem contra venditorem difficulter etiam in caſu illo ſingulari reſtituit, quem quidam ex recentioribus adduxit.*

DOlus perſonalis † admodum odioſus & planè prohibitus, [a] econtra au- 1
tem realis regulariter permiſſus cenſetur [b] dummodo perſonalis non concurrat, neque alterius partis mendacium, fraus, ſimiléſve machinationes accedant, atque dolus realis dimidium iuſti precij non excedat.

Alias

ADDITIONES.

[a] *l. in cauſa, §. idem Pomponius, de miner.*
[b] *l. Iulianus, §. ſi venditor & §. per contrarium, §. idem Iulianus de act. empt.*

Alias enim remedium, cuius modo mentionẽ fecimus, in promptu eſt, quo ex duabus conſtitutionibus imperialibus [a] deſumpto emptor compellitur, vt aut rem emptam venditori reſtituat, aut illud, quod iuſto deeſt precio, ſuppleat. Idem remedium Accurſius atque alij [b] competere emptori quoque tradiderunt: adeò vt iſte vltra dimidium iuſti precij læſus venditorem conuenire poſſit, vt aut rem venditam reſtituto precio recipiat, aut reſtituat illud, quod vltra dimidium iuſti precij ſolutum fuit. Et quamuis Imperatores nullam mentionem emptoris decepti fecerint: tamen cùm eadem in eo, quæ in venditore militet ratio, non immeritò quoque ad vtrumque relatiuorum conſtitutiones illæ pertinebunt, præſertim cùm idem ferè remedium iure pandectarum [c] emptori & quidem marito dotem æſtimato accipienti ſicque ementi, ſi vltra dimidium iuſti precij in æſtimatione illa læſus fuerit, conceſſum videatur. [d] Hoc autem nonnulli viri doctiſſimi noſtri temporis in dubium vocarũt, dicentes non videri emptoribus ſaltẽ æquè ex remedio dictarum conſtitutionum ſubueniendum, ſicut venditoribus. [e] Imò alij, & quidem celebriores, verbis ipſarum conſtitutionum inhærentes eorundem remedium, cùm nulla emptorum, præſertim in l. 2. mentio fiat, ſolis venditoribus indultum eſſe expreſſe docent: [f] quorum ſententia etiam prima illa [g] potior videtur. Inter relata enim hic, quæ emptor & venditor ſunt, haud leuis differentia eſt, † ob quam vulgaris regula relatorum meritò ceſſat. Venditor quippe ob neceſſitatem (quemadmodum præſumi ſolet) quãdo, & cui poteſt, vendit: emptor verò ex libera voluntate & pro libitu, quando, quomodo & ab eo, qui placet, emit: Ille rem immobilẽ & regulariter in ſuo ſtatu permanentem tradit; hic verò pecuniam numerat, ſeu monetam dat, cuius natura eſt, vt citò tranſeat, atque ideo eius, ceu rei mobilis, à dante nulla perſecutio fieri poſſit. Præterea venditor conqueri iure poteſt ſe inhumanè & enormiter læſum fuiſſe, & propterea ſibi prædictum remedium paratum eſſe, quòd ſpecialiter ad perſonam ſuam directum & reſtrictum ſit; emptor verò tale quippiam prætendere nequit, cùm eius contemplatione res vendita tanti valeat, quanti vendita fuerit, [h] imò tanti quanti emptorem inuenerit. [i] Replicandi item emptori huiuſmodi precia non ex affectione ſingulorum, ſed communiter fungi [k] venditor, duplici loco, rectè reſpondebit, de eiuſmodi hic caſu agi, vbi nõ communiter, ſed ex affectione precia funguntur. Quod vel experientia ſatis probabit, præſertim quando bona, quæ venduntur emptoris ædibus aut bonis vicina ſunt. [l] Tum enim multo carius emi ſolet, quam iuſtus rei valor requirit, vt propterea in prouerbiũ abierit: numerũ ſtultorũ emptorũ, quàm vẽditorum maiorẽ eſſe. Quo dictum Plinij in Epiſtolis pertinet, malam emptionem ſemper ingratã eſſe, eo maximè quod exprobrare ſtultitiam domino videatur, atque illud Saluiani [m] inuidiam penes emptorem, inopiam penes venditorem eſſe. quod emptor emat, vt ſubſtantiã ſuam augeat: venditor vt minuat. Quam etiam ob cauſam curia Tholoſana † nunquam emptorem ad prædictum remediũ contra venditorẽ ſuum admittere voluit. 1
Atque ſic eam in terminis iudicaſſe recordamur (quamuis ipſa partium nomina nobis iam non ſuccurrant) in cauſa ciuium quorundam Tholoſatum, ad relationẽ defuncti domini Ouurier. Deinde etiam apud Charondam [n] in ſuis reſpõſis legimus, idem parlamentum Pariſienſe pronunciaſſe, dũ confirmaret ſententiã à bailliuo de Chartres latã, qui ita iudicarat, iuxta illud quod dominus Cuiacius obſeruauit [o]. Et quãuis Dn. Choppin' [p] aliud eiuſdẽ curiæ arreſtũ, planè cõtrariũ, nẽpe pro emptore VIII. Ianuarij Anno M.D.XCII. prolatũ afferat: tamen ipſemet etiam prædicto priori arreſto adſtipulatur, excepto vno caſu, quando ſcilicet habita de precio fide prædium mercatus neceſſe habeat patrimonia ſua diſtrahere, vt grandius æquo illius precium venditori adnumeret.

Additiones.

[a] *l. 2. & l. ſi voluntate Cod. de reſcind. vend.* [b] *in d. l. 2.* [c] *l. 1. §. ſed ſi emerit, ſi quid in fraud. patron.* [d] *l. 1. de æſtimat. act. l. 6. Cod. ſolut. matr.* [e] In quorum numero eſt Molineus *ad conſuetudines Pariſienſes* §. 22. *numer.* 47. *cum ſequ.* [f] quam defendit Antonius Mercat. 2. *notat.* 13. [g] Pro qua militat. Robert. 2. *animad.* 13. [h] *l. 1. §. ſi heres percepto fundo. in fin ad Trebellian.* [i] *l. ſi ſeruus furtiuus, in fine princip. de condict. furtiu.* [k] *l. ſi ſeruum, ad l. Aquil. l. & ideo, de eo quod cert. loc.* [l] *l. ſi cui, de legat. 2.* [m] *de prouident.* 5. [n] *libr. 7. capit.* 209. [o] *obſ. libr. 23. cap.* 32. [p] *de morib. Pariſ. lib. 1. tit. 3. num.* 21.

Alias enim remedium, cuius modo mentionẽ fecimus, in promptu eſt, quo ex duabus conſtitutionibus imperialibus [a] deſumpto emptor compellitur, vt aut rem emptam venditori reſtituat, aut illud, quod iuſto deeſt precio, ſuppleat. Idem remedium Accurſius atque alij [b] competere emptori quoque tradiderunt: adeò vt iſte vltra dimidium iuſti precij læſus venditorem conuenire poſſit, vt aut rem venditam reſtituto precio recipiat, aut reſtituat illud, quod vltra dimidium iuſti precij ſolutum fuit. Et quamuis Imperatores nullam mentionem emptoris decepti fecerint: tamen cùm eadem in eo, quæ in venditore militet ratio, non immeritò quoque ad vtrumque relatiuorum conſtitutiones illæ pertinebunt, præſertim cùm idem ferè remedium iure pandectarum [c] emptori & quidem marito dotem æſtimato accipienti ſicque ementi, ſi vltra dimidium iuſti precij in æſtimatione illa læſus fuerit, conceſſum videatur. [d] Hoc autem nonnulli viri doctiſſimi noſtri temporis in dubium vocarũt, dicentes non videri emptoribus ſaltẽ æquè ex remedio dictarum conſtitutionum ſubueniendum, ſicut venditoribus. [e] Imò alij, & quidem celebriores, verbis ipſarum conſtitutionum inhærentes eorundem remedium, cùm nulla emptorum, præſertim in l. 2. mentio fiat, ſolis venditoribus indultum eſſe expreſſe docent: [f] quorum ſententia etiam prima illa [g] potior videtur. Inter relata enim hic, quæ emptor & venditor ſunt, haud leuis differentia eſt, † ob quam vulgaris regula relatorum meritò ceſſat. Venditor quippe ob neceſſitatem (quemadmodum præſumi ſolet) quãdo, & cui poteſt, vendit: emptor verò ex libera voluntate & pro libitu, quando, quomodo & ab eo, qui placet, emit: Ille rem immobilẽ & regulariter in ſuo ſtatu permanentem tradit; hic verò pecuniam numerat, ſeu monetam dat, cuius natura eſt, vt citò tranſeat, atque ideo eius, ceu rei mobilis, à dante nulla perſecutio fieri poſſit. Præterea venditor conqueri iure poteſt ſe inhumanè & enormiter læſum fuiſſe, & propterea ſibi prædictum remedium paratum eſſe, quòd ſpecialiter ad perſonam ſuam directum & reſtrictum ſit: emptor verò tale quippiam prætendere nequit, cùm eius contemplatione res vendita tanti valeat, quanti vendita fuerit, [h] imo tanti quanti emptorem inuenerit. [i] Replicandi item emptori huiuſmodi precia non ex affectione ſingulorum, ſed communiter fungi [k] venditor, duplicæ loco, rectè reſpondebit, de eiuſmodi hic caſu agi, vbi nõ communiter, ſed ex affectione precia funguntur. Quod vel experientia ſatis probabit, præſertim quando bona, quæ vendũtur emptoris ædibus aut bonis vicina ſunt. [l] Tum enim multo carius emi ſolet, quam iuſtus rei valor requirit, vt propterea in prouerbiũ abierit; numerũ ſtultorũ emptorũ, quàm vẽditorum maiorẽ eſſe. Quo dictum Plinij in Epiſtolis pertinet, malam emptionem ſemper ingratã eſſe, eo maximè quod exprobrare ſtultitiam domino videatur, atque illud Saluiani [m] inuidiam penes emptorem, inopiam penes venditorem eſſe. quod emptor emat, vt ſubſtantiã ſuam augeat: venditor vt minuat. Quam etiam ob cauſam curia Tholoſana † nunquam emptorem ad prædictum remediũ contra venditorẽ ſuum admittere voluit. 1
Atque ſic eam in terminis iudicaſſe recordamur (quamuis ipſa partium nomina nobis iam non ſuccurrant) in cauſa ciuium quorundam Tholoſatum, ad relationẽ defuncti domini Ouurier. Deinde etiam apud Charondam [n] in ſuis reſpõſis legimus, idem parlamentum Pariſienſe pronunciaſſe, dũ confirmaret ſententiã à bailliuo de Chartres latã, qui ita iudicarat, iuxta illud ꝙ dominus Cuiacius obſeruauit [o]. Et quãuis Dn. Choppin⁹ [p] aliud eiuſdẽ curiæ arreſtũ, plane cõtrariũ, nẽpe pro emptore VIII. Ianuarij Anno M.D.XCII. prolatũ afferat: tamen ipſemet etiam prædicto priori arreſto adſtipulatur, excepto vno caſu, quando ſcilicet habita de precio fide prædium mercatus neceſſe habeat patrimonia ſua diſtrahere, vt grandius ęquo illius precium venditori adnumeret.

Additiones.

[a] *l. 2. & l. ſi voluntate Cod. de reſcind. vend.* [b] *in d. l. 2.* [c] *l. 1. §. ſed ſi emerit, ſi quid in fraud. patron.* [d] *l. 1. de aſtimat. act. l. 6. Cod. ſolut. matr.* [e] In quorum numero eſt Molineus *ad conſuetudines Pariſienſes §. 22. numer. 47. cum ſequ.* [f] quam defendit Antonius Mercat. 2. *notat.* 13. [g] Pro qua militat. Robert. 2. *animad.* 13. [h] *l. 1. §. ſi heres percepto fundo. in fin ad Trebellian.* [i] *l. ſi ſeruus furtiuus, in fine princip. de condict. furtiu.* [k] *l. ſi ſeruum, ad l. Aquil. l. & ideo, de eo quod cert. loc.* [l] *l. ſi cui, de legat. 2.* [m] *de prouident. 5.* [n] *libr. 7. capit. 209.* [o] *obſ. libr. 23. cap. 32.* [p] *de morib. Pariſ. lib. 1. tit. 3. num. 21.*

vendendique à permutationibus cœperit. Qui extenſione facta atque vno inconuenienti dato, mox aliud maius dubium obortum fuit, nempe an remedium illud vẽditoribus expreſsè cõceſſum, atque ad permutantes porrectum etiam ita accipi debeat, vt eius ratione iſte, qui in permutatione emtoris loco eſt, ſi alterum vltra dimidium iuſti precij læſerit, electionem habeat ſupplendi in pecunia illud, quod iuſto prêcio deeſt? Ad quod dubium negatiuè doctiores reſponderunt [a] quod ſupplementum in pecunia hic fieri non poſſit, cùm veluti acceſſorium quoddam nullum habeat principale, cui accedat vel quod ſequatur. Imò ſupplementum eiuſmodi in permutatione, contra eiuſdem naturam & intentionem contrahentium eſt, vtpote quibus placuit, vt res pro re acquireretur, & quorum vterque voluit compenſari illud, quod dederat, fundo ſeu re eiuſdem qualitatis & quidem ea ipſa, quæ in conuentionem venerat, non alia. At in emptione venditione principalis contrahentium intentio in eo ſaltem conſiſtit, vt ematur vendatur, ſicque ſupplementum precij interueniens in caſu, in quo ab emptore electum fuerit, conformatur & congruit intentioni partium & naturæ actus. Quamuis enim emtio & permutatio, quoad cauſam principalem admodum conueniant, eo quòd per vtramque contrahens indiſtinctè acquirere, & ſuum facere vult illud, quod alterius eſt: tamen in emtione emtor pro re, quam emit, pecuniam numerat, permutans verò non, ſed vel aliam rem, aut precium pro precio dat [b] adeò vt in emtione euidens diſcrimen ſit inter vẽditorem & emtorem, inter rem venditã & precium, [c] in permutatione verò minimè, cùm neuter magis emptor aut venditor quàm alter dici queat. In emptione emptor tenetur precium, quod ſuis nummis ſoluit, proprium venditoris facere qui viciſſim obſtrictus eſt emptori, ſi res vendita euincatur: quod itidem in permutatione conſiderari nequit. Plures quoque differentiæ inter vtrumque contractum peti poſſunt, ex iis, quæ ſub titulis de permutatione, de contrahenda emptione, atque aliis diuerſis tam in Pandectis quàm in Codice, & ab interpretibus iuris recenſentur. Ex quibus infertur eo caſu, quo res permutata dimidio plus valet, quàm altera cũ quo permutata fuit, remediũ illud venditorib. vltra dimidiũ iuſti precij deceptis indultũ, vel etiã electionem ſupplendi emptoribus conceſſam minimè locũ habere.

Quomodo enim precium ſupplebitur, vbi nullum omnino precium conſiderari poteſt? Multo minus autem licitum erit quandam ex rebus permutatis eo nomine vendere contra intentionem eius, qui dominus illius factus fuit, & qui de tali venditione nunquam cogitauit. Quare (quod bona pace eorum, qui ita tradiderunt, dictum volumus) denegare electionem ſupplendi, & ſine ea concedere remedium in contractu permutationis nihil aliud eſt, quàm beneficio illo quoad vnum, non etiã quoad alterum vti velle aut potius diuidere qualitates dicti remedij atque aliud planè nouum, diſtinctum & ſeparatũ fabricare vltra & cõtra intentionem Imperatorũ, qui ex ſingulari humanitate venditori ſuccurrentes eadem æquitate & iuſta ratione emptori quoque per electionem illam ſupplendi proſpicere voluerunt: atque de emptione venditione ſaltem, & nullo alio contractu locuti fuerunt. In ſola itidem emptione venditione & contractu locationis, conductionis, iure gentium, ex natura & vſu illorum contractuum, ex regulari commercio, & ex tacita ac mutua quadam condonatione deſcendente ex concomitantia & ſequela cõtractus (vt ille dicebat) permiſſum eſt cõtrahentibus ſe inuicẽ decipere, & in precio vel mercede veluti circumuenire [d] nempe per tractatus illos ipſi emptionis venditionis ſubſtantiæ conſentaneos, iuxta quam fieri ſolet, vt emptor viliore comparandi, venditor cariore diſtrahendi votum gerentes ad hunc contractum accedant, vixque poſt multas contentiones paulatim venditore de eo, quod petierat detrahente, emptore autem huic, quod obtulerat, addente ad certum conſentiant precium, quemadmodum eleganter hoc Imperatores veluti in epitome quadam explicant. [e] Quod tamen ita limitatur, dummodo emptio venditio ciuiliter & veluti commercaliter (ſi ita loqui & vocabulum Græcum exprimere liceat) facta fuerit, atque ad ſummum intra limites dimidij iuſti precij conſtiterit.

Hocque etiam ICtus Paulus, quamuis generaliter admodum innuere voluit, dum reſpondit, [f] rem bona fide venditam propter minimam cauſam fieri inemptam non

ADDITIONES.

a Molin. *d.* §. 22. *num.* 40. *& ſeq.* b *l. L. de rer. permut.* c *l. in cauſa. §. idem Pomponius, de minor.* d *l. item, §. final. cum l. ſeq. locat.* e *d. l. ſi voluntate.* f *l. res bona fide, de contrah. empt.*

contractibus, ſi conſtet vtranque partem expreſsè voluiſſe, vt vtrinque æqualitas præciſe & exactè ſeruari deberet: attenditur nõ ſolum læſio vltra dimidiam, ſed etiam ea, quæ multo minor eſt, cùm ex contrahentium intentione conſtet, quod etiam in minimo haud decipi, neque locum eſſe voluerint leuiori etiam illi læſioni, quæ re ipſa incidit, & quæ a iis tacito quodam naturali ſenſu & promiſcuo vſu cenſetur mutuo tolerari vel remitti: iuxta illud, quod Decius conſultus reſpondit.[a] Intelligi itē † ex his poteſt, quam malè ad hanc noſtrā
4 quæſtionem atque eam, de qua in præcedenti deciſione egimus, argumentum ſeu conſequentia ex reſponſo illo Vlpiani de liberto in fraudem patroni emente ducatur.[b] *Si magno emit* inquit ICtus, (quod ad læſionem vltra dimidiam partem veri precij tunc penitus incognitam ac ne quidem de nomine notam referri nō poteſt) *libertus, dicendum eſt in precio releuandum patronum* (in quo ſolo precio ne partem debitam integram ferret fraudatus patronus proponitur) *conditione non ipſi* (ipſi inquā patrono, qui emptor non eſt, imò ab emtore liberto ſuo eodémque fraudatore deceptus) *delata* (non, inquam, delata, quid enim ſua intereſt cùm in precio ſolo & quatenus magno libertus emit, releuandus ſit) *an velit ab emptione diſcedere, ſed venditori* (qui precij iure rem perſequenti per Fabianam patrono, vt in eo, in quo fraudatus, eſt releuetur, à vindicatione patronū iure communi remouebit[c] ſi illud ipſum precium offerre paratus ſit (*vtrum malit de precio remittere an potius rē, quam vendidit, recipere perſoluto precio* (vt ita poſtquam receperit ſuum cedens ab omni moleſtia liberetur.) Euidens enim eſt, quod in hypotheſi illa Vlpiani lis minimè inter emptorem & venditorem aut econtra vertitur, ſed inter tertium intereſſe ſuū habentem atque inter venditorem, qui in poteſtate ſua illud, quod iuſtum precium excedit, atque ipſum fundum vēditum habebat. Cui venditori, vt tertio à quo conuenitur, ſatisfaciat, permiſſum eſt aut de precio aliquid remittere, aut ſi malit perſoluto precio rem, quam vendidit, recipere. Siue enim vnum, ſiue alterum à venditore fiat, ſemper ille indemnis manet, atq; fraus, de qua potiſſimum in hypotheſi illa quæſtio eſt, reparatur & ſaluo vtriuſque iure manente purgatur. *Idem ſimiliter* (inquit vlterius Vlpianus) *& in permutatione, & in locatione & conductione obſeruatur.* Verum hoc cùm interpretationem recipit, vt cuiuslibet contractus qualitas probè conſiderari & perpendi debeat, vt ſingula ſingulis referantur. Quare cum permutatio propriè non niſi in ſpeciebus tanquam ſpeciebus æqualis aut inæqualis valoris, paris aut diuerſæ æſtimationis conſiſtat, conſequens eſt, quando libertus magno in fraudem patroni permutauit, vt in eo ipſo magno patronus releuetur, quod alter, cum quo permutatio facta eſt, aut de ſpecie, quā accepit, remittere, aut eam re ſua recepta reſtituere debeat. Vt autem ex hiſce inferatur beneficium Impp. *in l. 2. Cod. de reſcind. vend.* etiam in permutationibus locū habere (& quidem quoad eos etiam qui in permutationibus emptoru loco ſunt. Doctiores enim[d] de iis, qui pro emptoribus habentur atque de permutatione conqueruntur, locuti ſunt) nulla firma ratio flagitat. Malè etiam Charondæ[e] relatum fuit, quòd curia Tholoſana † X. Decẽbris. An- 5
no M.D.XCV. tum temporis à Caſtel Sarraſin ſedēs iudicarit, etiam in permutationibus remedio illi ab Imperatoribus *in d. l. 2* introducto locum eſſe. Illud quidē arreſto illo dictum fuit alterum permutantem, qui vltra dimidium læſerat ad ſupplementum in pecunia faciendum haud admittendum, ſed permutationem reſcindēdam eſſe: at quod reciſſio illa propter beneficium *d. l. 2.* fieri deberet, minime additum. Commodiora enim hic remedia prædictarum conſtitutionum ſuppetunt. Haud etiam curiæ noſtræ ſtylus fert, vt arreſtis rationes, ob quas pronunciantur, adiici ſoleant, ſed ea ſimpliciter proferuntur: vel etiā in eiuſmodi caſu impetrata reſtitutionis nomine regia diplomata comprobantur.

Et quamuis in iis ſpeciale quoddam remedium exprimatur: tamen ea expreſſio haud impedit, quo minus curia ſuppl re atque ad pinguius & commodius remediū in arreſto ſuo reſpicere poſſit: cùm ipſamet etiam diplomata regulariter clauſulā illam annexam habeant, vt impetratores omnes vias & petitiones iuris proponere poſſint, atque iis deſuper iuſtitia fieri debeat.

ADDITIONES.

[a] *conſ.* 350. & ibi Molinæus *in ad dic.* [b] *in d. l. 1. §. ſed ſi emerit, ſi quid in fraud. patron.* [c] *l. Paulus, §. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.*

[d] Robert. 2. *animad.* 14. [e] Cuiacius 16. *obſeruat.* 18. Mercat. 2. *not.* 14.

beat, quem admodum alibi attigimus. Hęc cùm ſcripſiſſemus in manus noſtras inciderunt decades vigintiquinque errorum pragmaticorum: quarum auctorem ICtum eximium [a] deprehendimus conſentire cum his, quæ hactenus expoſuimus: ad quem etiam vlteriorem explicationẽ deſiderantes remittimus. Et ne quicquam quod ad illuſtrationem prædictorum facere poteſt intactum reliquiſſe videremur, arreſtum quoque prædictum ex ipſis actis curiæ huc adſcribere voluimus; cuius [b] tenor talis eſt:

Inter Annam de Craſſet appellantem à ſententia lata à Seneſcallo de Quercy aut eius vices gerente au ſiege de Figeac XXI. Martij, Anno M. D.XCIV. & alias requirentem comprobationẽ diplomatis regij III. Nouembr. impetrati, vt admittatur ad poſitionem & probationem articulorum, nullam in cõtractu læſionem eſſe: ex vna parte, & Petrum Rogierum filium Petri appellatũ & defenſorem ex altera parte: atque inter dictam Annam actricem quoad exceſſum & cum ea procuratorem generalem ex vna, ac d. Petr. & Anthon. Rogier, defenſores ſiue reos ex altera parte dictum fuit, quod curia nulla habita raõe diplomatis ab Anna impetrati appellaõm illudque vnde appellatum fuit, caſſauit & caſſat, & reformans ſententias atque reſpiciens quodammodo ad diploma à d. Rogier impetratũ ordinauit & ordinat non habere locum interpoſitionẽ decreti ab An. poſtulatam, illudque reſtituit in integrum contra contractum permutationis II. Auguſti, Anno M. D.XCI. facta, hocque faciens partes in eum ſtatum repoſuit, in quo ante contractum illum fuerant, & ſine reſtitutione fructuũ: & inſuper habito diplomate quoad illud, quod contractũ trãſactionis XI. Februarij An. M. D.XCI. facta, concernit, ordinat, quod contractus ille effectum ſortiri debet, atque ius dicens quoad incidentia eorundémque inſtantiam partes compenſatis expenſis & foro & lite exemit. Quod arreſtum XI. Decembris, au Caſtel Sarraſin pronunciatum fuit, cùm tum temporis ibidem curia eſſet.

ADDITIONES.

[a] *lib. 9. reſponſ. c. 68.* [b] Anthon. Faber decad. 8. cap. 9.

DECISIO LX.

ARGVMENTVM.

Beneficium *l. 2. Cod de reſcind. vẽd.* venditori propterea non tollitur quod contractui vẽditionis clauſula donationis adiecta fuerit.

SVMMARIA.

1 *Clauſula donationis, quod pluris res valet, venditionibus adijci ſolita non impedit, quo minus venditor vltra dimidium iuſti precij læſus ordinario iuris remedio vti poſſit.*

2 *Deliberare an donatio ſpeciatim & ſeparatim ſumpta ob læſionem vltra dimidium reſcindi poſſit vanum & ridiculum eſt.*

3 *Quod ob donationis clauſulam venditioni adiectam remedium illud venditori non adimatur, præiudiciis parlamenti Tholoſani firmatur.*

4 *Arreſtum contrarium parlamenti Pariſienſis, quod tamen non approbatur.*

5 *Per renunciationem ſpecialẽ & expreſſam venditor à remedio illo excludi nequit.*

QVoad quæſtionem, † quam inter alias Charondas ſibi propoſitam fuiſſe in reſponſis ſuis [a] dicit; nempe an is qui vendidit & donauit per eundem contractum illud, quo carius res venditæ alias vendi poterant; ipſemet aut eius heres reſtitutionem in integrum poſtea ob læſionẽ vltra dimidium iuſti precij petere poſſit? teſte eodem, parlamentum Pariſiẽſe, XXIX. Martij Anno M. D. LXXX. pronunciauit reſtitutionem in eiuſmodi caſu minimè locum habere. Illud autem ita accipiendum eſſe idem tradit, ſi expreſſe id, quod res vendita pluris valebat, donatum fuerit. At melius hanc quæſtionem ita formari poſſe videtur, nempe, an venditor, qui per contractum venditionis illud quod pluris res vendita valebat, donauit emptor, ſi poſtea petat vt aut res vendita ab emptore reſtituatur, aut illud, quod iuſto precio deeſt, ſuppleatur à petitione ſua ob ſolam illam clauſulam donationis adiectam venditionis contractui excludi poſſit? Nam alias ſi contractus donationis † ſeparatim 2 accipiatur, atque in propriis naturæ ſuæ terminis conſideretur, vanum & ridiculum admodum eſſet deliberare, an ob læſionem vltra dimidium iuſti precij ex prædicto remedio donatio reſcindi poſſit.

Si enim appareat in actu donationis plus

ADDITIO.

[a] *Lib. 9. cap. 76.*

plus comprehenſum fuiſſe, quàm donator donare voluerit, tum per legitima iuris remedia donationem reduci oportet ad illud, quod donator reuera donare voluit, adeò vt illud, quod abundat, pro reuocato habeatur, licet iuſtum valorem dimidij nõ excedat. Quis enim, inquit, vir doctiſſimus [a] ferat iudicem, qui nolit in tanto errore donatori ſuccurrere, niſi deceptus fuerit plus dimidio, & ſi tanto fuerit deceptus, non reſcindat tamen donationem, ſed poteſtatem faciat ei, cui donatum eſt, ſupplendi de ſuo, quod eſt vltra dimidium. Quod dupliciter iniquum foret tum quòd donatorem bonorum donatorum loco pecuniam accipere à donatario oporteret, cùm tamen de eo nunquam cogitarit, eique magis expediat, vt ipſamet bona reſtituantur, quàm eorum loco pecunia detur: tum quòd ea ratione donatarius donatore, qui partem ſaltem donare voluit, inuito totum haberet. Quod ſanè citra omnem difficultatem procedit, ſi res immobiles donatæ fuerint. Et multo minus dubij res habet ſi
3 ſaltem donatio †. ex adiectione prædictæ clauſulæ in venditionis contractu arguatur. Sicque à parlamento Tholoſano ſemper iudicari conſueuit. Nec in toto illius reſſortu tam audax rabula eſt, qui nullam aliam cauſam habens, ſed ſaltem ob clauſulam illam impetrato diplomati contradicens arreſtuui expectet, cùm ſemper eum multam ordinariam aliaſque pœnas temerè litigantium metuere oporteat. Quam ob cauſam licet in contractibus venditionis & permutationum inter Vernhol & Caſſanhol celebratis, de quibus ſuperius diximus, clauſulæ illæ prægnantibus admodum verbis adiectæ eſſent: tamen dicto Vernhol minimè profuerunt, eo quòd tales clauſulæ à notariis potius ex ordinario eorum ſtylo, & aſinina conſuetudine quàm voluntate & intentione contrahentium appoſitæ [b] captioſam liberalitatem continent, quam ſemper interpretatio prudentum fregit [c] nulla habita eo in caſu ratione ſcientię aut ignorantiæ venditoris, quoad valorem & æſtimationem rerum venditarum. Nam quamuis iure licitum ſit [d] vt quis rem viliori precio vendat, illúdque, quod plus ea valet, emptori donet, cùm ſpecialiter & generaliter liceat iuri ſuo renunciare, nec vnquam volenti dolus inferatur [e] tamen cùm actus agentium non operentur vltra eorum intentionem [f] generaliſque renunciatio reſtringatur ad contractum, ſuper quo interponitur, [g] ſemper, illud conſideretur neceſſe eſt, cuius gratia conuentio aut contractus fit, quòd hoc in caſu venditio eſt diametraliter oppoſita donationi, quæ nunquam præſumi ſolet, [h] præſertim in neceſſitatibus, quę communiter occaſionem venditionibus dare conſueuerunt. Quare facilè apparet acceſſoriam eiuſmodi clauſulam donationes principali contractui venditionis appoſitam nihil aliud eſſe, quàm parergon fraudulentum & contra naturam actus & intentionis contrahentium inſtrumentis à notariis, qui ea conſcribunt, adiectum, inſertum & appoſitum. Imò in omnem euentum clauſula illa donationis, ſicut & hæc adiectio pluriſve (ſi modò quicquam operatur) non infinitam pecuniam continet, ſed modicam vt taxatio hæc *ſolidos decem pluriſve* ad minuſculam ſummam refert. [i] Vt ut ergo hic dici poſſet ob clauſulæ illius adiectionem venditorem viliori & tolerabili precio diſtrahere voluiſſe: tamen propterea aſſeri nequit eum de precio adeò vili cogitaſſe, vel etiam hoc ſenſiſſe, vt per clauſulam illam acceſſoriam emtori plus quàm per ipſum actum principalem, ſeu venditionem acquiri deberet. Nec obiici hîc poteſt licitum eſſe, vt non minus totum quàm pars à ſciente & volẽte, (quemadmodum quilibet vires patrimonij ſui ſcire [k] & intelligere illud quod agit, præſumitur) donetur. Rectè enim ad hoc reſpõderi poteſt quod hic de venditione non de donatione agatur. Quando autem venditio ob enormem læſionem reſcindi debet, tum alia pręſumtio conſideratur, per quam nemo ſuum iactare velle præſumitur [l] atque altera illa allegata præſumptio vincitur. Sicque parlamentum Tholoſanum ſemper, & quidem citra omnem difficultatem iudicauit. Haud enim mouetur arreſto illo † contrario Pariſienſi vel etiam rationibus, quæ à nonnullis interpretibus recentioribus [m] afferuntur, ſed 4
opinio-

ADDITIONES.

[a] Connan. *in ſuis comment. cap. re empt. & vend.* [b] Boerius *in deciſionibus q. 142. in priori part.* [c] *l. cum Aquiliana, de tranſact.* [d] *l ſi quis donationis, de contrah. empt.* [e] *l. cùm donationis, C. de tranſact.* [f] *l. non omnia. ſi cert. pet.* [g] *l. iubemus, C. ad Vell.* [h] *l. rem leg. de adimend. lega.* [i] *l. hac adiectio, de V. S.* [k] *l. quiſquis, C. de reſc. vend.* [l] *l. cùm de indebito, §. 1. de probat.* [m] Guilhelmus Fornerius *ad d. l. hac adiectio.*

opinionem illam pro certa & præiudiciis ſuis definita ſatiſque firmata haberet: vt ideo tanquam certam interpretationem diu iam habens mutari non debeat. Idque Rebuffus etiam non ignorauit, dum opinionem hanc pluribus confirmat, eamque in praxi & iudicio contradictorio obtinuiſſe tradit.[a] Quod proculdubio Pariſiis factum fuit, vbi ille doctor regens & aduocatus erat. Idem quoque paulo poſt,[b] ſubiicit, per
5 renunciationem † ſpecialem & expreſſam remedium illud venditori vltra dimidium iuſti precij læſo adimi non poſſe, ſicque curiam Pariſienſem obſeruare, quicquid in contrarium diſputetur, & concludant Doctores (ait ille) dicentes renunciationē ſpecialem admittendam quod tamen non ſeruatur. Cui addimus, quod iuxta illud & aliud parlamenti Pariſienſis arreſtum, quo l XIX. Iunij Anno M.D.LXIII. prolatū fuiſſe Charondas[c] teſtatur, noſtra curia Tholoſana pronuntiare ſoleat. Quibus etiam conueniunt, quæ traduntur à Doctoribus quibuſdam modernis[d] qui opinionem contrariam limitant, quamuis iuxta eorum aſſertionem, Boerius illam approbare videatur.

ADDITIONES.

[a] *In d. tract. de reſciſſ. contract. artic. vnic. 15. num. 10.* [b] *num. 21.* [c] *lib. 9. cap. 76.* quos recenſet Ranchinus, *part. 3. concluſ. 489. & ſequ.* [d] *deciſ. 142. num. 9. & 11.*

DECISIO LXI.

ARGVMENTVM.

In locationibus fructuum temporalibus prædictum beneficium locùm non habet.

QVemadmodum in emendo & vendendo, inquit I.C. Paulus[a] conceſſum eſt, quod pluris ſit, minoris emere, quod minoris ſit, pluris vendere, & ita inuicem ſe circumſcribere: ita in locationibus quoque & conductionibus iuris eſt: & ideò vt Hermogenianus[b] mox *in ſequenti* lege infert, prætextu minoris penſionis locatione facta, ſi nullus dolus aduerſarij probari poſſit, reſcindi locatio non poteſt.

Et quamuis negotiatio eiuſmodi à commercio communi procedat, quod ſublata ſpe queſtus langueſcere ſolet,[c] eo quòd emptor viliore comparandi, venditor cariore diſtrahendi votum gerentes ad emptionem accedere dicuntur[d] idque diligēter accedente mercantium more quomadmodum hiſtoricus Romanus alibi dicebat: attamen ſi læſio vltra dimidium iuſti precij, de qua ſæpius iam diximus, interueniat, tum alterutrum fieri neceſſe eſt, vt aut contractus ex humanitate & æquitate reſcindantur, aut iuſtum precium ab emptoribus vel conductoribus ſuppleatur. Quod occaſionem dedit dominæ Ludouicæ de Britannia quaſi donatariæ de Caſtelnau les Bretonōs, vt Anno M.D.LXII. (in quo propter bellorum ciuilium calamitatem vehes frumenti pro octodecim, aut etiam viginti libris Turonenſibus vendebatur) reſcindi peteret locationem de la baronnie dudit Caſtelnau ante triennium, cùm frumentum pro tribus aut quatuor ſaltem libris venderetur, ciuibus & incolis quibuſdam de S. Cere à ſe factam. Multo enim vltra dimidium ſe læſam eſſe dicebat, quemadmodum ipſemet euentus probaret & lucrum conductorum veram penſionem triplo aut quadruplo excedere doceret. Cùm ergo illa libellum ſupplicem curiæ exhibuiſſet, atque ob inſtans belli periculum arcem cum locatis fructibus intra manus ſuas ad alendum militem præſidiariū tradi & interim contractum locationis conductionis, quamdiu neceſſe eſſet, reſolui petiiſſet, domino d'Auzono demandatū fuit, vt inter partes ageret, coram quo conductores allegarunt petitionem illam locatricis haud audiendam eſſe, eo quòd contractus locationis conductionis ad decennium factus, & triennium nondum lapſum atque in prioribus duobus annis illa de læſione minimè conqueſta fuiſſet, quæ etiam læſio hoc in caſu haud magis ac quælibet alia in re ipſa conſiſtens, quemadmodum vocatur, conſiderari queat, cum obtentu maioris percepti emolumenti propter incertum fructuum euentum reſcindi placita non poſſint.[e] Nam ſi minus in fructibus fuiſſet, domina illa contractum reſcindi minimè petiiſſet.

Ad contrarium ergo poſtulandum non debet admitti,[f] præſertim cùm generalis Franciæ conſuetudo ferat, vt propter eiuſmodi læſionem ab illa allegatam locationes conductiones fructuum & redituum tempo-

ADDITIONES.

[a] *l. item, §. final. locat.* [b] *l. & ideo, eod.* [c] Senec. [d] *dict. l. ſi volunt. & c. penultim, extr. de empt.* [e] Tranquillus *in c. Calig. cap. 36.* [f] *l. ſi ea lege, Cod. de vſur.*

temporalium minimè reſcindantur.[a] Atque ſic ad relationem commiſſarij illius, domini d'Auzono, curia noſtra Anno M.D. LXII. pro conductoribus pronuncians, locatrici petitionem ſuam denegauit, atque partes compenſatis expenſis lite & foro exemit.

ADDITIONES.

[a] *l. penult. C. de ſolut.* [b] *§. fin. de action. perſonal. in ſtylo parlam.* Petr. Rebuff. *in tract. de reſciſſ. contr. in com. ord. reg. artic. vnic. gl. 15. num. 5.*

DECISIO LXII.

ARGVMENTVM.

Beneficium *l. 2. C. de reſc. vend.* etiam in contractu emphyteutico quandoque locum habet.

SVMMARIVM.

1 *Minor in contractu emphyteutico læſus in integrum reſtituitur: quoad maiorem verò inter diuerſas & contrarias opiniones diſtinctio Rebuffi æqua videtur.*

1 DIuerſæ quoque & contrariæ DD. opiniones ſunt, vtrum remedium illud † in contractu feudali & emphyteutico locum habere queat: adeò vt quidam ex inſignioribus modò negatiuam, modò affirmatiuam tenuerit. Ad negatiuam enim cõmotus fuit, quod eiuſmodi contractus, neque emptio venditio, neque locatio conductio ſit,[a] affirmatiuam verò,[b] quam etiam alij[c] ſequuntur, ideò defendit, quod in omnibus actibus, in quibus talis læſio interuenit, ex æquitate atque ad minimum ex officio iudicis læſis ſuccurrendum ſit. Rurſus alij reperiuntur,[d] qui confirmant negatiuam, dummodo conceſſio ſcienter facta fuerit à Domino, qui rei valorem ſciebat, vel ſcire præſumebatur, propter iura directa & alia hinc manantia commoda, quæ deceptionis atque doli prætextum excludere ſolent, emphyteuticariúmque in perpetuum onerant, maximè, ſi eius cultura & opera res emphyteuticariæ melioratæ fuerint. Tantum enim abeſt, vt dolere debeant diligentes operam ſuam agri dediſſe culturæ, diligẽtiámque ſuam ſibi damnoſam experiri, quin potius ob ſua, quæ vocantur, ἐμπονήματα ſecuri eſſe debeant,[f] ne promulgatione reſcripti, aut reuerentia ſacræ adnotationis quiſquam à fructu impenſi operis eos extrudat. Pro conciliatione autem opinionum illarum contrariarum Rebuffus,[f] hanc diſtinctionem vſurpat, nempe quòd affirmatiua locum habere debeat, quando læſio quoad dominium directum facta fuit, eo quòd emphyteuſis in effectu nihil aliud, quàm locatio ſit, negatiua verò, quando læſio quoad dominium vtile contigit, atque tandem prædictus auctor concludit ſe non vidiſſe poſteriori caſu efficaciter eiuſmodi contractus reſciſſionem ob immodicam læſionem peti, niſi ab Eccleſia, quæ pari cum minoribus fauore & priuilegio gaudet,[h] quemadmodum etiã Maſuerius notauit.[i] Curia autem prædicta minores vltra dimidium læſos, ad reſciſſionẽ contractuum eiuſmodi emphyteuticorum admiſit, ſicuti eam pronunciaſſe intellleximus, Anno M. D.LXIII. pro Claudio Vernhol contra Ioannem Soye, & deinde cum magna cauſæ cognitione ad relationẽ Dn. Bonot XVIII. Iulij, Anno M.D.LXXXIX. vbi itidem ad minorem ætatem curia reſpectũm habuit. Quoad maiores enim cõmunis opinio in contrarium eſt, cùm ij talem læſionem in feudis & contractibus emphyteuticis prætendere non poſſint.[k]

ADDITIONES.

[a] Speculator, *tit. de emt. & vend. §. nunc ſciendum, 20 verſ. quid de conceſ. in emphyt.* [b] *tit. de emphyteuſi §. nunc aliqua, verſ. 10. quæritur.* [c] Paulus Caſtrenſ. *in d. l. 2.* [d] Iaſon *in l. 1. verſ. vlt. vt nihil omittatur, C. de iur. emphyt.* quẽ ſequitur Guilhelm. Bened. *in c. Raynutius, extr. de teſtam.* [e] *l. fin. C. de alluuio.* [f] *l. quicunque deſertum, C. de omni agr. deſert.* [g] *in d. tract. de reſc. contr. artic. vnic. gl. 12. ad d. conſtit.* [h] *c. 1. & c. auditu, de reſtit. in integr.* [i] *tit. de locat. n. 26.* [k] *l. ſi quis, C. de omn. agr. d. ſ.* refert & ſequitur Ranchinus *part. concl. fin.* qui allegat Bened. *in d. cap. num. 932. & 935.*

DECISIO LXIII.

ARGVMENTVM.

Prædictum remedium in hereditate vendita non obtinet.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium* d. l. 2. *non habet locum, quando hereditas ea lege vendita fuit, vt emtor omnia debita ſoluere, cæteraq́; onera hereditaria ferre, & venditorem indemnem ſeruare deberet.*

QVidam pecuniã indigens, † aut alias 1
labyrinthum debitorum & onerum hereditariorum vitare cupiens, à quopiam

cognato ſuo ære alieno ita grauato, vt eum plus debere, quàm in bonis reliquiſſe communis fama ferret, cùm heres inſtitutus fuiſſet, vni è præcipuis defuncti creditoribus hæreditatem ea lege vendidit, vt inde emtor ſibi & reliquis creditoribus ſatisfacere, atque venditorem erga omnes, tã creditores, quàm reliquos ius perſonale, reale aut mixtum prętendentes indemnem præſtare deberet. Venditor deinde contra venditionem illam reſtitui voluit, quaſi vltra dimidium iuſti pretij læſus fuiſſet. Quē propterea audiendum non eſſe emptor dixit, quod quaſi alea emerit, [a] ſicque deciſio illa iuris hic obtineat, quod in emptione captus piſcium vel auium, vel miſſilium, quæ contrahitur, etiãſi nihil inciderit, quia ſpei emptio eſt, & quod miſſilium nomine eo caſu captum eſt, ſi euictum fuerit nulla eo nomine, exempto contrahatur obligatio, quia id actum intelligatur, vt quemadmodum emolumentum negotiationis: ita & periculum ad emtorem pertineat, [b] adeò vt venditor reſtitutionem iure haud petere poſſit, vtpote, qui tales clauſulas [c] contractui adiecerit, vt euidens ſit ipſum incertum rei tantummodo venſſe, vt in retibus. [d] Atque ſic pro emptore citra difficultatem curiæ noſtræ arreſto ad relationem noſtrã in cauſa d'Aliquery & Carrier contra Bõne Carriere XVIII. Decembris, Anno M.D.XCIII. iudicatum fuit. Idem quoque parlamentum Pariſienſe 29. Martij, Anno M.D. LXXX. pronunciaſſe Charondas teſtatur. Quibus arreſtis etiam conſentanea ſunt ea, quę ab interpretibus iuris communiter traduntur. [e]

ADDITIONES.

a *l. nec emptio, de contrah. empt.* b *l. quod ſi in venditione, 4. de her. vel act. vēd.* c *l. nam hoc modo, 11. eod.* d *l. ſi iactum, de act. empt.* e Baldus *in l. per diuerſas, C. mandat.* Panthalcon Chalderinus *in 36. limitat. ad d. l. 2.* Rebuffus *vbi ſupr. num. 47. & ſequentibus.*

DECISIO LXIV.

ARGVMENTVM.

Emtor, contra quem venditor beneficio *d l. 2.* experitur, nõ liberatur, ſi tantum adhuc offerat, quantum ad dimidium iuſti precij ſufficit.

SVMMARIA.

1 *Emptor, qui venditorem vltra dimidium iuſti pretij læſit, ſi eo nomine conueniatur, oblatione eius, quod dimidio deeſt, liberari nequit.*

2 *Harmenopulus doctè à Domino Cuiacio ſub ficto nomine mercatoris corrigitur.*

VErum in eadem materia læſionis † vltra dimidium iuſti pretij, aliud dubium oboriri vidimus: Quidam, cùm contra eum venditor ex *d l. 2.* experiretur, offerebat ſe tantum additurum eſſe, quantum ad dimidium iuſti pretij ſufficeret. Nam emi (inquiebat ille) fundum, de quo quæſtio eſt, libris quingentis, quem periti, atque a nobis mutuò approbati æſtimatores mille ducentis, & quinquaginta valere aſſerunt. Paratus ſum precio illi librarum quingentarum addere adhuc centum & viginti-quinque, ne vltra dimidium iuſti pretij vēditor, læſus ſit. [a] Si enim hoc ab initio feciſſem, tu de læſione eo modo omnino cõqueri non potuiſſes, cùm illam neceſſariò dimidium excedere oporteat, adeò vt ſi vel minimum deficiat remedium illud fruſtra imploretur. Sic & paria eſſe alibi leguntur, aliquid vno tempore fieri, aut ad illud tempus incipere, [b] quemadmodum impubes licet teſtificari nequeat, pubės tamen factus, de iis, quæ in pupillari ætate vidit, teſtificari poteſt. Idem ergo quoad me (dicebat emtor) obtinebit, vt & ego liberer ſupplendo iuſti pretij dimidium, quo conſtituto ab initio non potuiſſem inquietari. Adducebat præterea ille auctoritatem egregij cuiuſdam Iuriſconſulti noſtri temporis, qui in hanc partem inclinauit, eo quòd Harmenopulus † Græcus interpres 2 expreſsè ita docere videatur, dum de læſione illa diſſerens facultatem ſupplendi emtori conceſſam refert ad dimidiũ hiſce verbis: τὸ ἐκλεῖπον τοῦ ἡμίσεος. [c] Maſuerius quoque *in notis ſuis ad practicam Ferrariēſis,* [d] pro opinione hac quoddam præiudiciũ allegat. Atque hæ ferè præcipuæ rationes ſunt,

ADDITIONES.

a gl. *in c. cum cauſa, de empt. vend.* Iaſon in *dict. l. numer. 53. Cod. de iur. emphyt.* Rebuff. *vbi ſupr. numer. decimoquarto.*
b *l. 3. §. lege Iulia,* & ibi gloſſ. *ſuper verb. impuber. de teſtibus.* c Harmenopul. *lib. 3. tit. 3. de Nou. Cæſar. Ro. Senio.* d *tit. de form. lib. in cauſa vend. illis verb. quæ & qualit.*

ſunt quæ pro emptore illo militabant. Verum à venditore reſpondebatur eas nihil aliud quàm fictas & ſubtiles quaſdam rabularum forenſium cautelas eſſe intentioni Imperatorum in allegatis cõſtitutionibus planè aduerſas, atque iuxta illam intentionem haud aliter emtorem liberari poſſe, quàm ſi aut rem emptam redderet, aut integrum precium mille ducentarum & quinquaginta librarum ſuppleret: cùm hic cõmunis praxis & vſus optimam interpretationẽ præbeat, quæ nullo modo mutari aut eludi poſſit. Quę interpretatione etiam iuſtà ratione haud caret. Nã ſtatim ac emptor venditorẽ vltra dimidium iuſti precij læſit, quoad illum diſpoſitio *d. l.* 2. locum habet. Ab hac igitur, ſi rem vẽditam reſtituere nolit, aliter liberari non poteſt, quàm ſi verum & iuſtum precium integrè ſuppleat, quemadmodum non prodeſt ei, qui vi rapuit ad euitandam pœnam, ſi antè iudicium reſtituat rem, quã rapuit. [a] Quare ſi ab initio emtor feciſſet illud, quod ſe iam facturum eſſe prætendit, extra omnem culpam & pœnam fuiſſet. At cùm illud non fecerit pœna ſemel commiſſa in fauorem venditoris, vlterius ei inuito extorqueri non poteſt.[b] Atque ſic pro venditore contra emptorem ad noſtram relationem in ſecunda claſſe inquiſitionũ in cauſa Puymulle venditoris contra les Marſals emptores per appellationem à Seneſcallo de Quercy, aut eius vices gerente au ſiege de Figeac ad curiam deuoluta, pronunciatum fuit. Cui arreſto nõ officit illud, quod ex Græco illo auctore ſupra allatum fuit. Corrupta enim lectio videtur, quam doctiſſimus Cuiacius [c] optimè correxit, dum pro poſtremo vocabulo τοῦ ἡμίσεως, aliud, nempe τοῦ τιμήματος ſubſtituit, vt ita ſenſus nouellę, cuius paraphraſin auctor ille tradit, integer ſeruari queat. Idem ſubodoratus fuit Græcæ linguæ peritiſſimus Mercierius, qui Harmenopulũ in Latinam linguam transferens poſtremum illud vocabulum minimè in natiua ſignificatione reddere; ſed hæc verba vſurpare voluit; *Quod amplius eſt ita, vt ad id, quod reliquum erat iuſti pretij expreſſioni generalitas ita cõcepta referretur, atque eodem modo in caſu illo emtor iuſtam rei æſtimationẽ, ſi vellet, complere teneretur.* Iuxta quam interpretationem prædictum arreſtum Harmenopuli verbis minimè aduerſatur. Haud quoq; firmiter obſtat præiudiciũ ſupra ex Maſuerio [c] allegatũ. Ad conſequentiã enim trahi nequit, ſed ob peculiares circũſtantias ſaltẽ ad hypotheſin & caſum illum ſpecialem pertinet. Venditor quippe ibi, qui petitor erat, nihil omnino ex parte ſua impleuerat, atque ideò remedio illo ab Imperatoribus introducto vix iuuari poterat, vt ideò mirùm nõ ſit qualemcunque oblationem emptoris, qui etiam ſine ea penitus abſolui potuiſſet, approbatam fuiſſe.

ADDITIONES.

[a] *l. pen. vi bon. rapt.* [b] *l fin. de pact.* [c] *ad mercator. cap.* 13. [d] *dicta nouella Roma Senio titul. de pradi. acquiſit. capite ſecundo.*

DECISIO LXV.

ARGVMENTVM.

Venditor, qui ſaltem vſque ad dimidium iuſti precij, & non vltra læſus fuit, prædictum remedium vſurpare nequit.

SVMMARIVM.

1 *Quando in materia reſtitutionis ex* d. l. 2. C. de reſcind. vend. *prolatio læſionis ſaltem vſque ad dimidium iuſti precij, & non vlterius ſit, venditoris intentio malè fundata cenſetur, atque emtor conuentus abſoluitur.*

VT æquo quodam temperamẽto coerceretur vaga libertas † commutatiuę negotiationis, per quam inæqualitas quępiam, deceptio naturalis appellitata, in rebus, quæ in hominum commercio ſunt, licita & permiſſa erat, illíque certi limites & termini conſtituerẽtur: Imperatoribus viſum fuit per conſtitutiones ſæpius allegatas illam ad dimidium iuſti precij limitare & reſtringere, adeò, vt illud inſtar Herculis columnarum nunquam tranſiri deberet. Hócque nonnulli etiam Mathematicam rationem habere autumant, cũ veluti medium inter ſummam æqualitatem tum exiſtentem, quando commutatio ex vtraq; parte præciſè & exactè æqualis eſt, atque inter nimiam inæqualitatem tum fieri ſolitam, quando vnus contrahentium omne, alter verò nihil habet, eo modo ſeruetur. Idem tamen, ne cum temperamento quidem iſto aliis omnino probari potuit, qui exiſtimarunt illud durum, crudele, inhumanum, à iuſta æqualitate & naturali iuſtitia alienum atque ad iuuandum inexplebile auarorum & crudelium vſurariorum deſiderium introductum 1

eſſe.[a] Sane cùm non planè irrationabile,& in tota Francia atque iis quoque in locis, vbi ius Romanum incognitum eſt,receptũ ſit,quodammodo illud tolerari poſſe putant,cum hac tamen æquitatis moderatione, vt clarè probata enormi læſione etiam citra omnem verum dolum,[b] ſiue in occultando,[c] ſiue perſuadendo, [d] celando, [e] aut ſubtrahendo iudices,(quibus bonum & æquum præ oculis ſemper obuerſari debet)nõ debeant tam claram & nimis ſcrupuloſam atque exactam de ipſius dimidiæ exceſſu probationem exigere, quod & ſupremo & æquiſſimo Senatui Pariſienſi placuiſſe Carolus Molinæus ſe intellexiſſe profitetur. Verũ curia noſtra Tholoſana ſemper taxationem & moderationem ab ipſis Imperatoribus præſcriptam obſeruare conſueuit,adeo vt venditore læſo exceſſum dimidiæ non probante emtorem abſoluerit, [f] ſicque in terminis ad relationem defuncti Domini Vinhaux in cauſa les Baruteis de Gailhac, anno M.D. LXXVIII.iudicauit,Id quod pro moribus huiuſce ſeculi apud nos apprimè æquitati conuenit, propter vana & gratioſa hominum noſtrorum teſtimonia, quæ vel omnem, aut minimam, aut medium, aut maximam æſtimationem pro captu producẽtium afferre ſolent,niſi manifeſtiſſimè mẽdacij ſe conuinci poſſe metuant. Quod euenit potius in ea probatione & deceptionis vltra dimidiam, quam alterius partis minoris. Proinde illud Ciceronis[g] vſurpare licebit, non ſemper eaſdem ſententias ab iiſdem,ſed quas Reipublicæ ſtatus,inclinatio temporum, ratio concordię poſtulare videantur eſſe defendendas.

Additiones.

[a] Carolus Molinęus *in tract.de commerc. & vſur.* [b] *l.tres fratres,de pact.* [c] *l.Iulianus,§.ſi venditor,de act.empt.* [d] *l.ea, quæ, §.fin.de contr.empt.* [e] *l. & eleganter,§.non ſolum,de dol.* [f] *l.quod ſi Epheſi, §.fin.de eo, quod cert.loc.* [g] *pro Cn.Planc.*

DECISIO LXVI.

Argumentum.

De exceptionibus litis ingreſſum impedientibus primo omnium cognoſci & pronunciari debet.

Summarium.

1 *Edictum regium, quo prius exceptiones litis ingreſſum impedientes expediri iubentur curia Tholoſana cum diſtinctione quapiam comprobauit.*

EDICTO Henrici III. Valeſij artic. 150.in comitiis Bleſſenſibus promulgato inter alia ſancitur,quod prius cognoſci & pronunciari debeat, quoad † exceptiones litis ingreſſum impediẽtes,à defenſoribus ſeu reis oppoſitas, antequam vlterius procedatur,atque ad probationem aſſertionum ſuarum partes admittantur, quodque hoc ſine vlla reſeruatione fieri oporteat,adeò vt iudices id facere negligẽtes eo nomine à partibus conueniri queãt. Verùm curia noſtra edictum illud nõ ſimpliciter, quemadmodum conceptum eſt, recepit & comprobauit,ſed antiquum ſtylum ſuum retinere maluit, vt partibus ius ſuum eo melius conſeruari poſſet. Exceptiones enim illę communiter,atque etiam à pragmaticis noſtris accipiũtur pro omnib9 exceptionib9 peremtoriis,quę finẽ liti imponũt & efficiũt,vt ampli9 procedi nequeat, ſiue quoad cauſam principalem,ſiue quoad cauſam appellationis. Ex illis nõnullę priuilegiatę vocantur,quę ob auctoritatem & priuilegium iudiciorum notoriæ & euidẽtes sũt,veluti exceptiones rei iudicatę trãſactionis, pręſcriptionis,iuramẽti,quas Bartol9 exceptiones finẽ liti imponẽtes vocat, atque generalem de iis regulã tradit,quod litis ingreſſum impediant. [a] Vnde etiã ſtatim ab initio,atque ante litis conteſtationẽ opponi debent. Atque quoad has exceptiones curia noſtra ſemper iuxta allegati edicti tenorem prius cognoſcere & pronunciare conſueuit. Si tamen exceptio pręſcriptionis non ſit notoria, [b] neque partis aduerſę confeſſione, actibus legitimis vel etiam inſtrumento (quod tamen rariſſimè fieri poteſt [c]) in continenti ſine vlteriori inquiſitione & cauſę cognitione doceri queat, [d] tum refertur ad ordinem & numerum reliquarum exceptionum peremptoriarum,quę ita dictę atque generis ſui nomen retinẽtes elidunt & perimunt intentionem petitorum,ac poſt litis conteſta-

Additiones.

[a] *in l.poſtquam liti,in 1.lectur.C.de pact. C.fratris,C.de tranſact.* [b] Bartolus *in l.iã poſteaquam,de iureiur.& in l.final.C.de edict.D.Hadr.toll. & l.cùm quæreretur, iudicat.ſolu.* Stephanus Aufrerius *in deciſ.cap. Tholoſ.quæſt.67.in ſtyl. parlã.tit.de except. §.item exceptio præſcriptionis.* [c] Felin.*in c. ſignificauer.de teſtib.* [d] Duret.*ſur l'edict.*

conteſtationem docendæ ſunt, ne fortè lis in duas inſtantias diuidatur, quarum vna exceptiones illas, altera verò, iis non probatis, cauſam principalem cōcernat. Quare curia noſtra atque aliæ inferiores, quæ illius iuriſdictionem agnoſcunt, regulariter pronunciare ſolent, quod ſine præiudicio eiuſmodi exceptionū in cauſa principali procedi debeat. Quę ratio diuerſitatis inter exceptiones illas non inde dependet, quod nos omnes æqualem vim perimendi habeant, ſed quod minor poſteriorum auctoritas ſit, vtpote quæ plerumque ita cōparatæ ſunt, vt probatione indigeant, ſicq; ad ipſam cauſam principalem remittātur, vt earum cognitio æquo litis tramite decurrat. Quod quidem ortum ſuum habere, atque ad vſum noſtrum translatum fuiſſe ex doctrina Accurſij ſemper exiſtimauimus; qui *in gloſſa ſua* ad verbū Vlpiani de iuramēto diſſerentis [a] hęc verba vſurpat: *Nam poſteaquam iuratum eſt, denegatur actio, aut ſi controuerſia erit, id eſt, ſi ambigitur, an iuſiurandum datum ſit, exceptioni locus eſt*; exceptioni (ait Accurſius) ſcilicet iuriſiurandi, admiſſo interim actore propter ambiguitatem, donec reus probet ſe iuraſſe: vel dic exceptioni, id eſt, replicationi: ſed cùm nihil ponat, qui replicat, non probabit, ſed qui excipit. Quo etiam referri poteſt, quod alibi Bartolus reſpondet, [b] atque Budæus *in pandectis iuris* [c] ex Cicerone allegat. Sicque curia noſtra obſeruare & iudicare conſueuit, atque cùm tali prædicti articuli diſtinctione regium illud edictum comprobauit.

ADDITIONES.

[a] *l. 9. de iurei.* & ibi gloſſa. [b] *in l. exceptionem, C. de probat.* [c] *l. 2. de O. I.*

DECISIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatio regia ſanciens, vt in omnibus caſibus, in quibus valor & æſtimatio rerum per teſtes probari debet, litigātes in certos æſtimatores conſentiant, explicatur.*

1 ALIVS quoque edicti illius † articulus nempe CLXII. eſt, quem itidem curia noſtra cum ea moderatione & reſeruatione comprobauit & recepit, vt eo tam præciſe aſtringi nollet, quin pro variis diuerſorum caſuum circumſtantiis pro more ſuo liberè decernere poſſet, quid fieri debeat, vt eo melius ſuum cuique tribueretur. Tenor autem articuli illius talis eſt: *In poſterū in omnibus cauſis, in quibus probatio æſtimationis ſeu valoris rerum quarundam per teſtes fieri debet, vtraque pars in viros peritos & expertos conſentire obſtringetur. ſiq; conſentire nolint, iudices ex officio quoſdam dabunt, qui res illas æſtiment, & æſtimationis rationem reddant, neque partibus iniungent, vt aliam probationem faciat, niſi quoad alia facta, quæ in proceſſu deducta probationem per teſtes deſiderabunt.* Qui articulus illud ipſum continet, quod iure quoad æſtimandum, iuxta temporis præſens, valorem bonorum mobilium & immobilium obſeruatur. Vt enim iſta æſtimatio, immobiliū præſertim, haberi queat Bartolus, *quodam in loco* [a] talem modum præſcripſit, nempe quod iudex ad locum in quo ſita ſunt ire, atque in quonam ſtatu, ſint, conſiderare, quódque duos æſtimatores peculiari iuramento deuinctos [b] ad locum mittere, vt ij inſpiciant atque ſibi referant, aut quod tutiſſimum & prędicto articulo maximè conueniens eſt, litigantes iubere debeat, vt vterque vnum aut duos nominet, niſi malint, vt ipſe ex officio quoſdam deputet, qui præſtito iuramento & facta inſpectione fideliter pro conſcientia & artis ſuæ peritia referant, precium & valorem rerum litigioſorum datum damnum, reparationes neceſſarias, & quanto ſumptu reſtitui poſſint. Atque ſic prædicta praxis penitus ex theoria iuris ciuilis hauſta & deſumta eſt, [d] iuxta cuius diſpoſitionē, ſi partes in æſtimatores conſentire nolint, haud minus, atque in dicto articulo ſancitur, iudex ipſe ex auctoritate propria (ex officio dicunt) ad rei æſtimationem procedere poteſt; rei qualitatibus diligentiſſimè examinatis, oculis ſuis ſubiectis etiam locis, arbitris iudicaturis ad hoc vocatis (expertos appellant.) Vbicunque enim de ęſtimatione non liquet, ad iudicem pertinet eam determinare, vt arbitris ſuperioribus adhibitis materia tanquam ab architectis definiatur, [f] quia & iudex, vt dicunt,

ADDITIONES.

[a] *in l. pretia, §. nonnunquam, ad l. Falcid.* [b] *l. hac edictali, §. mobiliū, C. de ſecūd. nupt.* [c] *arg. l. ſi vnus, §. penult. de recept. arbitr.* [d] *l. ſi irruptione, §. fin. al. fin. reg. iunct. l. final. in fin. C. de iur. dom. impetr.* [e] *arg. l. ſi quod ex Paphila*, cū ibi nota. *delat.* 2. *l. ſemper, §. in hoc interdicto, in fin. quod vi aut clam. d. l. hac edictali, §. illud.* [f] *§. quod autē, in auth. de non alienand. aut permut. reb. Eccleſiaſt.*

SVperius egimus de ordinationis à rege Ludouico XII. Anno M.D.XII promulgatæ articulo XLVI. maiores concernente,
1 & cuius vigore † omnes reſciſſiones contractuum, diſtractuum, aut aliorum actuum quorumcunque, quæ ob dolum, fraudem, metum, circumſcriptionem, vim aut deceptionem vltra dimidium iuſti precij petuntur, præſcribi ſolent per decem annos continuos computandos à die, quo contractus diſtractus, aliìve actus facti ſunt, atque metus violentia, aut alia eiuſmodi cauſa, ob quam reſciſſio petitur, ceſſauit. Dubitatum autem fuit, à quo die in contractibus venditionum cum pacto de retrouendendo factarum decennium illud incipere deberet, vtrum à tempore contractus primi & principalis, an verò à die finitæ pactionis de retrouendendo. Et poſterius propterea dicendum eſſe videbatur, quod conſtitutio per decem annos continuos ita præſcribi dicat. Particula enim *per* ſic poſita denotat continuationem & perfectionem.[a] Dicitur item in conſtitutione decennium illud cōputandum eſſe à die contractuum & actuū factorum, & ſic à die pacti finiti, quia tunc cenſetur contractus factus, quando habet perfectionem,[b] præſertim quod pactum de retrouendendo, quod eſt conditionale, & tanquam pactio inhærens ipſi cōtractui, & partem illius ac precij conſtituens, cùm alias ſine tali pacto vendi carius res potuiſſet,[c] adeò vt emptor non prius rei emptæ perpetuus & verus Dominus fiat, quàm facultas redimendi expirarit; ita vt cùm elapſo tempore ad redimendum dato, quæ fiduciaria erat, puta demum fiat venditio[d] non immeritò à die conditionis vel confirmationis hæc tempora labi cenſeantur.

Atque in hac opinione fuit dominus Rebuffus *in commentariis ſuis ad regias ſanctiones*,[e] pluráque pro illius confirmatione dominus du Val tractatu ſuo de rebus dubiis[f] congeſſit. Verum hiſce & aliis omnibus, quæ adduci poterant, haud obſtātibus contraria opinio præualuit, eo quòd venditio cū pacto de retrouendēdo ſtatim eo die, quo cōtrahitur perfecta ſit, neq; vllo modo conditionalis cēſeatur, quamuis ſub conditione reſolui poſſit,[g] neque idcò minus quid noſtrum eſſe vindicabimus, quod abire à nobis dominium ſperatur, ſi conditio legati vel libertatis extiterit.[h] Et quamuis conditionalis eſſet, tamen cùm de iure ſubſiſtat, ſicque perfecta ſit, de conditionis euentu nihil curaretur,[i] quia non ſolum traditionis tempus, ſed & cauſa antiquior traditionis, quæ bonam fidem habuit, inſpici debet. Atque ſic curia tam Tholoſana quàm Burdegalenſis iudicare conſueuit, quamuis in tractu Burdegalenſi alia conſuetudo ſcripta extet primæ opinioni planè conformis quoad annum & diem retractus gentilitij, quemadmodum conſuetudo illa expreſsè diſponit, & ſatis per ſe ipſa loquitur.[k]

Additiones.

[a] *l. vrbana, §. pernoctare, de V. S.* [b] *l. rei appellatione, §. opera, eod. tit. l. 2. §. verſum, de in rem verſ.* [c] *l. iuriſgentium, §. 1. de pact. l. pacta conuenta, l. fundi partem, de contrah. empt.* Cynus, Bartolus, & alij, *in l. inter maiores, C. de inoffic. teſtam.* [d] *l. 1. §. annus autem, quand. act. de pecul. eſt annal. l. talia facta, de iur. dot. l. cùm notiſſimi, §. illud autem, C. de præſcr. 30. vel 40. annor. l. ſi duobus. §. vendidi tibi, l. intra quatuor, §. quadriennij, in fin. de diuerſ. & temp. præſcr.* [e] *in tract. de reſciſ. artic. vnic. gl. 19. num. 1. & 21. num. 1.* [f] Arnoldus Ferronus *in cōſuet. Burdegal. tit. de retract. §. 12.* [g] *l. 2. C. de pact. int. empt. & vend.* & quæ ibi not. *l. 2. de in diem addict. l. 1. de leg. com.* [h] *l. non ideo minus, de rei vind.* [i] *l. 2. §. biduum, quand. appell. ſit.* Guido Pap. *q. 257.* [k] *l. iuſto errore, §. conſtat, cum ſeq. de vſucap.*

DECISIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Venditore, qui vltra dimidium iuſti pretij læſus fuit, in integrum reſtituto omnes hypothecæ, ceteráque onera interim ab emptore rei emptæ impoſita reſoluuntur, & venditori nequicquam præiudicare poſſunt.*

EMtor quorundam bonorum, † eadem oppignorarat, atque ſeruitutem vicino ſuo conſtituerat, vt tam ire, quàm equo vehi in iis poſſet. Venditor poſtea ſe vltra dimidium iuſti precij læſum prætendens, & propterea venditionem reſcindi petens, emptorem adeò vrget, vt condemnetur bona empta recepto precio, eiuſque acceſſionibus venditori reſtituere, niſi precium iuſtum, quod eadem ſententia taxatū fuit, ſupplere malit. Quæ ſententia cùm executioni mandari deberet, precium ſuum recipiens emtor bona prædicta venditori reſtituit. At opponens ſe creditor & vicinus ille, eadē hypothecæ iure quoad quantitatē quinquaginta coronatorum, quam poſt 1

contractum illum emtor à ſe mutuò accepiſſet, eóque nomine bona illa obligaſſet, affecta atque ſeruitute itineris & viæ ab eodem emptore impoſitæ, & vicinis bonis ſuis conſtituta, grauata eſſe declarari petit. Idque propterea, quòd emtor minimè coactus, ſed ſponte, & ex libera voluntate bona illa prius acquiſita, & poſtea obligata iam venditori, & quidem in creditoris fraudem ceſſiſſet, [a] cùm eorundem reſtitutionem ſupplemento iuſti precij optimè euitare potuiſſet. Cui venditor reſpondebat, quòd bona ſua recepiſſet, cùm eodem iure & eadem cauſa, qua illa tempore venditionis habuerit, cùm aliter reſtitutionis natura non ferat, [b] atque quòd ipſe cum creditore illo neque contraxerit, neque quaſi contraxerit, qui propterea regreſſum ſuum habere poſſet contra eum, cum quo cõtraxiſſet, à quo ipſe nullum ius neque cauſam haberet. Addidit & hoc, quòd emtor ille, quamuis facultatem ſupplendi habuerit: tamen propterea pro venditore volũtario habendus non ſit. Fieri enim potuit, vt pecuniam non habuerit, ſicque ad emptorum bonorum reſtitutionem coactus fuerit, [c] vt propterea locũ habere nequeat illud quod aliàs dicitur, debitorem neque alienatione inter viuos, neque teſtamento, neque alia diſpoſitione creditoris ſui conditionẽ deteriorem reddere, aut eius hypothecæ præiudicare poſſe. [d] Præterea etiam emtori res auctoritate & beneficio legis euicta fuit, quo caſu certum eſt reſoluto iure datoris reſolui, & ius acceptoris. [e] Imò, ſi creditor ſua intereſſe, vt precium ſuppleretur, atque aliter indemnem ſe ſeruari non poſſe exiſtimaſſet, tum re adhuc integra interuenire, atque ipſe ſupplementum offerre debuiſſet. Quod cùm facere potuerit, atque non fecerit, haud eſt, quod à venditore reſtituto iam aliquid petat, qui ſaltem conceſſo ſibi à lege beneficio vſus fuit. Atque quòd eodem creditor vſus nõ fuerit, eiúſque vigore precium non ſuppleuerit, ipſemet in culpa eſt cùm damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debeat non aliis imputare. [f] Sicque fuit iudicatum ad noſtram relationem tacito tamen Senatuſconſulto in cauſa du Puts contra de Bucan, Anno M.D.LXXXI. Sanè creditor vrgentes admodum articulos in eo caſu contra venditorem propoſuerat, qui ſi legitimè probati fuiſſent, euidenter conſtitiſſet hũc cum illo contraxiſſe, atque bonorum controuerſorum nomine ſe obligaſſe. Deinde etiam apud Charondam eandem quæſtionem legimus, [g] qui ob ſimiles & eaſdem ferè rationes prædictæ opinioni ſubſcribit.

ADDITIONES.

[a] ex notat. Bartoli, & aliorum, *in l. ſi res, quibus mod. pig. & hypoth. ſolu. & in l. qui balneum, qui pot. in pign. hab.* [b] *l. quòd ſi minor, §. reſtit. de minor.* [c] Anton. Neguſant. *in tract. de pignor. & hypoth. in 5. part. num. 43. prim. membr.* [d] *in l. debitorem, C. de pign. l. ſi debitor, C. de diſtr. pign.* [e] *l. lex vectigali fundo, de pign.* Baldus, Salicetus, & Alexander. *in d. l. 2. C. de reſc. vend.* [f] *l. dãnum, de R. I.* [g] *en ſeſd. reſp. lib. 6. c. 48.*

DECISIO LXX.

ARGVMENTVM.

Beneficiò *l. 2. C. de reſcind. vend.* etiam venditoris vltra dimidium læſi, creditores interdum vti poſſunt.

SVMMARIA.

1 *Creditores venditoris, qui vltra dimidiũ iuſti precij læſus fuit, ſi iis viuo debitore aliter ſatisfieri nequeat, prædictum remedium rectè intentare poſſunt de iure creditorum.*

2 *Arreſtum Parlamenti Pariſienſis admodum notabile.*

IN priori deciſione diximus, quod emtoris creditori † facultas ſupplendi iuſti precij competat, modò quæritur, an idem de venditoris creditoribus dicendum ſit, atque ij etiam *d. l. 2.* beneficio gaudeant? Pone enim caſum; quod debitor quidam ſine heredibus deceſſerit, qui creditoribus ſuis multum debeat ex chirographis eo viuo adhuc recognitis, an ij, cùm ſolutionem aliter conſequi nequeant, experiri ſæpius allegato remedio intra tempus ordinationis cõtra emptorem, qui defuncti debitoris bona pro bis mille libris, & quidem poſt chirographa illa data; ſed ante eorum recognitionem, ſicque ante impetratam à creditoribus hypothecã emit, quę quatuor mille & quingentis valebant, ſicque regiũ diploma pro contractus reſciſſione aut ſupplemento iuſti precij ob enormem & euidentem læſionem impetrare poterunt? Et quidem ab emptore creditoribus eiuſmodi obiici poſſe videbatur, prædictum beneficium ſoli venditori, eiúſque heredibus & ſucceſſoribus vniuerſalibus conceſſum eſſe, [a] atque ſi vllam fraudem præten-

ADDITIO.

[a] *l. non ſolum, de in integ. reſtit. l. minor, in fin. de minorib.*

prętendere vellent, tum eos ordinario iuris remedio, nempe reuocatoria vti debere,[a] quod tamen fruſtra hoc in caſu imploraturi eſſent, cùm nulla fraus argui, multóque minus emptor, quemadmodum de iure requiritur, particeps illius dici poſſet. Verùm ad hæc creditores reſpondere poterant veroſimiliter hic fraudem & quidem talem ſubeſſe, quę ſufficiat, vt creditor pretio priuetur, quamuis illius particeps non ſit.[b] Imò etiamſi hoc ceſſaret; tamen quia res ipſa fraudē continet, ad conſequendam debiti ſolutionem iure debitoris ſui vti poſſunt in bonis, quæ tenebat, cum iis ſe obligaret,[c] quoniam, qui creditores habere ſe ſcit, & vniuerſa bona alienauit, quamuis nō proponatur conſiliū fraudandi habuiſſe: intelligendus tamen eſt fraudandorum creditorum conſilium habuiſſe & meritò. Quomodo enim cogitare poteſt ſe creditoribus ſuis ſoluturum & ſatisfacturum eſſe, dum omnia alienans nihil ſibi reſeruare ſtudet: Hi enim proprij quæſtionis noſtræ termini ſunt, quando debitor nulla alia bona reliquit, atque de enormi læſione & deceptione vltra dimidium iuſti pretij euidēter appareat. Quo caſu, atque ſi creditores nulla alia ratione ſuum conſequi poſſint, cur iis precium emtori refuſuris (quia eorum hypotheca venditione poſterior eſt) ſubſidiarium hoc remedium denegabitur? Quare curia noſtra Tholoſana tale remediū minimè iis denegat, ſed iure creditorū quemadmodū vocatur, tribuit; cuius iuris in fiſco aduerſus minores mentio fit in cōſtitutione Impp. Diocletiani & Maximiani.[d] Quo etiam pertinent proclamationes & ſubhaſtationes bonorum debitoris, quæ ad poſtulationē creditorū fieri ſolent, ſuúmque fundamentum itidem in theoria iuris ciuilis habent.[e] Atque ſic curiæ noſtræ arreſto, quamuis per interlocutionem ſaltem, inſtructionem cauſæ creditorum & emptorum fieri iubentem ad noſtram relationem menſe Iulio, Anno M.D.XCIII. in cauſa Yldriard contra Buyſſon Burelles & alios in actis nominatos iudicatum fuit. Similis quoque quæſtionis exactam tractationem apud Charondam *in reſponſis ſuis*[f] nos legiſſe haud inficiamur, qui etiam arreſtum
2 confert ſuperiori in effectu ſimile † à parlamento Pariſienſi V. Martij, Anno M. D. LVIII. prolatum, quo dictum fuit emptorē venditoris creditoribus iuſtum precium ſupplere teneri, niſi debita illis ſoluere, vel numeratum venditori precium recipiens bona empta reſtituere mallet, vt ea diſtraherentur, atque inde creditoribus per procuratorem ſucceſſioni vacanti datum ſatisfieret. Cuius arreſti terminos hîc ideo receſſere voluimus: quod de nullo alio ſimili definitiuè prolato nobis conſtet.

ADDITIONES.

[a] *tit. de iis, quæ in fraud. credit.* [b] *l. ſi debitor, l. ex his, eod.* [c] *l. omnes, §. 1. eod.* [d] *l. edicto, 3. C. ſi aduerſ. fiſc. & alibi ſæpius.* [e] *l. fin. de leg. commiſſor. & ex rubr. C. quand. fiſc. vel priuat. debit. ſui deb.* [f] *lib. 9. cap. 25.*

DECISIO LXXI.

ARGVMENTVM.

Curator bonis vacantibus datus terminos functionis ſuæ excedere non debet.

SVMMARIA.

1 *Curator bonis vacantibus datus in eorundem præiudicium, atque extra terminos functionis ſuæ validè contrahere nequit.*

2 Is, *qui bona propria ea lege vendidit, vt maioris ſecuritatis ergo impetrare vel let, quo bona emptori per decretum iudicis addicerētur vlterioribus & amplioribus licitationibus, poſtea læſionē, vltra dimidium iuſti precij probare nequit.*

CVrator bonis † vacantibus, & quæ creditoribus generaliter aſſignari & diſtribui debebant, datus cum tertio quopiam defuncti creditore, ſed exiguæ quantitatis, conuenerat, vt ei ædes defuncti admodum amplas pulcras & optimè extructas in oppido quodam reſſortus pro precio mille coronatorum concedere vellet, ea tamen lege, vt ipſemet curator efficere deberet, quo per decretum illæ pro maiori ſecuritate emtori addicerentur, atque ab hypothecis liberarētur. Quod quidem, per proceſſum peculiarem & ſeparatum factum, atque decretum executioni mandatum fuit. Cùm autem poſtea in principali inſtantia diſtributionis reliqua bona quoad ſolutionem debitorum non ſufficerent, nōnulli creditorum poſteriorum petierunt, vt nulla habita ratione decreti illius, quòd per colluſionem emptoris cum curatorē impetratum fuiſſet, ædes denuò ſubhaſtari, atque plurimum offerenti & poſt emò licitatori, ſeu ſectori, vt creditoribus eo melius ſolui poſſet, addici deberet. Tandē poſt longam diſceptationem decreto eiuſmodi interpoſito ædes denuò ſubhaſtatæ, 1

eiſque poſtremus bis mille coronatis licitatus fuit, ſicque apparuit precium hoc altero tanto amplius eſſe, quàm illud, quod inter curatorem & primum emtorem conuenerat. Cum autē primus ille emptor fictā promiſſionē vrgeret, qua curator pollicitus fuerat ſe curaturū, vt venditio omnino ſubſiſteret, curator replicauit ſe curatorem ſaltem eſſe, & propterea extra terminos functionis ſuæ obligari non poſſe, atque ex poſterioribus licitationibus apparere, quod læſio vltra dimidiū iuſti precij interueniſſet, quæ læſio optimè probari poſſet per illas licitationes, quas etiā ipſemet ex magna parte ſectatus fuiſſet. Ex quibus cauſis emtor primus ſe ferè victum videns reſtitui ſibi petit meliorationes, quas à tēpore interpoſiti primi decreti in ædibus fecerat, eaſdémque à precio, quod poſteriores licitatores obtulerant, deduci petit. Et ſanè ſi alij controuerſiæ huius termini fuiſſent, atque vēditor qualitatem illam curatóris nō
2 habens, ſed tanquā priuatus bona ſua † propria ea lege vendidiſſet, tū vlterioribus licitationibus probans ſe vltra dimidiū iuſti precij læſum fuiſſe, diploma regium ad reſciſſionē eo nomine haud impetrare, neque primum emtorem, vt eā quantitatē, quam poſteriores licitatores obtulerant, cōſignaret, cogere potuiſſet, facta deductione precij prius conuenti, & iuxta contractus legem numerati. Quod Charondas[a] *in reſpōſis ſuis* tradidit, vbi parlamenti Pariſienſis arreſtum affert, cōfirmans ſententiam, per quam ipſemet pronunciarat nulla habita ratione diplomatis regij à tali venditore impetrati, emptorem abſoluendum eſſe, quantum attineret, conſignationem maioris quantitatis, quam prius precium erat, à venditore poſtulatam, ſine præiudicio tamen, quod addictioni per decretum ſe opponentes eiuſdē vigore talē cōſignationem proſequi poſſent; tū quod in eo caſu talis deceptio vltra dimidiū conſideranda non eſſet, cùm licitatores ſæpius decreta calore licitationis[b] vrgere, atque tam vehementi affectu flagitare ſoleant, vt factis addictionibus iuſtum precium rerum haud ſperari poſſit, tum quòd conditio illa, vt venditor addictionem per decretum impetret incertū euentū contineat, cùm fieri queat, vt bona vendita, non tam amplo precio, de quo inter contrahentes conuenit, addicantur, atq; diſpoſitio iuris quoad læſionem vltra dimidium iuſti precij ſaltem in venditione voluntaria locū habeat. Verū quoad hypotheſin ſuperiorem curator aliter facere haud poterat, atque reſeruatio illa, quod decretum emptori impetraturus eſſet, potius ad ipſum curatoris officium & functionem, qua in ſecuritatem emtoris, de qua ſupra dictum eſt, pertinebat. Quare curia noſtra Tholoſana arreſto ad noſtrā relationem prolato in diſtributione & aſſignatione generali bonorum defuncti domini Vrbini Lombardi æditui de Rodes inter Syndicum capituli ibidem atq; Reſſegnier Gorrauy & alios menſe Maio, Anno 1590. decreuit, vt ædes illæ cum aliis Vrbini bonis denuò venū exponi, atq; de pecunia inde redacta primò quoad meliorationes & reparationes, præuia tamen liquidatione & peritorum taxatione, illi, qui eas fecerat, ſatisfieri deberet. Quòd etiā factum, & deinde alio arreſto itidem ad noſtrā relationem IV. Maij, Anno M. D. XCIII. decretum interpoſitum fuit.

ADDITIONES.

[a] *lib. 3. ca. 2.* [b] *l. licitatio, de publican. & vectigal.*

DECISIO LXXII.

ARGVMENTVM.

Contractus ficti & ſimulati auctoribus ſuis noceant.

SVMMARIA.

1 *Contractus ficti & ſimulati contra auctores ſuos accipiantur, atque ratio habeatur eius, quod verè inter partes contractum & actum fuit.*
2 *Reſtitutio ex capite læſionis ita fieri debet, vt quilibet in priſtina ſua iura & poſſeſſiones reſtituatur.*
3 *Nullitatis perſecutio vſque ad triginta annos fieri poteſt.*

QVod autem ſuperius de venditionibus reſtitutioni † ob immodicā læſionem 1
obnoxiis, ſi illam intra tempus ab ordinatione præſcriptum læſi petant, diximus, illud euitari & fraudari nequit per contractuum ſimulationem, ſiue illa ſit perſonæ ad perſonam, ſiue rei ad rem, ſiue contractus ad cōtractum, quemadmodū vocatur. Semper enim, in quacunque etiam prædicta ſpecie illud fiat, cùm aliud agitur, aliud ſimulatur,[a] negotij veritas fictioni præualet, & plus valet, quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur,[b] adeò vt poſthabito eo, quod

ADDITIONES.

[a] *c. veritate, diſt. 8.* [b] *rubr. C. plus valere quod ag. quàm quod ſimulat. concipit.*

eo, quod ſcriptum reperitur, veritas actus ſemper maneat, cuius naturam conſiderari oportet iuxta illud, quod iure præſcriptum eſt. Cuius rei exemplum admodum commune & frequens hodie illud eſt, quando venditio verè celebratur, atque, vt Dominus directus iure ſuo, [a] vel etiam agnatus, qui ex conſuetudine in re vendita retractū gentilitium habet, fraudari queat, permutatio prætenditur. Cùm enim emptor paulo pòſt bona, quæ in ficta permutatione dedit, pro vero precio, de quo in venditione conuenit, vel ipſemet, vel per interpoſitam perſonam recipiat, eidē alterius partis bona pro precio iſto empta manent, ſicque res ad illud redit, quod verè inter contrahentes actum fuit, atque in eo ſaltem conſiſtebat, vt emeretur, vēderetur, cùm idem propoſitum cōtrahentibus eſſet, quod marito, qui cùm animum vendendi non haberet, idcirco venditionem commētus ſit, vt donaret, [b] aut vxori donationis cauſa rem viliori precio addixerat, & in id preciū creditori ſuo vxorem delegauerat, idémque fieri ſolet quoad eos, qui hypothecam impetrantes emptionem fingunt, vt ſub prætextu pacti de retrouendendo interim fructus lucrentur. In quibus & reliquis caſibus ſimilibus ſemper interpretatio actuum eiuſmodi & contractuum fictorum & ſimulatorum contra frauditores interpretatio fieri, atque illius ſaltem ratio haberi debet, quod verè inter contrahentes conuenit, & actum fuit, quódque euidenter atque ad oculum ex finali & reali executione eius, quod poſtea inde ſecutum fuit, apparet. Lis itaque in eiuſmodi caſu mota fuit coram Seneſcallo de Quercy au ſiege de Martbel inter Bernhardum Vernhols ciuem oppidi de S. Cere impetratorem diplomatis regij quoad caſſationem contractus ex vna parte, & Franciſcum les Fargues, & Mathurine de Caſſanhol coniuges defenſores ex altera parte. Impetrator enim ille dicebat ad ſe atq; ſuos pertinuiſſe certa bona, quorum limites & fines deſignabat, in parœcia d'Authoyre ſita, quæ anno M.D.LVIII. & poſtea iuxta communem valorem & æſtimationem octingentis aut nongentis libris, vel amplius valuiſſent, atque plus etiam iam valerēt; ea autem defunctum Dominum Iohannem Caſſanhol ſub prætextu fictæ cuiuſdam permutationis ſibi applicaſſe, cùm XXII. Ianuarij prædicti anni 1558. eorum loco vineam quandam, cuius fines itidem deſcribebat, ſimulatè dediſſet. Hanc autem vineam à Caſſanhol in permutatione datam impetrator haud illius, ſed ſuam tam ſimulati contractus tempore, quàm antea fuiſſe, quam ipſe atque ſui pacificè ſemper habuerint, quæque iuxta communem æſtimationem tempore fictæ permutationis, & tam ante, quā poſt illā plus mille & quingentis libris valuerit; idcóque factum eſſe dixit, cùm prætenſa permutatio ſaltem actus ſuppoſitus & fraudulentus ſit, vt ipſemet diploma regium ad caſſandum & reſcindendum contractum tam prædictæ permutationis, quàm venditionis poſtea cum dicto Caſſanhol vineæ illius nomine celebratæ impetrarit, atque iam petat, vt comprobato diplomate ſibi precium, quod verè numeratum fuiſſe defenſores probaturi eſſent, refundenti bona illa reſtituantur, niſi defenſores iuſtum precium bonorum defuncto Ioanni Caſſanhol in permutatione pro vinea illa datorum ſupplerē mallent. Hanc autem impetratoris petitionem admittendam non eſſe defenſores ob cōtractuum illorum auctoritatem atque temporis lapſum exceperūt, prolixius in defenſionibus ſuis deducentes efficaciam tam contractus venditionis ab impetratore defuncto Iohanni Caſſanhol 8. Ianuarij, Anno 1558. pro precio centum librarum Turonenſium vineam illam vendente factæ, quàm permutationis XXII. die eiuſdem menſis & anni initæ, qua defunctus Caſſanhol vineam, quam antea à Vernhol emerat, eidem reddiderit, atque cùm bonis, quæ Vernhol ſibi iam reſtitui petat, permutarit. Hi igitur contractus cùm firmi & validi ſint ſe purè & ſimpliciter, cum expenſarum refuſione ab impetratoris actione abſolui petierunt. At Vernhol replicabat in contractibus illis eodem menſe & anno factis læſionem enormem & fraudulentam vltra dimidium iuſti pretij contineri, cùm certum ſit bona in dicta permutatione à Vernhol data plus ſeptingentis libris valuiſſe, & tamē defenſoribus conſtare ſaltem centū, pro quibus Mathurinæ pater fraudulenter vineam mille & quingētarum librarum emiſſet, atque permutationem ſæpius dictam ad alium finē non procuraſſet, quàm vt propiores agnatos de Vernhol priuaret iure retractus, quoad

Additiones.

[a] cuiuſmodi caſum & arreſtum quo definitus fuit, parlamenti Pariſienſis refert Charondas *libro tertio reſponſ. cap. decimo-ſeptimo.* [b] *l. ſi ſponſus, §. circa, de donat. inter virum & vxor.* [c] *l. vir & vxor, ad Macedon.*

quoad bona illa iuxta patrios mores habebant. Addebat & hoc dictus Vernhol, quod defenſores fraudis & ſimulationis conſcij iam ante quatuor vel quinque ferè annos promiſerint ſe eo nomine illi ſatisfacturos eſſe, ſed promiſſis minimè ſteterint.

Tandem igitur ſententia Seneſcalli diploma regium comprobantis defenſores condemnati fuerunt ad reſtitutionem bonorum impetratori ab eodem petitorum, atque quondam cum Ioanne Caſſanhol permutatorũ intra quindecim dies faciendam, ita tamen, vt Vernhol defenſoribus quantitatem cẽtum librarum ſeu precium illud in venditione conuentum cum meliorationibus refundere, atque iis integru eſſe deberet, vt intra prædictum tempus iuſtum precium, vſque ad quãtitatem ſexcentarum librarum ſupplere poſſent, qui etiam in expenſas condemnati fuerunt. Ab ea ſententia coniuges illi, ſeu defenſores ad curiam prouocant, atque cauſa introducta interim diploma regium impetrant ad eum finem, vt, quando ius quoad appellationem diceretur, dictus Vernhol cõdemnari deberet ad reſtitutionem bonorum, quæ nominarant, atque eum ſub colore & prætextu permutationis illius occupaſſe dixerant, cum tamen eorum proprietas ad dictum Ioannem Caſſanhol Mathurinæ patrem pertinuerit. Cùm ergo ſuper diplomate illo & appellatione concluſum fuiſſet coniuges illi grauaminum loco inter alia deduxerunt: quondam in vita fuiſſe Guilhelmum Caſſanhol, qui in teſtamento ſuo filium Ioannem impuberem adhuc heredem inſtituens eidem fratrem Iohannem tutorem dederit, cúmque veluti tutorem adminiſtrationem bonorum pupilli ſuſcepiſſe, & tandem redditionis rationum & præſtationis reliquæ loco pupillo Iohanni matrimonium cum Catharina de Canteloube anno M.D.LXVII. contrahenti certam pecuniæ quantitatem, nonnulla prædia, atque alia immobilia bona dediſſe; eóque facto Iohannem ex fratre nepotem, patruo Iohanni ceſſiſſe, vendidiſſe & reliquiſſe cætera bona vniuerſa & ſingula, quæ tanquam heres patris Guilhelmi habere potuiſſet, quemadmodum ex inſtrumento illius contractus pluribus appareat: deinde, cùm quoad eiuſdem reſciſſionem inter dictos Caſſanhol patruum & nepotem lis oborta fuiſſet, eadem per arbitrorum ſententiam dirempta contractum venditionis & ceſſionis confirmatum fuiſſe, cùm interim durante Iohannis Caſſanhol nepotis impuberi ætate dictus Vernhol appellatus bona contentioſa, quæ iam peteret, ſine vllo titulo occupaſſet, quæ vigore ceſſionis illius ad defunctum Iohannem Mathurinæ patrem pertinebant, eundem de occupatione illa incertum, atque exiſtimantem bona iuſto titulo ad Vernhol ſpectare ab eodem in permutatione accepiſſe, atque cum aliis bonis Vernhol datis permutaſſe, quam permutationem Vernhol iam impugnat, atq; apud Seneſcallum obtinuerit.

Hoc igitur potiſſimum, tanquam nouũ, ab appellantibus propoſitum fuit, quod bona in permutatione & articulis Vernhol comprehenſa ad defunctum Guilhelmum Caſſanhol pertinuerint, & poſt eius obitũ ad filium Ioannem, tanquam heredem, ac deinde per ceſſionem ad alterum Iohannem Mathurinæ patrẽ peruenerint. Cúmque eo nomine plura inſtrumenta producta fuiſſent, atque Vernhol in libello quopiam ſupplice exhibito demonſtraſſet tales obiectiones parum appellantes iuuare poſſe, cùm ipſe ſemper in quieta & pacifica poſſeſſione bonorum illorum fuerit, atque haud veroſimile ſit Iohannem Caſſanhol permutationem illam iniiſſe, ſi ſciuiſſet bona illa non ad Vernhol, eiúſque prædeceſſores pertinuiſſe, tandem arreſto curiæ ſeptimo Septembris, anno M.D.LXXIII. ad relationem Domini de S. Paulo, (qui iam magiſter libellorum ſupplicum eſt) in ſecunda claſſe inquiſitionum appellatio caſſata, & decretum fuit, quod illud, vnde appellatum fuerat, effectũ ſortiri deberet, ſine præiudicio tamen appellationis & iuris ab appellantibus in bonis litigioſis prætenſi tam vigore quietationis XXV. Ianuarij, Ann. M.D.LXVII. factæ, quàm ſententiæ ab arbitris VII. Martij, Anno M.D.LXXII. prolatæ, vt ea actio ab appellantibus iuſto loco & tempore contra Vernhol inſtitui, atque iſte contra illam ſe legitimè defendere poſſit: ita tamen, vt ſententia à Seneſcallo lata, & iam confirmata prius executioni realiter mandari deberet, atque appellantes expenſas in appellationis inſtantia factas refundere tenerentur. [a] Ex quibus rurſus inferri poteſt reſtitutionem † in integrum ex capite læſionis ita faciendam eſſe, vt vnuſquiſque integrum ius ſuũ recipiat, [b] ſicut & ex capite minoris ætatis, aut alio ſimili, ideò ab 2

Accur-

Additiones.

[a] *l. emptione, C. plus val. quod ag.* [b] *l. quod ſi minor, §. reſtitutio, de minor.*

Accurſio [a] dictam in primum ſtatum reſtaurationem, immo potius actionem reintegrandæ rei vel cauſæ, vt Iulius Paulus dicebat.. [b] Nam cùm in hypotheſi prædicta de eo ageretur, vt Vernhol ex capite læſionis vltra dimidium iuſti precij in integrum reſtitui deberet, atque ex omnibus facti circumſtantiis appareret reſtitutionem faciẽdam eſſe antequàm coniuges quoad prætẽſam illam actionem audirentur; ideò curia ordinans præuiam & realem executionem ſententiæ illius reſtaurare voluit, & reponere res in primum ſuum & conuenientem ſtatum, & ſic verè in integrum reſtituere læſum & deceptum vltra dimidiam. Idque relatum ad illud, quod in fine dicti arreſti decernitur, nihil aliud eſſe videtur, quàm ius in præteritum dare, [c] quódque factum antea fuerat, infectum facere & inducere. Illud verò tanquam in tranſcurſu monemus, quòd licet diploma regium à dicto Vernhol, demum poſt decennium ordinatione Regis Ludouici præfinitum, quod ſuperius à die contractus ſtatim & continuè currere diximus, fuerit impetratum: tamen curſum illum in hac hypotheſi id impedierit, quod durante illo decennio dicto Vernhol pars aduerſa promiſerit, vt ideò veroſimile ſit, ſi eo nomine ſententia prolata fuiſſet, eã appellatione haud ſuſpenſam fuiſſe, ſed in rem iudicatam tranſiiſſe. Atque ea ratione exceptiones, quæ ex hoc capite defenſoribus cõtra diploma regium competere poterant, obducũtur, vt perinde ſit, ac ſi oppoſitæ nõ fuiſſent, iuxta illud, quod Guido Papæ [d] alibi tradidit, per textũ iuris Canonici, quem ad hoc allegat. Imò etiamſi omnia hæc ceſſarent, tamen hic, quod maximè notandum eſt, cùm de contractu ficto & ſimulato agatur, decennium prædictum nulla ratione conſiderari poteſt, cùm
3 permutatio illa nulla ſit, atque nullitatis † querela vſque ad triginta annos intentari poſſit. Tantus ſiquidem illius fauor eſt, [e] vt etiam triginta annos viuat, nec minori ſpacio in facti ruat, quod ſummæ apud Gallos curiæ decreto die decima Martij cautum extare, relatum [f] à quibuſdam comperimus: Præterea videtur contractus eiuſmodi nullos planè non comprehendi in illa ordinatione, quam veluti odioſ m, & à iure ordinario diſcedentem Rebuffus [g] exiſtimauit eo vſque non extendi debere, vt lapſu temporis adeò exigui (præſertim cũ ordinatio nihil de eo diſponat) tam leuiter & contra ordinariam diſpoſitionem iuris [h] cõfirmetur illud, quod ab initio planè nullum fuit. Et ideò ſi de iis controuerſiis, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, tranſactum fuerit, non inſpectis, neque cognitis verbis teſtamenti, [i] quia tunc talis tranſactio de iure ſubſiſtit, immò potius in irritum deducitur, cum fauore vltimarum voluntatum, vt faciliorem ac plauſibiliorem ſortiantur exitum in odium heredum occultantium teſtamẽta [k] ſuperiori præſcriptionis tractu nequaquam confirmabitur, quinimmo etiam in minoribus triginta anni & obſeruabuntur & expectabuntur. [l]

ADDITIONES.

[a] *l. 2. in prin. de prætor. ſtipulat.* [b] *in lib. recept. ſent. tit. de in integr. reſtit.* [c] ex Tranquillo *in Iulio cap. 17. in fin.* [d] *in ſtatuto, ſi quis per literas ſuper verb. etiã abſque violentia.* [e] *in Clem. ſæpe, in fi. de verb. ſign.* [f] Aegid. Bourdin. *in conſtitut. regia parphraſ. ex l. omnes. C. de præſcr. 30. vel 40. annor.* [g] Bugnon. *in tract. de legibus abrogat.* [h] *in comment. ad conſtitution. tract. de reſtit. gloſſ. 8. nu. 16. & de reſciſſ. contract. art. 1. nic. gl. 19. nu. 25.* [i] *l. quod ab initio, de R. I.* [k] *l. de iis, de tranſact. l. 1. §. 1. quemad. teſt. aper. l. non eſt ferendus, de tranſact.* [l] Rebuffus *in tract. de reſciſſ. contr. gl. 4. numero 4.*

DECISIO LXXIII.

SVMMARIA.

1 *Donationes, obligationes, promiſſiones, vẽditiones, aliique ſimiles actus, quos ægroti, vulnerati, aut alij infirmi, medicis, chirurgis, aut aliis eiuſmodi perſonis, quæ eos curant, fecerunt, prius irreuocabiliter nõ valent, quàm triginta anni lapſi fuerint, cùm tales actus ex omni parte nulli & inciuiles ſint.*

2 *Quod etiam tum locum habet, quando eiuſmodi donationes ſponte & ex libera voluntate ab ægrotis, &c. facta fuerunt.*

3 *Rationes Matthæi de Afflictis confutantur.*

4 *Prædicta regula etiam ad alios extenditur tales actus cum iis celebrantes, quibus ob auctoritatem & poteſtatem parere eos oportet.*

5 *Cùm autem eiuſmodi actus nulli declarantur, nihilominus talibus perſonis adiudicari ſolet, quod iis propter inſumptum laborem impenſæ ſi quas fecerunt, aut ſalarij nomine vere deberi conſtat.*

perius pertinet, quando incolæ alicuius oppidi contrahunt, aut quaſi contrahunt cum gubernatore vel capitaneo, qui in eodem militi præſidiario præfectus eſt, præſertim ſi hoc belli ciuilis tempore fit, vbi res omnes in miſero ſtatu ſunt, atque leges non modo ſilent & dormiunt, ſed etiam planè mortuæ ſunt, & veluti obliuionis fluuio ſubmerguntur, atque in infimis terræ cauernis ſepultæ iacent.

Quomodo enim cogitari, aut locũ habere tum poſſet libertas contrahendi, aut alium actum legitimum decenter faciendi cum iis, qui non ſolum vim & poteſtatem nocendi in manibus habent, ſed quorum blãditiæ etiam [a] & amica verba imperant, atque per ſe iuſtum metum inducunt: ſiquidem blando vis latet imperio, [b] & poteſtas non ſolum, ſi inuitet, ſed etiam, ſi ſupplicet, cogit, [c] cùm potentiſſimum imperandi genus ſit, quando is rogat, qui iubere poteſt. [d] Atque hîc plures aliæ rationes afferri poſſent deſumptæ ex grauiſſimis periculis, quæ eos plerũnque manent, qui auctoritatem & poteſtatem habentibus vel parum refragantur. [e] At qui ſi dicendum, cum ea ratione illud, quod ſuperius expoſitum eſt, atque in fauorem infirmorum introductum eſſe dicitur, ſi in vſum reuocetur, & rigidè obſeruetur, in eorum perniciem & detrimentum vergere queat, vt tum, quando grauiſſimè decumbunt, a medicis omnino deſerantur, nullúmque reperiant, qui eorum curam ſuſcipere velit, ſicque vno abſurdo dato mox aliud grauius ſequi poſſit. [f] Sanè hoc verum eſſet, & facilimè euenire poſſet, niſi iuſtum quoddam temperamentum adhiberetur, cuius vigore nemini iniuria fieret, & iuſtitia, vt optima, maximáque eſt, omnibus indiſtinctè ſine vlla proſopolepſia redderetur. Illud autem temperamentum hoc in caſu in eo potiſſimum conſiſtit, vt facta caſſatione & reſciſ-
5 ſione † contractuum, aliorúmue actuum ſimilium tantũ perſonis illis, cum quibus facti fuerunt, adiudicari debeat, quantum iis pro labore, ſalario, opera, & impenſis, ſi quas fecerunt, deberi apparebit: adeò, vt ſi inæqualitas in ipſis actibus non adeò magna ſit, conniuentibus veluti oculis tolerari debeant, vt in ſolutum cedant, vel ſolutionis loco ſint, & laborem, ſalarium, atque operam præſtitam compenſent. Sicque arreſto Senatus Pariſienſis iudicatum fuiſſe, Dominus Rebuffus [g] *in commentariis ſuis ad conſtitutiones regias* teſtatur.

Cùm enim quidam peſte correptus chirurgo ſuo ducentos coronatos promiſiſſet, eumque priſtinæ valetudini reſtitutũ chirurgus conueniſſet promiſſione illa caſſati, chirurgo triginta coronati pro curia adiudicati fuerunt. Tales quippe promiſſiones, vt etiam prædictus auctor exiſtimat, ad arbitrium boni viri reduci debent, habita ratione morbi, operæ, impendiorum, temporis, quod aliorum negotiorum tractationi ſubciſum fuit, aliarúmque circumſtantiarum. Idem quoque auctor ita iudicari & obſeruari, ſe vidiſſe teſtatur, quoad aurigam quendam, qui Anno M.D. XLIV. cùm Pariſienſes aduentum Caroli V. & vrbis depopulationem admodum metuerent pro vehe ſuppellectilis Pariſiis Aureliam vehenda viginti ſex libras ſtipulatus fuerat. Similiter quoque à parlamento † Tholoſano in ſequenti hypotheſi Anno M.D.LXXXIII. iudicatum fuit. 6

Anno M. D.LXXIV. menſe Martio oppidum de ſaunct Cere au Vicomté de Turenne, quod locum natiuitatis noſtræ eſſe ſuperius diximus, a quibuſdam religionem, quæ Catholicæ opponi ſolet, profitẽtibus occupatum fuit, atque ſtatim Catholici ex oppido in caſtrum, quod propè vrbem eſt, ſe receperunt; & paulo poſt auxilium Eſme de Gimel, Domini de la Poiade implorantes, vt ille caſtrum tueri, eiúſque capitaneus eſſe vellet, petierunt. Ille ſtatim cum milite aduolat, tantúmque ſua induſtria & fida ope Domini de Montal ac incolarum oppidi, qui in caſtro erant, efficit, vt illud mox ab obſidione liberetur. In caſtro deinde capitanei vice fungitur, vſque ad ſextam diem Iunij, quo oppidum à Domino de Montal cũ auxilio dicti Gimel & ciuium recuperatur. Pulſo hoſte cùm incolæ dicto Gimel operam & laborem compenſare vellent, maximam pecuniæ quantitatem is petiit, quam incolæ ideò minorem eſſe debere dicebant, quod ipſimet maximos, vt eum prompto auxilio & omni re, qua indigebat, pro virili iuuare poſſent, ipſorúmque ope potiſſimum oppidum

ADDITIONES.

[a] Auſonius *ad Theod. Auguſt.* [b] Macrobius *libro ſecundo Saturn. de laberic.* [c] Auſonius *in epiſt. Centonus.* [d] ex gloſſa *in c. licet, in fin. ſuper verb. precibus, de elect.* Lucas de Penna *in l. litibus, C. de agric. & cenſ.* [e] Rebuffus *in tractat. de reſciſſ. contract. in præfat. num.* 1.3. *&* 4. [f] *arg. l. ratas, C. de reſcind. vend.* [g] *in tract. de reſciſſ. contract. in præfat. num.* 30. *&* 31.

oppidum recuperatum fuiſſet,atq; haud exiguam pecuniæ quantitatem etiam Domino de Montal peteret, vt ideò fieri non poſſet,quo tantum nummorum iam exoluerent. Tandē res ita compoſita fuit,vt incolæ oppidi mille coronatos ſe ſoluturos eſſe promitterent, eique in ſolemni inſtrumento,quòd maxima pars ciuium Catholicorum ſubſcripſerat, decimo Iunij,Anno 1574. cauerent.

Cùm ergo pòſt octennium,anno M. D. LXXXII. Gimel iſte eos, qui inſtrumento ſubſcripſerant,& oppidi Syndicum ex promiſſione illa conueniſſet, iidem diploma regiū pro obligatione reſcindenda impetrantes prætendunt,ex ipſo inſtrumenti tenore pateretur, quod promiſſio ab iis extorta fuerit paulò pòſt recuperatum oppidum, cùm in eodem adhuc capitaneus ille Gimel cum milite ſuo eſſet,atque allegant nonnullis ciuibus vaſa argentea & precioſiora mobilia, ab eodem erepta, neque adhuc reſtituta,vel eorum nomine ſatisfactū fuiſſe. Quæ cauſa cùm per appellationem ab interlocutoria ad curiam deuoluta, atque præambulo arreſto appellatio, illúdque, vnde appellatum fuerat, caſſatum & cauſa retenta fuiſſet:tandem arreſto definitiuo XXVI.Auguſti,Anno M.D.LXXXIII. ad relationem defuncti Maſſas comprobato diplomate, & nulla habita ratione obligationis Syndicus oppidi condemnatus fuit, vt capitaneo illi,quantitatem ſexcentorum coronatorum pro ſeruitiis ſumtibus & impendiis,quę ad tuitionem & conſeruationem oppidi & caſtri fecerat, intra menſem ſoluere deberet, ita tamen, vt de quantitate illa deduceretur , quòd Gimel prius recepiſſet, atque valor mobilium ab eodem vigeſimo primo Martij captorum, iuxta æſtimationem, quam periti ab vtraque parte ſelecti facturi eſſent.

DECISIO LXXIV.

Argumentum.

Secundo coniugi plus relinqui nequit,quàm quantum vni ex liberis prioris matrimonij legitimæ loco debetur.

Summarium.

1 *In defalcatione in fauorem liberorum prioris matrimonij introducta ad legitimam vni ex prædictis liberis debitā, non verò ad legatum, quamuis ſub ea conditione relictum, vt nihil amplius peti debeat,reſpiciendum eſt.*

HAud immeritò † ſuperius de defalcatione in fauorem liberorum primi matrimonij introducta differentes diximus eam à curia noſtra ita fieri ſolere , vt legitimæ vni ex liberis debitæ ratio habeatur. 1

Quamuis enim textus conſtitutionis hiſce verbis vtatur ; *plus quàm vel filius vel filia habet,cui minor portio vltima voluntate derelicta vel data fuerit , aut donata* , atque ita etiam edictum regium de ſecundis nuptiis conceptum ſit:tamen videtur Imperatorem Iuſtinianum dictam conſtitutionem,atque alias,quas recenſet[a] interpretantem illa referre voluiſſe ad ius, non ad factum,in verbis hiſce , *iis ampliora, quæ vni filio vel filiæ ex anteriore matrimonio progenitis danda vel relinquenda ſunt,&c.* Quod Baldo [b] occaſionem dedit, vt in quæſtione,qua quærebatur,num ſi filio minus legitima portione relictū fuiſſet, id,quod mulieri relictum fuerat, vehiret computandum habito reſpectu huiuſmodi legati aut legitimæ portionis?reſpōderet , legitimæ rationem habendam eſſe. Iuxta cuius opinionem etiam in eiuſmodi caſibus curia noſtra iudicauit , quod talis defalcatio ad proportionem legitimæ,non verò legati,aut illius, quod alias vni ex liberis prioris matrimonij relictum aut donatum fuit,fieri deberet. Sic enim cùm in cauſa Guerin contra Couſin ad relationem Domini Ambes de hac quæſtione ancipiti Marte diſceptatum fuiſſet ; tandem in ſecunda claſſe inquiſitionum prædicta opinio Baldi, tanquam aliis curiæ præiudiciis firmata,obtinuit. Nam & antea illa ad relationem defuncti Domini Doniat in cauſa Iohannæ & Mariæ de Meſſeine , contra Paulam d'Aulou,Viſcomteſſe de Larbouſt, reſpectiuè appellātes à libellorum ſupplicum magiſtris decimooctauo Ianuarij,Anno M. D.LXXXVIII. idem pronunciarat. Nec attenduntur hîc arreſta contraria parlamenti Pariſienſis & Burdegalenſis, neque ea,quæ Charondas *in ſuis reſponſis*, & aduocatus Chenu *quæſtione quinquageſima ſexta* confert.

Curia enim noſtra alio iure vtitur, ad quod

Additiones.

[a] *l.quoniam præterita, C.de ſecund.nup:* [b] *in d.l.hac edictali.* [c] *libro nono,capite quinquageſimo nono.*

quod hoc in caſu magis, quàm ad factum reſpicit, quemadmodum ſuperius expoſitum eſt. Vnde etiam, quamuis in cauſa prędictarum de Meſſeine alia circunſtantia quoad defalcationem illam interueniſſet, nempe num ea fieri deberet iuxta minimum illud, quod vni ex liberis relictum, atque ita legatum fuerat, ne amplius quid peti deberet, & mille libras conſtituebat, an verò iuxta legitimæ portionem, quod adiecta illa taxatiua aut prohibitio, ne amplius quid peteretur, haud pati videbatur:[a] tamen ea circumſtantia non obſtante iuxta illam opinionem Baldi iudicatum fuit, tũ, quod per auctoritatem eiuſdem conſtitutionis ſupplementum legitimæ fiat,[b] tum quòd textus expreſſus hoc decidere videatur,[c] atque alias in poteſtate notariorum eſſet ob clauſulas ſtatuentium mentem ludificare.

ADDITIONES.

[a] per ea, quæ notat Iohannes de Garonibus, *in dict. l. hac edictali, in diſputatione Floriana.* & Boerius *deciſ. 1. in ſecunda part.* [b] *d. l. hac edictali, verſic. ita tamen.* [c] *dict. l. quoniam præterita.*

DECISIO LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Defalcatio prædicta locum non habet, quando vxor ſecundum maritum ea lege heredem inſtituit, vt poſt obitum hereditatem communibus liberis reſtituere debeat.*

1 CHarondas *eodem in loco* † aliud arreſtum eiuſdem curię ad relationem domini Manſencal in ſecunda claſſe inquiſitionum menſe Februario, Anno M.D.XC. inter Anthonium Corture appellantem à Seneſcallo de Quercy contra Anthonium Ianuarium appellatum affert, quo iudicatum fuit, defalcationem illam locum non habere, quando vxor ſecundum maritum ſub ea conditione heredem inſtituit, vt poſt obitum hereditatem liberis, quos ex eo ſuſcepit, reſtituere deberet. Nam iure ſcripto, quo nos vtimur, mater non prohibetur heredes inſtituere liberos ex ſecundo thoro procreatos, atque eorundem pater adminiſtrationem ſaltem in bonis, quæ ex tali inſtitutione vxoris accipit, habere cenſetur, ad quem alias etiam vſusfructus pertinuiſſet, ſi ipſimet liberi heredes à matre inſtituti fuiſſent, iure nimirũ patriæ poteſtatis.[a] Et quamuis ſub finem initij conſtitutionis hæc verba habeantur; *omni circumſcriptione, ſi qua per interpoſitam perſonam vel alio quocunq; modo fuerit excogitata ceſſante:* tamen curia noſtra prædicto modo iudicare quoad tales inſtitutiones non dubitauit, vt in pleriſque[b] omiſſa interpoſiti capientis perſona ſpectatur, omni præſumptione circumſcriptionis ceſſante patre interpoſito[c] non vt liberis capientibus obſit, ſed vt eis conſulat, vtputa impuberibus aut minoribus, vt alibi proditum legimus.[d]

ADDITIONES.

[a] *l. 1. Cod. de bon. matern. l. cùm oportet. Cod. de bon. quæ liber.* [b] *l. cùm dotem, ad l. Falcid.* [c] *arg. l. multi non nota, de liber. & poſth.* [d] Idem quoad quæſtionem hanc defendit Baldus *in d. l. hac edictali in lect. 1. col. fin. verſic. pone quod extant.* Contrarium aſſerentes recenſet Anthonius Gabriel *tit. de ſecund. nupt. concl. 4. numer. 32. lib. 3. commun. concl.*

DECISIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Idem quoque quoad ſecundam vxorem à marito ita heredem inſtitutam, vt communibus liberis hereditatem reſtituere debeat, obtinet.*

SImiliter quoque à parlamento Tholoſano quoad ſecundam † vxorem a marito 1
heredem ex aſſe inſtitutam atq; fideicommiſſo in fauorem liberorum ſecundi thori grauatam, iudicatum fuit, quod contra eam prioris matrimonij liberi defalcationem illam petere non poſſent, arreſto ad relationem domini Sabatier, domini de la Beſſede pro Guilhelmo Bonis XXV. Maij, Anno M. D. LXXXII. prolato. Idque conuenit illi; quod Vlpianus reſpondit[a] eos, qui ſolidum capere non poſſent, heredes ex aſſe inſtitutos & ſolidum reſtituere rogatos, adire hereditatem & reſtituere cogendos, cùm nihil oneris apud eos remanſurum ſit, atque quod idem alibi dixit[b] nempe ad legatum relictum ei, cui actiones denegantur, eundem admitti ſi reſtituero ſit rogatus,

ADDITIONES.

[a] *In l. cogi, §. hi qui ſolidum, ad Treb.* [b] *l. 1. l. 1. §. ſi quis aliqu. teſtar. prohib.*

rogatus, quod non ipſe habuiſſet, ſed ad alium ſit tranſlaturus. Vnde eodem auctore non malè Papinianus *libro 2. reſponſor.* refert. [a] *ſi heres fuit inſtitutus & rogatus reſtituere hereditatem, deinde in querela inofficioſi non obtinuit id, quod iure Falcidiæ potuit habere, ſolum perdere. Id enim duntaxat ei aufertur, quod apud eum remanere potuiſſet.* [b] Atque hiſce rationibus tam hoc quàm proximè præcedentis deciſionis arreſtum optimè firmari poſſe videntur. Quo etiam referri poterunt, quę quodam in loco Charondas *in reſponſis ſuis* [c] diſſerit.

ADDITIONES.

[a] *l. Papinianus, §. meminiſſe, in fin. de inoff. teſtament.* [b] Cuiacius *ad d. §.* [c] *libro 3. capit. 87.*

DECISIO LXXVII.

SVMMARIA.

1 *Quod vidua necem defuncti mariti vindicanti quoad damna & intereſſe adiudicatur, ſi illa ad ſecundas nuptias poſtea tranſeat, prædictæ defalcationi obnoxium non ſit, neque vlla conſtitutio ciuilis in odium ſecundarum nuptiarum hic locum habet, ſed de eo mulier pro liberrima ſua voluntate & ſine vlla diminutione diſponere poteſt.*

2 *Talis reparatio viduis facta propriè intereſſe quoddam affectionis continet, neque partem aut portionem facultatum facit, ſicq; haud tranſmiſſioni & multo minus defalcationi ſubiacet.*

1 CVm mulier quædam † egena, multorũ liberorum mater ab eo, qui maritum occiderat, partim pro ſe nomine proprio, & partim pro liberis ſuis nomine tutorio ducentos aureos præmia iudicis ſententia & condemnatione ratione damnorum & intereſſe accepiſſet, alióſque ad ſecundas nuptias tranſiens, deinde liberos procreaſſet, poſt eiuſdem obitum inter hos atque ex primo thoro natos lis oborta fuit. Primi enim mariti liberi, prætẽdebant etiam illud, quod matri proprio nomine adiudicatum fuerat, defalcationi illi ſubiacere, & aut ea defuncti ad ſe ſolos pertinere vtpote quod intuitu interfecti patris ad matrẽ perueniſſet. [a] Quæ cauſa cũ per appellationẽ ad parlamentũ noſtrũ deuoluta fuiſſet, atq; ad relationẽ domini Fillere in prima claſſe inquiſitionũ iudicari deberet, diuerſę dominorũ ſententiæ & quidem numero æquales fuerunt. Qui enim pro affirmatiua atq; in fauorem liberorũ prioris matrimonij concludebant, admodum vrgebant diſpoſitiones formales conſtitutionũ iuris, quæ generaliter [b] loquuntur de omnibus bonis & iuribus, quæ a primo marito recta aut per indirectũ vel per manus alterius 4 proueniunt, adeò vt donata vxori ſuæ conſanguineos mariti præſumantur donata contemplatione ipſius mariti, & ideo illi acquirantur [c] Idem igitur dicendum eſſe videbatur, de eo quod mulier illi proprio nomine adiudicatu fuerat & ferè mille libras Turonenſes conſtituebat.

Quo etiam referebatur, quod iure definitum ſit ad arrogati ſubſtitum peruenire debere non ſolum ea, quæ ipſe arrogator dedit, ſed etiam cætera quæ impuberi, cui ſubſtitutio facta fuit, beneficio arrogatoris acquiſita, vtpote ab huius amico vel cognato relicta fuerunt. [f] Verum pro negatiua atque liberis ſecundi matrimonij ſentientes, iuxta opinionem domini relatoris perpendebant, quod mille libræ proprio nomine mulieri adiudicatæ, eidem per actionem ciuilem ob cædem mariti competentem acquiſiſſe, ſicque inſtar aliorum bonorum ab ea acquiſitorum eſſent, cùm condemnatio in illius æquè fauorem atque liberorum, nomine collectiuo facta fuerit, vt ideo hîc vulgata regula iuris locum habeat [g] neq; conſtitutiones illæ pœnales militent, vtpote quibus tum demum locus eſt, quando ex bonis & ſubſtantia mariti quid proficiſcitur. Quod autem hîc non factum eſt, licet ſumma illa mille libra-

ADDITIONES.

[a] Ex *d. l. hac edictali* [b] *l. fœmina, Cod. de ſecund. nupt.* [c] argument. allegatorum textuum, qui admodum generales ſunt. Sanè in Miſnia, Thuringia, Archiepiſcopatu Magdeburgenſi & maiori Germaniæ parte diſpoſitionem huius iuris, præſertim verò *d. l. hac edictali*, minus attendi tradit Fachs & Kirchou. auctor *diſſer. iur. ciu. & Saxon. diff.* 18. *libr.* 1. *& diff* 17. *lib.* 2. Rauchb. *part.* 1. *quæſt.* 47 *num.* 8. Pet. VVeſemb. *conſ.* 47. Dn. Virg. Pingizer *quæſt. ill. Saxon.* 46. Hardevvig. à Daſſel *conſ.* 49. *num.* 45. *verſic. vnde etiam*, col. 1. A D. [d] *auth. in ſucceſſione Cod. eodem* [e] Alciat. *reg.* 1. *præſ.* 18. [f] *l. ſed ſi plures, §. in arrogato, de vulg. l. cùm oportet*, iunct. gloſſ. *ſuper verb. ex eius ſubſtantia Cod. de bon. quæ liber.* [g] Raph. Com. *in d. §. & melius conſ.* 73.

librarum occaſione perſonæ mariti obueniſſe dici poſſit. Idque ſpecialiter quidem in donatione propter nuptias conſtitutum eſt, [a] neque ad alia emolumenta extenditur, eo quod lucrũ donationis antè nuptias [b] præſumitur magis cauſa filiorum acquiſitum, quàm cętera lucra. Atque pro horum ſententia pridie Calendarum Februarij, An. M.D.LXXVII. iudicatum fuit, nempe quòd
2 prædictæ mille libræ matri † proprio nomine adiudicatæ defalcationi haud ſubiacerent, ſed illa liberè de iis diſponere potuerit, ſaluo liberis iure legitimæ eiuſdémque ſupplementi. Quod arreſtum vltra rationes ſuperius allegatas expreſſa deciſione Papiniani niti videtur [c] vbi agit, de actione ſepulchri violati, qua rectè experiri poſſe heredem neceſſarium, cùm ſe bonis miſcuiſſet: *nec tamen* (ait ille) *ſi egerit hereditarios creditores timebit, cum etſi per hereditatem obtigit hæc actio, nihil tamen ex defuncti capiatur voluntate, neque id capiatur, quod in rei perſecutione, ſed in ſola vindictâ ſit conſtitutum.* [d] Vlpianus quoque eo reſpicere videtur, quando reſpondet filium ſepulchri violati, quamuis hereditarij, agẽtem, quia nihil ex bonis patris capit non videri bonis immiſcere; hæc enim actio pœnam & vindictam potius quàm rei perſecutionem cõtinet. Dominus relator amplam ea de re diſſertationem inſtituebat, præcipuum fundamentum in eo ponens, quod iure ſancitum eſt de actione iniuriarum [e] quæ etiam ad ſucceſſorem ſemel lite conteſtata pertinebat, quamuis antè litẽ conteſtatam in bonis noſtris non computaretur. Semper autem nos exiſtimauimus illud arreſtum potiſſimum niti eo, quod ex Papiniano & Vlpiano ſuperius adductũ fuit, præſertim cùm reparatio viduæ per condemnationem facta merum intereſſe affectionis ſit, & partem aut portionem facultatum non conſtituat, & per conſequens non tranſmittatur, neque defalcationi obnoxium ſit [f] cum talis perſecutio iure cõiunctionis & proximitatis non iure hereditario fiat.

ADDITIONES.

[a] *l. ſi quis, §. 1. de vſufr. accreſc. l. interdum, in pr. de her. inſtitu.* Ludou. Roman. plenè *conſ.* 405. *numero* 7. [b] *§. ſi verò expect. in fin. auth. de nupt.* [c] *§. ſoluto d. auth.* ibi tãquam ex cauſa filiorum videntur. Ioann. à Ripa *ad d. l. fœmina* [d] *quæſitum de ſepulcr. viol.* [e] *l. ſepulchri violati, eod.* [f] *l. pro herede, §. fin. de acquir. her.* 13. & 28. *de iniur.*

DECISIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Defalcatio illa introducta in fauorem liberorum primi matrimonij eorundem legitimam non imputatur.*

SVperius de defalcatione per conſtitutiones imperiales in fauorem liberorũ primi † matrimonij introducta & regio 1
edicto de ſecundis nuptiis confirmata diximus, modò quæritur, an audiendi ſint liberi ex primo matrimonio ſuſcepti defalcationem illam petentes, ſi prius legitimã detrahere, & poſtea demum defalcationem fieri velint; adeò vt hæc in illam imputari non debeat? Et quidem eorum vitricus, vel ſecundus matris maritus, aut eius heredes imputationem vrgentes, prætendere poterant auctoritatem Doctoris cuiuſdam admodum antiqui [a] qui expreſſè ita docuit & tradidit, præſertim cùm lex non diſpoſuerit, quod liberi vtrumque, & legitimam & defalcationem, habere deberent, ſed ſaltem ne legitima minueretur. Quare liberi illi vnum ſaltem, nòn verò ambo remedia habebunt, niſi vnum alterum excederet [b] cùm alias in origine ſaltem (quemadmodum loquuntur) concurrant, non in exactione, ſicut contingit in pluribus perſecutoriis. [c] Atque hanc opinionem plures interpretes iuris tam in lecturis quàm in conſiliis ſuis ob rationes & auctoritates, quas ipſimet allegant, defenderunt. [d] Verum hiſce non obſtantibus arreſto parlamenti Tholoſani menſe Maio Anno M. D.LXXXVIII. contrarium iudicatum fuit, in cauſa de Cazeneufue contra Comagieres. Idem quoque curia noſtra antè pronunciauit, quod in legitimam liberorum prioris matrimonij defalcatio eiuſmodi imputari non debeat. Idque iuxta opinionem Accurſij [e] communiter approbatam quæ eo potiſſimum fundamento nititur, quod legitima liberis debeatur, ratione

ADDITIONES.

[a] Iacobus de Rauenna, quem refert Stephanus Bertrandus *in d. l. hac edictali, verſic. ita tamen num.* 10. [b] *arg. l. 1. vi bonor. rapter.* [c] quemadmodum in textu *l. qui ſeruum de Obl. & act.* [d] Cynus *in d. l. hac edictali.* Angelus *conſ.* 285. Petr. de Angel. *conſ.* 101. [e] *§. optimè, Nou.* 22. *de nupt. cap.* 27.

ratione naturali, defalcatio verò ratione ciuili, & propterea duo illa remedia, tanquã diuerſam & diſcrepantem rationem habẽtia inuicem confundi nequeant, præſertim cùm textus *dictæ legis* de defalcatione in fauorem liberorum prioris matrimonij loquens, eam ita fieri velit, vt quarta pars, quæ eiſdem liberis debetur ex legibus nullo modo minueretur; atque ſic voluit & intellexit eos vltra & præter defalcationem illam, integram legitimam, habere debere: quod fieri non poſſit, ſi illa in legitimam imputanda eſſet. Vnde quidam ex DD. noſtris pro eius confirmatione elegantem admodum regulam tradit, quod, vbicumq; debet aliquid remanere penes filium, tanquam filium, illud nunquam computandũ veniat in ſua legitima.[a] Atque pro hac opinione poſteriori maior pars celeberrimorum iuris interpretũ militat, quos allegat, atque eorũ rationes prolixè recenſet & explicat Stephanus Bertrandus[b] ad quem lectorem remittimus, atque arreſtum prædictum inſtar regulæ generalis in omnibus caſibus ſimilibus obſeruandum eſſe exiſtimamus, quemadmodum etiam quidam ex noſtris recentioribus concludit.[c]

ADDITIONES.

[a] Angel. *in d. §. optimè* [b] *in d. l. hac edictali, ſuper. verſic. ita tamen, nu.* 10. *C. de ſecund. nupt.* [c] Ranchinus *part.* 4. *concl.* 448.

DECISIO LXXIX.

ARGVMENTVM.

In æquali inſtitutione vitrici & priuigni à muliere binuba facta defalcatio non locum habet.

SVMMARIA.

1 *Mater binuba filium vnicum prioris matrimonij & ſecundum maritum ex æquis portionibus heredes ſcribens facit ne defalcationi locus detur.*

2 *Vitricus nihilominus priuigno rationes administrationis à defuncta vxore geſta reddere tenetur.*

1 CVm mater quædã † filij vnici ex priori matrimonio ſuſcepti ad ſecũdas nuptias conuolans in teſtamento ſuo ſecundum maritum & prædictum filium heredes æqualiter inſtituiſſet, poſt eius obitum relictus filius vitrico quoad adminiſtrationem bonorum, quam hunc & defunctam matrem habuiſſe dicebat, litem mouens inter alia prius legitimam ſuam detrahere, & poſtea reliqua matris bona æqualiter cum vitrico diuidere voluit. At iſte excepit, hoc in caſu defalcationem illam minimè locũ habere, cùm ſibi à priuigni matre nõ plus, quàm ipſi priuigno relictum, ſed vterque ex æquis partibus heres ſcriptus fuiſſet, priuignum etiam legitimam, quam ex inſtitutione matris intus iam haberet, fruſtrà & temerè petere.[a] Atque pro vitrico ad noſtram relationem in cauſa Stephani Prades contra Abrahamum de Narbõne XIX. Ianuarij Anno M.D.LXXXVII. curia noſtra pronunciauit, & quidem iuxta illud, quod à Stephano Bertrando traditur & deciditur.[b] Eodem quoque arreſto vitricus † condemnatus fuit, vt rationes reddere & reliquam præſtare priuigno deberet, 2
quoad adminiſtrationem, quam defuncta illius vxor, ab obitu prioris mariti vſque ad ſecundum matrimonium, eóque conſtãte, habuiſſet. Haud etiam admittebatur exceptio vitrici, qua dicebat ſe quoad ſemiſſem ſaltem rationes reddere teneri, cùm quoad alterũ ſemiſſem in perſona priuigni actio ad rationum redditionem competẽs confuſa fuiſſet, eo quòd matris ex ſemiſſe heres eſſet. Nam ſi vitricum quoad ſemiſſem a rationum redditione & præſtatione reliquæ immunem eſſe diceretur, tum iſte plus quàm priuignus haberet, & propterea defalcationi non minus locus foret, quàm ſi teſtatrix filium plurium legatorum præſtatione quàm maritum grauaſſet, etiamſi eoſdem ex æquis partibus inſtituiſſet. Alias enim maritus vtique plus, quàm filius habiturus eſſet, cuius portio præſtitis legatis minor fit, vt ideò defalcationem omnino hic faciendam eſſe *in allegato loco* Bertrandus[c] rectè tradiderit. Gloſſa item, quę in contrarium & pro vitrico allegari poterat[d] ſaltem in propriis ſuis terminis obtinet, qui ſunt; quando à matre binuba prioris matrimonij filio nihil omnino relictũ fuit, ſicque non apparet quantum debeat remanere vitrico per reſpectum & correlationem ad aliquod relictum filio, cùm

ADDITIONES.

[a] *Arg. l.* 1. *cum ibi not. de except. rei iud. c. examinata, & ibi not. de iud.* [b] *in d. l. hac edictali, ſuper verb. ita tamen, nu.* 12. Ita quoque ſenatum Sabaudiæ pro fratribus Ballin contra fratres Bollier. 4. Id. Aug. An. 1592. iudicaſſe teſtatur Anthon. Faber *li.* 5. *C. tit. de ſecund. nupt.* 5. *defin.* 6. AD. [c] *in d. l. verſic. ita tamen, ſuper verb. diuidi.* [d] *n.* 14. *& ſeq.*

lio, cùm nihil huic ſit relictum. Illud autē in præſenti caſu non deprehenditur, vbi per id quod præuigno relictū fuit, facilè liquidari pōt, quid vitrico remanere debeat, nempe ſemis, facta prius rationum reddītione & præſtatione reliquæ, ne priuigni ſemis minuatur. Alias enim certam liquidationem expectari & interim res omnes in ſuo ſtatu relinqui oporteret, donec ea legitimè facta regulæ iuris exactè obſeruentur, & iuxta eas ad defalcationem ritè procedatur.

DECISIO LXXX.

ARGVMENTVM.

Eligendi facultas patri ex teſtamento defunctæ vxoris competens ſecundis nuptiis non admittitur.

SVMMARIVM.

1 *Maritus heres ex aſſe inſtitutus ab vxore ſub ea conditione, vt vni ex liberis, quem electurus eſſet, hereditatem reſtitueret; facultatem eligendi propterea non amittit, ſi ad ſecundas nuptias tranſeat.*

1 CVm mulier quædam † aliquot ex marito liberis ſuſceptis extrema ſua ordinans maritū ex aſſe heredem ea lege ſcripſiſſet, vt aliquando decedens vni ex communibus liberis, quem electurus eſſet, hereditatem reſtituere deberet, atque maritus contractis ſecundis nuptiis, in teſtamento vnum ex liberis prioris coniugis, cui reſtitutio bonorum maternorum fieri deberet, elegiſſet, iſtóque vigore factæ electionis bona materna peteret, reliqui fratres germani ei propterea contradixerunt, quod pater facultatem eligendi teſtamento matris datam perdidiſſet, & per conſequens non facta electione, aut ea quidem facta, ſed nulla omnes ex diſpoſitione iuris admitti deberent. Cauſa itaque per appellationem ad curiam Tholoſanam deuoluta eiuſdem arreſto ad relationem Menſencal in dicta ſecunda claſſe menſe Maio, An. M. D. LXXXVIII. pro herede electo atque à defuncto pātre nominato pronunciatum fuit, per tranſitum ad ſecunda vota patrē nō amiſiſſe electionis facultatem ex teſtamēto matris; tum ne ſine cauſa voluntas extrema teſtatricis defraudetur, tum quod non modò permiſſum ſit patri ſecūdas nuptias contrahenti [a] negotia liberorum prioris matrimonij vtiliter adminiſtrare, ſed etiam ei, diuidendi inter illos liberos, vel etiā eligendi, quem voluerit licentia non denegetur. Et quāuis illud iure nouo, [b] quoad lucra & commoda, quæ binubi perdunt, corrigatur: tamen quoad adminiſtrationem facultatem eligendi & reliquos caſus antiquum ius incorrectum manet, atq; quoad facultatem eligendi inter liberos prioris matrimonij ex voluntate matris, nulla vrgens ſuſpicio militat, neque iuſta & legitima cauſa dari poteſt, cur pater ſecundas nuptias contrahēs facultate illa eligendi priuari debeat. Vnde etiam nonnulli DD. tradiderunt, [c] patrem poteſtatem habere trāſigendi de bonis liberorum prioris matrimonij, quorum adminiſtrator eſt, ad minimum aliquo dato vel retento. Hoc enim faciens quamuis non alienet [d] tamen bona illa adminiſtrare & de iis diſponere cēſetur. Quòd ſi inter viuos ex proprio ſuo motu & voluntate facere poteſt, cur non etiam in diſpoſitione extrema per expreſſam voluntatem prioris vxoris liberorum matris facere poſſet? cùm hic nihil aliud requiratur, quàm vt diſpoſitio à patre in fauorem vnius liberorum, iuxta matris voluntatem fiat. Nos quoque cùm arreſtum illud conciperetur, votum noſtrum dabamus, illúdque poſt maturam deliberatione͂ & exactam cauſæ cognitionem, tandem, vt ſupra expoſitum eſt, prolatum fuit.

ADDITIONES.

[a] *l. generaliter, in fin. pr. Cod. de ſecund. nupt.* [b] *auth. lucrum hoc C. d. tit.* [c] Ioannes de Garronibus *in d. l. generaliter n. 44. cum ſequen.* [d] Gloſſa ſingularis *in l. nulli, de tranſact.*

DECISIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Quod mater ex bonis primi ſui mariti capit tanquam pupillariter ſubſtituta filio impuberi, cui alias ab inteſtato ſucceſſura erat, defalcationi illi obnoxium non eſt.*

SVperius arreſti des Meſſemes contra la Viconteſſe de Larbouſt ad relationem domini Doniat mentionem fecimus, quo item plures aliæ quæſtiones notabiles materiā † ſecundarum nuptiarum concernētes definitæ fuerunt, inter quas etiam hæc fuit, an illud, quod mater ex bonis prioris mariti capit tāquam ſubſtituta filio impu- 1

beri, cùm alioqnin ſucceſſura erat ab inteſtato, defalcationi ſubiaceret? Pater enim, qui, vt ſuperius dictum eſt, ſecundæ vxori plus donari aut relinquere nequit, quàm vni ex liberis, cui minimum partem reliquit, heredem (quod iuxta ſuperius expoſita rectè facere poteſt) ſcribens filium ex ſecundo matrimonio eidem, ſi in ætate impuberi decederet, matrem ſeu ſecundam vxorem ſubſtituerat, quòd poſt obitum teſtatoris defuncto impubere contigiſſet, atque vigore ſubſtitutionis mater, ſeu ſecunda vxor bona illa accipere vellet, quæſitum eſt an in iis defalcatio in fauorē liberorū primi matrimonij locum haberet? Et quidem affirmatiuè reſpondendum eſſe propterea videbatur, quòd diſpoſitio legis generalis ſit, atque ICtus in ſimili quaſi hypotheſi alibi reſponderit: ſubſtitutum impuberi filio incapacem ſolidi ex bonis teſtatoris ſolidum ex ea cauſa capere, quaſi à pupillo capiat, ita tamen, vt ex bonis, quæ teſtatoris fuerāt, amplius capere nō poſſit.[a] Quod aptè huc quadrare atque quoad defalcationem in bonis ſaltem teſtatoris locum habere videtur. Deinde etiam talis voluntas, tanquam iniuſta & in fraudem legis facta meritò punienda atque ad minimum defalcationi illi obnoxia eſſe videtur.

Euidenter enim apparet, quod in fraudē legis ille, qui vxorem ſuam plenè & in primo gradu heredem inſtituere non poterat, eandem in ſecundo gradu inſtituerit, vt per indirectum faceret, quod rectà facere ei conceſſum non erat. Verum arreſto curiæ contrarium in fauorem matris iudicatum fuit, quæ ab inteſtato erat ſucceſſura. Idq́ue arreſtum conueniens eſt, opinioni Raphaelis Cumani, quā Alexander, Iaſon, & Salicetus ſequuntur [b] qui allegatum ICti reſponſum in prædicto caſu ita limitant. Quo etiam referri poteſt illud, quod ſuperius de arreſtis ob conſtitutionē regiam donationes tutoribus, curatoribus, aut aliis adminiſtratoribus fieri prohibentem prolatis differentes attigimus: nempe illa locum non habere in iis, qui alias ab inteſtato ſucceſſuri eſſent illis, de quorum bonis quæſtio eſt. Atque vt nihil taceamus, quæſtio illa non definitiuè & expreſſè prædicto arreſto iudicata fuit, ſed tacito Senatuſconſulto. Curia enim quoad certa & vrgentia facta à patribus articulatim propoſita & deducta ad interloquēdum commota fuerat, vt interim poſſeſſionem matri aut dictæ Daulon, quæ ei ſucceſſerat, adiudicaret. Quod præiudicium notabile admodum pro dictæ quæſtionis reſolutione facit, ad quam, veluti iuſtam & æquam, alias omnes domini, qui deliberationi interreant, inclinabant.

ADDITIONES.

a *l. ſi is, qui ex bonis, de vulg. & pupillar.*
b *in d. l. ſi is, qui ex bonis.*

DECISIO LXXXII.

SVMMARIA.

1 *Quod filiæ prioris matrimonij per ſubſtitutionem pupillarem factam in eius fauorem filio impuberi ſecundi matrimonij obuenit, defalcationi illi obnoxiū eſt, præſertim cū ratio, quæ quoad matrem ſimul ſubſtitutam & cum filia coniunctam militat, ceſſet in ipſa filia.*

2 *Defalcatio illa extēditur ad omnes perſonas quæ veroſimiliter ſecundi mariti contemplatione vxori ſecundæ & econtra coniunctæ ſunt.*

EOdem arreſto in eadem facti ſpecie etiam aliud dubium deciſum fuit. Cùm enim mater † illa ſecundò nubens filiam, 1 quam ex primo marito ſuſceperat, ſecundi mariti filio ex altera vxore in matrimonium elocaſſet, atque paulò poſt deceſſiſſet; maritus ſecundus in teſtamento ſuo filium ex ſecunda vxore Ioannem de Meſſeme heredem ex aſſe ſcribens, eidem in pupillari ætate & ſine teſtamento decedenti relictam viduā alterius ex primo thoro procreati filij atque viduæ illius matrem, ſeu ſecundā ſuam vxorem æqualiter ſubſtituit. Qui ſubſtitutionis caſus cùm eueniſſet, quæſitum eſt, nunquid defalcatio illa hic ceſſare debeat, ita vt maritus, qui nō poteſt donare ſecundæ vxori plus quàm vni ex liberis minus habenti, poſſit nihilominus donare filio eiuſdem ſecundæ vxoris ex præcedenti matrimonio? Et negatiuè reſpondendum propterea eſt, quòd licet matris portio defalcationi obnoxia non ſit, vtpote quæ alias ab inteſtato ſucceſſura erat: tamen hæc cōſideratio quoad filiam cùm ea ſubſtitutam locum non habeat.

Sicque prædicto arreſto in fauorem liberorum primi matrimonij iudicatū fuit. Nam vera & pura fraus erat per interpoſitā perſonam [a] quam eadem lex prohibet & deteſtatur. Quibus prætexibus in eiuſ-

modi

ADDITIO.

a *l. hac edictali C. de ſecund. nupt.*

modi caſibus maturè occurrendum eſt, ne ipſa legis diſpoſitio eluſoria reddatur, quemadmodum Stephanus Bertrandus latius hoc [a] explicat. In hypotheſi itaque illa interpoſitio perſonę filiæ ex primo matrimonio natæ, vxori ſecundæ minimè proderat, ſed potius ei præiudicium pariebat. Si enim ea ſola filio ſuo pupillariter ſubſtituta fuiſſet, tum omne ſine vlla defalcatione accepiſſet, haud ſecus atque ſi ab inteſtato ſucceſſiſſet. Et quamuis filia illa prioris matrimonij, nurus quoque teſtatoris fuerit, ſicque videatur eam à ſocero intuitu qualitatis illius ſubſtitutam eſſe, & cum ea ratione extranea ſit, hanc ſubſtitutionem matrem nullatenus tangere, propter rationes & auctoritates, quibus idem Bertrandus *in loco allegato*, [b] vtitur, tamen conſiderari oportet in odium liberorum prioris matrimonij quorum fauore tamen defalcatio introducta & recepta eſt, ſubſtitutionem illam pupillarem in matris & filiæ gratiam, & cuilibet pro ſemiſſe factam fuiſſe. Subſtitutionis enim euentum teſtator metuens, miniméque cogitans de eo, ob quod defalcatio quoad matris perſonam in eiuſmodi caſu ceſſare ſolet, in odium liberorum prioris matrimonij & ſubſtitutarum fauorem ex vna portione duas fecerat. Deinde etiam coniunctio, quæ inter teſtatorem eiúſque filij vxorem fuerat, filij morte expirarat. Atq; fraudis interpretatio ſemper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur.[c]

——*Decipitur*, vt ait poëta,

Quiſquis ab euentu facta notanda putat,

Siquidem & venenum dando quis ſcelere ſe obligat, etiamſi non nocuerit. [d] Quod maximè quoad noſtram hypotheſin procedit, in qua contra matrem, quæ ad ſecundas nuptias in præiudicium liberorum prioris matrimonij conuolauit, lex fraudem & delictum præſumit. [e]

Lurida terribles (inquiebat poëta) *miſcent aconita nouercæ*,

de quo etiam miſer ille paſtor cõqueritur.

Eſt mihi namq; domi pater, eſt iniuſta nouerca.

Quare licet mater, vt dictum, eſt, hoc in caſu immunis ſit & defalcationem non patiatur: tamen aliud quoad filiam obtinet, in qua prædicta ratio ceſſat, ita vt illa à pupillo ex bonis teſtatoris amplius quam à teſtatore capere non poſſit.[f] Sicque quoad filiam militat præſumptio illa, quòd in fraudem ſubſtituta fuerit, omiſſis aut potius præteritis liberis prioris matrimonij, quorum reſpectu, tanquam dignorũ fauore & commiſeratione [g] diſpoſitio *dictæ legis* defalcationem † illam concernens extenditur ad omnes perſonas, quæ ſecundi mariti contemplatione ſecundæ vxori & viciſſim huius intuitu ſecundo marito coniunctæ ſunt, vt omnis circumſcriptio per huiuſmodi interpoſitas perſonas alioqui ſuſpectas & prohibitas ceſſet, quemadmodum ipſa lex ſancit, & Charondas [h] approbat, atque aliis arreſtis parlamenti Pariſienſis confirmat, quamuis limitatione poſtea vtatur, [i] quàm libenter ſequimur reſtrictam ad circumſtantias, quas ibidem adducit, atque conuenientem arreſto parlamenti Pariſienſis, quod allegat. 2

ADDITIONES.

[a] *in d.l. hac edictali, nu.12. vſque ad 14. in diſput. Floriana.* Aymon Crauetta *conſ.* 40. *fin.* Boërius *deciſ.* 201. [b] *num.13. in 2. caſu.* [c] *l. fraudis, 79. de R.I.* [d] Seneca *lib.2. de tranquil. cap.2.* [e] *l. quæ tutores, C. de adm. tut.* [f] *l. ſi is, qui ex bonis, de vulg. & pupill.* [g] Stephanus Bertrandus *in loco ſupra alleg. num.13. in fin.* [h] *lib.2. reſp. cap.2.* [i] *lib.2. cap.53.*

DECISIO LXXXIII.

ARGVMENTVM.

In dubio filius impubes ante matrem deceſſiſſe præſumitur.

SVMMARIA.

1 *Matre & filio impuberi ſimul in caſtro interfectis, cùm ſciri non poſſet vter prius deceſſiſſet, curia Tholoſana filium impuberem prius mortuum eſſe iudicauit.*

2 *Ob peculiares tamen & ſummariè deductas circumſtantias quoad ſucceſſionem bonorum defuncti Molinei contrarium, nempe matrem ante liberos impuberes deceſſiſſe pronunciauit.*

IN eadem facti ſpecie † atque inter eaſdem partes aliud dubiũ occurrit, quod itidem prædicto arreſto, tacito tamen Senatuſconſulto definitum fuit. Cùm enim mater dicti Ioannis impuberis à patre heredis inſtituti atque ipſemet impubes eadẽ die in caſtro quopiã ſimul interfecti fuiſſent, atque haud conſtaret verum mater an filius prius deceſſiſſet, de eo maximè diſceptabatur. Dictæ enim de Meſſeme contendebant matrem prius mortuam eſſe; econtra verò dicta Daulon præſumptione iuris nitebatur aſſerens ipſas de Meſſeme parricidij illius in matre & filio cõſcios 1

fuiſſe & nefarios ſicariorum auſus iuuaſſe. Fiduciaria itaque poſſeſſio bonorum dicti Ioannis, de quibus quæſtio erat dictæ Daulon pro ſemiſſe, veluti quæ matri ſucceſſiſſet, vigore pupillaris ſubſtitutionis adiudicata fuit. Sicque curia præiudicauit, deficiente probatione contraria, dictũ Ioannẽ impuberem deceſſiſſe ante matrẽ, eiúſque obitu caſum ſubſtitutionis pupillaris matris, quæ ſuperuixiſſe præſumebatur, eiúſque heredum (qualem dicta Daulon ſe eſſe dicebat) eueniſſe. Idque iuxta iuris pręſumptionem, qua præſumitur eum, qui debilior eſt prius deceſſiſſe[a] & ideò ſi mulier cũ filio impubere naufragio perierit, prius filium necatum eſſe intelligimus. [b] Quare cùm in illa hypotheſi mater & filius ſimul interfecti proponerentur, donec alia probatio fieret (ſi modo quædam haberi poſſet) aliter pronunciari non poterat quàm vt fiduciaria poſſeſſio iuxta prædictam iuris præſumptionem matri vel eius heredibus adiudicaretur, quia aliter res exitum ſuum non eſſet habitura, vt ideò neceſſario cum lege præſumendum fuerit imbecilliorem prædeceſſiſſe.[b] Quæ veræ arreſti illius, quoad caput hoc, rationes ſunt. Sinè
2 quoad ſucceſſionem bonorũ, †quæ quondam eximius & doctiſſimus ille vir Carolus Molineus aduocatus parlamenti Parifienſis reliquerat, cum eiuſdem filia & ex ea nati liberi (quorum pater Bailliuus de Colonicz, Molinei gener iuſtè de eo conqueritur atque vindictam [d] ab Henrico III. expoſcit) miſerè in crudeli illa laniena, quę Pariſiis in vico Mauberti facta fuit, interfecti fuiſſent, curia Pariſienſis contrarium pronunciauit, nempe quod præſumeretur matrem ante impuberes liberos, quorum nonnulli adhuc in cunis iacebant, deceſſiſſe.[e] Cùm enim nefandum illud facinus noctu atque in ampliſſimo illo oppido Pariſienſi commiſſum fuiſſet, vt nulla omnino probatio haberi poſſet, præſumebatur ſicarios, vt eo felicius propoſitum ſuum ad optatum finem perducere poſſent, ab iis, qui fortiores erant, conatibus eorum reſiſtere, aliorúmque auxilia facilius implorare poterant, parricidij initium feciſſe & demum paruulos ac imbecilliores trucidaſſe. Fortè etiam curia ea ratione præcauere voluit (quod tamen coniectura ſaltem eſt) ne interfectorum bona peruenirent ad eos, qui ſuſpecti quodammodo erãt ob illud, quod inter eos, aut quendam eorum atque Molineum adhuc viuum interuenerat, cuius Papon *in 2. tomo notariorum* mentionem facit.[f] Deinde etiam illud vulgatum Caſſiani; *à qui profſite*, ſeu, *cui bono* hoc conſiderari oportet. Imò caſus nonnulli ſunt, in quibus pręſumptio illa iuris patre aut matre & filio impubere ſimul mortuis, hunc prius deceſſiſſe arguens, omnino ceſſat, & in quibus probabilius eſt, vt contrarium præſumatur [g] quemadmodum etiam tale arreſtum parlamenti Pariſienſis VIII. Martij Anno M.D.LXI. prolatum Charondas [h] adducit.

ADDITIONES.

[a] Dynus & Oldradus *in l. ſi hi, qui de donat. cauſ. mort.* [b] *l. ſi mulier, iunct. l. qui duos, §. final. de reb. dub.* [c] Alciatus *de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 49.* [d] *in epiſtol. præliminari commentariorum* Molinei *ad conſuetud. Pariſ.* Lutetiæ. Anno M.D.LXXVI. impreſſorum. [e] Charondas *lib. 5. cap. 52.* [f] *lib. 5. cap. de donation.* [g] *l. qui duos, §. cùm in bello, l. quod de pariter,* ibi, *quia mater filia non ſuperuixit, de rebus dub.* [h] *libr. 8. cap. 54.*

DECISIO LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Bona, quæ filiusfamilias in nouercam per donationem mortis cauſa cum auctoritate & conſenſu patris, qui ſecundus maritus nouercæ eſt, contulit, defalcationi illi obnoxia non ſunt.*

CErtum eſt filiumfamilias, †licet teſtari 1 nequeat, mortis cauſa cum conſenſu, voluntate & auctoritate patris donare poſſe. Euenit itaque, vt quidam filiusfamilias patre conſentiente & auctoritatem præſtante nouercæ ſuæ, ſeu patris ſecundæ vxori, certa quædam bona aduentitia, quę ipſemet propria induſtria acquiſierat, mortis cauſa donaret, & deinde donator poſt patris obitum, relictis fratribus germanis, decederet. Inter hos & prædictam nouercam controuerſia oborta fuit. Illi enim prætenderunt bona à defuncto fratre donata defalcationi ſubiacere, veluti profectitia & in effectu ab ipſo patre deſcendentia, cuius auctoritate & conſenſu in fraudem legis, atque in gratiam nouercę donatio facta, ſicque nulla, eſſet. At nouerca excepit actorum intentionem auctoritate à patre præſtita, minimè iuuari cum bona donatoris propria atque ab eo ſponte, & ex libera voluntate, ſine dolo aut coactione donata fuerint.

Nec enim intelligitur patrem donaſſe qui

qui filio familias rem propriam donanti conſenſerit.[a] Quę cauſa cùm per appellationem ad curiam deuoluta fuiſſet decreto curiæ iudicialiter a domino præſide du Faur inter arreſta generalia pentecoſtes, Calendis Iunij Anno M.D.LXXXII. prolato, dictum fuit, donationem illam valere atque bona per eandem in nouercam collata defalcationi minimè ſubiecta eſſe. Charondas illud arreſta cum rationibus eiuſdē allegat.[b] Nos ipſimet ſcripta domini præſidis du Faur in quibus (vt ſupra diximus diſſertationes eruditiſſimæ de arreſtis, cum tanta grauitate ab eo prolatis continentur, expectantes, nihil amplius hic adiicimus. Et cùm Deus opt. max. pro clementi volūtate ſua ex hac mortali vita eum euocarit, firmiter ſperamus eiuſdem filium & heredem, qui verus virtutum paternarum ſucceſſor eſt, omnem ruinam reparaturum atque doctiſſima patris opera editurum eſſe.

ADDITIONES.

[a] Albericus *in l. nec fratres. C. de donat. cauſ. mort.* [b] *libr. 7. cap.* 124.

DECISIO LXXXV.

SVMMARIA.

1 *Qua defalcatio aliter conſiderari nequit quā iuxta tēpus obitus illius, de cuius bonis fieri debet, licet in cōtrariū a ſupre ma curia Pariſienſi arreſtum prolatum fuiſſe videatur.*

2. *Vt medici in morbis grauioribus rem quandam latentem, occultam & diuinam ſubeſſe exiſtimant: ita queque petitores de nonnullis ſupremarum curiarum arreſtis ſingularibus idem iudicare ſolent.*

3 *In dotalitiis, quæ mariti pactis dotalibus conſtituunt vxoribus ſuperſtitibus atque in conſtitutionibus dotium, lucris & emolumentis, quæ mariti vigore eiuſmodi pactorum ab vxoribus habet, talem defalcationem locum habere ſæpius iudicatum fuit.*

1 SÆPIVS dictæ conſtitutiones † imperiales[a] eaſdémque comprobans edictū Francicum[b] quoad defalcationem illam, expreſsè in terminis negatiuis concipiuntur: *non ſit licitum, non liceat, ne peuuent & ne pourront.* Quę verba & ſimilia ab vtriuſque iuris interpretibus malignæ naturæ vocantur,[c] vt pote quæ præciſam neceſſitatē† inducūt, actúmque contrarium penitus damnāt, adeò vt ipſo iure citra vlteriorem declarationem nullus ſit. Cúmq; verba illa ad nullam partem, quantitatem aut qualitatem illius, de quo hîc agitur, reſtricta ſint, generaliter accipienda atque ad quemlibet caſum referenda & extendenda erunt, ne lege non diſtinguente, diſtinctio à nobis fiat.[d] Vnde colligi poteſt defalcationem illam conſtitutionibus, legibus & edictis illis introductam & comprobatā nulla ratione impediri poſſe, ſed ei, cui debetur, omnino præſtandam eſſe, quemadmodum ipſum edictum requirit & cōſtitutiones expreſsè declarant. Atque ſi diſtinctionem hic comminiſci vellemus inter bona propria & patrimonialia atque inter acquiſita, inter preſentia & futura tum ea tenori & diſpoſitioni formali conſtitutionū illarum & edicti aduerſaretur, quę cùm indefinitè concipiantur, eorum, quoque negatiua vniuerſaliter extendetur ad vniuerſa & ſingula bona, quæ ille, de cuius heredi tate defalcatio fieri debet, reliquit Nam & hic, quemadmodum in legitimis, tempus obitus ſpectari & attendi ſolet.

Quare audacter aſſerimus, quod difficulter admodum curia noſtra ſe conformaret ad præiudicia parlamēti Pariſienſis à Charonda *in ſuis reſponſis* adducta[e] per quæ iudicatum fuit ea, quæ conſtante matrimonio (quamuis admodum opima eſſent) per mulierem binubam cum ſecundo marito acquiſita fuerant (de quibus in pactis dotalibus conuenerat, quod ea ad maritum eiúſque heredes pleno iure pertinere aut marito antè vxorem mortuo ad hanc eorūdem vſus fructus per tempus vitæ pertinere deberet) defalcationi illi non ſubiacere, eo quod ſecundus maritus (inquit idem Charondas) breuiter reſpōdere poterat in eiuſmodi cōtractu in pactis dotalibus facto nullā donationē cōtineri, cū tum tēporis acquiſita illa nōdu in bonis mulieris, neq; adhuc in rerū natura eſſent, imò incertum erat, an fierent: conſtitutiones autem, quibus edictū nititur de bonis loquuntur, quæ vxor poſſidet, aut certo ad eā pertinent & incertitudo faciat, vt nihil de ſuo donaſſe prẹſumatur. Quę ratio (vt bona pace dicamus) admodum leuis eſt, & textus

ADDITIONES.

[a] *d. l. hac edictali & d. l. fœmina* [b] à Franciſco I. menſe Iulio, Anno M.D.LX. promulgatum [c] Gloſſa & DD. *in capit. 1. de R. I. lib. 6.* [d] *l. de precio de Publian. in rē act.* [e] *libr.* [...] *capit. 9.*

DECISIO LXXXVI.

ARGVMENTVM.

Mulier intra annum luctus nubens ſucceſſione liberorum impuberum ex priori matrimonio priuatur.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ad ſecundas nuptias intra annū luctus conuolans etiam nullis ex priori matrimonio extantibus liberis priuatur filiorum impuberum ſucceſſione, etiam in bonis, in quibus maritus ab eorundem auo in vſufructu tantum inſtitutus fuerat.*

QVamuis lex ciuilis, quæ pœnam nuptiarum † ſecundarum (ſub quibus etiam tertiæ quartæ & vlteriores comprehenduntur, cùm quod ſemel eſſe deſiit, omnium obnoxium numero ſit, quemadmodum Tertullianus[a] dicebat) introduxit, expreſsè ſanciat, quod mulieres, quæ luctus religionem priori viro nuptiarum feſtinatione non præſtiterint, infames eſſe debeāt; & hereditates vel legitimas vel honorarias vltra tertium gradum vindicare non poſſint[b] atque per aliam conſtitutionem, [c] quam nonnulli prioris partem eſſe dicunt, omnibus liberis ex priore matrimonio inteſtato diem obeuntibus, id ſemiſſe bonorum ab ea profecto eiſdemque liberis dato, ob infamiæ abolitionem cæterarúmque pœnarum antiquationem duræ fortunæ ſolatia ad matrem ex integro reuertantur, ita vt hunc ſemiſſem rurſus ipſa ſeparatim ab vltimi filij vel filiæ hæreditate præſumat; tamen curia noſtra Tholoſana, vt prauos huius ſeculi mores quodammodo corrigeret, pœnas prædictas præſertim quoad mulieres exaſperata fuit, atque ſæpius arreſtis ſuis priuauit mulieres infra annum luctus nubentes etiam nullis ex priori matrimonio extantibus liberis, filiorum impuberum ſucceſſione, etiam in bonis, in quib9 maritus ab auo eorundem, patre ſuo, in vſufructu tantum inſtitutus fuerat, iiſdem eius nepotibus maritique filiis in proprietate inſtitutis, tanquā cōtēplatione eiuſdē patris filiiq; teſtatoris huiuſmodi inſtitutione facta, quemadmodum iudicatum fuit XV. Ianuarij, Anno M. D. LXXXII. ad relationem Domini Sabatier, domini de la Beſſede, atque antea idem curia noſtra pronunciarat ad relationem Domini Doniat quoad bona, quæ pleno iure ad primum maritum pertinuerant, cui liberi impuberes ſucceſſerant, idque in fauorem Anthonij Garriac contra Garrigues XIX. Aprilis Anno M.D. LXXX. Nam libenter fatemur, quamuis multa euoluerimus, legerimus, & relegerimus, quæ tam antiqui quàm recentiores in ſuis lecturis, deciſionibus, conſiliis, repetitionibus, aut alias de ſecundis nuptiis tractarūt: tamen nos nulla omnino quæſtionis illius veſtigia deprehendere potuiſſe, eo quòd nullus, vt exiſtimamus, dubitare voluerit de eo, quòd in allegatis conſtitutionibus expreſsè definitū & deciſum putaret: cōtra præiudicia tamē & arreſta dictæ curiæ. Vnicus quidā auctor *in ſingulari ſuo*,[e] quod inter reliqua ſingularia DD. coniunctim impreſſa extat, ſimpliciter tradit matrem nubentem intra annum luctus amittere ſucceſſionem filij[b] allegans pro omni probatione aut ratione auctoritatem dictę conſtitutionis [c] cuius verba finalia iunctis iis, quæ ex alia conſtitutione quam nonnulli partem alterius eſſe dicunt[d] adduximus, planè contraria videntur ei, cuius gratia allegata fuerunt.

ADDITIONES.

a *Lib. de monogam. capit. 11.* b *l. 1. C. de ſecund. nupt.* c *l. ſi qua mulier, 4. Cod. ad Tertull.* d *d. l. 1. C. de ſecund. nupt. & d. l. ſi qua, Cod. ad Tertull.* e Amanellus *ſing.* 101. f *l. 1. Cod. de ſec. nupt. in d. l. ſi qua.*

DECISIO LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier intra annum luctus nubens priuatur ſucceſſione liberorum ſuorū impuberum ex priori matrimonio, licet ea delata fuerit antequàm mulier ſecūdo nuberet, & nulli preterea ex illo liberis ſuperſint, etiam ipſa legitima non excepta.*

CÆterum præiudicia illa nonnulli, tanquam odioſa, † reſtringere voluerunt, 1 ad ſucceſſiones, quæ poſt contractas demùm intra annum luctus ſecundas nuptias delatæ fuerunt, aut ad eum caſum, quo liberi ex priori matrimonio adhuc extent, aut ad alia bona, quàm legitimam matri debitam; alij verò ea, tanquam fauorabilia, extendenda eſſe exiſtimarunt, ad omnes ſucceſſiones, quæ tam ante quàm poſt contractum ſecundum matrimonium delatæ fuerunt, etiam nullis extantibus liberis ex priori matrimonio. Cúmque

bona reſtitutioni ſubiecta inter aſcendentes & deſcendentes detur, interdum vero titulo lucratiuo haberi cenſeatur, quoad prælationem contra priores creditores antiquiorem & expreſſam hypothecam habentes;tamen,quicunque etiam titulus prætendatur, quando ex bonis mariti & contemplatione matrimonij debetur, conuolante muliere ad ſecundas nuptias, augmẽtum illud ad liberos, qui ex priori matrimonio ſuperſunt,pertinebit,& eorum proprium erit, ita tamen vt mater eiuſdem vſumfructum per tempus vitæ ſuæ habeat. Vnde etiam eſt, quòd in eiuſmodi caſu quando tale augmentum ipſa mulier, vel eius nomine maritus,petit à prioris matrimonij liberis,vel eorundem tutoribus, aut curatoribus,quos habent,idoneę cautiones exiguntur, quòd caſu ita eueniente illud reſtituere velit.

Quæ etiam cautiones ita denegari nequeunt,eo quòd de pecunia rectè caueri oportet his, vtiliter ſcilicet & ſatiſdato [a] à quibus eius pecuniæ vſusfructus dabitur, vt hoc remedio introducto pecuniæ,cuius vſus magis abuſus eſt, [b] quaſi vſusfructus haberi incipiat. Verum quemadmodũ iuxta eoſdem mores maritus poſt vxorem defunctam ſuperſtes dotem ita lucratur, vt eã per tempus vitæ habeat,& poſtea decedens liberis aut corũdem heredibus in recta linea ex vxore illa deſcendentibus reſtituat, ſi verò iidem prius deceſſerint, eam pleno iure teneat: ita quoque augmentum illud, non extantibus liberis aut præmortuis vxori plenè acquiritur, nec illa vllam cautionem de eo reſtituendo præſtare tenetur, ſed liberrimã diſponẽdi facultatem habet, niſi legitimè doceatur eã intra annum luctus nupſiſſe.Eo enim caſu propter præcipitem nuptiarũ feſtinationem, cum priori viro luctus religionem non præſtiterit,atque per immaturum matrimonium omnia,quæ ei prior maritus reliquerat,vacua eſſe cœperint, quemadmodum DDD. Gratianus,Valentinianus &Theodoſius loquuntur [c] tam proprietatem quàm vſumfructum illius augmenti amittit. Atque ita quoad augmentum illud in ſecunda Camera inquiſitionum in fauorem de Arnoulet,contra quendam Puylaurens dictũ, XXIV. Ianu. Anno M.D.LXXVI. iudicatum fuit.

ADDITIONES.

[a] *l. 2. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.*
b Cicero *in topic.* [d] *d. l. 1. C. de ſecund. nupt.*

DECISIO XCI.

ARGVMENTVM.

Minor ætas à pœnis aduerſus nubentes intra annum luctus conſtitutis non excuſat.

SVMMARIA.

1 *Viduæ minores,quæ antequàm ad ſecundas nuptias tranſierent,tutores liberis impuberibus non petierunt, eorundem ſucceſſione propterea non priuantur.*

2 *Si autem intra annum luctus nubant,etiamſi minores ſint, tamen augmento priuantur, quod ex bonis prædefuncti mariti alias petere potuiſſent.*

3 *Maxima inter hæc duo differentia eſt,liberis tutores non petere & intra annum luctus nubere.*

4 *D. Ambroſij dictum cõtra quaſdam mulieres, quæ feſtinationem ad ſecundas nuptias excuſare ſolent.*

QVod autem de augmento † iam dictum eſt, procedit & locum habet nõ ſolum in maioribus fœminis,ſed & in minoribus [a] quibus alioquin ætatis lubrico lapſis,ſi filiis tutores non petierint, eorum nomine denegari ſucceſſionem minimè conuenit.Mulier itaque quædam Galharde de Diurnal, minor vigintiquinque annis, poſt obitum primi mariti ſui,qui Rangouſe vocabatur, intra annum luctus Anthonio de la Rue ſecundò nupſerat,atque a tutoribus liberorum prioris matrimonij augmentum illud ſibi præſtari petierat. Hi autem exceperunt,eam illud perdidiſſe,aut indignam illo ſe reddidiſſe, quod intra annũ † luctus ad ſecundas nuptias tranſierit.Replicans illa ſe neceſſitate ad ſecundas nuptias coactam fuiſſe,cùm tutores ſibi ſæpius petenti alimenta denegarint, diploma regium ex cauſa minoris ætatis impetrat, vt in integrum reſtituatur, atque à pœnis aduerſus mulieres intra annum luctus nubentes introductis liberetur,eáque ratione augmentum illud rectè petere poſſit.

Cùm autem cauſa per appellationem ad curiam Tholoſanam deuoluta fuiſſet,arreſto ad relationem Domini Ioſſe à Domino præſide du Faur prolato in ſolemni arreſtorum pronunciatione circa feſtum Pentecoſtes,Anno M.D LXXXI. nulla habita ratione diplomatis tutores abſoluti fuerunt.Multum enim inter hæc † intereſt liberis

ADDITIO.

[a] *l fin. C. ſi aduerſ. delict.*

boris iuſto tẽpore tutores non petere, quod eſt delictũ in omittẽdo, atque intra annum luctus nubere, quod conſiſtit in committẽdo & quidem turpiter & cõtra bonos mores. Nec obſtat illud, quod ab Impp. Diocletiano & Maxim. reſcriptum eſt in fauorem duorum fratrum minorum, qui in integrum reſtituuntur, vt inuiolatam exiſtimationem retineant, ſi minores duntaxat ætate in ludricæ artis oſtentatione ſpectaculum ſui populo præbuerint. [a] Etſi enim hoc delictum & ipſum in committendo conſiſtere cenſeri poteſt [b] tamen hoc ſaltem fit ciuiliter, & quaſi more ciuitatis. Nam legibus quidem Romanis hiſtriones [c] mimi, ſcenici infames erant, at aliarum ciuitatum inſtitutis artem ludicram exercere, & in ſcena verſari probro non habitum Æmylius Probus *in præfatione* oſtẽdit. *Magnis*, inquit, *laudibus tota fert Græcia victorem Olympiæ Cytharia: in ſcenam verò prodire & populo eſſe ſpectaculo nemini in eiſdem gentibus fuit turpitudini, quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia atque ab honeſtate remota ponuntur.* [d] Quæ verò contra bonos mores aut inducuntur aut fiunt (quale eſt, ſi mulieres intra annum luctus nubant (cùm natura turpia ſint, vt adulterium, furtum neque ætatis, in qua huiuſmodi delicta cadere poſſint, neque ignorãtiæ prætextu excuſari poſſunt. [e] Hinc fit, vt M. Tullius, [f] alicubi ſic acutè ratiocinetur. Nec enim ſi regnante Tarquinio nulla erat Romæ lata lex de ſtupris, idcirco non contra illam legem ſempiternam Sextus Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit. Erat enim ratio profecta à rerũ natura & ad rectè faciendũ impellens & à delicto auocans, quæ non tum denique incipit lex eſſe, cùm ſcripta, ſed cùm orta eſt. Atque hæc quoad arreſtũ hoc loco dixiſſe interim ſufficiat, donec aliquando prodeat ipſius dicti domini præſidis de talibus arreſtis eruditiſſimæ diſſertationes, quarum maturam editionem nos maximoperè optamus & expetimus; quod etiam ante nos Charondas fecit. [g] Concluſionem ſaltẽ illam adhuc adiiciemus, qua cõtra prędictã mulierẽ ſe alimẽtis deſtitutã ſicq; neceſſitate coactã ad ſecũdas nuptias conuolaſſe prætẽdentẽ, dominus præſes ex D. Ambroſio † vtebatur: [h] *Sublata eſt tibi cauſa nubendi, habes, qui pro te intercedant, ne dixeris, deſtituta ſum, querela nupturæ eſt, ne dixeris, ſola ego ſum, caſtitas ſolitudinem quærit, pudica ſecretum, impudica conuentũ, ſed negotiũ habes, & interceſſorẽ aduerſarij vereris: apud iudicẽ dominus interuenit, dicẽs, iudicate pupillo & iuſtificate viduam: ſed patrimonium vis tueri, maius pudoris eſt patrimonium, quod melius regit vidua, quã nupta. Seruus peccauit, ignoſce. Melius eſt enim alterius culpam ferre, quã tuã prodas: ſed vis nubere: licet, non habet crimen ſimplex voluntas. Cauſam nõ quæro: cur fingitur? ſi honeſtum putas, fatere, ſi incõgruũ, ſile. Ne accuſes Deum, ne accuſes propinquos, quod præſidia tibi deſint, vtinã non deſit voluntas. Ne te conſulere liberis dicas, quibus matrem eripis: eſt etiã quod facultati licet, ætati non licet. Cur maternæ parantur nuptiæ inter nuptias filiarũ, & plerũque poſt nuptias? Cur adulta filia diſcit prius ſponſum matris, quàm ſuum erubeſcere: ſuaſimus fateor, veſtem mutares, non vt flammeum ſumeres, vt à ſepulchro recederes, non vt thalamum præparares. Quid ſibi vult noua nupta poſt generos? quàm indecorum eſt iuniores habere liberos quàm nepotes?*

Additio.

[a] *in l. pen. Cod. ex quibus cauſ. infam. irrog.* [b] *l. probrum, de V. S.* [d] Auguſtinus *lib. 2. capit. 13. de ciuitat. Dei lib. 1. capit. 33. de conſ. Euang.* Tertull. *de ſpectator. l. mariti, ad l. Iul. de adult.* Paulus *lib. 5. tit. 26. ſent.*
[d] *l. 1. l. 3. in fin. l. 4. de his, qui not. infam.*
[e] *l. ſi adult. 38. ad l. Iul. de adult.* [f] *lib. 2. de legib.* [g] *in Epiſtol. prælimin. ante tom. tert. reſponſ.* [h] *in libr. de viduit.*

DECISIO XCI.

Argumentum.

Pœnas in odium intra annum luctus nubentium introductas curia Tholoſana ſtrictè adhuc obſeruat.

Summaria.

1 *Parlamentum Pariſienſe admodùm humanum & æquum eſt erga mulieres, quæ ſecundò nubunt, eáſque pœnas lege ciuili introductas remittit, etiamſi annus luctus nondum lapſus ſit.*
2 *Curia autem Tholoſana eaſdem ſtrictè adhuc obſeruat.*
3 *Eadem curia arreſto ſuo declarauit, vt talis mulier & ſucceſſione & legato à marito relicto priuari deberet.*
4 *Arreſtum illud per ſe loquitur.*

Qvamuis Charondas *in reſponſis ſuis* † tradiderit [a] in prouinciis conſuetu- 1

dinariis

dinariis Franciæ quoad fœminas binubas prædictam iuris Romani ſeueritatem non obſeruari, cùm in ſuprema curia Pariſienſ. æquitatis admodum amans & miſericordiã erga tales fœminas exercens, iis à lege mariti per eius mortem ſolutis permittat, vt iuxta doctrinã D. Pauli denuò nubere poſſint: tamen parlamentum Tholoſanum itidem
1 æquitatis † admodum amans, ſempérque ἐπιείκειαν præferens ſtricti iuris rigori hoc in caſu quoad lucra & emolumenta bonorum temporalium talibus fœminis, præſertim quæ intra annum luctus nubut, nihil de pœnarum illarum ſeueritate remittere voluit non ſolum ad euitandam confuſionem ſanguinis, ſed etiam ad conſeruandos bonos mores & honeſtatem politicam: vt metu pœnarum nimius ille feruor poſt obitum mariti denuò ad nuptias conuolandi & effrænis libido coerceretur.

Haud enim conuenit, vt mulier tam cito indiuiduæ illius coniunctionis obliuiſcatur, atque memoriam mariti, qui verus dominus & ſocius mutuæ amicitiæ, ſpiritus & corporis fuit, carnis titillationi & cõcupiſcẽtiæ poſtponat. Quæ præcipuæ cauſæ & fundamenta ſunt, ob quæ dicta curia 5. Ianuar. Anno 1585. arreſto ad relationem
3 domini Rudelle (viri multa experientia † præditi & admodum induſtrij) in cauſa Peyronne Teilhe de Sammathan appellãtis à Seneſc. Thol. aut eius vices gerente ex vna parte, & de Lauantes ſororum atq; conſortium appellatarum ex altera parte, dictæ Treilhe, quod intra annum luctus nupſiſſet, tam bonis & ſucceſſione defuncti mariti Ioann. Lauantes, quàm legato mille librarum ab eodem relicto priuauit, eandémque ad reſtitutionem perceptorũ condemnauit: quæ omnia appellatis, tanquam proximis ab inteſtato heredibus, & cuilibet earum pro ſua portione adiudicata fuerũt. Atque hîc notari oportet, quòd arreſtũ
2 illud † per ſe ipſum loquatur, eiúſque cauſa in eo exprimatur. Quod quidem rarius atque tum demum fieri ſolet, quando talia præiudicia vim legis & generalis regulæ habere debẽt, quemadmodũ prædicta etiã eo in caſu, quo nulli ex priori matrimonio liberi extãt. Charondas *in loco ſuperius allegato* aliud [a] arreſtum in cauſa viduæ defuncti Ioannis de Breil VI. Aprilis Anno M.D.LXXIX. prolatum adducit.

ADDITIO.

[a] *lib. 7. capit. 5.*

DECISIO XCIII.

ARGVMENTVM.

Excepta infamia reliquæ pœnæ, quas ius in odium intra annum luctus nubentium introduxit, etiam hodie ſublatæ non ſunt.

SVMMARIA.

1 *Quare reliquæ ſupremæ curiæ in Francia, excepta Tholoſana pœnas ciuiles contra mulieres intra annum luctus nubentes introductas remiſerint?*

2 *Tertullianus adducitur quoad explicationem dicti D. Pauli communiter pro mulieribus contra dictas pœnas ciuiles allegari ſoliti.*

3 *An annus luctus ab Imperatore Theodoſio ad 12. menſes porrectus de momento ad momentum computari debeat?*

4 *Species facti cum ſuis circumſtantiis notatu admodum dignis.*

5 *Duodecimus anni menſis cœptus in fauorem eiuſmodi mulierum pro completo habetur.*

5 *Facta rara & prodigioſa ad conſequẽtiam trahi non debent.*

HActenvs ex præiudiciis † curię co- 1
gnoſci potuit, quã exactè & ſeuerè illa obſeruet & tueatur, quod ad cõſeruationẽ bonorum morũ & honeſtatis publicę imperialibus conſtitutionibus & edicto regio de ſecundis nuptiis ſancitum & introductũ eſt. Haudque mouetur illa contrariis canonibus & decretis, quę rigorẽ illũ mitigãt, atque ab aliis ſupremis Franciæ curiis recepta ſunt. Iis enim non ſolũ infamia remittitur, (quod & curia Tholoſana ſeruare non vereretur) ſed etiam pœnę priuationis bonorũ & emolumẽtorum ex priori matrimonio prouenientium ſublatę videntur. Quamuis enim in epiſtola decretali Innocentij III. ſaltem dicatur: non debere legalis infamię ſuſtinere iacturam, [a] quę licet poſt viri obitum, infra tempus (ſcilicet vnius anni ſpacium) nubat, cùm ſibi ſtatamen ſibi ab Apoſtolo vtitur facultate [b] attamen in antiquis collationibus decretalium [c] hoc adiectum legatur, quod in recentiori editione omiſſum eſt: Cùm igitur ad ſecunda vota diſponas tranſire,

ADDITIONES.

a *in c. 3. & final. de ſecund. nup.* b *d. c. final.* c *lib. 4. tit. 16.*

tranſire, ſciens quod melius eſt nubere quã vri, tuum in domino propoſitum commendamus, & ne id tibi, vel ei, qui te duxerit, in iacturam vel infamiam ab aliquo imputetur, auctoritate præſentium expreſſius inhibemus, cùm conceſſam tibi ab Apoſtolo nubendi tantum in domino liberam habeas facultatem. Per hæc itaque verba: *in iacturam vel infamiam* mulieres, quæ intra annũ luctus nubunt, ab omnibus pœnis ciuilibus, quę ſuperius expoſitæ ſũt, exemptæ videntur. Quod etiam occaſionẽ dedit, vt aliæ ſupremæ huius regni curiæ pœnas illas remitterent [a] & multi eruditiſſimi ex recentioribus tradiderint pœnas feſtinationis matrimonij ſublatas, & fruſtra diſputari de pœnis ſecundo nubentium, quod nullæ vel raræ ſeruentur, in patria. [b] Aſſerunt tamen iidem in prouinciis iuris ſcripti quaſdã ex pœnis illis adhuc in vſu eſſe, quæ fauorẽ liberorum prioris matrimonij concernũt. Quo ipſo, ſatis innuunt, ſe nihil percepiſſe de præiudiciis illis & exacta pœnarum illarum, excepta ſola infamia, obſeruatione. Cùm enim in decretalibus, quibus nos vtimur, generale vocabulum *iacturam* omiſſum ſit, atque ſpecialiter de iactura legalis infamiæ dicatur: inde colligere poſſumus ad id tãtummodo, quod ſpecialiter expreſſum eſt, reuerſum præſertim cùm auctoritas D. Pauli *ibidem* pro fundamẽto allegata accipi nequeat in eo ſenſu, quo Phyſici vtuntur, [c] quia facilius eſt, vt aliquam rationem habeat vnum illud capitulum, quæ cum cœteris ſapiat, quam vt Apoſtolus diuerſa inter ſe docuiſſe videatur, cùm illa materia nihil aliud eſſet, quàm tyrocinium nouæ & adhuc orientis Eccleſiæ, quam lacte ſcilicet educabat, nõdum ſolido cibo validioris doctrinæ, adeò vt præ illa infantia fidei ignorarẽt adhuc quid agendũ eſſet circa carnis & ſexus neceſſitatem, quemadmodum plenius &
2 chriſtianè Tertullianus † explicat. Vnde colligi poteſt Apoſtolum nihil minus quã de pœnis legalibus & ciuilibus tollendis cogitaſſe. Verum, cum nihilominus pœnæ illæ quodammodo mitigari & temperari ſoleant, [d] ſempérque inſpici & conſiderari qualitas, affectio & voluntas earum, quæ illas incurrerunt, atque annus luctus ab obitu mariti computari debeat dubitatum aliquãdo in curia Tholoſana fuit, vtrũ quoad annũ illũ, qui olim decẽ menſium ſaltẽ erat, & demum à D. Theodoſio duodecim menſium effectus eſt [e] tempus de momẽto ad momentum, veluti in ætate minori, quoad reſtitutionem in integrum [f] aut in ætate ſeptuagenaria, quoad excuſationem tutelæ, computandum eſſet, an verò quemadmodum alibi ICtus dixit [g] incipiente planè non exacto menſe, duodecimo, qui poſterior eſt inter duos, quos Theodoſius †adiecit, atque paruum tempus poſt decem 3
menſes ſeruandum appellat, tametſi id exiguum putet; adeò vt ſufficiat, quo à pœnis prædictis vidua intra annum luctus nubẽs liberetur, ſi vndecim mẽſes integros, atque aliquot dies duodecimi ſeu poſtremi ab obitu prioris mariti expectarit? Quo in caſu quid iudicatum fuerit fideliter hic referemus, tum quoad hanc controuerſiam principalem, tum quoad alias circumſtantias† 4
notatu maximè dignas, quæ in illa interuenerunt. Petrus Senty d'Aurignac in Vaſconia, in comitatu Commenarum in contractu matrimonij atque in fauorem nuptiarum, Dominicæ de Villemur, ſponſæ ſuæ, trecentas libras inter viuos donarat, háncque donationem in poſtremo & valido ſuo teſtamento confirmarat, in quo inter alia heredem ex aſſe ſcribens filiam Ioannam ex Dominica ſuſceptam, eidem tutores Ioannem & Petrũ Sontis nepotes ſuos dedit, eoſdémque Ioannæ in impuberi ætate aut ſine liberis decedenti, ſicque expreſſa pupillari, ſubſtituit. Cuius ſubſtitutionis caſu eueniente, cùm filia Ioanna tres aut quatuor ferè annos habens poſt tres menſes, à patris obitu deceſſiſſet, dicta Dominica trecentas illas ex donatione mariti in eiuſdem teſtamento confirmata ſibi pręſtari petiit. Cui ſubſtituti illi heredes & defuncti Ioan. Senti bonorum poſſeſſores exceptionis peremptoriæ loco obiiciunt, quod ea intra luctus annum non petito filiæ impuberi tutore nupſiſſet, ſicque nullam ad iura, quæ prætendebat, actionem haberet, quocunque etiam titulo illa petere vellet. [h] Ad quam exceptionem illa replicabat; quod poſt obitum prioris ſui mariti atque filiæ, denuò quidem nupſiſſet, non verò tam pręcipitanter, quin annum luctus ſeruarit, qui ante ſecũdum matrimonium, exceptis vndecim diebus, plenè lapſus fuerit: quod itẽ filia ſua tutores teſtamentarios habuerit nihilque

ADDITIONES.

[a] Molin. *ad conſuetud. Pariſ.* §.30. *nu.*143. *tit.*1. *de mater. feud.* [b] Petrus Rebuff. *in proœm. comment. conſtitut. regiar.* [c] Tertull. *de monogam. cap.* 11. [d] *l. gener. de his, qui not. infam.* [e] *l.*2. *C. de ſecund. nup.* [f] *l.*3. §. *minorem, de minor.* [g] *l. qui filium*, §. *fi. ad Trebell.* [h] *l. anniculus*, 134. *de V. S.*

nihilq; ſua culpa eidem neglectum fuerit, Cúmque ad hanc replicationem nihil releuans ex parte reorum opponeretur, iudex regius Commenarum aut eius vices gerens in ſede d'Aurignac, coram quo prima litis illius inſtãtia erat, illos in id, quod Dominica petierat, atque litis expenſas, cõdemnauit. Ab ea ſententia iiſdẽ ad Seneſc. Thol. aut eius vices gerentem appellant, vbi eadem confirmatur atque in expenſas appellantes condemnantur. Denuò igitur ij ad parlamẽtum prouocant, vbi cauſa relata & cõcluſa, quemadmodum in prouocationibus litium ſcriptarum fieri ſolet, ad relationem domini Franciſci Sabatier, prę ſide defuncto domino de Tornoer, in prima claſſe inquiſitionum, cùm ibi ob contradictionẽ domini du Pin, anceps dominorum diſceptatio extitiſſet, ſicque cauſa ad ſecundam claſſem vt ibi definiretur deuoluta fuiſſet, appellantes hoc intelligentes atque ſpiritus eiuſdem familiaris ope (qualẽ rabulæ optimè ſibi comparare norunt) certiores facti, ſupplicem libellũ domino relatori exhibent, quo petunt, vt audiantur, probaturi Dominicam intra nouẽ menſes à prioris mariti obitu nupſiſſe.[a] Hoc autem propterea fecerant, quod intellexerant dominos iudices exiguũ illud temporis, quod anno luctus adhuc deerat, haud curaturos eſſe, cùm eo in caſu turbatio ſanguinis & incertitudo generis haud metuẽda eſſet, multóq; minus conſiderari, ſed ad minimum menſis vltimus anni cœptus pro cõpleto haberi deberet, præſertim cùm ampliatio duorum illorũ menſiũ, qui Romuli anno additi fuerunt, odioſa & reſtringẽda videatur, veluti hic tendens ad priuationem iuris quæſiti ex contractu inter viuos.[b] Cúmque dominum relatorem & correferentem in ſecũda claſſe inquiſitionũ, eiuſdem præſes Dominus Chauluet audiſſet, intellectis cauſis contradictionis in ſentẽtia domini correferẽtis abiẽs, cõpenſatis expenſis illud, vnde prouocatum fuerat, confirmandũ eſſe exiſtimauit. Sanè contigit, poſtquàm dicti domini cenſentes & pro ſententia dicentes in ſecunda claſſe numero ſedecim, (inter quos & nos eramus, atque pro cõfirmatione ſentẽtiæ priorũ iudicum ob inſignium DD. auctoritatem[c] atque rationes ſuperius quodãmodo expoſitas cõcludebamus) vota ſua poſuiſſent, vt nonnulli monitionẽ quãdam, quam Galli la remonſtrance vocant, interponerent: quæ erat, quod factũ dicti ſupplicis libelli domino relatori poſt factã in prima claſſe partitionem exhibiti partibus declaratu a imitti deberet. Quã monitionẽ octo ex ſedecim illis Dominis cenſentibus probabant: reliqui autẽ confirmari volebat illud, vnde appellata fuerat, præſertim cũ duo ex prædictis octo monitioni ita acceſſiſsẽt, vt & ipſi, quãdo de ea cognitũ fuiſſet, priorẽ ſententiã cõfirmandã eſſe ſtatuerẽt. Quod vidẽs quidã ex dominis cẽſentibꝰ, qui monitionẽ approbarat, atque alias voto ſuo firmarat opinionẽ Dn. relatoris ſententiã priorẽ caſſandã & appellantes à petitione d. de Villemur abſoluẽdos eſſe cẽſentis ob præiudicia ſupremæ illius curię in actis allegata, & partim cõtra Trelhe 5. Ian. An. 1575. ꝓlata, quorũ ſupra mẽtio facta fuit, aſſeruit, quod partitio quoad monitionẽ illam facta fuiſſet, eiuſdémque diſcuſſionem in prima Camera fieri oporteret. Id verò maior pars Dominorũ, qui alterius opinionis ad confirmationẽ tẽdẽtis erant, impugnans defendebat, ꝙ in monitione eiuſmodi duo vota ſuperare deberẽt, quemadmodũ etiam res ipſa ita ſe habebat, atq; ij ſe percepiſſe dicebant ex ore domini primarij præſidis d'Aſſis, ſępérq; ſe vidiſſe in dicta curia ita obſeruari, ne litię ex liticulis orirẽtur, & cõtinẽtia iudicij diuideretur, vt qui iudices nõ eſſent in principali (quemadmodũ haud amplius erant domini, qui cenſuerant in claſſe prima, cũ ob factam in ea partitionem cognitio ad ſecundã claſſem deuoluta eſſet) fierent iudices in acceſſoriis dicti libelli ſupplicis per deuolutionẽ partitionis, ſi vlla quoad munitionem ſecundæ claſſis locum haberet. At nihilominus dominus relator & correferens ſeu contradictor, cum alias nihil quaod hãc rẽ cõcluſũ fuiſſet, e ſecũda claſſe egrediẽtes, quilibet peculiarem affectionem habens (quemadmodum in eiuſmodi caſibus regulariter fieri ſolet, quamuis malè admodum, veluti alibi diximus, cùm eos non aduocatos agere, ſed iudices pronunciare oporteat, aleámque iudicij Deo iudicũ iudici committere) nõ dicemus erga partes, cùm aliud nobis conſtet: ſed erga opinionem, quam quiſque fouebat, atque in ſecundam claſſem venientes, dominis illius, qui primò cenſuerant, & ſuper quo-

rum iu-

ADDITIONES.

[a] *in c.3. & final. de ſecund. nupt.* [b] *d.c. final.* [c] *lib. 4. tit. 16.*

dicio partitio facta fuerat, referunt, quid in ſecunda claſſe euenerit. Cúmque ij exiſtimarent, partitionem quoad monitionē illam ratione prædicti ſupplicis libelli factam fuiſſe, & propterea ſe de libello ſupplici deliberare oportere, vtpote cū ſi ille ab initio in prima claſſe fuiſſet exhibitus, prædicta prima partitio proculdubio haud contigiſſet, & per conſequens cognitio quoq; cauſæ ad ſecūdam claſſem haud perueniſſet: ideo vt melius informari poſſent, an ſibi memorata deliberatio licita eſſet, ad Cameram magnam eunt, eiúſq; hac in re conſilium implorant. Ad eam itaq; Præſides quoq; inquiſitionum du Tournoer & Chauluet (viri officio, quod gerebant, digniſſimi) vocantur, & poſtquam Dn. d'Affis primarius præſes monitionem quandā ad Dn. relatorem & contradictorē quoad quaſdā circumſtantias in mente curiæ, quemadmodum olim dicebatur, retentas, præmiſiſſet: decretū fuit, vt eo melius tam de cauſa principali, quàm de libello ſupplici, iiſque quæ inde dependerent, & poſtea euenerāt, cognoſci poſſet, vtramque claſſem congregari debere, quo cum dominis, qui tā in prima, quàm in ſecunda claſſe cenſuerāt, plenius deliberaretur, quidnam hac in re optimè & commodiſſimè ſtatui poſſet. Idque cum dominis ſecundæ claſſis ſignificaretur, & præſente dn. relatore ac vtriuſque claſſis congregationem expectante dn. Præſes Chauluet ſe pararet, vt ad prędictū finem cum dominis ſecundæ claſſis primam ingrederetur, à quibuſdā dominis ſecundæ claſſis proponebatur, in facto, de quo quæſtio eſſet, & ratione eius, quod quoad iudicium illius eueniſſet, decretā vtriuſque claſſis cōgregationem in ſecunda fieri, atque in hanc Dominos claſſis primæ venire ac ingredi debere, cùm in ſecunda claſſe cauſa verè definita & partitio diſcuſſa fuiſſet, fruſtráque partitio quoad allegatā monitionē prætenderetur, quēadmodum etiā res verè ſe habebat. At ecōtra tam prædictus Dn. præſes, quàm alij ex antiquioribus dominis claſſis ſecundæ monebant, quod cauſa illa in prima claſſe diſtributa fuiſſet, quod ex eadē ad ſecundam perueniſſet, ipſéque relator inter claſſis illius dominos eſſet, & per conſequens iuxta leges claſſium illarū requireretur, vt prædicta congregatio in prima claſſe fieret, non verò quod vllā prima præ ſecunda prærogatiuam haberet, cùm vtraq; eodem paſſu ambulet, atque æqualem auctoritatem & poteſtatem habeat, & ferè vna videatur, ſaltémque ob meliorem iuſtitiæ adminiſtrationē in duo diſtincta conclauia diuiſa ſit: adeò vt prima nomen ſuum ideo acceperit, quod ſecunda poſt factam demū diuiſionem erecta fuerit. Quare cùm reliqui domini, inter quos etiam nos eramus, domini præſidi aſtipulati, atque cum eo omnes primam claſſem ingreſſi, ſicque cū dominis claſſis illius congregati fuiſſent, proteſtari primo claſſis ſecundæ nomine cœpit dominus præſes Chauluet: quod nō veniſſent in primā, ac ſi eā vlla in re ſuperiorē ſecūda agnoſcerent, ſed potius, vt ſerentur leges & ordinationes ob bonum publicum, & iuſtitiæ adminiſtrationem antea factas, cum cauſa, de cuius iudicio ageretur ex prima claſſe prodiiſſet, atque in eadem primo ad referendum diſtributa fuiſſet. Ad quam proteſtationem Dn. Præſes Tournoër reſpondit, quod ipſe quoque & reliqui claſſis primæ Domini illud aliter haud acciperent, atque ingenuè confeſſus fuit, ſe & prædictos antea ob ſimiles cauſas in ſecundā claſſem veniſſe, idémque in poſterum, caſu ita ferente, ſe facere haud vereri, cùm leges & ordinationes claſſium minimè lædere vellet. Deinde claſſibus ita congregatis mox deliberatum fuit, vtrum quoad ſæpius dictā monitionem partitio facta fuiſſet, an verò ad pronunciationem arreſti nulla habita ratione libelli ſupplicis & prætenſæ quoad eum partitionis procedi deberet? Et quidem poſt longam ac maturam deliberationem concluſum & decretum fuit: quòd nulla quoad monitionem illam partitio facta fuerit, ſed libello ſupplici appellātium haud attento arreſtum pronunciandum eſſet, quo appellatione caſſata, illud vnde appellatum fuerat compenſatis appellationis expenſis effectum ſortiri debere definiebatur. Idque eadem die, nēpe 21. Aug. Anno 1576. ita factum fuit. Notandum autem hic eſt, quod multi dominorum cenſentium, qui etiam deliberationi interfuerant, cùm præiudicia contraria & præſertim ſuperius allegatum contra dictā Treille 5. Ianuarij. Anno 1575. proferrentur, exiſtimantes tali arreſto magnum appellantibus præiudicium fieri conati fuerint euincere, quoad monitionem illam partitionē extitiſſe ea ratione, quod libellus ſimplex in prima claſſe non exhibitus, multo minus lectus, aut à dominis, qui in eadem cenſuerant, examinatus fuerit, atque ꝙ ille de facto quodā principali conceptus eſſet, à quo totius cauſę iudiciū dependere arbitrantur, & propterea cupiebant,

bant, vt cauſa ſine vllo arreſto ad Cameram magnam remitteretur, in qua etiam antea poſt factam in vtraque inquiſitionum claſſe partitionem prædictum arreſtũ 5. Ian. prolatum fuerat. Quam ob cauſam iidem cõcludebant illud, quod vulgò dicitur, quod nulla quoad monitionem partitio contingat, ſeu vt Galli loquuntur, *qu'en remonſtrance n'eſcheuſt partage*, intelligendũ eſſe de acceſſoriis, nõ verò de factis ipſum principale concernentibus, atque in claſſe, vbi partitio facta fuit, antea non deductis. Si enim claſſis, ad quã vi partitionis cauſa deuoluta fuit, de ſupplici libello quoque cognitionem ſuſciperet, tum potius de principali, quàm de partitione cognoſceret. Sanè, ſi prius libellus ſupplex primæ claſſis Dominis exhibitus, & quoad eum partitio inter illos facta fuiſſet, tum minimè dubitari deberet, quin partitionis diſcuſſio in altera & ſecunda claſſe rectè fieri poſſet. At maior pars Dominorum Præſidum & Senatorum ita congregatorum, ſequens deliberationem in maiori Camera habitam, ad prædictum arreſtum inclinabat, nimirúmque attendebat factum in ſupplici libello de luctum, ad cuius probationem appellantes admittendos eſſe minori Dominorũ parti videbatur, quæ tamen cogitare debebat probationem eiuſmodi, iuxta vulgarã iuris regulam appellantibus haud prodeſſe poſſe.[a] Tacitè itaque innuebatur appellatã in intentione ſua, qua docuerat ſe annum luctus ad vndecim vſque dies impleuiſſe optimè fundatam eſſe. Atque prędicti Dn libellum ſupplicem propterea minus attenderunt, non quòd factum in eo deductum planè impertinens eſſet, ſed potius, quod illæ tabulariam artem ſaperet, atque ad cauſę protelationem facere videretur, cùm demùm poſt factam & declaratam partitionem exhibitus fuiſſet, & præterea reſpõſionem ſaltem contineret ad ea, quæ appellata coram prioribus iudicibus deduxerat, & quæ eidem appellantes propria ſua confeſſione conceſſerant, neque vnquam negare aut impugnare conati fuerant, donec à dęmone quodam inſtructi, Aium locutium intelligimus, ſagaciſſimè odorarẽtur, quid contra eos iudices exiſtimarent, nempe quòd nullum præiudicium facere vellent arreſtis in ſimilium cauſarum definitione prolatis, ſed ſaltem hic temperamentum quoddam adhibere cogitarent potioribus arreſtorum illorũ cauſis ceſſantibus: adeò vt ſaltem in illis duodecimus anni luctus †
5 menſis cœptus quidem, ſed non abſolutus pro completo haberi deberet, vt ea ratione viduæ, quæ tamdiu expectarunt à ſolitis pœnis immunes eſſent, & non tam pœnarũ moderatio, quàm certi temporis, quo locũ eas habere oporteret, pręſcriptio & limitatio induceretur. Idque fauorabile admodũ videtur, tum quòd menſis duodecimus ſit vltimus duorum ab Imperatore Theodoſio, quemadmodum dictum eſt, adiectorũ, tum quod magnus quidam & veluti Chriſtianus philoſophus *quodam in loco* dixerit:[b] annum luctus olim decem menſium fuiſſe, non vt tamdiu lugerent mulieres, ſed ne diutius, atque alibi: ideò maiores decem menſium ſpacium lugentibus viros dediſſe, vt cum pertinentia muliebris mœroris publica conſtitutione deciderent, non prohiberent luctus, ſed finirent.[c] Idémque tẽporis ſpacium legitimum pariendi tempus eſſe exiſtimatum fuit, quemadmodum Ouidius canit:[d]

Quod ſatis eſt vtero matris, dum prodeat infans,
Temporis, hoc anno voluit eſſe ſatis.

Et alibi:

Per totidem menſes à funere cõiugis vxor,
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Imò etiamſi vndecimum menſem addẽtes accederemus ſententiæ eorum, qui per vndecim menſes partum legitimum in vtero geſtari poſſe tradiderunt (quibus ab aliis rectè contradicitur, qui experientia edocti talem partum pro monſtroſo & ſupernaturali habent,[e] quicquid etiam D. Adrianus in contrarium allegare voluerit) tamen illud accipiendum eſſet de vndecimo menſe incepto, & non perfecto, vel vt Phauorinus apud Gellium loquitur,[f] affecto non confecto: adeò vt infans ſub initium vndecimi menſis poſt obitum mariti natus, pro eiuſdem naturali & legitimo haberetur, ſub finem verò eiuſdẽ menſis editus minimè, atque ea ratione temperaretur illud, quod deciſum eſſe legimus,[g] poſt decem menſes mortis natum non admitti ad legitimam hereditatem. Quare in caſu ſubiecto, ceſſante omni ſiniſtra opinione, atque,

ADDITIONES.

[a] not. *in l. ad probationem ſeruitutis, C. de probat.* [b] Seneca. *epiſt.* 73. [c] Seneca *de conſol. ad Heluiam.* [d] lib. 1. Faſtor. [e] Iuſtin. *nou. de reſtitut. & ea, quæ parit menſ.* 11. Gell. *noct. Attic. lib.* 3. *cap.* 16. [f] *lib.* 3. *cap.* 16. [g] *l. inteſtato,* 3. *§. pen. de ſuis, & legit. her. l. Gallus, in pr. de liber. & poſth.*

exoluta legata condicere poſſe, eo quòd neque ciuiliter, neque naturaliter debebãtur. Naturaliter enim ideò deberi non poterant, quia voluntatem ſupremam teſtatoris non habebant, atque cenſeretur maritus ita illa legata reliquiſſe, ſi iura connubij caſta & honeſtæ viduitatis honorẽ mulier conſeruaſſet, imò potiùs ipſum non violaſſet, aut ſua iura reſolueret. Atque ſic pro heredibus arreſto parlamenti inter Charantum & Aureliam 9.Iulij, Anno 1582. iudicatum fuit. Quod arreſtum ex cõmentariis defuncti D.Ioſſe depromſimus.

DECISIO XCV.

ARGVMENTVM.

Pœna intra annum luctus nubentibus lege conſtituta à maritis remitti nequit.

SVMMARIA.

1 *Pœnæ contra fœminas, quantumuis iuuenes, intra annum luctus nubentes introducta à prioribus maritis remitti aut relaxari non poſſunt.*

2 *Exemplum virginum Mileſiarum.*

1 NObilis quidam profectioris † ætatis ſecunda vice vxorem ducens virginẽ nobili loco natam & egregia forma pręditam, poſt triennium à contractis nuptiis prope arcem ſuam in Occitania, cùm infelix belli ciuilis calamitas adhuc duraret, lethali vulnere accepto per integrum ferè menſem decubuerat, & tandem ex vulnere deceſſerat, teſtamento prius condito, in quo cùm liberos non haberet, quoſdam nepotes ſuos heredes inſtituit, atque vxori vltra emolumenta, quæ ei ex pactis dotalibus deberi dicebat, quantitatem quingẽtorum coronatorum, vt eo faciliùs & commodiùs ſecundum maritum reperire poſſet, legauit, quam etiam ei vnica vice, & ſtatim, ſi ad ſecundas nuptias tranſiiſſet, præſtari voluit: facultatem ei dans, vt liberè & ſine vllo metu pœnarum iuris denuò nuberet, cùm certus eſſet, quemadmodum dicebat, eam à nuptiis diu abſtinere non poſſe, tum ob florentem & vegetam ætatem, tum ob aliam cauſam, quam detegere nollet. Euenit itaque, vt poſt eius obitum intra ſeptimum & octauum menſem fœmina illa iuniori, quàm prior maritus fuerat, nubens, eidem inter alia legatum illud quingentorum aureorum à priori marito relictum in dotem daret. Petentibus autem illud nouis coniugibus heredes & bonorum poſſeſſores teſtatoris obiiciunt, non ſolum quantitatem legatam, ſed etiam reliqua emolumẽta, quę vigore pactorum dotaliũ prioris mariti teſtamento confirmatorum fœmina illa petebat, haud deberi, cùm intra annum luctus illa nupſiſſet, ſicque iuxta ſuperius adducta præiudicia pœnas in tali caſu conſtitutionibus imperialibus introductas merita eſſet. Fœmina autem illa replicabat, ſe conſentiente & permittente priori marito hoc feciſſe, de cuius conſenſu & permiſſione ex eiuſdem teſtamento appareret; ex iuris Canonici itẽ diſpoſitione mulierem morte mariti ab eiuſdem lege liberari, atque vulgatum illud, quod nuptiæ intra annum luctus contractæ bonis moribus ciuilibus aduerſæ ſint, tum demũ procedere, ſi prioris mariti permiſſione & conſenſu careant. Nam ſi conſenſus iſte accedat, ſcienti, volenti & conſentienti iniuriam amplius fieri non poſſe, [a] præſertim ſi in teſtamento ſuo, veluti noſtro in caſu, teſtator ſecũdas nuptias fieri debere, apertè dixerit & diſpoſuerit. Tum enim, dicebat illa, amplius dubitari non debet, quin etiam intra annum luctus, ſine vlla honeſtatis & bonorum morum violatione permiſſæ ſint & tolerentur. Cuius rei exemplum haberi poteſt in coruina illa conuẽtione de viuentis hereditate, quæ talis dicitur, & per, conſequens repobatur eo ſaltem caſu, quo inuito eo, de cuius bonis agitur, facta fuit.

Alias enim ſi eodẽ conſentiente & quaſi præcipiente, atque in voluntate illa decedente facta fuerit, tum ſublata acerbiſſima ſpe, conuentio eiuſmodi ſeruari debet, atque illud, quod priori caſu contra bonos mores erat, poſteriori hoc per prædictam qualitatem veluti purgatur, vt effectum ſuum conſequi poſſit. [b] Eadem ratione gloſſator noſter [c] in duabus illis particulis *inuita filia.* (Ita enim legendum erit, non vero *in vita filia* quemadmodum no nulli exiſtimarunt) docuit, conſenſu & voluntate liberorum prioris matrimonij matrem poſt annum luctus licitè ad ſecundas nuptias conuolare poſſe, atque ab omni pœna immunem eſſe, vtpote quæ ſaltem in fauorem liberorum introducta fuit, atque vt puniretur iniuria, qua eos ſecundis nuptiis affecerat [d], polluendo familiam

ADDITIONES.

[a] *arg.l.cùm donationis, Cod. de tranſac. ſcienti, de R.I.lib.6.* [b] *l.final. C. de pact.* [c] *in nouel. de non elig. ſecund. nub. §. proſpeximus, in auth. paragr. ſol. de nupt. eod.* [d] ex Athenagora *in apologia pro Chriſtiã.*

las illas Mileſias à deſperato propoſito deterruit,quę alias ab eo neque morte,neque vllo cruciatus genere auocari poterant.[a] Poſteriori verò caſu,& quoad reliquas nuptias, quæ demum poſt luctus annum fiũt, cùm iis nulla alia pœna conſtituta ſit, quã quod omnium eorum, quæ à priori marito proueniunt, proprietas eiuſdem liberis reſeruari & binuba mulier illorum vſumfructum ſaltem habere debeat; donec per obitum omnium illorum liberorum conſolidatio fiat; atque quod ſecundo coniugi amplius quàm vni ex prioris matrimonij liberis relinquendum non ſit, ideò mirum videri haud debet, ſi conſenſu prædictorũ liberorum pœnæ illæ ceſſent. Licitum quippe iis eſt ita conſentire,eorúmque talis renunciatio nihil aliud, quàm ſpecies diſpoſitionis & moderationis bonorum eſt, quæ cuilibet in rebus ſuis ad abuſum vſque permittitur. [b]Quas potiſſimum ob cauſas cum controuerſia illa inter prædictas partes per appellationem ad Camerã edictalem, quæ in inſula Heluiorum eſt, deuoluta, indéque ad parlamentum ob qualitatem litigantium euocata fuiſſet, ſententia Seneſcalli de Niſmes, à qua appellatum fuerat,quęque ab appellantium,nobilis illius fœminæ, eiúſque ſecundi mariti intẽtione & petitione heredes prioris mariti compenſatis expenſis abſoluerat, facta itidem expenſarum compenſatione menſe Iulio, Anno M.D.LXXXV. ad relationem Domini Ebrard confirmata fuit. Et quamuis res ab initio difficultate non careret: tamen ea ſtatim ſublata fuit, cùm quoddã arreſtum in ſimili caſu quoad ſucceſſionẽ Claudij Chomels à curia noſtra menſe Februario anno 1583. prolatum, cuius etiam Charondas mentionem facit,[c] in medium adductum fuiſſet. Dictus enim Dominus relator aſſerebat ſe cùm illud proferretur,deliberationi interfuiſſe, nóſque etiam alias de eo aliquid perceperamus, (hypotheſin verò ipſam,in qua prolatum fuit, alibi referemus.) Sicque arreſtis illis tacitè improbatæ fuerunt opiniones contrariæ, quas nonnulli Doctores tam in locis ſuperius allegatis, quam alibi [d] defenderunt.

Additiones.

[a] Plutarchus *in libello,de præclaris fact. mulier.* [b] *in l.re mandata.C.mandat.l.ſed etſi,§.conſuluit,de petit.hered.* [c] *lib.7.cap.* 164. [d] Iohannes de Ripa.*in rub.C.de ſecũd. nupt.*& Iohannes de Garronibus,*in l.1.eod. num.*63.64 *& ſequ.*

Decisio XCVI.

Argumentum.

Pœnæ intra annum luctus nubentium etiam in ſponſis per verba de præſenti locum habent.

Summaria.

1 *Secundæ nuptiæ quamuis pro nullis non habeantur: tamen lege ciuili turpitudinis & infamiæ nota cenſentur.*
2 *Matrimonium quatuor modis pro perfecto & conſummato habetur, & quinam illi ſint?*
3 *Deductio ſponſæ ad domum ſponſi quando & quomodo neceſſaria fuerit?*
4 *Curia Tholoſana iudicauit inter ſponſos de præſenti,atque ipſos cõiuges nullam differentiam eſſe, niſi fortè inter eos aliquando magna diuerſitatis ratio detur.*
5 *Ad ſponſalia per verba de præſenti contracta hodie etiã ſolẽnitates & caremoniæ Eccleſiæ, quas Concilium Tridentinum requirit,accedere ſolent.*
6 *Pœnas mulierum intra annum luctus nubentium etiam in ſponſis per verba de præſenti,vbi ſolemnitates à Concilio Tridentino requiſita acceſſerunt, locum habere à Parlamento Tholoſano iudicatum fuit.*
7 *Communiter improbatur eorum opinio, qui pœnas illas in mulieribus à primis maritis nõdum carnaliter cognitis obtinere haud poſſe tradiderunt.*

QVamuis ſecundum matrimonium † 1 intra tempus luctus, tam velociter & leuiter contractum non omnino nullum ſit: tamen per dictas conſtitutiones ciuiles turpitudine & infamia notabatur, ob rationes, quæ ſuperius expoſitæ ſunt, atque ſolas mulieres, non verò etiam viros concernunt. In his enim rigor ille non obtinet,vtpote qui, niſi ſponte id facere velint, vxores lugere non tenentur, [a] cùm lugere mulierum, meminiſſe verò virorum proprium ſit, vt non ineptè Romanus ille hiſtoricus dixerit, fœminis lugere honeſtum eſſe, viris meminiſſe.[b] Cæterum quatuor modis matrimonium† perfectum,& completum,

Additiones.

[a] *l.vxores, de his,qui not.infa.* b Cornelius Tacitus *de moribus Germanor.*

pletum, eáque ratione vxor legitima dici poteſt. Primò, quando poſt celebrata ſponſalia & contractus ſolemniter atque iuxta conſtitutiones Eccleſiæ nuptiis ducta fuit. Secundò, quando ſponſalia de futuro celebrata fuerunt, atque citra aliam nuptiarum ſolemnitatem, ſponſus carnaliter ſponſam cognouit. Tertiò, quãdo per verba de præſenti vir & mulier, ipſimet præſentes, ſpõſalia celebrarunt. Quartò, quando inter eos per medias, ſeu interpoſitas perſonas per verba de præſenti promiſſio matrimonij facta fuit. Quãuis enim eiuſmodi perſonæ nunquam ſe inuicem viderint, aut nouerint: tamen nihilominus legitimi coniuges ſunt, adeò vt ij, qui vno ex prædictis quatuor modis coniuncti ſunt, citra adulterij crimen cum alio matrimonium contrahere nequeant. Quare Accurſius [a] appoſitè admodum illud Iuriſconſulti, quo ſponſam à luctus neceſſitate eximit, ad eã, quæ per verba de futuro ſponſa facta fuit, reſtringit, cùm ſponſalia per verba de præſenti pro vero & legitimo matrimonio habeantur. Vt enim omni iure, tam diuino quàm humano prohibitum eſt matrimonium contrahere cum ea, quæ alteri nupta eſt: ita quoque eadem prohibitio ad illam pertinet, quæ per verba de præſenti deſponſata fuit: [b] per quæ ſtatim ac expreſſa & mutua inter virum & mulierem promiſſio fit, matrimonium perfectum intelligitur, vt nulla vlterior conſummatio, aut cohabitatio, vel etiam ſponſæ ad domum ſponſi deductio expectanda ſit. Vnde etiam Vlpianus ex Cinna refert [c] eum, qui abſentem accepit vxorem, etiamſi eam nunquã viderit, ſi à cœna vel conuiuio amici rediens iuxta Tiberim periiſſet, à tali ſponſa tanquam à vera vxore lugendum eſſe.

Per verba enim de præſenti ſponſalia illa contracta fuerant, aliáſque vulgatum eſt, quod nuptias non concubitus, ſed conſenſus faciat. [d] Atque Ægyptiorum ille error, qui prius nuptias re haud contractas fuiſſe exiſtimabant, quàm carnalis copula interueniſſet D. Zenonis conſtitutione expreſſè damnatur. [e] Nec attendi debet, † quod nonnulli de ſponſæ ad domum mariti deductione commenti fuerunt, [f] quæ ſaltem neceſſaria erat, & requirebatur propter ſpem matrimonij, quod per verba de futuro contractum fuerat. [g] Quo caſu matrimonium nõ perfectum, ſed ſaltem præparatum cenſetur per conſenſum nubendi in futurum præſtitum.

3

Atque, ſi eiuſmodi perſonæ, quæ talem conſenſum adhibuerunt, poſtea coeant, atque ſub eodem tecto habitent, verum & legitimum matrimonium intelligitur, [h] cùm defectus ceremoniarum canonicarũ præſumptionem fornicationis inducere nequeat conſideratis ſponſalibus de futuro, quæ præceſſerant.

Copulam autem carnalem eo caſu verè interueniſſe oportet, neque ſufficit ſponſũ ſæpius niſum fuiſſe, vt ſponſam carnaliter cognoſceret, ſi conatus effectum non habuerit. [i] Quam potiſſimum ob cauſam curia † noſtra Tholoſana haud obſtante 4 quorundam interpretum iuris [k] opinione atque diſtinctione, quam alij afferre voluerat ſuper quæſtione, an ſponſi appellatione veniret maritus & appellatione vxoris ſpõſa? quæ diſtinctio eo potiſſimũ tendit, ꝙ in fauorabilibus reſponſio affirmatiua, [l] in odioſis verò negatiua hîc obtinere debeat) iuxta communem reſolutionem Canoniſtarum, in terminis facti in quibus hic verſamur, atque aliis æquipollentibus iudicare conſueuit, vbi verba ſunt præſentia, tunc de ſponſa quod de vxore idem eſſe, vbi ſunt futura, ſecus, niſi maxima diſſimilitudinis ratio interueniret. Et reuera, cùm ſponſalia ſaltem ſint promiſſione tractatus & verba futurarum nuptiarum [m] illa, quę per verba de præſenti fiunt magis propriè nuptiæ, quàm ſponſalia dicuntur, cùm legitimi coniuges ſint, etiamſi carnalis copula nõ acceſſerit. [n] Atque eo referri debet illud, quod iuris interpretes tradunt, ſponſalia futura, nuptias præſentia tempora reſpicere, atq; ꝙ à Iuriſconſulto Paulo in ſuperiori Cinnæ hypotheſi reſpõſũ fuit: poſſe fieri, vt in hoc caſu aliqua virgo & dote & de dote habeat actionẽ. [o] Sicq; cũ aliquãdo in ſe-

ADDITIONES.

[a] Gloſſa *in l. ſolet, ſuper verb. ſponſum, de his, qui not. infam.* [b] *in c. licet, & c. final. de ſponſ. duor.* [c] *in l. denique, de iur. dot.* [d] *in l. nuptias, de R. I. c. cùm locum, extr. de ſponſal. c. ſufficiat, 22. quæſt. 2. §. illud, in auth. quib. mod. natur. effic. legitim.* [e] *in l. penult. C. de inceſt. nupt.* [f] Hotomã. 4. *obſ. 16. l. ſi vxor. §. Diui, ad l. Iul. de adulter.* [g] *c. veniens, extr. de ſponſal.* [h] *c. adoleſcens, eod. tit.* [i] Ioannes de Garron, qui alios allegat, *in l. 1. C. de ſecund. nupt. num. 7. 8. & 9.* [k] latè Ferronus *ad conſuetud. Burdegal. tit. de dote §. 6.* [l] Nou. 74. *quib. mod. natur. effic legit. §. quoniam ibi, auth. in orationis domibus.* [m] *c. ex parte, de ſponſal.* [n] *in l. ideóque, de rit. nupt.* [o] *in tract. de ſponſ. & matr.*

in ſecūda claſſe inquiſitionum in cauſa per
appellationem ad curiam deuoluta viduæ
augmentum dotis atq; alia lucra &emolu-
mēta in pactis dotalibus promiſſa petenti,
ab heredibus defuncti mariti obiiceretur,
eam propterea audiendam non eſſe, quod
intra annum luctus nupſiſſet, eáque exci-
piente ſe non verā vxorem, ſed ſaltem ſpō-
ſam fuiſſe, replicaretur, quòd ſponſalia per
verba de præſenti contracta fuiſſent, idque
vidua negaret; defuncti mariti heredibus,
antequam definitiuè pronunciaretur, iniu-
ctum fuit, vt aſſertionem ſuam, quoad ſpō-
ſalia per verba de præſenti probarent. Quo
facto & quidem accedente ipſius mulieris
confeſſione curia dictos heredes ad reſti-
tutionem dotis condemnauit, atque a re-
liqua petitione compenſatis expenſis ab-
ſoluit. Sunt quoque plura alia eiuſdem cu-
riæ præiudicia ſimilia, etiam in prima claſ-
ſe inquiſitionum prolata, quorū alibi Gui-
bortus *in ſcriptis ſuis* mentionem facit,[a] ad
quæ curioſum lectorem remittimus. Idque
apud nos minus dubij habere poteſt, cùm
5 ad ſponſalia per † verba de præſenti ſolem-
nitate & ceremoniæ Eccleſiæ à Concilio
Tridentino introductę & requiſitæ accede-
re ſoleant, adeò vt ſponſalia per verba de
præſenti amplius dici non poſſint, niſi re-
ctor, curio aut vicarius parœciæ interue-
nerit, atque benedictionē vel in ipſa Eccle-
ſia, vel ex diſpenſitione eorū, ad quos ſpe-
ctat, in alio loco impertierit. Alias enim
ſpōſalia illa tanquā nulla ex moribus, qui-
bus poſt Concilium illud Tridentinum vti-
mur, ſi nulla alia realitas conſummationis
interuenerit, vnius partis diſſenſu vel cōtra-
ria voluntate diſſolui poſſunt, eáque ratio-
ne adeò nulla & infirma redduntur, vt ne
nomen quidem ſponſalium mereantur,
multóque minus effectum quendam, ob-
ſtaculum vel impedimentum producere
poſſint, quo minus antè rectoris curionis
aut presbyteri interuentum & benedictio-
nē, ij, qui talia ſponſalia celebrarunt licitè
reſilire, & denuò cùm aliis matrimonium
rectè contrahere poſſint. Haud vlla pœna
iuris tum metuenda eſt, præſertim verò il-
la, quæ ſancita eſt cōtra eos, qui duas vxo-
res ducūt,[b] ſiue id fiat per verba de pręſenti
ſolemniter & Catholicè, quemadmodum
ſuperius expoſitum eſt, ſiue alias iuxta de-
creta & conſtitutiones Eccleſię Catholicæ.
Sanctè itaque & iuſtè per arreſta parlamēti
Tholoſani relata ad tempus religionem &
magnum myſterium matrimonij pœnę
6 mulierum † intra annum luctus nuben-
tium etiam ad ſponſas per verba de prę-
ſenti, & iuxta ritum ſolemnem Concilij
Tridentini factas, etiamſi nulla vlterior cō-
ſummatio per copulam carnalem aut de-
ductionem ad domum mariti acceſſerit,
porrectæ fuerunt; etiā quoad ipſam infa-
miam, qua in ſolam hodie ab Apoſtolo re-
miſſam fuiſſe cum maiori parte Canoniſta-
rum exiſtimamus. Olim autem ipſo iure
factum eiuſmodi notabatur, etiamſi cùm
ea quis nuptias vel ſponſalia conſtituiſſet,
quam vxorem ducere vel non poterat, vel
fas non erat.[c] Deinde etiam legis, quæ prę-
cipitem illam feſtinationem punit, & tales
nuptias tanquam immaturas &intempeſti-
uas, quas Græci enim propterea ἀώρους vo-
cant, improbat ratio (nempe quòd fortè
ſuſpicio fuerit, ne qua præextiterit, ſuſpi-
cionis malignæ cauſa, ad ſecundum maritū,
cui tam leuiter & velociter ſe iunxerat.[d] e-
tiam in iis nuptiis præſumitur, quæ à deſ-
ponſatis per verba de præſenti cum prædi-
ctis ſolemnitatibus tanta feſtinatione con-
tractæ fuerunt. Dum enim ſecundum ma-
ritum tam citò eligunt, coniicitur eum e-
tiam viuo adhuc primo amatum fuiſſe, &
voluntatē parentū aut aliū quēdā fortuitū
caſum obſtitiſſe, ne prima ſtatim vice ele-
ctus fuerit.[e] Quare æquè in hoc poſterio-
ri, quàm in priori caſu publica honeſtas
violatur, cæterę́que rationes, ob quas tanta
feſtinatio damnata eſt, locum habent. Imò
† ſponſæ eiuſmodi, veluti quæ Venerem 7
nondum expertæ ſunt, facilius tantillum
tempori adhuc abſtinere, & ſe cōtinere de-
bere videbatur, quamuis D. Hieronymus
planè contrarium aſſerens,[f] tradat libidinē
in virginibus maiorem pati famem dum
dulcius putāt omne quod neſciunt. Ex qui-
bus ſatis apparet quàm vana fuerit opinio
quorundam, qui docuerunt in ſponſis per
verba de pręſenti prædictam pœnam locū
non habere, quàm ſi carnalis copula inter
eos non interuenerit. Quę doctrina com-
munibus votis haud immeritò improbata
& reiecta fuit.

DECI-

ADDITIONES.

[a] *l. libertum, C. de nupt. c. non præſtat, de R. I. libr. 6. l. quoties, qui ſatiſd. cog.* [b] *l. eum, qui duas, Cod. ad l. Iul. de adult.* [c] *l. quid ergo. §. cùm autē, de his, qui not. infam.* [d] *Nou 39. de reſtit. & ea, quæ parit 11. mens.* [e] *in auth. de nupt. §. ſi autem tutelam 161. & auth. licet filios, collat. 4.* [f] *lib. 2 epiſt. 9. de vitand. ſuſp. contuber.*

DECISIO XCVII.

ARGVMENTVM.

Beneficio authenticæ præterea, C. vnde vir & vxor, ſponſa de præſenti gaudere nequit.

SVMMARIA.

1 *Quarta ex bonis prædefuncti diuitis mariti ſuperſtiti viduæ inopi debita à ſponſa de præſenti peti non poteſt.*

2 *Quartam illam mulier intra annum luctus nubens amittit.*

HAud ſine cauſa in deciſione priori diximus illud, quod diſpoſitum aut ſan-
1 citum eſt de vxore † porrigi ad ſponſam de præſenti, quæ verè vxor eſt & nupſiſſe dicitur, quamuis in cubiculum mariti nõdum venerit,[a] niſi in cauſis diſpoſitionum illarum, conſtitutionum & ordinationum talis & tam magnæ diuerſitatis ratio interueniat, vt illa communis eſſe, & vtrique cõuenire minimè poſſit. Cuius rei exemplum etiam præbet quarta ex bonis prædefuncti diuitis mariti ſuperſtiti vxori egenæ, & dotem omnino nullam aut exiguam admodum habenti adiudicari & reſeruari ſolita. Prouiſionis enim illius pręcipua & veluti finalis cauſa eſt honor & compenſatio matrimonij benè & honeſtè tranſacti, quo durante coniuges rerum diuinarum & humanarum communionem & indiuiduam vitæ conſuetudinem habuerunt; quæ communio, quantum fieri poteſt etiam poſt mortem ſeruanda & continuanda eſt, neq; adeò negligi debet, vt defuncti diuitis viri vidua in egeſtate & anxietate viuere cogatur, neque habeat, vnde ſe exhibere poſſit, ſicque ipſius viri, quo viuente ſatis lautè illa viuebat, memoria ignominia afficiatur: Quod etiam ipſemet Imperator Iuſtinianus *in nouella ſua* notare voluit, dum hiſce verbis vtitur: *indotatam vxorem per affectum ſolum acceperit, & vſque ad mortem cũ ea viuens præmoriatur.* Quę verba minimè accipi poſſunt de deſponſatis per verba de præſenti aut aliis muneribus, cum quibus ſponſi ſeu noui mariti nondum rem habuerunt. Eę enim talem communionem & ſocietatem, & per conſequens portionem quandam ex defuncti diuitis coniugis bonis ſub egeſtatis prætextu minimè prætendere poſſunt. Salua item & intacta illis pudicitia manſit, quam tales ſponſi ſeu mariti nondum delibarunt. Quod igitur conceſſum & indultum eſt pro remuneratione, & veluti pro precio felicis illius vnionis, & duorum veluti in vnam carnem cõſociationis, atque pro compenſatione amiſſæ virginitatis, quæ ſemel cùm ablata eſt, reddi nequit, ſed ſola apud maritum ex rebus dotalibus remanet,[b] minimè locum habet in matrimonio, quod ſolo conſenſu perfectum, ſed carnali cohabitatione haud conſummatum, neque ad effectum perductum fuit, cuius contemplatione Imperatori Iuſtiniano beneficium illud introducere placuit. Atq; ſic poſt obortas quaſdam difficultates deciſum fuiſſe *in repetitionibus ſuis* Fernandus teſtatur,[c] quamuis nullum arreſtum, neque aliud quicquam alleget. Quicquid verò ſit, nos occaſione ex materia præcedẽtis deciſionis ſumpta quęſtionẽ hanc intactã hic relinquere noluimus ſubiicientes illud, quod communiter à Dd. traditur prædicto beneficio mulierẽ, † quæ intra annum luctus ad ſecundas nu- 2
ptias conuolauit priuari.[d] Et quamuis nõnulli dubitare de eo voluerunt propter illud quod ex iure Canonico, atque ex Apoſtoli auctoritate affertur: tamen reſponderi poteſt ex iis, quæ ſuperius iam dicta & allata fuerũt. Atque iuxta prædictam communem reſolutionem curia noſtra Tholoſana regulariter iudicare cõſueuit, quemadmodum in eiuſmodi caſu ad noſtram relationem in ſecunda claſſe inquiſitionum tali mulieri petitionem quartæ denegandam eſſe menſe Februario, Anno 1579. in cauſa cuiuſdam Peruſe dicti contra Charonde pronunciauit. Et quidem abſque vlla difficultate illud ab ea factum eſt, cùm correctionem morum, atque honeſtatem & pudicitiam viduarum ſeruare & promouere cum ipſo Imperatore admodum illa ſtudeat.

ADDITIONES.

[a] *l. cùm fuerit, de condit. & demonſtrat.*
[b] Paulus de Caſtro, *in l. vnum ex familia, §. fin. de legat. 2.* [c] *in l. in quartam, 2. art. in gl. expeditis, n. 7.* [d] Iohannes de Garronibus *in l. 1. nu. 75. C. de ſecund. nupt.* Nicolaus de Vbald. *in 4 part. princip. tract. ſucc. ab inteſtat. nu. 7.*

DECISIO XCVIII.

ARGVMENTVM.

Quando ex priori matrimonio nulli liberi extant, tum poſt annum luctus mulier impunè ſecundas nuptias contrahit.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Differentia inter pœnas ſecundarum nuptiarum intra annum luctus, & poſt eum contractarum.*

2 *Franciſcanus, poſt profeſſionem factam pro ciuiliter mortuo habetur.*

QVemadmodum inter ſecundas nuptias diuerſitas eſt, adeò vt quædam † immaturæ ſint, & intra annum luctus fiant, aliæ verò maturæ, & poſt eum demum contrahantur: ita quoque inter earundem pœnas differentia exiſtit. Immaturarum enim nuptiarũ pœnæ iure antiquo cognitæ ſunt, atque ex eo originem traxiſſe videntur, reliquæ verò per Imperatores & conſtitutiones nouellas demum introductæ, ſicque antea incognitæ, neque in vſu fuerunt. Illæ honeſtatem publicam & relegionem matrimonij concernunt, ne viduæ defunctorum maritorum memoriam cum eorum corporibus in eundem tumulum recondant: hæ verò ſaltem ad cõſeruandum liberorum prioris matrimonij fauorem tendunt, nempe, vt binubarum mulierum libertas diſponendi coerceatur, ne pro more ſolito ſecundis maritis ipſæ non modò ſe & omnia bona ſua, ſed etiam prioris matrimonij liberos eorundémque facultates addicere ſtudeant. [a] Quo referri poteſt querela, qua apud Caſſiodorum Theodorico regi auia illa calamitatem nepotis ſui exponit, cuius mater, ſeu filia ſua, mariti poſthabita dilectione cuidam ſe Liberio iugali fœdere ſociarat, cúmq; ei ornatior cuperet nouis thalamis apparere, ſtuduerat prioris viri facultates euertere, ditata filiorum ſpoliis, quibus magis decuit aggregari. [b] Quod etiam Imperatorem Iuſtinianum cõmouiſſe exiſtimamus, vt prædictas pœnas ſeparatim & diſtinctim recenſuerit. Quid enim mereantur eę, quæ intra annum luctus nubunt, *in l. 1. C. de ſecund. nupt. & in Nou. 22. cap.* 22. exponit; pòſt annum luctus verò ad ſecunda vota coñuolantibus pœnis, *in l. fœmina, §. illud, cum auth. ſeq. & l. hac edictali, C. d. t. & in d. Nou.* 22. *cap.* 23. dictat. Vnde colligi poteſt, quod etiam vſus in prouinciis iuris ſcripti comprobat, immaturas ſeu intra annum luctus contrahentes nuptias, tum quoque pœnas ſubire, ſi ſine filiis ex prioribus ſint matrimoniis, maiores autem, ſi etiam filij ſint, quemadmodum ipſemet Imperator *in allegato loco* inquit, vbi etiã ſpeciatim pœnas in vtroq; caſu receptas enarrat, atque inter eas infamiam, quam ſolam ſuperius iure Canonico ex auctoritate Apoſtoli remiſſam eſſe diximus; adeò vt reliquæ omnes adhuc in ſuo vigore permaneant inſuper habita, vt ſuperius dictum eſt, diſſentientium opiniõne. At pœnæ, quæ ſecundas nuptias ſimpliciter, & poſt annum luctus contractas concernunt, ceſſare ſolent, ſi nulli ex prioribus matrimoniis extiterint liberi, aut extiterint quidem, ſed vel antè vel poſt ſecundum matrimonium deceſſerint, atque poſt omnium eorum obitum mater ſuperuixerit.

Tum enim ea liberam de omnibus ſuis bonis diſponendi facultatem habet, vt ea, aut nouo & ſecundo marito, aut cuilibet alij relinquere poſſit, cùm nihil omnino impediat, quo minus diſpoſitiones eiuſmodi plenum effectum ſortiantur, ſed liberi, qui impedimentum quoddam parere poterant, è medio ſublati ſint. Euenit itaque, vt iuuenis quædam vidua vnicum ex priori matrimonio filium habens poſt annum luctus ciui cuidam du Velay nuberet, atque ex bonis ſuis ſecundo huic marito, ſi ſuperuiueret, vigore pactorum dotalium, multa dari vellet. Paulò poſt ſuperſtes ex primo matrimonio filius ordini Franciſcanorum maioris obſeruantiæ ſe addixit, & profeſſionem fecit.

Antequàm autem hanc faceret pro more ſolito de bonis ſuis diſpoſuit, & teſtamento matri exiguum quoddam legatum relinquẽs duos cognatos ſuos, fratres germanos, patrui filios, heredes ex aſſe ſcripſit; & deinde paulò pòſt mater deceſſit, relinquens poſt ſe ſecundũ maritum & aliquot ex eo ſuſceptas filias. Teſtamentum autem & ipſa prius condiderat, inque eo ſecundum maritum ex aſſe heredem ſcribens filialibus legata inſtitutionis titulo reliquerat. Hunc autem heredem poſt vxoris obitum ab eiuſdem filio ex priori matrimonio, qui adhuc in monaſterio viuebat, inſtituti heredes conueniunt, atque defalcationem fieri petunt, quod illi tanquam vitrico plus quàm priuigno à defuncta relictum eſſet. Excipit ille priuignum † ſe ordini Franciſcanorum, qui vnus ex quatuor mendicantibus eſſet, addixiſſe, & propterea bonorum & ſucceſſionis incapacem eſſe, cùm pro mortuo habeatur, & perinde ſit, ac ſi nunquam natus fuiſſet, aut poſt natiuitatem ſtatim deceſſiſſet; [c] ita vt ex effectu ratum fuerit, quod alienatum & reſecatum. 2

ADDITIONES.

[a] *l. lex, quæ tutores, C. de adminiſt. tutor.* [b] *lib. 4. variar. cap. 12.* [c] *Clem. exiui de paradiſo, de V. S. l. 3. §. ſi deportatus, de bon. libert.*

catum videbatur [a] iuxta communem Doctorum noſtrorum reſolutionem, qui cõmuniter illud extendunt ad ſubſtitutiones conceptas ſub conditione: *ſi primus inſtitutus ſine liberis decedat*; quam conditionem impleri exiſtimant, etiamſi inſtitutus liberos relinquat, qui talibus ordinibus antea ſe iunxerunt, qui ſucceſſionis & bonorum incapaces ſunt; quales quatuor ordines mendicantes eſſe extra controuerſiam eſt. Hæcque reuera ita ſe habebãt, nihilque ab actoribus hîc replicari poterat, cùm ſæpius arreſtis parlamenti Tholoſani, tam quoad defalcationem, quàm quoad ſubſtitutiones ita iudicatum fuiſſet. Illud quidẽ potiſſimum ab iis vrgebatur, quòd dicta vidua Franciſcani ex priori matrimonio procreati, qui eos heredes inſtituerat, mater, non ſolum dotem ſuam, ſed etiam eiuſdem augmẽtum recepiſſet, cuius proprietas ſuperſtiti ex matrimonio illo filio acquiſitum, eo ipſo momẽto fuerit, quo mater ad ſecunda vota conuolaſſet, & qui per conſequens ad eos, tãquam heredes & ſucceſſores ſuos illud augmentum, cæteráque iura, quæ in perſona ſua tempore conditi teſtamenti radices egerant, rectè tranſmittere potuerit: atque quod primus ille maritus vxori bona nonnulla legarit, quæ ipſa ad ſecundum maritum tranſtulerit, eadémque ipſe adhuc detineret, quibus tamen proximi prioris illius mariti heredes priuari non deberent, cùm ipſamet æquitas flagitet, vt illa ad priſtinum patrimonium reuertantur, ſicque ad prioris mariti filium, ad quem illud vnicè pertinebat, eiúſque heredes & ſucceſſores redeant. Verum ad hoc ſecundus maritus reſpondebat, quod priuigno ſuo augmentum illud & prædicta bona acquiſita fuiſſent eo caſu, ſi poſt matris obitum ſuperuixiſſet, manente eius cauſa in ſuſpenſo ſequentibus committenda fortunis, quemadmodum Imperator Iuſtinianus in hac materia loquitur. [b] Si enim ante matrem filius eiuſmodi decedat, tum vſusfructus, quem illa ad tempus vitæ habebat, cum proprietate conſolidatur ad orbitatem cauſa redacta, filiíſque, quibus ſolis huiuſmodi proprietas ſeruabatur non exiſtentibus, [c] ſiue fictè, ſiue verè, cùm tantùm operetur fictio in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero iuxta iura vulgata. Atque ſic Seneſcallus ſententia ſua ſecundum maritum ab heredum & ſucceſſorum illorum petitione, tã quoad defalcationem & bona propria defunctæ vxoris, quàm ea, quæ ex patrimonio prioris viri profecta dicebantur, compenſatis expenſis abſoluit.

Ab ea ſententia tam prædicti heredes quàm ſecundus maritus ad parlamentum prouocarunt: illi quidem eam ob cauſam, quòd ab eorum petitione reus abſolutus fuiſſet, hic verò propterea, quod iudex actores in expenſas non condemnaſſet.

Quoad mutuam igitur hanc appellationem arreſto ad noſtram relationem prolato prioris iudicis ſententia confirmata fuit. Deinde vero apud Charondam *in commentariis*, quos ad edictum illud regium de ſecundis nuptiis ſcripſit, mẽtionem fieri legimus alterius arreſti contrarij, quod ſuprema curia Pariſienſis quoad res à priori viro binubæ mulieri donatas pronunciauit. Cæterum nos rationem diuerſitatis inter hæc duo arreſta haud exactè examinabimus, ſed hoc ſaltem dicemus, quod curia noſtra Tholoſana idem proculdubio iudicaſſet, ſi donationes à priori viro in vxorem collatæ ex ſtatuto, cõſuetudine, aut alias tales fuiſſent, vt ſtatim & eo ipſo momento, quo cum poſteriori viro nuptias contraxerat, proprietatem rerum donatarum illa amiſiſſet. [d] At in noſtra hypotheſi tale quippiam haud deprehendebatur, ſed res veluti in incerto conſiſtebat, haud ſecus ac quælibet res aliæ, quæ adhuc futuræ ſunt, [e] cùm ex iis, quæ à partibus producebantur, appareret & augmentum dotis & cætera bona, quorum mulier ſuperſtite filio vſumfructum ſaltem habuiſſet, eo ciuiliter mortuo ſtatim pleno iure illi acquiſita fuiſſe. Quam ob cauſam curia noſtra prædictam Seneſcalli ſententiam confirmare minimè dubitauit. Conformis enim illa erat conſtitutionibus imperialibus ſuperius allegatis, quæ ſpeciatim & expreſsè loqui videntur, de donatione propter nuptias, quæ apud nos, quatenus iure per dictas conſtitutiones atque alias ſimiles extenditur, vt alibi diximus, in vſu non eſt, & præſer-

ADDITIONES.

[a] *d. Nou. 22. §. quoniam autem infirmas.*
[b] Alex. *conſ. 13. volum. 3.* Socinus *conſ. 92 in prim. dub.* Stephanus Bertrandus *in dicta l. hac edictali, numero* 40. [c] *in d. Nou. 22. §. quoniam autem infirmas, & §. hoc autem, quod. Nou. 2. de non eligen. ſecund. nub.*
[d] *dict. §. infirmas. & §. hoc autem.*
[e] *authent. in donat. authent. ſed etſi quis, auth. heres, C. de ſecund. nupt. & in Nou. 2. & 22.* vnde ſupradictæ authenticæ tranſſumptæ fuerunt.

præſertim in caſu non exiſtentium liberorum.[a]

ADDITIO.

[a] Nam protinus & in pendenti oppoſita ſunt ex illo Senecæ *loco*: omnia, quæ ventura ſunt, in incerto iacent, protinus viue.

DECISIO XCIX.

ARGVMENTVM.

Fiſco non applicantur ea, quæ à vidua luxurioſè viuente auferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Mater, quæ ſucceſſione filij ob vitæ viduæ turpitudinem priuata fuit, haud locum facit iis, qui ex eius latere filio defuncto propinqui ſunt, ſed ex linea paterna etiam in remotiori gradu coniuncti præferuntur.*

EX ſuperioribus præiudiciis parlamenti Tholoſani ſatis colligi & inferri poteſt 1 ſeueram iuris diſpoſitionem † erga mulieres binubas exerceri, non vt fiſcus, atque iura regis incrementum quoddam capiant, ſed potius vt prauorum morum correctio fiat, atque fræni iniiciantur animali indomito, obſtinato, & affectionibus ſuis obnoxio, quale animal vxorem ſuam eſſe, Cato dicebat,[a] eáque ratione vrbes, populi, liberi, ſucceſſiones patrimoniorum & gradus hereditarij ſeruentur,[b] puritatem ſcilicet vtriuſque ſexus & domi connubio reſeruet affectus, & in publico metus legum, ſicque duplici præſidio caſtimonia nitatur, cùm & intus ſit, quòd ametur, & foris, quod timeatur.[c] Cuius rei etiam aliud euidens præiudicium curiæ Tholoſanæ in cauſa quapiam ad eam per appellationem deuoluta prolatum extat. Cõtrouerſia enim de bonis defunctorum Manaud & Bernhardi de Beauuille filiorum defuncti Iohannis & Paulæ de Luppe oborta inter les Daruiens & d'Azis proximos ſucceſſores dictorum fratrum in linea paterna, ſicque bonorum illorum poſſeſſionem petentes ex vna parte, atque inter les Deluppez & Laual proximos ſucceſſores in linea materna defenſores, atque itidem prædictam poſſeſſionem petentes ex altera parte fuerat. Mox etiam regis procurator generalis interuenit, qui ſibi contra omnes illos bona prædicta adiudicari petiit. At dicti Daruiens & Azas oppoſuerunt, quòd dicta vidua defuncti Ioannis in viduitate ſua turpiorem vitam egiſſet, ſicque priuanda eſſet omni planè ſucceſſione non ſolùm mariti, ſed etiam eiuſdem liberorum, atque quæ aliunde obueniſſet, eo quòd defuncti memoriam offendens, proprium honorem negligens, atque charitatem & amorem, quem liberis debebat, violãs vitæ ſuæ turpitudine pudicitiam proſtituiſſet, & quaſi pedibus conculcaſſet:[a] adeò vt propterea etiam ipſa dote & bonis paraphernalibus priuari, eáque ipſis, nõ vero fiſco, neque iis, qui defunctorũ heredes proximi in linea materna eſſent, adiudicari deberent, cùm iniuria à vidua defuncto facta etiam illius propinquis noceret. Verum dicti Deluppe & Laual reſpondebant, ſe facilè concedere, quod fiſcus nihil omnino petere aut prætendere poſſet, ſicque regis procurator generalis quoad poſtulationem malè fundatus eſſet: ſed dictam ſucceſſionem non actoribus, ſed ſibi deberi, vtpote, qui licet defunctis in linea materna coniuncti ſint: tamen cum propiori in gradu reperiantur, hodie ſublata ſexus differentia eos, qui in linea paterna, ſed in gradu remotiori ſunt, excludant,[e] cùm ipſimet nihil tale cõmiſerint, per quod ſucceſſione indigni reddantur, præſertim quoad dotem & bona paraphernalia ab ipſa muliere non ab eius marito profecta iuxta communem interpretum iuris reſolutionem,[d] quę pluribus arreſtis ſupremarum Franciæ curiarum, præſertim verò parlamenti Burdegalenſis quoad dotem firmari poteſt.[e] Curia igitur noſtra XIV. Februarij, Anno M.D. LXXXV. cùm de turpi defunctorum matris vita in viduitate tranſacta appareret excluſo fiſco prædictis Daruiens & d'Azas omnem defunctorũ Menaud & Bernhardi de Beauuille hereditatem adiudicauit excepta dote, quam Paula de Luppe marito Iohanni de Beauuille quondam attulerat, & reliquis bonis, quæ aliunde, quã ex mariti illius, & eiuſdemque liberorum bonis viduæ

ADDITIONES.

[a] Liuius *lib.34.* [b] Quintilianus *declamat.249.* [c] Saluianus *libro ſeptimo, de gubernat. Dei.* [d] *arg. § final. Nou.22. iunct. l. his ſol. 5. C. de reuoc. donat.* [e] Paulus Caſtrenſ. *in l. ſororem, C. de his, quib. vt indign. & conſ. 149. lib. 2.* Iulius Clarus, qui alios citat, *libro 5. ſub verb. ſtuprum, nu. 5.* gloſſ. *in c. plerumque, de donat. int. vir. & vxor.* Rom. *ſing. 311.* [f] Socin. iun. *conſ. 111.* & Rolandus à Valle *conſ. 87. circa fin. lib. 2.* [g] Boerius *deciſ. 338. in fin.*

viduæ illi obuenerant, in quorum poſſeſſione curia dictos Luppe & Laual manuteneri voluit, ita tamen, vt expenſæ compenſari, neque fructus ante arreſtum ſequeſtri, quod inter dictas partes interuenerat, percepti reſtitui deberent.

DECISIO C.

ARGVMENTVM.

Mulier intra annum luctus nubens perdit facultatem eligendi inter liberos prioris matrimonij à priori marito conceſſam.

SVMMARIA.

1 *Condemnare ſimpliciter ſecūdas nuptias error Montaniſtarum eſt.*
2 *Nuptias ſecundas Eccleſia non benedicit, neque bigamos ad ſacros ordines promouet.*
3 *Facultas eligendi nullum particulare emolumentum affert, ſed ſaltem ſimplex & nudum miniſterium eſt.*
4 *In Francia maior pars legum pœnalium & priuatiuarum iuris alicuius vſu abolita eſt.*
5 *In conſtitutionibus expreſſis haud opus eſt vlla ſuppletione.*
6 *Facultas eligendi non tranſmittitur ad heredes cùm perſona veluti iuncta & affixa ſit.*
7 *Fruſtra ad ius abrogatum recurritur.*
8 *Lex magis virtuti & conſtantiæ patris, quàm fragilitati matris fidit.*
9 *Sententia arbitralis ab auctore prolata.*

1 IN errorem quidem Montaniſtarum incidunt, qui ſecundas nuptias † ſimpliciter damnant & improbant, [a] ſtulta quadam perſuaſione, quia peccata interdixit DEVS non matrimonia.[b] Verum inconueniens aut à Chriſtiana caſtitate alienum videri haud debet, ſi mulieres illæ commendentur, quæ poſt priorum maritorum obitum amplius nubere noluerunt, cùm ſecundæ nuptiæ aliquid impudici contineant, licet permiſſæ ſint, & tolerentur. Quod occaſionem Optato dedit, vt diceret, ſi cui maritum mutare contigerit, non reperitur temporalis illa feſtiuitas, nupta non tollitur in altum, non populi frequentia procuratur, atque vt Poeta caneret:

Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege eſt,
Offendor mœcha ſimpliciore minus.

Legiſlator item Charondas ab adminiſtratione Reipublicæ repulit eos, tanquam parum continentes, qui ſecundas nuptias contraxiſſent, ipſaque Eccleſia, quæ † tales permittit & tolerat, eaſdem haud benedicere, neque bigamos ad ſacros ordines promouere, iiſque, qui iam promoti ſunt, prohibere ſolet, ne talium nuptiarum feſtiuitati interſint.[c] Atque quod vulgò dicitur; permiſſum eſſe cuilibet Chriſtiano in extrema neceſſitate abluere & baptizare cathecumenum, ita limitatur, ſi non bis naufragium fecerit, hoc eſt, bis vxorem duxerit. 2

Quæ etſi omnes indiſtinctè viduas ad ſecunda vota tranſeuntes concernunt: tamen potiſſimum eas notant, quę non modo poſt maritorum obitum inſtar iuuenis illius fœminæ Romanæ omnem reliquam vitam in viduitate non tranſigunt, ſed etiam per annum luctus expectare, atque à nuptiis abſtinere nequeunt.[d] Earum enim impudicitiæ teſtimonium magis expreſſum, & euidens eſt, dum ita mortuorum, ſicut & abſentium maritorum obliuiſcuntur, vt penè cum ipſis thoris earum pectora refrigeſcere videantur, quemadmodum declamator ille dicebat.[e] Quam ob cauſam Theodoricus edicto prohibuerat eam furtim ſe miſcere illi, cuius poſt annum vxor futura eſſet; ſi feciſſet, ſtuprum committeret vtrumque. Hócque occaſionem ſequentis controuerſiæ inter fratres dedit: Dictorum fratrum pater & mater in pactis dotalibus ſemiſſem omnium bonorum ſuorum vni ex liberis maſculis, ex iſto matrimonio oriundis, quem ipſimet coniunctim aut ſi hoc non factum fuiſſet; poſt alterius obitum ſuperſtes electurus eſſet, donarunt. Patre dein te ante factam illam electionem, aut etiam aliam diſpoſitionem mortuo, mater intra annum luctus adhuc ad ſecun-

ADDITIONES.

[a] Auguſt. *de hæret.* [b] Saluian. *libr. de gubernat. Dei, circa finem.* [c] *c. de his, 31. q. 1.* [d] *argument. c. non nouimus, 17. q. 2.* [e] *l. interpretatio, de pœn. l. factum cuique ſuum, §. fin. de R. I.*

ad ſecundas nuptias tranſiit, atque æquè ex ſecundo, quàm ex primo matrimonio liberos ſuſcepit. Quibus ſuperſtitibus diem ſuum obiit, cùm tamen prius teſtamentum condidiſſet, atque quoad prædictum ſemiſſem vnum ex liberis prioris matrimonij, quorum quatuor erant, nominaſſet, pluráque emolumenta liberis ſecundi, quàm primi thori reliquiſſet.

Nominatus autem & electus à matre cū electionis commodum percipere, eáque ratione bonorum illorum ſemiſſe frui vellet, à reliquis fratribus germanis impeditur, qui obiiciunt matrem intra annum luctus nubentem facultatem eligendi perdidiſſe, eáque indignam ſe reddidiſſe. At econtra frater electus & nominatus, tanquam pro aris & focis pugnans opponebat, quamuis ſecundæ nuptiæ intra annum luctus contractæ lege ciuili nimis rigidè puniantur: tamen pœnas illas non ſolum iure Canonico maxima ex parte abrogatas eſſe; ſed etiā in nulla lege ciuili haberi, quod mulier intra annum luctus nubens facultatem illam eligendi amittere debeat, vt propterea per interpretationem pœna eiuſmodi ſupplenda non ſit.

Conſtat enim, inquiebat ille, interpretatione legum pœnas molliendas potius, quā exaſperandas,[a] atque priuationem alicuius iuris nunquam locum habere, niſi expreſſè pœnæ loco ſancità & introducta fuerit,[b] præſertim in materia ſecundarum nuptiarum, in qua erubeſcimus ſine lege loqui.[c] Præterea etiam facultas eligendi deportatione aut relegatione eius, ad quem pertinet, haud admittitur.[d] Multò minus ergo ſub colore & prætextu illius infamiæ iam abolitæ & ſublatæ amitti poterit. Imò tum etiam cùm pœna illa infamiæ adhuc in ſuo vigore eſſet, nihilominus eam patiētibus facultas teſtandi ex omni parte libera erat. Extat item parlamenti Tholoſani præiudicium in patre, qui ad ſecundas nuptias cōuolarat, quem facultatem eligendi vnum ex liberis ex ſe & priori vxore procreatis ab eadem ſibi conceſſam adhuc ſaluam habere vigore fideicōmiſſi, quo grauatus fuerat, curia pronunciauit.

De quo præiudicio alibi diximus, idque arreſtum iuri ſatis conforme videtur, cùm ipſimet Imperatores de binubis diſſerentes expreſſè confiteantur, ſed diuidendi quoque res inter liberos prioris matrimonij parentibus pro ſuo arbitrio vel eligendi, quem voluerint, licentiam non denegare.[e] Nec inferri poteſt, ſub priuatione legatorum & fideicommiſſorum, præſertim in odium ſecundarum nuptiarum intra annū luctus introducta etiam facultatem † e- 3
iuſmodi eligendi, comprehendi, vtpote quę partem fideicommiſſi facit, & quidem pręcipuam nempe declarationem perſonæ, quæ fideicommiſſum capere debet. Reſpōdetur enim quod hic poſt neceſſitatem dādi ſolum diſtribuendi liberum arbitrium conceditur,[f] adeò vt binuba eiuſmodi mulier omnia emolumenta relinquat, atque nudum miniſteriū eligendi ſeu diſtribuēdi retineat, neque ea ratione vel in ſuam, vel etiam in liberorum ſecundi matrimonij vtilitatem quicquam facere queat; cùm electio ad liberos primi matrimonij reſtricta ſit, & reliqui planè excludantur; ſicque cum occaſione ſecundarum nuptiarum nullam erga liberos prioris matrimonij alterationem afferat, à tali electione minimè excludi poteſt, paris affectionis cauſa inter liberos eiuſdem prioris matrimonij ſuſpicionem omnem excludente.[g] Quare cùm omnes prætextus & rationes, ob quas tot prouiſiones & cautiones iure ciuili in fauorem liberorum prioris matrimonij contra eorundem parentes ad ſecunda vota conuolantes introductæ ſunt, hic ceſſent; fruſtra electionis priuatio metuetur, quæ leuiter, & ſine cauſa legitima introduci non debet, præſertim in noſtra Francia, vbi maxima
pars † legum pœnalium & priuatiuarum 4
iuris per viam facti, vſu abolita & abrogata eſt.[h] Quam etiam ob cauſam nonnulli ex celebrioribus iuris interpretibus matrem, quæ ad ſecundas nuptias ita conuolauit, liberis tali ſubſtitutione indigentibus exemplariter ſubſtituere poſſe,[i] tradiderunt.

Quod

Additiones.

[a] Gloſſ. *in cap. final.* vbi Panormitan. & alij, *de iur. patron.* Iaſon. *in l. illam. Cod. de collat.* [b] *§. cùm igitur, verſicul. ſicut enim proles,* ibi, *nec eſt lex aliquid tale dicēs,* Nou. 2. [c] *l. cùm pater, §. hered. in 1 de legat. 2. l. ea, §. in inſulam,* & ibi Iaſon, *de V. O.* Fernādus *ad tit. de filiisfam. nat. ex matrim. cap. 9. num. 10.* [d] *l. general. in fine principij C. de ſecund. nupt.* [e] *l. vtrum, §. cum quidā, de reb. dub.* [f] *l. ſi verò, §. de viro, ſolut. matr.* [g] Rebuffus *in proœm. conſtit. regiar.* Imbertus *in ſuo enchirid. in verbo. pœna pecuniaria exploſa.* [h] Baldus & Salicetus & Corneus *in l. ex facto, de vulg. & pupill.* [i] *l. vnum ex familia, §. 1. de legat. 2.*

dum vrgebat) quoad partẽ conſiderari nequeat, cuius conſtantiæ & virtuti lex ipſa 8 † magis fidit, quàm matris fragilitati & inconſtantiæ, ideóque patri quidem expreſsè concedit negotia liberorum vtiliter adminiſtrare, [a] quod matri denegarat, quamuis ea in ſequenti diſpoſitione ſub verbo generali parentum vna cum patre comprehenſa & incluſa videatur.

Neque occaſionem lex habuit, vt patri ita diffideret, quemadmodum matri; quæ adeò intemperans, inconſtans & incontinens in ſuis affectionibus fuit, vt per ſecundum matrimonium intra annum luctus contractum, (quod meritò ei ſemper rubore, vt poetæ verbis vtamur, [b] ora notare debet) ſecundo marito non ſaltem vitam ſuam, [c] & liberos ſuos, [d] ſed etiam propriam eorundem ſubſtantiam addiceret. Atque ſi verum eſt, quod alibi dicitur; omnem virtutem cadere & detrimentum pati ab vno vitio, à quo vel ſatis vel parum minuatur, aut intentione deterioretur, [e] multo magis illud obtinebit; quando virtus planè opprimitur, & fides violatur in principali, cùm in acceſſoriis tum amplius ſperari & expectari non poſſit, ipſique lex talibus mulieribus amplius quoad res defunctorum maritorum gerendas nequicquam fidat. Immo ipſi ſpiritus ſeu animæ defunctorũ maritorum (ſi earũ actus ita ſcrutari licitũ eſt) nihil aliud mandare cenſentur, quàm vt mulieres eiuſmodi pro omni executione eorum, quæ in teſtamento iis iniuncta fuerunt, perpetuò plorent & lamententur, nihilque inueniant ſibi legatum aut fideicommiſſum *præter plorare, fuſque*, quemadmodum Horatius canebat. [f] Quare etiamſi nonnullæ leges pœnales, & priuationem inducentes in Francia noſtra abrogatæ ſint: tamen in earum numero haud eſt illa, de qua hîc agitur, quæ ad conſeruationem honeſtorum morum atque bonarum & laudabilium conſuetudinum pertinet, præſertim in prouinciis iuris ſcripti, atque in reſſortu parlamenti Tholoſani, quemadmodum in præcedentibus deciſionibus huius libri diximus.

Vnde etiam eſt, quod opinio illa quorundam Doctorum de exemplari ſubſtitutione, quam mater intra annum luctus nubens liberis prioris matrimonij facere poſſit, à maiori parte reliquorum improbetur, [g] quæ etiam communiter recepta eſt, & ſeruatur, licet alij diſtinctione quapiam vti voluerint. Immo nonnulli ex illis ipſis, qui priorem opinionem defenderunt, ab ea deflectentes poſteriorem amplexi ſunt. [h] Atque ſic quæſtionem hanc in vtramque partem, quantum fieri potuit breuiſſimè reſoluimus. Quę reſolutio interim ſufficiat, donec caſu eiuſmodi eueniente curiæ parlamentorum in prouinciis iuris ſcripti decreta ſua interponant, atque ſupremas veluti manus adhibeant.

Ingenuè enim fatemur, quod hanc quæſtionem nunquam viderimus præiudicari, multóque minus præiudicium quoddam aut deciſionem reperire potuerimus, cùm prædictam controuerſiam definire & iudicare vellemus. Tranſmiſſa autem illa ad nos fuit, à nobili quadam familia ex Lemiuocenſi Epiſcopatu in tractu Burdegalenſi. Cùm enim inter dictos fratres eorũdem propinqui amicabilem compoſitionem diu tentaſſent, tandem cauſam ad nos miſerunt, vt quid iuris eſſet, pronunciaremus, rogantes.

Re igitur probè & per aliquot dies † de- 9
liberata per ſententiam noſtram arbitralem adiudicauimus dictum ſemiſſem donatũ in bonis maternis, & ex perſona matris filio illi prioris matrimonij, quem ille nominarat & elegerat, ſicque electionem illam ex hoc capite cõfirmauimus, quoad bona autẽ paterna, & quæ à patre profecta fuerant, nulla habita ratione illius electionis, quam hoc in caſu pro non facta habebamus, iudicauimus, eorundem ſemiſſem ad liberos maſculos prioris matrimonij, qui poſt obitum patris & matris ſuperuixerant, ſine reſtitutione fructuum, atque compenſatis expenſis æqualiter pertinere debere. [i] In qua ſententia, (quamuis frater nominatus & electus ſe ab initio ab illa appellaturum eſſe proteſtaretur, & reliqui ſe appellationis beneficio itidem vti velle dicerent) tandem omnes acquicuerunt, eámque prò tranſactione ſeu diuiſione qua-

ADDITIONES.

[a] gl. *in c. ſi diligent. ſuper verb. perdant quod euicerant, ext. de for. compet. & c. quia clerici, in gl. fi. de iur. patron.* Ludouic. Rom. *conſ.* 32 *& ſing.* 692. Iaſon *in l.* 1. *C. de his, quibus vt indig. & l.* 1. *C. de his, quæ pœn. nom.* [b] *d. l. generaliter.* [c] Ouid. [d] *l. aſſiduis C. qui pot. in pig. hab.* [e] *l. lex quæ tut. C. de adm. tut.* [f] *c.* 1. *de pœnit. diſt.* 5. [g] Horat. *ſat. lib.* 2. *ſat.* 5. [h] Bartolus *in d. l. ex facto*, & ibi Angelus, Raph. Paulus, Alexander & Iaſon *de vulgar.* Lancelot. Politus *in tract. ſubſtitut. de exemplar ſubſt.* Boerius *deciſ.* 188. [i] Ang. Aret. *in §. qua ratione, Inſt. de pupill.* refert & ſequitur Guilhel. Bened. *in c. Raynutius, de exemplar. ſubſtit. num* 15. *&* 16.

Digitized by Google

quapiam habuerunt. Nos quoque hîc acquieſcemus expectantes, donec aliud certius oraculum ex templis iuſtitiæ ſupremę in noſtra Francia prodeat.

Interim incommoda, quæ ſecundæ nuptiæ pariunt, perpendentes ter, quater, aut ſepties feliciores prædicamus viduas, quæ nunquam de illis cogitarunt, multo minus ad eas peruenerunt, ſed quæ liberè & audacter ſpiritus & animas defunctorum maritorum alloqui poſſunt [a] verbis illis, quæ à declamatore *quopiam in loco*, ſed ad alium finem relata recenſentur. [b] Si quid inferi ſentiunt, cognoſce animum meum, ſicut voluiſti, tibi vixi, tibi moriturus fui, nulli alij in hoc pectore locus fuit.

Quamuis enim Eccleſia ſecundas nuptias non condemnet, neque aliter eas puniri patiatur, quàm in eo, quod leges ciuiles, quoad bona tẽporalia prouenientia ex liberalitatibus & emolumentis defunctorum maritorum æquè admodum & humaniter diſpoſuerunt: dat nihilominus gloriam vniuiris & viduitatis continentiam pudicæ virginitatis integritati æquiparat. At aliud eſt ad veniam ſtare, aliud ad gloriam peruenire. [c] Nos verò (ait Tertullianus) non magis nuptias auferimus, ſi ſecundas recuſamus, quàm cibos reprobamus, ſi ſæpius ieiunamus. Aliud eſt auferre, aliud temperare, aliud eſt legem non nubendi ponere, aliud eſt modum nubendi ſtatuere. [d]

Additiones.

[a] Baldus *in tractat. ſubſtitut. in mater exempl.* [b] Quintilianus *declamat.* 332. [c] D.Cyprianus *lib.* 4. *Epiſt.* 2. *ad Anthon.* [d] *de monogam.*

FINIS LIBRI TERTII.

NOTABILIVM ET SINGVLARIVM QVÆSTIONVM IVRIS SCRIPTI, DECISARVM AVT PRÆIVDICATARVM PER ARRESTA MEMORABILIA PARLAMENTI Tholoſani.

Liber quartus.

DECISIO I.

ARGVMENTVM.

In Francia in ſucceſſione defuncti mariti fiſcus vxori præfertur.

SVMMARIA.

1 *Hiſtoria iuris quoad ſucceſſionem mutuam inter virum & vxorem.*

2 *Succeſſiones coniugum in Francia ad ius antiquum redactæ ſunt, adeò vt coniux coniugi planè ſuccedere non poſſit, ſed fiſcus præfertur.*

DIONYSIVS Halicarnaſſeus † hiſtoricus Romanus, teſta-
1 tur Romulum, primum Romæ conditorem voluiſſe atque lege ſanxiſſe, quod vxor poſt obitum mariti ſine liberis & teſtamēto decedentis ſuperſtes ei ſola ſuccedere, ſi verò liberos ille reliquerit atque ab inteſtato deceſſerit, tantum habere debeat, quātum liberi habent: nempe τοῖς παισὶν ἰσόμοιρος γινομένη. Qui Romulum ſecuti fuere, ius illud ſucceſſionis mutuæ inter coniuges planè abrogarunt, donec tandem idem quodammodo reſtauratum fuit à prætoribus, qui poſt agnatos omnes & cognatos fiſco ſummoto ſuperſtitem coniugem vocarunt. Quæ ſucceſſio in iure, bonorū poſſeſſio vnde vir & vxor, appellatur, atque etiam ſub eodē titulo ab Impp. Theodoſio & Valentiniano confirmata fuit, 1 nempe, vt maritus & vxor ab inteſtato inuicem ſibi in ſolidum pro antiquo iure ſuccedāt, quoties deficit omnis parentum, liberorūque ſeu propinquorum legitima vel naturalis ſucceſſio fiſco excluſo. 2 Quod autē illud atq; conformis conſtitutio imperialis *virum vel mulierem præferri fiſco* 3 hodie in conſuetudinariis Franciæ prouinciis non obtineat, pro certo habetur atque inter maximas Cameræ du Threſor refertur. Nam in Francia, præſertim in tractu Pariſienſi, vxor nunquam marito ſuo neque maritus vxori ſuæ ſuccedit; & mulier non excludit fiſcum in ſucceſſione viri, nec vir in ſucceſſione mulieris, imò fiſcus † excludit &
maritum & mulierem: vt ea ratione tales 2
ſucceſſiones redactæ ſint ad ius antiquum 4 quo coniuges inuicē non ſuccedebāt, adeo vt quamuis prætor dederit eis bonorum poſſeſſionem excluſo fiſco: tamen in Francia rex, qui prætoris loco eſt, 5 non admittit, minúſque dabit bonorum poſſeſſionem contra ſe. In Francia itaque vxor marito ſuo nullo modo ſuccedere neque fiſcū excludere poteſt. Et quamuis Papon 6 ex iis, quę Dn. Imbertus *in enchiridio ſuo* tradidit 7 arreſto quodam parlamenti Pariſienſis confirmare voluerit, quod in prouinciis iuris ſcripti, vbi nulla contraria

conſuetudo extet, edictum illud prętorium & antiquū in vſu ſit atque obſeruetur conſtitutio dictorum Imperatorum 8 ſuperius allegata ac conformis alij, quæ in prędicta ius antiquum appellatur atque in Codice Theodoſiano ſub titulo *de legitimis heredibus* 9 recenſetur: tamen contrariū apparet in prouinciis iuris ſcripti atque in reſortione parlamenti Tholoſani per arreſtum in curia Tholoſana ſolemniter in habitu curiali inter arreſta generalia antè feſtum paſchatos XVII. Aprilis, Anno M. D.LXV. à defuncto Dn. præſide du Faur propinquo magni illius du Faur, qui iam prædictæ curiæ præſes eſt, prolatum: & quidem quoad ſucceſſionem defuncti Dn. Ludouici du Perier, vices gerentis Seneſcalli de Carcaſſonne, de qua lis erat inter Dn. Ioānem du Perier filium defuncti naturalem & adulterinum à principe legitimatum, atque viduam dicti Perier. Caſus enim dictæ conſtitutionis imperialis eueniebat, cùm defunctus nullos alios propinquos, qui ei ſuccedere poſſent, reliquiſſet, atque eius bona regis procurator generalis Albinagij iure 10 fiſco applicari peteret. Sanè relictus filius legitimationem perſonæ ſuæ à principe cum defuncti patris conſenſu factam allegabat, atque viduæ obijciebat eam variis modis erga defunctum maritum ingratam fuiſſe. Ea verò excipiebat, prætenſam legitimationem minimè ſufficientem aut iuſtam eſſe, eo quòd defunctus pater non admodum illam ſollicitarit, quoad eam in iudicio non auditus fuerit, neque voluntatem ſuam declararit; atque, quod maximum eſſet, quod principi conditio, qualitas & dignitas patris haud narrata, neque ſignificatum fuerit dictum du Perier conſtante inter illam & defunctum patrem matrimonio conceptum & natum fuiſſe, ſicque adulterinum eſſe: vt propterea legitimatione illa minimè iuuari queat. Negabat præterea omnia, quæ Perier iſte obiecerat, eiuſdem reparationem petens.

At procurator regius generalis aſſerebat, quòd mulier illa ſucceſſione defuncti mariti indigna eſſet: eo quòd ingrata erga eū fuiſſet, quemadmodum partim ex actis apparet, aut etiamſi hoc non ſufficeret: tamen nihilominus nullam ſucceſſionem prætendere poſſet, cùm iura, quibus nitatur, in Francia vſu recepta non ſint. Quoad relictum etiam filium Perier ille adiecit, eum legitimatione haud iuuari poſſe, vtpote quæ inſufficiens atque ſub & obreptitiè impetrata eſſet. Prædicta itaque curia arreſto declarauit, haud obſtante prædicta legitimatione, bona, de quibus lis fuerat, regi acquiſita eſſe: ita tamen, vt inde ſumma mille & quingentarum librarum detrahi, atque relicto Perier alimentorum loco præſtari; nullum item prçiudicium relictæ viduæ quoad obligationem & hypothecam, quam in bonis iis dotis & aliorum marito allatorum nomine haberet, fieri; atque inde ſumma mille librarum inter pauperes de Carcaſſonne aliorúmq; vicinorum locorum diſtribui deberet. Vnde apparet, curiam noſtram non admittere: vt marito vxor ab inteſtato fiſco excluſo ex conſtitutione illa Impp. ſuccedat, 11 quamuis aliam & nouam conſtitutionem Imperialem receperit. 12 per quam ſuccurritur egeſtati vxoris, quoad certam portionem in bonis defuncti mariti diuitis & opulenti, quemadmodum ex alio prædictę curiæ arreſto, cuius mentionem ſuperius fecimus, abundè cognoſci poteſt. Si autem quis prætendere vellet arreſtum illud potius fundatum fuiſſe indignitate vxoris, vt propterea relicta mariti bona regi applicanda fuerint, quam quod illa nullis aliis cognatis exiſtentibus ab inteſtato ſuccedere haud poſſet: tum breuiter reſpōdebitur, quòd eo caſu curia proculdubio ordinaſſet, quòd prætenſa illa ingratitudo plenius deduci deberet, ſicque eam potiſſimum ſe conſiderare declaraſſet. Deinde etiam ab antiquioribus parlamenti ſenatoribus accepimus illud in prædicto arreſto eo potiſſimum reſpexiſſe, quòd dicta conſtitutio in Francia abrogata ſit, iuxta alia præiudicia tam noſtri parlamenti quàm aliarum ſupremarum Franciæ curiarum.

ADDITIONES.

1 *l.1.Cod.vnde vir & vx.* 2 Baquet *des droicts du Domaine de la Cour de France, quatrieſme partie du droict d'aubaine chap.*33. 3 *l.2.Cod.de perit.bon.ſublat.libro* 10. 4 *l.vitrico,l.affinitatis. Cod. com. de ſucceſſ.* 5 Boërius *ad conſuetud.Bituricēſ §. quinto, de teſtament.* 6 *tit. de ſucceſſ.legit.arreſt.* 10. 7 *in capit. vir & vxor.an inuicem ſuccedant in Gallia,* 8 *l. 1.Cod.vnde vir & vx.* 9 *l.final.Cod.de legit.her. in Cod.Theod.* 10 Albinagij autem ius tum propriè locum habet, quādo peregrinus decedit, cuius hereditas ad fiſcum regium pertinere dicitur. Indéque Albinagij ius nomen ſuum ſortitum fuit, quod extraneus forenſis ſeu alienigena, qui in regno Francorum natus non fuit, iis

Albinus, id eſt, alibi natus dicatur. Nicol. Boer. *deciſ. 13. n. 17.* Albini igitur ſeu alienigenæ in regno Franciæ viuentes non poſſunt domicilium ibidem (quocunque tempore manſerint) contrahere, nec beneficia in eodem obtinere, nec de acquiſitis diſponere, niſi permiſſionem & licentiam regis, ſeu literas naturalitatis, vt vocāt, prius obtinuerint, Guilh. Bened. *in repet. c. Raynut.* In aliis quoque locis plurimis hoc Albinagij ſeu applicationis ius obſeruari teſtatur Bodinus *de Republ. lib. 1. c. 6. n. 62. & ſeq.* Aduerſum tamen illud eſt diſpoſitioni D. Friderici *in auth. omnes peregrini, C. comm. de ſucceſſ.* atque id etiam in quibuſdam Galliæ tractibus, veluti Thol. & Burdeg. haud exerceri teſtatur Boer. *alleg. deciſ. 13. n. 19.* vbi Burdegal. ciuitati ſingulare priuilegium eo nomine à Ludouico XI. Galliarum rege, conceſſum fuiſſe tradit. Illud verius & humanius videtur, quod prædictum ius exerceri non debeat, ſi prędefunctus liberos reliquerit. Sic etiam priuilegia, cōſuetudines & ſtatuta, quorū vigore ius detrahendæ vel deducendæ certę portionis de hereditatib. legatis & fideicommiſſis, &c. quæ peregrinis vel exteris obueniunt, plurimis in locis magiſtratus vſurpant approbatorium quidem calculum in nouellis imperij conſtitutionibus reperiunt, *Reiſchs Abſchied*, de Anno 94. §. *vnd ſo viel die vngleiche Meinungen* 98. ſed æquitati maximè conueniens, vt ea non obtineant, ſi ad parentum liberi vel liberorum hereditatem parentes vocētur VVaremund. de Ehremberg *in veriſim. theol. iurid. & polit. pag.* 87 *numer.* 58. Andr. Rauchb. *lib. 1. quæſt. 15. num* 15. qui *ſub fin. qu.* tam ſcabinos Lipſienſes, quam VVitebergenſis iudicij curialis aſſeſſores, ſæpe ſecundum hanc ſententiam pronunciaſſe teſtatur, contra Bartholum *in l. vnic. num. Cod. de imponend. lucrat. deſcript.* Alexandrum *in l in ſuis, 11. numer. 5. & ſeq. de lib. & poſt. her. inſtit.* Atque prædicta ſententia fundamentum quoque in iure communi habere videtur, quo quartam de facultatibus curialium fati munus implentium (quam à curia iure optimo alias peti poſſe Impp. Theodoſ. & Valenti. *in l. 1. Cod. quando & quibus quart. pars deb.* reſcribunt) liberi curiales præſtare non tenentur, ſed ab onere illo immunes ſunt, *l. 2. Cod. eod.* cùm à perſonis tam neceſſariis & coniunctis naturale debitum meritò ſibi inuicem abſque vlla grauaminis acceſſione perſoluendum ſit, *d. l. vnic. Cod. de impon. lucrat. deſcript.* Sic etiam ſingulare illud & ampliſſimum sereniſſimo electori Palatino, quoad ſucceſſiones nothorum atque propriorum hominum à Cæſarea maieſt. te conceſſum priuilegium non adeò exorbitans eſt, vt liberos eorundem à patris & auitis hereditatibus ſummoueat *Churfurſtl. Pfaltz Landts Ordinung. titul. 8. ibi, vvo ſie ohn Leibs Erben* A D. 11 *l. 1. Cod. vnde vir & vx.* 12 *auth. preterea, Cod. eod.*

DECISIO II.

ARGVMENTVM.

Viduæ dotem repetenti heres defuncti mariti adulterium cuius accuſata & cōuicta illa fuit, obiicere poteſt.

SVMMARIA.

1 *Vxor à marito adulterij accuſata & conuicta dotem & dotalitium perdit.*
2 *Heres defuncti mariti viduæ dotem repetenti adulterium obiicere nequit, ſi eius à viuo marito accuſata & conuicta non fuerit.*
3 *Quando autem mulier à marito criminis illius accuſata & conuicta fuit, vel etiam pendente accuſatione maritus deceſſit, talis exceptio adulterij heredi omnino competit.*
4 *Mulier item eiuſmodi, poſtquam conuicta fuit, priuatur omnibus emolumentis quæ ex defuncti mariti bonis habere potuiſſet.*
5 *Notatur defectus commentariorum, qui ex prouincia iuris ſcripti docto & induſtrio cuidam Pariſienſi tranſmiſſi fuerunt.*
6 *Declaratum fuit, haud audiendos eſſe heredes, qui inſtar exceptionis viduæ adulterium viuo adhuc marito, & poſt eius obitum commiſſum obiicientes quo ad illud inquiri & informationes fieri petierant.*
7 *Reconciliatio inter virum & vxorem in Francia permittitur & toleratur.*

ICtus Paulus † quodam in loco de herede mariti loquens reſpondit, 1 *heredi mariti, licet in ſolidum condemnetur, compēſationes tamē, quæ ad pecuniariam cauſam reſpiciūt, pderūt, vt hoc minus ſit obligatus, veluti ob res donatas, & amotas, & impenſas, morū verò coërcitionē nō habet.* Ex quibus vltimis ICti verbis DD. cōmuniter inferunt, quod licet mulier adulterij † accuſata & conuicta dotem & doarium 2

ſuum perdat: tamen illud non obſeruetur, ſi poſt obitum mariti vitam minus honeſtam & pudicam egerit. 2 Quamuis enim
3 eadem etiam eo caſu, quo poſt obitum † mariti vidua impudicè viuit, ratio ſubeſſe, & primum matrimonium adhuc durare, 3 atque ideò ipſemet defunctus maritus, eiúſque propinqui nefario viduæ facto lædi cenſeantur, 4 ſicque ipſemet Accurſius 5 ſenſiſſe videatur, dum quoad indignitatem viduæ exemplum heredis allegat, qui poſt obitum mariti rem cum illa habuit: tamen diſpoſitio iuris communis, qua tales pœnæ continentur de mulieribus in matrimonio viuentibus loquitur, atque ideò ad alios caſus, ſeu pœnalis & odioſa porrigi & extendi nequit. 6 quemadmodum amplè & copioſè Dn.Boerius *in deciſionibus ſuis* diſſerit, 7 qui conformia arreſta parlamēti Burdegalenſis allegat, quorum etiam mentio à Papone fit, 8 quæque nituntur doctrina Alexādri, 9 qui pro ea confirmanda textum feudalem 10 adducit atque ex eo à contrario ſenſu infert, quemadmodum hoc argumentum regulariter in iure firmum & validum eſt, 11 quamuis textus ſuperius allegatus ex *libro 7. Pauli ad Sabinum* depromptus ipſemet per ſe ſatis clarus ſit, atque Impp.alibi reſcripſerint, de moribus actionē vltra perſonam extendi non poſſe, vt ideò ad alias gloſſas & interpretationes Doctorum atq; commētarios iuris recurri haud oporteat. Quæ tamen omnia de vidua poſt annum luctus ſtuprum committente accipienda ſunt, cùm ſi intra annum delinquat & impudicè viuat, alio ex capite dote & dotalitio illa priuetur. 12 Maius autem dubium eſt, vtrum defuncti mariti heres viduæ dotis reſtitutionem petenti ſaltem per modum exceptionis adulterium viuo marito commiſſo opponere queat? Et quidem communiter reſpondetur negatiuè, ſi ipſemet maritus viuus de eo conqueſtus non fuerit; ſicque antedicta verba Pauli intelligit 13 quando maritus ſub ſilentio tranſiuit, aut potius (vt cum Iuriſconſulto ipſo agamus) conqueſtus non fuerit, eo quòd tunc parcendum mulieri videatur, etiamſi vt quidam exiſtimauerunt. 14 maritus ignoraſſe adulterium proponatur, tanquam hoc remedio (vt ipſi aiunt) tendente ad meram vindictam, & ſic ad heredem non tranſitorio, ex quo non eſt facta conteſtatio. 15 Nonnulli tamen contrarium defendūt atque heredi accuſationem adulterij permittunt, ſi maritus ſubitò deceſſerit, & iuſtum de crimine iſto conquerendi tempus non habuerit, quemadmodum Ioannes Campezius tradit, 16 qui ſępius à Dn.Boërio *in ſuis deciſionibus* 17 allegatur. Quicquid verò ſit, communis & generalis DD.reſolutio eſt, quod viduæ dotem repetenti heredes mariti obiicere queant exceptionem adulterij, quod viuo illa marito commiſit, & cuius nomine accuſata & conuicta fuit. 18 Idémque eſt, ſi maritus eam accuſare cœperit, ſed iudicio nondum finito deceſſerit. Atque ſic ſæpius à curia Tholoſana iudicari vidimus in fauorem defuncti mariti heredum tam in claſſe inquiſitionum quàm in Camera Tornellę, non ſolum quoad dotem eiúſque augmentum, ſed etiam quoad cætera emolumenta omnia, † quæ à marito illo prouenerunt, 4
ipſis etiam legatis non exceptis, ſi quædam à marito relicta fuerint in teſtamento ſuo alias non reuocato, ante commiſſum adulterium, eius accuſationē, querelam & perſecutionem à marito inſtitutā. Sicque intelligimus arreſtū, quod eo nomine à dicta curia XXII. Maij Ann.M.D.L. prolatū fuit, atque à Charōda *in ſuis reſponſis* refertur 19 cui non immeritò commētarij, qui ei transmiſſi fuerunt, ſuſpecti videntur, cùm quædam in iis abundare, nonnulla verò deficere, ſicque anomalos eos deprehenderit, atque etiam in ſpecie quoad prædictum arreſtum cū in iis præſupponatur ampliſſima legata, quorū ibidē mentio fit, poſtea & durante accuſatione ac perſecutione criminali contra vxorē ob adulterium inſtituta relicta fuiſſe. Legata ſiquidē illa adeò ampla vxori iam accuſatæ, ſed nōdum conuictæ vel cōdemnatæ relictæ, reductionem in gratiam vel reconciliationē atque pleniſſimam delicti abolitionē operari cēſentur, adeò vt cœpta accuſatio planè deſerta atq; ita extincta eſſe videatur, vt ex eadē poſtea accuſandi ius nō ſuperſit. 20 Eſt.n.conceſſum marito, vt vxori adulterę, quam accuſauit, condonet, eámque in gratiam recipiat. Atque quod hoc facere velit, animum ſuum declarare poteſt, etiam tum, quando iudicio ferè ad finem perducto, nihil amplius, quàm ſententia cōdemnatoria expectatur, 21 quemadmodum arreſto dictæ curiæ iudicatum fuiſſe Papon teſtatur, atque latè Boërius *in ſuis deciſionibus* 22 refert. Prædicta autem declaratio tam verbis quàm factis fieri poteſt. Inter quæ facta non immeritò & hoc refertur, quando maritus accuſatam vxorē tanto honore affecit, atque ampla ei legata reliquit. Ea enim non ſine cauſa obuenire, ſed ob meritum aliquod accedere cēſentur.

Si verò

Si verò ad priſtinam vitæ turpitudinem eiuſmodi mulier redierit,pœnitentia mariti ex contraria voluntate inducetur. Præterea etiam in commentariis arreſti illius notatum fuit, quod tutores heredum defuncti mariti cauſam reaſſumentes in lite, atque ſic accuſationem à defuncto marito inſtitutam proſecuti fuerint. Vnde conijci poteſt per idem arreſtum inſtar præambuli cuiuſdam prius iudicatum & declaratum fuiſſe,quod vidua adulterij,cuius accuſabatur, conuicta & per conſequens dote, augmento atque prædictis legatis priuata fuerit. Ex quibus ſatis defectus commentario-
5 rum † illorum & incertitudo facti in iis comprehenſi apparet. Nam ſi res ita ſe habet,quemadmodum neceſſariò præſupponi oportet, quod in cauſa illa criminali ab heredibus defuncti mariti prædicto modo reaſſumta vidua condemnata fuerit non obſtantibus legatis,quæ ei poſt accuſationẽ & perſecutionem criminalem à marito relicta fuerant;tum neceſſariò inferri oportet aliam quandam circumſtantiam interueniſſe, quæ impedierit effectum reconciliationis,quam vidua alias prætendere poterat, quemadmodum minimè dubitamus. At ſi generaliter dicatur,quod prædicto arreſto in tali facti ſpecie,qualis in commentariis illis ſimpliciter narratur in fauorem heredum defuncti mariti mulier, quæ ab eo viuo adulterij accuſata fuerat, dote atq; aliis emolumentis à marito illo prouenientibus priuata, neque conſideratum fuerit, accuſationem poſtea interruptam & mulieri ampla legata, quæ non ſine cauſa obueniunt,ſed ob meritum aliquod accedunt, 23 à marito relicta fuiſſe;tum priuatio tanti momenti eſſet, vt verè ſingularis in ſua ſpecie dici poſſet, & de qua ex hypomnematibus ipſius curiæ vel aliunde certiores reddi admodũ deſideraremus. Porrò quod *in eodem loco* Charondas vlterius tradit,atque arreſto ſupremæ curiæ Pariſienſis cõfirmat heredes defuncti mariti, qui viuus conqueſtus non fuit exceptionem adulterij viduę dotem,donationes atque liberalitates à marito factas petenti per modum exceptionis obiicere poſſe,illud tum demũ cõcedimus atque iis,qui ita docuerũt hocque iuſtũ & rationabile eſſe tradiderũt,aſſẽtimur, cæteráque, quæ prædictus auctor tradit procedere poſſe exiſtimamus,ſi prędicta circumſtantia legatorum, quæ maritus poſt commiſſam & ſibi cognitam culpam reliquit,non interuenerit. Alias enim in eiuſmodi caſu quoad nos hic terminus hęret,donec liqueat;pręſertim cũ idem auctor *in eodẽ capite* & poſt enarrationẽ prędictorũ arreſtorum de alia facti ſpecie diſſerat, in qua à curia Pariſienſi per aliud arreſtum 9. Maij, an. 1585. (de quo etiam Dn. Annæus Robertus 24 eruditè admodum in vtramq; partem diſſerit) iudicatum fuit, heredẽ defuncti † mariti non admittendum eſſe,vt adulterium tam conſtante matrimonio quam in viduitate commiſſum ciuiliter & per modum exceptionis obijceret; neq; etiam eo modo cædem defuncti, tanquam atrox crimen proponeret, ſed haud aliter quàm extra ordinem & inſtituta accuſatione tanti criminis, ſeu cædis vindictam perſequi poſſet. Atque adijcit, prædictus auctor ſibi videri, quod inter circumſtantias & ſpeciales conſiderationes,quæ curiam ad diſtinctionem inter hæc duo crimina adulterium & homicidium in arreſto illo faciendã commouerint, præcipua & potiſſima fuerit, quod in Francia reconciliatio † inter maritum & vxorem 7
adulterij accuſatã permiſſa ſit & toleretur. & per conſequens donatio à marito poſtea vxori facta valeat, 25 vt ab herede propter adulterij cauſam reuocari non poſſit,cùm crimen illud per factam donationem maritus remiſiſſe cenſeatur,niſi poſtea ob cædem in mariti perſona commiſſam talis mulier indigna reddatur. 26 Atrocitas enim homicidij illius fecit, vt nõ obſtante priori remiſſione curia heredi permiſerit, vt inſtituta iuxta formam regiarum conſtitutionum accuſatione tanti criminis vindictam perſequi poſſet. 27 Hæcque ex prædicto auctore ideò afferre voluimus,vt quodammodo appareret, an quædam inter tales donationes & ampla legata modo ſuperius allegato relicta differentia eſſet. 28 Atque ex his etiã prudentiores interim de dubio à nobis moto facilè iudicare poterunt, donec id, quemadmodum optamus,apertius aliquãdo reſoluatur.

ADDITIONES.

1 *l.rei iudicatæ.*§.1.*ſol.matr.* 2 *l.conſenſu.C.de repud.l.Lucius,& l.cum mulier. ſol.matr.*gl.*in cap.plerúmque de donat. int. v.ir.& vxor.*Quo etiam facit,quod adulterium cum ſola nupta committatur *l.6.*§.1. *l.34. in fin. ad legem Iuliam. de adulter. l. 7.C.eod.*§.2.*Inſt.de publ.iud.l.*101.*de V.S.*ſicque mulier poſt obitum viri lubricè viuẽs adultera dici nequeat. Etſi enim Canoniſtæ adulterium etiam eſſe putant, ſi coniugatus cum ſoluta rem habeat *argum. c.* 1. *diſt.*34.*& c.nemo.*32.*diſt.*4.tamen eorum opinio haud conueniens eſt veræ adulterij

definitioni, qua nihil aliud eſſe illud dicitur, quam alienæ matrisfamilias corruptio. *arg. l. fugitiuus 225. de V. S.* Heig. *part. 2. qu. 29. nu. 5.* Adulterium itaque illud etiam dici haud poteſt, quando coniugatus rem habet cum meretrice, quæ paſſim ſe proſtituere ſolet. *arg. l. 19 C. ad leg. Iul. de adult.* Anton. Cappyc. *dec. 44. nu. 44.* Heig. *part. 2. q. 29. num. 30.* Nam aliter adulterium verè committi nequit, quàm ſi alterius thorus accedatur & violetur. Salicet. *in l. 1. n. 2. C. de adulter.* Socin. *conſ. 148. num. 3. vol. 1.* Clar. *in prax. crimin. §. adult. n. 2.* Surd. *deciſ 249. n. 21.* Hardevvig à Daſſel *conſ. 21. n. 2.* Atque tũ capitale crimen eſt, & ordinariè pœna gladij puniri ſolet. Quando autẽ capitale eſſe cœperit inter interpretes haud conuenit. Verior tamen eorum videtur eſſe opinio, qui DD. Conſtantij & Conſtantis tẽpore hoc factũ fuiſſe exiſtimãt, Heig. *d. q. n. 65. arg. l. 2. C. Theod. de indulg. re. l. 4. C. Theod. quor. appell. non recip.* A Iuſtiniano verò capitalis hæc pœna, quoad fœminas poſtea mutata, atque ſancitum fuit, vt eæ virgis cęſæ & in monaſterium detruſæ pœnitentiam agere debeant, *auth. ſed hodie. C. ad leg. Iul. de adulter. Nouel. 134. §. ſi verò*, cum tamen ſemper fœminarum reſpectu turpius & magis deteſtandum eſſe hoc crimẽ creditũ fuerit. Atque ſic olim viro quidem vxorem in adulterio deprehenſam impunè necare permiſſum erat, vxori verò econtra maritum adulterantẽ ne digito quidem contingere concedebatur, vt inquit Montanus *de tutel. c. 15. n. 125.* Cæterũ in quibuſdã locis ordinaria adulterij pœna dictatur, non ſolum quando coniugatur cum cõiugata, ſed etiã quando cũ ſoluta rẽ habuit. Nã vtroq; caſu adulter gladio puniri, ſoluta verò virgis cæſa in perpetuũ relegari debet. Quod peculiari conſtitutione in ditionibus ſuis sereniſſimus elector Auguſtus ſanxit & cõfirmauit. *Conſt. elect. 19. part. 4.* De eo autẽ adhuc dubitatũ fuit, an etiã in Sax. ditionibus gladio puniri deberet cõiugata, quæ cũ ſoluto rẽ habuit atq; adulteriũ cõmiſit. Negatiua opinio verior viſa fuit Dn. Virgil. Pingizer. *qu. Saxonic. 45 per tot.* vbi etiã ſub *fin. quæſt.* Dominos DD. Lipſienſes ita ſentire teſtatur. Cùm enim tam de ciuili nouiſſimo, quàm de Saxonico iure adultera gladij pœna affici nequeat, hancque ciuilis & Saxonici iuris ſanctionem conſtitutio prouincialis ita ſaltem correxerit atque immutauerit, vt mulier viro nupta cum alterius mulieris marito adulterium committens, atque ipſe maritus etiam cum ſoluta rem habẽs gladio puniri debeat; ideò haud conuenit conſtitutionem hanc iuris communis quoad duos caſus correctoriam ad tertium quoque extẽdi atque pœnam gladij dictari mulieri, quæ cum mare ſoluto rem habuit: ſi quidem hæc ſtrictè accipi neque ad caſum non expreſſum extendi debet, *argument. l. præcipimus, Co. de appellat. capit. cùm expediat, de elect. in 6.* 3 *l. fin. Cod. de bon. matern.* 4 ex doctrina Bartoli in *l. penult. Cod. de adult.* 5 *in l. ſororem Cod. de his, quib. vt indign.* & ibi Paul. de Caſtro 6 *l. final. Cod. de interd. matrim. c. in pœnis, de R. I. libro 6.* 7 *quæſt. 338.* 8 *tit. de adult. & fornicat. arreſt. 16.* 9 *in d. l. ſororem,* 10 *in cap. 2. de feud. ſine culpa non amitt.* ibi, *domino viuente.* 11 *l. 1. §. huius rei, de offic. eius, cui mandat. eſt iuriſd.* 12. *in l. 1. Cod. de ſecund. nupt.* DD. *in d. l. ſororem,* & plenè Ioannes de Garonibus *in d. l. 1. nu. 13. & numero 57.* 13 *in l. 1. in fin. ad Syllan. argum. l. omnimodo, verſic. nam ſi nullam, Cod. de inoffic. teſt.* 14 *in d. §. 1. l. rei iudicatæ, ſol. matr.* Imola & Paulus *ibidem* 15 ex theoria gloſſæ *in l. cùm emancipati, §. emancipatus, de collat. bon. l. pro herede, §. fin. ibi gl. vlt. de acquir. her.* 16 *tract. de dote, part. 3. quæſt. 226. 227. 228.* 17 *d. qu. 338.* 18 Guido Papæ *ſingulari. 850.* notat. *in l. ea quæ, Cod de reſtitut. mulit.* 19 *libr. 7. capit. 134.* 20 *argu. l. ſi vxor, § ſed etſi qua, ad l. Iul. de adult.* 21 *l. quæſitum, in fin. eodem titul.* Etſi enim olim de adulterio non tranſigere neque marito adulteram ſine probro & lenocinij crimine retinere licitum erat, DD. *in l. tranſigere. Cod. de tranſact.* attamen hodie non modò tranſactio de adulterio impunè fieri. Clarus *in §. final. q. 58. n. 11.* Soaretz *in theſaur. com. opinion. verb. adulterium, num. 90. & sequ.* ſed etiam adulterij rea aut damnata retineri, reduci, atque eidem ignoſci à marito propter ſexus infirmitatem & liberos communes poteſt, Heig. *part. 2. qu. 29. num. 79. & seqq.* Tollitur item remiſſione ordinaria adulterij pœna, adeò vt ſi maritus pro vxore adultera vel vxor pro marito adultero intercedens delictũ illi condonet atq; deinceps ſe cohabitaturam promittat, tum pœna mortis remitti, atque reus perpetuo exilio in ditionibus Saxonicis multari ſoleat. *d. conſt. elector. 19. part. 4.* Verum coniugem innocentem ſequi reum in exilium miſſum, pro quo interceſſit, oportet, ita tamen vt coniunx innocens negotiandi cauſa, vel ſi quid aliud expediendum habet, in ditiones Saxonicas reuerti, & tantiſper illic verſari non prohibeatur, Daniel. Moller. *ad d. conſt. n. 4.* In illo etiam

adul-

adulterio prædicto condonatio & remiſſio ſaltem locum habet, quod vel maritus cũ ſoluta vel vxor cũ ſoluto cõmiſit, non verò in iſto, quo marit⁹ cũ alteri⁹ vxore ſe commiſcet, *l. conſt.* 19. Is item, cui ſemel adulterij pœna remiſſa fuit, ſi in idẽ poſtea crimen recidat, ad interceſſionem coniugis iteratã ab ordinaria l. Iuliæ pœna amplius abſolui nequit, Dan. Moll. *ad d. cõſt. c. lect. n. 9.* Dn. Pingizer *d. quæſt. 57. nu. 5.* AD. 22 Sub. *tit. de adult. & fornic. arreſt. 12.* 23 *quæſtion. 298.* 24 *l. quod ſi iterum, de adim. legat.* 25 *l. ſi fideicommiſſum*, & ibi gloſſ. *de fideicommiſſ.* 26 *l. nec adiecit, pro ſoc.* 27 1. *rer. iud. c. 14.* 28 *argument. l. final. Cod. de reuoc. donat. l. cùm hic ſtatus, de donat. int. vir. & vxor.*

DECISIO III.

ARGVMENTVM.

Partus vndecimeſtris pro legitimo haberi nequit.

SVMMARIA.

1 *Hypotheſis mira & ſingularis.*
2 *Doctrina excellentiſſimorum & peritiſſimorum medicorum quoad partum mulierum naturalem & ordinarium.*
3 *Vndecimo menſe nati non poſſunt eſſe legitimi, ſiue ſub initium, ſiue ſub finem menſis naſcantur.*
4 *Ariſtoteles & Homerus, quoad articulum hunc explicantur.*
5 *Decretum Adriani Imperatoris abrogatum fuit tempore ipſius auctoris, qui illud allegauit.*
6 *Opinio Ferrieri, qui ſuo tempore medicus Tholoſæ admodum excellens fuit, contra prætorem quendam Romanum, quoad terminum partus.*
7 *Quouſque decimus menſis lunaris progrediatur.*
8 *Iuſtinianus malè reprehenditur à quibuſdam, qui rationes & auctoritates, quas allegant, ipſimet non ſatis intelligunt, & explicatur conſtitutio eiuſdem Iuſtiniani.*
9 *Curia Tholoſana iudicauit contra eum, qui poſt decimum menſem completum natus fuit. Qui menſes non tam à tempore obitus mariti, quàm à die morbi, quod ad generandum inhabilis ille redditus fuit, computantur.*
10 *Exemplum viduæ, quæ decimo quarto demum menſe poſt obitum mariti peperit admodum ſingulare & par adoxum.*
11 *Verſus Auſonij quoad legitimum partus tempus.*

CÆTERIS *animantibus* (inquit † 1
Plinius *in naturali ſua hiſtoria*) *ſtatutum & pariendi & partus egerendi tempus eſt: homo toto anno & incerto gignitur ſpacio, alius ſeptimo menſe, alius octauo, & vſque ad initia decimi vndecimique.* Hactenus Plinius, qui etiam ſub finem capitis, poſtquam ex Maſurio L. Papyrij prætoris ſententiam adduxit, tandẽ concludit, quod nullum certum tempus pariendi ſtatutum videatur.

Quæ (ſi ita ſe habent, quemadmodum enũciãtur) nõ modò omne dubiũ, ſed etiã omnẽ admirãdi occaſionẽ ſũmouere poterunt quoad illud, quod ſuperius veluti in tranſcurſu ex eruditiſſimi cuiuſdam ICti noſtri temporis ſcriptis attigimus, qui tradidit 2 ſe audiuiſſe apud Pariſienſes arbitrio doctiſſimorum aduocatorum admiſſam fuiſſe viduam (ſcilicet contra heredes defuncti mariti, aut ſecundos, aut aliter lege agentes) quæ XIV. menſe peperiſſet, *Eo autem vno hi omnes*, (ait ille) *mouebãtur, quod vidua apud heredes defuncti mariti vixiſſet perpetuò, diligenter aſſeruata nũquã à latere diſcedẽs eorũ vxorũ, heredibus nihil præterea eius honori ac pudicitiæ obiicientibus, quin de ſolemni ac perpetuo eius luctu ob mariti mortem teſtantibus.* Ex quo inferri poſſet mulieres per ordinẽ naturæ aut potius ob accidẽtia affectiones & paſſiones corporis præter illas, quas morbos appellamus, differre poſſe partum vſque ad 14. menſem, vel etiam, ſi facti quędam ſpecies iiſdem aut grauioribus circumſtantiis probè munita occurreret, vlterius: cùm tamen Hippocrates atque peritiores
† & excellentiores, qui eũ ſequuntur, me- 2
dici tradant: partum naturalem & legitimum ſeptimo nono, & decimo menſe edi, & quidẽ menſibus lunaribus, ita vt triginta aut viginti nouem dies menſem cõſtituãt, & numeri quadragenarij ratio habeatur: ideò vt quinto quadragenario non quidẽ ſtatim, ſed poſt ce teſimumoctuageſimũ ſecundi die (de quo Vlpianus 3 ex auctoritate Hippocr. *quodam in loco* loquitur) ſeptimeſtres: & ſeptimo quadragenario nouimeſtres naſcantur, cùm ſeptimus quadragenarius ſaltem nouem menſes &

ADDITIONES.

1 *Libr. 7. cap. 5.* 2 Dionyſius Gothofredus *in commentar. ad Nou. 39. §. final. in fin.*

partem quandam decimi ſequentis contineat. Vnde colligitur vndecimo † menſe
3 natos, qui vndecimeſtres vocantur, non poſſe legitimè naſci neque ſub initium neque ſub finem menſis eo quod extra ſeptimum illum quadragenarium naſcantur. Nec obſtat illud, quod ſupra ex Plinio adductum fuit, vel etiam ex Accurſij gloſſa 4 allegari poteſt. Ipſemet enim Accurſius
4 † *alio in loco* 5 expreſsè tradidit, nullum partum pro legitimo haberi poſſe, quàm qui ſeptimo, nono aut decimo menſe editus fuerit. Haud item aduerſatur Ariſtotelis auctoritas, quam quidam ex antiquioribus 6 allegat. Ariſtoteles enim vndecimeſtrem partum haud approbat, ſed ſaltē dicit nonnullos, etiamſi legitimi ſint, vndecimum menſem attingere; non verò eundem vel vllum eius momentum ingredi.

Ad illud autem, quod ex Homero affertur, vbi Neptunus nympham ſuam alloquitur, eiq; præmiſſa ſalute ſignificat, quod poſt anni terminū ſobolem editura ſit, variè quoque reſponderi poteſt. Primò enim tritum eſt, quod pictoribus atque poetis quælibet audiendi æqua ſemper poteſtas fuerit. Deinde etiam cùm Homerus natione Aeolicus fuerit, veroſimile eſt eum de anno Aeolio locutum fuiſſe, qui ſaltem decem menſes continebat, cùm Ianuarius & Februarius nondum adiecti eſſent. Decretum quoque Adriani Imperatoris,
5 † quamuis opinionibus antiquiorum philoſophorum & medicorū fundatū dicatur: tamen abrogatum iam fuit tempore ipſius auctoris, 7 qui illud allegat, neque vlla eius in iure ciuili expreſſa & determinata mentio ſit. Atque quod partem duodecimeſtrem attinet, cuius exemplum hiſtoria Romana ſuppeditat quoad Corneliā Gracchorum matrem, quæ primogenitum ſuū duodecimo menſe peperit: omnino conſiderari oportet, quod illud viuente & præſente marito contigerit, fallique mulieres ſæpiſſimè in numerando partum, propterea, quod concipere ſe putant tantummodo finientibus menſtruis, cùm tamen multæ concipiant eo ferè momento, quo inci-
6 piunt fluere menſes, † quemadmodum ex ore atque manuſcriptis defuncti domini Ferrieri medici Tholoſani ſuo tempore præſtantiſſimi percepimus, qui etiam contra illud, quod Maſurius 8 dicit, (nempe Lucium Papyrium prætorem arreſto ſuo cōdemnaſſe ſubſtitutum aut alium ſucceſſorem, cùm mater aſſereret ſe poſt obitum teſtatoris poſthumum heredem inſtitutū per tredecim menſes in vtero geſtaſſe & quidem eo ex fundamento condemnaſſe, quod nullum ſtatum pariendi tempus ſit) reſpondere in familiaribus ſuis diſſertationibus ſolebat, incertum fuiſſe, quid poſtea contigerit, cùm maxima ſuſpicio ſit, quod prætor à vidua vel eius propinquis & amicis corruptus fuerit, aut ipſemet etiam aliud quippiam, quam auctoritatem ſuam adhibuerit, ſicque ius in propria cauſa dixerit, cū poſthumi pater naturalis ex furtiuo fortaſſis cōcubitu fuerit. Cui nonnūquam regerebamus, quod hæ ſaltem cōiecturæ & ſuſpiciones ſiniſtræ eſſent, quæ in nullam præſumptionem, ſiue iuris, ſiue de iure cadere poſſent, atque ideò attendi non deberent. At ipſe replicabat quicquid etiā eſſet, conſtare friuolis rationibus vel potius technis vſum prætorem non ſolum ad excuſandam tam longam geſtationem, ſed etiam ad remunerādam & ſucceſſione donandam; cùm quia crediderat matri in iudicio dicenti ſe tuliſſe XIII. menſibus contra omnem naturæ conſuetudinem & præterea contra omnes iuris formulas viduæ reæ dicenti & affirmanti abſque alia cauſæ cognitione fidem adhibuerat, præſertim in iudicio: tum quod idem ipſe addiderat (vt arreſtum cōtra vulgatum morem cauſam ſuam proderet) quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur. Qua ratione excuſare potuiſſet, quemadmodum veroſimiliter colligi & inferri poteſt, etiam eas, quæ vigeſimo aut alteriori menſe peperiſſet. Quod tamen res admodum ridicula eſſet. Cæterum nos pro prætore præſumentes tum ob eius integritatem tum ob debitum & ſolemnem proceſſum conſiſtentem præcipuè in exacta cauſæ cognitione, atque dictam rationem habētes pro ta, non quam prætor arreſto ſuo adiecerit, ſed ipſemet auctor, qui arreſtum illud allegat, appoſuerit, ſemper exiſtimauimus in textibus dicti auctoris atque in aliis, qui illos referunt, errorem contineri notabilem in numero menſium commiſſum (quod quidem ob notas, quæ in ſcribendo adhibebantur, facilè fieri potuit,) & pro XIII. menſibus legendum eſſe decem menſibus, quemadmodum doctè & cum magno iudicio

Additiones.

4 *in d. Nou. 39. in l. Gallus, de liber. & poſthum.* 5 *in l. ſeptimo menſe, de ſtat. homin.* 6 Varro *in ſatyra*, quę inſcribitur *teſtamentum*, 7 A. Gellius 3. *noct. Attic.* 16. 8 ex Plinio *d. c. 5. in fin.* & Gellio *vbi ſupra.*

dicio pro more ſuo Dn. Cuiacius 9 ita corrigit. Multo magis igitur corrigendi ſunt illi libri, in quibus 16. menſibus legitur 10 Alias enim tres adhuc menſes accederent, errórque multiplicaretur contra omnem ordinem naturæ, Pythagoricas, Aſtrologicas & Phyſicas rationes quoad iuſtum & legitimum partus tempus, quod ad ſummum excedere decimum menſem nequit. Nam quamuis ſcriptum reperiatur decemuiros partum legitimum eſſe menſe decimo voluiſſe, 11 eaque ratione Tertullianus *quodam in loco* dixerit, 12 legitimam natiuitatem decimi menſis fermè ingreſſum eſſe: tamen à dicto domino Ferrier (qui noſter magnus & familiaris amicus erat, multáque ad ius noſtrum ſpectantia nobis communicauit præſertim tum temporis cum quibuſdã egregiis viris profeſſionis noſtræ 13 reſpõdere vellet, qui eũ arguebant, quod profeſſioni noſtræ ſe immiſcere voluerit) didicimus, quod licet
7 menſis decimus † lunaris, qualem ſemper hic ſubintelligi oportet, poſt finitũ & abſolutum menſem nonum (qui ducenteſimo ſexageſimo quinto die finitur atque ſub ſeptimo quadragenario cõtinetur) ad ducenteſimũ nonageſimum quintũ diẽ perueniat, ſicque quindecim diebus ſeptimum quadragenarium excedat, vtpote qui ducẽtis octuaginta diebus circumſcribitur: nihilominus experientia compertũ ſit, quod nonnullæ ſub finem demum decimi menſis pepererint, vt ideo tã exacta quadragenariorum calculatio fieri non debeat. Hippocrates etiam ipſe confeſſus ſit fœtus quoſdam regi quadragenariis inſuper duobus diebus ſex hebdomadas cõficientibus, qua ratione decimeſtres ad ducentos nonaginta quinque dies perueniunt, & propterea videtur totum decimeſtrem iuſtum & legitimum feciſſe Plautum, dũ compreſſam puellam exacto decimo menſe filiam peperiſſe referebat 14 & quidem rectè filiam, quoniam filiæ tardius & formarẽtur & naſcerentur ſecundum Hippocratem & Ariſtotelem quo fieret (inquiebat idem Ferrier) vt in duodecim tabulis totus decimus menſis admitteretur, quod Virgilium expreſſiſſe contendebat,

Matri longa decem tulerant faſtidia menſes.

Longa, aiebat, faſtidia decem menſium integrorum intelligens, ſic & Ouidium feciſſe dicebat excuſantem Romulum, qui decem menſium annum fecerat, conferentémque decem menſes completos puerperij cum decem menſibus anni Romulæi, eóque etiam referri debere aſſerebat, illud, quod in ſacris literis auctor libri ſapientię habet, quando ſe decem menſibus in vtero matris ſuæ coagulatum ac configuratum fuiſſe teſtatur. Quæ omnia probãt & euincunt decimeſtres ad finem menſis ſui poſſe peruenire etiamſi (iuxta Hippocr. ſentẽtiam) ſeptimum quadragenarium exceſſerint, quoniam interdũ quadragenarij egeãt vno aut altero die ad dirigendũ & gubernandũ fœtum, ſicque ſanè multiplicando quadragenarios ſeptem colligentur ducẽti nonaginta quatuor dies, qui ad finẽ vltimi menſis peruenient. Ex quibus euidenter apparet, quantum errauerint illi, qui ſub prætextu † cuiuſdam admirationis atque 8
malè acipientes auctoritates & rationes, quas allegant atque ſuperius nos examinauimus, reprehendere voluerunt Iuſtin. 15 qui definiuit & declarauit illegitimum eſſe eum filium, quem mater vidua vndecimo menſe poſt obitum mariti pepetit, vt non eſſet poſſibile dicere, quia defuncto fuiſſet partus, neque enim in tantũ tempus conceptionis extenſum eſſe. Quæ verba ſunt, quibus Iuſtinianus in dicta cõſtitutione vtitur, & quæ in effectu breuiter comprehendere videntur veras & inuictas rationes, per quas ſuperius diximus legitimum partum non ſaltem vndecimo mẽſe perfecto, ſed etiam eodem tantum inſtãte aut ineunte naſci non poſſe, & ſi naſcatur per rerum naturam indubitatum eſſe ſobolem non ex priori conſiſtere matrimonio: quemadmodum idem Iuſtinianus in eadem cõſtitutione inſtar generalis cuiuſdam concluſionis ſubiicit. Elucеſcit etiam inde vera & clara iuſtitiæ lux, ad quam inter ſpiſſas tenebras & obſcuras vmbras ſplẽdere videmus arreſtum ſuperius a nobis relatum, concernens mulierem, quæ ad ſecundas nuptias tranſierat poſt vndecim menſis completi. Eadem quoque iuſtitię lux inter pluriniarum nubium caliginem apparet quoad aliud arreſtum à parlamento Tholoſano ad noſtram relationem, in ſecunda claſſe inquiſitionum in ſimili hypo-

ADDITIONES.

9 *in d. Nou. 39. § fin.* 10 Au Pline *d'Alechamp & d. c. 5. adnot.* 10. qui ſemble par ſes annotations dernieres y auoir ieu le meſme, que Cuias. 11 Apud Gell. *lib. 3. c* 16. Victor. *c.* 18. Nonius *ſuper vocab. ſpiſſas.* 12 *lib. de anim.* Ræuard. *c.* 28. *in leges* 12. *tab.* 13 Dn. Cuiacius & Bodinus 14 *in ciſtelar.* 15 Anton. Guibert. Coſta Tholoſ. *in commẽt. de dotibus & earũ iure cap. 6. nu.* 35.

hypotheſi prolatum.

Vidua enim † quædam ſe decimo menſe poſt obitum mariti peperiſſe dixerat, atque cùm filia, quam pepererat, deceſſiſſet, eo nomine ius quoddam in bonis defuncti mariti prætenderat. At contra mariti heredes legitimi obiecerũt partum ſub initiu vndecimi menſis editum, ipſúmque maritum per integrum menſem ante obitum ad generandum inhabilem fuiſſe, cùm ob morbi vehementiam ne mouere quidem vlla ratione multóque minus liberorum procreationi operam dare potuerat. Antequam autem controuerſia illa planè definiretur & dirimeretur iniunctum partibus fuit, vt heredes quidem plenius, ſi ita videretur, factum deducere eiúſque circumſtãtias probare deberent, atque econtra vidua intra legitimũ tẽpus ſe defenderet, vt poſtea relatis illarum ſupplicibus libellis de-
10 finitiuè ius dici poſſet. Quo ipſo curia † noſtra præiudicauit viduam malè fundatã eſſe, non modo quoad petitionẽ prætenſi iuris, ſed etiã quoad ipſũ honorẽ, ſi appareret eam poſt decimum menſem peperiſſe, & quidem computatione facta non à die obitus mariti, ſed ab eo temporis momento, ex quo conſtabat amplius maritum cũ vxore concubuiſſe ea valetudine affectum, vt non ſolũ non generare, ſed nec coniungi cum vxore quidem poſſet, ſicque morbo veluti ſontico impeditum liberorum creationi ſtudere minimè potuiſſe. 16 Atq; ad eiuſmodi maritum, qui in tali ſtatu fuit, ſcitè admodum applicari poteſt illud, quod rex Alaricus præfecto ſuo ſcribebat: *Quid enim adeſſe proderit.* (Hoc enim nos vertere poſſumus: quid enim vixiſſe profuit) *ſi eum contingit defectum viribus inueniri, ſimilis quippe eſt abſenti* (nos dicere hic poſſumus mortuo) *à quo non potuerint imperata* (nos dicemus debita) *compleri.* 17 Quare quemadmodum eiuſmodi accidẽs diuinitus, iuxta Græcã paraphraſin immiſſum etiam inuitis litigatoribus ac iudice diem differt, ne præiudicium fiat ei qui citatus non comparuit: 18. ita quoque idem vera æquitate poſtulante fiet, vt dies, quo eiuſmodi accidens ſuperuenit, atque ad obitum vſque mariti continuatum fuit, cõſideretur, & in computatione decem illorũ menſium potiſſimum attendatur.

Maior enim in hoc caſu poſteriori, quã in priori, ſiue publicam ſiue priuatam vtilitatem ſpectemus, ratio militat: cum eo modo furtiui coitus atque inde exiſtẽs, dignitatis, ſtatuum & integrarum familiarum ruina & deſolatio vitari queant. 19 Tandem quod præiudicium illud attinet quo apud Pariſienſes arbitrio doctiſſimorum aduocatorum ob commendatam vitæ & pudicitiæ integritatem dicitur admiſſam fuiſſe viduam, quæ decimoquarto mẽſe poſt obitum mariti pepererat: nos quidem illud credimus, admiramur & commendamus cum iis circumſtantias, quas notant & exprimunt: ſed reuera etiam nobis videtur centauros in foribus ſtabulare (ſi poetæ illud huc accommodare licet) cùm ſtatim & veluti contra naturam euaneſcant. Quis enim inquiebat Cicero 20 hippocentaurum fuiſſe aut chimeram putatis planè perſpiciet (dicebat idem 21 alibi) inter hippocentaurum, qui nunquã fuerit, & regem Agamemnonẽ nihil intereſſe.

Quare dubitamus & quidem non ſine iuſta ac graui, vt nobis videtur, cauſa, an talia mõſtra ſupremarum curiarum Franciæ, præſertim quæ iure ſcripto vtuntur, palatia vt ibi ſtabulent intrare poſſint, cùm potius ſtatim eijcienda & expellenda videantur. Planè mulieres viuentes conuerſantes & habitantes cum maritis ſuis pro appetitu phantaſiarum, imaginationum & aliorum extraordinariorũ accidentium dicere & aſſerere poſſent, ſe quatuordecim menſibus aut vlterius vterum geſtiſſe, cũ cauſæ & rationes planè diuerſæ ſint, quemadmodum mox in deciſione ſequenti dicemus. Pro colophone autem huius deciſionis (omiſſis iis, quæ de hac materia Plutarchus 22 diſſerit) ſaltem adiiciemus verſus, quamuis imperfectos atque ob temporis iniuriam mutilatos, quos de cauſis & rationibus partus maturi Auſonius conſcripſit, vbi legitimum pariendi tempus minimè vltra decimum menſem extendere, ſed ad nonum reſtringere videtur. Ita enim † ille canit: 23 11

Aſt vbi ſigniferi media in regione cohortes
Septimus accepit limes, rutilantia flammis
Recta caſtra ſitu, tu gentis fœdera partus
Iam plena ſub luce videt, nec ſulgura parci
Luminis intendens, toto fouet igne corona
Hinc illud, quod legitimos 24 Lucina labores
Praeuenit, & grauidos ſentit ſubrepere nixus
Antè expectatum feſtina puerpera votum,
Quod niſi ſepteno, cum lumina fudit ab aſtro

ADDITIONES. *Impu-* 16 *in d.§.fi.d. Nou.3.* 17 *l.filiũ,in fi.de his qui ſunt ſui vel al.iur.* iunct. *l.ſi paterfamilias 1.§.penult.de adopt.l ſi longius, in pr.de iud.* 18 Caſſiodor.*lib.9.epiſt.4.* 19 *l.quæſitũ,de re iud.* 20 *l.1.§.ſed etſi ſeruus,de ventr. inſpic.* 21 *libr. de natur. Deor.* 22 *libr.1. Tuſculan.quæſt.* 23 *de opin.philoſoph.libr.5.cap.18.* 24 *in edyllio 12. inſcripto, ratio puerperi maturi.*

Impulerit 25 *tardi clauſtra obluctātia partus*
Poſterior, nequeat, poſſit prior 26 *an quia ſexto*
Æmulus, octaui conſpectus inutilis aſtri
Neſcit compariles laterum formare figuras
Sed nono incumbens ſigno, cunctantia matrum
Vota leuat trigono viris 27 *ſociante ſequenti*
At ſi difficilis trahit ilia, ſidere rurſum
Tetragono abſoluet dubiarum vincla morarum.

ADDITIONES.

25 Qui ſunt nouem menſes ait ibi Vinetus Sol. 26 Si poſcit, legeretur hic aliquid fortaſſe intelligerem C. ait idem Vinetus, hoc ſenſu, poſcit & poſtulat prior aſpectus, vt poſterior nihil efficere queat. 27 viris pro vires ita fuit in vetuſto libro ait idem Vinetus.

DECISIO IV.

ARGVMENTVM.

Nouellæ mulieres maritos ſuos adhuc habentes duodecimo, vel vlteriori menſe ſe parere exiſtiſtimant: cùm tamen nulla iuxta naturæ ordinem poſt decimum menſem perfectum & abſolutū parere ſoleat.

SVMMARIA.

1 *Cornelia filia Scipionis, vxor Tiberij Gracchi, primogenitum ſuum duodecimo menſe peperiſſe dicitur.*
2 *Magna differētia eſt quoad terminū partus inter mulieres nuptas viuiſque adhuc maritis parientes, atque eas, quæ poſt maritorum obitum in viduitate pariunt.*
3 *Iuſtiniani conſtitutio defenditur & explicatur.*
4 *Explicatio Ferrieri, qua Ariſtotelis dictū interpretatus fuit, defenditur.*

1 TIBERIVS Gracchus † quamuis bis conſul & ſemel cenſor fuerit, atq. bis triumphum egerit: tamen plus dignitatis & gloriæ ex ſola virtute ſua ſibi conciliauit. ob quam dignus habitus fuit, qui Corneliam filiam Scipionis, qui Hannibalem vicit, poſt obitū patris vxorē duceret. Ex ea Tiberius 21. liberos ſuſcepit, eóſque omnes cū eorundem matre poſt obitum ſuperſtites habuit. Atque poſt obitum mariti Cornelia maximam rei familiaris & liberorum curam gerēs vitam adeò honeſtam egit & animi tam magni fuit, vt à quolibet iudicaretur optimè factum fuiſſe, quod Tiberius potius, ob mirū illud præſagium duorum ſerpentum, quos die quopiam in lecto ſuo repererat, deceſſerit, quā talis fœmina. cui viduæ rex Ptolomeus honorem diadematis regalis communicare, eámq. in vxorē ducere volebat: ſed illa iſtum honorem recuſauit. De ea tamen nōnulli hiſtorici Latini referunt. 1 quod primogenitum ſuum filium duodecim mēſibus in vtero geſtauerit, eūque duodecimo demū menſe peperit. At ſuperius veluti in tranſcurſu diximus, quod illud viuo marito, & cùm ſocietas inter coniuges adhuc duraret, contigerit; ſicque haud re ipſa hoc euenerit, neque terminus partus per naturam, eiuſdémque ordinem & conſtitutionem, excedere decimum mēſem potuerit: ſed potius opinio quædam, phantaſia & imaginatio fuerit, quā Cornelia conceperit ob accidentia extraordinaria, quæ nonnullis † mulieribus nuptis durante matrimonio & ſocietate cum maritis euenire ſolent, ob cauſas, quæ minimè referri poſſunt ad viduas, durante viduitate, quemadmodū etiam in deciſione priori diximus. Idque euidenter apparet ex iis, quæ noſtro tempore honeſtiſſimæ cuidam fœminæ nobili acciderūt. Ea enim domino de Cardet nuptā ſe filium duodecimo & filiā decimo ſexto menſe peperiſſe conſtanter aſſerebat. Quam rem admirans vna cum marito, qui hoc reuera ita ſe habere credebat, 24. April. An. 1597. Monsbeliū venit, vt peritiſſimos & excellentiſſimos medicos, qui plerūque ibi reperiri ſolent, conſulerent. Iis itaque fœmina illa expoſuit malam corporis ſui affectionem, cuius cauſas ſcire deſiderabat, atque remedia expetebat magnorum & moleſtorum ſymptomatum, quæ affectionem illam plerumque ſequebantur, nempe vteri geſtatio inſolita, quæ pluribus menſibus excederet tempus, quo aliæ mulieres vterum geſtare ſolent. Cùm enim per octennium, quemadmodum illa dicebat, in matrimonio cum domino Cardet vixiſſet, quater ex eo conceperat, & primis duabus 2

ADDITIO.

1 Chariſius *lib. 1. inſtit. Grammat.* ex Cōtio *ad d. §. fin. d. Nou. 39.*

duabus vicibus nono, tertia duodecimo, quarta ſub finem decimiquinti & initium decimiſexti pepererat, atque iã quinta vice decimo menſe in vtero gerebat. Declarabat item ſymptomata, quę eam vltra inſolitam geſtationem mirè affligerent: népe maxima & enormis nauſea, frequentes lipothymiæ & inuſitatus ſanguinis menſtrui fluxus, adeo vt quolibet menſe per integrum fere octiduum flueret. Medici ergo conſulti expoſitionem & querelam nobilis illius fœminæ veram eſſe præſuppónentes, duo diuerſa conſilia conſcripſerunt, quæ nos hic inſerere voluimus, cùm res notatu digna hoc mereri videretur, eáque in pluribus & arduis cauſis etiam iis, qui noſtrę profeſſionis ſunt, plurimùm inſeruire poſſint, vt ideo Vulcano aut Harpocrati, ſilentij Deo, minimè conſecrari debeant. Tenor itaque primi conſilij talis eſt:

Quoad querelam nobis expoſitam, cauſas eo diligentius indagauimus, quo magis caſus ille nobis mirus videtur. Nam legitimum partus tempus inter omnes tam doctos, quàm indoctos, ſeptem, nouem & decem menſium eſſe conceditur. Et quamuis Hippocrates in libro de natura pueri, *longiorem illum terminũ decẽ menſiũ tradat errorẽ eſſe mulierum, quæ prægnantes ſe eſſe exiſtimant, quando matrices ventoſis quibuſdam flatibus vel etiam ipſis menſtruis tumidas habent: tamen idem in libro ſuo* de partu ſeptimeſtri & octomeſtri *aſſerit, quod idẽ partus vltra decimum menſem & vſque ad vndecimum differri poſſit, quando conceptio circa plenilunium facta fuit. Qui terminus vndecim menſium etiã ab Ariſtotele* cap.4.libr.7.de hiſtoria animalium *comprobatur. Et propterea Adrianus Imperator conſtituit, quod vndecimo menſe natus pro legitimo & vero herede patris ſui haberi debeat, idque ex conſilio medicorum & philoſophorum, quemadmodum erat Agellius. Nec obſtat conſtitutio duorum Imperatorum ſequentiũ Iuſtiniani & Vlpiani, quæ poſt finem decimi menſis natum pro illegitimo declarat. Conſtitutio enim illa ob impudicam matris vitam non ob caſus impoſſibilitatem promulgata fuit, vt ideo ſanctioni D. Adriani derogare nequeat. Quoad menſes vlteriores, veluti duodecimum, decimumtertium, decimumquartum maior quidem opinionum diuerſitas eſt: quilibet tamen illorum auctoritate & exemplo quorũdam ex antiquis comprobari poteſt. Nam primo de menſe duodecimo Homerus teſtatur, quando Neptunum introducit, qui nympham ſuam ita alloquitur:*

Χαῖρε γύναι φιλότητι; περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ
Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα; ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ
Ἀθανάτων; σὺ δὲ τοὺς κομέειν ἀτιταλλέμεναί τε:

Id eſt:

Gaude mulier in amicitia, circumuoluto autem anno
Paries pulcros liberos, quoniam non inanes concubitus
Immortalium, tu verò hos nutri & educa.

De decimo tertio menſe Plinius refert, quod Maſurius auctor ſit, L. Papyrium prætorem, ſecundo herede lege agente bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe, cùm mater partum quatuordecim menſibus ſe tuliſſe diceret. Quoad decimumquartum menſem Auicenna libr.3.fol.21. *recenſet, ſe compertũ habere, & certò ſcire, quòd mulier honeſtiſſima & maximè pudica poſt decimumquartum à conceptione menſem pepererit. Quod ſi tam tardus partus atque longa geſtatio vſque ad decimumquartum menſem approbata fuit, vt hiſtorici fide maximè digni referunt, minimè dubitari debet, quod in mulieribus noſtri temporis ſimile quippiam adhuc contingere poſſit ob cauſas, quibus tardius edi partus ſolet. Cauſæ autem tardioris partus partim ab imbecillitate & gracilitate infantis, partim à corpore & materia ipſius matris dependent. Porrò imbecillitas illa aut eſt naturalis, aut acquiſita & caſualis.*

Naturalis imbecillitas infantis prouenit ex intemperie frigida & humida, quando à parentibus nimis ſenibus vel etiam iuuenibus, aut morbo affectis, procreatus fuit. Quæ cauſæ locum habere haud poſſunt in conceptionibus nobilis illius fœminæ, cùm tam ipſa quàm eius maritus vegetam ætatem atque ad generandum optimè diſpoſitam corporis conſtitutionem habeant.

Cauſæ accidentariæ ſunt defectus alimenti ſanguinis penuria. Quæ cauſæ liberis fœminæ illius maximè nocuere, tum ob maximam & inuſitatam ſanguinis effluxionem, quæ quolibet menſe, dum mulier illa grauida erat, fiebat: tum quòd ob nauſeam à cibo nimis abſtineret, & diarrhoëa ſeu vehementi ventris fluxu laboraret, quē mala digeſtio & cacochymi cibi conciliabant, quibus ad excitandam appetitionem vtebatur.

Vnde factum eſt, vt infans imbecillus terminorobuſtorum, nempe ſeptimo, nono aut decimo menſe egredi haud niſus fuerit, ſed egreſſum vſque ad mēſes ſubſequentes diſtulerit, vt cum minori violentia fieri poſſet. Nam quolibet menſe poſt nonum deſideriū ſuum egrediendi ſignificaret. At vires ei deerant, neque illud auxilio matris aut matricis iuuabatur, eo quòd matrix magnitudine infantis incluſi aut eius calcitratione minimè afficeretur.

Hæ ſiquidem proximæ & maximè particulares cauſæ ſunt, quibus infans ad egrediendū incitatur: nempe vna, defectus iuſti alimenti & refrigerationis ad calorem naturalem & vegetum infantis requiſitæ, cùm paulò maior iā non amplius ſufficiens nutrimentum, neque conuenientem aërem pro corporis & caloris naturalis proportione percipere poſſit: altera verò eſt, quod matrix irritetur, dum non amplius grande corpuſculum, eiúſque excrementa & ſecundinas, multóque minus ſeparationem violentam, quam infans in matrice à ſecundinis facit, tolerare & perferre poteſt. Vnde fit, vt vtrinque diuortium paretur, & infans quidem ex hoſpitio ſuo egredi nitatur, matrix verò hoſpitem ſuum excludere & expellere ſtudeat. Itaque duæ cauſæ particulares legitimi & non abortiui partus ſunt. Cauſæ autem vniuerſales non debent referri ad vim virtutis imaginatricis in matre, quæ in infantem non cadit, ſine quo tamē aut eius niſu partus edi nequit: multo minus ad numerum Pythagoricum aut ad ſomnia: ſed ſaltem ad mutationes Solis & Lunæ, quæ cauſæ ſunt efficientes omnis mutationis in corporibus inferioribus, adeò vt Luna ſit cauſa morborum acutorum. Sol verò ſit cauſa morborum chronicorum atque etiam ipſius partus, quemadmodum Hippocrates in libro, quem de alimentis *conſcripſit, teſtatur. Hiſce autem quæſtionibus, tanquā difficilioribus, hoc loco omiſſis, vt ad quæſtionem nobis propoſitam reuertamur, aſſerimus & iudicamus, quod hyperbolica illa in pariendo mora, atque diuturna vteri geſtatio in nobili illa fœmina prouenerit ex nimia imbecillitate & gracilitate duorum liberorum poſtremorum ſeu iuniorum, cui euacuationes menſtruæ & ſuperfluæ ſanguinis quolibet menſe factæ, diarrhoëa & vehemens ventris fluxus, nimia nauſea atque inedia cauſam dederant. Et quamuis eiuſmodi exempla admodum rara ſint: tamen pro paradoxis, impoſſibilibus aut iis haberi non debent, quæ planè cōtingere nequeant. Atque propterea nos iudicio & ſolito noſtro ſigillo hoc teſtari volumus. Quod factum fuit Monsbelij XXV. Aprilis, Anno M.D.XCVII. Signauit Hucher & Varendal.*

Alterum conſilium in iiſdem terminis, in quibus communicatum nobis fuit, iam ſequitur:

Omni ferè tempore quæſtio inter doctos admodum controuerſa & ambigua fuit: Vtrum mulier certam & determinatam pariendi periodũ habeat? Nam Marcus Varro in 2. libro de re ruſtica ſcribit: *quod fœmellæ animalium irrationalium, qualibet in ſua ſpecie, certam & definitam pariendi periodum habeant, quemadmodum etiam Hippocrates, Ariſtoteles & Galenus teſtãtur: at fœminæ ſexus rationalis, quæ meritò etiam ob ſummam illam excellentiam, qua irrationalia animalia ſuperant, certo ordine & determinato tempore parere deberent, iuxta opinionem auctorum, nullũ præfixum generationi ſuæ tempus habere videantur. Nam quædam fœminæ ſexto menſe pariunt, plures ſeptimo, plurimæ nono aut decimo, nonnullæ etiam vndecimo: imò iuxta opinionem quorundam, atque declarationem, quam nobis fecit nobilis domina de Cardet, duodecimo quoque & decimoſexto menſe.*

Nullus etiam ex prædictis menſibus eſt, in quo partus editus vitalis eſſe nequeat: cùm verò, qui octauo menſe editur, vitalem non eſſe omnes excepto ſolo Ariſtotele aſſerunt. Quantum menſem ſeptimum, nonum & decimum attinet, iis conſenſu omnium partus frequentes & maximè viuaces eduntur: adeò vt Hippocrates in libro de natura pueri *exiſtimet decimum menſem eſſe poſtremum terminum geſtationis vteri, quemadmodum ſeptimus menſis eſt primus terminus. Vnde etiam concludit, quòd mulieres grauidæ, quæ vltra decimum menſem ſe vterum geſtaſſe exiſtimant, decipiantur, cùm ſæpius eueniat, vt antequam concipiant, earum matrix ventoſis quibuſdã flatibus, ob retenta mẽſtrua, turgeat, ſicque mulieres ſe grauidas eſſe falsò credant. Quod ſi iis accidit, quarum ſenſus minimè corrupti ſunt, & integrũ planè iudiciũ eſt; multo magis melãcholicis euenire poterit, quarũ deprauata imaginatio eſt, veluti nobili illæ dominæ de Cardet contigit, quemadmodum poſtea euidenter & manifeſtè demonſtrabimus. Vt verò bona & ſolida fundamenta opinionis noſtræ ponamus, & non tam auctoritati doctorum virorum, quàm ipſi veritati adhæreamus, primò contra illud, quod ſuperius dictum eſt, præſupponimus: etiam fœminæ rationali certos limites ad generationem conſtitutos eſſe. Nam omnis actio naturalis eſt determinata iuxta vim ſeu virtutem patientis & agentis: & quoniam virtutes vnius aut alterius ſunt variæ & diuerſæ in quolibet indiuiduo: ideo etiam quolibet actionem ſuam determinatam habet iuxta proportionem, quæ eſt inter agens & patiens. Quemadmodum enim criſes licet eandem & communem cauſam habeãt nempe victoriam illam, qua aut natura morbum, aut econtra naturam morbus vincit: nihilominus ob diuerſam proportionem, diuerſis diebus fiunt pro humoris & morbi vehementis proportione: ita quoque pariendi tempus, inſtar criſeos cuiuſdam, diuerſum eſt in ſexu rationali propter varietatem agentis & patientis, cùm tamen ratione habita ad indiuiduum determinatum & definitum ſit, quamuis etiam in hoc ob diuerſitatem alimentorum, paſſiones ſpiritus, motiones corporis violentas, imaginationem, coitum irregularem talis varietas exiſtere poſſit: quæ cauſæ cũ ceſſent in ſexu irrationali, ideo quoad eum periodus pariendi magis præfixa & determinata eſt. Ex his, quæ dicta ſunt, duas concluſiones elicimus: vnam: quòd ob cauſas modo expoſitas partus diuerſo tempore maturus fiat: alteram: quod licet partus diuerſo tempore edatur, atque mulieres in pariendo varient: tamen certi & præfixi termini ſint, intra quos* infans

infans in lucem ſaluus prodire poteſt cùm alias alio tempore cum vitæ periculo naſceretur. Tempus autem legitimum erunt menſes indicatorij, & præcipuè nonus & decimus, iuxta computationem, quam facit Hippocrates lib. de aliment. & de carnibus: Dies, *inquit*, grauidationis nõ excedit quatuor decadas hebdomadarum, quæ conſtant ex ducentis octuaginta diebus ad ſummum. Conſtituit enim hic numerus nouem menſes ſolares & decem dies. *Atque iuxta opinionem communem tempus illud pariendi frequentius eſt, eo quòd tum infans magis maturus & numerus maximè perfectus ſit, atque iuxta Hippocratem eo tempore tres illæ cauſæ maximè concurrant, nempe defectus alimenti, deſiderium liberi aëris & incapacitas matricis. Quod verò idem auctor cũ pluribus alijs viris doctis tradit, interdum vndecimum menſem pariendi terminum eſſe, illud accipiendum eſt de menſibus Lunaribus, non verò Solaribus: iuxta quam computationem menſis vndecimus pro partus termino conſtitui poteſt, eáque ratione ICti vndecimeſtres in hereditate ſuccedere poſſe tradiderunt.*

Verum ſi de menſe duodecimo dubitatum fuit vtique, multo magis de duodecimo, decimotertio, decimoquarto, decimoquinto & decimoſexto dubitare debemus, atque expoſitio nobilis illius dominæ admodum nobis ſuſpecta erit. Sanè legimus, quaſdam mulieres per duos, tres, aut quatuor annos infantem mortuum in vtero geſtaſſe, ſed eum viuum vltra vndecim menſes geſtari poſſe, à nemine, quàm à Plinio & Homero, dictum fuit. Quod tamen magis fabuloſum, quàm verum eſt. Quãdo item Auicennas tradit, quòd mulier decimoquarto menſe pepererit, tum eũ magis ex aliorum, quàm ſua opinione loqui exiſtimandum eſt. Reſtat nunc, vt opinionem noſtram firmis rationibus muniamus. Primò aſſerimus, quòd infans octauo menſe natus vitalis non ſit, eo quòd cum ſeptimo menſe egreſſum calcitratione & motu violento tentarit, eundémque denuò 8. menſe moliatur, nimis infirmus & imbecillis reperitur. Multo infirmior igitur & minus vitalis erit menſe duodecimo, decimotertio, decimoquarto, decimoquinto, aut decimoſexto, cùm toties iam, nempe ſeptimo, nono, decimo & vndecimo menſe egredi niſus fuerit, ſempérque viriũ quiddam amiſerit. Deinde etiam eadem eſt proportio in morbis acutis, quæ eſt menſium in affectionibus criticis. At conſtat, quod in morbis acutis duodecimus & decimusſextus dies non poſſunt eſſe critici. Eadem ergo ratione duodecimus & decimusſextus menſis non poſſunt eſſe critici, quoad partum nobilis illius fœminæ. Accedit & hoc, quod imbecillitas tam infantis, quàm matris & matricis ex ventris fluxu & menſtrua ſanguinis eiectione & inedia orta potius excluſionem infantis & præcocem partem vel ſeptimo menſe accelerare, quàm eundem ad duodecimum vel decimumſextum menſem differre potuerit, cùm iuxta Hippocratem infans phlebotomiam aut purgationem potius primo, aut tertio vſque ad ſeptimum, quàm à ſeptimo vſque ad nonum, decimum aut vndecimum menſem perferre poſſit. Imò ſæpius fit, vt ob defectum alimenti infans in matrice amplius commorari nequeat. Quòd ſi defectus alimenti & fluxus ventris egreſſui infantis vel eius morti occaſionem dant etiam iis in menſibus, quibus talia accidentia perferri poſſunt, quid, quæſo, ſperari poteſt de infante, ſi excretio ſanguinis & fluxus ventris vſque ad duodecimum, decimumtertium, decimumquartum, decimumquintum & decimumſextum mẽſem duret. Atque ſi imbecillitas illa tã matris, quàm

infantis, & matricis cauſæ ſunt diuturnioris geſtationis vſque ad mēſem decimumſextum, facilè inferretur, quod iſta retentio haud ſecus, atque ipſa imbecillitas, continuari poſſet vſque ad menſem vigeſimumquintum aut trigeſimum. Atque ſi excretio ſanguinis & frequens vētris fluxus abortus cauſam dant, nempe ante tempus præfixum & ordinarium, quid, quæſo, cenſendum erit, ſi vtrumque vſque ad decimumſextum menſem duret? Si item imbecillitas ſemper continuata atque vires ſimul deminutæ fuerunt à primo conceptionis die vſque ad decimumſextum menſem, infans vitalis eſſe non potuit, neque tamdiu reſiſtere, cùm nullus homo, etiam maximè robuſtius, ſaltem per integrum menſem duas euacuationes tam ſanguinis, quàm ordinarij chili perferre poſſit. Vnde cōcludimus, quòd fides non adhibenda, neque immorandum ſit declarationi nobilis illius fœminæ, ſed quòd error calculi interuenerit, cui error & deprauatio imaginationis fœminæ cauſam dedit, cùm ea melancholia celebri laboret. Quòd ſi mulieres maximè habiles, quemadmodum ſuperius iam dictū eſt, in ſupputatione decipiuntur, multo magis decipi poterunt illæ, quarum phātaſia eſt deprauata. Quod autem male affecta fuerit nobilis illa fœmina, ſequentibus probari poteſt. Primò enim trina & diſtincta vice maximus illi terror incuſſus fuit, vnde maximā ſibi triſtitiā cōciliauit, deinde frequentia deliquia animi habuit, leues lipothymias, palpitationes cordis, ſuppreſſionem hæmorrhoidū, calidas exhalationes, vigilias ordinarias ex acrimonia vaporū iſtorū exiſtētes, crebros & ventoſos flatus, quorū portio in matrice retenta motum infantis repræſentauit. Tandē etiā mala nutritio acceſſit, humorē melancholicū augēs. Quæ cauſæ & ſigna ſimul iūcta euidens ſatis malæ affectionis teſtimoniū præbēt. Imò vel hoc ipſum ſatis eā malè affectā & diſpoſitā eſſe arguit & euincit, quod nobis ſignificarit ſe audiuiſſe infantem clamare & ex vtero ſuo clarā vocē edere: tū ſe ſenſiſſe, quod oſſa infantis in matrice ſe mouerint, adeò vt oſſa brachiorū & pedum optimè diſtinguere potuerit. Cū autē nobilis illa fœmina ob deprauatā imaginationē in obiectis ſuis hallucinetur, cur non etiā in calculo impregnationis hallucinari & errare poterit? Quare nos minimè iis, quæ nobilis illa fœmina nobis expoſuit inhæremus, ſed potius ob prædictas cauſas firmiter concludimus, quod prædictos duos liberos neque duodecimo, neque decimoſexto menſe, ſed termino præfixo atque à natura præſcripto pepererit, quemadmodū alia vice obſtetrix optimè cognoſcere poterit, quando nobilis illa fœmina primū conceptionis diē ſignificabit. Si enim os matricis ſeu orificiū fundi vteri arctè clauſū fuerit, tū eā cōcepiſſe certiſſimū iudiciū erit.

Et quamuis illa contrariū opinetur, tamē nos eius opinionē plane erroneam eſſe exiſtimamus, quæ ab errore imaginationis, quem nos melancholiam appellamus dependet, vt ideo etiā tanquā melancholica tractāda & curāda ſit. Scriptū Monſbelij 27 April. Ann. 1597 ſignauit Saporta & dePradelles.

Poſt primum illud conſilium certa quędam remedia à prædictis medicis, qui illud ſignarant, præſcripta erant, quibus nobilis domina recuperandæ valetudinis ergo vti deberet. Ea autem hîc inſerere noluimus, cū planè ad noſtrā profeſſionem non ſpectent, noſtràque falx minimè apta & ſufficiens ſit, vt in alienam meſſem mittatur, ſed fortè fieri poſſet, vt à nobis loco *ana* poneretur *anas*, ſicque an item haberemus. Certè medicis illis, quamuis in ſua arte peritiſſimis; tale quippiam in noſtra profeſſione contigit, dum ex Imp. & Iuriſconſulto duos Impp. fecerunt, (ſi modò exemplar nobis tranſmiſſum vitioſum non eſt) atque dixerunt conſtitutionem Iuſtiniani † ob impudicam matris vitam, 2 non 3 ob

ADDITIO.

1 Chariſ. *li. 1. inſt. Grā.* ex Cōtio *ad d. §. fi. d. No. 39.* 2 *d. No. 39. §. ſecūd. verò, ver. quāob.*

ob impoſſibilitatem caſus ab Adriano approbari promulgatã fuiſſe. Nam econtra conſtitutio illa ad abrogationem prædicti decreti, quemadmodum in præcedenti deciſione dictum eſt, expreſſè tendit, ſicque declarat eum, qui vndecimo menſe poſt obitum mariti naſcitur, non poſſe ab eodem generatum ſeu procreatum dici. Sanè executioni conſtitutionis illius occaſionẽ dedit impudica mulieris vita. Ea enim cu ſe conuictam videret, partum illum poſt decimum menſem editum haud legitimum eſſe, vt nõ eſſet poſſibile dicere, quia de defuncto fuiſſet partus, adeo vt ſublato velo ſyncera veritas appareret, atque ideo iuſtitiæ ſanctio partum, qui poſt decimum menſem perfectum & abſolutum naſcitur, tanquam illegitimum improbans iuxta communem excellentiſſimorum philoſophorum & medicorum reſolutionem hic locum haberet: tali excuſatione vſa fuit, quod legem quidem noſceret de legitimis loquentem nuptiis, ſibi verò nõ fuiſſe nuptias, niſi primas: porro partum hunc, quo tanquam mirabili filios patris defuncti a matre iniuriatos eſſe, eadem conſtitutione expreſſum fuerat, opus eſſe naturalis concupiſcentiæ. Quod Imperatorem cõmonuit, vt vlterius progrediens pœnas introductas aduerſus eas, quæ intra annum luctus nubunt, porrigeret atque extenderet etiam ad illas, quæ intra dictum tempus, atque poſt decimum menſem perfectum pariunt, vt indubitatum ſit ſobolem non ex priori conſiſtere matrimonio. 3 Idque propterea, ne aliquid amplius habeat caſtitate luxuria, ſed ſubiiciatur quidem & ipſa pœnis, periculúmque ſuſtineat etiam circa ſpem ſcripturæ, propter ſtuprum: vt neque nuptias acerbas deſideret, neque legitimas nuptias maiori malo circumueniat. Quæ vera & pura interpretatio prædictæ conſtitutionis, atq. eiuſdem cauſæ ſunt, quas ſub finẽ huius deciſionis ſilentio prćterire noluimus, monentes: quod auctoritas ex Ariſtotelis hiſtoria animalium 4 pro approbatione partus vndecimeſtris contra conſtitutionem illã Iuſtiniani malè adducatur atque accipienda ea ſaltem ſit, quemadmodum D. Ferrier, † cuius merito honorificã in priori deciſione mentionem fecimus, accipere ſolebat, nempe quod partus, interdum vndecimũ menſem attingere, nunquã verò eundem intrare poſſit. Pro cuius cõfirmatione illud adhuc adiicimus, quod alias Ariſtoteles ipſemet è diametro ſibi cõtrarius fuiſſet, cùm alibi dixerit, atque etiã communiter ad hoc allegetur partũ legimum non poſſe decimum mẽſem excedere, vtpote qui longiſſimus partui deſtinatus terminus eſt. Talis autem contrarietas præſumi non debet, multóque minus ex dicto & textu auctoris colligi poteſt. In Græco enim textu hæc verba leguntur: [illegible Greek]

Quod perinde eſt, ac ſi Ariſtoteles dixiſſet: *nonnullæ mulieres quoad partum attingere vndecimum menſem ſolent.* Sic enim dies & nox inuicem ſe tangere dicuntur, non quod hæc illam aut viciſſim hanc illa ingrediatur, vtpote quæ nihilominus veluti contrariæ manent. Vnde etiam interpres Latinus Theodorus Gaza textum illũ ita Latinè reddidit: *nonnullæ etiam vndecimum tangunt.* Verbum enim Grǽcum cuius tertia pluralis ibi legitur, idẽ ſignificat, quod *attingo, aſſequor, nanciſcor,* quemadmodum auctores Græcorum dictionariorum notarunt, 5 qui etiam docent Ariſtotelem hoc vocabulo ita viſum fuiſſe, & pro confirmatione doctrinæ ſuæ duo ex Ariſtotele loca, nempe vnum de quo modo egimus, & alterum ex capite præcedẽti eiuſdem libri allegant. At ex ſcholis Philoſophorum, Medicorum & Grammaticorum, in quas ſimul iam peruenimus, ad arreſta noſtra progrediamur.

ADDITIONES.

3 *d. nou. §. final. auth. eadem pœnis, C. de ſecũd. nupt.* 4 *cap. 4. libr. 7. de hiſtor. anim.* 5 *ſuper verb.* [illegible Greek]

DECISIO V.

ARGVMENTVM.

Nati ex inceſto coitu per ſubſequentem diſpenſationem legitimi fieri poſſunt.

SVMMARIA.

1 *Sequeſtrum regulariter prohibitum eſt etiam in actionibus perſonalibus.*

2 *Matrimonium legitimè contrahi nequit ſine conſenſu & auctoritate eorum, qui puellam, quæ nubere debet, in poteſtate & cuſtodia ſua habent.*

3 *Gradus conſanguinitatis & affinitatis quoad matrimonia interdicti & prohibiti.*

4 *Matrimonium clandeſtinum pro nullo & illicito habetur. Inter matrimonia clandeſtina autem refertur etiam illud, quod ſine publicis & ſolitis proclamationibus fit.*

5 *Ab initio principes ſeculares diſpenſare poterant, quoad matrimonia in gradibus prohibitis.*

6 *Actus ſpeciali gratia & diſpenſatione reparatus prioris actus memoriam planè abolet.*

7 *Edicta regia permittunt, vt liberi abſque parentum conſenſu nuptias contrahentes exheredari queant, cùm alias de iure ob eiuſmodi cauſam exheredari haud potuiſſent.*

8 *Matrimonium publicè, & cum ſolitis proclamationibus ac denunciationibus cõtractum ab omni præſumptione doli & malæ intentionis exemptum eſt.*

ANno M.D.LXXVII. ex auctoritate Se-
1 neſcalli Tholoſani † duæ inquiſitiones factæ fuerunt: vna ad poſtulationem Petri Caunet, tanquã tutoris Iohannis Caunet filij defuncti Sanx Caunet d'Aurignac in Vaſconia XIII. Auguſti, dicti anni: altera ad poſtulationẽ de Peyronne de Paumes, cuius primus maritus dictus Sanx Caunet fuerat, atque iam tertius maritus Martinus Mulatier, alias capitaneus Motis dictus erat, VI. Septembr. eiuſdem anni. Ex quibus inquiſitionibus apparebat Dominum Petrum Caunet baccalaureum iuris & dicti oppidi incolam, die quodam Mercurij, nempe IV. Iunij dicti anni, armatis quibuſdam ſtipatum ædes dicti tutoris ingreſſum fuiſſe; vt Blanquine filiam dicti Sanx & dictæ de Paumes nanciſceretur, cúmque Conſules oppidi à Martino Mulatier requiſiti ad ædes veniſſent, Petrum iis ingreſſum denegaſſe, atque publicè & clara voce declaraſſe, quod cum comitatu armatorum ob Blanquinam illam veneriт, quæ vxor ſua eſſet, quã parentes in matrimonium alij elocare velle intelligeret, cùm tamen alterius fieri non poſſet, vtpote quam ipſemet duxiſſet, & cum ea ſponſalia celebraſſet, licet hoc abſque conſenſu Caunet tutoris atque aliorum propinquorum factum fuerit. Decreta item inquiſitiones illas ſecuta fuere, quod Dominus Petrus Caunet & Blanquine in propria perſona comparere deberent. Et quidem quoad primam inquiſitionem decretum fuit ad 14. Septembris dicti anni: quoad alteram verò ad poſtulationem matris factam XXVII. Iunij: Anno M.D.LXXIX. Conſules itaque dictam Blãquine eadem die 4. Iunij audierunt, quæ dixit ſe quatuordecim aut quindecim annorum ætatem habere, atque proximè præcedenti die Lunæ in ædibus de ſainct Plancard ſuadente matertera ſua Petro nupſiſſe, & quidem ſine conſenſu matris, quæ eam inuitam alij in matrimonium elocare voluerit, atque aliorum propinquorum. Dictus quoque Petrus auctoritate Seneſcalli Tholoſani XV. Octobris, Anno M.D. LXXIX. auditus fuit, qui aſſeruit ſibi antè duos annos & dimidium Blanquinam ſuadentibus eiuſdem propinquis deſponſatam fuiſſe, ſe tamen ignorare, an eius mater de Paumes ea de re quid ſciuerit, atque fateri, quod ædes dicti Caunet ingreſſus fuerit, eo quòd quidam Berguierir dictus, cũ viginti equis Hiſpanis venerat, vt dictã Blanquine abduceret, & propterea ſe ab eiuſdẽ propinquis rogatum aduentu & comitatu ſuo hoc impedire, neque quicquam aliud committere voluiſſe. Quod videntes atque certiores de re omni redditi tam dicti cõſules d'Aurignac quàm etiã ipſemet Martinus Mulatier dicto Petro vxorem ſuam tradiderãt. Quæ cùm in eo ſtatu eſſent, dictus Mulatier, eiuſque vxor de Paumes genero Petro mandatum dant, vt certã quandam illorum litem perſequi deberet, contra quoſdam, qui ibi nominabãtur. At quia dicta de Paumes in primo matrimonio habuerat maritum Sanx Caunet, qui in quarto gradu affinitatis Mulatier coniunctus fuerat, & poſtea in ſecundo matrimonio maritũ quendam capitaneum de Lieux dictum eodem gradu Mulatier cõiunctum, ipſeque Mulatier tertio conſanguinitatis gradu dictæ de Paumes coniunctus eſſet: ideò videntes, quod ex eo matrimonio liberos haberent, atque metuentes illud, quod euenire poterat, reſcriptum Põtificis impetrant, narrantes: *quod ſcientes ſe tertio conſanguinitatis, ac tertio affinitatis gradibus inuicem coniunctos eſſe, ignorantes tamen aliquod impedimentum inter eos exiſtere, quo minus matrimonialiter copulari poſſent, tanquam ſimplices & iuris ignari matrimonium inter ſe publicè per verba de præſenti in parrochiali Eccleſia loci de Lieux dictæ diœceſis, in cuius parrochia dicta Perreta degebat, bannis à parrocho omiſſis, aliis tamen ſolemnitatibus ex more patriæ obſeruari ſolitis: & decretis Concilij Tridentini ſuper reformatione matrimonij inibi nõ publicatis, in facie Eccleſiæ ſolemni arunt, ac carnali copula conſummarunt, prole ſubſecuta. Mandabatur officiali Conuentorum, cui reſcriptum dirigebatur quatenus Martinũ ac Perretã præfatos, & corũ quẽlibet, ſi hoc humiliter ab eo petierint, à generali ex cõmunicatione, aliiſque Eccleſiaſticis ſentẽtiis, cẽſuris & pœnis per eos præmiſſorũ occaſione incurſis in ꝓ ſtᵒ reatu, & exceſſibᵒ huiuſmodi, iniũctis eis pœnis ꝓpter inceſtũ huiuſmodi.*

modi, arbitrio ſuo pœnitentia ſalutari & aliis, quæ de iure fuerint, iniungenda, ipſiſq; ab inuicem ſeparatis auctoritate pontificali hac vice dumtaxat in vtroque foro, in forma Eccleſiæ cõſueta abſolueret, cũ clauſulis de ſtylo conſuetis & ſequentibus. De præmiſſis te diligenter informes, & ſi per informationem eandem preces veritate niti repereris, cũ eiſdẽ Martino & Perretta, dummodo illa propter hæc rapta nõ fuerit, quod impedimẽto tertij affinitatis, ac tertij conſanguinitatis graduum huiuſmodi, necnõ conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtoli, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, matrimonium inter ſe de nouo publicè ſeruata dicti Concilij forma contrahere, illudq; in facie Eccleſiæ ſolemnizare, ac inde poſtmodum remanere liberè & licitè valeãt, dicta auctoritate diſpenſatos, prolem ſuſceptã ac ſuſcipiendam exinde legitimam decernendo. Dabatur Romæ anno M.D.LXXVIIII. dib. Iulij, ſub plũbo, in forma, vt ibi cõtinebatur.

Deinde etiam aliud reſcriptum ad eundem officialem directum impetrarunt, quod itidem præcedentem integram narrationem cum ſequenti diſpoſitione continebat;

Cùm autem, ſicut exhibita nobis ex parte dictorum Martini & Perrettæ petitio cõtinebat, literas prædictas tibi præſentatas debitæ executioni minimè demandaueris, ex eo, quod in literis prædictis expreſſum fuit, eoſdẽ Martinũ & Perrettã tertio conſanguinitatis, & tertio affinitatis gradib. inuicẽ eſſe cõiũctos, cũ tertio cõſanguinitatis, ac tertio ex vno, & tertio ac quarto ex altero cõmuni ſtipitib. affinitatis gradib. ſint cõiũcti, nos eoſdẽ à quibuſuis, &c. ad effectum præſentiũ dumtaxat conſequendum, harum ſerie, abſoluẽtes: mandamus, quatenus negotium huiuſmodi reaſſumens literas præfatas valere dicta authoritate decernas, & ad illarum executionem, ſeruata aliàs earum forma, procedas. Ac cum dictis Martino ac Perretta, quod impedimentis tertij conſanguinitatis, & tertij ex vno, ac tertij & quarti ex altero ſtipitibus prouenientium affinitatis graduum non obſtantibus: matrimonium inter ſe, vt præfertur contrahere liberè ac licitè valeant, ac diſtantiam alterius tertij reſpectu quarti graduum huiuſmodi non obſtare declares. perinde ac ſi in dictis literis ipſos Martinum & Perrettam tertio cõſanguinitatis, & tertio ex vno tertio & quarto ex altero communi ſtipitibus prouenientibus affinitatis gradibus inuicem eſſe coniunctos, & ſe attinere expreſſum fuiſſet, non obſtantibus prædictis, &c. Datum Tuſcul. Ann. 1580. Non. Martij.

Cùmque primum illud reſcriptum officiali à vicario generali Epiſcopi Comnenarum exhibitum fuiſſet dictis Mulatier & Paumes, futuris cõiugibus permiſſum fuit, vt de nouo matrimonium contraherent, etiam tempore aduẽtus, Parrocho miſſam celebrandi nuptialem, bannis editis & ſeruatis ſeruandis, dicto aduentus tempore licentia conceſſa. Qua permiſſione facta cũ dicta Blanquine publicationi bannorum ſe oppoſuiſſet, ad officialem remiſſa fuit. Ibi igitur cauſas oppoſitionis ſuæ allegat gradus conſanguinitatis & affinitatis prohibitos inter dictũ Mulatier & dictam de Paumes, atque ideò declarari petit nullum inter eos eſſe neque eſſe potuiſſe matrimonium. Cui etiam procurator fiſci adhærebat licet antea, vt Pontificis reſcriptum reciperetur & comprobaretur conſenſiſſet. Deinde verò Blanquine oppoſitionem eiuſque cauſas omiſit atque per ſpeciale mãdatum in receptionem & comprobationẽ illius reſcripti conſenſit. Quæ etiam comprobatio facta fuit non obſtante eo, quod procurator fiſci illam impedire conaretur. Cùm autem dicta de Paumes deceſſiſſet, dictus Mulatier informationes fieri curauit, quoad quoſdam exceſſus quos dictum Petrum, maritum dictæ Blanquine tam cõtra ſe, quàm contra ſocium ſeu defunctam vxorem commiſiſſe prætendebat, tantumque impetrauit vt Petrus de Caunet in perſona comparere iuberetur. Comparens itaque Petrus libello ſupplici prætenſis inquiſitiones caſſari petit, & deinde nomine vxoris ſuæ Blanquine inſtantiam informat, vt contra dictum Mulatier manuteneretur in ſemiſſe vniuerſorum & ſingulorum bonorum à dicta de Paumes, quam ab inteſtato deceſſiſſe, nullóſque poſt ſe liberos legitimos, quam dictam Blanquine eiuſque fratrem germanum reliquiſſe aſſerebat, cùm reliqui liberi ex Mulatier & dicta de Paumes nati veluti ex inceſto coitu nati eſſent. At Mulatier tam ſuo proprio nomine, quã veluti pater & legitimus adminiſtrator liberorum ſuorum ex dicta de Paumes ſuſceptorum obiecit petitionem illam minimè audiendam ſeu admittendam eſſe, cùm dicta Blanquine, erga matrem ſuam, ingrata fuiſſet: præſertim cùm clãdeſtinum illud matrimonium cũ dicto Caunet arma adhibente & publicè vim faciente procuraſſet, contra voluntatem & prohibitionẽ expreſſam dictæ de Paumes matris, atque alia nonnulla commiſiſſet, quæ ex poſtrema inquiſitione apparerent. Allegauit itẽ reſcri-

adiudicare, aut in actionibus perſonalibus conſignationem ſummarum petitarum & debitarum, de quibus ex inſtrumento publico & authentico apparet, 6 ſub iiſdem cautionibus vt reddantur, ſi ita opus fuerit, atque in fine cauſæ dicatur, ordinare debet. Verum alias, ſi videt cauſam vtriuſq; partis parem, & veluti æqualem eſſe, quoad eũ ſtatum, in quo res deprehendit, atque partes tã pertinaces exiſtere, vt qualibet propria ſua auctoritate rem adipiſci nitatur: tum ex officio ſine vlla alia imploratione ad ſequeſtrum procedere, illúdq. decernere debet, donec cauſa melius & plenius inſtruatur. 7 Quod in lite illa inter prædictas partes eueniſſe & factum fuiſſe videbatur. Nam primò dicta actrix, quod ſine cõſen-
2 ſu defunctæ matris † nupſiſſet, eiuſdem hereditatis & ſucceſſionis incapax erat, veluti quæ ob regiam ſanctionem, 8 qua nos in Francia vtimur, exheredata eſſet, miniméque allegare poſſet, quod circumuẽta fuiſſet, quemadmodum illa, quæ tutori nupſerat. 9 Quod etiam ipſis ſanctis decretis ita requiritur & conſtitutum eſt, cùm Euariſtus Pontifex Epiſcopis Africæ reſcripſerit aliter legitimum non eſſe coniugium, niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & a quibus cuſtoditur, vxor petatur & à parentibus & propinquioribus ſponſetur. 10 Quoad matrẽ etiam & auiam Tiberius monſtrauit, quod filiæ non ſolum, dum adhuc virgines ſunt, ſed etiam quando ad ſecunda vota conuolant, conſenſum parentum & maiorum in nuptiis adhibere debeant. Sciano enim Liuiam in matrimonium petenti reſpondit, poſſe ipſam Liuiam ſtatuere, vtrum denuò nubendum ſit poſt Druſum, an in penatibus iiſdem tolerandum haberet: eſſe illi matrem & auiam, propiora conſilia. Quo reſponſo Imperator in effectu Sciano ſignificare voluit, quod defuncto auo & patre Liuia nomine matrimonij, in quod petebatur, auiam & matrem conſulere, atque eorundem, tanquam propinquiorum & intimorum, conſilium ſequi deberet: quemadmodum etiã alibi Vlpianus 11 tradidiſſe, atque dictam ordinationem veluti explicaſſe videtur. Quòd ſi dicta Blanquine feciſſet, tum minimè eam manſiſſent pœnæ Francicarum noſtrarum ſanctionũ, ſed debitum honorem & reuerentiam parentibus exhibuiſſet, licet alias eorum poteſtas de iure communi inæqualis ſit. 12 Ea etiã ratione haud cõſenſiſſet, vt à dicto Cannet quoad conſummationem prætẽſi matrimonij congregatio armatorum fieret, ſicque incapax facta non fuiſſet hereditatis & ſucceſſionis maternæ, qua ob atrocẽ illam iniuriam & contemptum matris indigna iam ſit. 13 Atque ex hiſce dictus Mulatier exceptiones ſuas petebat contra intentionem priuignæ ſuæ Blanquine, quæ bonorum illorum poſſeſſionem, tanquam heres ab inteſtato petebat, neq; valere dicebat donationes à defuncta matre in fauorem tam dicti Mulatier, quàm deſcendentium ex eo liberorum factas, quarum donationum, aliorúmque emolumentorum ex matris bonis prouenientiũ defalcationem alias etiam petere potuiſſet, ſi incapax non fuiſſet. Atque hoc potiſſimum erat, quod iura dictæ Blanquine obſcura, ambigua, incerta & admodum dubia reddebat, donec ad minimum appareret eam poſt contractũ matrimonium matri recõciliatam, atque ab hac in gratiam & domum receptã omniáque bonæ & pacatæ matris officia exhibita, ſicq; illam veluti in integrum reſtitutam fuiſſe, quoad iura, quorum iacturã antea fecerat. 14 Deinde etiã quoad ipſum Mulatier, atque iura ab eo prætenſa haud minor difficultas exiſtebat eo quòd matrimonium inter eum & dictam de Paumes contractum, quod potiſſimum eius fundamentum erat, tot vitiis laboraret, vt neque adiecta pacta dotalia, neque deſcendentes ex matrimonio illo liberi intentionem & petitionem Mulatier tam ſuo proprio, quã liberorum nomine inſtitutam quicquam iuuare poſſe viderentur. Nam primò dicti coniuges Mulatier & Paumes † in quar- 3
to gradu conſanguinitatis coniuncti erant, quemadmodum ex ipſa narratione dictorum reſcriptorum apparebit, de qua infra dicetur, ſicque matrimonium inter eos prohibitum erat. Et quamuis ab initio ſacta decreta & canones ſecuti fuerint

ius

ADDITIONES.

6 *l. 2. l. 3. Cod. de edict. D. Adrian. toll. l. ſcripturas, Cod. qui pot. in pign. hab.* 7 Faber, *in §. retinendæ, de interdict.* & Bald. *in l. fin. de ord. cogn. arg. l. æquiſſimum, de vſuf. l. 3. de liber. exhib. c. ex tranſmiſſ. de reſtitut. ſpol.* Accurſius *in l. Iulianus, §. offerri. de act. empt. l. litibus, Cod. de agricol. & cenſit.* 8 Henrici II. de Anno M.D.LVI. *tit. 1.* Henrici III. de Anno 1579. *in comitiis Bleſenſibus art. 41.* 9 *l. final. de legat. 1.* 10 *in c. aliter. 30. qu. 5.* 11 *l. ſi nepos, de rit. nupt.* 12 *l. furioſæ matris, de curat. fur.* 13 *arg. l. fin. C. de reuoc. don.* 14 *arg. l. quod ſi iterum, de adim. leg.*

ius ciuile in eo, quod ſine limitatione & indefinitè matrimonium inter aſcendentes & deſcendentes prohibuit, inter eas verò perſonas, quæ ex tranſuerſo gradu iungun-tur, ſimilem quandam obſeruationem, ſed non tantã eſſe voluit: tamen ius antiquum conciliorũ Lugdunenſis, & aliorum conformiũ vlterius prohibitionem extendẽs inſi nitatem quãdam obſeruari neque permittere voluit, vt inter conſanguineos in linea recta vel collaterali coniunctos vnquam matrimonia contraherentur, atque prohibitio non ſaltem ad ſeptimum gradum, ſed etiam eo vſque porrigeretur, quo uſque conſanguinitas & cognatio deprehenderetur. Deinde ius nouum ſuperuenit, atque talem infinitatem ad quartum gradũ incluſiuè reſtrinxit, 15 adeo vt ij, qui in quinto gradu conſanguinei eſſent, recte coniungi poſſent. Acceſſit etiam poſtea limitatio, qua ſufficere dicebatur, ſi vnus in quarto gradu, alter verò in quinto eſſet, vt ea ratione rurſus quoad dimidiũ ſaltẽ gradũ dictæ regulæ derogetur. 16 At in tertio gradu, in quo dicti coniuges erãt, matrimoniũ ſemper nullũ, illic tum & reprobatum fuit. Secundo inter dictos coniuges etiam aliud coniunctionis impedimentum erat, quod in iure affinitas appellatur, atque inter propinquos mariti aut vxoris cõſiſtit, de quibus Iuriſconſultus quodam in loco loquitur, eóſque in ſpecie recẽſet, 17 qui etiam ſtatuere videtur, quod nulli affinitatis gradus ſint, cùm talis coniunctio, neque diſtinctionem neque ſeparationem per gradus habeat, quod affinitas ſit, 18 ſed quod ſtatim ab initio matrimonij omnes mariti propinqui vxori & viciſſim omnes vxoris propinqui marito affinitatis vinculo iungantur, adeo vt ſi gradus affinitatis dicendi ſint, eos iuxta gradus conſanguinitatis conſiderari, aut omnes affines pares dici oporteat. 19 Haud etiam affinitatis affinitas eſt. Nam quamuis inter

A D D I T I O N E S.

15 *in c.progeniem, c.conſanguinitate, cap. in copulatione, c.nulli.35.qu.2.& 3.* 16 *c.non debet, de conſan.& affin.* 17 *c.fin. extr. eodem.* 18 *l.non facile.§. affines, de grad. affin.* 19 *l.Iuriſconſultus, in pr.eodem.* Quare eodem affinitatis gradu coniunctum tibi habes illum, cui conſanguinea tua nupſit, quo conſanguinitatis gradu ipſamet conſanguinea tibi coniuncta eſt. In computatione autem iſta non legum, ſed canonum ſanctio ſpectari ſolet. In cauſis enim matrimonialibus computatio Canonica ſemper ferè attẽditur, ſed in ſucceſſionib⁹, aliiſue ſimilibus cauſis, cõputatio iuris ciuilis obſeruatur. Idéq; quoad ſucceſſionẽ feudalẽ obtinet. Nã in ea quoq; gradus iuxta ius ciuile cõputãtur, *argu.c.1.* vbi Cuiac. *an ille qui interf.fratr.dom. & capi.1.§.hoc quoq. ſciendũ*, vbi Dionyſ. Gothofred. *de his qui feud.dar.c.1.§.1.de ſucc.feud.c.ad ſedem, verſic.in legibus ſiquidẽ,35.quæſtion.5.* Duaren. *de feud.cap.11.nũ* 14. Vult. *de feud.ca.9. num.*113. Dn. Henricus à Roſenthal *in tract. feudal.cap.7.cõcl.57.numer.9.& ſeqq.* quos allegat & ſequitur Dn. Gothofred. Antonij *diſput.feud. 5.th.7.lit.h.* quamuis aliud videatur Hotõ. *diſp.feud.c.19.* Hart. Piſtor. *li.1.q.19.n.7.& ſeqq.* And. Fachin. *libr.7.cõtrou.c.26.* Etſi autem legitima & ciuilis affinitas, quæ in teſtimonij dictione, aliiſque affinitatis affectibus attendi ſolet, non niſi iuſtis contractis nuptiis oritur, *l. non facile autem,4.§.ſciendũ.de gradib. l ſi ſpurius, 4. vnde cognat.l.nihil.54.de rit. nup.* tamẽ matrimonia, affinitas ex illicito etiam coitu exiſtens impedire poteſt, gl. *in d.l.4.§. affines, in verb.per nupt.de grad.& affin.* Boer. *deciſ.263.n.13.* Couarr. *in epit.cauſ.matrimõ. cap.6.§.7.n.2.& ſequ.* Andr. Rauchbar. *part. 2.quæſt.13.* vbi hanc ſententiam iuri diuino, Canonico & prouinciali conſentaneam eſſe probat. Quare à dominis aſſeſſorib⁹ cõſiſtorij Eccleſiaſtici VVitebergenſis, menſe Aprili Anno M.D.LXXXV. reſponſum fuit haud licitum eſſe, vt quis ducat illam, cui nepos ex fratre ſtuprum intulerat. Cæterũ de iure diuino nuptiæ vſq. ad ſecũdũ ſaltẽ affinitatis gradũ incluſiuè prohibitæ ſunt. Rauchbar. *d.quæſt.13.n.8.* Ex decreto itẽ concilij Tridentini matrimoniũ ob affinitatem ex illicito coitu ortã, non niſi vſq; ad primũ & ſecundum gradum interdici Thadæus Piſo *ad §.affinitatis, Inſt.de nupt.* Probatur verò affinitas per teſtes. *c.licet ex quadam, de teſtib.1.de conſangu. & affin.c. parentela 35.qu. 6.* Ioan. Andr. *in tract. de conſanguin.& affinit.nu.92.* Lanfranc. *in d. c.licet, n.155.* etiam de auditu deponentes, *d. c.licet,* & ibi Abb. *n.2.de teſtib.* per famam, *c.ſuper eo.* vbi glo.& Abb. *de conſang.& affin.* Item per inſtrumentum, in quo quis dotem alicui dat, tanquam affini, Bald. *in cap.ſeries, n.1.& ſeq. de teſtib.* Socin. *conſ. 68.num.7.in fin.vol.4.* Surd. *dec.145.n.6.* Ludouic. Gilhauſen *in arbor. iudiciar. ciuil. ca.6.part.1.§.18.n. 5.* vbi etiam contrariam Ioannis Ferreti & Maſcardi ſententiam refert. AD.

inter maritum & propinquos ſeu conſan-
guineos vxoris,& viciſſim inter vxorem &
propinquos ſeu conſanguineos mariti affi-
nitas contrahatur:tamen horum perſonas
haud egreditur,neque inter conſanguineos
mariti & vxoris coniunctio eiuſmodi im-
pediens matrimonium eſt. 20 Conſequēs
igitur eſt,quod affinitas ſaltem inter dictas
perſonas conſiſtat, atque inter alias conſi-
derari non poſſit.Idque etiam Iuriſconſul-
tū *quodam in loco* innuere voluiſſe videtur,
quando reſpondit,quod eos, qui affinitatis
cauſa parentum,liberorúmque loco habē-
tur matrimonio copulari nefas ſit, 21 v-
bi in Cathalogo,quem recenſet fratrē ma-
riti & vxorem fratris omiſit,vt ideò illun-
de ille ſupplendus ſit. 22 Cęterę autē per-
ſonæ omnes,quæ in catalogo iſto haud re-
feruntur;veluti liberi & conſanguinei ma-
riti, cum liberis & conſanguineis vxoris
rectè coniungi poſſunt. 23 At dictus Mu-
latier & Faumes, per ea, quæ ſuperius
dicta ſunt, eo affinitatis vinculo coniungū-
tur,vt ſub generali illa prohibitione Cano-
niſtarum,qua æquè abſtinendum eſſe a cō-
ſanguineis, vt propriis, aut potius 24 &
propriis 25 tradunt,omnino comprehen-
4 dantur.Præterea † matrimonium illud clā-
deſtinum erat,atque ex eo ſolo capite nul-
lum & illicitum,cùm coniuges ipſimet hoc
confeſſi fuiſſent,atque quod matrimonium
ſine proclamatione bannorum contraxiſ-
ſent.Vnde conſequēs eſt, quod iudicari de-
beat ad inſtar occultarum conuentionum,
id eſt, non prius apud Eccleſiam profeſſa-
rum, quæ iuxta mæchiam & fornicationē
iudicari periclitantur,ne inde conſertæ ob-
tentu matrimonij crimen eludant, 26 eo
quod ob defectum illarum proclamatio-
num Eccleſiam matrimonium conciliaſſe,
oblationem cōfirmaſſe,& obſignatum An-
gelos renunciaſſe, patrem ratum habuiſſe,
27 dici nec prætendi vllo modo poteſt.
Cùm itaque talis coniunctio inter Mula-
tier & Paumes ipſo iure nulla atque inceſta
fuerit,conſequēs etiam eſt, quod pacta do-
talia, quæ interuenerunt, eadem nota cum
principali ſuo,cui adhærent,cenſeri, ſicque
haberi debeant pro nullis,vitioſis,reprobа-
tis, illicitis, atque caducis factis quoad li-
beralitates & quælibet emolumenta ibi
comprehenſa, tam in fauorem dicti Mula-
tier, quàm liberorum, ex eo matrimonio
procreatorum, quemadmodum etiam erat
ipſa dos iure antiquo, 28 quamuis iure
poſteriori & nouo aliter proſpectum eſſe
videatur,pacto tamen interpoſito,(vt fieri,
cùm iure matrimonium contrahitur,adſo-
let)perinde ac ſi interpoſitum non eſſet ha-
bito, 29 ita vt nihil ex eo matrimo-
nio,quod contra legum præcepta, vel con-
tra mandata conſtitutionéſque principum
fortè contractū fuerit,ſiue antè nuptias do-
natione, ſiue quoquo modo datum fuerit,
alter coniugum conſequi poſſit, 30 tan-
quam damnato principali damnentur, &
acceſſoria per vulgatam iuris regulam.Vl-
terius quantum reſcripta illa Pontificū at-
tinet, quamuis olim principes † ſeculares 5
facultatem haberent diſpenſandi quoad
mtarimonia in gradibus prohibitis, adeò
vt illorum gratia & diſpenſatione matri-
monia iuſta fierēt,quę alias iniuſta fuiſſent:
31 attamen poſtea Pōtifices ex permiſſio-
ne & tolerantia dictorum principū, & qui-
dē non ſine magnis & euidentibus cauſis
ac rationibus, in effectu poteſtatem illam
ſibi propriam fecerūt:quemadmodū appa-
ret ex *c.literas tuas,de reſtit.ſpol.* vbi recē-
ſentur caſus, in quibus pontifex diſpenſari
poteſt:in quorum numero etiam in matri-
monium inter coniunctos in tertio vel a-
lio prohibito conſanguinitatis & affinitatis
gradu contractum eſſe negari nequit. 32 &
quidem interdū ſine graui cauſa in fauorē
matri-

Additiones.

20 *c.quod ſuper his,de conſangu.& af-
fin.* 21 *in d.l.non facilè, hoc ita.* 22 *ex
c.coniunctione,35.quæ.3.* 23 Atque ſic affi-
nitas ſaltem inter conſanguineos mariti &
ipſam vxorem atque inter conſanguineos
vxoris & ipſum maritum, non verò inter
conſanguineos mariti & inter conſangui-
neos vxoris contrahitur.*ca.quod ſuper his,
de conſanguin.& affin.* Quare nihil omni-
no prohibet,vt quis eam ducere poſſit, cu-
ius mater antea patri nupſit, Angelus *in §.
affinitatis,in fin.Inſtitut. de nupt.* Harman-
nus Hart.*libr. 2.pract.obſ.tit.34.obſ.2. num.
6.*AD. 24 *in c.1.de conſangu. & affin.* 25
ex *lect. 7.Manuſcript.Cod* & ibi gloſſ.quæ
auctoritates præfert & hypotheſes ſubiun-
git. 26 Tertul. *de pudicit. cap.* 4. 27 I-
tem Tertull.ad vxorem *libro 2.cap.9* & ibi
Palmel. 28 *in l.inceſtæ nuptiæ,de rit.nup.*
29 *in l. 1. Cod.de cond.ob cauſ.dator.* 30
in l.qui contra, Cod.de inceſt.& inut.nupt.
31 *l ſi ſenatori indulgentia principis, l. qui
in prouincia,de rit.nupt.l final. Cod.ſi nupt.
ex reſcript.pet.* 32 gloſſ. *in d. c. literas,*
Angelus *in ſumma ſuper verb. matrimo-
nium, 3. in 18. impedimento, numero 2.*
Fernandus *in arb.conſanguinit.c.3. artic.1.
num.6.*

matrimonij & deſcendentium ex eo liberorum, quibus leges & Canones admodum fauere notum eſt. Verum dicti Mulatier & Paumes ſcientes ſe inuicem in prohibito gradu conſanguinitatis & affinitatis coniunctos eſſe, quemadmodum in narratis primi reſcripti exprimebatur (cuius obreptio, quod gradus expreſſi non fuerant, 33 reparatur per poſterius, vbi exprimuntur) ſine tali diſpenſatione matrimonium contraxerant. Et quamuis poſtea per diſpenſationem ſubſequentẽ exemti fuerunt à pœnis introductis contra cõtrahentes nuptias inceſtas, aut alias illicitas & reprobatas, 34 tamen quod ſine diſpenſatione & ſpeciali gratia tale quippiam attentarint, ipſo iure in excommunicationem inciderunt, quam *Clem.1.de conſangu. & affin.* minatur, adeò vt etiam poſtquam reſcriptis illis, eorundémque comprobatione abſoluti fuerunt, nihilominus actum, omnéque, quod eum ſecutum fuit, reſcripta illa caſſarint atque permiſerint, vt denuò inter partes illas publicè coram facie Eccleſię, atque iuxta formam à Concilio Tridentino præſcriptam, matrimonium contraheretur. Effectus itẽ prædictorum reſcriptorum, quantumuis generales in iis clauſulæ ſint, ſaltem pertinet ad liberos, qui poſtea concepti & nati fuerunt, vt ij tantum ſucceſſionis & hereditatis capaces redditi eſſe cenſeantur, 35 ad inſtar interdictorum hoc in caſu, in quibus ratio habetur ſi futuum, ex quo edita ſunt, non retro. Actum † qui per ſpecialem gratiã & diſpenſationem reparatus fuit, ſuamque ſolemnitatem accepit, planè pro nouo habetur, adeò vt memoriam prioris penitus aboleat, ne vllum amplius tam quoad principale, quàm quoad eius acceſſoria effectum producere poſſit, ſed perinde habeatur, ac ſi nunquam factus fuiſſet. Videntur itaque liberi illi antè comprobationem reſcriptorum pontificis nati adulterini & inceſtuoſi, vel ad minimum illegitimi eſſe, quocumque etiam nomine carnalis illa coniunctio, ex qua prodierunt, indigitetur. Nam quemadmodum Tertullianus dicebat, 36 etſi adulterium, etſi ſtuprum dixero, vnum erit contaminatæ carnis elogium. Nec enim intereſt nuptam alienam an viduam quis incurſet, dum non ſuam fœminam, ſicut nec locis refert in cubiculis, an in turribus pudicitia trucidetur. Neque liberos illos antè diſpenſationem natos iuuare poteſt reſcriptum Diui Marci & Lucij Imperatorum, quod Marcianus I.C. *quodam in loco* refert, 37 quo illi Flauiæ Tertullæ per Menſorem libertum reſcripſerunt, ſe moueri & temporis diuturnitate, quo ignara iuris in matrimonio auunculi ſui fuerat, & quod auia illam collocarit, & numero liberorum, idcircóque cùm hæc omnia in vnum concurrant, confirmare ſtatum liberorum in eo matrimonio quæſitorum, quod ante annos quadraginta contractum fuerat, perinde atque ſi legitimè concepti fuiſſent. Tales ſiquidem circumſtantiæ in hac noſtra hypotheſi minimè exiſtebant, cùm non quadraginta, ſed octo ſaltem anni à tempore contracti matrimonij vſque ad illud, quo reſcripta Pontificis impetrabantur, lapſi fuiſſent, atque tale quippiam Pontifici dicti cõiuges haud verè narrare poſſent, quod Impp. Flauia Tertulla narrarat. Vnde colligi poſſe videbatur, quod iura à dicto Mulatier tam ſuo proprio, quàm liberorum nomine præſenſa magis obſcura, dubia & ambigua ſint, quàm dictæ Blanquine, ſicque omne in huius perſona eiúſque fratris Germani Iohãnis Caunet ex primo matrimonio procreati reſoluitur, & per conſequens Seneſcallus expectans interuentionem Iohannis & plenius quoad factum & iura partium informari deſiderans, bene iudicarit, dum conſtituto inter litigantes ſtatu controuerſiæ bona, de quibus litigatur, interim ſequeſtrari voluerit.

Verum nihilominus curia noſtra conſiderauit, quod Blanquine ſaltem petierat atque concluſerat, vt tanquam hæres ab inteſtato tantum in ſemiſſe hereditatis manuteneretur, atque alter ſemis fratri Ioanni, tanquam coheredi ex æqua parte relinqueretur: atque ſi pro Blanquina contra liberos ex Mulatier & Paumes procreatos tanquã incapaces pronũciaretur, præiudiciũ etiã ſtatim fieret, quoad dictũ Ioannem, vtpote qui idem ius cum Blanquine obtineat, eodémque planè modo dicto Mulatier, eiúſque liberis litem mouere poſſit. Et quamuis prædicti ipſam Blãquine prætenſa exceptione peremptoria, quod ſine conſenſu & voluntate matris nupſiſſet, aliáque nonnulla indigna cõmiſiſſet, ſummouere poſſet: eadem tamen exceptio nequicquam eius fratri germano, Ioanni noceret, ſed ei

ADDITIONES.

33 *c. quia circa, de conſangu. & affinit. c. ſuper literis, de reſcript. cap. quod dilectio, de conſ. & affin.* 34 Petrus Anchoranus *conſ.* 409. 35 Panormit. *in cap. referente, nu.* 4. *qui fil. ſint legit. & in c. per venerabilem, eo n.* 21. 36 *l. an interdictis, 3. de interd.* 37 *libr. de pudicit. cap.* 4.

ſed ei ſaluum omnino,& integrũ ſuum ius habẽti reliquum omne accreſceret. Perpendit item curia planè opus nõ eſſe, vt Blanquine reconciliationem cum matre poſt contractum matrimonium allegaret, multóque minus ad allegationis illius probationem vrgeretur, cùm conſtaret eam ob cauſam exheredari quidẽ illam potuiſſe, non verò exheredatam fuiſſe.

7 Edicta enim illa † & ſanctiones regiæ in talibus caſibus exheredationes permittunt, cùm eas liberi ſine conſenſu parentum nubentes haud ipſo iure incurrant, ſed diſpoſitioni & diſcretioni parentum relictum ſit, vt eiuſmodi liberos aut exheredare, aut culpam & iniuriam iis remittere poſſint. 38 Quod ſatis colligi poteſt ex edicto defuncti regis Henrici II. anno 1556. promulgato; vbi de parentibus hæc verba habentur: *eſtre par eux & aucuns d'eux exheredés*, id eſt, *eſſe ab iis, & quibuſdam ex iis exheredatos*: & deinde, *Puiſſent auſſi, &c. poſſint etiam*: atque ſub finem; *voulons que les enfans ainſi illicitement conioincts par mariage ſoyent declarez audit cas d'exheredation, &c.* id eſt, *volumus vt liberi ita illicitè coniuncti per matrimonium declarentur dicto caſu exheredationis, &c.* Atque quòd ſanctionem Henrici III. attinet, idẽ in illa nominatim ſub finem hiſce verbis exprimitur: *Meſmement celle, qui permet en ce cas les exheredations*, id eſt, *præſertim illa, quæ hoc in caſu exheredationes permittit.* Sicque apparet ius dictæ Blanquine ſaluum eſſe. Quod autem petitionem Mulatier proprio nomine motã attinet, cùm eius principale deſtructum fuerit, omnia quoque acceſſoria ſimul corruere neceſſe eſt. Si etiam vllum ius prætendere potuiſſet, & rigor ciuilis obſeruaretur, tum omne illud ex eius tanquam indignis manibus Regis procurator generalis veluti eriperet, atque domanio regiæ maieſtatis applicaret. 39 Reſtant nunc ſoli liberi, ex Mulatier & Paumes antè diſpenſationis & gratiæ impetrationem procreati. At horum quoque iura obſcura, dubia & ambigua dici nequeunt, neque vlla ampliori inſtructione aut cauſæ cognitione quoad illos opus eſt. Nam cùm ex inceſto & improbato coitu nati ſint; atque coniunctio illa clandeſtina fuerit, ideo etiamſi ipſimet coniuncti, tanquam ſimplices & iurium imperiti hoc ignoraſſent, cum iis planè diſpẽſari non poteſt. Ij enim ſaltem diſpenſationem rectè petunt, qui verè narrare poſſunt, quod nuptias ſuas in publico & iuxta ſolennem, atque in Eccleſia receptũ ritũ cum bãnis proclamationibus & publicationibus de ſuggeſto, inque locis ſolitis factis celebrarint. Alias verò ij, qui eiuſmodi ſolemnitates & ritus omiſerunt in fraude & dolo verſari ob clandeſtinitatem cenſentur. 40 Palàm enim delinquentes (inquiebat in terminis ſimilibus 41. IC. Paulus) vt errantes à maiori pœna excuſantur; clam committentes, vt contumaces, plectuntur. Quare licet ſolemnitas & ritus nuptiarum nihil faciat ad validitatem Sacramenti in eo, quod approbatum & confirmatum fuit per legem ciuilem, 42 tamen ritus ille interueniens haud ſine effectu eſt, ſed facit, vt præſumatur, quemadmodum diximus, matrimoniũ

† publicè contractum omni ſuſpicione doli & malæ intentionis carere. 43 Quod etiam decretis Concilij Tridentini, 44 ipſóque vſu ſatis confirmatur. Verum nihilominus in reſcripto illo Pontificis priori, quod poſteriori confirmatum fuit, poſt integram narrationẽ continetur clauſula ſub finem; *prolem ſuſceptã ac ſuſcipiendã exinde legitimã decernendo.* Haud etiam aliud quippiam in iure Canonico ſcrupuloſè & exactè inquiri, ſed potius ex eius humanitate & æquitate dici debet; quod liberi illi per ſubſequens & veluti de nouo contractũ matrimonium legitimati ſint, adeò vt nulla inter eos & reliquos, qui poſtea nati fuerunt, differentia detur; præſertim reſpectu Perſonarum illarum, quæ diſpenſationem impetrarunt; vt etiam dici nequeat talem diſpenſationem veluti conſpiratione & molitione quapiam procuratam fuiſſe. 45 Facit item, quod ſpecies illa legitimationis per ſubſequens matrimoniũ inter reliquas oẽs maximè fauorabilis ſit, adeò vt licet cæteræ legitimationis ſpecies omnes abrogentur, & in vſu eſſe deſinant; tamen hæc ſola, tanquam maximè fauorabilis, maneat & ſuſtineatur, quemadmodum ex allegatis decretalibus, 46 atque deciſionibus & reſolutionibus Canoniſtarum, aliorúmque Dilande depromtis videri poteſt. Quare dicta curia ad relationem D. F. Sabatier per 8

ADDITIONES.

38 *l. qui in prouincia, §. 1. de rit. nupt.*
39 Anton. Guibertus *de la coſte titul. de nupt. clandeſt. num. 114. fol. 164* 40 *in comit. Bleſenſ. artic 41.* 41 *dict. l. qui contra.* 42 *c. cùm inhibitio, de cland. deſponſ.* 43 gloſſ. *in dict. cap. referente, ſup. verb. ignorantiam.* 44 *in l. final, de ritu nuptiarum.* 45 *l. ſi donationum, Cod. de nupt.* 46 *d. cap. per venerabilem, qui filij ſint legit.*

extra omnem culpam fuerat. Curia itaque, dicebant prædicti viri, conditionem dictæ filiæ in dubio reliquit, minimeque expreſſit an illegitima eſſet. 1 Idem omnino dici poterat de arreſto, quod in præcedenti deciſione adduximus, quoad liberos dictorum Mulatier & Paumes. Etſi enim eos æqualiter cum liberis prioris matrimonij in poſſeſſione relictorum bonorum manuteneri voluit: tamen eorundem ſtatum non declarauit, ſed eum in dubio atque diiudicandum reliquit. Quare quemadmodum prædicti exiſtimarunt, quod illa ex Arnoldo & de Rols procreata illegitima eſſet, atque quod ignorantia, & error matris eam legitimam reddere non potuerit. (Hoc enim tum demum fieri potuiſſet, ſi tam Arnoldus, quàm dicta de Rols crediſiſſent abſentem Martinum verè mortuum eſſe, ſicque inter patrem & matrem matrimonium quoddam, quãuis illicitum fuerit, cum eo caſu iuxta doctrinam Canoniſtarum & interpretum iuris ciuilis 2 filia illa procul dubio legitima fuiſſet. At ſecus ſe res habet in prædicta hypotheſi, vbi ne vmbra quidẽ matrimonij apparet. Et quamuis curia in arreſto ſuo prætextus matrimonij mentionem fecerit: tamen propterea filia legitima dici nequit, cùm alias curia proculdubio talem eam declaraſſet, ſi commodè vllo modo fieri potuiſſet. Ex eo item, quod filiæ illi Arnoldi bona adiudicata fuerunt, eam legitimam fuiſſe, minimè colligi poteſt. Haud enim eo fine, ſed propterea hoc factum fuit, vt fauore quopiam ignorantiæ, errori & deceptioni matris ſuccurreretur, atque ne contra humanitatem & æquitatẽ filia à falſario & ſacrilego alterius vxorem circumuenıente procreata neceſſariis alimentis careret. Deinde etiam Arnoldus ob commiſſum delictu omnib. bonis priuandus erat, quæ fiſco applicari non poterãt, eo quod talis caſus hic non eſſet, vbi fiſcus quid prætendere poſſet. Æquiſſimum igitur erat, vt bona filiæ illi adiudicarentur. Alias verò, ſi eiuſmodi circumſtantiæ nõ interueniant, cuilibet notum eſt, quod ſpurij nullam omnino habeant ſucceſſionem) ita quoque idem omnino aſſeri poſſet, quoad liberos illos dictorũ Mulatier & Paumes. Nam & iis in arreſto illo poſſeſſio æqualiter cum liberis legitimis adiudicata fuit, exemptique illi fuerunt lite & foro quoad alias controuerſias, quas inuicem inter ſe mouerant: in quarum numero erat illa legitimum aut illegitimum liberorum ſtatum concernens, à qua potiſſimum dependebat ius ſucceſſionis in bonis dictæ de Paumes atque iudicium poſſeſſionis principaliter à Blanquine petitæ. At quamuis curia æqualitatem quandam ſumma humanitate & æquitate inter Blanquine eiuſque fratrem atque prædictos liberos introduxerit, ne hi egerent, ille verò totum retinqueretur: tamen minimè declarauit tales liberos legitimos eſſe, ſed ſaltem ad pontificis reſcripta à dictis Mulatier & Paumes impetrata reſpexit ad confirmandum ſtatum liberorum, vt perinde ac ſi legitimè concepti fuiſſent, ſuccedere poſſent. Ita enim & duos illos Imperatores in diſpenſatione ſui reſcripſiſſe teſtis eſt Marcianus. 3 Vnde etiam nonnulli inferunt ex verbis illis: *perinde atque ſi legitimè concepti fuiſſent*, ſatis conſtare, 4 quod ſaltem quoad principalem effectum pro legitimis habeantur, ſed nihilominus haud obſtãtibus errore, lapſu temporis, iuuenili ætate, & publica nuptiarum celebratione matrimonium illud coniunctionem inceſtam eſſe. Quod etiam Accurſio placuit, dũ in gloſſa ordinaria ad legem illam tradidit; prædicto reſcripto Imperatorum confirmari quidem ſtatum liberorum, ſed non matrimonium, quod cùm ſemel illegitimum eſt, vllo temporis lapſu validari nequit, cum tempus non ſit modus tegendi peccatum, ſed tempore illud creſcat & augeatur. Verum hæc nimis ſubtiliter & ſcrupuloſè dicuntur. Quibus vt eo melius ſatisfieri poſſit, vltra ea, quæ confutationis loco & pro confirmatione arreſti illius in cauſa Martini Guerre prolati Dominus Corraſius Senator †parlamenti Tholoſani, (qui etiam in 2 cauſa illa relator fuit) in annotationib. ſuis cõgeſſit: primo loco dicimus, quod quãuis inter dictã Bertrãde de Rols vxorem dicti Guerre & dictum du Tilh, alias Panſette vocatum, non fuerit matrimonium, (quod etiam in ipſo arreſto prætextus matrimonij vocatur) tũ quod vna mulier duos maritos habere non poſſit, tum, quod etiamſi vna duorum vxor, veluti apud Medos receptum fuit, 6 eſſe poſſet: nihilominus error in perſona voluntatẽ & per conſequens matrimo-

Additiones.

1 Papon *au dernier de ſes notair. ſous le tiltre de legit. de baſtards.* 2 gloſ. *in l. qui contra, C. de inceſt. & inut. nupt. c. ex tenore, c. referente, qui fil. ſint legit.* 3 *in l. qui in prouincia, §. fi. de rit. nupt.* 4 gl. *in d. §. fin.* 5 Strabo *au liu. 11. de ſa Georg.* 6 Plautus *in Amphitr. act. 2. ſcen. 2.*

item aſſerimus liberos procreatos à patre,
quem mulier, quę ei nubebat, laicum atque
ad contrahendum matrimonium aptum
eſſe crediderat, ob ignorantiam & bonam
fidem mulieris legitimos eſſe, 16 perinde
ac ſi procreati, concepti & nati fuiſſent
ex iuſto & legitimo matrimonio. 17 Opinio
autem contraria, quæ eiuſmodi legi
timationem limitat, atque ſaltem adſtringit
ad perſonam illam, quæ per errorem &
bona fide contraxit, meritò reiicitur, cùm
impoſſibile ſit, vt vnus homo duos ſtatus
obtineat, nempe ſpurij & legitimi, ſerui &
liberi, iuxta illud, quod Iulianus alibi reſpondit.
18

Præterea opinio & prætextus matrimonij,
vt liberi legitimi fiant, eandem virtutē,
eoſdémque effectus habet, quos iuſtum, verum
& perfectum matrimonium habet,
quemádmodum defunctus Dominus Corraſius,
relator cauſæ illius appoſitè admodum
in ſuis annotationibus ad dictum arreſtum
diſſeruit. Nos igitur illud ſaltem hic
adiicimus, quod legitimus filiæ illius ſtatus
ex adiudicatione bonorũ firmiter admodum
colligatur argumento ſumpto ab antecedentibus
& conſequentibus.

5 Cuius argumenti † exempla aliquot ex
Iuriſprudentię penetralibus Cicero *in topicis*
confert. 19 quæ probè intellecta etiam
hîc optimè conſiderari poſſunt; præſertim
illud, quod vltimo loco recenſet de liberis,
qui patrem non ſequebantur, quia nati ex
muliere nupta, & cùm qua connubium nō
eſſet, pro quibus ideò facto diuortio nihil
manere apud eum oportere colligitur, eo
quòd cauſa efficiens illius erat ius connubij
inter maritum & mulierem; ut in altero
& primo illo dictorum exemplorum
quoad priuationem illius retentionis cauſa
efficiens erat culpa mulieris in diuortio
facto. Quibus duabus cauſis ceſſantibus,
ſublatis, aut per iudicis ſententiam habitis
pro iis, quæ non adeſſent, & ſi mulier nuncium
remiſiſſet; tamen pro liberis manere
nihil oportere concluditur. Atque ſimiliter
noſtro in caſu ceſſantibus cauſis effectus
inde prouenientes euaneſcunt, & ſublatis
antecedentibus etiam conſequentia tolli.
híſque diſpoſitiuè poſitis illa neceſſariò
præſupponi neceſſe eſt. 20 Quare cū curia
noſtra filiæ illi bona Arnoldi adiudicarit,
eiuſdē legitimationem neceſſariò præſuppoſuit,
per quam liberi patrē ſequūtur,
eáque ratione planè pro legitimis habētur,
quemadmodū iam dictū eſt, ſtatu eorū cōfirmato.
Quod fieri nequit ſine approbatione
cauſæ, à qua talis ſtatus procedit, quæ
eſt præcedens matrimonium, quod licet ab
initio admodum vacillabat: tamen veluti
fulcris quibuſdam ſuppoſitis ab iis, qui talem
poteſtatem habebant, ex æquo & bono
& variis cauſarum figuris eatenus probatum
fuit, vt nati ex eo liberi pro legitimis
haberi poſſent. 21 Quod facit, vt hoc in
caſu † opinio antiqui illius Doctoris Azo- 6
nis & reliquorũ, qui eũ ſecuti fuere, merito
præualere debeat opinioni contrariæ
Accurſij, quā ſupra allegauimus. Nam cōminiſci
velle quaſdam conſiderationes non
concernentes ſtatum, neque conditionem,
ſed ſolam ignorantiam, errorem & deceptionem
matris, atque alias circumſtantias
æquitatis pro filia, & rigorem diſciplinæ
publicæ contra falſarium & infelicem ſacrilegum:
neque rationem, neque ſimilitudinem
veri habere exiſtimamus. Et ſatis euidenter
curia noſtra pronunciauit, diſpenſans
tamen, cùm dicta filia, vt ei integra bona
adiudicaret loco tertiæ, quam communiter
vxori & liberis eius, cuius corpus
confiſcat, adiudicare conſueuit, cùm alias
confiſcato corpore † confiſcari etiam bo- 7
na in Francia ſoleant, quemadmodum vulgò
dicitur. 22 Atque ſic fruſtra etiam
prætenditur, quod bona du Tilh confiſcari
non potuerint, cùm caſus hic non referatur
inter eos, qui confiſcationem merentur.
Nam primo illud ex vulgato illo refutatur,
quòd confiſcato corpore etiam bona
confiſcentur. At hic rei corpus confiſcabatur,
dum ad furcas & ignem, ſicque ad
mortem condemnaretur. Quare etiam
bona ad fiſcum pertinebant. Deinde crimē
illud adeò enorme & atrox erat, vt confiſcationem
omnino mereretur. At curia noſtra
eandem facere non ſemper obſtringitur,
ſed interdum ob circumſtantias quaſdā;
præſertim ſi liberi extent, 23 tā quoad
partem quàm quoad totum diſpenſare poteſt.
Sic enim arreſto dictæ curiæ III. Iunij,
Anno M. D. XXI. ſemis bonorum,
quæ aliàs confiſcari debebant, vxori &
liberis

ADDITIONES.

16 Baldus & Salicetus *in d. l. qui contra.*
17 *arg. l. duobus, de liberal. cauſ.* Iaſon *conſ.*
156. *volum.* 4. 18 *arg. l. filiū, de his, qui ſunt
ſui vel al. iur.* 19 *in arg. ab anteced. &
conſequ.* 20 *L. ad rem mobilem, l. qui procuratorem,
de procurator. cum ſimilibus.* 21
Chaſſan. *ad conſuetud. Burgundiæ.* §. 5. *tit. des
iuſtices, num.* 135. 22 *l. final & auth. bona
damnatorum, C. de bon. proſcr.* §. *final. vt
null. iud. collat.* 9. 23 *arg. c. non debet. de
conſangu. & affinit.*

iuris vulgares examinantur.

5 *In Francia atque præſertim in prouinciis iuris ſcripti ridiculum admodum eſſet, ſi maritus ſe vxori iocalia ſaltem commodaſſe diceret.*

1 IVre conſtitutum eſt, atque † ab interpretibus iuris cõmuniter traditur, quòd donatio inter coniuges morte confirmetur,& vim legati habeat 1 Quod ſine omni dubio procedit,ſi de tacita aut expreſſa reuocatione non appareat. 2 Alias enim morte cõfirmatio eiuſmodi induci nequit. Illud autem quæritur, ſi ſponſus ſponſę veſtimenta precioſa,annulos, catenas aureas, armillas, atque alia eiuſmodi ornamenta mittat, vel eadem conſtante matrimonio maritus vxori comparet, vtrũ eorum donatio præſumatur,quæ morte mariti confirmetur, an verò eadem heredes mariti à vidua repetere queant, aut ſaltẽ poſtulare, vt illa cũ dote,aliiſue,quæ ex defuncti mariti bonis vidua ſibi deberi cõtendit, compenſentur? Pro cuius quæſtionis reſolutione vulgaris hæc diſtinctio Bartoli 3 afferri ſolet,vt annuli, 4 veſtes,aliáue ornamẽta ſponſæ à ſponſo miſſa,vel vxori conſtãte matrimonio à marito comparata, ſi in vſu ſint quotidiano,donata,ſi verò ſint precioſa,non donata, ſed vt ſponſa vel vxor eo ornatior incederet, conceſſa intelligantur. 5 Quam tamen vulgatã diſtinctionem in ſequenti hypotheſi haud obſeruari debere ſupremæ curiæ Tholoſanæ placuit. 6 Filia defuncti Dn.Benedicti Ouurier mercatoris Tholoſani nubens Cauſin ciui Tholoſano,dotem decem mille librarum ei attulerat,atque pactis dotalibus vtrinque expreſſè cautum fuerat,quod iuxta conſuetu-
2 dinem † Tholoſanam maritus ſuperuiuens integram dotem,eo autem prius decedente,vidua pecuniæ ſummam, quę dimidiam dotis partem exęquaret, lucrari deberet. Vlterius etiam placuerat, quòd prędictus ciuis filiam iſtam mercatoris probè veſtire atque ornare deberet. Pactis dotalibus ille ſatisfecit, atq; tam antè, quã poſt ſolemnia ſponſalia, durantéque matrimonio plura veſtimenta ſerica, annulos gemmis exornatos,catenas,armillas aureas,atque alia ſimilia ornamenta comparauit. Soluto autẽ per obitum mariti,qui ſine liberis deceſſerat matrimonio, cùm mulier ita poſt annum luctus ad ſecunda vota conuolaſſet, & D.du Potier D. de Caſtel Nouel fratri Dn. de la Terraſſe magiſtri libellorum ſupplicum, qui hodie pręſes curię eſt, nupſiſſet, atque ſibi ab heredibus prioris mariti,dotẽ reſtitui, prædictámque ſummam præſtari petiiſſet: heredes obiecerunt, quod & ipſa reſtituere deberet iocalia,ideo ſibi data, vt eo ornatior eſſet, quorum valore ſumma mille & ducentorum aureorum ſuperaretur. Replicat mulier, ſibi quidem à marito defuncto, tam antè, quàm poſt contracta ſponſalia, & deinde durante matrimonio veſtimenta quædam ſerica, catenas, armillas, atque alia iocalia data fuiſſe, quorum tamen valor haud tantus fuiſſet,quantus ab heredibus prætenderetur; ſéque ad eorum reſtitutionem propterea nõ teneri,quòd omnia iſta iocalia non tam ornatus,quàm vſus gratia comparata fuerint, vt nimirum iſtis induta in honorem mariti diebus feſtis, præſertim ſolemnibus, iuxta morem Tholoſanum incederet: atque quòd maritus vi tam pactorum dotalium, quàm prædictæ conſuetudinis iocalia eiuſmodi comparare obſtrictus fuerit, cùm præſertim tã amplam dotem, quæ matrimonio etiam nondum cõſummato verè numerata fuerat, accepiſſet. Hanc itaque controuerſiã ſupradicta curia X. Aprilis, anno 1535. in ſecunda claſſe inquiſitionum ad noſtram relationem arreſto ſuo ita definiit, vt mulierem ab heredum petitione abſolueret, atque eos ad plenam dotis reſtitutionem & ſummæ præſtationem condemnaret. Cuius arreſti ratio fundari in eo potiſſimum poteſt, quòd maritus veſtimenta, catenas, atque cætera iocalia comparans, nihil omnino fecerat, ad quod contemplatione ampliſſimę ſibi numeratę dotis pro ſuo honore atque conſuetudine Tholoſana obſtrictus non fuiſſet. Quo caſu,quod maritus facit verecundia pulſante, id facere neceſſariò dicitur: vnde nulla donatio induci poteſt inter virum & vxorem alioqui prohibita,quia totũ hoc videtur factum, neceſſitate morum, & in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit, *vulgatis iuribus*. Rationes i-
tem † huc pertinent,quibus alibi Matthęus 3
de Afflictis 7 vtitur,atque conſiderari hic poteſt,quod aliud fieri inita pacta dotalia, atque vniuerſalis ferè conſuetudo eorũ,qui amplas ab vxoribus dotes accipiunt, haud permittant. Cùm enim expreſſo pacto, vt vxorem veſtiret atque ornaret, maritus ſe obligaſſet,ideò eius heredibus petita ornamentorum & iocalium reſtitutio aut compenſatio non immeritò denegata fuit. 8 Præterea arreſtum illud eo magis defendi poterit,quod curia Tholoſana † vulgatã il- 4
lam diſtinctionem inter iocalia precioſa,& non precioſa haud comprobet, eo quòd talia ornamenta & iocalia, qualia qualia

etiam illa ſint,& ſiue antè deſponſationem, ſiue ipſo ſponſalium aut nuptiarum die,antequam ſponſa ad mariti domum deduceretur,data donata aut conceſſa fuerint, habeantur pro donis ſponſæ à ſponſo nuptiarum gratia factis:quales donationes ſimpliciter & purè factæ, ſimpliciter etiã & irreuocabiliter iure valere ſolent. Quamuis item interdum poſt deductionem ad domũ eiuſmodi donationes demum fiant: tamen factæ eſſe cẽſetur,quaſi ad proceſſus vxoris, aut potius honoris cauſa. 9 Quo caſu donationes inter coniuges reſpectiuè & irreuocabiliter tolerantur.Imò licet hic in terminis verſaremur aliarum donationum inter coniuges, quæ reuocationi obnoxiæ ſunt: tamen cùm donationem illam iocaliũ & ornamentorum maritus viuens nunquam reuocauerit,ideò eius morte illa cõfirmata fuit,atque demum eo mortuo heredes eiuſdem res donatas ſibi reſtitui fruſtra petunt.Illud equidem verum eſt, quod aliud dici oportuiſſet, ſi idoneè probatum
5 fuiſſet,quòd ſponſę † iocalia & ornamenta iſta ſponſus ideò ſaltem commodaſſet, quo honeſtius culta ad ſe deduceretur; aut alias eius aſpectu gratiore frueretur.Tum enim ad definitionem Vlpiani recurrẽdum fuiſſet. 10 Quòd autem ex definitione iſta Baldus infert, iocalia ſponſæ à ſponſo trãſmiſſa in dubio potius ad ornatum ſaltem commodata,quàm donata cenſeri, atque ideò ſoluto matrimonio à mariti heredibus repeti poſſe,illud prædicto arreſto nõ adeò officit. Nã primò doctrina illa Baldi haud recipienda videtur,cùm lege, qua nititur, minimè comprobari queat.Deinde Baldus de reſtitutione iocalium loquens, præſupponit illa à ſponſo commodata fuiſſe. At noſtro in caſu heredes tale commodatum haud pręſuppoſuere,imò ne quidem allegarunt, ſed relictis iocalibus & ornamentis minus precioſis,ſaltem ad precioſorum reſtitutionem vel compenſationem egerunt. Haud magis quoque obſtare poteſt reſpõſum illud Pomponij, quod pro confirmatione vulgaris illius diſtinctionis afferri ſolet:vbi IC. reſpondet,non eſſe peculij id veſtimentum,quod ſeruo Dominus ita dedit vtendum,vt non ſemper,ſed ad certum vſum certis temporibus vteretur, veluti cũ eum ſequeretur ſiue cœnanti miniſtraret. 11 Nam hæc verba ICti à terminis noſtræ quæſtionis longè abſunt,cùm certum ſit, ſi dicta iocalia ad eundem finem commodata ſeu eadem conditione data fuiſſent,quod non tantum precioſa, ſed etiam reliqua omnia rectè repeti potuiſſent. Verum cùm è contrario conſtet,quòd defunctus maritus vxori veſtimenta iſta & reliqua ſine vlla conditione,limitatione & reſtrictione ita conceſſerit,vt iis perpetuo, ſeu quamdiu durarent,vteretur,ideò ex prædicto reſpõſo ICti ad caſum hunc argui nequit: præſertim cũ & ipſemet Accurſius deciſionem illam ad noſtri temporis ſeruos & famulos accommodans ab interpretibus iuris 12 accipiatur ſaltem de ſimplicibus ipſius legis terminis, nimirum temporarij vſus cauſa dominus ſeruis veſtimenta conceſſerit.Vnde etiam facilè intelligi poterit,quod longè abſit à terminis vulgo allegari ſolitorũ textuum communis illa diſtinctio inter precioſa & non precioſa iocalia,quando de ſimplici donatione non reuocata quæſtio eſt.Quare alij ad ſubdiſtinctionem quandã confugerunt : iuxta quam itidem arreſtum ſupradictum optimè defendi poteſt. *Aut enim*,inquiunt illi, *manifeſtè conſtat, quod maritus ideò iocalia dederit, vt iis ſaltem ad finem illum,quo ornatior adduci poſſet,vxor,vteretur,atque tum à defuncti mariti heredes pertinent, aut verò apparet, quod eadem maritus donare voluerit,& tum penes vxorem remanent, cùm donatio mariti morte confirmata fuerit*(qui caſus eſt,quem arreſtũ illud definiit)*aut denique de donatione dubitatur: quo caſu ordinaria & minus precioſa vxori relinquũtur, cætera verò mariti heredibus reſtitui debent.* Ex quibus facilè inferri poteſt, quod diſtinctio illa Bartoli, cuius ab initio deciſionis mentio facta fuit,ſaltẽ obtineat in dubiis,quando nimirum incertum eſt vtrum iocalia ad certum vſum commodata, an verò donata fuerint.Imò nonnulli ſunt,qui etiam in dubio rem iudicis arbitrio definiri volunt,vt is inſpectis facultatibus & dignitate mariti, conditione item vxoris, atque quantitate dotis ab eadem illatæ æſtimet, an quid de iocalibus & ornamentis reſtitui mariti heredibus debeat. Quæ ſanè omnia ſatis euidenter probant, quod ſæpius dictum arreſtum iuri conueniens ſit. Quibus tandè & hoc accedit,quòd in Francia, etiã iis in locis vbi ius ſcriptum viget, 13 ridiculũ admodũ & probroſum eſſet,ſi ſponſus ſponſę iocalia ad certũ finem commodaret, eáque lege daret,vt iis illa certis ſaltem diebus vteretur.Imò ſi heredib⁹ mariti ſub tali prętextu permitteretur,retẽtio,tum facilè fieret,vt ob acceſſoria eiuſmodi ipſum principale periclitaretur. 14 Meritò itaque illud arreſtum obſeruari oportet, cùm illud in ſimilibus quęſtionibus vim certæ atq; indubitatæ legis obtinere queat.

ADDI-

ADDITIONES.

1 *l. cùm hic ſtatus, de donat. int. vir. & vx.* 2 *d. l. cùm hic ſtatus, §. ſi maritus, & §. ſi diuortium.* 3 *in l. pen. §. ſeruus vxornu. 2. ſol. mat.* 4 Annulorum vſus, vt hoc obiter hic, vbi crebra annulorum mentio fit, adiiciamus; admodum antiquus eſt, adeò vt ignoretur, quis primus eorum inuentor fuerit. Plinius quidem exiſtimat eos tempore belli Troiani nondum in vſu, neque iis literas ſignari ſolitas fuiſſe; eo quòd Homerus bellum illud deſcribens, ſæpius quidem catenarum & armillarum aurearum, atque etiam modi ſignandi literas meminerit ſed nuſquam annulorum mentionem fecerit, cùm tamen haud veroſimile ſit, quod Homerus, qui alias omnia exactè deſcripſit, illos ſilentio pręterierit, ſi tum temporis in vſu fuiſſent. Verum hoc Plinij commentum apud Chriſtianos parum fidei habet. In libro enim originũ legitur, quod Ioſephus, (qui 550. ferè annis ante bellum Troianum vixit) cùm Pharaoni, Ægyptiorum regi ſomnium explicaſſet, princeps vniuerſi regni declaratus fuerit, atque ſigni loco annulum, quẽ rex geſtare ſolebat, acceperit. Haud item ſoli Reges, ſed priuati quoque annulos tũ geſtare ſolebant, quod exemtum Thamariæ annulum accipientis ſatis comprobat. Tempore quoque Moſis annulorum vſus erat, cùm ei teſte Ioſepho, inter pontificis Aaronis, atque eius poſterorum ornamenta referrentur. In eo ſanè fides Plinio haberi poteſt, quod olim Romæ annulorum, pręſertim aureorum, vſum admodum rarum fuiſſe teſtatur: cùm nullæ ſtatuæ antiquæ, exceptis regum Numæ & Seruij Tullij, cũ aureis annulis viſæ fuerint. Illud etiam veritati conſentaneum videtur, quòd Romani diu annulis ſaltem ferreis vſi fuerint, atque aureorum geſtationem præeminentię loco conceſſerint ſaltem legatis, quos ad regem vel nationem exteram mitterent: adeò vt etiam illi qui triumphum agerent, annulis ferreis ſaltem digitos ornarent, licet aureæ coronæ capitibus impoſitæ eſſent. Tum quoque, cùm creſcente iã ſumtu, aureorum annulorum frequentior vſus eſſet, nihilominus prohibitum fuit, vt eos non alij, quàm nobiles vel equites geſtarẽt. Cæpit itaque aureus annulus equeſtris ordinis decus eſſe, atque ornamẽtum eorum, qui in bellis fortes ſe geſſerant, donec etiã à plebeis tãdem vſurpatus fuit. Apud Carthaginenſes, vt Plinius *in vita Hannibalis* meminit, cuilibet licitum erat tot aureos geſtare annulos, quot pugnis interfuiſſet. Illud etiam apud veteres obſeruatum fuit, vt annulos in ſiniſtrę manus digito, qui minimo proximus eſt, geſtare ſolerent, vel modeſtiæ cauſa, ne ſi in dextra manu haberẽtur, ſuperbiam vel oſtentationẽ quandam arguerent, vel etiam commoditatis & ſecuritatis gratia, eo quòd in expediendis manuariis operis non tantum ſiniſtra, quantum dextra, manu vtamur. Eadẽ ratio a Plinio ratione digiti aſſignatur. Macrobius verò exiſtimat hoc ideo fieri, quod à digito auriculari vena quædam ad ipſum cor tendat, per quã auri atque precioſarum gemmarum vis ad illud penetrare queat. Quæ omnia latius explicat Pierre Meſſie *part 5. var. lect c. 1. de l'vſage des anneaux.* Haud tamen ſemper annuli eos geſtãtibus decus parere, ſed interdum etiã ignominiæ nota eſſe ſolent. In Rebuſpub. enim, vbi Iudæi tolerantur, plerunque iis præcipitur, vt annulos vel circulos flauos geſtẽt, quo à Chriſtianis diſcernantur. Atque ſic conſtitutione Imp. expreſsè ſancitum eſt, quod Iudæi clauum ſiue annulum in veſte flauũ & conſpicuum geſtare debeãt. *Reichs Abſchied* de An. 1530. *c. 22.* Dn. Petr. Denais *in iur. Cam. tit. Iudæi, §. 2.* An autẽ illi in Republ. Chriſt. tolerari queant, diſputat Cuia. *lib. 7 obſ.* 30. Tiber. Decian. *in tract. crim. lib.* 5, *c. 11. num.* 4. Ludou. Gilhauſ. *in art. iud. ciu. part. 1. de iuriſd. c. 1. n.* 70. Vigore aureæ bullæ eos recipere atq; fouere permiſſum eſt regi Bohemiæ & cæteris ſacri imperij electoribus, *Aurea bulla Car. IV. tit. 9.* In Frãcia, excepta vrbe Auennione, quæ pontificis iuriſ. paret, Iudæi nulli habentur. Eiecit enim eos primum inde Dagobertus, qui An. 632. regnum ſuſcepit. Huius tempore tota penè Franc. circumciſis repleta erat, qui omnem ibidem nequitiam exercẽtes, imprimis cũ Aſiaticis & Saracenis colludebant, odióque religionis Chriſt. omnia Gallorum conſilia aliáve ſecretiora in extremam eorundem perniciem illis prodebant. Qua de re Heraclitus Imp. Dagobertum regem certiorem faciens, edicto occaſionem dat, quo rex iubet, vt Iudęi intra certum tempus aut religionem Chriſtian. profiteantur, aut regno exeant, atque ſic omnes, qui baptiſ. renuunt, in exilium mittit. Eiecit itẽ eos propter nimiũ vſurarũ exceſsũ Phil. Auguſt. qui fratri in regno ſucceſſit An. 1180. Verum idẽ exhauſtis ob belli diuturnitatem facultatibus, reuertendi iis copiam facit, cũ ea cõditione vt maximam pecuniæ ſummã exoluant, cuius ope iter in terrã ſanctã ſuſcipere poſſit. Reſtituti nequitiã haud minorem exercent, ac denuò à Phil. IV. ſiue Pulcro expelluntur.

quos tamen filius eiuſdẽ Lud. X. quem Hutinum dixere, reuocat. Tandem cùm per colluſionem cum leproſis habitã, puteis veneno infectis plurimos occidiſſent, ab huius ſucceſſore Phil. V. ſiue longo vltima vice proſcripti fuere. Bernh. de Girard. ſeigneur du Haillan *de l'eſtat & ſuccez des affaires de France lib. 1. pag.* (mihi) 32. *col.* 1. *p.* 72. *c.* 1. *& pag.* 97. AD. 5 Atq; hanc diſtinct. etiam amplectuntur Romanus *conſ.* 146. *n.* 1. Roland. à Valle *conſ.* 10. *n.* 2. *part.* 1. Geil. *li.* 2. *obſ.* 91. *nu.* 2. Koppẽ *q.* 14. *n.* 6. *& ſeq.* vbi dicit, hanc ſententiam Germaniæ conſuetudine comprobatam eſſe. Firmari item eam DD. tradunt per *l. ſed ſi vir ex lana, de donat. int. vir. & vx. l. id veſtimentum, de pecul. l. ſi vt certo, §. interdum, commod.* Vide omnino Hart. Piſtor. *part.* 1. *q.* 44. AD. 6 *d.* 314. 7 *arg. l. ſi cùm ante. Cod. de donat. ante nupt.* 8 *arg. l. nam & Imp. cum ſequ. de donat. int. vir. & vxor.* 9 *in l. ſi vt certo, §. interdum commod.* 10 *l. id veſtimentum,* 25. *de pecul.* 11 veluti à Duareno atque aliis in *l. in his rebus, §. 1. ſol. matr.* 12 Sunt enim quædam prouinciæ ſub Francia ditione, velut Thol. regio, Delphinatus aliæque nõnullæ, quæ aut ex ſpeciali priuilegio aut ex conuentione cum regibus olim inita, ciuili Romanor. iure vtuntur, & hæ quidẽ prouinciæ iuris ſcripti, les pays de droict eſcript nuncupari ſolent; Verum pleræque aliæ, & quidem potiores Galliarum prouinciæ conſuetudinario iure vti dicuntur. Annæ. Robert. *lib.* 2. *rer. iud. c.* 1. vbi etiam tradit, quod ciuile Roman. ius in ſenatu & tribunalibus Franciæ citari liceat, nõ quod Romanis legibus parere Franci neceſſe habeant, ſed vt æquitatis ratio ex tot clariſs. & prudentiſs. Iuriſc. reſponſis attendi & inſpici queat. Sanè hoc frequenter fieri videmus, vt vna Reſp. alterius iure vtatur, non coactè, & quòd aliquod ſuperioritatis indicium inde elici queat, ſed libera & ſpontanea voluntate, quatenus æquitatem iuris peregrini horizonti fori ſui accommodauit: Sic enim olim ex lege Terentilia Rom. placuit Gouean. *l. obſ.* 1. *c.* 21. VVeſenb. *in π. de O. I. n.* 2. vt publ. auctoritate decem conſtituerent viros, per quos peterentur leges a Græcis ciuitatibus, atque iis eorum ciuitas fundaretur. *l.* 2. *§. poſtea ne diutius hoc fieret.* 4. *de O. I.* Sic quoque iure Canon. in definiendis & decidendis grauiſs. cauſarũ, ſpiritualium præſertim, momentis haud raro purioris etiam religionis profeſſioni addictæ curiæ vtuntur, non quòd excuſſum ſemel diuina gratia pontificis Rom. iugum lentè recipere ſtudeant, aut conditorũ iuris illius auctoritatem laudent, ſed quòd æquitatẽ Canon. quibuſdam in caſibus propenſa pietate imitari non dedignẽtur Ioh. Dauth. *in tract. de teſtam. in proleg. n.* 8. Alb. Gentil. *diſp.* 1. *de lib. iur. Can. pag.* 52. Eadem ratione hodie ius feudale Longobardorum non ſolum in imperio, ſed etiam ab Italis, Gallis, aliiſve Europæ populis receptum eſt. Dn. Henr. à Roſenthal *in ſynopſ. feud. cap.* 1. *concl.* Dn. Vult. *de feud. c.* 1. *n.* 6. Cuiac. *lib.* 1. *de feud. in pr.* contra Molin. *in conſuet. Pariſ. in pr.* Haud aliter item Cod. Iuſtin. Turcas iure Sax. Polonos & Lithuanos in curiis & iudiciis ſuis vti teſtantur Ioan. Leuenclai. *in præfat. antiq. paratit.* Pet. Royz. *in præf. deciſ. Lithuan.* AD. 13 *arg. l. pen. de alim. & cibar. leg. l. plen. §. equitij. de vſu & habit.* 14 Bald. *ad l.* 1. *C. de fideicom.* Matth. de Affli. *in cap.* 1. *num.* 16. *cum ſequ. ex quib. cau. feud. amitt.* Ferronus *ad conſuetud. Burdegal. tit. de dote, §.* 7.

DECISIO IX.

ARGVMENTVM.

Alienationis prohibitio dominij tranſlationem impedit.

SVMMARIVM.

1 *Alienatione contra prohibitionem, ſiue teſtamentariam, ſiue conuentionalem, facta, non ſolum alienator, ſed etiam is, in quem alienatio facta fuit, conueniri poteſt.*

INterpretes iuris † tam Græci, quàm Latini conſtitutionem imperialem, qua dicitur; *ea lege in duos collatam donationem, vt neutri alienandæ ſuæ portionis facultas vlla competeret, id efficere, ne alteruter eorum dominium prorſus alienet: vel vt donatori vel eius heredi condictio, ſi non fuerit conditio ſeruata, quæratur.* 1 communiter ita accipiunt, quod, quando fundus aut prædium ea lege vel conditione donatur, ne donatarius illud vendere, oppignorare, aut alio quouis modo alienare debeat; talis conditio aut conuentio minimè impediat, quo minus contra eam facta alienatio pro valida habeatur, ita tamen, vt donatori integrum ſit, vel ad id, quod ſua intereſt eiuſmodi rem alienatam non fuiſſe, vel vt ipſa res aut eius æſtimatio reſti- 1

ADDITIONES.

1 *l. ea lege, Cod. de condict. ob cauſ. dator.*

reſtituatur, donatarium conuenire. Quo nomine perſonalis ſaltem actio, contra eũ competit, cum quo contractum fuit, non verò vindicatio datur contra emptorem, qui poſſidet, eo quòd talis prohibitio alienationis tranſlationẽ dominij & proprietatis non impedit. Verum quando prohibitio eiuſmodi in teſtamento, contemplatione fideicõmiſſarij à teſtatore facta fuit; tum iidem interpretes tradunt tranſlationem dominij ob fideicõmiſſum planè impediri, adeò vt, ſi contra prohibitionem alienatio fiat, fideicommiſſario actio parata ſit, non modo contra heredem, ſed etiam contra emptorem. 2 Atque quoad hãc prohibitionem teſtamentariam & fideicõmiſſariam ne vllus quidem contradicit, cũ etiam ob textuum iuris euidentiam nulla planè contradictio locum habeat. Quare curia Tholoſana quoque ad noſtram relationẽ menſe Martio, Ann. M.D.LXXXVI. inter les Moniurs de Muret fideicommiſſarios in caſu alienationis prohibitæ teſtamento eorundem patris, pronunciauit contra Cambournac emptorem, cui actorum fratres inſtituti, certa quædam bona de hereditaria ſua portione vendiderant & alienarant. Idem in eadem cauſa inter eaſdem partes prædicta curia antea ad relationem defuncti domini Maynial præiudicauit, quoad præſidis dignitatem & officium euecto, reliqua cauſæ illius relatio nobis diſtributa & commiſſa fuit. Cæterũ multi eruditiſſimi viri anxiè admodũ rationem diuerſitatis inquirunt inter prohibitionem alienationis teſtamento factam atque eam, quæ conuentione fit, præſertim cùm ipſamet conſtitutio imperialis, quę de donationibus loquitur, expreſsè dicat talẽ prohibitionem id efficere, ne dominium prorſus alienetur. Quod ſi ita eſt, & prohibitio in ipſis donationibus, ac per conſequens in contractibus inter viuos tantam vim habet, quomodo donatori dominium abſceſſurum dicemus? atque ſi penes donatorem dominium manet, quomodo illum impedire poterimus, ne rem ſuam vindicet? 3 cur ei licitum non erit rem ſuam emptori auferre? 4 præſertim, cùm cuilibet permiſſum ſit rei ſuæ tradendo legem dicere 5 & quidem legem, quæ ita dicta impediat ne facto tertij alienatio aliter, quàm cùm ſua cauſa fiat, 9 eo quòd res ſemper tranſeat cum ſuo onere ſuaque cõditione licet adiudicetur & publicetur. 7 Præterea etiam omnis diuerſitas, quæ inter prohibitionem alienationis aut lege aut conuentione partium inter viuos, aut à teſtatoribus in teſtamentis prætendi poterat, indiſtinctè & cum eodem effectu per conſtitutionem Iuſtinianeam 8 ſublata videtur. Et quantum ſuperius allegatam cõſtitutionem imperialem attinet, quamuis ea donatori vel eius heredi condictionem, ſi nõ fuerit conditio ſeruata, permittat; tamen propterea non prohibet, ne donator vel eius heres vindicatione contra emptorem experiatur. Nam cùm alienatio fieri non potuerit, emptor deſtituitur omni iure, vtpote quod ei acquiri haud potuit in præiudicium donatoris, cui permiſſum erat, talem conditionem, qualem volebat, donationi adiicere, vt ideò hic obtineat illud, quod alibi dicitur, nullam eſſe venditionem, vt pactioni ſtetur. 9 Quare etiam contra opinionem prædictorum interpretum, tam Græcorum quàm Latinorum, arreſto ſupremæ curiæ Pariſienſis ſolemniter in habitu curiali ante feſtũ natalitij Chriſti Anno M.D.LXXXVI. pronunciato, quod Charondas *in ſuis reſponſis* refert, iudicatum fuit, etiam prohibitione conuentionali tranſlationem dominij & proprietatis impediri, & per conſequens rem donatam vindicari emptorique auferri poſſe, ita tamen vt donator vel eius heres non priuetur conditione ſuperius memorata, ſi eam eligere malit, quemadmodum nonnulli ex recentioribus 10 tradiderunt, cũ talem electionem donatori permiſſam eſſe natura particulæ *vel* in prædicta conſtitutione imperiali poſitæ arguere videatur.

ADDITIONES.

2 *l. qui ſolidum, §. penult. de legat. 2. l. pater, in pr. §. 1. de leg. 3. l. fin.* Cod. *de reb. alien.* 3 *l. officium, de rei vindicat.* 4 *l. rem alienam, de contr. empt.* 5 *l. in traditionibus, de pact.* 6 *l. alienatio. de contr. emt.* 7 *l. & poſt litem, §. 1. fam. erciſc. l. in tabulis, de ſtat. liber.* 8 *d. l. fin. C. de reb. alien. non alien.* 9 *l. ſi creditor, §. fin. de diſtract. pign.* 10 Forcat. *in cupid. iur. per 13. cap. num* 5.

DECISIO X.

ARGVMENTVM.

Quando contra contractus legem aliquid alienatur, tum non ſolum alienator ſed etiam nouus emptor conueniri poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Si contra legem contractus qua placuit, vt reditus, quem emptor in prædio venditori conſtituerat aliter alienari non poſſet quàm vt emtori illi prius offerretur, reditus ille vendatur, tum etiam nouus emptor eo nomine rectè conueniri poteſt.*

AD eundem quoque finem tendit aliud arreſtum dictæ curiæ Pariſienſis XVII. Aprilis, Anno M.D.LXXXVI. prolatum, quod itidem Charondas alibi refert. 1 Quæſitum enim eſt de virtute conditionis illius, qua quidam prædium ſuum † vendens emtori in eodem prædio certum reditum venditori conſtituenti promiſerat, ſe reditum nulli alij venditurum eſſe, niſi prius emtori eum obtuliſſet, iſtéque emere recuſaſſet. Venditore ſiquidem contra prædictam legem & conditionem tertio cuipiam reditum vendenti dubitabatur, an contra nouum hunc reditus emptorem dictus emptor prædij experiri, atque vt ſibi precium refundenti reditus reuenderetur, petere poſſet? Et quidem negatiuam reſponſionem ſuadebat, quod rationi contrarium ſit, vt nouus ille acquirens conueniatur, qui neque contraxit, neque quaſi contraxit cum emptore, ſed veluti tertius quidam eſt in contractu venditionis non nominatus neque comprehenſus, atque quòd conditio eiuſmodi non poſſit impedire venditorem, vt liberè atque in fauorem eius, cui libuerit, diſponendi facultatem habeat, ſaluo emptori contra eum regreſſu quoad damna & intereſſe: Nam inter obligationes faciendi refertur; quemadmodum appellantur, 2 quibus ineſt obligatio ad id, quod intereſt. Verum hiſce non obſtantibus, cùm conditio illa adiecta contractui venditionis, eius partem fuerit, in cuius præiudicium venditor non potuit de reditu illo diſponere, niſi prius emptori primo iuxta contractus legem oblatio fieret, 3 ſicque venditio ſecunda nulla ſit, & per conſequens primo emtori condictio vel actio cõpetat, non modo aduerſus eum, cum quo contraxit, ſed etiam contra nouum reditus emptorem, eo quòd conditio eſt in rem ſcripta, ſicque etiam in rem dirigitur: 4 ideò dicto arreſto iudicatum fuit pro primo emtore, quem declarauit curia admittendum eſſe, vt reditum illum redimeret. Idem quoque antea ad noſtram relationem à curia Tholoſana menſe Septembri anno 1581. in cauſa Semenon contra Rogues poſt ambiguam diſceptationem iudicatum fuit. Atque eandem ſententiam etiam Dn. Ferronus *ad conſuetudines Burdegalenſes* 5 amplectitur, cùm eiuſmodi conditiones, pactiones & conuentiones neque legibus, neque bonis moribus aduerſentur, & propterea præciſè & exactè iuxta earũdem formam atque tenorem ſeruari debeant.

ADDITIONES.

1 *lib. 7. cap. 31.* 2 *l. ſtipulationes non diuiduntur, de verb. oblig. cum ſimilib.* 3 *l. ea lege, C. de condict. ob cauſ. dat.* 4 *arg. l. metum autem, §. fin. quod met. cauſ.* 5 *tit. de feud. §. 16.*

DECISIO XI.

ARGVMENTVM.

Vnica interpellatio opportuno loco & tempore facta interdum ſufficit.

SVMMARIVM.

1 *Quando inter emptorem & venditorem conuenit, vt res vendita denuò alteri vendi non debeat, quam venditori primo prius oblata fuerit, tum ſufficit, vt eo nomine ſemel primus venditor ab emptore legitimè interpelletur.*

MAtvs autem dubium † in eadem materia & ſimili ferè hypotheſi ex actu quodam requiſitionis coram notario & teſtibus facto extitit. 1 Cùm enim inter venditorem & emtorem ita conueniſſet, quod hic bona empta aliter vendere, aut alias alienare non deberet, quàm ſi eadem primus venditor redimere recuſarit; emtor bona illa venditurus, vt contractus legi ſatisfaceret notario & teſtibus adhibitis auctori ſuo ſeu primò venditori voluntatem ſuam denunciauit, atque an ipſe redimere vellet, requiſiuit. Ille cùm non expreſsè hoc recuſaſſet, ſed deliberaturum ſe eſſe dixiſſet, emtor ſe hanc reſponſionem pro recuſatione habere expreſsè proteſtatus fuit, & dieb. aliquot elapſis tertio cuipiã bona illa vẽdidit. Iſte cũ bonis ita emtis frui vellet à

primo

primo venditore impeditur. Venditor itaque ſecundus emtoris ſui defenſionem ſuſpiciens actum illum requiſitionis & proteſtationem allegabat, quam inſufficientem eſſe primus venditor dicebat, cùm expreſſis iuris textibus probari poſſet 1 venditorem in eiuſmodi caſu haud aliter in mora conſtitui, vt liberè & irreuocabiliter tertio res vẽdi queat, quam ſi ſæpius atque ad minimum trina diſtincta vice, ita vt inter quãlibet interuallo octo vel trium dierum interſit, interpellatus fuerit. 2 Quare cùm primus emptor hoc non fecerit, vtique cõtra legem contractus peccaſſe, & pœnam in eo adiectã mereri videtur, atque ſic venditor primus non ſolùm vindicationem contra emtorem ſecundum, ſed etiam actionem perſonalem contra primum habebit. At hîc reſpondit venditorem negare non poſſe, quin requiſitio & denunciatio legitimè facta fuerit, atque reſpõſio ab eo data pro recuſatione habenda, ſicq; cõtractus legi ſatisfactum ſit, præſertim cùm ad minimum per quindecim dies poſt denunciationẽ adhuc expectarit antequã tertiò venderet. Quantum verò deciſiones iuris attinet, in quarum vna dicitur *ſæpius teſtato conuenerit*, 3 in altera verò hęc verba vſurpantur; *denunciationibus ſæpè datis*, 4 ad eas reſponderi poteſt; primò, quod loquantur de tutoribus, qui ob qualitates & officia ſua tam facilè in mora conſtitui nequeunt, ne pupillorum iuribus præiudicetur. Deinde etiam talis regula, qualem venditor primus præſupponebat, ex textibus illis iuris haud inferri poteſt, cùm ſufficiat vna interpellatio, modò fiat opportuno loco & tempore, nec remittatur vel intermittatur. 5 Particulæ autem *ſæpius* & *ſæpè* in textibus illis referuntur ad ſpeciem facti, in qua ſæpius interpellatum fuerat, idque ex abundanti cautela, quæ nocere & præiudicare nequit, & ex qua ius ſumi non poteſt, quemadmodum doctè pro more ſuo Dn. Cuiacius 7 notauit. Iuxta cuius opinionem à parlamento Tholoſano in ſecunda claſſe inquiſitionum, cùm prius ambiguo Marte diſceptatum fuiſſet menſe Auguſto, anno M.D.LXXXIV. in cauſa de Putz contra du Bus de Vaſconia iudicatum fuit.

ADDITIONES.

1 l.qui Roma,§.coheredes,de verb. oblig. 2 arg.l.ſi conuenit,4.in fi.de pign.act. 3 d. l.qui Roma,§ coheredes. 4 l.AEmilius,38. de minor. 5 l.mora fieri,de vſur. 6 l teſtamentum,C.de teſt. 7 ad Africanum.8.

DECISIO XII.

ARGVMENTVM.

Donatio in fauorem liberorum poſtea natorum reuocatur.

SVMMARIA.

1 *Remedium Conſtantini concernens reuocationem donationis ob liberos poſtea natos non ſaltem de patrono, ſed etiam de quolibet alio donatore intelligendum eſt.*

2 *Illud itẽ obtinet quoad donationẽ fauore & contemplatione matrimonij ab extraneo, qui ſponſam dotare non tenebatur, factam.*

3 *Quoad eam tamen moderatio facta fuit à ſuprema curia Pariſienſi in peculiari hypotheſi, quæ aſſertur.*

4 *Donatio remuneratoria iuxta proportionem meritorum ſuſtinetur, quoad reliquum verò reuocatur.*

5 *Arreſtum quoad caſum hunc à parlamento Burdegalenſi pronunciatum.*

CONſtantinus Imperator † modum reuocandarum donationum introduxit, 1 quem Auguſtinum vſurpaſſe atque veluti executioni mandaſſe ſumma laude prædicatur, 2 cùm bona Eccleſiæ à nobili quodam Græco donata eiuſdem liberis poſt factam donationem natis reſtitueret. Neque ex eo, quòd pontifex Gratianus adiecit Eccleſiam bona illa retinere potuiſſe iure fori, & non iure poli; firmiter inferri poteſt, quòd conſtitutio illa ſaltem loquatur de patrono donatore & liberto donatorio, ſicque indiſtinctè ad omnes liberos aliorum donatorum extendi non debeat, eo quòd facilius reuocetur illud, quod à patrono in fauorem liberti ſui factum fuit, quam quod aliis perſonis factum aut exhibitum eſt: 3 atque etiam ſpecialis quædam ratio ſubeſſe quoad patronum videatur, vtpote qui nunquam proprios ſuos liberos liberto præferre præſumitur. 4 Nam omnes communiter tradunt, æquum & vbiuis ferè vſu fori comprobatum eſſe, quòd

ADDITIONES.

1 l.ſi vnquam.C.de reuocand.donat. 2 c.quicunque,4.quæſt.71. 3 l.fratres.C.de inoffic.teſtam l.1.C.de reuocand.donat. 4 arg.l.Titio,§.Titio centum,2.de conditio.& demonſtr.l.datum.C.de leg.

quòd dicta conſtitutio indiſtinctè accipiẽda ſit de omnibus donatoribus, quibus prę ter opinionem liberi poſt factam donationem naſcuntur, vt ſola eorum natiuitate donatio ſtatim reuocetur.

De quo quidem curia noſtra nunquam dubitauit. Atque hìc nobis in memoriam reuocamus defunctum dominum Coraſiũ, dictæ curiæ quondam ſenatorem, qui cùm in ſchola iuridica Academiæ Tholoſanæ Anno M.D.LIV. conſtitutionem illam interpretaretur atque defenderet, eam particularem eſſe & ſpecialiter ad patronum & libertum pertinere, (quemadmodum etiã poſtea in ſcriptis ſuis 5 fecit,) tandem cũ finita lectione ex cathedra deſcenſurus eſſet, & pleríque auditores, quorum ad minimum quatuor mille erant, iam ſurrexiſſent, vt abeuntibus hæc verba vſurpabat: *Attẽdite, ne vos fallam, Senatus contrarium cẽſuit, me tamen fortiter reclamante.* Quod ita ſe habere ſicque curiam noſtram generaliter iudicare ſolere poſtea deprehendimus, cùm in ea ampliſſimo illo conceſſu cohoneſtari nobis contigiſſet. Nam alias conſtitutio illa eſſet inutilis, vana & fruſtratoria in Francia & ferè in toto Chriſtiano orbe, vbi patroni & liberti amplius haud cogniti ſunt, præſertim tales, de quibus ius Romanorum loquitur. De eo autẽ aliquando dubitari vidimus; an etiam conſtitutio illa obtinere debeat in donatione
2 matrimonij cauſa facta ab extraneo, † ſeu eo, qui ſponſam non dotare neque ſponſo donare tenebatur? Et quidem pro affirmatiua arreſtum à curia Tholoſana in habitu curiali XIII. Septembris Anno M.D.LXIV. prolatũ fuit. Papon aliud arreſtum eiuſdẽ curiæ XIII. Maij, Anno M.D.XXVIII. pronunciatum, 6 & nõnulla alia ſupremarum
3 curiarum † Pariſienſis & Burdegalenſis adducit, interque ea etiam illud, quod magnus ille ICtus cuius crebram mentionem fecimus, Molinęus obtinuit, vbi (eo quòd frater donatarius oppoſuerat, quod propter donationem illam eiúſque occaſione & contemplatione nactus fuiſſet vxorem, quam haberet, eíque propterea amplum doarium conſtituiſſet, cùm eam alias minimè nanciſci potuiſſet) nominatim adiiciebatur; quod nulla habita ratione eorum, quæ donatarius oppoſuiſſet, donatio pro reuocata haberi deberet, ſine præiudicio doarij, adeò vt illud, ſi donatarij facultates non ſufficerent, ex bonis donatis ſupplendum eſſet. Quo proſpectum fuit omnibus inconuenientibus, quæ alias obiici potuiſſent. Cæterum & aliud dubium ratione conſtitutionis illius frequenter occurrere ſolet, nempe cùm ea loquatur de donatione planè gratuita, ſimplici & ex mera liberalitate proueniente, an non ceſſare debeat, cùm iuſtæ donandi cauſæ fuerunt, adeò vt potius remuneratio, & per conſequens quędam permutatio, compẽſatio, ſolutio & liberatio, quàm pura donatio & liberalitas ſit; idémque dicendum ſit, ſi merita non exactè æquipolleant liberalitati, ſed minora ſint, vt eo caſu donationis reuocatio fiat, ſaltem quoad proportionem eius, quod merita excedit, & reliquum donatariis iuxta ſeruitij meritum relinquatur, quemadmodum in quodam iuris Canonici loco innuitur. 7 Et quidem iuxta opinionem præſtantiſſimorum quorundam ICtorum reſpondetur, quod donatio remuneratoria † iuxta proportionem meritorum ſuſtineatur, quoad reliquum autem reuocetur; 4
8 atque ſic poſt plures diſtinctiones concluſum fuit, quod donatio, ſi inter eos, qui libertatem donandi habent, ſeu quibus donationes interdictæ non ſunt, facta ſit, in eadémque merita expreſſa aut alias probata fuerint: pro meritorum proportione valeat, & effectum ſortiatur, quoad reliquum verò non, ſed vigore dictæ conſtitutionis reuocetur. Et quoad omnia illa puncta arreſtum † ſolemne in noſtra præſentia à ſu- 5
prema curia Burdegalenſi per defunctum dominum prę́ſidem Villeneufue 2. Iunij in vigiliis Pentecoſtes, Anno M. D. LXXI. pronunciatum fuit. Nam Anno M.D.LXV. menſe Aprili domina de Luſtrac, vidua defuncti domini Antonij d'Albon, mareſcalli S. Andreę, puellæ cuidam è gynecęo ſuo, quę ei vltra quatuordecim annos inſeruierat, quam Gothofredo aulę prę́fecto in matrimonium collocabat, dotis loco per donationem puram & irreuocabilem inter viuos factam, atque expreſſè contemplatione ſeruitiorum, quæ ei à puella illa exhibita fuerant, quæque eam amplius exhibituram eſſe ſperabat, quantitatem ſex mille librarum Turonenſium, ita vt bis mille intra Annum, & poſtea quolibet Anno mille prę́ſtarentur, dare promiſit. Euenit vt anno ſequenti M.D.LXVI. cùm primus terminus ſoluendi bis mille libras lapſus, & matrimonium iam diu conſummatum eſſet,

ADDITIONES.

5 *in ſuis epiſt.* 9. *c.* 30. 6 *tit. de donat. arreſt.* 22. 7 *c. relatum, ext. de teſt.* 8 Andreas Tiraquellus *in commentariis ſuis ad dictam conſtitutionem.*

eſſet, dicta Domina de Luſtrac aſſerens ſe inductam & perſuaſam fuiſſe, vt donationem illam faceret, eandem reuocaret, factámque reuocationem coniugibus donatariis ſignificari curaret. Ij poſt aliquot actus eo nomine à ſe factos coram Seneſcallo, qui Ageni ſedet, concernentes inſinuationem donationis ann. 1568. vigore diplomatis cancellariæ Burdegalenſis proceſſerant per occupationem quorundã bonorũ dictæ Dominæ de Luſtrac quoad ſummas illas conſtitutæ dotis, quarum dies iam venerat. Cúmque vt decretum interponeretur Domina illa à prædicto Seneſcallo citaretur; comparens ſe remitti poſtulauit ad Seneſcallum Aquitaniæ, cui cauſam ſuam commiſſam eſſe dicebat. At petitam remiſſionem Seneſcallus ille Agenſis denegauit. Ab ea igitur denegatione ad curiam Domina appellauit, ſed appellationem poſtea deſeruit. Qua deſertione facta partes ad Seneſcallum Agenſem remiſſæ fuerunt, ibidémque lis ob quaſdam oppoſitiones, præſertim domini de Caumont ſecundi mariti dictæ de Luſtrac vſque ad annum M. D. LXX. protracta fuit. Quo tẽpore dicta de Luſtrac ex ſecundo iam marito, Domino de Caumont filium habens, qui marchio de Fronſac appellabatur, diploma regium ad eum finem impetrat, vt donatio, quam feciſſet, coniugum illorum perſuaſione, cùm tã marito quam filia Catharina d'Albon orbata eſſet, caſſetur & reuocetur ob natiuitatem filij ex ſecundo marito ſuſcepti. Super quo diplomate cùm concluſum fuiſſet, dictus Seneſcallus pronunciauit nulla habita ratione diplomatis à dicta Luſtrac impetrati, quadrageſimo die proximè ſequenti decretum quoad bona occupata adiudicari, atque proclamationes iuxta edicti vigorẽ reſeruatis expẽſis fieri debere. A qua ſententia dicta de Luſtrac denuò ad ſupremam curiam Burdegalenſem prouocat, vbi cùm controuerſia iam dirimi deberet ab appellatis potiſſimum allegabantur fauores dotium, ſeruitia à ſe dictæ Dominæ exhibita, quæ per donationem illa compenſare voluiſſet, vt ita donatio planè remuneratoria eſſet, & quod dicta conſtitutio, ſuper qua appellans diploma impetraſſet, loqueretur ſaltem de quota bonorum, veluti de quarta, tertia, dimidia, aut etiam alia, non verò de re certa ſpeciali & & particulari, qualis eſt cenſus, feudum, domus, fundus, aut pecuniæ quantitas, vt hoc in caſu, iuxta doctrinam Baldi, 9 Salicceti, 10 aliorúmque præſtantiſſimorum iuris interpretum. Verum econtra appellans reſpondebat dotes non tam fauorabiles eſſe quàm liberos, multáque Reipublicæ mala dotes attuliſſe, adeò vt eas Lycurgus planè prohibuerit, atque quòd ratio dictæ conſtitutionis, qua niteretur fundamentum haberet in lege quadam Papiniani, 11 quæ centum & triginta annis ad minimum antiquior eſſet illa conſtitutione, quæque Papiniani lex per aliam conſtitutionem Imperatoris Alexandri 12 etiam ad legata & fideicommiſſa ſpecialia porrecta fuerit: idque in fauorem liberorum, qui omnibus extraneis præferendi ſunt, vel ipſa pietatis paternæ coniectura. Verba item in dicta donatione appoſita, *ob grata ſeruitia*, interpretationem recipere dicebat ex præcedentibus ibidem poſitis, 13 & veluti generalia potius ob formalitatem, colorem & prætextum, quam principaliter & veluti cauſam ac fundamentum ipſius donationis adiecta viderı: atque ab extraneo 14 alieni matrimonij contemplatione factam donationem puram intelligi, 15 aut ad minimum hermaphroditicam cenſeri, id eſt, remuneratoriam vſque ad proportionẽ meritorum; puram verò & ſimplicẽ quoad omne reliquum: & per conſequens merita examinanda eſſe, cùm donatio illa facta fuerit ſub conditione legali, quæ tacitè inerat, & quam coniuges illi implere poterant. Quod cùm non fecerint, eſt quod ſibi imputent. Quas rationes ex vtraque parte cùm Dominus Præſes doctè & plenè examinaſſet ad pronunciationem dicti arreſti progreſſus fuit, quo appellatio, illúdque vnde appellatum fuerat, caſſabatur, & retenta cauſæ cognitione curia conſiderans dictam Marne (ita enim mulier illa appellabatur) pẽr ſpacium quatuordecim annorum prædictæ de Luſtrac ſeruiiſſe quantitatem illã ſex mille librarum moderabatur, vt quoad quatuor mille donatio valeret, atque ad eandẽ præſtationẽ dictã de Luſtrac condemnabat, comprobans ex parte diploma ab ea impetratum, atque ad eum finem & quoad reliquum proclamationum nomine partibus

ADDITIONES.

9 *in auth. ex cauſa, Cod. de liber. præter.* 10 *in d. l. ſi vnquam.* 11 *in l. cùm auus, de condit. & demonſtr.* 12 *l. generaliter, §. cùm autem, in fin. C. de inſtitut. & ſubſt. ſub cond. fact.* 13 *arg. rubrica, C. de imponenda lucratiua deſcript.* & doctrinæ Baldi *in l. ſi pater, C. qui bon. ced. poſſ. & in l. ſi per epiſtolam, Cod. de donat.* Oldrad. *conſ. 5.* 14 *arg. l. ſi venditor, de ædil. edict.* 15 Boerius *deciſ. 153.*

partibus modum præſcribebat, compenſatis expenſis in inſtantia diplomatis & appellationis factis, reliquis verò vſque ad finem litis reſeruatis. Per quod arreſtum omnia puncta dubiorum ſuperius motorũ deciſa fuerunt, ſed vltimum ex iis dictam quotam, aut ſpeciem particularem cõcernens paulò extra ordinem. Nam etſi dicta conſtitutio æquè locum habet in re particulari donata, quàm in quota 16 cum vtriuſque donatio in præiudicium liberorum tendat, & propterea æquo iure cenſenda ſit, 17 idque locum habeat, etiamſi rès particularis donata multo minor ſit dimidio: tamen duo in eiuſmodi caſu conſideranda & examinanda ſunt: vnum eſt, quod ſi res illa donata vilis & exigua habita ratione facultatum donatoris, æſtimationis ſit, non conſideretur, neque donatio reuocetur: Secundum verò eſt, vt perpendatur, vtrum res magni momenti ſit, quàm teſtator veroſimiliter non donaſſet, ſi liberos ſe habiturum eſſe cogitaſſet. Eo enim caſu reuocatio vſurpari poteſt. Et quamuis nonnulli certam regulam conſtituere, atque ad quartam vſque partem limitare illud voluerint, quemadmodum Baldus *quodam in loco* fecit, 18 tamen tutiſſimum & communi opinioni maximè conueniẽs eſt, vt res tota relinquatur arbitrio iudicis, qui ſemper probè æſtimare & perpendere debebit, an donator eam qualitatem & facultates habeat, vt veroſimile ſit eum etiãſi liberos habuiſſet, vel ſe habiturum eſſe cogitaſſet, nihilominus donare voluiſſe: atque etiam conſiderare & perpendere qualitatem donatarij, an dignus fuerit eiuſmodi liberalitate, & talis ſit, vt ſpes liberorum à propoſito donandi donatorem auocare nõ potuerit, idque omne iuxta reſolutionem Tiraquelli *in commentariis ſuis ad dictam conſtitutionem.* 19 An verò in hypotheſi ſuperius expoſita circumſtantiæ eiuſmodi interuenerint peritiores facilè iudicare poterunt. Sanè Domina illa, quemadmodum etiam partes obiter ei obiecerunt, melius feciſſet, ſi donationem caſtelli de Valery à ſe factam reuocaſſet, quàm quod donationis in fauorem matrimonij à ſeipſa conciliati & procurati ei factæ, quæ per integros quatuordecim annos fidelia ſeruitia præſtiterat, peteret. At malã eius & omni fundamento carentem cauſam quodammodo iuuabat, quod ei filius Dominus marchio poſtea naſceretur, cùm ante quatuor iam annos litem illam temerè mouere, & reuocationem vrgere cœpiſſet.

ADDITIONES.

16 Bald. *in l.1.C.de inof donat.* Alexander *conſil.71. volum.4. in l.1.C. de pact.* 17 *l. illud quæſitum, ad leg. Aquil.* 18 *in l. Titius Seio, §. Imperator, de legat.2.* 19 *ſuper verb. omnia vel partem aliquam.*

DECISIO XIII.

ARGVMENTVM.

Beneficium D. Conſtantini naturalibus liberis non competit, niſi legitimati ſint, licet illi donationem, tanquam inofficioſam, impugnare queant.

SVMMARIA.

1 *Donationes à parentibus & aliis, qui donare, & dotem conſtituere tenentur, facta reuocationi nõ obnoxia ſiunt, niſi inoffrcioſæ ſint, quo caſu vſque ad legitimas liberis poſtea natis debitas reuocantur.*

2 *Differentia inter reuocationes D. Conſtantini conſtitutione introductas, atque eas quas DD. Diocletianus & Maximianus introduxerunt.*

3 *Reuocationi à D. Conſtantino introducta locus non eſt, ratione liberorum naturalium & ſpuriorum.*

4 *Quod etiam verum eſt, licet eiuſmodi liberi poſt factam donationem petente & requirente patre legitimentur, niſi legitimatio per ſubſequens matrimonium fiat.*

5 *Quo tamen caſu res quoque difficultate non caret. ſi matrimonium eo ferè tempore, quo pater naturalis deceſſurus erat, in fraudem aliorum liberorum, aut etiam ſubſtitutorum fiat.*

EXpreſsè in deciſione † præcedenti de donatore extraneo, qui alias donationem facere non obſtringebatur, locuti fuimus. Nam ſi pater eſſet, qui vxori dotem, vel etiam marito donationem propter nuptias conſtituere tenebatur, tum licet poſtea liberi naſcantur: tamen eorum natiuitate donatio non reuocatur, niſi inofficioſa ſit. Hoc ſiquidem caſu donatio reduci, ſicque reuocari in tantum debet, quantum ad legitimam liberorum poſtea natorum ſufficit: in cuius computatione etiam conſiderari oportet eum, cui donatum fuit, vt numerus liberorum eo auctior ſit. Idque iuxta alias conſtitutiones DD. Diocletiani 1
& Ma-

& Maximiani, 1 & quidem poſt mortem
demum patris. 2 Eo enim viuo legitimã
liberi non prætendere, & multo minus pe-
tere poſſunt, ſed poſt eius obitum talis do-
natio haud impediet, quo minus eam pe-
tere poſſint in vniuerſis & ſingulis bonis,
3 tam donatis, quàm aliis, Vnde facilè col-
2 ligi poteſt, quænã differentia † ſit inter re-
uocationem dicta conſtitutione Conſtan-
tini introductam, atque eam, quæ vigore
conſtitutionum Diocletiani & Maximiani
fit. Illa reuocat omne: hæc portionem ſal-
tem legitimam liberis poſtea natis debitã:
illa in gratiam liberorũ quoad ſpèm ſaltẽ
fit, hæc cõmodum & vtilitatem liberorũ
ex aſſe cõcernit: illa ſtatim poſt natiuitatẽ
vnius ex prædictis liberis per miniſterium
legis, ſine vlla formalitate viuo adhuc do-
natore cõtingit: hæc poſt eius mortem ſal-
tem. Quibus ita præſuppoſitis dubitatum
3 aliquando fuit, vtrum beneficiũ † reuo-
cationis cõſtitutione Cõſtãtini introductũ
locum habeat in donationibus, quæ libe-
ris naturalibus & ſpuriis factæ fuerunt. Et
quidem negatiuè nonnulli reſponderunt,
exiſtimantes eiuſmodi liberorum natura-
lium exiſtimantes eiuſmodi liberorũ na-
turalium ratione ſaltem poſteriorem re-
uocationem à DD. Diocletiano & Maxi-
miano introductam locum habere vſque
ad proportionẽ legitimæ: ſed Cõſtitutio-
nem Conſtantini expreſſè de legitimis lo-
qui, & propterea non poſſe extendi ad ſpu-
rios, quorum odio donatio non tam fauo-
rabilis eſt, quàm reſpectu fratrum, & tamẽ
in caſu dicti arreſti pro Molineo prolati
donatio in fratrem collata fuerat, quemad
modum optimè notat Charondas *in ſuis
reſponſis* 4 allegans arreſtum quoddam ſu-
premæ curiæ Pariſienſis, quæ ita contra
naturalem quendam nobili loco natum
pronunciauit, adiudicans tamen ei in fun-
do donato reditum quendam, alimentorũ
loco. Cúmque dicta reuocatio ſine omni
dubio locum nõ habeat reſpectu liberorũ
fictorum & adoptiuorum: 5 idem quoque
de liberis naturalibus & ſpuriis, quales qua
les etiã illi ſint, dicendũ erit, vtpote qui nõ
verè liberi, 6 ſed extra matrimonium pro-
creati ſunt, & propterea ſub ſpeciali diſpo-
ſitione Conſtantini non comprehendũtur
quæ verè naturaliter & non fictè intelligi
debet, quemadmodum ætas eiuſdémq; ve-
nia, vt alibi ſancitum eſt. 7 Dubium autem
adhuc exiſtit quoad liberos ſpurios & na-
turales, qui poſt donationem patre conſen
tiente & petente legitimati fuerunt. Nã eo
4 caſu videtur, quod ob eiuſmodi † legitima-
tionem factã & comprobatam poſt ipſam donationẽ naturales & legitimi, ſicque veritate & non fictione heredes in primo gradu ſint, tanquam nati & poſthumi ſecundum naturã & iuxta legem, ſicque, vt breuiter dicatur, inter eos & legitimos nulla euidens differẽtia ſit, vt propterea quod de his, eorúmque natiuitate conſtitutum eſt, ob identitatem rationis etiam quoad illos obtinere debeat, cùm legitimatio viuo adhuc pãtre facta & comprobata fuerit. Verũ hiſce non obſtãtibus contraria opinio verior & firmior eſt, eo quòd legitimatio præiudicare nequit ei, cui ius quæſitum eſt: adeò vt quamuis legitimatio eiuſmodi effectum habeat, quoad eum, qui legitimatus eſt, ac quoad illum, qui legitimationẽ dedit, & ei conſentit, eámque proſequitur: 8 atque licet dictus pater petens & requirẽs talem legitimationem præiudicare poſſit proximis ſuis ſucceſſoribus collateralibus, & efficere vt etiam iis non vocatis neque auditis legitimatio inſinuetur & comprobetur: tamen ij ipſi, qui contrariam ſententiam defendunt, haud ſenſerunt quòd pater tali legitimatione impedire poſſit ius quoddam in bonis alteri iam quæſitum 9 ſed ſaltem locuti fuerunt de iis, qui ius futurũ ſperare poſſunt: præſertim cũ Conſtantinus *in conſtitutione ſua* de nullis aliis liberis diſpoſuerit, quàm qui naturales & legitimi atque tales ſunt, quos lex in lucẽ producere permiſit, neque miſcendi ſint naturales & illegitimi, qui legibus exoſi ſunt, tanquam incertum patrem habentes atque ex tali coniunctione orti, quam lex nunquã recepit, adeò vt quamuis naturales appellatione liberorũ contineantur ad excluſionem fideicommiſſarij tamen hoc verũ ſaltẽ ſit in hominis diſpoſitione, 10 non autem in mentione liberorum à lege facta, in qua iuſta ſoboles ſẽper intelligitur.

11 Præ-

ADDITIONES.

1 *l. ſi totas, l. ſi mater, l. ſi liqueat. Cod. de inoffic. donat.* 2 *l. cum quæritur, Cod. de inofficio. teſtam. l. 1 §. ſi impuberi, de collat. bonor.* 3 *auth. vnde ſi parens, Cod. de inoffic. teſtã.* 4 *libr. 4. cap. 9.* 5 *l. fideicommiſ. de condit. & demonſtr.* 6 *l. filium, de his qui ſunt ſui vel al. iur.* 7 *l. final. Cod. de his qui ven. ætat. impetr.* 8 *§. filium verò. in Non. quibus mod. natural. efficiant ſui.* 9 Dominicus & Imola *in c. grandi. de ſuppl. negl. prælat. libr. 6.* 10 *l. ex facto, §. ſi quis rogatus, l. ad Trebell.*

dem rationes & auctoritates ab eo adductas fideicommiſſario. Verum nihilominus nos intelleximus contra hæc iudicatū fuiſſe arreſto ſupremæ curiæ Pariſienſis ſolemniter per defunctum dominum præſidem Lyſet in cauſa cuiuſdam de celebri illa familia de Lauragois Anno M. D. XXXVIII. prolato, cuius Choppinus *quodam in loco* mentionem facit 23 nóſque idem arreſtum illud eſſe putamus, quod à Charonda *in ſuis reſponſis* adducitur, 24 contra quod ſupplicatio ciuilis exhibita, ſed non iudicata fuit, atque prætēditur adhuc aliam circumſtantiam ibi interueniſſe, nempe vtilitatem matris, quę filium naturalem pepererat, dicto domino, qui grauatus erat, ſi ſine liberis maſculis decederet, reſtituere domum illam cuidam fratri ſuo aut propinquo. At cùm dominus ille nunquam vxorem habuiſſet, & quędam inter eum ac fideicommiſſarium rixæ interueniſſent, ad extremos dies ſuos iā perueniens mulierem illam diligenter quæri curauit (eo quod diu antè domo eius deſerta, in qua famulitiū aliquando exercuerat, per orbem vagari cœperat) eámque iuuentam in ipſo fere mortis articulo vxorem duxit. Quod ſolum per ſe ſufficit, vt reliquum omne deſtruatur & corruat. Ii, ad quos hoc pertinet, melius examinare & iudicare poterunt an hæc veritas ſit: nos nihil de hac re, quam ex auditu accepimus.

ADDITIONES.

23 *de moribus Pariſ. libr. 2. tit. 4. n. 18.* 24 *lib. 7. cap. 94.*

DECISIO XIV.

ARGVMENTVM

E duobus aut pluribus, qui extra cauſam fideiuſſionis debitores in ſolidum & præſentes atque idonei ſunt, quilibet ſaltem pro ſua quota conueniri debet.

SVMMARIA.

1 *Quando duo aut plures debitores indiuiſim, atque vt quilibet in ſolidū teneatur, obligati ſunt, tum vnius ex iis, vt ſolidum ſoluat, cogi nequit: niſi beneficio diuiſionis & ordini iuris expreſſè renunciatum fuerit.*

2 *Quod locum nō habet inter mercatores ſocios, cùm quilibet eorum, etiam ſine ſpeciali pactione in ſolidum teneatur*

QVAMVIS duo aut plures debitores † indiuiſim obligari poſſint, adeò vt quilibet eorū in ſolidū teneatur: tamē ius noſtrū diſtingui voluit inter eos, qui rē creditā receperunt, & re ipſa debitores ſunt, atque, reliquos, qui tales ſunt ſaltē per cautionē atq; ob ſecuritatē creditoris. Atq; ꝑpterea ſolēnis admodū eſt authentica Iuſtiniani quę ſancit creditorē, cū ſint duo rei promittēdi eiuſdē pecuniæ, ita demū ſolidū debitū exigere poſſe à quo velit, ſi pactū fuerit ſpeciale, ſin autē nō cōuenerit ſpecialiter ex æquo eos ſuſtinere onus, ſed etiſi cōuenerit vt vterq; eorū ſit obligatus: ſi ambo preſētes ſint & idonei, ſimul cogi debere ad ſolutionē. 1 Quę authētica corrigit ius cōmune, cū nullo modo rationabile aut verū ſit, vt quis in plus teneatur, quā debet aut reuera recepit tāquā debitor, licet tale quippiā in fideiuſſione contingere poſſit, quę pręciſā obligationē & ſine diſcuſſione parit, vt creditor de eo, ꝙ ſibi debetur, eo ſecurior ſit. Quare ſi vterq; debitor præſēs & quoad partē ſuā ſoluendo ſit, tū rationi cōueniens eſt, vt quēlibet eorū ꝓ ſua quota creditor cōueniat, atq; prius eorundē facultates per modū diſcuſſionis exploret, antequam clauſula indiuiſi vtatur. Atq; hæc eſt vera theorica iuris noui Iuſtinianei, ꝙ in Frācia abrogato iure veteri, tāquā inhumanò & crudeli, receptū eſt. Sanè beneficio illi diuiſionis & dictæ authēticæ atq; ordini iuris renūciari poteſt. Quo caſu ad renūciationē ſufficit, ſi hæc verba: *ſans diuiſion*, id eſt, *ſine diuiſione* adiecta fuerint, quemadmodum Dn. Rebuffus 2 iudicatū fuiſſe dicit arreſto ſupremę curiæ Pariſiēſis XIX. Decēbris Anno M.D.XXVII. prolato, ꝙ Papō quoq; omittere noluit, qui etiā aliud cōforme arreſtū, & quidē antiquius à dicta curia XVI. Iulij Anno M.D. pronūciatū cōfert. Et quamuis curia Tholoſana † regulariter prædicto 2 modo iudicare cōſueuerit: tamē inter mercatores ſocietatē mercaturæ aut alterius negationis habētes, cuius cōtemplatio e à quodā eorū obligatio aut inſtrumētū ſimpliciter factū, neq; adiecta fuit clauſula *vnus pro altero & vnus ſolus pro omni*, aut alia ſimilis: in ſolidū ſine vlla contemplatione diuiſionis vel diſcuſſionis vnum vel alterū condemnare ſolet.

Idque propter fidem publicam negotiationum & commerciorum, quorum intuitu tales ſocij veluti correſpectiui agentes, interſtitores

ADDITIONES.

1 *Auth. hoc ita, C. de duob' reis.* 2 *ad Ordinat. tract. de literar. obligat. art. 2. gloſſ. vnica, numer. 33.*

inter ſtitores & factores,quemadmodũ appellantur, eſſe cenſentur, quemadmodum Charondas *in reſponſis ſuis* diſſerit, [3] qui etiam arreſtum ſupremæ curiæ Pariſienſis XXIX. Aprilis Anno M. D. LXIV. prolatum allegat. Similiter quoque curia noſtra Tholoſana ſæpius atque aliquando ad noſtram relationem in cauſa de Roguier contra Capgras & alios, menſe Auguſto, Anno M. D. XCIV. iudicauit.

ADDITIO.

3 *libr.8.cap.*38. & antea *lib.7.cap.*103.

DECISIO XV.

ARGVMENTVM.

Officium gerentes eius contemplatione contraxiſſe præſumuntur.

SVMMARIA.

1 *Munus ſeu officium aliquod gerentes, ſi aliud non appareat, haud proprio ſed officij illius nomine ac contemplatione contraxiſſe cenſentur.*

2 *Secus verò ſe res habet, ſi fraus, culpa, aut nimia negligentia interuenerit, vel etiam officium probè haud adminiſtratum fuerit.*

1 AB interpretibus iuris, qui Bartoli doctrinam † 1 ſequuntur, traditur, quod contrahentes, qui qualitatem muneris ſeu officij habent, appoſito nomine officij in dubio contemplatione officij non ſuo proprio nomine contrahere videantur, & per conſequens, ſi tutor aut curator conſtituat & promittat dotem in fauorem & nomine pupillę aut minoris ſuæ, & poſtea ob debita quæ latebant ac ſuperuenientia onera, quæ veroſimiliter ignorabantur, illud quod ita dotis nomine promiſſum fuit, ex proprio pupilli aut minoris patrimonio præſtari nequeant, de ſuo ſupplere non teneatur, 2 quod non vt de ſuo dotem daret, ſed cùm crederet rationem pupillarem ſufficere, promiſerit. Euenit itaque, vt Petrus Prohenques mercator Tholoſanus inſtitor Petri Cols itidem mercatoris Tholoſani V. Martij Anno M.D.LXXIII. chirographum alij mercatori, cui Meric Balard nomen erat, daret, quo fatebatur ſe domini ſui Petri Cols nomine merces à Balard pro quingentarum, & viginti quinque librarum precio emiſſe & recepiſſe, illúdque precium ad dies in chirographo adſcriptos ſe ſoluturum promittebat, atque ſub calcem chirographi adiectum erat, quòd ducentas quinquaginta libras iam numeraſſet. Cùm autem quoad reliquum Prohenques à dicto Balard coram Seneſcallo Tholoſano aut e... gerente conueniretur, eiuſdem ſententia ad illius ſolutionem atque in expenſas condemnatus fuit.

A qua ſententia Prohenques ad curiã appellauit, ab eáque poſt cauſæ concluſionem ad noſtrã relationẽ pridie Calendarũ Februarij, Anno M.D. LXXXIII. arreſtum prolatum fuit, quo caſſata appellatione & eo, vnde appellatum fuerat, Prohenques ab intentione dicti Balard abſoluebatur, ſaluis ei ſuis actionibus contra dictũ Deſcols, & eidem reſeruatis exceptionibus ſuis in cõtrariũ, atque cõpenſatis expenſis. Quod arreſtũ cõforme eſt alij à prlamẽto Pariſiẽſi II. Iunij, Anno M.D.LI. prolato, cuius Papõ quoq. meminit, 3 & ꝙ adiectam habebat clauſulã, quod creditor aduerſus abſolutũ regreſſum habere deberet, ſi deprehẽderetur, eũ falſo pro inſtitore ſe geſſiſſe. Quæ reſeruatio alteri prædicto arreſto haud inſerta fuit, cũ euidenter appareret, quod dictus Prohenques tempore dati chirographi inſtitor dicti Deſcols fuerit, atque ꝙ merces à Balard emptæ in manus & poteſtatẽ dicti Deſcols peruenerint. Prætereà ex chirographo adſcripta ſolutione ſatis conſtabat, illũ Prohẽques tãtummodo præbuiſſe miniſteriũ totũq. id cõtẽplatione domini factum, in cuius vtilitatẽ merces emptæ ceſſerant, atque in eius apothecas translatæ fuerant. Et quamuis Prohẽques ſub finẽ chirographi ſimpliciter ſolutionẽ promiſerit: tamẽ ab initio cõfeſſus fuit ſe nomine dicti Deſcols domini ſui debere, vt ideò talis ꝓmiſſio domini, nõ inſtitoris nomine facta atq. chirographu ad fidẽ mẽſæ ꝓſtãdã ſcriptũ cẽſeatur, quemadmodũ in ſimili hypotheſi IC. Scęuola alibi reſpõdit. 4 Illud autẽ ſẽper bonã fidẽ & debitã diligẽtiã inſtitoris in officio ſuo præſupponit. 2
Nã alias ſi fraus † interuenerit, aut inſtitores officiũ ſuũ ꝓbè haud adminiſtrauerit, tũ excuſari nequeat, quin ꝓprio nomine cõdẽnẽtur, ita tamẽ vt ſaluu regreſsũ habeãt. Atq. ita Charondas arreſto ſupremæ curię Pariſienſ. 12. Decẽb. Anno MCCCCXCII. iudicatũ fuiſſe teſtatur. 5 Idẽmq. eſt, ſi taliũ perſonarũ culpa aut nimia negligentia in præiudiciũ alterius tẽdẽs interueniat. Quo pertinet aliud arreſtũ, eiuſdẽ curię Pariſiẽſis ꝙ ab eodẽ auctore refertur, 6 atq. II. Martij Anno M. D.LXXVII. ſolẽniter pronũciatũ fuit. Cũ enim quidã curator datus fuiſſet puellæ cuipiam, quæ patris heres beneficio

ADDITIONES.

1 *In l.fin.de inſtitor. act.* 2 *l.cũ poſt mortem, §.1.de admin.tut.* 3 *Soubs le titr.de procur.facteurs & entremetteurs, arreſt.* 5. & *dernier.* 4 *l.final.de inſtitor. act.* 5 *lib.*4. *reſp. enſ.c.*59. 6 *libr.7.cap.*25.

cio legis ſeu inuentarij erat, iſque tãquam curator in contractu matrimonij certam ſummam puellæ nomine promiſiſſet, ac poſtea deprehenderetur promiſſam ſummam altero tanto ampliorem eſſe iis, quæ puella in bonis haberet: curator nihilominus condemnatus fuit, vt proprio nomine integram ſummam promiſſam, ſaluo regreſſu ſuo, præſtaret. Idque propterea, quod cùm puella illa minor, cui curator datus fuerat, patri cum beneficio inuentarij ſucceſſiſſet, ipſemet melius proſpicere atque de eo maturè cogitare debuiſſet, quod de viribus hereditatis dubitatum fuerit. Aliàs verò, quando nulla eiuſmodi circumſtantia concurrit, iuris ciuilis diſpoſitio in contrarium eſt, quemadmodum ſub initium huius deciſionis diximus.

DECISIO XVI.

ARGVMENTVM.

Inſtitor captiuus domini ſumptibus liberari debet.

SVMMARIVM.

1 *Quod dicitur, inter ſocios ſicuti lucrum commune eſt, ita damnum quoque commune eſſe debere, quod ſine ſocij culpa contigit, illud generaliter intelligendũ eſt de omnibus aliis actibus commercij inter procuratores, actores, ſyndicos & alios quoſlibet miniſtros.*

IDem Charondas ſtatim poſt prædictum arreſtum ſequentia verba ſubiicit: Verum ſi eueniat, vt inſtitor negotiatoris † 1 pro domino ſuo captiuus detineatur, dominus eum à captiuitate liberare tenebitur, quemadmodum iudicatum fuit arreſto quopiam dictæ curiæ 17. Septembris Anno 1576. contra mercatorem Boloniæ, cuius inſtitor captiuus detinebatur. At cauſam captiuitatis autor ille minimè exprimit. Planè ſi ex cauſa ciuili ob debitũ domini ſui, aut ob aliud quippiam ipſam negotiationem concernens captus fuit, res dubio carere videtur, cùm certæ ſatis in eiuſmodi caſu regulæ iuris ſint. Si verò in bello captus atque per viam facti ab hoſtibus vel parte aduerſi detentus fuerit, licet illud in negotiatione domini euenerit, tum maius dubiũ exiſtit, vtrum dominus propriis ſuis ſumptibus illum à captiuitate redimere, aut exolutum ab eo λύτρον refundere teneatur? Et quidem videtur ad hoc dominum iure obſtrictum non eſſe. Vlpianus enim de mandatario diſſerens ita reſpondit: 1 non omnia, quæ impenſurus non fuit creditor, mandatori imputabit, veluti quod ſpoliatus ſit à latronibus, aut naufragio res amiſerit, vel languore ſuo ſuorúmque apprehenſus quædam erogauerit. Cuius rei rationem ICtus ſtatim quoque ſubiicit: Nam hæc magis caſibus, quam mandato imputari oportet. Vnde infertur, quòd procurator, inſtitor, aut alius mandatarius ſi exercendo & exequendo munus ac officiũ ſuum, periculũ quoddam incurrat atq; dãnum faciat, veluti ſi in itinere ab hoſte capiatur regreſſum aduerſus dominum, mãdatorem aut alium cuius nomine negotiator & officium illud exercet, habere non poſſit, licet alias, ſi negotiatio aut tale officiũ feciſſet, in eiuſmodi pericula haud incidiſſet, neque damnum paſſus fuiſſet. Illud tamen crudele & inhumanum viſum fuit gloſſatori noſtro iuris ciuilis Accurſio, qui ad reſponſum illud optimè notauit eius reſolutionem, de curialitate non obſeruari, id eſt, à bono & honeſto mandatore negligi, qui minimè perferre debet, vt dum bona fide ſibi ſeruitur, compenſationis loco, ad quam ad minimum naturaliter tenetur, vllum periculum vel damnum accerſat ei, qui induſtriam ſuam & fidelem operã præſtitit, cùm vtique ipſemet periculi aut dãni cauſa eſſe vel ſaltem ei occaſionem dediſſe cenſeatur, dum talem inſtitorem ad eiuſmodi negotium adhibuit, cuius executionem periculum & damnum excepit atque ſecutum fuit, vt ita in hac etiam ſpecie, qui occaſionem præſtat, damnum feciſſe videatur. 2 Quod euidenter in actione pro ſocio probatur, 3 vbi idem Vlpianus contrarium reſpondet, & reſponſi ſui rationem adducit, quod ſicuti inter ſocios lucrum: ita damnum quoque commune eſſe oportet, quod non culpa ſocij contingit. Atque quod de parte dictum eſt, illud quoque iuxta proportionem ſuam de toto accipiendum eſt, 4 nempe vt eum, ſolum cui omne lucrum obuenit, damnum quoque & periculum, quamuis caſuale & fortuitum manere debeat, dummodo nulla culpa præceſſerit.

ADDITIONES.

1 *l. inter cauſas, §. non omnia, mandat.*
2 *l. qui occidit, §. in hac, ad leg. Aquil.*
3 *l. cum duobus, §. quidam ſagariam, pro ſoc.* 4 *l. quæ de tota, de rei vindicat.*

ſerit eius,qui damnum fecit, ſed illud occaſione contemplatiône & ex conſequentia negotiorum, quæ expedire debebat, emerſerit.

Atque hæ præcipuæ cauſæ ſunt,ob quas curia noſtra arreſto ad relationem defuncti domini Ioſſe Anno M.D. LXXXVI. in ſecunda claſſe inquiſitionum prolato iudicauit,ſyndicum collegij S.Martialis repetere ſeu in rationes ſuas rectè referre poſſe ſummam centum aureorum, qua ſe redemerat ab hoſtibus,qui eum in itinere cum vigore mandati ſui nonnulla bona & iura ad collegium ſpectantia locaturus eſſet, ceperāt. De mandato enim illo à collegiatis ſibi dato Syndicus expreſſè per actum quendā deliberationis paucis diebus ante diſceſſum ſuum habitæ docuerat. Et quamuis ei obiiceretur in mandato illo minimè de caſu fortuito cautum fuiſſe,eúmque tali tempore eueniſſe,quo ipſemet ſatis illum, antequàm functionem ſuſciperet, præuidere potuerat: attamen nulla habita ratione talium obiectionum,neque illius,quod alius collegij ſyndicus, cui rationes reddi debebant,oppoſuerat,prædicto modo,compenſatis expenſis,pronunciatum fuit.Quo etiā referri poteſt aliud arreſtum ſupremæ curiæ Pariſienſis alibi à Charonda in ſuis reſponſis allegatum, 5 quo Cal.Febr. Ann. M.D.LXXVIII.pronunciatum fuit,abſolui debere mercatoris inſtitorem, cui certa pecuniæ ſumma in itinere ablata fuerat,eíque dominum impenſas in itinere factas & pecuniam, pro qua equum emerat, vt iter ſuum abſoluere poſſet,refundere teneri.Idque à iuſtitia recta & admodum humana ac æqua procedere videtur: quicquid alibi à noſtris extra cauſam ſocietatis concluſum & deciſum legamus.

ADDITIONES.

5 *lib.7.c.186.* 6 Ranchinus *part.* 4. *concl.*332.

DECISIO XVII.

ARGVMENTVM.

Poſt rem iudicatam debitor ad ceſſionis beneficium confugere nequit.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio bonorum non admittitur poſt definitiuam arreſti condemnationem aut rem iudicatam, neque etiam quando ex parte debitoru dolus & fraus interuenit, atque debitum ex euidenti quapiam perfidia & mala adminiſtratione procedit.*

QVidam arreſto condemnatus, cùm illud executioni † iam mandari deberet, ſe ad ceſſionem bonorum admitti petiit,eóque nomine libellum ſupplicem exhibuit.At eius petitio arreſto ſupremę curiæ Thol. menſe Martio An.1595.ad noſtrā relationem in Camera maiori prolato reiecta fuit. Idémque antea in claſſibus inquiſitionum ſæpe iudicari vidimus, & pro certa regula haberi: quod poſt rem iudicatam ad ceſſionis miſerabile remedium debitor confugere non poſſit, quemadmodū etiam, ſi ex eius parte dolus & fraus interueniat, atque debitum deſcendat non ſaltē ex contractu aut quaſi,ſed etiam ex improba & euidenti perfidia, veluti ex tutela,depoſito,aut adminiſtratione publica. Nam eiuſmodi in caſibus tutores quoad pecuniam pupillarem,quam debent,depoſitarij quoad rem penes ſe depoſitam,adminiſtratores publici Xenodochiorum, ptochtrochiorum, aliorúmque eiuſmodi locorum ad ceſſionem haud admittuntur. Atque ſic ſæpius à curia noſtra iudicari vidimus, eo, quòd eiuſmodi homines, dum reliquam debent,atque reſiduum retinent, dolum & furtum committere cenſentur, ſicque excluduntur à dicta ceſſione bonorum & omni alio remedio iuris miſeris debitoribus in cauſa ciuili conceſſo,vt à captiuitate liberentur,in qua detineri ſolent, vt tædio carceris affecti tandem ſoluant, quemadmodum quidam ex noſtris interpretibus iuris dicebat. 1

ADDITIONES.

† 1 Baldus *in l.ob æs alienum,C.de obl.& act.* Ceſſio enim illa eſt ſubſidium miſerorum,& non præſidium doloſorum,*l.fin.§.ſi. quæ in fraud. credit.l.pen.de iur.dot.* Natta *conſ.*361.*num.*7.*tom.*2. Nicol.Euerh.iun.*cōſ.* 7.*nu.*40.*vol.*1. Debitor item antequā bonis cedat cautionem præſtare debet, quod aliquando ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit creditoribus ſatisfacere,velit.*arg.c.Odoardus.de ſolut.* Heig.*part.*1.*qu.*35.*nu.vlt.* Menoch. *de arbitr.iud.quæſt.caſ.*183 *nu.*20. *&* 21.Hering. *de fideiuſſ.cap.*5.*n.*85. Atque haud quicquam obſtat,quo minus creditores etiam poſt ceſſionem conuenire poſſint debitorem, ſi ad pinguiorem is fortunam perueniat,VVeſemb. *conſ.*17.*n.*1.14.*&* 48. Cùm per ceſſionem nulla ille obligatione vel naturali vel ciuili liberetur, ſed tantum

tantum per hanc exceptionem & beneficium acquirat, ne, vbi ad pinguiorem fortunam peruenerit, in ſolidum conueniri queat, ſed ſaltem in id, quantum facere poteſt. Meichſnerus *dec.21.n.1.tom.3.* AD.

DECISIO XVIII.

ARGVMENTVM.

Tutor idoneè cauens in adminiſtratione tutelæ præferri ſolet.

SVMMARIVM.

1 *E duobus aut pluribus tutoribus is, qui idoneam offert cautionem, vt ſolus adminiſtrationem habeat, præfertur cum priuilegio quoad eorum actiones de indemnitate, quam vnus contra alterum habet, haud ſecus atque eam ipſe pupillus rationum redditionis & præſtationis reliqua nomine contra illos vel quendam illorum habere ſolet*

MENTIO tutorum,† quam in præcedēti deciſione fecimus, nobis in memoriam
1 reuocat, quod vulgo & iuxta cōmunem Franciæ conſuetudinem indemnitati pupillorum melius proſpici ſolet, dum iis duo ad minimum tutores dantur, vt ſi vnus ſufficiens & idoneus non ſit, defectus iſte ſuppleri queat per facultates & idoneū ſtatum alterius, qui veluti adiutor quidā & inſpector ac quaſi obſeruator actuū adminiſtrationis & cuſtos accedit atq; in ſubſidiū de adminiſtratione illa reſpōdere tenetur. Vnde eſt, ꝙ è duobus tutorib⁹ ita datis & cōſtitutis, vt eo melius indemnes inuicē ſeruentur, vnus eorum alterū cogere poſſit, vt idoneam cautionem præſtet indemnitatis nomine erga pupillum, cuius tutelā gerunt 1 atque quod, è duobus aut pluribus iſte, qui idoneè cauet, in adminiſtratione præferri ſoleat 2 cum tali fauore & priuilegio quoad eorum actiones de mutua inter eos inuicem indemnitate, qualc ipſimet pupillo quoad rationum redditionem & præſtationem reliquæ contra illos aut quendam illorum competit. Atque inde iuſtitia præiudiciorū à ſupremis regni hui⁹ curiis Pariſienſi & Tholoſana prolatorum apparet, quibus definitum & iudicatū fuit bonorum ceſſionem, qua pupilli reliquator vti vellet, in ſocium tutelæ, qui pro eo ſoluiſſet minimè admittendam. Ex quibus præiudiciis vnum aduocatus Pariſienſis Choppinus 3 notauit, illud XII Septemb. Anno M.D. LXVI. prolatum fuiſſe atteſtans, atque alterum à ſuprema curia Thol. ad noſtram relationem inter Greſe Contier contra alium Contier, menſe Iunio Anno 1585. pronunciatum fuit. Nam quemadmodum tutor, ſi quoad rationum redditionem & præſtationem reliquæ ad dānum pupillis reſarciendum idoneus non ſit, extra ordinem coercetur: 4 ita quoque inter tutores iſte, qui pro parte officij ſocio ſatisfacere coactus fuit, ſuccedit & in locū atque iura tranſit pupillorum, quibus ſatisfecit: ita vt precium verius mandatarum actionum exolutum, quàm actio, quæ fuit, perempta videatur, quemadmodum in iiſdem terminis Modeſtinus *quodam in loco* reſpondit 5.

ADDITIONES.

1 Iuxta *l. ſolent, de tut.* iuncta *l. ſi plures, de adm.* 2 *l. teſtamento datos, de teſtam. tutel. d. l. ſi plures l. cùm non ſolum, §. vbi autem, Cod. de bon. quæ liber.* 3 *lib. 2. de mor. Pariſ. tit. 7. n. 13.* 4 *l. ob fœnus, de adminiſt. tut. l. 3. §. tutor, de ſuſpect. tutor.* 5 *l. Modeſtinus reſpondet, de ſolut.*

DECISIO XIX.

ARGVMENTVM.

Filiabus dotem accipientibus renunciatio, quam fecerunt, haud obſtat, quo minus legitimæ ſupplementum petere poſſint.

SVMMARIA.

1 *Filiæ nuptæ, quæ renunciarunt, aut aliàs conſuetudine loci excluſæ ſunt, poſt parentum obitum ſupplementum legitimæ petere poſſunt habita ratione bonorum, quæ parentes tempore obitus ſui reliquerunt.*

2 *Allegatur conſtitutio Iuſtiniani abrogans aliam præcedentem Diocletiani & Maximiani Imperatorum, iuxta quorundam ſententiam, cum fundamentis & rationibus ſuis.*

3 *Præiudicia antiqua curiæ Tholoſanæ contra dictas filias.*

4 *Præiudicia tamen recentioribus in caſu*

magna & enormis læſionis pro filiabus illis pronunciatum fuit.

5 *Supplementum legitimæ fieri debet de vniuerſis & ſingulis bonis patris & matris, ac cuiuslibet eorum, iuxta tempus, quo ij deceſſerunt.*

6 *Rationes, quæ contra filias eiuſmodi allegari ſolent.*

7 *Supplementum legitimæ adiudicatur interdum in corporibus hereditariis cum reſtitutione fructuum, interdum in pecunia: & nonnunquam in corporibus hereditariis aut pecunia, iuxta electionem filiarum ſiue illæ aut aut aliæ, quibus legitima debetur, conſuetudine aut renunciatione excluſæ ſint.*

8 *Læſio in dictis caſibus ciuiliter accipi debet iuxta proportionem legitimæ & habita ratione temporis, quo pater & mater deceſſerũt. Quod multis ſupremæ curiæ Tholoſanæ præiudiciis probatur, licet arreſtum parlamenti Burdegalenſis in contrarium allegetur.*

9 *Supplementum legitimæ ſemper cum reſtitutione fructuum poſt obitum patris & matris perceptorum fieri debet.*

10 *Arreſtum ſupremæ curiæ Tholoſanæ ex vna parte crudele, ſed ex altera admodum humanum & æquum, atque celeberrimi cuiuſdam ICti auctoritate ſubnixum.*

1 MAXIMA controuerſia fuit,† cum opinionum conflictu inter eos, qui optimè in Iuriſprudentia verſati fuerunt, quoad quæſtionem: An filiæ nuptæ conſuetudine locorum aut renunciatione, quam fecerunt, à parentum ſucceſſione excluſæ poſt obitum parentum admittendæ ſint: vt ſupplementum legitimæ petant, & quidem iuxta facultates & valorem bonorum, quæ parentes tempore obitus ſui reliquerunt. Qui pro negatiua militant, præcipuè effectum conſuetudinis, vbi viget, conſiderare ſolent, quæ ſi aliud obſeruaretur, planè, vana & fruſtratoria eſſet, neque quſcquam virium aut momenti haberet: atque quod alias, vbi nulla eiuſmodi conſuetudo eſt, ſed ſola renunciatio interuenit, nullus locus reſtitutioni quoad filias contra earundem patrem aut matrem detur, 1 pondere naturali refragante, patronorúmque reuerentia omnem eis excludente reſtitutionem, cùm proculdubio ſit etiam ipſas perſonas cauere ne quid ſuæ opinioni contrarium exiſtat, quemadmodum Iuſtinianus *in conſtitutione ſua* inquit, per quam, veluti nonnulli exiſtimant, 2 abrogatur † alia conſtitutio prior D. D. Diocletiani & Maximiani, 3 qua aliter atque in fauorem dictarum filiarum ſancitum erat in caſu magnæ & enormis læſionis. Abrogationis illius ab auctoribus, qui eam defendunt, communiter rationes duæ adducuntur: vna, quod filiæ non poſſunt meliores amicos, diſpenſatores & moderatores habere quàm proprios parentes: altera; quod parentes, qui in eo grauantur vt per conſtitutiones dotium filiabus prorogent & anticipent legitimas poſt mortem demum debitas, merito in alio atque in eo potiſſimum releuandi ſint, ne poſtea ipſi denuò conueniantur vel eorum heredes, quibus veroſimiliter proſpicere voluerunt præ filiabus aut earum heredibus & ſucceſſoribus, inprimis augmentatione facta poſt matrimonium filiarum & renunciationibus poſt factam dotis conſtitutionem ab iis interpoſitis, cùm in eiuſmodi ſpeciebus facti, propter incertum aleæ iactum, eundémque dubium & reciprocum, obtentu maioris percepti emolumenti, reſcindi placita æquum non videretur. Sicque & propter auctoritatem iuramenti, quod regulariter in eiuſmodi renunciationibus interuenire ſolet ſanctéque cuſtodiri debet, cùm non vergat in æternæ ſalutis diſpendium nec redundet in alterius detrimentum 4 curia Tholoſana.† olim iudicare ſolebat, & quidem in prouincia cõſuetudinaria arreſto iudicialiter prolato, quod defunctus Dn. Ioſſe *in commentariis ſuis* fine die refert & in fauorem Bernardi de Lauro contra du Laur eiuſdem ſorores pronunciatum fuiſſe tradit: atque in prouinciis iuris ſcripti, vbi nulla conſuetudo extat, ob interpoſitam renunciationem XIIII. Febr. Anno MD.XLVI. in fauorem Ioannis d'Eſcarlian contra Mariam d'Eſcarlian,

ADDITIONES.

1 Iuſtinianus *in l. final. C. qui & aduer. quos.* 2 Budæus *in annotat. poſter. in pandect.* 3 *l. iſti quid em, in fin. quod met. cauſ. l. fin. C. de curat. furioſ. l. nec in ea, ad fin. de adult.* 4 ex *c. quamuis pactum, de pact. libr. 6.*

ſcarlian, quæ renunciationem illam fecerat. Papon quoque duo alia eiuſmodi arreſta allegat, quorum vnum XX. April. Ann.M.D.XLV. & alterum XIX. Octobr. Ann.M.D.XLVIII. à prædicta curia prolatum fuit. 5 Verum poſtea in caſibus ma-
4 gnæ † & enormis læſionis, per quam omnes ſuperiores præſumptiones quæ parentum contemplatione alias militant, ceſſare & elidi ſolent, rebus ipſis quaſi arguentibus & tendentibus in contrarium præſumtionéſque ſuperiores omnes aut ſimiles elidentibus: æquum admodum & rationabile viſum fuit 6 vetere iurgio exploſo filias huiuſmodi renunciationibus minimè prægrauari, ſecundum Papiniani reſponſum, in quo definiuit meritis magis filios ad paterna obſequia prouocandos, quàm pactionibus adſtringendos, eáque ratione in vſum reuocari conſtitutionem Impp. Diocletiani & Maximiani 7 adeò vt prędicta conſtitutio D. Iuſtiniani ſaltem in terminis ſuis perſiſtat eóque caſu obtineat, quo læſio ſaltem modica, & quæ non admodum conſiderāda eſt, interuenit, quemadmodum apparet & euidenter colligi poteſt ex diſſertatione, quam de arreſto quodam ſupremæ curiæ Pariſ. per defunctum Dn. cuſtodem ſigillorum Bertrandum, tum temporis præſidem, prolato Dn. Imbert. in enchiridio ſuo inſtituit 8 qui etiam aliud ſimile arreſtum parlamenti Burdeg. allegat, à Dn. Boerio *in deciſionibus ſuis* relatū 9 & potiſſimum eo nitens, quoad bona paterna admodum aucta fuerant poſt factam renūciationem, quam ſemper ita accipi oportet niſi aliquid de nouo emergat, & rebus, vt ipſe ait, ſic ſtantibus, quamuis quoad caſum hunc dictus Boerius 10 aliud arreſtum parlamenti Burdeg. planè contrariū alleget, quod Papon 11 primo loco poſuit, eique quod ſupra ex Imberto adductū eſt, tertium locum attribuit. Conciliatio autē, quam inter arreſta illa fieri poſſe videtur, talis eſt, quod ſi filiabus, quæ renunciarunt tempore renunciationis dotes competentes conſtitutæ fuerunt, habita ratione facultatum & bonorum, quę parentes aut alteruter eorum, cui renunciatio facta fuit, tū poſſidebant, eo caſu filiæ eiuſmodi de renunciatione cōqueri non poſſint, neq; obiicere quod poſt dotis cōſtitutionem bona aucta fuerint, cùm de tali augmento nihil iis debeatur, quemadmodū etiam, ſi eadem diminuta fuiſſent, haud repetere potuiſſent à filiabus parentes, quod nimis conſtituerant: at econtra, ſi tales filiæ competentes dotes prædicto tempore & caſu non habuerint, ſed ob numerum liberorum, qui tempore renunciationis nati erant & poſtea deceſſerunt, ampliores eis ſtatui debuiſſent, tum filiæ, quę ita renunciarunt, admitti poterunt contra renuntiationem ab iis factam & petere ſupplementum legitimæ,
† quæ accipietur iuxta diſpoſitionem iuris 5
de vniuerſis & ſingulis bonis, parentum & cuiuſlibet eorum, quæ tempore obitus ſui reliquerunt. Et quamuis præſumptio ſit, quod pater nihil iniqui aut iniuſti quoad filiam decreuerit, ſed potiùs officium iudicis facere voluerit, itémque voluntas eius præſumatur bona & optimè affecta, ac propterea tale iudicium profectum eſſe cenſeatur ab eo, qui filiam ſuam impensè & veluti propria ſua viſcera, ſicque partem ſui ipſius, diligit: attamen cùm talis præſumptio per probationē contrariā elidi queat, & interdum res ipſa loquatur circumuentam fuiſſe à patre filiam, quę exigua accepta dote renunciare coacta, neque ei iuxta patris facultates ſatisfactum fuit, tum vtique pater qui debitor eſt, atque ad tale debitum filię ſoluendum iudicis officio cogi poteſt, tam exiguo liberari nequit in præiudicium filiæ, quæ propterea contra talem dotem reſtituenda erit, cùm enormis & notabilis deceptio interuenerit, 12 quæ licet alias intelligatur communiter de læſione vltra dimidium iuſti precij: tamen hic ſufficiet 13 ſi accipiatur de ea, quæ legitimam imminuit, vel alias euidenter in eius fraudem ſit. Haud etiam vllius momenti eſt quod de prorogatione ſeu anticipatione dictum fuit, cum liberis poſt mortem demum parentum legitima debeatur. Nam parentes,
† qui dotem liberis conſtituunt, illud ita 6
facere obſtricti ſunt, quo minus de repletione quæſtio ipſis liberis ſuperſit 14 ne alia ratione vrgeantur contra iuris cōmunis prouiſionem, qua diſpoſitio moram vel quodcun-

ADDITIONES.

5 *tit. des filles mariees ayans quicté, arreſt.3.* 6 *l. ſi quando, §.1. C. de inoffic. teſtam.* 7 *l. ſi ſuperſtite, C. de dol.* 8 *ſuper verbi filia minor 25. annis.* 9 *quæſt. 62.* 10 *dec. 112.* 11 *ſous le titr. des filles mariees ayans quitté.* 12 *dict. l. ſi ſuperſtite.* 13 Salicetus *in auth. res quæ, C. commun. de legat.* Alexander *conſ. 69. lib.1.* 14 *l. quæ ſub conditione, §. ſed ſi ſub iuriſiurand. de condit. inſtit.*

quodcumque onus circa legitimariam portionem introducens tollitur. 15 Cúmque parentes illi dotem constituentes fecerint illud, quod iure facere tenebantur, ideò id eos plenè & integrè feciſſe oportet, cùm nihil omnino actum intelligatur, quando aliquid adhuc agendum, ſupplendū vel adiiciendum reſtat. 16 Quæ præcipua cauſa eſt, quòd dicta curia Tholoſ. ob multas bonas & iuſtas conſiderationes tam à tempore deſumtas quàm à perſonis & abſurdis, quæ alias ſequi poſſent, in præiudicium liberorum, ſi iis minor portio aſſignaretur, quàm iure debetur, atque per ipſam prouiſionem principalem aſſignata fuit, eò deuenerit, vt citra difficultatem etiam iis in locis, vbi conſuetudine filiæ dotatæ à parētum dotātium ſucceſſione excluduntur, nō obſtante tali renunciatione, quam fecerūt, iis adiudicarit, ſupplementū † legitimaræ
7. illius portionis & nonnunquā in corporibus hereditariis cū reſtitutione fructuum, qui poſt obitum parentū dotes conſtituentium percepti fuerunt, aut percipi potuerunt. Quale arreſtum à prędicta curia prolatum fuit, XXV. Iunij, anno M.D.LXVII. inter Dominum Ioannem Chabanel procuratorem curiæ, & ab ea curatorem datum Gerardo & Ioanni Roberto contra alios Robertos. Interdum adiudicatio illa in pecunia fit. Quod magis humanum & æquum 17 eſt, præſertim reſpectu eorū, qui legitimam in pecunia accipere iam cœperunt, atque ſi heres de liberis exiſtat. Sicque curia noſtra pronūciauit in gratiam d'Auſtrugue Bōne III. Auguſti, anno M.D.XIX. & pro ſancto Stephano VIII. Maij, Anno 1561. Haud rarò etiam tale ſupplementū †
8. in corporibus hereditariis aut pecunia fieri ſolet iuxta electionem filiæ, & non obſtante eius renunciatione cum reſtitutione fructuum aut vſurarum ad decimumquintum denarium, quemadmodū curia iudicauit in cauſa Antonij Bodet, & Annę Clauſelle coniugum 18. Iunij, ann. 1574. & antea in cauſa Ioannis Bories 14. Nouem. an. 1573. & quidem ſemper in caſu euidentis & enormis læſionis. Alias enim fieret, vt partes expenſis ſaltem onerarentur, réſque plus diſpendij, quàm deuotionis haberet, 18 ſi non tam ex intentione conſtituentis, quàm naturaliter læſio interueniſſet, vt ideò delicatæ illæ querelæ haud audiendæ ſint. Quód omne arbitrio iudicis relinquendum eſt, vt is legitimè ſe informari curet, (quemadmodū etiam curia Pariſienſis, antequā arreſtum illud, quod ſupra ex Imberto 19 retulimus, proferretur, fecerat, atque interlocutorium arreſtum præmiſerat) & demum facta ſufficienti informatione ex cauſæ actis rationi congruentem & iuri competētem ferat ſententiam. 20 Et quamuis ſuperius prædictam læſionem iuxta proportionem legitimæ ęſtimauerimus; tamen illud ciuiliter accipi debet, 21 ne propter ſatis minimam rem vel ſummam, ſi maiori rei vel ſummæ præiudicetur, audiatur is, qui in integrum reſtitui poſtulat. Atque procedunt ea, quæ ſuperius dicta ſunt, inſpecto tempore parentum obitus, non verò renunciationis, ſeu quo liberi renūciantes portionē acceperūt, quemadmodū fieri deberet, eo caſu, quo dicta curia noluit, neque intellexit, quod ſupplementum accipi oporteat de augmento bonorum poſt factam renunciationem acquiſitorum, aut alias conſtituentibus obuenientium, veluti ſuprema curia Burdegalenſis interpretata fuit per dictum arreſtum anno 1519. Quo tamen haud obſtante, neque eo, quod D. Boërius tradidit, defunctum Dn. Cancellarium de Ganey nunquam ſignare voluiſſe diplomata contra conſtitutiones dotium 22. pro facultate bonorum, quæ pater tum temporis tenebat, ſufficientes impetrata, dicta curia Tholoſana prædictis arreſtis aliud planè iudicauit, & ſimiliter tēpore nouiſſimo, atque ad noſtram relationem 15. April. anno 1585. pro mercatore quodam Tholoſano de Mandinelly tanquam patre & legitimo adminiſtratore liberorum ſuorum ex vxore ſua, Daſtorg, ſuſceptorū contra Daſtorg, affinem ſuum & heredem defuncti patris, qui dotē filiæ dicto Mādinelly nubenti cōſtituerat, filiáq; dote accepta renunciarat. 23 Renūciatione.n. haud obſtāte dictus Mādinelly ad ſupplemētum legitimæ † cū reſtitutione fructuū poſt obitum 9
patris perceptorum admiſſus fuit, quamuis quoad fructus de cauſa illa in duabus claſſibus inquiſitionum ambiguo Marte ęquatis dominorum votis diſceptatum, ſed tandem

ADDITIONES.

15 *l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam.* 16 *l. cùm Syllanianum, in fi. C. de his, quib. vt indign. her. aufert.* 17 Fernandus *in l. in quartam, artic. 3. de legit. num. 5. verſ. limita tertio.* 18 *ſuper verb. filia minor 25. annis.* 19 *arg. l. 1. de iur. deliber. l. mora, de vſur.* 20 *l. ſcio, de reſtitut. in integ. arg. l. ſi oleum, in fin. C. de dol. mal.* 21 *arg. l. intra vtile, de minor. l. 2. & l. ſi voluntat. C. de reſcind. vend.* 22 *in auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam.* 23 Boerius *deciſ. 3. in fin. part.* 1. qui alios & copioſè citat.

tādē in Camera maiori cōſētiētibus votis lis deciſa fuerit, vbi dominis Senatoribus, qui deliberationi interfuerūt, haud parum mira diſceptatio illa ambigua viſa fuit: cū tot curię pręiudicia extēt, atq; alias ꝓ certa regula habeatur: fructus in legitima non poſſe ſeparari ab ea, atq; in condemnationem illius ſemper venire imputationes & deductiones, quæ de iure fieri debent, quēadmodum id ſine alia expreſſione intelligitur, iuxta illud, quod cōmuniter & ſine vlla contradictione ab interpretibus iuris tam ciuilis, quàm Canonici traditur, qui item procedere hoc exiſtimant, etiamſi illi fructus fuiſſent, cōſumpti bona fide ab herede, & per ipſum 24 eo quod liberi, cùm legitimam petere poſſint petitione hereditatis, iuxta vulgatam regulam, eadem petitione conſequantur, & illam legitimam & fructus illius. 25 Ambigua verò illa diſputatio haud facta fuit de ipſo principali cōdemnationis ſupplementum legitimæ de vniuerſis & ſingulis bonis, quæ tempore obitus parentū exiſtebant, concernente. Nā vltra id, quod læſio inſpecto tempore renūciationis in eiuſmodi hypotheſibus maxima & enormiſſima ſit, dicta curia ita iudicare conſueuit ſine vlla ſeparatione bonorū acquiſitorum, aut alias cōſtituētibus poſt dictam renunciationem obuenientiū. Idque iuxta opinionem Baldi *in ſuis lecturis ad ius Caninicum*, 26 cùm iuramentū renunciationibus adiici ſolitum non extēdatur ad illud, de quo cogitatum non fuit, ſed ſemper eius effectus intelligatur rebus ſic ſtantibus, ſeu in eo ſtatu permanētibus. Atque veroſimile eſt patrem aut matrem conſtituentes dotem eo reſpexiſſe, & deſideraſſe, ac voluiſſe, vt accedens proſperitas & augmentum patrimonij iuxta proportionem iurium naturaliū dictis liberis accreſcere deberet, quamuis ij in eo ſtatu, in quo res tum erant, renunciarint: cùm non præſumatur eos renunciare voluiſſe futuro & nondum ſperato commodo. 27 Quod quidē quoad ius ciuile Romanorum obtinet: ſed arreſtū contrarium ſuprema curia Pariſienſis protulit, vtpote cùm illud ad prouincias, quæ moribus reguntur, haud pertineat. Et propterea D. Lucius arreſtum prædictum referens 28 optimè notat, quod illud ad conſequentiā trahi non debeat in prouinciis iuris ſcripti. Si verò dicatur, quemadmodum apoſtillator Gallicus *in additionibus ad cōſilia Alexādri* 29 dixit, quòd ea ratione viribus pacti derogetur, atque efficiatur, vt à futuro & incerto euentu dependere incipiat: tū reſpondebitur, illud quidē ita ſe habere, *ſed* propterea fieri, quo impleatur illud, quod deeſt, vt planè, & ex omnibus ſuis partibus impletum producere queat, quoad reliquū & extra legitimā, (quæ omnino tolli & grauari nequit) effectum, ob quem interpoſitū fuit. Nam cùm alias iure illud prohibitū ſit, 30 mirū videri non debet, ſi eius effectus impediatur, donec omnia ea, quę peculiare ius & priuilegium quoddā requirit, obſeruentur, & exactè executioni mandentur. Inter quæ potiſſimum eſt ſufficiētis & competentis conſtitutio dotis, quæ minor legitima ex vniuerſis & ſingulis bonis debita eſſe nequit. Nec eſt, quod obiiciatur bona patris eadem facilitate, qua augentur, poſſe imminui, immò planè perdi & conſumi, neque eo magis licitum patri eſſe, vt eo caſu à filia repetat, quod antea ei conſtituit, quod ſcilicet vnum aliquod præſens futuris duobus antecellit, & euenire poteſt, vt, qui nunc dat, vniuerſum poſtea patrimonium decoquat, aut eius hereditas ære alieno exhauriatur, aut tale quidpiam accidat, vt ne floccus quidē ad heredē peruenturus ſit. 31 Nam cùm de eiuſmodi caſu curia noſtra cognouiſſet, quo pater, qui ampliſſimam dotem filiæ nubenti conſtituerat, tempore obitus omnibus facultatibus deſtitutus deprehendebatur, & propterea reliqui eius liberi legitimā de ſola illa dote, quæ reſtabat, & penes ſororis maritum erat peterent, eudem maritum illum condemnauit, vt reliquis defuncti ſoceri liberis de dote illa, cùm aliud non ſupereſſet, legitimam præſtaret, vtpote cùm dos illa in pręiudicium legitimariarum portionum reliquis liberis debitarū iuxta vulgatas iuris regulas 32 donari haud potuerit. Quod nonnullis mirū † & crudele videtur. Nos quidē illud ex vna parte concedimus, ſed ex altera admodum humanum & æquum deprehendimus, atque fundari doctrina celeberrimi 10

cuiuſdam

ADDITIONES.

24 Baldus *in l. non eſt ambiguum. C. famil. erciſc.* 25 *in c. cum Martinus Ferrarienſis. num. 14. extr. de conſt.* Franciſcus de Ripa *ibid.* Decius *conſ. 276.* Anton. Rubæus *conſ. 34.* Iaſon. *conſ. 214. libr. 2.* 26 *l. final. qui ſatiſd. cog. c. cū inter, de renūc. c. quemadmodū, de iureiur.* 27 *arg. l. mater de inoff. c. teſtā.* 18 *lib. 7. tit. 2. de minor. 25. ann. arreſt.* 1. 29 ad Alex. *cōſ. 180. libr. 5.* 30 *l. pacto dotali. C. de collat. l. fin. de legit. her.* 31 *l. ſi verò, §. de viro, ſol. matr.* 32 Dec. *cōſ. 26. & cōſ. 180. & ſequēt.* Stephan. Bertrādus *cōſ. 97. nū. 3. in vlt.* 11.

ſtea ſuperſteniens,præſertim ex cauſa futura,3 qualis eſt voluntas dotes conſtituentiũ, in quorum fauorem liberi renunciarunt. Quæ voluntas iure reſtringi, cogi aut coerceri non poteſt,præſertim cùm parentes; dum liberos, qui renunciarant, denuò vocant & inſtituunt, veluti abolere videantur, 4 renunciationes antea factas. atque eorum recentior voluntas vim & effectum breuis Apoſtolici,vt vocant,habeat quoad diſpenſationem iuramenti renunciationibus apponi ſoliti. 5 In quo antiquiores potiſſimum fundamentum huius rei collocarunt. 6 Verũ nihilominus, cùm præſumatur parentes dotem cõſtituentes proſpicere voluiſſe heredibus, quos inſtituturi erant, vt iis commodum inde redundans accreſceret,quemadmodum ſuo loco & tẽpore dicetur, ideo ſi poſtea nullos nominent & inſtituant,tum ceſſante cauſa finali parentum intentionis, prima illa opinio præualet, adeò vt ſi ab inteſtatò parentes decedant, liberi, qui ita renunciarunt ad competentem ab inteſtato portionem admittendi ſint,ſi conferant illud, quod viuis parentibus acceperunt, & cuius contẽplatione renunciationem fecerunt. Atque ſic iudicatum fuit † à dicta curia Tholoſana in ſecunda claſſe inquiſitionum,quoad ſucceſſionem defuncti Chomier procuratoris dictæ curiæ in gratiam Perette Chomier vxoris de Gay aduocati eiuſdem curiæ contra fratres Chomiers,menſe Auguſto,anno M.D.LXXXI.& menſe Martio anno M.D.LXXXII. Sed & legitimę ſupplementum ab eadem curia adiudicari ſolet,quando heres extraneus à parentib.dotem conſtituentibus inſtitutus fuit,aut eorum,qui ita renunciarunt fratres ſororéſve conſanguineæ, ſiue ex ſecundo patris matrimonio ſuſceptæ, cùm eo caſu inſtitutio præſumatur facta & corrupta nouercalibus delinimẽtis. Quare difficulter credi poteſt liberos,qui ita renunciarũt, legitimè & cõpetẽter dotatos fuiſſe,quemadmodum Dn. Fernandus *quodam in loco* 7 diſſerit. Idq; hodie operoſa difficultate caret, atque etiam locum habet, ſi parentes eorum, qui renunciarunt,germanos fratres vel ſorores inſtituerint,argumento eorum,quę in precedenti deciſione diximus.

ADDITIONES.

3 *c.cùm inter,de renunciat.& l.ſi libertus non habuerit patronum, de operib.libertor.* 4 Baldus *in c.noſtram, de iureiur. & l.final.C.de pact.*& ibi etiam Baldus. 5 gl.*in d.cap.noſtram,arg.c.præterea. de offic.delega* gloſſ.*in l.adigere,§.quamuis,de iur.patron.* 6 *in c.quamuis.de pact.li.6.* 7 *in c.vnico,de fil.nat.ex matrimon ad morgan.cont.toto cap.penult.*

DECISIO XXI.

ARGVMENTVM.

Renuntiatio non porrigitur vltra ſucceſſionem,cuius contemplatione interpoſita fuit.

SVMMARIVM.

1 *Quod clauſula continens renunciationẽ generalem bonis paternis, maternis, fraternis,& aliis factam non poſſit referri, niſi ad bona dotes conſtituentiũ arreſto ſupremæ curiæ Tholoſanæ definitum fuit, licet arreſta parlamenti Pariſienſis in contrarium extent.*

IDem Fernandus in loco ſuperius allegato aliam quæſtionem attigit concernentem effectum † clauſulæ, quam notarij a- 1
ctus renunciationum expedientes earundem inſtrumentis regulariter inſerere cõſueuerunt, nempe quòd liberi renunciantes,quamuis iis à ſolo patre aliquid conſtituatur,renunciarint vniuerſis bonis paternis,maternis & fraternis.Talia item inſtrumenta notarij poſtea recitant & liberis renunciantibus explicant,præſentibus & audientibus quibuſdam teſtibus,qui ſpecialiter ad eiuſmodi actum rogati & requiſiti fuerunt. Quæritur igitur an per eiuſmodi recitationem dicta clauſula vires accipiat, atque de voluntate partium procedere videatur, argumento eorum, quæ Baldus 1 *quodam in loco* tradidit, (cùm deciſio Bartoli 2 contraria extra terminos illius recitationis verſetur) adeò vt qui ita renunciarunt,ea ratione excludendi ſint à ſucceſſione matris, fratris,& aliorum, de quibus clauſula illa concepta eſt,licet nihil omnino ab his acceperint? Ad quã quæſtionem negatiuè auctor ille reſpondet,eo quòd tales renũtiationes ſaltẽ conſtituentium, ſeu dotantiũ,reſpectu permiſſæ, reliquorũ autẽ contẽplatione prohibitæ ſint,iiſque ipſa lex aduerſetur. 3 Nec obſtat,quod regulariter iuramentum interuenire in eiuſmodi renunciationibus ſoleat. Magis enim ex competentis dotis conſtitutione, quam iura-

ADDITIONES.

1 *in l.vnic.C.de priuil.dot.ad fin.* 2 *in l.1.de iur.codicill.* 3 *d.cap.quamuis*,ibi,*de te contenta.* Petrus de Anchorano, *conſ.*39.

eiuſdem voluntatem liberis acquiritur, 5 multóque minus ad illud, quod dependet à futuro, & de quo non modò cogitatum nō fuit, ſed etiā ſi partes cogitaſſent, triſtis admodum & funeſta memoria euentus fuiſſet, 6 vt ideò renunciatio illa eo extendi nequeat, neque etiam iuramentum eidem appoſitum, quoniam id haud auget renunciationem vel promiſſionem extenſiuè, ſed incluſiuè, quemadmodum alibi ad hanc materiam Oldradus tradit, 7 quem Decius *in conſiliis ſuis* refert. 8 Atque ſecundum hanc Dd. reſolutionem & iuxta allegatum præiudicium parlamenti Gratianopolitani curia noſtra Tholoſana ſæpius iudicauit, & inprimis ad relationem defuncti Domini Doniat in cauſa des Meſſemes, atq; ad noſtram relationem in cauſa Abrahami contra Prades de Narbonne, cuius cauſę ſuperius mentionem fecimus, cùm de arreſtis in materia ſecundarum nuptiarum à dicta curia prolatis ageremus. 9

Additiones.

5 Idem Bartolus *in l. qui Romæ, §. duo fratres, de V. O.* 6 *arg. l. mater decedens, de inoffic. teſt.* 7 *l. fin. qui ſatiſd. cogant. l. fin. C. de non num. pecun.* 8 *conſ. 294.* 9 *conſ. 396. 625. & 688.*

DECISIO XXIII.

Argumentum.

Eius, quæ renunciauit liberi quoque à ſucceſſione, cui renunciatum eſt, excluduntur.

Summarium.

1 *Si renunciantes antè parentes decedant & liberos relinquant, tum hi quoque ſucceſſionem prætendere nequeunt, ſed ab ea æquè ac eorum pater vel mater, quæ renunciauit, excluduntur.*

1 Alia etiam in eadem materia † quæſtio eſt, vtrum non obſtante renunciatione eius, quæ renunciauit, liberi ad aui vel auiæ ſucceſſionem, cui renunciatum fuit, venire & admitti queant, an verò ab eadem æquè excludantur, atque ipſa mater, quæ renunciauit, excluſa fuiſſet? Ad quam quęſtionem interpretes iuris Romani diuersè *in tractatibus prælectionibus & conſiliis ſuis* reſponderunt. Quidam enim, quorum anteſignanus 1 eſt Bartolus diſtinguendum eſſe putant, vtrum eiuſmodi nepotes, ex iis, qui renunciarunt, deſcendentes cum conſobrinis ſuis ſeu aliis nepotibus, quorum parentes non renunciarunt, an verò cum patruis ſeu auunculis ſuis concurrant. Nam priori caſu nepotes & liberos eorum, qui renunciarunt, iure proprio venire, vt iis parentum renunciatio nocere nequeat: poſteriori verò eoſdem excludi exiſtimant, cùm non alio iure, neque ex alio capite veniant, quàm prædeceſſorum ſuorum, qui renunciarunt. Verum hęc opinio non admodum probatur, ſed à pleriſque reiicitur, 2 qui exiſtimant, quod nepotes illi ſemper iure matris veniant. Alij, quibus Baldus 3 ducem ſe præbuit, ad aliam diſtinctionem recurrerunt, nempe vtrum filia antè patrem vel matrem cuius ſucceſſioni renunciauit, vel ecōtra pater aut mater antè filiā deceſſerit.

Priori enim caſu liberos filiæ, quæ renūciauit, ſuccedere auo aut auiæ exiſtimant non ex perſona matris, cuius renūciatio effectum nunquam ſortita fuit; ſed ex propria perſona, adeò vt quamuis ſucceſſioni matris renunciarint: tamē propterea haud arcēdi ſint à ſucceſſione auiæ, veluti ad quā per diſpoſitionem iuris vocantur: at poſteriori caſu nepotes & liberos illos nulla ratione ſuccedere poſſe tradunt, cùm renunciatio ad effectum ſuum iam perducta fuerit, dum pater aut mater, cui facta fuit, prędeceſſit. Verū vtráque illa opinione, cū earundem rationibus ab ipſo etiam 4 Fernando refutatis, tertia quædam ſuperuenit contra dictos liberos & nepotes in omnibus caſibus prædictis, & nulla omnino habita ratione diſtinctionum modò allatarū. 5 Nam filia renuncians patris aut matris ſucceſſioni, aut ab eadem per conſuetudinē loci, vel ob dotem acceptam excluſa, ad liberos ſuos haud quicquam amplius de ſucceſſione illa tranſmittere poteſt, cùm omnis vlterior ſuccedendi ſpes ſublata, & matri portionis ſuæ hereditariæ ac legitimæ nomine plenè ſatisfactum ſit, dum dotem illa accepit. Qua dote accepta, ſi liberi iure proprio, vt vocant, adhuc admitterentur, tū fieret, vt ex eodem ſacco molitor, quemadmodum dici ſolet, bina vice aliquid pro ſe caperet, atque vnius loco duæ portiones ſumerentur, contra omnem bonam fidem & æqualitatem, adeò inter liberos & deſcendentes commendatam, quemadmodum optimè & familiariter Fernandus *in loco ſuperius allegato* diſſerit. Vnde haud ſine ratione quidā ex recētiorib⁹ noſtris 6 mirat⁹ fuit

Additiones.

1 *in l. qui ſuperſtitis, de acqu. hered.* 2 per Paul. Caſtr. *in d. l. ex §. 1. de hered. quæ ab inteſt. in nou. collat. 9.* 3 *in l. ſi C. de pact. & in c. quamuis, de pact. li. 6. in d. l. qui ſuperſtitis, & l. pactum quod dotali, C. de collat.* 4 *d. c. n. 6. & 8.* 5 Ludouicus Romanus *in d. l. qui ſuperſtitis.* Decius *in d. l. pactum, quod dotali, C. de collat.* 6 Hotom. *li. 5. obſ. ca. 25.*

fuit Bartolum, & interpretes, qui eum ſequuntur, tradidiſſe; quòd nepotes ex filiis præmortuis ex ſua perſona ſuccedant 7 contra legem XII. tabularum & Velleia n. Ex quo ſatis intelligitur nepotes non eſſe, ſed fieri ſuos heredes ſucceſſione, & per repræſentationem, ac propterea inter eos hereditatem aui non in capita, ſed in ſtirpes, vt dicitur, diuidendam eſſe. 8 Atque pro hac vltima opinione contra dictos liberos & nepotes iudicatum fuit à ſuprema curia Tholoſana ad noſtram relationem pro nobili fœmina de Mafras vidua defuncti Domini de Pinſaguel, tanquam matre & legitima adminiſtratrice liberorum, ex dicto Domino ſuſceptorum contra Valerium, & de ſancto Iohāne XV. Decembris anno M.D.XCII. Charondas aliud parlamenti Pariſienſis arreſtum allegat, 9 quod inter alia placita circa feſtū Paſchæ anno M.D.LXIII. prolata ſolemniter pronūciatum fuiſſe dicit, atque quoad caſum hunc prędicto Tholoſano conforme eſt, ſed quoad alias conſequentias & arreſta eiuſdem curiæ, haud reſpondet ei, quòd dicta curia Tholoſana iuxta diſpoſitionem iuris eiuſdemque interpretum reſolutiones communes iudicare conſueuit, quemadmodum ſuperius in præcedentibus deciſionibus notauimus.

Additiones.

7 *l.1.§.filius de ſuis & legit.hered. §.cùm filius, de her.quæ ab inteſt.defer.l.2.3.4.C.de ſuis, & legit.her.* 8 Si itaque quis decedat, & ſolos nepotes ex diuerſis filiis prędefunctis relinquat, eius hereditas non in capita, ſed in ſtirpes diuidi ſolet. Nam in linea recta ſucceſſio in capita ſaltem quoad exiſtentes in primo gradu locum habet, *d.§. cùm filius, Inſtit. de her.quæ ab inteſt. def. Nou.*118.*cap.1.d l.2.C.de ſuis, & legit.* Cæteros verò, qui in vlteriori gradu reperiuntur, ſiue ſoli ſint, ſiue cum aliis primi gradus concurrant, ſemper in ſtirpes ſuccedere oportet. Schneidvv. *ſub rubr.de ſucc.filior. natur.& legit.n.23.Inſt.de her.quæ ab inteſt. deſer.* Chilian. *Ronig* poſt *proceſſ. ſub rubr. reg. von* Succeſſion *vnd Erb zunechmen reg.3.* Ambroſius Schurq. *de ſucc. ab inteſt. tit.8.reg.1.ſpec.ampl.4.* atque extat ſententia poſt *Landtrecht, tit. von* Succeſſion *auſſ. Erbg § Lieſe er aber Rinder, &c.* Diſſentit Georgius à *Rotſchik tit. von der Megſchafft reg.3.* Franciſcus *Pfeyl conſ.119.per tot.* Quorum tamen ſententiam reprobari atque contrariam hodie vſu ſeruari notat Dn. Andreas Goldtbeccius *de ſucceſſ. grad. Saxon. tit.de ſucc.cognat.deſcend.n.47.* Concurrere autem nepotes vel in vlteriori gradu exiſtentes cum iis, qui in primo gradu ſunt, etiam de iure Saxonico poſſunt. Nam ſanctio illa, qua ius repræſentationis in Saxonico poſſunt. Nā ſanctio illa, qua ius repręſentationis in Saxonicis ditionibus penitus ſummouetur, minimè ad deſcedentem, ſed ad collateralem lineam potiſſimum pertinet Coler. *deciſ.46. num.6.* AD.*9.lib.5. reſp. d.cap.*8.

DECISIO XXIV.

Argumentum.

Filia per renunciationem à ſucceſſione excluſa computatur in liberorum numero quoad augendam legitimam.

Summaria.

1 *Liberi, qui parentum hæreditati renunciarunt in numero liberorum habentur, & partem faciunt quoad computandam legitimam, cuius portio quoad eorum quemlibet hereditati acquiritur, nempe in fauorem heredum inſtitutorum.*

2 *Heredes tamen inſtitutos in vniuerſam maſſam paternorum & maternorum bonorum, ex quibus liberi, qui non renunciarunt, legimam petunt, tantum conferre oportet, quantum liberi renunciantes à parentibus acceperunt.*

3 *Reſponſio ad rationes & fundamenta eorum, qui tradiderunt ſupplementa legitimarum eorum, qui renunciarūt, accreſcere & acquiri omnibus iis, qui ſimiliter ex iiſdem bonis legitimam petere poſſunt.*

A prædictis autem aliud quoque maius dubium dependet, quod arreſtis aliarum ſupremarum regni huius curiarum 1
iam definitum videtur, per quæ liberi, qui † ſucceſſioni parentum renunciarunt, cōputantur quoad calculum legitimæ, atque quilibet eorum partem facit, quamuis ad eandem non admittantur, ſeu eam non accipiant, vtpote quæ hereditati acquiritur, 2 nempe

Additio.

2 Burdegalenſis & Gratianopolitanæ, quæ Papon *lib.16.tit.4.arreſt.* 11. ex Domino Boerio *qu.*104.& Guidone Papæ *qu.*295. & 599. recenſet.

2 nempe in fauorem heredum patris aut matris, cui renunciatio facta eſt, quæ veroſimiliter proſpicere voluit dictis ſuis heredibus, 3 quibus illud ea ratione tanquam per ius accreſcendi obuenit, cùm reliqui haud ſuccedere, neq; participare vllo modo poſſint. Quod obtinet & procedit in liberis & filiabus, quæ renunciarunt ob dotis conſtitutionem, donationem, aut aliud emolumentum, quod iis obuenit: qui propterea non cenſentur ita à iure ſuccedendi excluſi, quo minus quoad calculum legitimarum computentur. Nam talia iura reſoluuntur in perſona eorum, quibus renunciationes factæ fuerunt, neque ad alios ibi non comprehenſos, ſed illorum heredes vniuerſales pertinêt, quemadmodum Baldus *quodam in loco* notauit, 4 eo quòd tales renunciationes iurium, actionum, & ſucceſſionum referuntur ſaltem ad fauorem eorum, quibus factæ fuerunt 5 ob compenſationem eius, quod ab iis ſolis, & ex eorundem propriis bonis datum, conſtitutum & traditum fuit per modum dotis, apânagij, aut aliud, Idque omne iuxta illud, quod Paulus de Caſtro ſcripſit & tradidit, 6 adeò vt quemadmodum fundo duobus coniunctim legato, ſi vnus æſtimationem quoad partem ſuam ab herede, quem actione perſonali coram competenti iudice conueniebat, conſecutus ſit, alter collegatarius, qui poſtea reali actione experitur, & integrum fundum vindicat, exceptione doli pro parte dimidia repelli poteſt, quia defunctus, inquit Paulus, ſemel ad eos legatum peruenire voluit, 7 ita quoque filiæ, aut alij liberi, qui accepta dote vel apannagio renunciarunt, haud poſſint in legitimis ſuis & portionibus, quibus renunciatum fuit, aperire ius accreſcendi aliis, quibus itidem tales legitimæ & portiones debitæ ſunt, & qui non renunciarunt, cùm eiuſmodi renunciationes haud tam naturam puræ repudiationis, obtineant, quam ius futurum præſupponentes, compenſationem quandam arguât, & ſatisfactionem erga eos, qui dotes & apannagia conſtituerunt. Et veluti coniuncti in rebus coniunctim legatis, aut per cõcurſum acquiſitis partem quidem faciût, eandem verò non accipiunt, ſi iam æſtimationem vel cõpenſationem habeant, cùm ſufficiat, quod ſemel illam partem per æquipollens aut quocunq; modo acceperint: ita quoq; vt omnis inæqualitas euitetur, liberi, qui dote accepta vel apannagio viteriori ſucceſſioni renunciarunt, partem legitimæ, quam faciunt, amplius haud accipiût, ſed dotes & apânagia ſua retinêt, atque inſtitutos heredes † tantum in vniuerſâ hereditatis maſſam conferre oportet, quantu liberis illis dotis & apannagij loco datum fuit, vt poſtea reliqui liberi, quib. ſalua adhuc petitio leg timæ eſt, eandê de vniuerſis defunctorum parentum bonis, & iuxta numerum, in quo etiam ij, qui renunciarunt, computantur, cõſequi queant. Vnde colligitur, quod eiuſmodi heredes quoad caſum hunc haud quicquã emolumenti accipiat, quâ ſi legitimæ ampliores ſint, atque excedant illud, quod liberis, qui renunciarunt datũ & conſtitutũ fuit à parêtibus, in quorum fauorem renunciationes interueniente dotis vel apannagij conſtitutione factæ fuerunt. Alias vero nihil ij lucratur ob collationem, quã facere debent eius, quod antea perceptum fuit ab iis, qui parte faciût, quamuis ad eam non admittantur, vtpote quã iam receperunt, & bona fide bis exigere nequeunt. Atque hæc eſt communis & magis tuta † reſolutio vtriuſq; iuris interpretum, quã nõnulli in Iuriſprudêtia alias optimè verſati ſatis aſſequi & comprehendere non potuerunt 8 exiſtimantes ius accreſcendi inter alia eſſe in conditionibus emolumentis & commodis legitimarum, atque in eo, quod concernit ſubſtantiã earum, in quibus pater & mater nũllã poteſtatem habent, ſed omnia onera modificationum, dilationum, aut alia quæcunq; iis apposita pro non ſcriptis ſeu non adiectis habentur. Et quamuis Iuſtinianus *in nouella ſua* legitimis auges nullã iuris accrecêdi mentionê fecerit: tamen ij autumãt illud ipſum ius ſatis incluſum & cõprehenſum eſſe per interpretatione paſſiuam legum 9 iuxta vulgares & antiquas regulas iuris, quæ locũ habêt in omni diſpoſitione. Deinde etiã dictarũ legum nulla extenſio fit, ſed potius intrinſeca quædam, inhærens & veluti incluſa in iis comprehenſio eſt. Imò conſtitutio nouella Iuſtiniani eſt augmentatiua

ADDITIONES.

2 Petrus Iacobus *in ſua practica tit. de conditione*, ex *l. omnimodo, C. de teſtam.* cumulata qu. ſed quid erit, ſi filium, *ar. l. ſi pactum, de pro. ut.* cum not. tis *in l. qui repudiatis, de inoff. teſt.* & *in l. plane, § ſi duobus, de legat.* 1. 3 ex not. *in l. 1. C. quando petent. part.* & per gl *in l. 1. § videndum de ſucc. edict.* 4 *in l. ſi actionem, nu* 1. *de pact* 5 Socinus *c. ſ. 34. lib. 4.* 6 *in d. l. ſi actionem, & in l. ſicut, C. de repud. & abſt. her.* 7 *l. duobus, de leg.* 1. & Bald. ac Paul. C. ſtr. *ib.* 8 Molin. *in conſiliis ſuis tom. 1. conſ. 29.* 9 *l. quoniã in prioribus, C. de inoff. teſtam.*

tatiua, & adiicit iuri antiquo, quoad quartam olim debitam, & ſic intelligitur iuxta naturam eius, 10 in qua ius accreſcendi locum habebat. Sanè hoc fieri poſſe fatentur, quo vnus ex liberis maſculis hanc prærogatiuam habeat, vt ei ſoli non verò reliquis portio legitimæ fratris ſororiſue renunciantis aut abſtinentis accreſcat, nempe quando talis abſtinens aut renuncians, abſtinet & renunciat expreſsè in gratiam & fauorem dicti maſculi, aut quando per legem, ſtatutum vel conſuetudinem, illud ita ſit, diſponitur & cuſtoditur. Quem vtrumque caſum à prædicta ſua regula excipiunt, cùm alias diſpoſitiones patris aut matris nihil omnino faciãt quoad diminutionem & dilationem, vel etiam augmentum legitimæ, 11 qualeſcunque etiam cautiones vel prouiſiones eo nomine interueniant, vtpote, quæ per ſe nullæ ſunt, neque vllum effectum producere queunt. eo quòd parentes per beneficium ipſius legis debitores ſunt, & reliquatores neceſſarij quoad dictam legitimam, 12 & per conſequens illam in nulla omnino parte alterare poſſunt. At partem eiuſmodi haud exiguã putãt eſſe ius accreſcendi, præſertim cùm dicto caſu portio non deficiat, ſed agnoſcatur & cedatur. Quæ ceſſio maximè permiſſa eſt, cùm per eam diſponatur de legitima, tanquam de re propria atque in libera diſpoſitione cedentis & renunciantis exiſtente, qui eo modo ipſóque facto ſuo agnoſcit ceſſionem faciens, 13 vt ita nihil deficiat, quod accreſcere poſſit. 14 Idem quoque ſentiendum eſſe putant de altero caſu, qui eſt diſpoſitio legis, ſtatuti aut conſuetudinis quam æquipollere dicunt diſpoſitioni ipſius iuris, atque eandem cum ea efficaciam habere, adeo vt illud, quod D. Boërius *in deciſionibus ſuis* ſcriptum reliquit, 15 quòd talis filia, quæ renunciauit, computetur inter liberos & partem faciat, quamuis ad eam non admittatur; indiſtinctè procedere aſſerant, tam quoad portionem hereditariam, quam quoad portionem legitimæ: ſed quod ille poſtea ſubiicit, quòd portio talis filiæ renunciantis heredi accreſcat, cui ſoli pater proſpicere voluiſſe præſumitur; verum ſaltem eſſe putant, quoad portionem hereditariam, cuius contemplatione pater liberã diſponendi facultatem habet, ſaluis tamen legitimis & omnibus earundem emolumentis ac commodis: quarum intuitu id locum habere ſimpliciter negant, cùm de earum commoditatibus & emolumentis, ac de iis, quæ inde dependent, pater nullo modo diſponere queat. Vnde concludunt, quod neceſſe ſit, vt legitima integra, & in terminis iuris communis maneat, atque ſecundum illud procedat & deferatur, non obſtante quacũque diſpoſitione, aut alia prouiſione, quam pater in contrarium facere aut procurare voluerit, cũ impedire haud poſſit, quo minus dicta legitima reſiduis portionibus accreſcat. Quæ rationes admodum ſubtiles ſunt, atque haud exiguam præ ſe ferunt ſpeciem. At iis vno verbo ſatisfieri poteſt, & quidem per ea, quæ ex ipſis præſuppoſitionibus, quas faciunt, petuntur, atque inter alia, dum confitentur ceſſionem fratri, aut alij cuipiam tertio factam vim acceptionis & agnitionis legitimæ habere, aut potius effectum eiuſdem detractionis. Cur ergo idem dici non poterit reſpectu heredis parentum eo caſu, quo ceſſio & renunciatio iis factæ fuerunt, cui heredi eos expreſsè & directè proſpicere voluiſſe videtur, 16 præſertim per clauſulas ſtipulationis, quæ eiuſmodi actibus adiici ſolent præſentibus, ſtipulantibus & acceptantibus parentibus. An hi deterioris conditionis erunt, quã extraneus? aut, num fieri poterit, contra ipſas regulas, quas approbant, vt iuri accreſcendi locus ſit in parte agnita & percepta ob dotem, aliáque emolumenta conſtituta, quæ propterea vacans, vel nondum agnita aut acceptata dici nequit, cùm facta compenſatio eiuſdem agnitionem, & perceptionem ſatis arguat. Et quamuis parentes liberorum legitimas nullo modo grauare aut alterare queant: tamen hoc tum demum procedit, quando perſiſtunt in ſtatu & terminis legitimarum mixtarum & confuſarum cum maſſa bonorum ſuorum, & ſubſtantia ac reſpectu cuiuſlibet eorum, quibus eo nomine debitores exiſtunt. At ſi ex eo inferretur, quod propterea liberi; quibus legitimã debetur, eandem re aliqua accepta haud cedere, neque parentes eiuſmodi ceſſionem à liberis renun-

Additiones.

10 *d.l.1.C.quãd.nõ pet.part.l.qui repudiãtis,de acq.her.* 11 *l.& ideo,de leg.*Bart.*in l.omnes populi,in* 4.*q.*6.*de iuſt.& iur.* Alex. & omnes ferè *in l.*1.§.1.vt & ibi tex. *ad leg.Falc.*Canoniſtæ *in c.*1.*ext.de conſtit.* 12 *arg.l.inter ſocerum,§.cũ inter,* ibi,*nec ſeparabitur portio, quæ data eſt additamenti cauſa, de pact.dot.*Decius *conſ.*331. & ibi Molinęus *in annotat.* 13 *d.l.quoniam in prioribus.* 14 *l.ſi arrogat.de adopt.* 15 *arg l ſi auia.C.de iur.deliber.* 16 Alex.*conſ* 149.*nu.*5.*lib.*7. Bald.*in l.pactũ,quod dotali,q.*8.*C.de collat.*

renunciantibus factam acceptare queãt; tũ manus cedentibus & renunciantibus, quibus debentur legitimæ, planè ligarentur, illique impedirentur, ne de re ſua & propria diſponere poſſent, atque ipſi etiam parentes ob id ſaltem, quod pater aut mater ſunt, priuarentur eo, quod alias planè extraneis etiam facilè concedi ſolet. Quãtum etiam ea, quæ vlterius in contrarium adducta fuerunt, attinet, rectè dicetur aliud eſſe permutare, acquirere, acceptare; & aliud impedire ius accreſcendi. 18 Nam qui facit primũ, vtitur generaliter iure communi omnibus permiſſo; qui verò ſecundum molitur, tale quippiam tentat, quod facere nequit, cum ei eodem iure illud haud permiſſum ſit. Immò ſi res penitius inſpiciatur parentes, qui hoc in caſu legitimarum ceſſionarij cum onere ſunt, haud dici poſſunt impedire ius accreſcendi, vtpote cùm in tali caſu ius illud locum habere nequeat; ſed portiones, de quibus quæſtio eſt, iam agnitæ acceptatæ & perceptæ ſint, 19 adeò vt cùm earundem iura non neglecta, neque omiſſa fuerint per lapſum temporis ad excluſionem ſufficientis, neque legitimarij antè agnitionem vel acceptionem deceſſerint, res ſemper eo redeat, quod potius conſiderandum ſit illud, quòd actum & contractum fuit, quàm vlla alia ſcrupuloſitas ideis imaginariis fortè nitens ex iure quopiam aëreo petitis. Vnde concluditur, renunciationes parentibus factas, 20 eorundem heredibus emolumento eſſe, vt illud inter eos iuxta portiones hereditarias diuidatur facta collatione eius, 21 quod ob renũciationes illas patrimonio deceſſit, ne alias accepta à liberis renunciantibus legitima, dicti heredes aliam deducant, & ſic duplicem contra omnem rationẽ, & cum abſurditate, quæ omnino excuſari nequit. 22 Atque ſic curia noſtra Tholoſana inter alia iudicauit in ſecunda claſſe inquiſitionum ad relationem defuncti Domini Ioſſe etiã nobis votum noſtrum dantibus in cauſa dominæ Paulæ de Viguier, viduæ defuncti D. Petri de Maynaguet theſaurarij Franciæ contra Simonem de Maynaguet dicti Petri nepotem 20. Iuliani Anno 1583.

ADDITIONES.

17 *d.q* 104.*nu.*1. 18 Alexander *conſ.*149. *lib.*7. 19 *arg. d. l. ſi auia.* 20 *l. tt eluti, de bon.poſſ.* 21 Bartolus *in l.*1.*§. qui habebat, de bon. poſſ. contra tab.* per *l.* 1. *§. aduerſus, ſi quid in fraud. patron.* 22 Alexander *d. conſ.*149.*lib.*7.

DECISIO XXV.

ARGVMENTVM.

Excluſus ipſo iure partem non facit.

SVMMARIVM.

1 *Is facit partem, qui non ad eam admittitur, neque recipitur per exceptionem ſaltem, aut alias per retentionem, cùm ei proſpectum ſit: at econtra partem omnino non facit, qui excluditur ipſo iure, quemadmodum dicitur.*

QVoad quæſtionem, quam in deciſione præcedenti attigimus, nempe an partem faciat is, qui † non ad eam admittitur, 1
neque recipitur? 1 communiter ita diſtingui ſolet, vtrum quis non admittatur vel recipiatur per exceptionem, ſaltem aut alias per retentionem, veluti in hypotheſibus renunciationum, ſtatutorum, conſuetudinum, aut ſimilium. Quo caſu excluſi partem nihilominus facere poſſunt. 2 At quando excludũtur ipſo iure, quemadmodum dicitur, eo quòd capaces non ſint, vel alias ſuccedere nequeant, partem etiam minimè faciunt. 3 Cuius rei exemplum regulare eſt in religioſis mendicantibus & religioſis profeſſis, 4 quæ etiam in Frãcia nullo modo ſuccedunt, & multò minus pro iis monaſteria, in quibus illę degunt. Quòd etiam iure antiquo quoad virgines veſtales receptum erat, quæ dictis religioſis noſtris profeſſis regulariter comparantur, quemadmodum colligi poteſt ex eo, quòd Agellius quodam in loco 5 confert ex Antiſtio Labeone *in libris*, quos ad XII. tabb. ſcripſit. Atque ſic etiam per dictum arreſtum curiæ noſtræ 20. Iulij. An. 1583. prolatum inter alia, de quibus, Deo iuuante, inferius agemus, iudicatum fuit portiones legitimas religioſarum profeſſarum ordinis Ciſtercẽſium nullam partem facere, multóque minus eas ad partem admitti vel recipi, ſed perinde haberi, ac ſi prædeceſſiſſent antè eos, è

ADDITIONES.

1 Imbertus *in enchirid. ſue ſuper verb. partem vtrum faciat.* 2 *l. huiuſmodi, §. ſi Titio,* & ibi Bartolus, *de legat.*1. 3 Angelus *in auth. nouiſſima, C. de inoff. teſtam.* 4 Rebuffus *in proœmio comm. ord. reg. numero* 22. *&* 23. qui alios citat. 5 *lib.*1.*c.*12.*noct. Attic.*

cos,è quorum bonis alias petere legitimas potuiſſent.Molineus 6 ita docuit,eq; intulit per conſequentiam rationum , quas adducit & defendit , atque quæ à nobis in deciſione præcedenti impugnatæ ac refutatæ fuerunt ; quod eorum portio non accreſcat heredibus vniuerſalibus,ſed reliquis omnibus,qui veniunt ad legitimam per æquales portiones. Idque in effectu perinde eſt,atque illud,quod ſupra dictum fuit,eas partem non facere,neque ad partem admitti,atque redit ad eandem reſolutionē, quāuis per rationes differentes , aut ſaltem ab omnibus æquè haud approbatas, quemadmodum ſupra dictum atque à curia noſtra præiudicatum fuit.

ADDITIO.

6 d.conſ.29.in fin.

DECISIO XXVI.

ARGVMENTVM.

Ad conſummationem renunciationis poſt obitum eius , cui renunciatio fieri debuit , renunciare promittens,cogi nequit.

SVMMARIVM.

1 *Coniuges,qui tempore ſponſalium renunciationem accepta legitima vel dote promiſerāt,ita tamen , vt in publicum inſtrumentum referri deberet , patre, qui renunciationem vrgebat, antè cōſummationem mortuo, ad implendam promiſſionem amplius cogi no poſſe pronunciatum fuit.*

1 PAter quidam poſt tractatum † matrimonij cum quadam filiarum ſuarum, ab ea, eiúſque futuro marito ſpōſalium tēpore promiſſionem verbalem accipit , qua ij ſe ſucceſſioni , legitimæ, eiúſque ſupplemento ob dotis conſtitutionem,& conuētiones antea per matrimonij contractum factas renūciaturos,eóque nomine ſolemne inſtrumentum coram notario & teſtibus , quandocunque à patre vel eius mandatario requiſiti fuerint confici curaturos eſſe pollicētur.Matrimonium interim cōſummatur,& poſt aliquot dies pater decedit.Poſt cuius obitum heres affinem ſuum & ſororem,ob renunciationem illam conuenit,vtque ea iuxta factam à coniugibus illis promiſſionem coram notario & teſtibus in ſolemne inſtrumentum referatur, poſtulat.Coniuges à conuenti petitionem hanc heredis minimè audiendam eſſe excipiunt,eo quòd expreſſè conueniſſet promiſſionem illam in ſolemne inſtrumentum referri debere ; vt propterea illa prius effectum non haberet,aut obligationem pariat, niſi ſcriptura in mundum recepta & ſubſcripta,aut potius,vt D.Hieronymus 1 dicebat,ſchedulis emendatis,atque ad purum digeſtis.Quod conueniens eſt D. Iuſtiniani conſtitutioni,quę veluti in terminis loquitur, atque regiis ordinationibus Molineis promulgatis, per quas ſcriptura neceſſariò requiritur, veluti re cētum libras excedēte vltra & ſupra pacta dotalia,in quibus nihil eo nomine dictum aut conuentum fuerat. Addebant & hoc , quòd per obitum patris poſtea ſuperuenientem ius irreuocabiliter ſibi acquiſitum fuiſſet,vt reſiduum iurium ſuorum petere poſſent, quemadmodum prima quaque die , atque ſi ita conſultum videretur,ſe facturos eſſe dicebant. Quibus replicabatur à dicto herede , quòd promiſſio illa in ſtipulationem deducta fuiſſet, atque in maiorem fidem contrahentes manus ſibi inuicē porrexiſſent , iuxta prouinciæ illius morem , vt actus perficeretur & conſummaretur: adeò vt ſcripturā publicā ob memoriam ſaltem in futurum, non verò ob maiorem firmitatem, perfectionem & ſtabilitatem interuenire voluerint. Ordinationem item Molineis promulgatam nullo modo hîc obtinere poſſe dixerunt, eo, quod in illa promiſſiones pactorum & conuentionum particularium nominatim excipiantur. 2 Quæ lis , cum coram Seneſcallo de Quercy in ſede de Lauſerre mota & introducta fuiſſet, eiuſdem ſententia ita definita fuit, vt coniuges conuenti à petitione heredis compenſatis expenſis abſoluerentur. A qua ſententia heres ad curiam prouocauit, vbi ad noſtram relationem in ſecunda claſſe inquiſitionum,menſe Maio,anno 1580. prior ſententia confirmata, atque appellans in expenſas appellationis condemnatus fuit. Quod arreſtum non admodum magnifecimus, cùm difficultate carere videretur. At poſtea deprehendentes aliud planè contrarium à parlamento Pariſienſi 6.Martij, anno 1545. prolatū Cha.ōdā *in reſponſis ſuis* 3 referre illud hîc omittere noluimus, vt prudētiores eo melius

ADDITIONES.

1 ad Ruffinum. 2 in l.contractus, Cod. de fid. inſtrum. 3 lib.4.cap.88.

eo melius perſpicere & iudicare poſſent, vtrum è duobus illis arreſtis iuſtius eſſet. Planè facti, ſuper quibus arreſta illa interuenerunt, præter diuerſitatem locorum & reſortionum etiam in eo differunt, quod in priori à nobis relato conuentio interuenerit, vt in inſtrumentum publicū promiſſio referretur; in poſteriori verò Charondæ promiſſio fuerit patris à filia nubente, eiúſque futuro marito ſtipulantis. At quomodo hæc diuerſitas circumſtantiarum prædictam arreſtorum diuerſitatem parere potuerit, prudentioribus æſtimandum relinquimus.

ADDITIONES.

1 *ad Ruffinum.* 2 *in l. contractus, C. de fid. inſtrum.* 3 *lib. 4. cap. 88.*

DECISIO XXVII.

ARGVMENTVM.

Venditoris heres rem ſuam à venditore alienatam etiam refuſo precio vindicare nequit.

SVMMARIVM.

1 *Venditio patris aut alia ab eo facta alienatio præiudicat iuri filij, quod etiā aliunde quam à patre habet, adeò vt filius rem ita à patre venditam vindicare nequeat, qualecunque etiam arreſtum in contrarium prætendatur.*

PRo continuatione eiuſdem diſſertationis præterire hîc noluimus illud, quod idem auctor *in alio loco reſponſorum ſuorū*
1 tradit, 1 nempe quòd venditio patris † non
poſſit præiudicare iuri filij, quod aliunde quam à patre obuenit, atque haud impediat, quo minus filius vindicare queat rem ſuam ab eo, qui illam poſſidet; ita tamen, vt tanquam heres patris emptori refundere precium teneatur; atque ita arreſto ſupremæ curiæ Pariſienſis in ſolemni pronunciatione arreſtorum circa feſtū Pētecoſtes, anno M.D.LXXII. iudicatum fuerit. Quod arreſtum notatu dignum eſſe dicit.

Nos autē illud pro paradoxo habemus, & confirmante ius nouum ac planè cōtrarium ei, quod ſcriptum habemus, & quo in prouinciis iuris ſcripti vtimur. Idque ſatis arguunt ipſimet textus, 2 quos Charondas *ibidem* pro poſſeſſore allegat, qui conſtitutiones imperiales ſunt; ſeu earundem vim habentia reſcripta Imperatorū, deducta ex cōmuni & vulgata regula iuris, qua dicitur; *ex qua perſona quis lucrū capit, eius factū præſtare debet.* 3 Quā regulā in ſimili facti ſpecie alibi in propriis terminis expreſſam fuiſſe legimus, 4 vbi etiā additum fuit, exceptionem rei venditæ & traditæ pari ratione etiam venditoris ſucceſſorib. nocere, nuc in vniuerſum ius, ſiue in eam duntaxat rem ſucceſſerint, 5 eo quòd heres in ſolidū, defunctum repræſentet in ſolidum, pro parte defunctum etiam pro parte repręſentet, pro partibus coheredum cenſeatur extraneus. Vnde eſt, quòd proprietarius, atque alius Dominus fundi venditi ab alio, ſuccedens ei, qui illum ita vendidit, ex eiuſdem facto obſtrictus manet, perinde ac ſi ipſemet vendidiſſet, quemadmodum expreſſè in quadam conſtitutionum illarum 6 ſancitur. Quod quidem in tātum procedit, vt nihil omnino mutare vel alterare queat, ſi pro herede ſe gerere velit, 7 cùm etſi iure venditio non proceſſerit, reſpectu tamen aditæ hereditatis voluntatem defuncti venditoris, ſuo cōſenſu firmare debeat, per aditionem & agnitionem hereditatis eo adactus, vt neque directè neque indirectè venire queat contra factum defuncti, cui ſuccedit, haud magis atq; ipſemet, ſi adhuc in viuis eſſet, 8 licet in ſuperiori facti ſpecie dominium alio iure quæſierit. Et quamuis alibi in hypotheſi quadā Iuriſcōſultus Paulus 9 reſponderit venditricis heredem, quæ quæſitionem pro prædij proprietate facere inſtituit, non quidem iure hereditario, ſed proprio controuerſiam fundorum facere poſſe, eique reſpōſo cōueniens videatur allegatum præiudicium & arreſtum ſupremę curiæ Pariſienſis, dum eo decretum fuit, quod emptori precium reſtitui, atque ſic venditoris heres illud quidem, quod proprio iure habet, retinere, ſed emptori ſatiſfacere deberet, quatenus ad eum ex perſona defuncti, ſicque iure hereditario perueniat; attamen facilè reſponderi poteſt ex eo, quod idem Iuriſconſultus ibidem poſtea ſubiicit, euictis prædiis eandem heredem conueniri, vel exceptione doli mali ſummoueri poſſe. Id enim illud ipſum eſt, quod ſupra diximus, atque expreſsè in dicta conſtitutione 10 continetur.

Nam

ADDITIONES.

1 *lib. 5. c. 29.* 2 *l. cū à matre. C. de rei vind. l. venditrici. C. de reb. alie. nō al.* 3 *l. ex qua perſona, 149. de R. I.* 4 *l. 3. de excep. rei vend. & trad.* 5 *l. cū, qui ita ſtipulatus, §. 1. de V. O. d. l. cum à matre.* 6 *d. l. venditrici.* 7 *l. ſi ab eo, 7. C. de liber. cauſ.* 8 *l. vindicantem, de euict.* 9 *in l. Seia fundos, 73. eod.* 10 *d. l. venditrici.*

Nam ſtatim poſtquam prædicta regula hiſce verbis expoſita fuit: *Venditrici ſuccedenti hereditario iure perfectam venditionem reſcindere, at dominium reuocare non licet*, ſubiicitur atque expreſsè dicitur: *ſed etſi hæc ex perſona ſua vindicet, vel exceptione te doli mali, ſi hanc viam elegeris, tueri, vel euicta re, ſi defenſione monſtrata vti nolueris, quanti tua intereſt, poteris experiri.* Vnde colligi poteſt, quod, quando heres proprio iure vindicare vellet bona vendita, quæ aliunde, quàm ex hereditate ad eum peruenerunt, defuncti emptor duplicem defenſionis viam, & quidem vtriuſque liberam etiam electionem haberet, nempe vt aut re euicta, quanti ſua intereſt, contra heredem experiatur, aut contra eiuſdem intentionem exceptione doli mali, vel alia & æquipollenti, nempe actione in factum ſe tueatur. 11 At dubitandum non eſt, quin emptores ſemper viam hanc poſteriorem tanquam magis commodam potius electuri ſint, vt in poſſeſſione manuteneantur, quàm vt re euicta cum maximo, quod ex litibus oritur, tædio & ſumptu, actionem indemnitatis nomine inſtituant. Cæterum poſterior illa via regulariter ita vſurpari ſolet, ſi contra eiuſmodi actionem à venditoris herede motam inſtar peremptoriæ cuiuſdam exceptionis obiicitur: illam admittendam non eſſe, quemadmodũ Charondas in hypotheſi, quam proponit, factum fuiſſe teſtatur. Quæ obiectio ad elidendam actoris intentionem ſufficit, neque neceſſe eſt, vt exceptiones illæ in ſpecie exprimantur, vtpote quæ ſatis intelligũtur iure, quo vtimur, ex narratione facti & meritorum in ſtatu, quo de illo diſpoſitũ eſt. 12 Vnde per cõſequens in hypotheſi illa Charondæ ſuprema curia Pariſienſis ad obiectionem illam non reſpiciens, atque heredi defuncti venditoris ab eodem vendita bona adiudicans, quamuis ea lege vt emptori precium refundere deberet, apertè pronũciauit contra exceptiones illas, in fauorem emptoris iure ſcripto conceſſas, atque viam indemnitatis ob euictionem contra heredem, ad precium ſaltem reſtrinxit, cùm tamen de iure latius pateat. 13 Quod priuilegium, ſeu potius violatio iuris ſcripti, licet liberis heredibus commodum quoddam parere queat: tamen id particulare ſaltem eſt, ac publicè noceat emptorúmq; iura lædit.

At multo ſanctius & religioſius curia noſtra Tholoſana procedit, quæ ſæpius ad noſtram quoque relationem heredes eiuſmodi quoad tales petitiones planè non audiendos eſſe declarauit: atque interdum etiam, ſi heredes ſe eſſe fateri nollent, vel etiam expreſsè negarent; decreuit vt ante omnia, an heredes eſſent, apertè reſponderent, aut ſi hoc facere nollent, vel heredes ſe eſſe negarent, pars aduerſa ad probationem tam per actus, quàm per teſtes admitteretur. Quod ipſum ſatis euincit, quid diſtent æra lupinis, nempe, quanta differentia ſit quoad ius ſcriptum inter prouincias eiuſdem, & prouincias Franciæ conſuetudinarias, quemadmodum euidentiſſimè videri potuit ex diſſertationibus, quas in hiſce libris inſtituimus, & Deo feliciter iuuante vlterius continuabimus, atque inprimis ex eo, quod vir quidam doctiſſimus noſtri temporis ad celeberrimum aduocatum Pariſienſem, cuius ſæpius iam mentionem fecimus, ea de re perſcripſit. 14 At ſufficiat pro quæſtione, in qua hîc verſamur, vt finem huic deciſioni impoſituri in memoriam nobis reuocemus, ipſummet Charondam *in continuatione reſponſorum ſuorum ſeu deciſionum iuris Francici* 15 ſcripſiſſe, quod dictum arreſtum anno M.D.LXXII. prolatum multis mirum & contrarium regulis iuris viſum fuerit, adeò vt nonnulli exiſtimarint illud niti diplomate reſciſſionis à filio impetrato. Quod ſi ita ſe haberet, ipſemet nihil ſingulare vel memorabile arreſto illo contineri exiſtimat, vt propterea ſolemnis pronunciatio neceſſaria fuerit, cùm tamen ipſe ex quibuſdam Dominis, qui tum temporis in numero iudicum fuerũt, perceperit, curiam arreſtum illud potiſſimum *in l. Seia fundo, de euict. & l. fin. C. eod.* fundaſſe, vt ideo quoad interpretationem & vſum dictarum legum & conſtitutionum arreſtum illud maximè notandum ſit. Verum quod auctoritatem ex pandectis adductam attinet, 16 quid de ea ſtatuendum ſit, ſatis ex iis patet, quæ ſuperius attulimus. Cõſtitutio autem Imperatorum Diocletiani & Maximiani loquitur de herede fideiuſſoris rerum, pro quibus defunctus intercesſerat pro venditore, atque ſic de herede ſecundi auctoris & acceſſorij, qui non vẽdiderat, neque vllo modo alienauerat, ſed tantum fideiuſſerat. Quare talis cautio, quæ in dicta conſtitutione

ADDITIONES.

11 *l. apud Celſum, § ſi à Titio, de dol. mal. & met. except.* 12 *argum. c. dilecti, extr. de iud.* 13 *l. 1. in prin. de act. empt.* 14 Paſquer *in epiſt. quadam ad Dominum Choppinum.* 15 *l. 4. de euict.* 16 Ranchinus *part. 4 concl. 291.*

tione appellatur factum eius, cui ſucceſſit, haud impedit eiuſmodi heredem ex perſona ſua dominium ſcilicet vindicare, & euictionis cauſa durante actione experiri. Quod idem eſt, atque illud, quod dictus Iuriſconſultus Paulus antea reſponderat, ad quod reſponſum etiam dicta conſtitutio referri debet, ne vllum præiudicium fiat electioni duarum viarum, quas idem Paulus emptori & creditori concedit, conformes quoad hoc omni reliquo, quod ex iure ea de re adduci poteſt. Atque hinc colligi poteſt diuerſitas, quæ in eiuſmodi caſu eſt inter heredem venditoris primi & principalis auctoris, atque heredem fideiuſſoris, ſecundi & acceſſorij auctoris.

Illo enim proprietatem ſeu dominium ſuum alienauit, hic verò non, ſed ſaltem ſe obligauit, & fideiuſſit pro vẽditore & principali auctore emptori, in tantum, vt proprio ſuo iure veniens, & non hereditario, ex ſua perſona, & non ex perſona defuncti, haud cenſeatur perſonam ſuam diuerſam conſtituere à perſona defuncti, 17 ſed quodammodo eam ſuſtinere, nempe quoad euictionem, cui ſatisfaciens factum eius, cui ſucceſſit, ſatis præſtare dicitur, atque ſatisfacere ei, ad quod defunctus prædeceſſor ſuus obſtrictus erat, ſi emtori & detentori ita placet, & conſultum videtur, neque is mauult exceptione peremptoria, (quam Paulus exceptionem doli mali vocat) actoris intentionem repellere. Sicque euidenter apparet, (quod tamen ſaluo meliori iudicio dictum volumus) arreſtum illud ſolemniter inſtar ſingularis & paradoxi cuiuſdam iuris potius ob circumſtãtias quaſdam interuenientes in cauſa propter aliquam vtilitatem auctoritate conſtituentiũ prolatum fuiſſe; quam vt ius commune, & conſequentiam generalem in futurum faceret, quemadmodum ſatis conſtat, ex prædictis, atque etiam ex iis, quæ recentiores frequenter allegare ſolent, vſque adeò, vt non poſſit etiam filius heres patris vindicare rem reſtitutioni ſibi ſubiectam à ſuo patre venditam, 17 neque vxor repetere queat bona ſua, quæ defunctus maritus, cui ſucceſſit, dum adhuc viueret, alteri vendidit, neque viciſſim maritus vindicare poſſit bona ſua, quæ ab vxore fortè alienata fuerunt. Idque ob eaſdem rationes & fundamenta, quæ nonnulli ex recentioribus latius explicarunt. 18

ADDITIONES.

17 Paulus de Caſtro *conſ.* 370. 18 Ranchinus *part.* 4. *concl.* 292. Boërius *deciſione* 23. *num.* 10.

DECISIO XXVIII.

ARGVMENTVM.

Venditio per numerum facta non ſemper venditorem ad numerum illum perficiendum obſtringit.

SVMMARIA.

1 *Quando venditio fundi ab initio per numerum vel menſuram facta fuit, vẽditor omnino numerum illum perficere tenetur: quemadmodum econtra, ſi vẽditio à corporis ſeu ſpeciei deſignatione incipiat, qualiſcũnque numerus poſtea adiiciatur, venditor numerum illum complere & perficere haud obſtrictus eſt.*

2 *Quod locum habet in conceſſionibus, diſpoſitionibus, donationibus, teſtamentis, & contractibus quibuſcunque.*

3 *Neque obſtant qualeſcunque clauſulæ, quæ apponi, & regulariter accedere ſolent, cùm principalem contractum nulla ratione alterare poſſe cẽſeantur.*

RVſticus quidam † vicino ſuo vendit 1 adiacentem agrum quatuor iugera vel circiter continentem, quem per limites à tergo & fronte deſignat. Mox emptor adhibitis agrimenſoribus agrum menſurari curat, eúmque tria ſaltem iugera, & paulo amplius continere deprehendit. Quare vẽditorem eo nomine conuenit, atque vt dictam menſurã quatuor iugerum ſuppleat, vel pro rata de precio detrahi patiatur, petit. Venditor autem emptoris petitionem minimè audiendam ſeu admittendam eſſe prætendit, cùm contractus venditionis haud à menſura inceperit, neque iuxta eam factus fuerit, ſed ſecundum corporis deſignationem atque limites, quibus ager ille determinaretur & definiretur. At replicauit actor ſeu emptor, quod hæc fraus quæpiam eſſet etiam in ipſa Eccleſia non toleranda, 1 quantumuis alias fauorabili & priuilegiata, & quod præterea per eundem contractum venditor ei dictum agrum vendidiſſet & tradidiſſet, vt eum iuxta dictam menſuram haberet, teneret, & poſſideret in futurum, atque eo pro liberrima voluntate ſua frui poſſet, vt ideò corpus dicti agri iuxta menſuram deſignati in dicta venditione comprehenderetur, & veluti in-

ADDITIO.

1 *c. per tuas, extr. de donat.*

uti includeretur; atque quod adiectæ hæ clauſulæ derogarent omni alij diſpoſitioni præcedenti, ſi ea in præiudicium emptoris facta fuiſſet. Seneſcallus itaque de Quercy au ſiege particulier de Lauſerre decreuit, vt venditor ſalua exceptione oppoſita vlterius ſe defendere deberet. Ab eo decreto venditor ad ſupremam curiam Tholoſanã prouocauit, vbi ad noſtram relationem lis ex iiſdem actis dirempta fuit, cùm appellãs nulla alia grauamina protuliſſet, ſed ſaltem coram actuario exceptionẽ ſuam peremtoriam, quam prius coram Seneſcallo deduxerat, breuiter repetiiſſet. Curia itaque menſe Februario, anno M. D. LXXX. appellationem, illúdque vnde appellatum fuerat, caſſans atque ſententiam Seneſcalli reformans, venditorem appellantem à petitione & intentione emptoris appellati abſoluit, atque hunc in expenſas litis condemnauit. Quod arreſtum nititur eo, quod Oldradus 1 quoad donationem quandam conſultus reſpõdit ob eaſdem rationes, quæ in ſequenti diſtinctione conſiſtunt. Aut enim diſponens vel aliter loquens incipit mentis conceptum explicare nominibus ſignificantibus numerum & menſuram, & tunc non plus in actum deducitur, quàm ſignificetur per præcedentem numerum vel menſuram, per textum, quem ille allegat, 3 aut à nominibus deſignantibus certam ſpeciem, vel corpus determinatum, quod cùm poſtea menſuratur, adiectio mẽſuræ eſt loco demonſtrationis falſæ, quæ nec vitiat nec minuit id, cui additur. 4 Quę diſtinctio communiter ab interpretibus iuris tam ciuilis quàm Canonici approbata & recepta eſt, non ſaltem in conceſſioni-

2 bus, † aut donationibus, de quibus Oldradus conſultus fuit, ſed etiam in omnibus teſtamentis, contractibus venditionis, & ſimilibus, quemadmodum videri, cognoſci, & intelligi poteſt ex iis, quæ doctus ille Epiſcopus Hiſpanus latè & amplè pro more ſuo *in quæſtionibus ſuis practicis* diſſerit, 5 ad quem lectorem remittimus.

3 Tandem quantum ad clauſulas † illas contractui adiectas attinet, eæ potius contra emptorem faciunt, vtpote quæ demonſtrant venditionem principaliter ſe referre ad corpus venditum & deſignatum, non verò ad numerum. Immo etiamſi aliter ſe res haberet: tamen eiuſmodi clauſulæ acceſſoriè in executione appoſitæ haud cenſerentur vllo modo alterare ſeu mutare principalem contractum eiúſque diſpoſitionem, 6 vtpote quæ potius ex ſtylo notariorum, quàm voluntate contrahentium adiici ſolent, cùm diſpoſitio principalis & pręcedens ſatis diſerta, & expreſſa ſit; quemadmodum optimè Decius 7 reſpondit, atque *quodam in loco* Ranchinus 8 & Charondas 9 notarunt.

ADDITIONES.

1 *conſ.192.* 3 *l.ſi quis teſt. in prin. de leg.* 1. 4 *l.ſi ſeruus legatus, §.qui quinque, de leg.1. l.his verbis, §.pater. de legat.3. l.ſi venditor, in princ. de act.empt.* & ibi gloſſa *l.falſa demonſtratio, de condit. & demonſtr.* 5 Didacus Couarruuias *pract. quæſt. cap.3.* 6 ex notat. *in Clem.1. in fin. de præbend.* & per Cardinal. & Imolam, *in c.quoniam Abbas, de offic. deleg.* & per Bartolum *in l.1. de offic. proc. Cæſar. in verſic. quæro ſecund.* 7 *conſ. 400. nu.9. cum ſequentibus.* 8 *part.1. concluſ.82.* 9 *li 8. poſt caput 53.*

DECISIO XXIX.

ARGVMENTVM.

De immobilibus, quæ parentes liberis in dotem dant, laudimia non debentur.

SVMMARIVM.

1 *De immobilibus, quæ dotis aut alterius portionis hereditariæ loco liberis & deſcendentibus in recta linea dantur, ſiue æſtimata fuerint, ſiue non, laudimia dominis directis haud debentur, qualiſcunque etiam diſtinctio communiter in contrarium afferatur.*

QVoad quæſtionem olim motam, atque in iudiciis contradictoriis regni huius nondum ſatis definitam, nempe an laudimia debeantur; de bonis immobilibus, quæ † pater liberis ſuis in fauorẽ matrimonij loco dotis aut alterius portionis hereditariæ, & quidẽ æſtimata, atque certo precio taxata, dedit: antiquiores Dd. iuris ciuilis, 1 quoad factam eiuſmodi æſtimationem diſtinxerunt, adeò vt ſi illa talis eſſet, quæ venditionem faceret, & emptionem induceret, affirmatiuæ ſubſcripſerint, 2 atque ècontra negatiuam approbarint, ſi æſtimatio eiuſmodi emptionem non faceret, 1

ADDITIONES.

1 Speculator *in §.nunc aliqua, verſic. 110. de locat.* refert Aufrerius *ad quæſt. cap. Tholoſ. 279* 2 *l.plerúmque, §.pen. cum l. ſeq. de iur. dot.*

faceret, aut immobilia ob prædictas cauſas ſimpliciter data & tradita fuerint. Verum cùm talis alienatio videatur eſſe neceſſaria, 3 atque eiuſmodi immobilia procedant ex familia, ex qua ij, quibus dantur, ortum ſuum traxerunt, vt extranei dici non poſſint, neque ob illorum bonorum permutationem vel alienationem dominus laudimia prætẽdere queat: ideò Francica & ęqua Iuriſprudentia reiiciens illam diſtinctionem æſtimationis pecuniariæ bonorũ immobilium dotalium, nunquam concedere voluit, vt Domini fundorum directi laudimia vel alia iura ob mutationem hominis, aut alias ob alienationem & venditionem fundi ſibi debita petere aut prætẽdere poſſent; ſi immobilia in dotem data, aut propter nuptias donata, & quidem ęſtimata fuerint, in pactis dotalibus aut aliis contractibus eo nomine factis, à patre, aut eo non exiſtente, à propiori aſcendente, ſimilitérque in linea materna in fauorem liberorum & deſcendentium in recta lineá. Atque ſic ſemper a ſuprema curia Pariſienſi iudicatum fuit, quemadmodum plures docti & celeberrimi viri noſtri temporis 4 teſtantur. Idémque parlamentum noſtrũ Tholoſanum ſequi, atque ita citra omnem difficultatem iudicare vidimus, eo quod eiuſmodi immobilia ita data & tradita vicem obtinent legitimæ, quæ in corporibus hereditariis debetur, adeo vt liberis in hac ſpecie verius prorogata pars hereditatis paternæ dotalibus pactis, quàm contracta certi prædij alienatio cenſeatur. Idque iuxta opinionem Iaſonis receptam, approbatam 5 & confirmatam ab iis, qui quæſtionem illam tractarunt, quæ etiam in Francia ob præiudicia ſuperius allegata definita, & deciſa videtur, atque à nonnullis deciſio iſta haud ſine ratione ad ſpõſam quoque extenditur, 6 quæ ſponſo ſuo certa quædam bona immobilia æſtimata doti dedit. Nam de his quoque laudimia aut alia iura Domino directo haud ſtatim deberi, ſed ea veluti in ſuſpenſo hęrere ſtatuunt, cũ æſtimatio, quæ facta fuit, per ſe tacitam conditionem inferat, 7 cuius euentus dependet a voluntate mariti, qui habet electionem caſu reſtitutionis eueniente, vt aut immobilia ita conſtituta reſtituat, aut conuẽtum per ęſtimationem precium reddat. Quod tamen curia noſtra Tholoſana difficulter reciperet, cùm ad maximum dominorum, quibus talia iura debentur præiudicium tendat, atque alias noſtro ſeculo ij, qui laudimia, & cęterá eiuſmodi iura ſoluere obſtricti ſunt, omnis generis ſubterfugia & modos quærere ſoleant, quibus dominos directos fraudare poſſint.

ADDITIONES.

3 Bartolus *in l. & ideò. de condict. furt.* 4 Papon *en ſon recueil. titr. des droits ſeigneuriaux arreſt* 24. Choppinus *de morib. us Andium lib. 1. tit. 4. n.* 8. Charondas *eſt. reſp. li. 3. ca.* 72. 5 *in l. vlt. C. de iur. emphyt.* Autfrer. *ad d. qu. ca. Tholoſ.* 179. Molineus *ad conſuetud. §.* 56. *gl.* 1. *tit.* 2. *de cenſ. nu.* 101. *cum ſeq.* 6 Choppinus *in loco ſuperius allegato. n.* 8. *in fi.* 7 *l. plerumq; de iure dot.*

DECISIO XXX.

ARGVMENTVM.

Ob addictionem bonorum immobilium à iudice factam, laudimia & alia iura domino directo debentur.

SVMMARIA.

1 *Quando iudex creditori ſolutionis ergo bona immobilia iuxta debiti proportionem addicit laudimia, & alia iura directa dominò debentur,*

2 *Nec poteſt dici licitationem neceſſariam hic ſubeſſe ex parte tam venditoris, quàm emtoris.*

3 *In omni alienationis prohibitione neceſſaria ſemper exemta eſt.*

4 *Ex omnib. venditionib. per adiudicationem decreti poſt praviam occupatione & ſubhaſtationem interpoſitis factis, iuxta generalem Franciæ obſeruantiam laudimia debentur.*

5 *Conſuetudine generali feuda ad inſtar allodiorum redacta ſunt.*

6 *Feudum periculi quale?*

7 *In addictione, quæ iuris appellatur, ob quantitatem debiti idem obſeruatur quoad iura illa, quod in adiudicatione decreti.*

IN cauſa diſtributionis † bonorum de Faiac (cuius *in primo libro* mentionem fecimus) cùm bona illa maximi valoris, ſed maiora adhuc debita eſſent, plures creditores ex poſterioribus in hypotheca reperti ſunt, qui deficientibus licitatoribus, atq; ob alias emergẽtes difficultates coacti fuerũt. (Ita enim curia Tholoſana ordinarat) vt ſolutionẽ in prędiis immobilibus acciperẽt, prout ea ab expertis æſtimata cuilibet eorum iuxta debiti ſui quantitatem aſſignata fuiſſent. Quod alio arreſto poſteriori factũ, atque in eo inter alios nobili fœminæ 1

Catharinæ de Roguier certa quędam bona,
quæ a directo dominio conſulum loci il-
lius, vbi ſita erant, depeadebant, adiudi-
cata fuerunt, & quidem ob ſummam ei à
dicto Faire debitam, quam ex pecunia do-
tali oriri prætendebat. Qua adiudicatione
in fauorem dictæ de Roguier facta, cùm ea
in reali & actuali bonorum illorum poſſeſ-
ſione eſſet, dicti conſules, tanquam Domini
directi, ſupplici libello contra illam pe-
tunt, vt bona illa ab iis recognoſcere, atque
iura laudimiorum & venditionum acqui-
ſitionis ſuæ. (Ita enim adiudicationem illã
appellabant) præſtare deberet. At dicta de
Roguier excipiebat, quòd quidẽ bona illa
cum oneribus ſolitis & conſuetis reco-
gnoſcere parata eſſet, non verò teneretur
vlla laudimia, aut alia iura Dominis dire-
ctis exoluere, eo quòd acquiſitio ſua coacta
& neceſſaria eſſet, cùm dicta curia ita ordi-
narit, vt ea ratione ſolui poſſet id, quod iu-
ſtè debebatur. Cùmque à commiſſario ad
id deputato cauſa, & partes ad curiam re-
mitterentur, atque cauſa ibidem retinere-
tur, ad relationem defuncti Domini Ioſſe
arreſto dictæ curiæ IX. Februarij, anno
M.D.LXXXVII. in ſecũda claſſe inquiſitio-
num habita ratione ſupplicis libelli cõſu-
lum illorum, dicta de Roguier haud ob-
ſtantibus iis, quę pro ſe adduxerat, condẽ-
nata fuit, vt bona à conſulibus illis cum o-
neribus & debitis, quæ in actis & inſtru-
mentis recognitionum ab iis productis
continebantur recognoſcere, atque ſolita &
cõſueta laudimia ob adiudicationem illam
bonorum præſtare deberet. Quod quidem
2 ratione laudimiorum † haud omni diffi-
cultate caruit, eo, quod videretur ſubeſſe li-
citatio neceſſaria ex parte tam venditoris
quàm emtoris, cùm vterque vel inuitus ad
hoc accedat, & veluti adigatur; quo caſu
nulla laudimia, neque alia eiuſmodi iura de-
bentur. 1 Adiudicatio quippe talis, vt de-
biti nomine ſatisfiat, mera ceſſio eſt bono-
rum plurimum offerenti, ſeu extremo lici-
tatori aut ſectori facta, 2 quæ in iure no-
ſtro addicto vocatur, 3 atque haud com-
prehenditur in ſtatutis aut aliis diſpoſitio-
nibus, quæ ſimpliciter dẽ venditionibus
loquuntur. Vnde eſt, quod illa ſine con-
ſenſu Domini fieri haud prohibeatur, quẽ-
admodum Iaſon docuit. 4 atque etiam
3 generaliter in omni † alienationis prohi-
bitione, illa, quæ neceſſaria eſt, eximatur, 5
vtpote ad quam prohibitio haud extendi-
tur. Atque ſic eam haud obnoxiam eſſe ſo-
lutione laudimiorum & aliorum iurium
ex venditionibus deberi ſolitorum plures
ſcripſerunt. 6 Iudicatum quoque ita fuiſ-
ſe à ſuprema curia Pariſienſi, anno M.D.
XXXVIII. Papon 7 ex Domino Rebuffo
in commentariis ſuis ad regias ordinationes
8 teſtatur. Conſiderari item poteſt, quod
ex datione illa in ſolutum per adiudicatio-
nem, interueniente curiæ auctoritate, facta
haud inferatur vlla emptio, cùm eam di-
cta de Roguier haud tractarit, procurarit,
vel in eam conſenſerit, ſed potius coacta
fuerit parere curiæ arreſto 9 per quod ei
bona, quæ tenebat, vſque ad quantitatem
debiti ſui haud minus, atque reliquis cre-
ditoribus relicta & ceſſa fuerunt.

Conſequens igitur eſt, vt bona illa in
locum ipſius debiti ſuccedant, atque laudi-
miorum iuri haud magis obnoxia ſint, quã
ipſum debitum obnoxium illi erat. Verũ
hiſce non obſtantibus cõtraria opinio iu-
ſtè & ſanctè præualuit, cùm hic minimè
quæſtio ſit de eiuſmodi licitatione neceſ-
ſaria, qualis ſæpè in diuiſionibus interue-
nit, in quibus res quædam commodè diui-
di nequit, ſed per licitationem tota relin-
quenda eſt ei, qui plurimum offert, & in
quibus laudimia locum non habere haud
ſine euidenti ratione dictum arreſtum ſu-
premę curię Pariſiẽſis An. M.D.XXXVIII.
contra opinionem quorundam interpre-
tum iuris, quæ hoc in caſu haud recepta
eſt, declarauit: ſed in dicta Hypotheſi hoc
ſaltem quærebatur, an talia laudimia debe-
rentur ex donatione in ſolutum & adiudi-
catione dictæ de Roguier facta? Quod prę-
iudicatum iam erat † per obſeruantiam 4
generalem huius regni, per quam ex om-
nibus venditionibus & adiudicationibus
per decretum & ſubhaſtationes, laudimia
regulariter debentur: idque propterea,
quod

Additiones.

1 *In l. cùm de heredis, de fideicommiſſ. li-
bert.* quam ad hunc effectum allegat Pla-
tea *in l. 1. C. de fund. patrim. libr.* 10. Maſuer.
*titul. de ſubhaſt. & execut. §. item in precij
diſtributione.* Iaſon *in l. cætera, §. ſed ſi para-
uerit, de legat.* 1. 2 *l. à D Pio, §. ſi pignora,
de re iud.* Alexander *conſ. 52. vol. 1.* 3 Albe-
ricus *in l. ſenatus in pr. de leg. 1.* Phil. Decius
conſ. 160. 4 *in l. fin. C. de iur. empk. & in l.
voluntas. C. de fideic.* 5 *l. Diuus, de petit.
hered. l. peto, §. predium.* & ibi Alberic. & a-
lij *de leg at. 2.* 6 Guilh. de Cug. Bart. & Ra-
ph. Fulgoſ. *in l. & ideo, de condict. furt.* 7 *ti.
des droits ſeigneuriaux art. 22.* 8 *titul. de
præco. & licitat. tom. 3. art. 3. nu. 3.* 9 *arg. d.
l. à D. Pio, §. ſi pignora.*

quod conſiderari oportet iura directa, fructus & obuentiones eorundem ex vna, & iura proprietatis ac dominij vtilis & commoditates poſſeſſionis eorundem ex altera parte. Quam ob cauſam vterque dominorum dici poteſt dominus fundi & proprietatis eiuſdem, atque ſi in certis caſibus de iure communi, vel etiam in Francia noſtra ob conſuetudinem generalem, emphyteuta fundum eiuſmodi ſine conſenſu domini directi alienare poteſt; illud ſemper fieri debere intelligitur ſine præiudicio iurium eiuſdem, veluti prælationis, laudimij, venditionum atque aliorum quæ emphyteuta domino facere debet, quemadmodū Froiſſardus illa enarrat.

Atque ſic quando alienatio permiſſa eſt irrequiſito domino in caſibus, in quibus hoc de iure procedit (quemadmodum cōmuniter fieri ſolebat in alienationibus neceſſariis, & quæ vetuſtiorem cauſam habebant, atque hodie in omnibus receptum
5 eſt conſuetudine, per quam feuda † in Frācia ad inſtar bonorum allodialium redacta ſunt, 10 non quod plenum iuſtūmque dominium beneficiarius habeat, ſed quòd inconſulto domino abalienare poſſit: id, quod emphyteutæ iure communi Romanorum & beneficiariis Lotharij ac Friderici ſanctionibus non licuit, quemadmodum optimè Choppinus 11 *ad conſuetudines Andegauenſes* notauit) & venditores à commiſſo excuſantur: iura retentionis, prælationis, laudimiorum, venditionum & alia dominis directis debita ſemper reſeruantur, 12 vt iis, tanquam re ſua propria & acquiſita pro liberrima voluntate vti ac frui queant, adeò vt quamuis in eiuſmodi licitatione iura illa locum non habeant iuxta præiudicium allegatum parlamenti Pariſienſis & alia conformia ſupremarum regni huius curiarum, vtpote quæ in dicto caſu venditionis ex omni parte & reſpectu tam venditoris quam emptoris neceſſaria eſt: tamen aliud obtineat in caſu dationis in ſolutum, ſiue illa à iudice, ſiue à parte fiat. 13 Ea enim eſt tam ſimilis venditioni, quā vera & propria venditio, vtpote in qua omnia ſubſtantialia contractus appareant, conſenſus, res, precium; ideò quicquid dicitur de emptione & venditione, habet locum in datione in ſolutum, 14 adeò vt non ſit ſimilitudo, ſed identitas rationis, & ſic non extenſio, ſed comprehenſio potius, vt Alexander alibi dicebat 15 in tantum, vt hoc procedat, cùm addicuntur nobis prædia pro quantitate debiti noſtri, 16 eo quod eiuſmodi addictio ſit quaſi venditio atque emptio, eáque ratione ſemper, quando manus mutatur, in poſſeſſionem inducendus ſit nouus poſſeſſor auctore domino. 17 Hinc etiam iuxta conſuetudinem quorundam locorum in Francia emptor aut alius ſucceſſor non poteſt vacuam ſeu ſi poſſeſſionem abſque conſenſu & approbatione domini aprehendere, atque ſi ſecus faciat vel aliquid in contrarium moliatur, feu dum in commiſſum cadit. Quod
6 etiam feudum ob eam cauſam † feudum periculi nuncupatur, eóque nomine honorarium aliquod domino pendi debet, laudimij vicem in Francia obtinens, præſertim in prouinciis Aquitaniæ & Occitaniæ atque domino à nouo acquirente propterea ſolui ſolitum, vt ille acquiſitionem hanc comprobet, ſicque inueſtituram concedat. 18 Cui domini iuri iudex voluntate aut cōſenſu ſuo præiudicare nequit. Imò quicquid à iudice fit, cenſetur ita factum, 19 vt totum ius domino integrum relinquatur. Præterea in alienatione ſub haſta facta, quæ inter neceſſarias refertur, ob neceſſitatem, quæ ex parte venditoris interuenit, dominus haud tenetur ſe opponere, quoad cenſum aut iura feudalia. Nam omnes adiudi-
7 cationes † per decretum intelliguntur cū onere cenſus domino directo debiti, licet nihil de eo in decreto dictum fuerit, cùm cenſus laudimium aut alia iura dominicalia ex rebus immobilibus debita ſemper earundē poſſeſſores ſequantur. 20 Atque ob eandem rationem idem intelligi & obſeruari debet in omni adiudicatione facta per auctoritatē iudicis, præſertim in ea, quæ appellatur addictio pro quantitate debiti, qualis

ADDITIONES.

10 Ioannes Faber *in §. adeò, de locat.* 11 *d. lib. 1. cap. 4. num. 9. in marg.* 12 Anthon. Ranchin. *ad quæ.* 101. Guid. Pap. *in fin.* 13 Bartolus & Baldus *in l. & eleganter, de pignor. act.* 14 Cynus Bald. & Salic. *in l. libera, Cod. de ſent. & interlo. omn. iud.* 15 *conſ. 75. li. 5.* 16 Ferron. *ad conſue. Burd. li. 2. tit. de feud. & iur. emph. §. 14.* ex *l. ſi præſidium C. de euict.* 17 *c. ex ore, de his quæ fi. à mai. part. c.* 18 Molin. *ad conſuetud. Pariſ. §. 13. in gloſſ. 5. qu. 10.* 19 *argu. l. Claudius Felix, qui pot. in pign. hab.* 20 *l. omnes C. ſine cenſ. vel reliqu. l. etiam, qui pot. in pign. hab. l. ſi ob cauſam, Cod. de euict. l. ſi pign. eod.* & eleganter *in pr. de pign. act. l. profectitia, §. ſed etſi proponas. de iur. dot.*

qualis erat illa quæ dictæ de Roguier & aliis creditoribus dicti Faiac facta fuerat.

Nam quòd à iudice quoquomodo adiudicante vel addicente fit, cenſetur fieri ab ipſo debitore, qui primo ſponte debitum contraxit, ideóque de euictione æquè tenetur, ac ſi ipſe feciſſet. 21 Quo pertinet doctrina Baldi *in annotationibus ſuis ad ius Canonicum* 22 vbi ex ſuperioribus infert, quod cùm iudex dat in ſolutum creditori rem debitoris ex præcedenti ipſius contractu, videatur ipſemet debitor dediſſe, 23 adeò vt ſi non valeat factum partis, nec ſubſiſtat factum iudicis, qui vi ac occaſione illius facti partis proceſſit. 24 Nam omne hoc aliunde haud procedit, neque ſuam originem & fundamentum habet, quam à contractu obligatorio & voluntario partis 25 & per conſequens omne quoque, quod inde ſequitur, voluntarium eſt, aut ſaltem ad illud referri debet. Quam ob cauſam idem Baldus *in quodam ſuo conſilio* 26 reſpondit contra illud, quod alibi tradiderat, in caſu addictionis aut adiudicationis à iudice factæ deberi laudimia æquè ac ſi debitor vendidiſſet. Baldum quoque ea in re alij ſequuntur 27 qui item, pro ampliori confirmatione tradunt, nullam hic differentiam eſſe inter alienare & vendere, aut facere vel feciſſe, id, ex quo talis alienatio aut venditio ſequatur.

Vnde Aretinus infert 28 prohibitum alienare ſub pœna, incidere in pœnam, licet immediatè non alienet, ſi factum ipſius præcedat, ex quo ſequitur alienatio. Iuſtè itaque dicta de Roguier condemnata fuit in prædicta hypotheſi ad laudimiorum ſolutionem, eo quod dictus Faiac debitor non potuit directè vendere bona illi adiudicata in præiudicium dictorum conſulum tanquam dominorum directorum 29 & multo minus indirectè ob debita à ſe contracta. Idque conforme eſt iuris diſpoſitioni, iuxta quam arreſtum illud pro conſulibus prolatum fuit.

ADDITIONES.

21 *in c.quoniam frequenter*, §. *final. vt lit.non cont.* 22 Bald. *conſ.*61. *libro* 2. 23 *arg.l.in cõmodato.§.ſicut, commod.* 24 not. *in l.1.verſ quod ſi exiſtant*, iunct.glo. *ſuper verb. pacto. C. de natural. liber.* 25 *conſ.* 306. *in fin. libro* 1. 26 per Petr. Iacob. *in tit.de act.in rem pro re emphyteut. verſic. item in datione* Maſuer *in titul. de locat. in fin.* & Molin. *vbi ſupra.* 27 *l.codicillis*, §. *matre*, & ibi Bartolus, *de legat.* 2. *l.final.C. de legit.tut.* gloſſ. *in l.ſi ita quis.§.ea lege, de V.O.* 28 *l.in duobus*, §. *vbi duo, de duobus re.& in l.ſi ſeruum, in princ.de V.O.* 26 *l. ſi duobus*, & ibi gloſſ.vlt. *de negot.geſt. l. fin. C.ſi mancip.ita veneat.ne poſt.arg. l.oratio, de ſponſal.cum ſimil.*

DECISIO XXXI.

ARGVMENTVM.

Laudimia partem pretij non faciunt.

SVMMARIA.

1 *Laudimiorum iura nullam partem precij conſtituunt, neque in precio computantur, vt contractus ex capite laſionis vltra dimidium iuſti precij reſcindi poſſit, cùm non ab emptore accipiantur.*

2 *Dominus, qui feudum vendidit, ſi poſtea venditionem reſcindi petat, minimè petere poteſt, vt tantum de conuento precio deducatur, quantum laudimij loco emptorem præſtare oportuiſſet ſi ab alio quàm à domino emiſſet.*

3 *Quanam inueſtitura olim per annulum & virgam fieri dicebantur?*

DVbitatum aliquando fuit, an iura laudimiorum † partem precij facerent, vt 1 maior eorum quantitas prodeſſe aut nocere alterutri cõtrahentium eo nomine poſſet? De quo dominus Rebuffus *in commentariis ſuis ad regias ordinationes,* 1 veluti in tranſcurſu ſcripſit; laudimia non facere exceſſum nec computari ad reſcindendam venditionem, quia emptor illa non recipit; eóque nomine arreſtum ſupremæ curiæ Pariſienſis iudicialiter menſe Septembri An.M. D. LXXXII. pronunciatum allegauit. Ex ratione, autem quam adduxit, facilè colligi poteſt, quod loquatur iis de locis, vbi conſuetudo eſt, vt laudimia à venditore ſoluantur 2 niſi venditio ita facta fuerit, vt precium planè liberum dari deberet, 3 quo caſu emptor illa ſoluere tenetur.

Quando

ADDITIONES.

1 *In tract.de reſciſ.contract. artic. vnic. gloſſ.*15.*numero* 17. 2 qualis olim erat Lutetiæ Cõſuetud.antiqu. Pariſienſ. §. 23. & 24. ſed hodie onus illud in emptorem tranſlatum eſt, ſine præiudicio præteriti Conſuet. nou. Pariſienſ. In ſcript. redact. menſ.Febr.Anno M.D.LXXX. 3 Quam venditionem Galli vocant à francs deniers.

Quando autem emptor laudimia ſoluit (quemadmodum hoc in omnibus prouinciis iuris ſcripti fieri ſolet, atque etiam iure ad hoc emptor 4 obſtrictus eſt) nullam omnino partem precij illa conſtituunt, cuius in reſciſſione contractus ex capite læſionis vltra dimidium iuſti precij ratio haberi queat. *Precium enim illud ſaltem eſt, quod venditor recipit: quemadmodum etiam ecòntra ſi venditor illa ſoluere cogatur, ad probandam læſionem nihil omnino faciunt, veluti, quæ extra precium conuentum ſunt, atque haud concernunt, emptorẽ, qui precium ſuum ſoluit, neque de laudimiis cogitauit, vtpote quorum ſolutio ex conſuetudine loci venditori incumbebat, qui etiam haud vellet ad ſupplementũ iuſti precij computari laudimia ab emptore exoluta, quemadmodum Charondas alio ſupremæ curiæ Pariſienſis arreſto menſe Martio Anno M.D.IV. pro quodam Bigot iudicatum fuiſſe tradit. 5 Vnde reſultat quæſtio, quam Choppinus. 6 mouit,
2 nempe an dominus, † qui feudum ſuũ vendidit, vt propterea nulla laudimia ei debita fuerint, atque venditionem poſtea reſcindi petit, ad probandam læſionem tantum de precio conuento deducere queat, quantum alias emptorem laudimij loco ſoluere oportuiſſet, ſi ab alio, quàm à domino emiſſet. Ad quam queſtionem negatiuè reſpondet, eo quod laudimia neque pars neq; portio precij, ſed res quædam ſeparata ſint; atque præterea in eiuſmodi hypotheſi nunquam debita ſed in perſona venditoris, qui ipſemet dominus erat, confuſa fuerint. Et certè iura laudimiorum à nouo acquirente debentur domino directo vt ea recipiẽs inueſtiat acquirentem de bonis acquiſitis, atque illa iuxta plurium locorum conſuetudines præſertim verò localem illam paræciæ de Iaſſet in Aruernia pro approbatione habeat.

Vnde etiam verba illa deſumpta ſunt: *louer & inueſtir laudare ſeu locare & inueſtire:* atque illud, quod antiqui dixerunt: 7 laudimia deberi domino directo pro labore inueſtituræ & ponendo emtorem in poſſeſſione reali rei venditę. Quod in ſumma rurali fieri dicitur; *par rain & par baſton*, id eſt, *per annulum & virgam*, quæ ſi-
3 gna † erant ceſſionis, traditionis, inueſtituræ. Atque eò ſe referunt verba, *mettre la main au baſton*, id eſt, *manum virga ſeu baculo admouere*, quæ in quibuſdam conſuetudinibus Franciæ, præſertim in illis *d'Artois art.136.* & in antiqua cõſuetudine Ambiani *art.31.* leguntur, quemadmodum Rageau 8 *in indice ſuo iurium regiorum* retulit. Quare res planè ſeparatæ ſunt precium à venditore receptum atque honoraria quæ noui acquirentes dominis, à quibus approbati, recepti & inueſtiti fuerunt, offerre ſolent, adeò vt iura laudimiorum eo nomine debita cum precio nihil omnino commune habeant, illúdque nec augeant, nec diminuant in præiudicium venditoris aut emptoris in materiis iuſti precij, eiuſdémque ſupplementi. Atque ea de re curiam noſtram Tholoſanam nunquam dubitaſſe, ſed expreſsè ita, ad noſtram quoque relationem in cauſa de Puymulle contra Marſals de Senhalac en Quercy XII. Septembris Anno M.D.LXXXIV. in ſecunda claſſe inquiſitionum iudicaſſe meminimus.

ADDITIONES.

4 *arg.l.debet, in fin,* & quæ ibi not. *de ædil.edict.* Albericus *in l.& ideo, de cond.furt.* Molin. *ad conſuetud. Pariſienſ.* qui alios allegat *tit.1.de matiere feodale.§.23.numer.7.* 5 *d.reſp.lib.5.cap.41.* 6 *in comment.ſuis de legib.And.lib.1.cap.4,num.3.* 7 Guid.Pap. *quæſtion.*101.Imbertus *in ſuo enchirid. ſuper verb.laudimia referente.* 8 *literis M.R.*

DECISIO XXXII.

ARGVMENTVM.

Laudimia ab emtore exoluta venditor aut quicunque alius rem venditam retrahens refundere tenetur.

SVMMARIA.

1 *Emptoribus laudimia integrè reſtitui debent à venditoribus aut aliis, qui rem venditam retrahunt, neque illa obiici poteſt, quod laudimia integrè non ſoluerint, ſed eorum pars à domino fortè remiſſa fuerit.*

2 *Quo nomine etiam emptores nullum iuramentum à venditoribus delatum acceptare coguntur.*

3 *Sic enim & iſte, qui condemnationem in expenſas contra quempiam obtinuit, earundem taxam & ſolutionem rectè petere poteſt, licet non expenderit, ſed illa ab iis, quibus debebantur, remiſſa & donata fuerint.*

4 *An laudimia etiam refundi debeant emptoribus, qui ea ex ſpeciali priuilegio haud ſoluere tenentur.*

1 DEfunctus dominus Ferronus, † vir quondam eruditiſſimus, in humanioribus literis probè verſatus, atque officio ſuo maximè dignus, in dubium vocauit, in quo etiam noſtro tempore nonnulli iudices inferiores & ſubalterni adhuc hæſerut, quæſtionem multis antea ſupremarum regni huius curiarum arreſtis præiudicatam, quæ eſt, quod interdum controuerſia exiſtit in materia potiſſimum retractuum, ſiue conſuetudinariorum, ſiue conuentionalium, de refuſione laudimiorum, dum ij, qui refuſionem illam petunt, apochas ſeu quietationes dominorum, quibus ſoluta fuerunt, producere ſolet, ſed illi, qui refundere obſtricti ſunt, poſtulant vt iuramēto, quod ſolenniter deferunt, actores ſe purgent, quod iura illa integrè præſtiterint, cùm haud raro fieri videamus, vt domini, quibus debentur, aliquid inde remittere & nouis acquirentibus veluti donare ſoleant.

2 Hinc igitur quæritur, an emptores † generalem dominorum apocham ſeu quietationem producentes nihilominus prædictum iuramentum ſibi à venditoribus delatum præſtare cogantur? Et quidem affirmatiuè Dn. Ferronus reſpondit, 1 tum quod quæ vulgò fiunt, ſpectanda ſint 2 tū quod fieri poſſit, vt remiſerit partem dominus ex mera liberalitate, nullo remunerationis intuitu, vt in ea ſpecie, qua tractatur de ſalario patroni aut procuratoris decisum eſt à Romanis iudicibus. 3 Dominus autem Tiraquellus 4 illud approbare noluit, cùm eiuſmodi iuramentum planè fruſtraneum ſit, eo quòd apochæ ſeu quietationes à dominis datæ ſatis arguunt liberationem à debito ſeu ſumma illa, quæ in eiuſmodi apochis continetur. Si item a dominis quicquam remiſſum fuerit, tum merito illud in eorum ſaltem, quibus remiſſio facta fuit, vtilitatē redundare debet.

Nam ij ad antidora obſtricti ſunt erga eos, à quibus beneficium acceperunt, 5 ideóque eis tantundem abeſſe videtur 6 præſertim cùm eiuſmodi obligatio naturalis inter alios effectus etiā hunc pariat, vt per illam rei indebitè ſolutæ repetitio impediatur. 7 Quod ſolum ſufficit ad reſponſionem illius quo dici poterat refuſionem laudimiorum ſaltem eo tendere vt indemnis ſeruetur is, qui illa ſoluit, & propterea eius intereſſe non vlterius extendi, quàm vſque ad quantitatem & proportionem ſolutionis veræ & realis, quæ ab eo facta fuit. 8 Ex quibus ſequitur, (quicquid etiam ab aliis in contrarium dicatur) quod is, qui contra quempiam † condemnationem in 3 expenſas obtinuit earundem taxam & ſolutionem rectè petere queat, licet nihil expenderit, ſed ab eo aduocati, procuratores & alij nihil accipere voluerint. Nam liberalitatis huius, niſi velit, participem reddere aduerſarium haud tenetur.

Atque ſic arreſto ſupremæ curiæ Pariſienſis conuocata vtraque claſſe inquiſitionum X. Februarij, Anno M.D.VII. iudicatum fuit, quemadmodum Papon teſtatur. 9 Nec aliud ab eodem allegatum eiuſdem curiæ arreſtum contrarium vel diuerſum dici poteſt. 10 Nam haud quicquam inuicem commune habent, neque ob oppoſitionem venditoris & auctoris receptum fuit. Præterea aliud arreſtum, cuius ibi mentio fit, quòd condemnationem continebat, haud cùm eo executioni mandatum atque liquidatio reliquorū eo vocato & audito facta fuit, quemadmodum requirebatur, & neceſſarium erat. Quare cùm dominus Hebrard ſenator curiæ Tholoſanæ litem feudalem coram dicta curia contra quendam Ioannem d'Arbouet, habuiſſet (cuius cauſæ relatio nobis commiſſa erat) atque quoad certa quædam incidentia condemnationem in expenſas contra dictum d'Arbouet obtinuiſſet, euenit, vt, cùm taxam expenſarum peteret, eiuſque procurator in deſignatione quoque ſportulas pro arreſto exolutas poſuiſſet, procurator dicti d'Arbouet articulum hunc inducendum eſſe diceret, cū ſportularum loco (quemadmodum reuera etiā ita ſe habebat) nihil exoluiſſet, hancque ſuam exceptionem, libro actuarij ſportularum probaret, qui expreſsè ſcripſerat & annotarat: *Dedi gratis domino Hebrard iuſſu relatoris*, atque iuramentū purgationis Dn. Hebrard deferret. At eius procuratore contrarium

ADDITIONES.

1 *Ad conſuetud. Burdegal. tit.2. de retract.§.20.in fin.* 2 *l.quod ſi nolit, de adil. edict.* 3. *Deciſio rota in antiq.*185.Speculator, *tit.de expenſ.§.poſtremo dicendum.* 4 *tit.de retraict lig.§.20.gl.4.n.7.* 5 *arg.l.ſed etſi lege,§.conſuluit, de pet. her.* 6 *l.ſi quis mandatum, de neg.geſt.l.planè vbi,§.quod ſi rem, de legat.1.* 7 *l.ſi non ſortem,§.libertus de cond.indeb.*glo.*in l.ex hoc iure, ſuper verb. obl.in fin.de iuſt.& iure.* 8 Baldus, Cynus & Alber. *in l.neque, C.de her.inſtit.* Tiraq.*vbi ſupr.nu.2.& 3.* 9 *en ſon recueil, tit.des deſpens, arreſt.14.* 10 *titul.des garends & euict.arreſt.11.*

trarium aſſerente & taxam vrgente commiſſarius ad id deputatus ad taxam proceſſit. Inde dictus d'Arbouet ad curiam prouocauit, ſed eius arreſto taxa confirmata fuit, cùm *gratis* illud haud dictũ d'Arbouet concerneret, ſed ipſum dominũ Herbrard, qui nobis ad minimum in ſimili caſu gratificari obſtrictus manebat. 11 Maſuerius quoque ab initio idem ſtatuit, ſed poſtea ſententiam ſuam, quamuis in peius, mutauit. Doctrina enim DD. quam allegat, 12 atque textus iuris, quem eius apoſtillator nouiter adiecit 13 de alia & diuerſa hypotheca loquuntur, & quidem tali, quæ interlocutorio, ſupremę Pariſienſis arreſto, quod Papon quoque confert 14 prę iudicata fuit, nẽpe quãdo emptores † peculiari priuilegio exẽpti ſunt, ne laudimia aut alia eiuſmodi iura exoluere cogãtur, veluti magiſtri libellorũ ſupplicum & ſecretarij regis, de quibus Choppinus *in locis ſuperius allegatis* loquitur. 15 Nam an ij refuſionem petere poſſint eius, quod vigore priuilegij ſui non ſoluerũt, hoc opus hic labor eſt. 16 Et quemadmodum ea de rę diuerſę opiniones: ita quoque diuerſa prę iudicia fuerunt. Dictus Ferronus tamẽ ad negatiuam magis inclinat 17 & contra dictos priuilegiatos ſæpe iudicatum fuiſſe dicit, atque nihilominus in quęſtione principali huius deciſionis, vbi de iuramento purgationis quęritur diſſimilẽ eſſe rationem contendit eius, qui nihil ab initio ſoluere cogebatur, & eius, cui ex gratia remiſſum eſt, cùm natura quidem ad rẽmunerationem obligatus ſit, atque ita quoque in non diſſimili ſpecie reſpondiſſe Philippũ Decium 18 & Ioannem Imolenſem 19 teſtatum reliquit.

ADDITIONES.

11 *tit. de expen. ſ. n.* 30. 12 *l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ.* 13 *tit. de rembourcement des reparations & loyaux couſtemens arreſt. 2. & dernier.* 14 *d. cap* 4. *n.* 5. & 6. 15 Molineus *ad conſuetu. Pariſ. ... ſ tit.* 1. *in mat. feudal.* §. 15. *n.* 5. Tiraquellus, qui Molinęum citat. *tit. de retraict. lig.* §. 29. *gloſſ* 4. *n.* 2. & 4. 16 *d.* §. 10. *de retract.* 17 *conſ.* 48. *lit.* 1. 18 *in c. eos, de temp. ordin. libr.* 6.

DECISIO XXXIII.

ARGVMENTVM.

Laudimia etiam ex feudis nobilibus debentur.

SVMMARIA.

1 *Diuerſæ opiniones & diuerſa præiudicia quoad quæſtionem de laudimiis, quæ ex feudis nobilibus debentur.*

2 *Arreſtum à defuncto Papone pro domino vicecomite Turaniæ contra dominum de Lunayrac, vaſallum eius, refertur atque expenditur.*

3 *Priuilegia atque alia nonnulla iura dicti vicecomitis, qui modo dux Bullionij & mareſcallus Franciæ eſt.*

QVOAD quæſtionem hanc an feuda † ſubiecta ſint laudimiis? à pluribus motam, ſed non ſatis deciſam, diuerſæ quoque & veluti incertæ ſententiæ reperiuntur: nempe quædam pro affirmatiua, & nõnullæ pro negatiua reſolutione militantes. Illæ potiſſimum nituntur ſimilitudine & affinitate mutua ac reſpectiua, quæ inter feudũ & emphyteuſim atque econtra eſt, ob auctoritates & rationes, quas inter alia Alexander *in quodam conſilio ſuo* adducit 1 hę verò periculoſam hoc in caſu eſſe exiſtimant comparationem feudi cum emphyteuſi, præſertim cum textus iuris, 2 qui pro comparatione illã adduci ſolent, ad feuda ne quaquã pertineãt, ſed ſpeciatim de emphyteuſi loquantur. Illæ non deſtituuntur gloſſa 3 neque auctoritate celeberrimorũ quorundam DD. recentiorum, 4 qui expreſſe tradiderunt, laudimia, honoraria atque alia eiuſmodi iura ex fundi emptione dominis deberi, ſiue feuda nobilia ſint, ſiue bona plebeiorum: hæ verò itidem rationibus ex DD. ſcriptis 5 petitis haud carent. 1

In hoc autem conflictu diuerſarum opinionum tertij reperti ſunt, qui definitionem huius quæſtionis ad conſuetudinem remiſerunt, ne in dubium (quemadmodum ipſimet aiunt) denuo vocarẽt illud, quod diu ex cõſuetudine certam & indubitatam interpretationẽ habuit. Inter quos fuit Chaſſanęus *ad conſuetudines Burgundiæ*, 6 quem ... ſequitur

ADDITIONES.

1 *Libr.* 5. *conſ.* 3. *n.* 2. 2 *l.* 1. 2. 3. *Cod. de iur. emphyt.* Ferronus *ad conſuetud. Burdeg. tit. de feud.* §. 5. & §. 15. 3 *in* §. *inſuper, ſuper verbum ſi requiſitus, de proh. feud. alien. per Frider.* Andr. de Iſern. *de tit.* §. *illud*, Aluarottus *ibid.* Odofredus *in l. final.* & ibi Albericus de Roſate, & Iaſon *Cod. de iur. emphyt.* 4 Choppinus *de LL. And. c.* 4. *n.* 2. 5 Guido Papę *quæſt.* 415. Petr. Iacob. *de cond. ict. in rem, quæ pro re feud. compet.* 6 *tit. des retraits* §. 10. *n.* 7.

ſequitur Boerius 7 qui *in ſuis cōmentariis ad conſuetudines Bituricenſes* ad negatiuā inclinās,nihilominus adiicit,ꝙ in pleriſq; locis Franciæ ſeruetur contrarium ,quod debeatur laudimium ex re feudali. Idque alibi extendit 8 non ſolum ad æſtimationē & valorem fructuum feudi, ſed & loci & turris & ædificiorum , ſequens doctrinam Dd.quos allegat,iuxta quā dictus Dn.Boerius dicit cōcluſum fuiſſe à ſuprema curia Burdegalenſi contra dominum de Linayrac pro Dn. Franciſco Turrio vicecomite Turaniæ.Idq; arreſtū illud eſt,quod Papon
2 † ſub titulo *de feudis & hommagio*.Cúmque ab eo ſpecies facti, ſuper qua arreſtum illud prolatum fuit, breuiter admodū recenſeatur,atque nos amplius inſtructi fuerimus ex ipſo originali , quod aliquando productum fuit,& ex dicto quodam , quémadmodum appellatur, illius arreſti, quod penes nos habemus , ideò vt veritas magis pateſiat,cum eo,quod poſtea ſecutum fuit, atq; eo melius via præcludatur calumniis, quæ ratione laudimiorum ex feudis nobilibus in vicecomitatu illo debitorum contra nos ſparſæ fuerunt : paulo vberius hæc explicari,inde ordiamur , quod tractus dicti vicecomitatus tā in Limoſin & Quercy quàm Perigort,vltra ampliſſima & ex-
3 cellentiſſima priuilegia,†quibus fruitur ita ad familiā Turaniæ pertineat,cuius hodie caput eſt dominus dux Bullionius mareſcallus Franciæ , vt ne minimus quidem fundus intra limites & fines tractus illius reperiatur , ſiue nobilis ſiue plebeiæ notæ ſit,qui non à dicto domino vicecomite dependeat,eiuſue vaſallis: qui ei homagium præſtant,& quorum tantus atque tam prçclarus numerus eſt , quantū vix vllus alius dominus in Francia habet. Omnia itē oppida,aliáque eiuſmodi loca , quæ in dicto comitatu habentur ad eiuſdem domini iuriſdictionem pertinent, atque incolis à prędeceſſoribus illius conceſſa fuerūt,quémadmodum etiam loca muris cincta. Idque ſatis ex actis & inſtrumentis colligi & cognoſci poteſt, ſi quis hoc credere nolit, aut vlteriorem cognitionem deſideret. Ij, quos hoc attingit,illa viderūt, quoties neceſſe fuit,& eorum nonnulli ob iudicis auctoritatem parere coacti fuerunt , alij verò,& quidem maxima pars , inſtar verorū & fidelium vaſallorum, ſponte obtemperarunt.Ex iiſdem quoque actis & inſtrumētis vltra ſuperiora reſultat,quod acquirentes feuda in vicecomitatu illo ſemper dicti domini prædeceſſoribus homagia præſtare oportuerit , ſub conditionibus quidē & oneribus diuerſis , ſed tamen vt omnes laudimia ſoluere tenerentur , niſi ea vel in totum, vel ex parte à dominis illi remiſſa fuiſſent. Aliis verò nulla omnino perſona inde exempta fuit.Imò ipſimet Eccleſiaſtici acquirentes reditus aut alia feuda nobilia in dicto vicecomitatu primi fuerunt, qui obedirent & laudimia ſoluerent, velut apparet ex actis,homagiis & inſtrumentis authenticis confectis in emptione redituum , qui emti fuerunt à commendatore de la Tronquiere priore Deſcamels & domina abbatiſſa de Leymeno MCCC. MCCCI.& MCCCIV.De quo nulla dictis dominis vicecomitibus difficultas mota fuit,donec Anno M DXIX.defunctus Dn. Petrus Robertus dominus de Linayrac,qui ob acquiſitos certos quoſdam reditus & feuda nobilia in dicto vicecomitatu ſimplex homagium cum omni *francheſia* & libertate,quale venditorum prædeceſſores præſtitiſſent,præſtare volebat à Dn. Franciſco Turrio equite ordinis , vicecomite Turaniæ auo paterno dicti Dn. ducis Bullionij,qui iam vicecomes eſt,coram Seneſcallo de Limoſin in ius vocaretur,vbi poſt aliquem cauſæ proceſſum ſententia quædam vlteriorem inſtructionem iniungens prolata fuit,à qua dictus vicecomes ad ſupremam curiam Burdeg.prouocauit : quæ arreſto ſuo 16 Iunij An.1523. appellationē, illúdque,vnde appellatum fuerat,caſſauit, atque retinens cauſam inter partes ſtatum controuerſiæ conſtituit. Iuxta quem cùm reſpectiue articulos exhibuiſſent & inquiſitiones ſeu probationes fieri curaſſent,dictus Petrus Robertus diem ſuum obiit,relinquens heredem ex aſſe filium Carolum, in minori adhuc ætate cōſtitutum cui tutor datus fuit Dn.Franc. Robert. prior de Pleus.Iſte itaque tutorio nomine litē reaſſumens rem abſente dicto Dn. actore , qui in aula regi inſeruiebat, atq; præclaris officiis fungebatur,adeò vrget vt teſtificationes ſeu probationes ſuę reciperentur, atq; parti dilatio ſeu terminus ad obiiciendum concederetur , vt cauſa plenè definiri deberet. At dictus Dn. vicecomes diploma regiū in forma ſupplicationis ciuilis ad eū finem

ADDITIONES.

7 *titul. de conſ. feud. & cenſ. §.5. in gloſſ. ſuper verb. dominus direct.*

finem impetrauit, vt ob cauſas in diplomate expreſſas admitteretur ad docendã veluti per turbas cõſuetudinem à ſe allegatam, quæ tã in dicto vicecomitatu Turaniæ qua in locis & tractibus vicinis obſeruaretur, perinde atque eam docere potuiſſet, antequam partis aduerſæ probatio recepta atque in tali proceſſus ſtatu fuiſſet. Cũ autem diplomatis illius nomine cõcluſum fuiſſet, curia arreſtũ illud protulit, quod à Boerio & Papone refertur, quo inter dictũ Dn. Turrium actorem atque petentẽ comprobationem diplomatis in formã ſupplicationis ciuilis ex vna, & Dn. Frãciſc. Robertũ priorem de Pleu, tanquam tutorem Caroli Roberti equitis à defuncto Petro Rober. itidem equite, domino de Linayrac, relicti filij & heredis ex aſſe patris litem reaſſumentis ex altera parte dictum fuit, quod curia cõprobans diploma regiũ, admitteret dictũ Dn. Turrium ad probationẽ conſuetudinis allegatæ, atque in Lemouicibus vigentis vbi feuda contentioſa erant: & viciſſim d. Robert. ad probationem cõtrariam, ſi ei ita videretur, & quidẽ ſumptib. dicti Dn. Turrij corã cõmiſſario, quẽ curia deputatura eſſet, atq; intra feſtũ pentecoſtes proximũ. Intra quẽ terminũ pro executione arreſti illius, atq; vt ad probationem procederetur, Dn. Boerius cõmiſſarius deputatus fuit, qui etiam eo nomine ad petitionem d. Dn. Turrij literas (quas eius manu ſignatas vidimus) emiſit, quibus d. Rober. ad oppidũ de Douzenac en Limoſin, vt in eo conſuetudinis illius probatio fieret, citauit. Comparens autem Robertus, cũ deprehenderet conſuetudinẽ illam notoriam eſſe, atque non ſolũ in vicecomitatu, ſed etiã in omnibus locis vicinis de Limoſin & Perigort obſeruari, locũ illũ oppidi de Douzenac recuſare cœpit, atque ad curiã Burdeg. denuò prouocauit, vbi poſtea incidẽtia quædã formauit, vt cõtinuationẽ probationis illius impediret. Cũ autem per aliquot annos res in eo ſtatu permanſiſſet, dictus Carol. Robert. maior iã declaratus, domino vicecomiti ſignificauit, ſe litẽ illam proſequi amplius nolle, ſed paratũ eſſe ea obire, quæ à vicecomitis cõſilio iuberetur, vt eius gratiã mereri poſſet. Quę cauſa fuit, vt dicta lis in prędictis terminis in ſuſpenſo maneret, præſertim cùm d. Dn. vicecomes Anno 1538. decederet filiũ Franciſ. in tenera admodum ætate conſtitutum relinquens, cuius tutor fuit defunctus dominus magiſter equitum, qui etiam poſtea filiam ſuam Alienoram Momnorantiam illi in vxorem dedit: ex quo matrimonio ortus fuit Henric. Turrius, dux Bullionius, vicecomes Turan. à cui oppidum S. Michaelis [illegible], & qui annuum ſaltem atque [illegible] habebat, cùm dictus eius pater pro ſeruitio regis & conſeruatione ſtatus publici militans in clade Sanquintiniana menſe Aug. An. 1557. periret. Poſt cuius obitum qui cum maximo omnium, qui eum nouerant, luctu accidit, relicti filij tutores fuerunt, Iuſtus de Tournon, & Franc. Rex, Dn. de Chauigny, impuberis affines cũ ille quidem Claudiam, hic verò Antoniam ſorores germanas defuncti Franc. in matrimonio haberet. Lis itaque in ſuſpenſo ita hæſit & veluti deſerta fuit, ſed interim Dn. vicecomes quaſi poſſeſſionem percipiendi laudimia ex feudis nobilibus continuauit. Nam cùm dicti tutores pupilli ſui nomine de triennio ad triennium feuda illa locarent, ſemper in inſtrumentis locationis iura laudimiorũ quoad feuda nobilia reſeruare ſolebant, quemadmodum optimè de eo teſtari poſſumus, cùm tum tẽporis primario quopiam officio in illuſtri illa domo fungeremur, atque haud rarò inſtrumẽta eiuſmodi ſcribi curaremus. Interea euenit, vt conclaue parlamenti Burdegalẽſis, in quo acta illa aſſeruabantur, igne periret, atque ſic etiam ea, quæ coram Dn. Boerio, qui & ipſe poſtea deceſſit, quoad probationem illam acta fuerant, conſumerentur. Quare dicti tutores non potuerant neque voluerant quicquam vlterius eo nomine tentare, ſed heredes & ſucceſſores dicti Roberti dominos de Linayrac ac prædicta ſe offerentes vſque ad maiorem ætatem dicti Dn. vicecomitis & ducis Bullionij remiſerunt: qui cùm poſt inteſtinum regni huius bellum, aliquando in arce ſua Turaniæ eſſet, inuentarium omnium titulorum & iurium ſuorum cõſcribi curauit. Quod cùm fieret etiam deprehendebatur prædeceſſores ſuos vltra quadringẽtos annos titulum illum habuiſſe, vt laudimia ob feudorum quoq; nobilium alienationẽ præſtanda eſſent, cùmque titulum ſemper ab illuſtribus illis dominis renouatu fuiſſe. Vnde etiã defunctus ille Petrus Robertus in prædicta lite cõtra Turriũ moderni Bullionij ducis auum paternu haud expreſsè negarat ex eiuſmodi feudis laudimia deberi, ſed ſaltem homagiis prędeceſſorũ ſuorũ nitebatur, à quib. feuda illa de quib. quęſtio erat, expreſsè cũ tali clauſula emerat *cũ omni frãcheſia & libertate*. Cui clauſulę vigore ſe ad nulla omnino laudimia teneri dicebat, quis alij vicecomitatus illi vaſſalli, quorũ alia homagia eſſet ad eiuſmodi laudimiorũ pſtationẽ obſtricti eſſet, cu clauſula illa nõ planè ſine

omni effectu eſſe, ſed ſi non aliud, tamen hoc ad minimum operari deberet, vt à laudimiorum præſtatione immunis eſſe poſſet. Verum hiſce non obſtantibus prædictum arreſtum prolatum & poſtea proceſſus ille coram Dn. Boerio inſtitutus fuit. Quæ ideò hic inſerere voluimus, vt non ſaltem ſuppleremus illud, quod enarrationi Dn: Paponis quoad caſum hunc deeſſe videtur, ſed etiam publicè teſtaremur. quā vanæ eſſent inuentiones & conceptiones eorum, qui quædam de cauſa illa ex aliorum relatione percipientes aſſerere auſi fuerint, quòd noua quædam & inaudita iura eſſent ſuggeſta dicto Dn. duci à quibuſdam adulatoribus, quos eiuſdem conſiliarij iuuarint. Nam ipſum ducem ad petenda hæc iura commotum fuiſſe ipſemet Deus teſtis eſſe poteſt, & veritas ſine vllo interprete loquitur. Quare etiam ſucceſſores vniuerſales dicti domini de Linayrac, cùm ad reaſſumendam litem citarentur, tranſactione cum Dn: duce facta, ei homagium ſub illa laudimiorum conditione præſtiterunt, atque expenſarum litis nomine certam pecuniæ quantitatem ſoluerunt. Cuius tranſactionis inſtrumentum à Sclafer, notario Turaniæ & actuario domanij ducis conſcriptum fuit, apud quem, qui magis curioſi ſunt, illud videre poterunt.

Atque illud in Francia noſtra nouū non eſt, iuxta plurium locorum conſuetudinē, cuius etiam contemplatione vaſallus nouiter acquirens feudum ab Epiſcopo Mōſbelienſi dependens, qui laudimia præſtare recuſabat, vt hoc faceret, atque laudimia præſtaret arreſto ſupremæ curiæ Tholoſ. condemnatus fuit. De quo etiam Anthonius Ranchinus *in annotationibus ſuis* ad Guidonem Papæ 9 teſtatur. Choppinus item illud, quod alibi ſcripſerat, 10 ita reſtrinxit, vt diceret haſce fructuarias feudi obuentiones metiri conſuetas, vel ſcripto regionis more, vel priuatis pactionibus, lōgóve vſu aut poſſeſſione dominica 11. Pro cuius aſſertionis confirmatione arreſtum prædicto in effectu ſimile 6. Sept. Ann. 1586. inter ciues Rhemenſes & Cardinalem Guiſium, eorundem Archiepiſcopum, prolatum, allegauit.

ADDITIONES.

7 *tit. de conſ. feud. & cenſ. §. 5. in gloſſ. ſuper verb. dominus direct.* 8 *deciſ. 19.* 9 *quæſtio. 167.* 10 *de legibus Andium, c. 4. nu. 2.* 11 *de moribus Pariſior. lib. 1. tit. 3. num. 5.*

DECISIO XXXIV.

ARGUMENTUM.

Feudi dominus illum, qui ab eius vaſallo emit neceſſariò inueſtire non tenetur, ſed ipſemet refuſo precio & reſtitutis emptori impenſis feudum retinere poteſt.

SUMMARIA.

1 *Homagia ligia, franca, nobilia & gentilitia debita dicto domino vicecomiti ratione feudorum, quamuis hodie comitatus priuilegia eo ſe non extendat: tamen domini illius prædeceſſoribus occaſione & contemplatione eiuſdem comitatus debita & præſtita fuerunt.*

2 *Retentio per poteſtatem feudi à dicto vicecomite in caſu venditionis aut eidem æquipollentis prætenſa fuit.*

3 *Fundamenta vaſallorum retentionem illam impugnantium.*

4 *Reſponſiones dicti vicecomitis ad fundamenta illa tam quoad titulos & priuilegia, quàm quoad ius commune.*

5 *Defunctus Dominus Ferronus quæſtionem Pyrrhoniam aut ſcepticam mouit.*

6 *Vaſalli olim homines appellabantur atque inde homagij nomen.*

7 *Dictus dominus vicecomes ex dictis priuilegiis ſuis facultatem habet concedendi feuda nobilia in vicecomitatu ſuo, & poteſtatem habilitandi ignobilia, atque inprimis retentionem dictorum feudorum.*

8 *Retractus feudalis ex ſua natura ſemper intelligitur & ſuppletur in dictis feudis nobilibus: non verò ius prælationis in prædiis, quæ plebey iuris ac conditionis ſunt.*

9 *Iura retentionis nihil commune habent cum iure laudimiorum.*

10 *Etiamſi, regibus noſtris ius retentionis, quod habent, non competeret: tamen ij, qui ab illis feuda accipiunt, ſicq; cauſam ſuam habent, ius illud minimè exercere prohiberentur.*

11 *Defunctus Dn. Guilhelmus Benedicti de iure retentionis quoad oppidum Tholoſanum loquens explicatur.*

DIcto Dn. Vicecomiti Turaniæ † vltra 1
prædicta iura, etiā plura alia de iure non ſolū communi, ſed etiam priuilegiato & ſin-

& ſingulari competunt. Inter quæ etiã ſunt homagia franca, nobilia, gentilitia & ligia plurium dominatuum & terrarum, quæ hodie intra comitatum illum non ſunt, eo quòd incolæ dominatuum illorum & terrarum non gaudeant priuilegiis exemptionis à collectis eiuſdem. Conſtat equidem homagia illa debita & præſtita fuiſſe prædeceſſoribus vicecomitis occaſione & cõtemplatione vicecomitatus illius. Quod
2 facit, vt vaſalli, † qui hodie terras illas tenent, prætendere ſoleant in caſu venditionis aut eidem æquipollẽtis nulla laudimia domino vicecomiti deberi, quamuis quoad ſimilem controuerſiam ratione terrarum de Gramat & Loubreſſac inter defunctum Iacobum de Ginolhac, dominum d'Acier, magnum regis cubiculariũ & Seneſc. d'Armanhac ex vna, atque Anthonium Turrium prædeceſſorem dicti vicecomitis ex altera parte tranſactio 12. Ianuarij, Ann. 1498. facta fuerit, per quam dictus Dn. d'Acier Dn. vicecomiti pro noua acquiſitione quarundam terrarum, quæ erant Gramat & Loubreſſac, laudimij loco ſummam quatuor mille librarum præſtitit, idq; iuxta conſuetudinem, cuius in præcedenti deciſione mentionem fecimus. At nihilominus omiſſa via, hac d. Dn. Bullionius, vicecomes, cùm in arce ſua Turaniæ An. 1597. eſſet, atque intelligeret quoddam ex prædictis prædiis Minhagnes dictum, atque à ſuo directo dominio dependens à plebeiis nouiter acquiſitum fuiſſe, declarauit ſe illud retrahere velle per retentionem feudalem & poteſtatem feudorum, vt illud ex manibus, in quibus erat retractũ domanio ſuo iungeret & vniret, aut aliter de eo pro ſuo libitu diſponere poſſet. Quæ prætentio de iure communi competit, contra quam detentores dicti prędij admodum reclamarunt (& Deus nouit an vicecomitis conſiliariis pepercerint) ſed tandem ſe defendere coacti fuerunt, cùm eo nomine Lutetiæ coram ſenatu libellorum ſupplicum palatij, tanquam commiſſariis, in prima inſtantia & deinde coram magno conſilio per viam appellationis conuenirentur.

Ij igitur primò & generaliter obiecerũt, quòd dominus vicecomes retentionẽ feudalem haud prætendere poſſet, ſed contentus eſſe deberet eo, quòd ſemper ſe obtuliſſent ad præſtationem homagij, quale prędij illius nomine præſtare obſtricti eſſent atque ij, à quibus ius & cauſam haberent, in quo nulla omnino mentio iuris prælationis aut retractus feudalis a dicto domino prætenſi fieret, neque in terminis expreſſis neque in tacitis aut aliis æquipollentibus, qui eiuſmodi ius domino dare aut inducere poſſent. Deinde etiã in ſpecie adiiciebant, quòd prædium illud nulla omnino laudimia aut alia eiuſmodi iura dicto vicecomiti deberet. Quamuis enim is intra vicecomitatum ſuum ob feudorũ nobilium alienationem laudimia petere poſſet: tamen prædium illud extra vicecomitatum, & per conſequens extra tractum, in quo mos ille exigendi laudimia ob feudorum nobilium alienationem vigeret, ſitum eſſe, atque ſic † retentionem illã & feudalẽ 3
minimè locum habere. Quibus & hoc addebãt, ſe per bonos & antiquos titulos probare poſſe, quod vicecomes, aut eius prędeceſſores prædium illud, de quo homagij ratione quæſtio erat, per donationem acceperint à regibus Franciæ, qui talem retentionem vſurpare haud poſſint, vt propterea etiam Dn. vicecomitibus, tanquam cauſam & ius ſuum à regia maieſtate habẽtibus tale quippiã haud prætendere liceat. Haud enim plus iuris habere poſſunt, quã ipſorum auctores, id eſt, ipſimet reges habuerunt, præſertim cùm prædium illud ſitum ſit in tractu de Quercy, & reſortitione ſupremæ curiæ Tholoſanæ, vbi retentio feudalis locum non habet, neque recepta eſt. Hiſce autem à conſiliariis domini vicecomitis, & quidem ſine replicatione, quẽadmodum poſtea dicetur, reſpondebatur dictum prædium, quod in reſortitione ſupremæ curiæ Tholoſanæ ipſimet aduerſarij ſitum eſſe faterentur, reperiri in prouincia iuris ſcripti & Romani, iuxta quod & libros feudales, qui illius partem faciunt, dominus feudi æquè retinere poteſt feudũ à ſe dependens in caſu venditionis aut eidem æquipollentis contractus, per poteſtatem (quemadmodum vocatur) feudi atque alius dominus directus prædium, quod in emphyteuſim dedit per ius prælationis, præſertim in Francia vbi feuda ex generali conſuetudine ad inſtar allodiorum redacta ſunt: adeò vt per conſequentiam illud, quo iuri ſcripto derogatum atque permiſſum fuerat, vt vaſalli etiam ſine conſenſu dominorum, à quibus conceſſa ſunt, feuda alienare poſſent, per conſuetudinem illam ad ius commune, † quo nos vtimur, reductum fuerit, nempe dum electioni domi- 4
norum permittitur, in caſu venditionis, vt aut eam approbent & inueſtituram nouis acquirentibus laudimia & alia iura ſimilia præſtantibus concedant, aut ſi hoc facere nolint, retractu vtantur, quem nonnulli interpretes legalem vocant. Eadem enim ra-

tio, quæ in vno dominorum obtinet, etiam in altero, & quidem quoad feuda nobilia, fortius adhuc militat, argumento eorum, quæ poſtea dicentur, præſertim cùm retractus feudalis procedat ex natura feudorum, neque eum exprimere neceſſe ſit, ſed tam arctè fidelitatis & homagij iuri coh æreat, vt ſtatim atque feudum per venditionem aut alio modo apertū eſt, optioni domini relinquatur, vt aut vaſallum ad fidelitatem & homagium recipiat, aut fundum retineat ob eandem poteſtatem, quam contemplatione feudi ſui habet, quemadmodum optimè & in iiſdem terminis Charondas *in reſponſis ſuis* notauit. 1 Cui planè conuenit illud, quod Molineus *in commentariis ſuis ad cōſuetudines Pariſienſes* 2 tradidit; nempe retractum feudalem non eſſe ſaltē legalem, ſed etiam ex parte & propriè conuentionalē, atque adeò primæ infeudationi inhærentem, vt licet in eadem nulla illius mentio facta fuerit: tamen nihilominus de eo inter dominum & vaſallum eſſentialiter & tacitè atque ab initio, quemadmodum dictum eſt, conuentum eſſe cenſeatur. Idque Charondas etiam *pluribus in locis reſponſorum ſuorum, atque imprimis in commentario ſuo ad conſuetudines Pariſienſes* inculcauit, vbi poſt Molinæum 3 doctè admodum notat tale ius retentionis feudalis inter alia iura & priuilegia retinere notam antiquarum feudalium & rigoroſarum legum, quæ tempore primæ inſtitutionis erat.

Vnde etiam ius eiuſmodi Bodinus 4 honorarium vſumfructum appellauit, quēadmodum Charondas fideliter *eodem loco* refert. Idem quoque interpretes iuris tam ciuilis quàm Canonici communi voce concludunt, atque rationes ſuas & auctoritates allegant. 5 Recentiores item, qui ad arreſta parlamenti Gratianopolitani ab eiuſdem domino præſide collecta 6 additiones ſcripſerunt, opinionem hanc quoad vtrumq; dominorum ſiue feuda nobilia, ſiue plebeij iuris & notæ bona ſint, confirmant, expreſsè docentes dominum feudi aut directum retinere poſſe iure prælationis feudum aut emphyteuſin, ſi precium principale atque impenſas vaſallo aut emphyteutæ refundat. Ad illud autem dominus vicecomes ſe offerebat, atque cùm vaſalli ſeu noui acquirentes precium recipere recuſarent, illud conſignatum legitimè deponebat. Præterea etiam allegati interpretes, vt omne dubium tollant, *in citatis locis* adiiciunt, plurimis Senatuſcōſultis ratam eſſe hanc quæſtionem, per quæ intelligunt arreſta ſupremæ curiæ Tholoſanæ; in cuius reſortitione ſcripſerunt atq; cùm in viuis eſſent, commorati fuerunt. Solus Dn. Ferronus † ſupra à nobis ſæpius, cum honoris præfatione allegatus *in commentariis ſuis ad conſuetudines Burdegalenſes* doctè admodum ſcriptis de eo dubitare videtur & veluti erroris arguere arreſta ſupremarum curiarum, per quæ dictum retractum feudalem dominus feudorum nobilium competere præiudicatum fuit, cùm periculoſam eſſe exiſtimet hoc in caſu quēadmodum etiam ſupra diximus, comparationem feudi cum emphytheuſi.

Et eo in dubio Pyrrhonem aut ſcepticū agere videtur, nullámque omnino dubitandi rationem affert, quemadmodum etiam (quod bona pace piæ memoriæ tanti viri dictu volumus) nullā afferre potuit. At econtra pro domino feudi multò fortior, quàm pro directo emphytheuſeos domino hic ratio militat. Nam ob ea, quæ ſuperius de origine & prima inſtitutione feudorum adduximus, atque ob commoda particularia directi domini ipſúmque publicūm bonum, quoad bannum & retrobannum retentio feudalis non modo vtilis, ſed etiā neceſſaria eſt.

Sicque ſuprema curia Burdegalenſis iudicare, & quidem adhuc triennio nouiſſimo, haud verita fuit. Plura enim eiuſdem præiudicia extant, atque inter alia vnum pro Dn. duce de Ventadour contra quendam vaſallum ſuum de Limoſin: ſecundum pro Ioanna de Ginel, domina de S. Gal contra S. Deſperne: & tertium pro domino de Seyſſac, barone de Cazilhac contra dominum de Salien quoad feuda nobilia, & quidem omnia in prouinciis iuris ſcripta ſita. Idque potiſſimum procedit, † quando alienationes fiunt in fauorem perſonarum, quæ non eaſdem qualitates & parem conditionem habent, cum auctoribus ſeu venditoribus ſuis, vt vaſalli domini manere poſſent, quemadmodum in ſuperiori hypotheſi contigit, in qua alienatio à viro nobili plebeiis facta fuerat, qui propterea vaſalli eſſe non poterant ſeu homines, quēadmodum olim dicebantur, (vnde etiam 6

ADDITIONES.

1 *Libr. 2. cap. 7.* 2 *tit. 1. de mat. feudal.* §. 18. *numer. 21. in princ.* 3 *d.* §. 13. 4 *in libr. de Republ.* 5 Iacob. de S. Georg. *in tract. de feud. ſuper verb. qui quidem quæſt.* 60. 6 Guid. Pap. *quæſt.* 508.

iam homagij vox) neque digne officiũ ex feudo nobili debitum obire, quod potiſſimũ in officio militari erga ſeniores conſiſtit. Alienationes quoque eiuſmodi de iure ſubſiſtere non poſſe Maſuerius tradidit. 7 Multo minus ergo contra Dn. vicecomitẽ hodie valebunt. Nec eſt, quod obiiciatur ex more Francorum dictos acquirentes feudorum nobilium capaces eſſe. Nam domi-
7 nus vicecomes † priuilegio & iure ſingulari nititur, quod ei ratione feudorum nobilium, atq; vt ignobilia habilitare poſſit, conceſſum eſt. In primis verò poteſtatem habet vt feuda, ne ad manus, vt vocãt, mortuas, ciues, mercatores & alios plebeios perueniant, ipſemet retineat, quemadmodum ex plurimis antiquis documentis, præſertim verò ex diplomate regis Angliæ, qui Anno MCCCLXIII. ex pacificatione cum Francorum rege inita Aquitaniam tenebat, hiſce verbis apparet: *Item quod feuda militum in manu mortua & in manu Burgenſium, alienata cum iuſtitia reuocare poſſit.* Imò etiamſi ius ſpeciale & ſingulare hîc non ita ſufficeret, quemadmodum ſufficit: attamen iure communi retractus feudalis
8 † ex natura ſua, quemadmodum dictum fuit, ſemper ſubintelligitur & ſuppletur in feudis nobilibus atque in primordiali eorundem titulo, cùm econtra ius prælationis quoad bona plebeia reditui & cenſui ſubiecta à domino directo prætendi nequeat, niſi per conuentionem expreſſam tali iure bona grauata fuerint, aut locorũ conſuetudine aliter proſpectum ſit.

Idque ob diſpoſitionem iuris communis, quod ſeruitutem eiuſmodi in bonis plebeiorũ haud agnoſcit, quemadmodũ optimè Charõdas reſpõdit, & pro reſpõſi ſui cõfirmatione arreſtum ſupremæ curiæ Pariſienſis allegauit. 8 Nam quantum illud at-
9 tinet, quod dicebatur iura laudimiorum † concurſum facere cum iure retractus feudalis aut aliis ſimilibus. regula ex omni parte abſurda eſt, & planè ratione caret, cùm prædicta iura nihil neceſſariò inuicem cõmune habeãt neque quoad principale, neque quoad acceſſorium vel conſequentiã, aut aliud quoddam dependens ex iure cõmuni, quo nos in prouinciis & reſſortu tione ſupremæ curiæ Tholoſanæ vtimur, quicquid etiam in prouinciis conſuetudinariis Franciæ receptum ſit, aut obſeruetur. Qua etiam occaſione nonnulli interpretes iuris tradiderunt retractum feudalẽ de eſſentia naturali feudorum nobilium eſſe, iura verò laudimiorum minimè, ſed ſed potius ei directè aduerſari: eo quòd homagium & ſeruitium perſonalẽ potiſſimũ in feudis nobilibus conſiderentur, quæ natura ſua exempta ſunt ab omnibus oneribus plebeiorum, atque ſic emolumẽta pecuniaria, in quibus laudimiorum iura propriè conſiſtere ſolent; à feudis nobilibus remota ſunt, atque ad emphyteuſin remittuntur, in qua præcipuè tales atque præſtationes pecuniariæ fiunt, quæ propterea onera plebeiorum vocantur. Quod conſiderans defunctus Dn. Doctor regens Fernandus, in Academia Tholoſana Anno M.D.LV. libros feudorũ explicans, docebat & firmiter tenebat retractũ feudalẽ feudis nobilibus & plebeiis cõmunem eſſe, illis quidem naturaliter & ex eorum eſſentia, his verò per conuentionem aut conſuetudinẽ expreſſam: ſed laudimia non deberi, niſi ex feudis plebeiis & emphytheuſi contra opinionem (quemadmodum dicit *in libro quopiam non impreſſo, ſed manu ſua ſcripto*) pluriũ, qui contrariũ tenuerunt, quorum tamen opinio hoc in caſu præualuit non ſolum per conſuetudinem in pluribus locis regni huius teſte Dn. Boerio *in commentariis ſuis ad conſuetudines Bituricenſes* ſed etiam per ius poſitiuum, & pluribus arreſtis ſupremarum curiarum regni huius præiudicatum, de quibus in præcedẽti deciſione diximus. Imò etiamſi omnia prędicta ceſſarent, atque regula ſuperius allegata parum vrgeret: tamen dominus vicecomes, ſi neceſſe foret, eiq; ita videretur probare, & per bonos ac validos titulos in memorialemq; poſſeſſionem demonſtrare poſſet, quod prędeceſſores ſui habuerint, atque ipſemet adhuc habeat ius exigendi laudimia ex omnib⁹ feudis nobilib⁹ ab ipſo depẽdẽtib⁹, q̃ ta in ipſo vicecomitatu, quã eiuſdẽ occaſione alienata fuerũt: atq; q; ſẽper laudimia pręſtita fuerint, quoties prędeceſſores ſui vel ipſemet nouos acquirentes, tanquam vaſallos recipere atque ad fidelitatem admittere, quàm retractu feudali vti maluerunt. 9 Nunquam etiam iis nobilium feudorum emptores & noui acquirentes, in quorum numero quoq; prędictorum reorum ſeu defenſorum auus & proauus fuere, eiuſmodi iura denegarunt, à quibus etiam omiſſa retentionis via homagium & fidelitatis iuramẽtum accipere tam-

ADDITIONES.

7 *tit. de feud. n. 9.* 8 *lib. 2. cap. 11.* 9 Bodin. *de Republ.*

tam vicecomitis prædeceſſoribus quàm ipſi vicecomiti placuit. Vnus ſaltem intra ducentos annos,qui eſt dominus de Linayrac, iura illa impugnare cœpit nitens potiſſimum virtute clauſularum quarundam ſpecialium homagiis appoſitarum, de quibus,in præcedenti deciſione egimus.Porrò quantū illud attinet,quo dicebatur prædeceſſores dicti domini vicecomitis ratione homagij & dominatus in dicto prædio ius & ceſſionem regum noſtrorum habere, atque ideò ceſſionarium ius retractus, quod ipſi cedentes nō habebant, exercere haud poſſe reſpondetur; quod licet res ita ſe haberet quemadmodum per dictam regulam præſupponitur: tamen conſequentia haud valida neque concludens eſſet.

Nam reges noſtri nulla re obſtante potuerunt donare & transferre ius illud, veluti in fructibus exiſtens,quorum contemplatione ipſi non poſſunt neque debent eſſe deterioris conditionis, quā alius domin⁹ feudi, eóque iure tranſlato & ceſſo ceſſat cauſa, quę impedire videtur, ne reges retineāt feuda vendita, quæ ab ipſis dependēt: nempe ne ſibi applicent & acquirant omnia feuda ſubditorum ſuorum,ſicque domanium ſuum nimis amplū reddant,quod poſtea non facilè alienari neque rurſus de eo quid transferri poteſt, quemadmodum doctè admodum Charondas notauit. 10 Præterea, in quo potiſſimum reſponſio ad prædicta conſiſtit,præſuppoſitum illud ſimpliciter atque extra caſum ceſſionis acceptum, quod reges noſtri non poſſint vti dicto iure & retentione ex omni parte falſum eſt, cùm nulla lex ſit, conſuetudo aut ordinatio, quæ prohibeat aut impediat reges vti retractu feudali, quando deprehendunt illud neceſſarium eſſe quoad commoditatem quorundam dominatuum, qui ad ſua domania pertinent: vt ad ea redeant feuda, quæ inde dependent, cùm dictum ius per venditionem feudorum iis acquiratur. Atque ita iudicatum fuiſſe arreſto ſupremæ curiæ Pariſienſis defunctus dominus Ægidius magiſter præſes in ſuis deciſionibus teſtatur, au parlament de la Magdaleine M. CCL XXVII. Tali item iure rex Carolus VI. retinuit feudū in oppido S.Quintini ſitum,quod a domino de Chin maioribus & iuratis dicti oppidi venditum fuerat. Allegat item prædictus Dn. Magiſter aliud arreſtum Anno M. D. XVII.prolatum,cuius mentionem quoque Charondas *in ſuis pandectis iuris Francici* facit addiciens, prætereà, quòd reges noſ-
10 tri †. quamuis vti non conſueuerint tali retentione: tamen eam donare, cedere & transferre potuerint, quemadmodum alia iura feudalia & dominicalia quæ in fructibus conſiſtunt, ſicque iudicatum fuiſſe teſtitur arreſto ſupremæ curiæ Pariſienſis Anno,quem allegat, pro vicecomite d'Arcy,qui ius retentionis feudalis à rege ceſsū habebat: ꝙ idē auctor alibi repetit,atque de eo diſſerit,11 cui etiam Dn.Bacquet ſubſcribit.12 Tandem illud,quod obiiciebatur prædium illud in tractu de Quercy & reſortitione parlamenti Tholoſani, vbi ius retentionis locum non habet ſitum eſſe, manifeſtum errorem tam in ſubiecto quā in obiecto ſapit.

Nam quamuis Dn.Guilhelmus † Benedicti 13 tradiderit,prædictam ius retentionis feudalis neque in ciuitate Cadurcorum neque Tholoſæ eiúſque tota vicaria obſeruari:attamen illud probè acceptum & intellectum cum reliquis quæ idem auctor de iure retentionis poſtea adducit, tantum abeſt, vt prædictis aduerſetur, quin potius pro retentione feudali plurimum faciat. 11

Nam illud,quod per conſuetudinem,ſiue in Cadurcorum ciuitate, ſiue in oppido Tholoſano eiuſdémque vicaria(quæ dimidium milliare tractus, qui circa vrbem eſt, non excedit)introductum fuit, eo ſpectat, vt deroget iuri communi, quod extra vicariam illam in tota reliqua reſortitione parlamenti Tholoſani locum habet,atque per quod reſortitio illa regitur & gubernatur.Vnde non immerito parlamentum Tholoſanum nonnulli ex antiquioribus curiam iuris ſcripti vocarunt. Quare derogatio illa iuris cōmunis in peculiaribus & definitis illis locis tāquam exceptio regulæ cuiuſdam generalis confirmat dictū ius in aliis locis extra limites & tractum dictarum conſuetudinum, velùti non exceptis adeò vt quamuis in Cadurcorū oppido,ciuitate Tholoſana, eiuſdémque vicaria ob conſuetudines prædictas ius retentionis interdictum ſit feudorum dominis, atque iis laudimiorum ſaltem iura reſeruentur,quemadmodum Dn. Benedictus attingit.

ADDITIONES.

10 *lib. 7.quæſt.40.* 11 *libr.7.reſponſ.c. 141.* 12 *libr. 5.ch.12.des droicts de la couronne de France.* 13 *in capit.Raynutius, ſuper verb. & vxor. nomine Adelaſiam.n. 296.*

attingit: attamen extra oppidum illud, ciuitatem & vicariam ius retentionis locum habet & in vſu eſt, præſertim in caſu venditionis aut eidem æquipollentis contractus.

Teſtari ea de re poteſt inter alia arreſtū VII. Iulij Anno M.D.LXXXIII. cùm & nos deliberationi intereſſemus, quoad appellationem à Seneſcallo d'Armaignac au ſiege de Leytoure interpoſitam relatore defuncto Domino Maynial pro quodam qui Salez vocabatur, contra de Lupe, dominum d'Amblade prolatum. Quamuis enim eo arreſto ius retentionis dicto domino ob imperfectas alienationis probationes aliáſque cauſas ex actis reſultantes tum denegaretur: tamen eidem reſeruatum fuit, vt eo in poſterum, ſi caſus ita ferret, vti poſſet. Deinde quoque idem ius retentionis Epiſcopo de Beziers competere, eúmque iuris illius vigore bona controuerſa menſæ ſuæ applicare poſſe menſe Iulio, Anno M.D.XCIX. ad relationem domini P. Caulet iudicatum fuit.

Quare etiam iuxta eadem arreſta atque prædictas rationes, cùm vtraque pars abūdè audita fuiſſet, dictus Senatus libellorum ſupplicum menſe Septembri, Anno M.D.C. pronunciauit, nempe quod haud quicquam obſtantibus in contrarium adductis prædium illud de Manhiaques iure retentionis feudalis dictus dominus dux Bullionius, vicecomes Turaniæ habere deberet, ſi precium principale & legitimas impenſas, quemadmodum obtulerat, ſolueret. Permiſit item ad eum finem ſenatus, vt pecuniam conſignatam & depoſitam rei ſeu defenſores accipere poſſent, atque ſequeſtros fructuum, qui conſtituti fuerant, vt domino Duci rationes redderent & reliquam præſtarent, condemnauit.

Idque omne cum expenſis cauſis. Quod præiudicium eiuſmodi eſt, vt adiutum prędictis conformibus arreſtis reos illos ſeu defenſores adegerit, quo humiliter dicto domino ſe ſubiicerent, eiúſque compoſitionem & moderationem expectarent. Atque haud dubitamus, quin eam ipſis humanitas & benignitas illius conceſſura ſit, ſine præiudicio tamen iurium ſuorū perpetuorum, quæ non immeritò firmare & ſtabilire ſtudet, vt reparare poſſit ruinas, quæ ob immaturum aui & patris obitum atque adminiſtratorum negligentiam cum magno ſuo præiudicio factæ fuerunt.

DECISIO XXXV.

ARGVMENTVM.

In Francia nullum prædium allodiale ſeu francum eſſe præſumitur.

SVMMARIA.

1 *Tituli allodiales & franca allodia in Francia pro ſubditis contra dominos iuſtitiarios.*
2 *Dictus dominus Benedictus aſſerens nullum in Francia allodium francum eſſe allegatur, atque pro confirmanda eius aſſertione praiudicia dicta curia afferuntur.*
3 *Arreſtum ſolemne ſuprema curia Burdegalenſis pro domina Ioanna de Gimel contra dominum d'Eſpernay.*
4 *Reſponſiones ad rationes Molinei, qui tradidit omnia bona libera præſumi.*
5 *Rationes dicti Dn. Benedicti impugnantur & refutantur.*
6 *Mala fides malorum aut recuſantium debitorum non fauorabilis.*
7 *Arreſtum ſuprema curia Tholoſana.*

QVoad quæſtionem de titulis † allodialibus & francis allodiis infinitæ ferè 1 difficultates & opiniones admodum diuerſæ ſunt. Et Molineus quidem 1 veluti anteſignanus ac protector eſt eorum, qui affirmatiuam in Francia pro ſubditis cōtra dominos iuſtitiarios tuetur. At nihilominus contraria opinio, quę pro dominis contra ſubditos militat, fortior & magis veroſimilis videtur, argumento eius, quòd Ioannes Faber 2 tradidit, nempe quemlibet, qui territorium antiquitus limitatum & definitum habet, fundatum eſſe de iure communi intra fines & limites ſuos 3 vt in qualibet parte iura exercere poſſit, quæ in eiuſdem toto ſeu vniuerſo habet. Imo iuxta alium quendā auctorē antiquum 4 omnia cēſentur teneri à

domino

ADDITIONES.

1 *Ad conſuetud. Pariſienſ. titul. 1. de mat. feudal.* §.46. *numer.* 4. *cum ſequ.* 2 *in l* 1. C. *de ſum. trinit. num.* 8. 3 *argum. l. pupil.* §. *territor. de V.S.* 4 Speculator *in titul. de loc.* §. *nunc aliqua, verſ.* 86. per text. *in* § *fin. quib. mod. feud. alien. & in capit quo iure, diſt.* 8.

domino territorij,atque vt antea allegatus auctor alibi tradit 5 præſumptio eſt pro domino, licet contractu non probetur, quod reſiduum territorij moueatur ab eo. Quo etiam quadrare videtur illud,quod Maſuerius hiſce verbis tradit, 6 *Item omnia,quæ ſunt intra limites alicuius principis vel domini temporalis, cenſentur de eius iuriſdictione,niſi contrarium probetur.* Atque quod idem in eodem loco poſtea ſubiicit: *Item omnia, quæ ſunt in territorio ſeu diſtrictu alicuius domini cenſentur eſſe de ſuo feudo & dominio.* Atque ex facto arreſtum à claſſe rationum prolatũ fuiſſe Dn. Benedictus 7
2 teſtatur,† quo dictum fuit,quòd in hoc regno nullum francum allodium ſit, ſed omnes res à rege aut alio domino dependeant, atque ſi quicquam ſine domino deprehenditur,quòd detentores cogi poſſint, vt talem cenſum annuum liberæ illi rei imponi patiantur, qualem detentores & poſſeſſores prædiorum vicinorum ac maximè propinquorum præſtare ſolent. Iuxta quod arreſtum,(cuius exemplar ex ipſo authentico dictæ claſſis in volumen regiſtrum ordinationũ claſſis inquiſitionum ſupremæ & curiæ Tholoſanæ relatum & *folio* 149. adſcriptum fuiſſe Benedictus teſtatur) dicta curia Tholoſana menſe Iunio, Anno M.D.XXVII. & M.D.XXVIII. atque XIII. Decembris Anno M.D.LIV. iudicauit. Quę præiudicia à Dn. Papone 8 ſub titulo *de iuribus dominicalibus* referuntur, eaque idem auctor intelligit, quando alibi 9 de titulo cenſuali loquẽs eum fauorabilem eſſe tradit pro domino iuſtitiario,quem refert fundatum eſſe ex plurium opinione ſtabilita poſtea per arreſta ſupremarum quarundam curiarum, atque ipſius etiam Thol. adeò vt ſubditi cogi poſſint, quo profiteantur omne illud, quod in finibus iuriſdictionis ſeu territorio illo tenent, ſe feudi, fidelitatis aut homagij lege tenere, aut ſaltem titulo emphyteutico ſeu cenſuali quoad certũ reditum,cùm nullum inter hæc duo medium, ſed titulus allodialis planè reiectus ſit.

Hactenus Papon, qui adiicere debuiſſet exceptiones, quæ in prioribus illis arreſtis hiſce verbis habentur: *ſaluis tamen & reſeruatis prædiis ac poſſeſſionibus,quas ex inſtrumentis & aliis legitimis documentis apparebit directè dependere ab alio domino in eodem territorio & iuriſdictione: ſaluis item prædiis & poſſeſſionibus,quas ſubditi & poſſeſſores inſtrumentis aut aliis legitimis documentis probabunt exemptas,earúmque directum dominium ſibi acquiſitas fuiſſe.* Nam ſi Papon. has exceptiones adieciſſet, tum verum arreſtorum illorum ſenſum retuliſſet: maxime quæ non ita pridem, nempe 5. Sept. An. 1597. ſuprema curia Burdeg.
arreſto iudicaliter à Dn. Nemon † præſide 3
prolato,quo id appellationem à Ioanna de Gimel domina de ſainct Gal cõtra dominum de Eſperne (cuius ſuperius veluti in tranſcurſu mentionem fecimus) interpoſitam iudicauit, quod dicta de Gimel poteſtatem haberet retinendi prælationis iure fundum,de quo quæſtio erat,atque agnato præferenda eſſet, ob id ſaltem, quod fundus ille in diſtricta dictæ de Gimel contineretur, licet illa haud doceret, quod ipſa aut prædeceſſores ſui fundum iſtũ in feudum,cenſum aut emphyteuſin dediſſet,neque de vllo homagio aut recognitione probaret. Reliquum nũc eſt,vt reſpondeatur
tur † ad illud, quod Molineus in contra- 4
rium affert. Idque facilè fieri poterit ex iis ipſis,quæ adducit.

Nam quod præſupponit omnia bona libera præſumi, verum eſt & intelligitur proprium quoad ſeruitutem & onus reale atque etiam ſeruitium perſonale,non quoad recognitionem & præſtationẽ certi iuris erga dominũ, in cuius territorio bona ſita ſunt. Idque probatur auctoritate eorũ, qui ſub initia huius deciſionis allegati fuerunt. Quod item prætenditur regem ipſum non fundatum eſſe in dominio rerũ particularium neque vniuerſalium, niſi quoad iuriſdictionem & protectionem iuxta opinionem quorundam ab eodẽ auctore allegatorum; difficilè admodum probatum erit in Francia vbi communiter traditur, quod nulla terra ſine domino ſit. Qui igitur prætendit bona ſua allodii franca eſſe: id titulo expreſſo & ſpeciali docere tenetur,cũ alias cenſus bonis illis imponi poſſit,quem regi aut alij domino præſtare teneatur habita ratione vicinorũ prædiorũ, quæ ſimiliter cenſum præſtãt,quemadmodum apud Dn. Bacquet 10 videri poteſt.

Quod

Additiones.

5 *in l.1.Cod.de iur.emphy.num 2.* 6 *in tit.de iudici.& de eorum iuriſdict.numer.2. & 22.* 7 *in d.repet. cap.Raynutius,ſuper verb. & vxorem nomine Adelaſiam dec.2. num.463.* in impreſſione veteri & in nouiſſima *n.173.* 8 *arreſt.2.& 3.* 9 *au 1. tom.de ſes notair.liur.2 ch.d'emphyteoſe & al.ergation à la fin.* 10 Bacquet *liur.4. des droicts du domaine.*

Quod ſufficere poteſt pro reſpõſione miniméque attendendum eſt, contra arreſtum † illud à Dn. Benedicto allegatum opponere voluit. Tendit enim illud ad impugnationẽ falſi ſine ſubiecto ratione & cauſa. Infirma itẽ admodũ refutatio eſt, qua ex nonnullis dominis dictæ claſſis ſe audiſſe dicit, quod nihil de arreſto illo perceperint: perinde hoc ſit ac ſi quis Æthiopes propterea eſſe neget, ꝙ nullos vnquam viderit. Quicquid verò ſit à Dn. Benedicto allegata in contrarium faciunt eaq; ſemper, Tholoſana & Burdegalenſis, veræ iuris ſcripti curiæ ſecutæ fuerunt.

Et quamuis Lutetiæ Tholoſæ & alibi plures res liberæ allodiales ſint: tamen hoc ſaltem fit ex tolerantia ſuperiorum, quæ vim diſpenſationis & approbationis habet aut per priuilegia & eorundem confirmationem (qualia priuilegia Tholoſatibus Ludouicum XI. conceſſiſſe idem Guilhelmus Benedicti 11 teſtis eſt) & quidem ita vt reges noſtri nihilominus retinuerint notam quendam iurium ſuorum ita ceſſorũ: de quibus videri poteſt apud Dn. Bacquet in loco ſuperius allegato: Conſequentia itaque illa ex omni parte mãca videtur. Vanum etiam planè eſt, vel iuxta ipſius Molinei reſolutionem poſt Socinum & alios, quos allegat, vt eiuſmodi difficultatibus nos implicemus, cùm in Francia, præſertim in Aquitania, & Occitania, quæ præcipuæ à reſortitione ſupremarum curiarum Tholoſanæ & Burdegalẽſis prouinciæ ſunt, deſcriptio dominatuũ regulariter incipiat per enarrationem dominij directi, redituum, obuentionũ aliorúmque eiuſmodi iurium & poſtea adiiciatur cum omni iuriſdictione alta media & baſſa, ſicuti facilè videri poteſt ex inſtrumentis nouarum infeudationum, inueſtiturarum atque recognitionum ordinariarum.

Et aſſentiens in caſu hoc prædictis arreſtis Molineus 12 eorundem iuſtitiam confitetur, quam nos alias in omnibus caſibus fundatam eſſe diximus; quamuis hoc parum importet iuxta morem, quo nos viuimus & conceſſiones dictorum feudorum nouorũ aliorúmque eiuſmodi bonorum fieri ſolent. Nam plerúmque illa per limites & confinia ex omnibus partibus deſcribuntur, quæ omne comprehendunt & includunt argumento iuriũ ab ipſo Molineo allegatorum. Atque ſi alij in eo diſtrictu ſint, quibus redit⁹ præſtatur, ij haud omittũtur ſub nomine vaſallorũ qui eo in caſu regulariter cõprehẽdi ſolent: adeò vt ſi prætendatur in tractu aliquo, vbi rex aut alius dominus omnimodam iuriſdictionem habet, eique vel eius vaſallis ſubditi aut incolæ illius tractus regulariter cenſum aut reditum præſtare ſolent, prædium quoddam liberum & francum exiſtere, neq; de exemptione aut alio iuſto titulo legitimè doceatur: rectè dici poſſit ea ratione peruerſe 13 vnam eandémque rem diuerſo iure cenſeri, vel potius fauorem † exhiberi malis & ſolutionem re- 6
cuſantibus debitoribus, qui contra bonam fidem competentium domino iurium præſtationem compenſare recuſant. 14 Nonnulli includere & coarctare voluerunt frãca feuda atq; præſumere libertatem prædiorum & poſſeſſionem intra canones emphyteuticos, cenſualem obligationem & directi domini coactam agnitionem. Quæ reſtrictiones tanquam in aëre pendentes nihil aliud producere poſſunt quàm exhalationes, procellas & tempeſtates inter dominos & eorum homines, ſeu ſubditos ac ruſticos, cùm tamen his ipſis iuxta diſſertationem & reſtrictiones ſuperius adductas multo magis expediat, ſi arreſtis ſuper ea re prolatis pareant, quàm cum maximo ſuo periculo alia proferri petant. Atque eum ob finem inſerere hîc voluimus diſpoſitionem principalem dicti † arreſti Tholoſani, 7
cuius Papon mentionem fecit ad relationem domini præſidis d'Affis, qui tum ſenator erat XIII. Septembris Anno M. D. LIV. prolati & poſtea executioni mandati à Dn. præſide Chauuet, ex cuius commentariis tenorem arreſti illius nos accepimus, cuius ſequentia verba ſunt: *Curia manutenuit Mauleõ in quaſi poſſeſſione, vt ſe vocare dominum iuriſdictionis altæ, mediæ & baſſæ atque etiam directum dicti loci eiuſque pertinentiarum, atque inſtar talis domini cogere poſſit incolas dicti loci, vt ab ipſo recognoſcant, & teneant prædia & alias poſſeſſiones, quas tenent & poſſident in dicto loco iuxta inueſtituras, infeudationes & antiquas recognitiones, atque ei præſtare teneãtur iura dominicalia verè debita. Tractum tamen illum, & prædia ac poſſeſſiones, quas incolæ tenẽt ſuis ſumptibus, & quãdo bonũ ei vide-*

ADDITIONES.

11 *in loc. ſuperius alleg.* 12 *in d. verb. & vxorem nomine Adelaſiam in 2. deciſ. n. 227. in fin.* in nouiſſima impreſſione in antiqua verò *n. 519.* 13 *in loco ſuperius allegato, nu.* 6. 14 *l. eum qui ædes, de vſucap.*

ei videbitur, menſurari curabit, atque ſi deprehendetur quendam illorum plus tenere: quã in inueſtituris aut infeudationum inſtrumentis expreſſum fuerit, cogere itidẽ poſſeſſorem poterit, vt illud ſimiliter ab ipſo ſub pari cenſu & onere quoad illius ratione recognoſcat. Si etiam incola recognitionem illam recuſabunt, dictus Mauleon facultatem habebit feuda & prædia illa retinendi, atque alius pro liberrima voluntate ſua concedendi, & ſimiliter infeudandi bona vacantia in dicto loco, dummodo quædam extẽt, atque ſilua, montes & foreſta nõ ſint. Alia quoque capita in illo arreſto cõtinebantur, quæ, cùm ad huius quæſtionis deciſionem parum faciant, minimè hic inſerere voluimus. Promiſſi tamen noſtri, ꝙ ſuperius dedimus 15 memores illud caput ſaltem hic addimus, quo arreſtum illud incipiebat, nempe quòd nulla habita ratione quorundam articulorum indiſcretè inſertorum primo inſtrumento Anno M.D. XCVI. confecto, continenti quaſdam conſuetudines dicti loci Deſplas, ſed articulis illis tanquam aduerſis iuris & bonis moribus, reiectis & cancellatis dicta curia manutenuerit dictum de Mauleon, quemadmodum modo dictum eſt & latius ibi cõtinetur. 16

ADDITIONES.

15 Philippus *reſp.39.* 16 *libr.1.cap.70.*

DECISIO XXXVI.

ARGVMENTVM.

Agnatus iure retractus vtens laudimia à primo emptore præſtita eidem refundit.

SVMMARIVM.

1 *Laudimia ſemel ab emptore primo preſtita refunduntur ab agnato, qui retractus iure vtitur, neque denuò ob nouum hunc contractum domino, qui ſemel ea recepit, debentur.*

DOMINVS Charondas toties à nobis allegatus *in reſponſis ſuis* 1 arreſtum refert à ſuprema curia Pariſienſi pridie Calend. Iunij Anno M.D.LXXXII. prolatum, quo adiudicata fuiſſe dicit domino, laudi-
1 mia † ab agnato præſtanda, cui retractus iure vti volenti emptor extraiudicialiter atque nondum in ius vocatus emptũ prædium accepta certæ pecuniæ, quãtitate ceſſerat. Nam hic veluti noua venditio vel ſaltem eidem æquipollens voluntaria ceſſio facta fuerat, cùm alias ſi èmptor prius ab agnato in ius vocatus atque iudicis auctoritate cedere coactus fuiſſet, neceſſaria potuiſſet dici ceſſio, quæ nunc extra iudicium facta merè voluntaria eſt & venditioni æquipollet. 2 Verum hæc nimis leuia ſunt neque tanti momenti arreſto ſolidum & iuſtum fundamentum præbere poſſunt. Haud enim alienaſſe verè cenſetur, qui pleniori officio bonæ fidei perfunctus fuit. Prætenſam item illam ceſſionem voluntariam primus emptor futuræ litis metu fecit, illaque vim tranſactionis habet, quæ nullum nouum titulum alienationis præbere videtur, ſed dependere à cauſa præcedenti & facto eorum, qui, ne liti implicarentur liberi & ſponte controuerſiam cõpoſuerunt. 3 Quamobrem (inquit Choppinus 4 de eodem facto loquens) Lutetiana curia dominum ſoli petitione ſummouit laudimiorum ab gentilio prædij retractu extra ius agnito & bona fide conſumpto, celebri arreſto pridie Calend. Iun. Anno M.D.LXXXII. Qui idem annus & dies eſt, quem prædicto arreſto Charondas adſcripſit. Neceſſe itaque eſt, vt apud eum affirmatiuæ loco negatiua ponatur, atque in vltimis verbis allegati capitis pro *adiudicata fuerunt*, legatur, *non adiudicata fuerunt*, licet hoc contextus & conſequentia capitis illius minus ſuadeat. Quicquid verò ſit diſſertatio illa Dn. Choppini magis verò ſimilis & tuta videtur, cùm etiam conueniens eſt arreſtum pro agnato retractus ius exercente contra dominum menſe Iun. An. M.D.LXIII. à ſuprema curia Tholoſana prolatum.

ADDITIONES.

1 *Libr. 7. capit.21.* 2 *l.1.§.ſi quis rogatus, de donat. inter vir. & vxor. l. quoties, § 1. de adm. tut.* 3 *l. petitor. de liber. legat. l. ſi pro fundo. Cod. de tranſactio.* 4 *de morib. Pariſ. lib.1.tit.3.n.8.*

DECISIO XXXVII.

ARGVMENTVM.

Ex permutatione regulariter laudimia non debentur.

SVMMARIA.

1 *Ex permutatione nulla debentur laudimia, niſi ſpecialis locorum conſuetudo in contrarium extet.*

2 *Si tamen permutatio ſit fraudulenta, ficta & ſimulata pro vera & pura*

venditione habetur, atque interdum ob fraudes illas, ſimulationes & fictiones contrahentibus mulcta dictatur.

3 *Quando ab vna parte non ſaltem res, ſed etiam pecunia datur valorem rei in permutationem deducta excedens, venditio, alias verò permutatio ſeu talis contractus eſſe cenſetur, qualis à contrahentibus deſignatur.*

1 QVoad contractum venditionis † communémque eiuſdem formam res dubio caret, quòd inde laudimia debeantur domino directo, a quo bona vendita depẽdent. Indubitatum item eſt, quòd permutatio, primus ille & antiquiſſimus contractus, qui inter gentes obſeruatus fuit, niſi ſpecialis conſuetudo in contrarium extet, & iure illo immunis & exemptus ſit. Si tamẽ vna è duabus rebus permutatis plus valeat, vt ab alterutra quoque parte pecuniam dari neceſſe ſit, tum laudimia debẽtur iuxta locorum conſuetudinem 1 cùm eo caſu permutatio venditioni vicina & ſimilis videatur.

2 Si item permutatio ſimulata † & fraudulenta ſit atque re ipſa venditionem contineat, pro vera venditione habetur atq; non minus ex illa quàm ex hac laudimia debentur: quemadmodum ſæpius ſuprema curia Tholoſana iudicauit, adeò vt interdũ ob fraudem & ſimulationem illam contrahentibus mulctam dictauerit. Sic enim expreſſum arreſtũ e1 de re iudicialiter XIII. Septembris, An. M.D.LXXXIII. contra Bouet de Carcaſſonne pro Ioan. Clauaire, cui generalis procurator regis ſe iunxerat, atque aliis prolatum fuit. Quo caſu fraus interuenerat & commiſſa fuerat de contractu ad contractum, quemadmodum loquũtur, 2 eáque ratione permutatio naturam emptionis obtinebat, & alienatio dicebatur. 3 Atque hoc illud ipſum eſt, quod doctus ille aduocatus Pariſienſis *ad conſuetudines Pariſienſes* 4 hiſce verbis expreſſit: *At fundorum permutatione nihil compendij, quæſtúſve redit ad Dominos ſoli, ni mobile quidpiam immobili cõmutetur, vputà ſi vidua mulier annua æris pẽſione fructuaria cedat heredi mariti; qui hereditarium viciſſim fundum viduæ tranſcribat perpetuo poſſidendum.* Cùm enim temporaria hæc penſitatio pro mobili habeatur, conſequitur rẽ ſoli verius emtam ſuo precio, aut à creditrice acceptam pro ſoluto fuiſſe, quã permutatam: quippe in ſolutum acceptio nũmariæ æquipollet comparationi prædiorum. De qua quidem re minus dubitatur, ſed ſaltem difficultas in eo exiſtit, quando pecunia data † excedit valorem rei, quæ à dãte permutatur, vel valore illo minor eſt. 3
In quo caſu dominus Ferronus 5 poſt argumentorum & rationum ex vtraque parte enarrationem à Dd. communiter cõcludi dicit: inſpici debere voluntatem partiũ, emeréne voluerint, an permutare, 6 eámq; eſſe ſequendam: ſi verò non conſtet de voluntate partium, tum, ſi precium exuberet, emptionem videri, 7 ſi ſpecies exuberet, eſſe permutationem: imò ſi admodum excedat pretium ſemper præſumi emptionẽ, licet aliud adiectum ſit, maximè cùm tractatur de tertij præiudicio. Idque iuxta doctrinam Pauli de Caſtro, 8 quam nõ ſolũ in ſuprema curia Burdegalenſis, quemadmodum Ferronus & Papon teſtatur, 9 ſed etiã Tholoſana ſequitur. Sic enim illa pro Domino directo quoad laudimia in cauſa Ariete contra du Pois IV. Septemb. anno M.D.LXXXVII. iudicauit. Quæ tamen arreſta cõtraria ſunt alij placito a ſuprema curia Pariſienſi XXIV. Decemb. anno M.D.XVII. prolato, quo opinio Bartoli firmata fuit, qui ſimpliciter tenet; quod ob nullam permutationis ſpeciem alia iura prætendi queant, quàm quæ ex permutatione tanquam permutatione deberi ſolent, etiamſi pecunia detur, atque indiſtinctè, ſiue illa rem, cui in permutatione iungitur valore excedat, ſiue eadem minor ſit: quemadmodum Papon *in allegato loco* notauit.

ADDITIONES.

1 *arg. l.1. de contrahen. empt.* iunct. *l.1. de rer. permutat.* 2 *l. ſi ſponſus. §. circa venditionem, de donat. int. vir. & vxor.* notat *in l. contra, de leg.* 3 *l.2. §. deinde, verſicul. ſed ſi quis, de ædil. edict.* Alex. *conſ. 63. lib. 7.* 4 *de morib. Pariſ. lib. 1. tit. 3. n. 8.* 5 *l.4. C. de euict. l. is, qui rẽ permutauit, quib. ex cauſ. in poſſ. eat. l. eleganter, de pignor. act.* 6 *in d. comment. tit. de retract. §. 30.* 7 *l. ſemper in ſtipulationibus, de R. I.* Bartolus *in l. Ariſto, de donat.* 8 *arg. l. quicquid. §. fin. de acqu. rer. dom. l. domin. de contr. empt.* 9 *in l. Ariſto, de donat.* 10 *arreſt. 14. in tit. de retraict lignag.*

DECISIO XXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Ex venditionibus, quæ vigore pacti adiecti, ſiue in continenti ſiue ex interuallo reſoluuntur, laudimia ſemel ſaltem debentur, quæ primus emtor præſtare,*

eidémq; venditor vigore adiecti pacti redimens refundere, neque alia denuò laudimia ſoluere tenetur.

2 *Omnes venditiones perfectæ ſtatim à momento, quo contractæ fuerunt, etiã nondum facta traditione & reali ſeu actuali occupatione laudimij ſuo Domino pariunt.*

3 *Ex venditione nondum perfecta, veluti conditionali, in qua conditio deficit, iura laudimiorum non acquiruntur, neque debentur.*

4 *Dominus, cui ex prima venditione laudimia ſoluta fuerunt, alia denuò prætendere nequit ob facultatem redimendi ipſi venditori primo aut per ceſſionem ſeu ſubrogationem tertio cuipiam competentem.*

ANtiquitus agitata, & interdum affirmatiuè, nonnunquam negatiuè deciſa quæſtio fuit: vtrum ex venditione, † quæ 1 ob adiectum pactum de retrouendendo, aut aliam ſimilem pactionem reſoluitur, ſemel tantum laudimia debeantur, an verò bis, veluti ex duobus contractibus, cũ reſolutio prioris ſecundum conſtituere videatur? Super qua quæſtione dictus Ferronus 1 ſequens opinionem antiqui cuiuſdã Doctoris tres regulas & maximas generales adduxit, quarum prima eſt, quod, quando venditio reſoluitur vigore pactionis ab initio contractus adiectæ, & cauſam contractui dantis nullum domino laudimium debeatur: ſecunda, ſi vigore conuentionis factæ ante rei traditionem reſoluatur venditio, itidem ſimplicia ſaltem laudimia, & ſemel tantum debeantur, 2 cùm eiuſmodi conuentio partem contractus 3 faciat, tertia & vltima eſt, quòd quando venditio reſoluitur vigore pacti poſt perfectum contractum & factam rei venditæ traditionẽ appoſiti reſoluitur, duplicia laudimia debeantur, nempe primo pro prima venditione, cuius virtute ius emtori acquiſitum fuit; 4 ſecunda verò vice ob venditionis reſolutionem, quæ vim nouæ obligationis, & ſecundæ alienationis habet. 5 Atq; hæc ferè ſunt, quæ ex opinionibus Dd. noſtrorum quoad materiam hanc colligi poſſunt. Quæ, ſi poſteriores duæ regulæ ad noſtri fori vſum accõmodentur, eò redire videntur, quod in venditionibus cum pacto de retrouendendo in continenti adiecto, 6 aut per eundem contractum, aut ſub finem eiuſdem in eodem loco, die & menſe 7 corã eodem notario & teſtibus, licet per diuerſos actus, & in diuerſis inſtrumentis debeãtur 8 ſaltẽ ſimplicia laudimia vna vice præſtanda: eo quòd dictum pactum de retrouendendo in caſibus illis partem principalis precij faciat, & propterea vnus ſaltẽ & ſimplex contractus eſſe cenſeatur, quia quæ in continenti fiunt, ineſſe videntur, 9 at econtra, ſi pactum de retrouendendo nõ in continenti, ſed ex interuallo poſt principalis contractus perfectionem adiiciatur, duplicia laudimia, nempe ex primo & ſecundo, atque ſic ex vtroque contractu debeantur, cùm hic duo contractus principales, noui & diuerſi videri poſſint. Quod quidem reſpectu emtorum & venditorum nimium rigorem, ratione verò dominorum, nempe quoad caſum poſteriorem nimium emolumentum continere videtur. Quare plurimi, & quidem magis communiter exiſtimarũt in omnibus caſibus prædictis vẽditionum cum pacto de retrouendendo, ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo temporis adiecto, ſemel tantum domino laudimia deberi, quæ emptor ſtatim poſt primũ venditionis contractum, eiuſque vigore ſoluit, atque eidem à venditore vi pacti illius bona vendita redimente reſtituuntur. Nam eiuſmodi laudimia ſub meliorationibus & impenſis comprehenduntur, ad quarum reſtitutionem venditor pacto de retrouendendo vtens emptori obſtrictus eſt, neque alia laudimia domino præſtare tenetur. Atque ſic curia Tholoſana ſemper iudicauit, atque etiam in inſtantia appellationis confirmauit ſententias inferiorum iudicum, qui ita pronunciarunt. Nam cùm venditiones in caſibus ſecundæ & poſtremæ regulæ † perfectæ ſint, laudimia omnino debentur eo, quòd facultas de retrouendendo aut alia conditio, niſi in caſu primæ illius regulæ non ſuſpendit effectum venditionis, neque impedit, quin emptor 2 poſſeſ-

Additiones.

1 *in dict. conſuetud. §. 16. tit. de feud.* ex Guilhelm. Cugn. *in l. ab emptione, de pact.* 2 *arg. l. ſi pro fundo, Cod. de tranſact.* Iacob. Rebuffus *in l. ſancimus, C. de conſul. libr. 12.* 3 *l. fundi partem, de contr. empt.* 4 *arg. l. 2. C. de donat. quæ ſub mod. l. cùm pater, §. rogo, §. fidei, de legat. 2.* 5 *arg. l. ſi à me, ad l. Falcid. l. ab emtione, in fin. de pact.* 6 *arg. l. heredes palam, §. cõtextu, de teſtam. l. caſum, l. cùm antiqui, C. eod.* 7 Cynus *in l. bonæ fidei, Cod. de pact.* Baldus *in l. petens, Cod. eod.* 8 ex not. per Franciſcum de Ripa, *in l. fin. C. de reuoc. donat. quæſt. 39.* 9 *arg. l. lecta, verſic. dicebam, ſi cert. pet. l. iuriſgentium, §. 9. de pact.*

poſſeſſionem rerum venditarum adipiſcatur, ſed reſpicit ſaltem reſolutionem contractus, à qua excluditur venditor, eâque priuatur, aut expreſſa renunciatione, aut temporis lapſu prædictæ facultate conceſſi, aut ob non impletam conditionem, iuxta quam appoſita fuit, aut aliis modis, qui interim vim & virtutem contractus non ſuſpenderunt, quemadmodum in caſu primæ illius regulæ præſupponitur. Rationes eorum, qui contrariam opinionem ſequuntur contractus reſolutioni ſaltem inhærēt, neque contractus perfectionem, quamuis reſolutioni vigore adiecti pacti obnoxiā, conſiderant. Dn. Tiraquellus latè & doctè pro more ſuo eā de re diſſerit, 10 atque *alio in loco* 11 appoſitè admodū notat, quod venditiones ſtatim perfectæ ſint, poſtquam contractæ fuerunt, etiam abſque traditione, & reali poſſeſſionis apprehenſione, atq. ex illis Domino laudimia acquirantur. Quamuis enim Iohannes le Boutciller in ſumma ſua rurali opinionem contrariam defenderit: tamen ea in Fräcia hodie recepta nō eſt licet, fortè ipſius tempore recepta fuerit. Vnde etiam Gallicum prouerbiū ex iure Pariſienſi deductum eſt: *Nul prend ſaiſine, qui ne vent*, id eſt, *nemo inuitus poſſeſſionem apprehendit*. Quod perinde eſt, ac ſi dicatur, quemadmodum optimè Charondas explicat, quod ad acquirendum ius proprietatis & poſſeſſionis in re vendita haud neceſſe ſit, vt emptor poſſeſſionem à domino apprehendat, cùm ius illud ei cōperat ex traditione, quam ipſe venditor facit. Noui tamen acquirentes in caſibus, in quibus laudimia debentur, vt ea ſoluant conueniri poſſunt, ſed vt poſſeſſionem ab iis accipiant, cogi nequeunt. 12 Quare ſi iure, quo nos vtimur Domini ratione laudimiorum emolumentum quoddam habere cenſentur, certè eorum præiudiciū etiā in eo haud exiguum eſt, quod ab iis poſſeſſionem emptores non accipiant. Ea enim ratione acquiſitiones maxima ex parte cælantur, atque ſæpius Dominis tamdiu incognitæ ſunt, vt ij ferè de ipſo Domino & iure principali periclitentur, atque haud rarò maximas lites cum grauiſſimis ſumtibus & damnis eo nomine ſubire & ſuſtinere cogantur. Verū hiſce miſſis, ad priorē noſtrā diſſertationem redeamus: Si in caſu dictæ primæ regulæ verſaremur, nempe quando venditio non perfecta, ſed ſub hac aut ſimili formula concepta fuit: *Si intra illud tempus talem ſummam nō reddis*, vel *ſi tale quippiam non facit*, nulla laudimia
3 debērentur, eo quòd venditio † conditionalis ſit à futuro euentu depēdens, atq; ob deficientem conditionme, ſub qua cōtracta fuit, pro non facta habeatur, 13 niſi in caſu, quo creditoris bona relinquerētur, eo quod debitor ſeu venditor precium refundere non poſſet, aut conditio, iuxta Vlpiani diſtinctionē 14 deficeret. Vnde reſultat illud, quod ſuperius diximus, nēpe, quòd, ſi facultas redimendi, vel ex eodem contractu & pacto in continenti adiecto, vel ex ſeparato competat, atque laudimia ſemel Domino ſoluta ſint ex prima venditione, illa eadem ob factam retrouenditionem denuò petere nequeat, ſiue primo venditori, ſiue alij retrouendatur.

Nulla enim hîc noua venditio eſt, ſed ſi ipſemet venditor iure ſuo vtatur, prioris contractus confirmatio fit, ſi verò illud alij cedat, tum nihil aliud eſt, quàm ceſſio iuris à venditore ei, qui id acquirit, facta, qui per reſolutionem primi contractus, reſpectu bonorū vēditorū in locū primi emptoris tranſit. Atq; rationi haud conueniens eſt, vt dominus † ob vnā eādémq; acquiſitionem duplicia iura accipiat. Contentus itaque eſſe debet laudimiis ob precium facultatis de retrouendendo acceptis, quemadmodum in iiſdem terminis Charondas apertè & exactè ſcripſit 15 *in annotationibus ſuis ad ius Pariſienſe*, ſub titulo *de cenſibus & iuribus dominicalibus*, qui pro eiuſdem confirmatione arreſtum ſupremæ curiæ Pariſienſis XIV. Aprilis, Anno M.D. XLVI. prolatum adducit, cuius Papō quoque mentionem facit. 16. 4

ADDITIONES.

10 *tit. de retract. conuention.* §. 6. *gl.* 2. 11 *in tract. conſt.* 17. *limitat.* refert & ſequitur Imbertus, *in ſuo enchirid. ſuper verb. laudimiis.* Papon *au tit. des droicts ſeigneuriaux arreſt.* 29. 12 *artic.* 82. *titul.* 2. *de cenſibus & iuribus dominicalibus iuris Pariſienſis.* 13 *l.* 1. 2. *Cod. quand. lic. ab empt. diſced.* 14 *l.* 2. *l. vbi autem, de in diem addict.* 15 *articul.* 76. 16 Papon *en ſon recueil au tiltre des droits ſeigneuriaux arreſt.* 23.

DECISIO XXXIX.

SVMMARIA.

1 *Deueſtitiones & inueſtitura olim recepta hodie à vēditorib⁹ in eodē cōtractu vēditionis per clauſulas regulariter ad eū finē*

apponi ſolitas fieri conſueuerunt.

2 *Si venditio cùm pacto de retrouendẽdo contrahatur licet eodẽ die bona vẽdita locentur vẽditori: nihilominus tamen laudimia domino debentur.*

3 *Emptor prædicto caſu bona non hypothecæ, ſed proprietatis & dominij iure tenere cenſetur ob ſolutionem penſionis aut mercedis, de qua apparet, omni præſumtione fraudis & ſimulationis ſublata.*

EX prędictis itaq; apparet deueſtitiones
1 & inueſtituras † antiquas, olim coram
Domino, eiuſq; vaſallis fieri ſolitas, antequã
Domin⁹, iura ſua petere poſſet, quemadmo
dũ in ſuma rurali de Bouteillier legitur, ho
die amplius in vſu non eſſe in Francia no
ſtra, 1 in qua deueſtitio fit per vendito
rem in eodem contractu venditionis
vigore clauſularum regulariter ad hunc
finem ex communi & ordinario notariorũ
ſtylo apponi ſolitarũ, vt propterea domi
nus ratione laudimiorum vlteriorem tra
ditionem aut deueſtitionem venditoris
haud expectare teneatur, adeò vt ſi contra
2 ctus venditionis † perfectus fuerit, licet
eadem die per alium contractum bona il
la venditori (qui ea ratione poſſeſſione ſe
minimè abdicare velle videtur) locentur,
cum poteſtate redimendi intra certum tẽ
pus, ita que cõtractus pignoratitius potius,
quàm vera venditio præſumatur; 7 attamen
nihilominus laudimia debeantur:
tum quod contractus principalis in forma
venditionis factus illa importet, tũ quod
venditor conducens proprio nomi
ne bona illa poſſidere deſinat, atque ea
emptoris nomine tenere incipiat, quem
bonorum illorum proprietarium agnoſ
cit, quæ ab eo conducit, eique tali nomine
penſionem ſeu mercedem exoluit argu
mento vulgatorum iurium. 3 Haud enim
3 emtor † eo caſu bona ſibi vendita pigno
ris & hypothecæ, ſed proprietatis & do
minij iure tenere cenſetur ob præſtatio
nem illam, de qua apparet 4 omni præ
ſumtione fraudis & ſimulationis ſublata.
Nec facultas redimendi impedire poteſt,
quin emptor ſit & maneat verus proprie
tarius ac dominus. 5 Haud etiam ſemper
debitor bona, quæ vendidit, redimere ſo
let: adeò vt poſt lapſum temporis faculta
ti redimendi præſcripti res vendita cen
ſeatur irreuocabiliter & perpetuo emto
ris propria eſſe, tanquam in proprium il
lius patrimonium ceſſante debitore redacta,
6 quemadmodum optimè Charondas
in locis ſuperius allegatis notauit: qui vlterius
progrediens dicit, quod quamuis ſuprema
curia Pariſienſis interdũ cõtract⁹ eiuſmodi
declararit pignoratitios & cõmutatos
in conſtitutiones redituũ: tamen poſtea
iudicarit, quod poſt lapſum temporis retrouenditioni
præſcripti contractus ſuſtineri,
atque venditores cogi debeant, vt
creditoribus ſuis, ſeu emtoribus, liberam &
vacuam bonorum venditorum poſſeſſionem
relinquant: quibus nihilominus eadem
curia adhuc tempus aliquod gratiæ
conceſſerit, intra quod ſortem principalẽ,
& iuſtas impenſas reſtituentes bona illa retrahere
poſſint: eo quòd intentio emptoris
nunquam fuerit, vt pecuniam ſuam ad reditum
daret, & per conſequens iuſtum ſit,
vt contractus venditionis ex integro ſeruetur,
aut emtori pecunia reſtituatur. 7 Suprema
curia Tholoſana huic rei aliter proſpexit,
quemadmodum ſuperius diximus,
nempe dum recipit & cõprobat diplomata
regia ad eum finem impetrata, vt pacta de
retrouendendo temporalia, puta quatuor,
quinque, ſex annorum, vel alterius temporis,
quòd infra annos triginta eſt, quamuis
iam expirata declarentur durare, vſque ad
prędictos annos triginta. Ea enim ratione
debitoribus & venditoribus tempus ſatis
longum conceditur, intra quod bona ſua
alienata recuperare poſſint. Si vero interim
hoc facere negligant, & tempus illud
labi patiantur, tum omne, quod inde exiſtit,
damnum extremæ ſuæ negligentiæ, &
culpæ imputent, neceſſe eſt. Nam ſi vlterius
tempus illud prorogaretur, nimis
diu dominia rerum in incerto eſſent
cõtra bonum publicum & ſalutem populi,
quoad iuſtitiam & commercium inter homines
in regnis & prouinciis bene ac ciuiliter
conſtitutis & diſpoſitis.

ADDITIONES.

1 Charondas *in annotat. ſuperius alleg. d. art.* 2 *l. emtione, C. plus val. quod ag. quàm quod ſimul. concip.* 3 *in l. quod nemo, de acquir. vel amitt. poſſ.* 4 *l. ſi credit. Cod. de ſeru. pign. dat. manum.* 5 *l. non ideò minus de re vend.* 6 *l. qui habebat, §. 1. de legat.* 7 Quas rationes dictus auctor ex defuncto Dn. Thuano Prę́ſide, cùm olim in ſimili cauſa arreſtum pronunciaret, percepiſſe teſtatur.

DECI-

DECISIO XL.

ARGVMENTVM.

Ob merum venditionis tractatum nulla laudimia debentur.

SVMMARIA.

1 *Ob ſolum & ſimplicem tractatum de vendendo, qui ex conſenſu partium effectum non habuit, domino nulla laudimia debentur.*

2 *Laudimia tamen Domino præſtãda ſunt, ſi venditio perfecta mutuo partium conſenſu reſoluatur, aut venditor res venditas tradere nolit.*

3 *Pro feudo, quod manum non mutauit domino nullum ius debetur.*

EX prædictis facilè colligi poteſt, quando ſaltem † tractatus 1 de vendendo
1 fuit diligenter ac lentè mercantium more, 2 atque partes rebus adhuc integris, quemadmodum hoc ficere poſſunt 3 à tractatu illo diſceſſerunt, quod dominus nullo modo laudimia prætendere poſſit, quemadmodum Faber notauit. 4 At ſi à perfecta
2 emtione † mutuo conſenſu diſcedant, domino, cui laudimia acquiſita fuerunt, præiudicare nequeũt, quemadmodum Maſuerius *in praxi ſua* ſcripſit. 5 Eadem ratione, ſi contractus verè pignoratitius ſit, atq; ita rem debitor creditori dederit, vt is interim fructibus rei percipere debeat, donec pecunia, quam credidit ſoluatur, laudimia minimè debentur, eo quòd nulla hic alienatio & proprietatis tranſlatio fiat, ſed debitor rei pignoratæ verus dominus maneat; 6 eũmque ſoluendo pecuniam à creditore recuperare queat, iuxta ea, quæ ſuperius de antichreſi dicta fuerunt, atque Dd. *in pluribus locis* tradere ſolent. 7 Alibi item *in libro legum & morum Francicorum* 8 dicitur
3 ex feudo, quod manum † non mutauit nullum domino ius deberi. Idque ſæpius à ſuprema curia Tholoſana in eiuſmodi ſpeciebus facti iudicari & confirmari vidimus.

ADDITIONES.

1 *l. ſi voluntate, C. de reſcind. vend.* Aliud enim eſt tractatus, aliud eum ſequens diſpoſitio. Sic tractatus ſeu promiſſio de inſtituendo aliquem heredem, non eſt ipſa inſtitutio Ruin. *conſ. 9. n. 8. vol. 2.* & promiſſio de inueſtiendo aliquem de feudo non eſt feudi inueſtitura. Iaſon *conſ. 24. col. 8. vol. 3.* Vulcei. *conſ. 25. nu. 113. vol. 2.* Vnde à tractatu ad contractum argumentari non poſſumus Iaſon, Caſtrenſis, *in l. in bona 17. de eo, quod cert. loc.* cùm multa tractari ſoleant, quæ non perficiuntur *d. l. ſi voluntate, C. de reſcind. vend.* Franciſcus Ripa *in l. 1. in prin. nu. 2. ad S.C. Treb.* Heig. *part. 2. q. 16. num. 26. & ſeq.* Hardevvig à Daſſel *conſ. 28. n. 18. vol. 1.* Ioannes Baptiſta Coſta *de ſact. ſcient. & ignor. inſp. 5. num. 9.* Tractatus tamen actum poſtea ſubſecutum, ſi is ambiguus ſit, declarat Innoc. *in c. innotuit. de arbitr.* Angelus *in l. ſi quis cùm aliter, circa med. de V. O.* Alexander *conſ. 56. n. 9. vol. 2.* Surd. *d. 291. nu. 10.* atque ab illo ad hunc tanquam à cauſa ad effectum, ſeu rem ipſam, *l. 2. § poſt originem, de O. I.* item tanquam ab antecedenti ad conſequens inferre poſſumus. Erneſt. Cothman. *reſp. 4. n. 13. & ſeqq.* A D. 2 Tranquill. *in Caligula cap. 36.* 3 *l. ab emptione, de pact.* 4 *in l. 1. C. quand. lic. ab empt. diſced.* 5 *arg. l. pen. C. de reſcind. vend. & l. 3. C. de iur. emph.* 6 *l. reſcriptum, de diſtract. pign. & l. ſi pecuniam, de pign. act.* 7 *l. ſi is, qui bona, §. 1. de pign. l. ſciendum, §. creditor, qui ſatiſd. cog. l. 1. §. per ſeruum, l. qui pignori, de acq. vel amitt. poſſ. l. cùm notiſſimi, C. de preſcr. 30. vel 40. annor.* 8 quemadmodum refert Charondas *in annotationibus ſuis ſub titulo de feud. in conſuetud. reorm. Pariſ. artic. 20.*

DECISIO XLI.

ARGVMENTVM.

Ex donatione nulla laudimia debentur.

SVMMARIA.

1 *Donationes non acquirunt ius laudimiorum Domino directo, cùm in iis feuda non mutent manum cum aſſignatione precij, iuxta cuius proportionem laudimia æſtimantur.*

2 *Ex donatione facta in fauorem matrimonij nulla laudimia debentur, licet bona æſtimata, & pro certa pecuniæ quantitate in pactis dotalibus expreſſa data fuerint.*

3 *Quod etiam extenditur ad alias donationes ſimplices, ſeu quæ in fauorẽ matrimonij, ſed ſimpliciter ab aſcendentibus in gratiam liberorum facta fuerunt.*

4 *Donationes ab extraneis, & qui dotare non tenentur, ſiue in fauorem matrimonij, ſiue alias factæ, ſi æſtimatio emptionẽ faciens interuenerit, cenſentur*

emtiones & venditiones, aut dationes in ſolutum, & per conſequens laudimiis obnoxia ſiunt.

1 QVod donationem † nonnulli tenuerunt, 1 quod ex ea laudimia dominis debeantur. Quibus adſtipulari videtur regula, cuius in præcedenti deciſione mentionem fecimus, à cõtrario ſenſu ſumta, nempe, quod ex feudis, quæ manum mutant, tantũ iura præſtanda ſint. Verum alij, quorum opinio etiam magis communis eſt, cauſam mutationis conſiderandam eſſe exiſtimant. Quod facit, vt hoc in loco argumentum à contrario ſenſu haud procedat. Nam mutatio, de qua prædicta regula loquitur; cum aſſignatione precij fieri ſolet, ad cuius proportionem laudimia æſtimantur, quale in donationibus minimè interuenit, in quibus propterea laudimia locum nõ habent, 2 præſertim cùm in donationibus conſenſus domini ſuperioris non ſit de iure neceſſarius, neque per conſequens vlla laudimia acquirantur, quorum vigore per approbationem alienationis, quam Dominus iſte ea ratione fecit, defectus conſenſus eiuſdem, ob conſuetudinem Franciæ generalem, quæ feuda ad inſtar allodiorum redegit, reparatur, & veluti purgatur, atq; noui acquirentes ratione retentionis feudalis (qua alias Domini, ſi alienationem approbare, & laudimia acceptare nolint, pro indemnitate ſua vti poſſunt) ſecuri redduntur. 3 Idque locum habere exiſtimatur, ſiue donatio ſit pura & ſimplex, ſiue (contra opinionem eorum, 4 qui ad hanc diſtinctionem recurrere voluerunt) oneroſa, ſeu ſub onere & cõditione facta, niſi fortè donationes ſimulatæ fuerint, 5 cùm eo caſu detecta fraude donationes naturam ſuam mutare ſoleant. Atque ſic, nempe ex donatione laudimia nõ deberi, à ſuprema curia Tholoſana, cùm prius ambiguo Marte in prima claſſe inquiſitionum diſceptatum fuiſſet, iudicatum fuit intra quendam Beſquent & alios XXI. Aprilis, ann. 1589. ad relationem defuncti Domini d'Eſpanha, cõtrarium tenente defuncto domino Herbrard, dum infirmaretur ſententia quædã Seneſcalli Tholoſani, aut eius vices gerentis, qui contrarium pronũciarat, nempè ex
2 donatione laudimia deberi. Quare † ex donatione facta in fauorem matrimonij, licet bona, quæ in ea comprehenduntur, æſtimata fuerint, atque donata pro certa pecuniæ quãtitate, ad quam æſtimatio aſcendit, & quæ per cõtractum matrimonij promiſſa fuit, laudimia non debentur, quemadmodum ſuprema curia Pariſienſis IX. Iulij, anno M.D.XLVII. iudicauit. Quod arreſtum à Papone 6. ex Dn. Lucio 7 refertur, quamuis antea & ſub eodem titulo 8 arreſta allegarit à ſuprema curia Gratianopolitana prolata, quæ ex deciſionibus Domini Præſidis 9 depromſit, quibus iudicatum fuit ex donatione dimidia laudimia deberi, licet nonnulli (inquit ille) tenuerint ex ea integra laudimia præſtanda eſſe. Qui etiam ſub finem tandem concludit omne hoc ex vſu & conſuetudine locorum æſtimandum eſſe, cùm in quibuſdam integra, in aliis verò nulla omnino laudimia in eiuſmodi caſu debeantur. Idque etiam obtinet in reſortitione ſupremæ curiæ Tholoſanæ, & præſertim in patria linguæ Occitanæ, vbi nuſquam viſum, quod ex donatione vnquam ſolutum fuerit aliquod laudimium, nec petitum: ergo ibi nullum debebatur, quemadmodum eadem re teſtimonium perhibet apoſtillator modernus ad deciſiones & quæſtiones dicti Domini Præſidis, 10 & quidem quoad alias
etiam donationes, quã † quæ in fauorem 3
matrimonij, à parentibus vel aliis aſcendentibus in gratiam liberorum aut nepotum factæ fuerũt, quarum cõtemplatione nulla difficultas exiſtere ſolet, ſiue æſtimatio interuenerit, ſiue non, cùm intentio prædicto modo contrahentium haud fuerit, vt quid venderetur, ſed vt matrimonium contrahi deberet, atque æſtimatio non ob precium venditionis, ſed propter declarationem valoris rei venditæ acceſſerit. Quæ opinio Molinei eſt, quam plures ſequuntur, atque ſuprema curia Pariſienſis tum alias, tũ etiã arreſto inter Dominos

Additiones.

1 Paulus Caſtrenſ. *in l. Ariſto, de donat.* 2 *l. 1. C. de fund. patrim. libr. 11. l. fin. Cod. de præd. curia. l. eod. lib.* glo. & Odofred. *in l. final. C. de iur. emphyt.* Canoniſtę *in c. potuit, de locat.* Aufrerius *deciſ. capellæ Tholoſ. 178.* Iaſon *in l. final. num. 69. Cod. de iur. emph.* 3 Speculator. *in titul. de locat. §. nunc aliqua.* 4 Chaſſaneus *ad conſuetud. Burgundiæ tit. des cenſes d. deciſ. Capel. Tholoſan.* 5 ex notat. *in l. vbi ita donat. de donatio. cauſ. mort.* 6 *en ſon recueil, au tiltre des droicts ſeigneuriaux, arreſt. 24.* 7 *titul. de præd. ſolario iure vectig. placit. 2.* 8 *arreſt. 19.* 9 Guido Papæ *quæſt. 46. 47. & ſeq.* 10 Ranchinus *in dict. quæſtion.* Guido Papæ 48.

minos d'Argenton, & de Sanſlac II. Iulij, Anno M. D. LXIII. prolato confirmauit, quemadmodum Dn. Charondas teſtatur. 11 Supremam verò curiam Tholoſanam, quod attinet, ea, cùm generaliter in ſimplicibus & aliis donationibus prædicto modo iudicarit, multò magis ita pronunciabit in donationibus in fauorem matrimonij factis, ſiue æſtimatio interuenerit, ſiue non, ſicque opinionem Iaſonis 12 ſequatur. Iux-
4 ta quam etiam ſi donationes † ab extraneis, & qui dotare non tenebantur, factæ fuerint, atque æſtimatio emtionem faciens, quemadmodum vocatur, interuenerit, cenſendæ ſunt potius 13 emtiones & venditiones aut dationes in ſolutum, quam donationes, quarum nomen gerunt, & per conſequens laudimiis obnoxiæ ſiunt. Cæterum ea, quæ hactenus diximus, ita accipienda ſunt, quòd licet in caſibus prędictis, atque ob allegata præiudicia donatarij exēti ſint, ne dominis laudimia præſtare tęneantur, atque domini hoc in caſu priuentur iure prælationis, quod alias iis competere ſolet: attamen illi nihilominus obſtricti ſint, vt bonorum donatorum contemplatione eorundem directos Dominos recognoſcant, iiſque annuum cenſum, aliáq; iura, quæ ex bonis illis debentur, prę́ſtent. Quo in caſu atque in aliis ſimilibus nullū prædictis Dominis pręiudicium fit. Idque reſponſionis etiam loco ſufficere poterit iis, quibus ob inconuenientia quædam, quę quoad Dominorum iura exiſtere dixerunt, contraria opinio magis placuit, quemadmodum videri poteſt apud dictum Dn. Præſidem, qui hæc in loco allegato latius & fuſius explicat.

ADDITIONES.

11 *d. artic. 76.* 12 *in d. l. final. numero 108. C. de iur. emphyt.* 13 *arg. l. in inſulam. §. fin. ſol. matr.*

DECISIO XLII.

ARGVMENTVM.

Ex addictione iudiciali laudimia debentur.

SVMMARIA.

1 *Addictio iudicialis in cauſis diſcuſſionis bonorum à ſuprema curia Burdegalenſi recepta.*

2 *Adiudicatio ab vno aut pluribus creditoribus acceptata laudimiorum iuri obnoxia ſit, etiamſi proclamationes & licitationes iuxta ordinationum diſpoſitionem interuenerint.*

3 *Ex licitationibus igitur & ſubhaſtationibus, quæ in cauſis diſcuſſionum in reſſortione ſupremæ curiæ Tholoſanæ nunquam non interueniunt, laudimia ſemper debentur.*

4 *Cum tempore nouiſſimo eadem proclamationes & licitationes à ſuprema curia Burdegalenſi iuxta dictas ordinationes receptæ fuerint, idem quoque de iis dicendum erit.*

AD ſuperiora etiam referri poteſt, & pertinet illud, quod aliquando in dubium vocatum fuit, nempe, ſi creditori, qui
† auctionarium proceſſum contra debito- 1
rem ſuum inſtituit, tandem fundus ille, cuius auctionem ſub haſta fieri petiit, ſententia iudicis addicatur, vtrū ex tali addictione laudimia domino directo debeantur? Quā quæſtionem Dn. Ferronus *ad conſuetudines Burdegalenſes* tractauit. 1 Pro cuius meliori reſolutione prę́ſupponendum eſt, quod in materia diſcuſſionis generalis bonorum (qua debitores, qui ſe ſoluendo non eſſe ſentiunt, vti ſolent, ne fortè eorum perſonæ capiantur aut detineantur, ſi expreſſe tam arcto & rigido modo obligauerint, quámque debitorum quoque heredes cum inuentarij beneficio vſurpare cōſueuerunt, ne fortè propria eorum bona cū defuncti debitoris hereditate confundantur) ſuprema curia Tholoſana ordinare cōſueuit, vt bona haſtę ſubiecta vendantur plurimum offerenti ſeu ſectori, ſiue hoc per partes, ſiue in maſſa fiat: atque de pecunia ex venditione redacta primo expenſę in auctionis litem factæ detrahantur, eique, qui illas expoſuit reſtituantur, deinde verò
creditoribus † iuxta ordinē, quo prius aut 2
poſterius in eiuſmodi proceſſu cōcluſerit, ſoluatur & ſatisfiat, cùm econtra ſuprema curia Burdegalenſis regulariter in eiuſmodi cauſis ita procedat, vt bona, quæ in generalem diſcuſſionem veniunt, vltimo inter creditores adiudicet ea lege, vt præcedenti ſoluat & ſatisfaciat, ſique is hoc facere recuſet, aut quod facere nolit intra terminum prę́ſtitutum expreſſè declarat, proximè ſequenti ſeu penultimo in ordine ſub eadem lege & conditione addicat, atque ſic ab eo gradatim ad reliquos progrediatur. Idq; D. Ferronus alibi *in iiſdem commentariis.*

ADDITIO.

1 *artic. 15. de feud.*

mentariis attigit, 2 atque iure illo confir-
mauit, per quod, qui pignus ſecundo loco
accepit, ius ſuum confirmat, ſi priori ſolue-
rit. 3 Dicta itaque quæſtio eo tendit, vtrū
creditores, quibus bona debitorum haſtæ
ſubiecta tandem addicta fuerunt, quique
addictionem ſub conditione, qua facta fuit,
acceptarunt laudimia domino directo, à
quo bona dependent, addictionis illius no-
mine præſtare teneantur. Ad quam quidem
quæſtionem tutiſſimè reſponderi affirma-
tiuè poſſe dictus auctor exiſtimat. Quam-
uis enim negatiua reſponſio quodammo-
do veroſimilis videatur, *Cùm* (inquit auctor
ille) *adiicantur nobis prædia pro quantita-
te debiti noſtri, 4 debitum autem noſtrū
laudatiuo non erat obnoxium, & ideò ne-
que ea prædia, quæ loco debiti addicta ſunt,
contra videtur ex addictione, quæ eſt quaſi
venditio atque emtio, 5 idque verius eſt:
præſtari autem debet laudatiuum domino
directo & præcipuo, vt appareat ex pluribus
dominis ad directum eſſe recurrendum.* Ve-
rum Dn. Choppinus aduocatus Pariſienſis
(quem ſæpius iam allegauimus) de eadem
quæſtione diſſerens, 6 atque aliam ſimilē
præcedentem confirmaturus, quod cuidam
è Lemouicibus & per conſequens ſupremæ
curiæ Burdegalenſis iuriſdictionem agno-
ſcenti, cùm eo nomine conſiliū expeteret,
reſpōdit creditorē, cui Aquitanus Senatꝰ ꝓ
ære debito adiudicaſſet fundos (gradatim
ſcilicet, vt in decretis adiudicationis fundo-
rum debitoris creditoribus fieri ſolitis à
Burdegalenſi ſenatu) dominicis laudimiis
neutiquam adſtringi, nec debitorem quidē
ipſum, qui inita cum illo tranſactione, &
perſoluto debito prædia ſua recuperaſſet.
Cuius rei duas rationes adducit, quarum
prior deſumta eſt ex conſtitutione Iuſti-
niani 7 vſu apud Francos (quemadmodum
abrogatarum in Francia legum auctores 8
teſtantur) haud recepta, atque ideò parum
militās: altera verò petita eſt à defectu ſub-
3 haſtationum, † licitationum & ſolemnita-
tum, quas in iis regiæ conſtitutiones Moli-
nenſes in omnibus Franciæ prouinciis ſan-
ctè & exactè obſeruari ſolitæ *art.94.* requi-
runt, ob quem defectum (concludit ille ſub
finem) vtcumque ſit pignus quod creditori
proprietate rei addixerat curia Burdegalen-
ſis, nullo alio rem licitante, exiſtimaui lege
ratum Gallica minimè fore, ac principalis
reſcripti auxilio facilè ſubuerſum iri à Se-
natu Pariſiorum, ad quem ſumma litis co-
gnitio tranſlata eſſet: nec moror, inquit di-
uerſam Ferronij de eo opinionem, qui fato
raptus fuit antè edictum Molinenſe, prola-
tum, anno M.D.LXVI.

Vnde facilè colligi poteſt, quod quando
ſubhaſtationes & licitationes legitimè &
ritè iuxta prædictarum regiarum conſti-
tutionum tenorem factæ fuerunt, affirma-
tiua ad dictam quæſtionem reſponſio diffi-
cultate careat, & per conſequens laudimia
debeantur ex addictionibus ex decreto iu-
xta ſtylum curiæ Tholoſanæ, plurimum
offerenti ſeu ſectori, quoad ſubhaſtationes,
& licitationes præuias atque iuxta prædi-
ctas regias ordinationes, aliámque Franciſ-
ci I. *de abbreuiatione litium, artic.81.* legiti-
mè inſtitutas fieri ſolitis: vt poſtea pecunia
inde redacta inter creditores opponentes
in hypotheca, vel aliter interuenientes di-
ſtribuatur iuxta eum ordinem, in quo an-
tea concluſerunt. Eadem quoque affirmati-
ua † noſtræ quæſtionis reſolutio obtinet 4
in adiudicationibus, quę a ſuprema curia
Burdegalenſi hodie iuxta tenorem prædi-
ctarum ordinationum fiunt, ſi verum eſt
illud, quod nobis ea de re relatum & ſigni-
ficatum fuit. Quod ita ſe habere veroſimi-
liter & facilè credere potuimus. Sanè Dn.
Ferronus 9 nobilem illam & maximè ho-
noratam ſocietatem, cuius & ipſe pars fuit,
vt hoc facere velit, hortari & rogare vide-
tur. Poſtquam enim mentionem fecit re-
ceptarum ab ea adiudicationum gradatarū,
poſtea per coniunctionem hanc. At (quæ
aduerſatiua ſeu increpatiua eſt, aut ad mi-
nimum diuerſitatem & differentiam ſigni-
ficat) dictas ordinationes Franciſci I. pro-
ponit mutationem inducentes, quemad-
modum ille dicit, multarum rerum in ma-
teria auctionum & ſubhaſtationum, de qua
tractabat, vt eam moneat atque roget, quo
idem facere velit, eáque ratione auctoritas
arreſtis conſtare poſſit, & partibus iura ſua
magis tuta & integra conſeruari queant, cū
ex alias poſt euocationem cauſæ ad alium
iudicem (quę res in infelici hoc ſeculo ad-
modum frequens eſt) ſibi per ſupplicatio-
nem ciuilem proſpicere conſueuerint, vt
talia arreſta caſſentur & infirmentur, quem-
admodum

ADDITIONES.

2 *tit.13. de ſubhaſtat. in princip.* 3 *l.1. C. qui pot. in pign. hab. l. ſecundus creditor. C. de pign. l. potior, §. vlt. qui pot. in pign. hab.* 4 *l. à Diuo Pio, § ſi pign. de re iud. l. ordo, C. de execut. rei iud.* 5 *l. ſi prædium, C. de euict.* 6 *de morib. Pariſ. lib.1. tit.3. n. 12. in ſin.* 7 *l. final. C. de iur. dom. impetr.* 8 Buignion *in legib. abrog. lib.2. cap.38.* 9 *in d. tit. de ſubhaſt. in princip.*

admodum colligi poteſt ex eo, quod ex D. Choppino adduximus, qui parti conſulenti vt tali remedio contra ſolitam adiudicationem ſupremæ curiæ. Quæ etiam curia, quemadmodum diximus, atque ſignificatū nobis fuit, huic rei per regias ordinationes & ſolitam ſuam prudentiam proſpexit.

DECISIO XLIII.

ARGVMENTVM.

Ex alienatione neceſſaria nulla laudimia debentur.

SVMMARIVM.

1 *Ob alienationem, quæ ex neceſſitate tam priuata, quàm publica fit, nulla laudimia præſtantur.*

REgula illa generalis, qua dictum eſt, ex omni alienatione, quæ † dominiū & proprietatem in alium transfert, atque mutatio manus vocatur, laudimia deberi: vltra declarationes, quæ ex rationibus & præiudiciis deciſionum præcedentium colligi poſſunt, etiam hanc limitationem & reſtrictionem admittit, quod haud procedat, ſi alienatio facta fuerit ex neceſſitate, tam priuata, quàm publica. 1 Prioris neceſſitatis exemplum peti poteſt à re, quæ, cùm inter coheredes aut alios eam indiuiſim tenentes & poſſidentes commodè diuidi nequeat, licere ſolet. Quamuis enim adiudicatio, quæ licitationem ſequitur, (cùm extraneus quoque liceri poſſit, licet res poſtea vni ex coheredibus adiudicetur) ſit vera quædam venditio, atque addicatur res illa vni ex coheredibus non tanquam heredi; ſed veluti plurimum offerenti & ſectori: tamen nulla inde laudimia debentur: eo quòd eiuſmodi adiudicatio cenſeatur eſſe neceſſaria & executio quædam diuiſionis, in qua iudex rem, quæ commodè diuidi nequit, licitationibus exponere ſolet, vt vni ſoli, qui plurimum offert, & ſector eſt, ea lege adiudicetur, quo is alteri, quoad portionem eidem debitam, ſatisfaciat. 2 Et quamuis extranei quoque ad licitationes admittantur: tamen in caſu adiudicationis factę vni ex coheredibus, aut qui alia ratione coniuncti & ſocij ſunt, res non mutat ſuam qualitatem. Atque ſic iudicatum fuit arreſto ſupremę curię Pariſienſis, cū omnes claſſes congregatę eſſent, in pronunciatione ſolemni circa feſtum Paſchę anno 1587. facta quemadmodum Charondas *in ſuis reſponſis* 3 teſtatur. Neceſſitatis verò publicę exempla depromi poſſunt ex caſibus iuris, in quibus priuati ob fauorem religionis, 4 libertatis, 5 ædificiorum, quę ad decus vrbis fiunt, 6 pacis aut alterius vtilitatis publicę interdum vendere & alienare fundos ſuos coguntur. 7 Quibus caſibus tantū abeſt, vt Domini directi laudimia prætēdere ac petere poſſint, vt poti⁹ & ipſi iura dominij ſui directi vendere cogantur. Quę potiſſima cauſa fuit, ob quam ſuprema curia Tholoſana arreſto 17. Iunij, anno 1560. contra mancipem ſeu conductorem iurium dominij directi in oppido Tholoſano pronunciauit, quod ob aream domus cuiuſdam, quę ad ampliandam plateam data fuerat, domino directo nulla laudimia deberentur de precio, quod compenſationis loco domus illius proprietarius acceperat. Quod arreſtum in ſimplicibus ſuis terminis ex commentariis defuncti domini Ioſſe deſumtum nos hîc omittere noluimus, idque eo minus, quod Dn. Choppinus aduocatus Pariſienſis licet *quodam in loco* ſcripſerit, 8 rei, vtilitatiſque publicę fauore ceſſare iura dominica, idque alibi confirmarit, 9 venditionis ex cauſa publica contractæ nullum laudatimum deberi dicens, 10 tamen *eodem in loco*, in ſimili controuerſia domini directi, qui à ſcabinis dictę vrbis ob aream, quam emerant, eáque macellum quoddā amplius reddiderāt, laudimia petebat, re diſceptata cauſam penultiina Maij, anno M.D.LXXXII. ad conſiliū remiſſam fuiſſe tradat. Nam poſtea à viro fide digno nobis relatum fuit, qui id à Dn. Briſſonio eiuſdem litis aduocato perceperat, quod tandem pro ſcabinis contra dominum illum directū iudicatū, ſicque prolatū in ea cauſa arreſtum prędicto pręiudicio Tholoſano conforme fuerit. Idque adiicere hîc voluimus, vt quoad prędictā remiſſionem ad conſilium omnis ſcrupulus tolleretur.

ADDITIONES.

1 Bartolus *in l. & ideò, de condict. furt.* Iaſ *in l. final. C. de iur. emphyt.* 2 § *ſi familia, Inſt. de offic. iud.* 3 *lib. 7. cap. 207.* 4 *l. ſi quis ſepulchrū in princ. de relig. & ſumpt. funer.* 5 *l. 1.* & ibi Baldus, *Cod. de commun. ſeru. manum.* 6 *l. ſi vt proponis, C. de ædif. priuat.* Oldrad. *conſ. 161.* 7 *l. item ſi verberatum, de rei vind. l. Lucius, de euict.* Innocentius & Canoniſtę *in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut.* Baldus *in l. quæcunque, col. vlt. C. de ſeru. fugit.* Molin. *libr. 1. comment. ad conſuetud. Pariſ. §. 53. n. 27. cùm ſeq.* 8 *de morib. Pariſior. lib. 1. tit. 3. n. 14.* 9 *de domanio Franciæ li. 3. c. 4.*

tolleretur: quæ interdum interuenire ſolet, non tam ob difficultatem cauſæ, quæ iudicari debet, quam ob conſequentiam pronunciationis publicæ, & alias circumſtantias particulares, quæ illam pro tempore conſueuerunt.

DECISIO XLIV.

ARGVMENTVM.

Ob laudimia non ſoluta interdum mulcta debetur.

SVMMARIA.

1 *In multis locis ob cenſum iuſto tempore non ſolutum certa cuiuſdam ſummæ mulcta præſtatur, & quidem pro tot annis, per quot cenſus ſolutus non fuit.*

2 *Curia tamen Tholoſana mulctas eiuſmodi, quantumuis exiguas, atque in ueſtituris ſpecialiter expreſſas, haud attendere ſolet, neque eas domini petere conſueuerunt.*

1 CHarondas vir eruditus † & laborioſus *in quadam parte reſponſorum ſuorum* refert, 1 conſuetudine multorum locorũ ob nõ ſolutum deſtinato tempore cenſum certæ cuiuſdam ſummæ mulctam deberi. (A qua tamen mulcta, per contrarium vſum & conſuetudinem exemta ſunt bona in oppido & diſtrictu Pariſienſi ſita, quemadmodum Choppinus probat & teſtatur, 2 contra opinionem dicti Charondæ, qui alibi ſcripſit 3 illud priuilegio cuidam à rege Philippo I. Pariſienſibus conceſſo acceptum ferendum eſſe) ſicque iudicatum fuiſſe arreſto ſupremæ curię Pariſieñ, quòd poſſeſſor, qui per integros quinque annos cenſum non ſoluerat, totidem mulctas, non verò vnam ſaltem præſtare teneretur. Nam cùm dicta mulcta more introducta ſit ob non ſolutum die deſtinato cenſum, ſicque ob moram & contumaciam poſſeſſoris cõſequens eſt, quod minimè obtineat qualitatem pœnarum pro delicto infligi ſolitarum, ſed potius ius quoddam patrimoniale ſit, domino eadem ratione & natura debitum, qua ipſe cenſus debetur, ſicque ſtatim eo momento acquiſitum, quo poſſeſſor cenſum ad diem deſtinatum ſoluere neglexit: quo die lapſo mora nullo modo purgari poteſt, atque per totidem annos, quot ille ſoluere ceſſat, mora & contumacia renouatur, quæ nouam ſubinde pœnã parit. 4 Et quãuis dictus Dn. Choppinus *in eodẽ loco ſuperius allegato* de multis illis atq; exemtionibus ab iiſdem, quoad ciues & incolas Pariſienſes differens expreſſè hanc exceptionem adiiciat: niſi mulctæ ſe nominatim ipſi cenſualibus monumentis deuinxerint: attamen aliud ſæpius in controuerſiis feudalibus, quæ à ſuprema curia Tholoſana deciſæ fuerunt, nos obſeruari vidimus. Sic enim inter alia, in litibus, quæ ad noſtrã quoque relationem diremtæ fuerũt, veluti in cauſa Domini de Bournazel cõtra Caſtelpres, & in cauſa domini de Sauſſens contra Valette, dominum de Iuſtarret, multi tituli nouarum infeudationum & inueſtiturarum producti fuerunt in quibus immediatè poſt cenſus expreſſos, & tẽpus eorundem ſolutioni deſtinatum hæc verba continebantur: *Pro iuſtitiis verò, ſi culpatus exiſtat, modo duos, modo quatuor, & interdum ſex aut octo denarios Tholoſ.* Quibus verbis ſemper exiſtimauimus ſignificari prædictas mulctas, quę interdũ exiguæ, nõnunquam magnæ ſunt, iuxta conuentionẽ, quę ea de re in nouis inueſtituris facta fuit. Verum dicta curia † noſtra pœnas illas 2 haud attẽdit, neque domini eas petere ſolent, quantacunque etiam reliqua adhuc debeantur: adeò vt audacter & verè aſſerere poſſimus, mulctas eiuſmodi, aut alias pœnas, quas ob nõ ſolutũ deſtinato tẽpore cẽſum, reditum, aut aliud eiuſmodi ius emphyteutas, aut alios detentores bonorum oneribus eiuſmodi obonoxiorum ſoluere oportet, in prouinciis Occitania Rouergue, Quercy & aliis, quæ ſub iuriſdictione ſupremæ curię Tholoſanę exiſtunt, haud amplius in vſu, ſed profundo perpetuę obliuionis fluuio ſubmerſas eſſe.

ADDITIONES.

1 *lib. 3. ca. 35.* 2 *d. libr. de morib. Pariſ. tit. 3. n. 9.* 3 *in §. 83. Pariſ. conſuet.* 4 *l. traiectitia, §. illo, de O. & A. l. 1. de pen. legat. l. ad diem, de verb. oblig.*

DECISIO XLV.

ARGVMENTVM.

Accapita & retrocapita releuiis affinia videntur.

SVMMARIA.

1 *Laudimiorum iura in Occitania vocãtur Pacz, & in quanam ſignificatione vereſimiliter hoc fiat?*

2 *In quibuſdã aliis Occitania locis appellantur foris-capes.*

3 *Accapita & retrocapita in dicta prouincia*

cia quænam ſint?

4 *Conſuetudo prouinciæ quoad iura dominica rem omnem regit, & principem locum obtinet.*

5 *Accapita & retrocapita quonam, & ad quos ſe referant.*

1 IN iiſdem titulis, quos † in deciſione præcedenti productos fuiſſe diximus in controuerſiis feudalibus, quarum relatio nobis commiſſa fuerat, alibi obſeruauimus dicta laudimia in Occitania Pacz appellari, id eſt, quemadmodum nobis videtur, pacem & conuentionem. Idem quoque nomen iis tribuitur in conſuetudinibus Pariſienſibus, 1 atque iuxta Choppini teſtimonium, 2 ex more aliorum plurium locorum in Francia: eo quòd nouus acquirens ſoleat conuenire & veluti componere ſeu tranſigere cũ Domino ſuo pro certa ſumma, quemadmodũ Ragueau in indice ſuo iurium regiorum & dominicorũ 3 explicauit. Poteſt item dici, quod vero etiam magis ſimile eſt, vocabulum, *Pax* aut *de lourpats*, in quibuſdam prædictis titulis, tam ad Dominum, quàm ad emphyteutam relatum ſimpliciter accipi, & tacitè reſpicere verbum *louer*, ſeu *laudare*, à quo vox *de longiue laudi* deſcendere videtur, vt inter eos laudetur pax, id eſt, communi conſenſu firmetur: quemadmodum Choppinus *eodem in loco* ex hiſtorico quodam explicat, atque inde deriuat laudi vocabulum in feudi veſtitura priſcis Gallis viitatum. Idque confirmat per verba illa ex hiſtoria S. Dionyſij de veſtituris Epiſcoporum & Archiepiſcoporum à Carolo magno factis loquentis, dum inquit, quod ij, qui ſine eius voluntate & laudo, id eſt, ſine eius approbatione & conſenſu ingrediuntur, minimè conſecrari queant. Similiter
2 in quibuſdam † aliis prædictis titulis, præſertim prouinciæ de Carcaſſone laudimiorum iura deſignabantur per vocabulum *foriſcapes*, eo quòd (quemadmodum nos ſemper exiſtimauimus) foris capiantur, id eſt, extra precium vẽditionis, quod ſemper in libera pecunia venditorem manere debet, cùm onus ſoluendi laudimia de iure Romano & vulgari, quod etiam in Occitania & reſortitione ſupremæ curiæ Tholoſanę obſeruatur, emtori incumbat, atque ſaltem ex quorundam in Francia locorum conſuetudine ad venditorem pertineat, qualis etiam conſuetudo olim Pariſiis, ſed hodie recentiori mutata, atque prædictum onus itidẽ emptori, citra præiudicium tamen præteritorum, impoſitum fuit, iuxta illud, quod D. Choppinus *in locis allegatis*, & alibi optimè notauit. 4 Præterea etiam
dicti tituli † erant, & ſunt communiter ac 3
regulariter grauati aliis iuribus, per hæc verba: *pro accapitibus vero 12. denar. turon. aut alia ſumma, quãuis exigua, pro retrocapitibus totidẽ.* Quibuſdã etiã pro eiuſdẽ explicatione adiectu erat, *in mutatione domini vel pageſij.* Quod occaſionem nobis dedit exiſtimãdi (fateri enim nos oportet, quod nihil hactenus legere, neque intelligere potuerimus, quod tã propè accedat, ac ſi iura eſſent affinia releuiis receptis cõſuetudine Bleſſenſi, iuxta quam quoties res ceſualis, inquit Molin. *ad conſuetud. Pariſ.* 5 mutat manum per obitum, ſiue in linea directa, ſiue in collaterali ſimplicia releuia debentur ad ratam duplicati cenſus. Idque quoad accapita, multis arreſtis dictæ ſupremæ curiæ Tholoſanæ confirmatur, vbi aliter eiuſmodi iura non taxantur per titulos antiquos & primordiales, ſi hoc vocabulo nobis ita vti licet, & alios continua ſerie eoſdem ſubſequẽtes, quemadmodum ferè fieri regulariter ſolet & ibi cõtinetur vt ſuperius diximus. 6 Talia itẽ iura ex dicta cõſuetudine ſaltẽ ob obitum emphyteutæ, & ſemel in anno debentur, adeo vt licet obitus emphyteutæ, eiuſdem filij, nepotis ac aliorum heredum & ſucceſſorum eodem in anno cõtingat, nihilominus ſimplicia ſaltem accapita præſtanda ſint, id eſt, duplum cenſus ſeu reditus annui, ſiue qui per vnum annum oluẽdus erat. Quoad retrocapita autẽ in dictis titulis conuentis & expreſſ. ſecus ſe res habet, ex conuentione facta, 7 quæ cohærens contractui emphyteuticario maximè ſeruãda eſt: & quidem præterea non ſaltẽ ob obitum emphyteutæ, eiúſque ſucceſſorum, ſed etiã ob mortẽ domini, eiúſq; heredum & ſucceſſorum, cũ mutatio nominatim ex vtraque parte expreſſa fuerit, quicquid etiam Dn. Guilhelmus Benedicti hoc in caſu allegare atque inducere voluerit, 8 a patre ad filium, atque identitate eorundem perſonarum, quod poſtea reparat per conſuetudinem contrariam, quam vigere dicit in prouinciis, vbi accapita illa recepta ſunt, quę præſtantur.

ADDITIONES.

1 *artic 9.* 2 *de legib. Andium, lib. 1. ca. 4. num. 2.* 3 *ſur la diction accordemens.* 4 *lib. 1. de morib. Pariſ cap. 4. nu. 5.* 5 *lib. 2. §. 53. n. 12. cum ſeq.* 6 Molin. *vbi ſupr. n. 33* 7 *l. 1. C. de iur. emphyt.* 8 *in c. Raynutius, ſuper verb. mortuo itaque teſtatore, n. 61.*

ſtantur à liberis & ſucceſſoribus emphyteutæ, eueniente mutatione Domini aut emphyteutæ, iuxta illud, quod conuenit & placuit, aut ſi hoc factum non eſt ſecūdum id, quod cōſuetudo loci requirit, quę principem locum obtinet in eiuſmodi & aliis dominicis iuribus Atque hinc obiter cum doctiſſimo Choppino 9 fatedum ingenuè,
4 talia dominicorum † iurium ænigmata, forenſi tantum vſu ſolui, iudiciorumque diſciplina, cùm alias quæſtionib. hiſce veluti Cretico labyrintho incluſi Dædalum fruſtra inuocarint. Planè in prouinciis iuris ſcripti filius ſuccedens patri in feudo nihil perdit, ſi intra annum & diem feudi domino fidelitatem & hommagiu nō pręſtet, quemadmodum Aufrerius 10 anno 1338. iudicatum fuiſſe teſtatur. Idque adhuc receptum eſt ac obſeruatur, & quidem etiam quoad laudimiorum iura At quantum
5 accapita † & retrocapita attinet, ea inter aſcendentes & deſcendentes ſunt, ad quos communiter & regulariter referri, atque de iis intelligi ſolent. Nam quoad extraneos eſſet veluti adeſpoton quoddam, quod de centenario ad alterum centenarium expectaretur, ſicque prouerbio illi locus fieret:

Parturiunt montes naſcetur ridiculus mus.

ADDITIONES.

9 *d.lib.1.de morib.Pariſ.tit.3.num.8.in fi.*
10 *4.part. arreſt.73.* quod refert Papon *tit. de feudo, fidelitate & hommagio, art.8.*

DECISIO XLVI.

ARGVMENTVM.

Retentioni feudali, & laudimiis triginta annis præſcribitur.

SVMMARIA.

1 *Iuri retentionis feudalis, aut etiam laudimiorum triginta annis præſcribitur.*
2 *Arreſtū ea de re à ſuprema curia Tholoſana prolatum.*

SÆpius à quibuſdam allegatur ex generali conſuetudine Franciæ omnibus rebus triginta annorum ſpacio præſcribi poſſe. Dubitatum itaque fuit, an etiam prædicto tēpore iuri † retētionis feudalis, aut ſi
1 hoc domin⁹ vti noluerit, laudimiis pręſcribi queat? Et quidē quoad prius, Charondas *in reſponſis ſuis* 1 refert, magis probabilē videri opinionem eorum, qui exiſtimant, quemadmodum vaſallus, vtpote quem dominum ſuū ſemper recognoſcere oportet, triginta annis aut etiā vlteriori tempore fidelitati & hommagio præſcribere nequit: ita quoque retractui feudali præſcribi non poſſe, cùm eiuſdem naturæ & qualitatis ſit. Verum nihilominus idem auctor de hac opinione dubitat, ob differentiam, quæ inter fidelitatem & hommagiū, veluti ad ius ſuperioritatis & dominij pertinens, atque inter quoddam ab eo dependens emolumentum eſt, cùm hoc potius in fructu, quam in fidelitate conſiſtere videatur, veluti ſunt laudimia, recapita & releuia. Quare exiſtimat, quod retractui feudali præſcribi poſſit, tanquam emolumento feudi, eo quod pręſtatio emolumenti excludat retractum, atque ob alias rationes, quas ad cōſuetudines Pariſienſes allegatas fuiſſe dicit, præſertim cùm textu iuris feudalis in terminis eſſe videatur. 2 Quoad poſterius vero iura laudimiorum concernens facilè ex iiſdem rationibus, quas auctor ille adducit, colligi poteſt, quod minor in iis difficultas, quam in dicto retractu ſubiit, ſicque ſine omni dubio a vaſallo aut emphyteuta laudimiis triginta annorum ſpacio præſcribi queat. Ad quam ſententiam etiam inclinat D. Ferronus *in commentariis ſuis ad conſuetudines Burdegalēſes* titulo *de feudis*, cùm diuturno tempore talia iura præſcribantur. Idque videtur deciſum eſſe iure conſuetudinario feudorum, 3 ſi argumentum à maiori ad minus, & conſequentia alterius, vbi identitas rationis ſubeſt, ducatur. Atque ſic pro dicta præſcriptione
iuris † tam retentionis, quàm laudimio- 2
rum iudicatum fuit a ſuprema curia Tholoſana ad relationē defuncti domini Maynial VII. Iulij., Anno 1585. in cauſa appellationis a Seneſcallo d'Armaignac au ſiege de Leyctoure per de Salles contra Carhon de Luppe, Dominum d'Amblade interpoſitæ, ita tamen; vt in poſterum prędictus Dn. iuribus eiuſmodi, quoties caſus ita ferret, vti poſſet, neque iis vllum hoc arreſto præiudicium fieri deberet. Ex qua reſeruatione colligi & cognoſci poteſt, quod dicta iura, quamuis

ADDITIONES.

1 *libr.2.cap.7.* 2 *in c. porro, in fin. qua fuit prim. cauſa benef. amitt.* 3 *in §. ſi quis per triginta, ſi de feud. defun. controu. ſit int. dom. & agnat. vaſal.*

quãuis ob diuerſos reſpectus, in eodem ſubiecto ſimul concurrere nequeant, ſed dominus alterutro eorum, cum quaſi inuicem ſibi obſtent, contentus eſſe cogatur. Atque obtinuiſſet dictus dn. ſi intra tempus triginta annorũ ius illud petiiſſet, à quo iam ob tanti temporis lapſum excluſus eſt, ita tamen, vt in poſterum, ſi caſus ita ferat, atque iuſtum ille tempus non negligat, tale ius nihilominus petere poſſit. Quod nos veluti in tranſcurſu hîc notare voluimus, cùm Dn. Ferronus paulo generalius loqui videatur, quaſi huiuſmodi iura cliente, vel emphyteuta, negante ea ſe diuturno longiſſimóq; tẽpore ſoluiſſe, præſcribi in futurum poſſint. Quod tamen defendi non poteſt, neque exiſtimamus hanc dn. Ferroni mentem & intentionẽ fuiſſe, vel ob ipſas rationes & auctoritates, quas ibidem attigit & allegauit. Tandem etiam notatu hic admodum dignum eſt, quod licet dictus Dn. de Luppe, vt præſcriptionẽ 30. annorum elidere poſſet, obiiceret & allegaret, partem minoris ſuæ ætatis in tempus illud incidiſſe, ſicque remedium reſtitutionis ſibi ſupereſſe, eóq; nomine diploma regium impetraret: tamen nihilominus dictum fuerit inſuper habito diplomate, quoad eiuſmodi iura laudimiorum & retentionis, aliorúmque acceſſoriorũ, quæ à dominicis ac principalibus iuribus fũdi dependent, & cùm tempore, inſtar auium quarundam ire, venire ac redire ſolent, deductionem minoris ætatis, aliáq; eiuſmodi impedimenta, quæ incidunt, cõſideranda non eſſe, cùm tamen maximè ea conſiderari oporteat, ſi de ipſis fundi iuribus principalibus quæſtio ſit, vtpote quorum damnum irreparabile eſt, & quæ nunquam redeunt, ſi ſemel auolauerint, vt nõ immeritò ſpiritus dici poſſint, qui poſtquam ſemel euanuerunt, haud amplius reuertuntur. Vnde inferri poteſt, reliqua cenſus & reditus tanquam iura fũdi principalia à vaſallo aut emphyteuta contra dominum directum præſcribi nõ poſſe. Atque hæc omittere hoc loco noluimus, cùm à viris in ſumma dignitate conſtitutis ea de re conſulti fuerimus, quorum conſultatio maximum dubium excitabat, quemadmodum etiam reuera illud ſuberat, & Charondas quoque notauit.

DECISIO XLVII.

ARGVMENTVM.

Quotæ cenſus præſcribi nequit.

SVMMARIA.

1 *Quota penſionis domino directo debita præſcriptioni non obnoxia eſt in præiudicium Domini, neque emphyteutæ, ſi de ea ex antiquis recognitionibus, infeudationibus, inueſtituris, ſeu inſtrumentis emphyteuſeos appareat.*

2 *Quamuis quota decimæ præſcriptioni ſubiaceat: tamen ſi per titulum authenticum, de quota certa & limitata doceatur, talis præſcriptio non poteſt locum habere contra titulum, veritatem eiuſdem, & Eccleſiam.*

EX prædictis alia iam reſultat quæſtio, † nempe, vtrum emphyteutæ, aut alij eiuſmodi cogi poſſint, vt eundem reditũ vel penſionẽ ſoluant, quæ in antiquis recognitionũ inſtrumentis & inueſtituris primitus conſtituta fuit, licet poſtremis triginta annis minorẽ ſoluerint. Et quidẽ negatiuè reſpondendũ eſſe videbatur, cũ quotæ cenſus præſcribi poſſit ſpacio triginta annorum, quemadmodum hoc inter maiorem ætatem habentes, & nõ priuilegiatos fieri poſſe in quibuſdam conſuetudinibus 1 expreſſè dicitur, ſicque arreſto ſupremæ Burdegalẽſis curię iudicatũ fuiſſe Dn. Imbertus refert, atteſtans, quod ante illud arreſtũ Dn. Tiraquellus, atque ipſemet ea de re conſulti idem reſponderint, iuxta illud, quod Alciatus *quodam in loco* docuit. 2 Ad quam rem item textus in terminis & gloſſa eſſe videtur in iure Canonico, iunctis iis, quę Anchoranus *ibidem* tradidit, 3 nempe quod per quadraginta annos ſcienter aliam monetam recipiens, quam de qua in obligatione conuenit, tacito conſenſu prædictam monetam cũ alia recepta mutaſſe videatur. Actus enim ſucceſſiuus tã longo tempore dicitur maioris efficacię, quàm ſimplex negligentia. Idem ad eundem textum communiter interpretes iuris Canonici tradũt, 4 quibus etiam ſubſcribere videntur. D. Ferronus *ad conſuetudines Burdegalenſes*, 5 & Maſuerius *in ſua praxi*, 6 atque noſtro tempore Choppinus

ADDITIONES.

1 veluti *Pariſ. reform. art. 124. ſub fin.* 2 *in l. ſi creditores, C. de pact.* 3 *in c. olim, de cenſib.* & ibi gl. *ſuper verb. triginta ſex.* 4 *tit. de feud. 86. verſ. quid dominus ab emphyt.* 5 *tit. de locat. verſic. item ſi ſoluit partem cenſus.* 6 *lib. 2. de morib. Pariſ. tit. 8. n. 6.*

pinus 7 hiſce verbis: *quamuis autem dominicum vectigal præſcriptione non tollatur, eius quota portio abſumitur continua minoris quantitatis penſitatione tricena.* Verùm hiſce non obſtãtibus ſuprema curia Tholoſana ſemper pro certa quadam & indubitata regula tenuit, *aſſeuſemens* quemadmodum in reſortitione illa appellantur, id eſt, inſtrumenta primarum infeudationum ſeu inueſtituras nulla ratione alterari poſſe, ſiue hoc in emolumentum aut præiudicium dominorũ, ſiue in emolumentum aut præiudicium emphyteutarum fiat. Diſpoſitio enim iuris ea de re generalis eſt, quemadmodum ex locis admodum vulgaribus & communibus colligi poteſt, atque quando de inſtrumentis primarum infeudationum & inueſtiturarum apparet, pragmaticorum illud locum habet; quod à primordio tituli omnis euentus formetur. Cenſus ſiquidem inſtar aliarum præſtationum ratione cẽſus debitarum, præſcribi nequit, eò quòd domino directo debeatur in ſignum & recognitionem ſuperioritatis. 8 Cuius rei arreſta à ſuprema curia Pariſienſi prolata Papon adducit. 9 Idq́ue D. Choppinus hiſce verbis confirmat: 10 *eſt cenſus ſuperioris domini honoris, dignitatiſque teſſera* 11 *ac ſymbolum, ex quo nulla temporum præſcriptione aboletur.* Atque ſic expreſſè *in conſuetudinibus reformatis Pariſienſibus* ſub titulo *de feudis & articulo CXXIV.* dicitur. Cumq́ue res ita ſe habeat, quòd cenſus præſcribi haud poſſit, ex eadem ratione eius quota præſcribi non poterit, quemadmodum iudicatum fuit duobus arreſtis dictæ ſupremæ curiæ Pariſienſis, quorum vnum à domino du Val, 12 alterum à domino Charonda *in reſponſis ſuis* refertur. 13 Nec obſtant, quę ex conſuetudine Pariſienſi, arreſto Burdegalenſi, & doctrina quorundam interpretum iuris Canonici in cõtrarium adducta fuerunt. Nam exceptio conſuetudinis illius probat regulam generalem in contrariũ eſſe, eámq; in caſibus nõ exceptis confirmat. Arreſtũ itẽ illud Burdegalenſe fortè in caſu peculiares circumſtantias habente, ob quas ius cõmune obſeruari nõ potuit, prolatũ fuit, qualis etiã eſt ille, de quo dicti Dd. loquuntur, nẽpe quãdo dominus ſciẽs minorẽ cẽſum, quã ei debebatur, accepit, atque hoc ſignificatũ ei fuit. Nã in eo caſu ex huiuſmodi ſcientia donare & remittere videretur. At econtrà cõmuniter traditur, & receptum eſt, quotam cenſus non pręſcribi, ſi minor cenſus ita accipiatur, vt de maiori cenſu debito deduci debeat, ſeu, vt Dd. loquuntur, ſub commemoratione maioris cenſus. 14 Tum enim integer & verus cenſus conſeruari ſolet; quamuis aliter rem ſe habere prædicti DD. dicant, ſi cenſus ſub nomine totius accipiatur. At poſtremùm hoc ſuprema curia Tholoſana nũquam recepit, ſed quoties inſtrumẽta primarum infeudationum & inueſtiturarum producta fuerunt, nihil omninò in eorũdem præiudicium alterari poſſe pronunciauit, ſiue quoad dominum, ſiue quoad emphyteutam, ſine iuſta ac legitima cauſa, & quidem eadem ritè deducta. Baldus & Salicetus eidem ſententiæ accedere videntur, 15 atque ſequi opinionem Accurſij idem docentis. 16 Omnem enim præſumtionem contrariam, quæ à lapſu temporis, quãtumuis immemorialis, duci poterat, veritati manifeſtatę cedere neceſſe eſt. 17 Vnde etiam eſt, quod quãuis quotæ decimæ † præſcribi poſſit, quæ 2 communiter iuxtà conſuetudinem locorum & vniformiter ſingulis annis ſoluitur, 18 tamen illud non obtineat, ſi per titulum authenticum, de dicta quota certa & limitata doceatur, cùm præſcriptio illa locum habere nequeat contrà titulum, Eccleſiam & veritatem actorum. Auctoritas enim temporis facit, vt præſumatur originem poſſeſſionis ciuilem fuiſſe, atque titulum, quem poſſeſſor ad minimum allegare tenetur, ob tanto & nonnunquam immemoriali tempore cõtinuatam poſſeſſionem, bonum & validum eſſe. At ſi de origine appareat, quòd planè alia ſit, & dicta continuatio vitioſa, tum præſumtio ab antiquitate deſumta 19 veritati cedet, & propterea reiicietur,

atque

ADDITIONES.

7 *l. competit, C. de præſcr.* 30. *vel* 40. *annor.* 8 *en ſon recueil, titr. des amortiſſemens arreſt dernier.* 9 *libr.* 1. *de morib. Pariſ. tit.* 3. *num.* 15. 10 Panor. & Fel. *in c. cum contingat, de for. compet.* Abb. *in c. ad audientiam, de præſ.* Bal. *in l. item ſi verberatum, § ſi quis rem, de re vin l.* 11 *in lib. de reb. dub. tract.* 20. *cap.* 7. 12 *lib.* 4. *c.* 57. 13 Molin. *tit.* 12. *§.* 6. *Aruer. conſuet.* 14 *in l. aduerſus, C. de vſur.* 15 *in l. cùm notiſſimi. §. vlt. C. de præſcr. long. temp.* per *l. cum fidem, C. de non nũ. pecun.* 16 *c. veritate,* 2. *diſt.* 17 Butrigar. & Bart. *in l. ſolent, de offic. proconſ.* 18 *l. eum, de in rem verſo,* Mar. *dec.* 667. Hoſt. cum gl. *in c. aliquibus, de decim.* 19 *l. clàm poſſidere, §.* 1. *de acquir. poſſeſſ.*

atque hoc in loco obtinebit, quod alibi Vlpianus dicebat; non rationem obtinẽdæ poſſeſſionis, ſed originem nanciſcendæ exquirendam eſſe. 20 Illud etiã, quo dicitur, renunciare quem maioribus vſuris cenſeri, ſi per lõgum tempus, i. decem vel viginti annos, minores vſuras perceperit, 21 ad conſequentiam haud trahi poteſt pro emphyteuta aduerſus Dominum ſuum, atque nouum feudum, quod ab hoc ſeu eius prædeceſſoribus accepit. Permultum enim inter vſuras & cenſum intereſt, quoniam illarum lucrum odio habetur; at cenſus damno ſauetur vitando. Qua in re curia noſtra tali moderatione vti conſueuit, vt, quamuis ſemper primam infeudationem & titulũ primordialẽ reſpiciat; tamen, donec de eo legitimè doceatur, nihil omninò alteret aut mutet, quoad ſolutionem quotæ præſtari ſolitæ, adeò, vt ſi recognitiones producãtur, in quibus diuerſi cẽſus cõtinẽtur, cõſuetudo cõtinuãda ſit, aut ſi cẽſus poſtremò ſolutꝰ maior ſit, quã qui in prioribus recognitionib. cõprehẽditur, ad quotã expreſſam in prioribus reduci debeat, vtpote à quibus, tãquã fonte ſuo, reliquæ procedũt donec tandẽ per primũ & originalem titulũ, de eiuſdẽ veritate plenè appareat. Hodie autẽ domini non oſcitanter, ſed cautè hac in re agunt, dũ emphyteutis ſuis apochas ſeu quietationes haud ſub nomine totius, quantũ nos videre potuimus, ſed ſub deductione reditus, aut eius, quod debetur atq; nonnunquã cũ tali adhuc clauſula : *ſaluo maiori aut minori* dare cõſueuerũt. Quibus in caſibus omnes cõcedunt prædictos dominos ſibi haud præiudicare quoad cẽſum maiorẽ, ſi vllus debeatur, neque emphyteutas quoad cẽſum minorẽ, de quo tandẽ ex inſtrumẽto emphyteutico apparet. Atq; cẽſum in eo cõprehẽſum ſoluere & ſupplere tenẽtur, licet per 29. annos in iudicio nõ petitꝰ, neque extra illud iuſta & legitima interpellatione exactus fuerit: queadmodũ ecõtra illud, quod plus ſoluerũt, dominos reſtituere illis oportet iuxtà preciũ, quo cõmuniter ſingulis annis venditũ fuiſſet, ſi in frumẽto aut ſimili quapiã re conſiſtat. Quæ quidẽ ob diuerſitatem arreſtorum à ſupremis curiis prolatorum & opiniones Dd. latiùs hic, quam aliàs neceſſe fuiſſet, explicare voluimus.

ADDITIONES.

20 *l. qui ſemiſſes, de vſur.* 21 Ferronus *ad dictas conſuetud. ti. de feud. §. 3.*

DECISIO XLVIII.

ARGVMENTVM.

Sola declaratione à venditore fact[1] dominum directũ in ſe eſſe nemo probare poteſt.

SVMMARIA.

1 *Is, quem venditor declarauit, fundi venditi directum dominum eſſe, vt ſe pro tali recognoſcat, vi declarationis illius emtorem cogere nequit, niſi alios titulos & recognitiones, quam dictã declarationem producat.*

2 *Quæ declaratio tamen præſumtionem quandam & adminiculum pro dicto Domino præbet.*

ORDINATIONE regis † Franciſci 1 I. de abbreuiatione litium artic. 180. prohibetur omnibus notariis, ſub quacũque iuriſdictione illi ſint, expedire contractus, quibus bona immobilia venduntur, permutantur, aut alio modo alienantur, niſi priùs à contrahentibus declaretur, ſub cuius directo dominio ſita, & quibus oneribus Domino feudi ſeu directo obſtricta ſint: idque ſub pœna priuationis officiorũ quoad notarios, & nullitatis cõtractuũ, quoad contrahentes. Quæ pœnæ in prędicto caſu ſtatim cõmitti dicuntur. Alio item poſtea articulo omnibus cõtrahentibus ſeuerè, & quidem ſub pœna priuationis omnium emolumentorum, quę ex contractu illo habere poterant, præcipitur, vt in contractuum inſtrumẽtis apponant à quonam tanquam directo domino bona immobilia ceſſa vel alienata dependeant, ſeu moueantur. Quod etiam cõfirmatur alia ordinatione ab Henrico II. rege, an. 1554. promulgata art. 15. Idem quoque expreſſè *in artic. quodam conſuetudinum Burdegalenſium* 1 habetur, vbi Dn. Ferronus hanc rationem adducit, ne nimis emtor dubitet, à quo bona agnoſcere debeat. Atque ſi hoc in caſu dictæ ordinationes exactè & bona fide, quemadmodum decebat, obſeruarentur, dominis ſanè optimè conſultum eſſet, quoad conſeruationem iurium ſuorum directorũ, eorundẽque emphyteutæ tuti eſſe poſſẽt à periculoſis variarũ litiũ tricis, quibꝰ alias ob malã fidẽ implicãtur, & tandem ab Harpyis forenſibus & rabulis miſerè

ADDITIO.

1 *tit. 8. de feud. & iur. emphyt. §. 11.*

miſerè ac fœdè ſpoliãtur. Si item ad praxin transferretur rigor theoriæ quorundam,qui exiſtimarũt, ob eiuſmodi omiſſionem, aut fraudulentam diſſimulationem notarios crimen falſi incurrere, 2 cùm notarij ſolemnia omittentes falſum committant; ſicqúe ob tale crimen plecterentur,tum vnius & alterius pœna reliquis exemplo eſſe poſſet,neque ordinationes illæ ſaluberrimæ adeò negligerentur & violarentur, quemadmodum hodie frequenter, atque impunè quidem fieri videmus. Ex quibus tamen inferri
2 nolumus, quod is, † quem vẽditor in inſtrumento venditionis declarauit fundi venditi directum dominium habere,atq; ab eo fundum in emphyteuſim datũ fuiſſe; vt ſe pro tali recognoſcat vi factæ declarationis emtorem cogere poſſit, niſi recognitiones aut alia inſtrumenta præter declarationem illam producat, cùm ea ſola ad fundandum ius domini directi haud magis ſufficiat,atque Domino præiudicare poſſet,ſi venditor rem,quã vendebat, nobilem & frãcam eſſe aſſeruiſſet; quemadmodum dn. præſes ſupremæ curiæ Gratianopolitanæ, eiuſdẽ arreſto hoc confirmat. 3 Idque etiam D. Guilhelmus Benedictus *in dicta ſua repetitione*, 4 atq; Rebuffus *ad regias ordinationes* approbãt. 5 Si tamen rem bona fide proceſſiſſe conſtat, tum ea Dominũ directum haud parum iuuabit, qui cum aliis adminiculis, veluti cenſu à venditore, eiúſque prædeceſſoribus præſtari ſolito, cum ſimplici quadam recognitione, atque quod pro dominis vtilibus & poſſeſſoribus bonorum recognitorum tempore præſtationis illius habiti fuerint, iiſque omnibus iunctis,peruenire poterit ad probationẽ eius, quod ob amiſſionem fortè titulorum,vel etiã aliam cauſam, probatu admodum difficile, & quodãmodo impoſſibile erat. Nam dicta declaratio aliis adminiculis adiuta glaciẽ,quẽadmodum in cõmuni diuerbio dicitur, rũpit, vt nauis ſine periculo in tutũ portũ iurium dicti domini vehi queat.Præterea etiã dicta ordinatio ad hoc introducta & promulgata nõ præſumitur vana, & ſine omni effectu ac valore eſſe. Idq; omne cõfirmatur eo, quod nõnulli Dd. allegarũt & deciderũt, 6 atque vulgaribus ſupremæ curiæ Tholoſanæ arreſtis eidem conformibus.

ADDITIONES.

2 *l. iubemus, in fin. de teſtam. l. nulli, C. de numer. & actua. libr.* 12. 3 *q.* 24.*n.*1. 4 *ſuper verb. & vxorem, n.* 444. *&* 1001. 5 *in tract. de conſt. redit. art.* 2. *gloſ. vnic. n.* 5. 6 Guido Pap. *d. q.* 24. 272. *& conſ.* 147 *in princ.* Bened. *vbi ſupra, n.* 1006. 1007. 1008. Rebuffus *vbi ſupr. num.* 8. Bartolus *in l. cum ſcimus, C. de agricol. & cenſit. lib.* 10.

DECISIO XLIX.

ARGVMENTVM.

Annua penſio ex ædibus vrbium præſtari ſolita ſemper redimi poteſt.

SVMMARIA.

1 *Annuos reditus ſeu annuas frumẽti penſiones, quæ ex ædibus quarundam vrbium præſtantur, perpetuò redimi poſſe edictis declaratum fuit.*

2 *Tholoſæ tamen illud nondum receptum eſt, eo quòd Eccleſiaſtici ſe oppoſuerint, atque prouiſiones & declarationes regum noſtrorum planè contrarias obtinuerint.*

3 *Rationes Molinei contra Eccleſiaſticos haud attenduntur, eo quòd nunquam ille Eccleſiaſticis fauerit.*

IISDEM quoque rationibus ſuperius adductis & aliis nonnullis,quæ ex auctoribus eximij nominis colligi poſſunt, 1 nituntur edicta & ordinationes, quas reges noſtri menſe Octob. anno 1539. & mẽſe Maio, anno 1553. promulgarunt, quibus ſancitur, reditus annuos † ex ædibus vrbium præſtari ſolitos perpetuò redimi 1
poſſe. Hiſque etiam conueniunt conſtitutiones imperiales, aut conſuetudines Cameracenſes & ſimiles, quæ omnes ius publicum concernũt, ne tot ac tantæ vrbes ruinis deformentur; quam ob cauſam etiam domini rerum ſuarum dominio, ſine facto ſuo & culpa ſua priuantur. 2 Et quamuis talis redemtio fauorabilis ſit, ac per conſequens locum habere debeat contra Eccleſiaſticos, cùm Eccleſia vtatur iure communi, niſi de contrario appareat, 3 immò in eadem ſtrictiùs accipiatur, cũ debeat eſſe cultrix & auctrix iuſtitiæ. 4 vt minùs ei liceat iuris regulas excedere:

ADDITIONES.

1 Molineus *conſ.* 9. Choppinus *in loco ſuperius allegato, n.* 24. 2 *l. adeo, §. cùm in ſ.o, de acquir. rer. dom.* 3 gl. & Canoniſtæ *in c. peruenit, de cenſ.* 4 *c.* 1. *§. ſed diuerſa, de alienat. feud.* Saliceтus in terminis *in l. ſi certis annis, n.* 14. *C. de pact.*

excedere: attamen Tholoſæ, quando quæſtio † fuit de eiuſmodi redemptione contra Eccleſiaſticos, nunquam obedire aut parere ij voluerunt, ſed eiuſmodi prætenſionibus & petitionibus ſe opponentes à regia maieſtate contrarias prouiſiones impetrarunt, quibus illa declarauit ſe in allegatis edictis & ordinationibus Eccleſiaſticos cõprehendi nolle, cùm dicta redemtio penſionum in ædibus oppidi Tholoſani, quæ ab Eccleſiaſtorum directo dominio dependẽt ſeu mouentur, haud fieri poſſit, aut ad minimum non aliter, quàm vt Eccleſiaſticis exiguum cenſum, ſeu quoddam honorariũ pecuniæ, veluti 4.8. aut 12. denarios Turonenſes reſeruare liceat, *quo recti dominij nota ac veſtigia quadam ſalua relinquantur*, vt propria Choppini verba ex loco ſuperius allegato hìc adducamus 5 qui etiã ibidẽ notauit hoc conforme eſſe conſuetudini Pariſienſi, 6 iuxta quam reditus ſeu penſiones annuæ, quę Lutetiæ ex ædibus in oppido aut ſuburbiis ſitis debentur, ſemper redimi poſſint, niſi primæ ſint poſt cenſus & fundos terrę. Quod etiam confirmatur edicto & ordinatione defuncti Regis Henrici II. anno 1553. promulgata: adeò vt dicti Eccleſiaſtici nihil aliud vrgere videtentur, quàm executionem illius edicti, quod conſuetudini Pariſienſi reſpondet, ac conforme eſt, atque econtra ij, contra quos declarationes eiuſmodi impetrarant, inter alia fortiter obiicerent, eas legitimè cõprobatas nõ fuiſſe. Cúmque Eccleſiaſtici poſtea comprobationem illam à curia peterent, iis domini officiales regij ob rationem ſupremã, maximam, fortiſſimam, & quæ omnes alias vincere debet, nempe religionem 7 ſe adiunxerũt. At curia, poſt plures recuſationes, quibus Syndicus dictorum Eccleſiaſticorũ, contra nonnullos è dominis ſenatoribus vſus fuerat, rem in eo ſtatu reliquit, vt in quibuſdam litibus eo nomine introductis interlocutorias ſententias proferret, reliquas verò planè non definiret, atque ne alterutri parti præiudicium irreparabile fieret, expectandũ eſſe cenſuit, donec alias & certiores declarationes à regia maieſtate cõſequeretur ad expoſitionem eidem factã. & potiſſimum in eo conſiſtentem, quod pars ædium, & quidem præcipuarum, aliorúmque locorum, in quibus Tholoſates commodè ædificare poſſent, ab Eccleſiaſticorum, quorum Tholoſę per Dei gratiam nulla penuria eſt, directo dominio ita dependeant, vt exigui quidem & primi cenſus, quos *oublies* appellitant, ſoluendi ſint: ſed laudimia & ſimilia iura maximi momenti inde debeantur, quæ à retentione cenſus illius, quantumuis exigui dependentia faciãt, vt ratio edictorum principalium veluti in fumum abeat, atque ipſa edicta vana, fruſtratoria, & ſine vllo effectu Tholoſæ reddantur. Tacebimus iam rationes, quas hoc in caſu Molineus contra † Eccleſiaſticos 3
adduxit, 8 & quidem ex certa cauſa, atque ſaltem hoc dicemus nos admodum deſiderare, vt illi tam attenti, ſolliciti, diligentes & aſſidui eſſent, vt retinere, recuperare, ſeruare & tueri poſſent ſanctitatem, integritatem, pietatem, & breuiter omne illud, quod ſacri Canones ab illis ſub verbis vitæ morum ac honeſtatis requirunt quàm attentos, ſollicitos, diligentes & aſſiduos ſe extremo hoc tempore prębent, in perſequendis, (ne dicam expetendis & concupiſcendis) tuendis, conſeruandis & aſſecurandis bonis ſuis temporalibus ac priuilegiis, quoad ea cõtemplatione perſonarum & qualitatum, quibus prędita eſſe debent, conceſſis. Verum nos hîc ſubſiſtentes haud latius, neque vltra columnas Herculis progrediamur, cùm ipſimet Imperatores, quantumuis felices optatum rerum ſucceſſum habẽtes, qui hoc auſi fuerunt, haud perficere potuerint, ſed eos ſimplicibus terminis ſymboli, quod inde ſumſerant, contentos eſſe oportuerit. Prędicta autem omnia ob affectionem, quam erga Eccleſiaſticos habemus, adduximus, vt ij omnem tam reprehenſionis quàm ſuſpicionis occaſionem eo melius fugiant, qua dici poſſet eos ex principali acceſſorium, atq; ex acceſſorio principale facere, ſi ita nobis exprimere licet Gręcum illud diuerbium: πάρεργον ἔργον ποιῆσαι.

Additiones.

5 *l.1. de morib. Pariſ. tit.3. nu.14. in fin.* 6 *art.121.* 7 *l. ſunt perſonæ, in fin. de religioſ. & ſumt. funer.* 8 *conſ. 9. & ad conſuetud. Pariſ. §.22. num* 130.

DECISIO L.

Argumentum.

Ex alienatione neceſſaria laudimiũ nõ debetur, neque ob peremtam fundi partem penſio domino debita deminuitur.

Summaria.

1 *Alienationum quadam voluntaria, alia*

verò neceſſaria ſunt, atque ex illis laudimia, ex his verò nulla debentur.

2 *Penſio domino debita, quamdiu aliquid de fundo ſupereſt, non deminuitur.*

3 *Differentia inter penſionem annuam, atque tributum ordinarium, aut extraordinarium.*

4 *Laudimia non debētur de precio ſeu valore compenſationis domino pro area, quæ platearum ampliationi acceſſit, dato.*

5 *Detentores item, qui eiuſmodi compenſationem acceperūt, penſionis directo domino debita ac præſtari ſolita diminutionem hoc in caſu petere aut prætendere nequeunt.*

1 CÆterum in materia, in † qua iam verſamur, inter alia duæ difficultates occurrerunt, quas ſuperius tanquam in tranſcurſu attigimus: quarum vna domnos directos, altera emphyteutas & dominos proprietarios, atque illa quidem præſtationem laudimiorũ potiſſimũ, hæc verò diminutionem cenſus concernit. Quoad primam Dd. & interpretes iuris communiter diſtinguũt, quemadmodum alibi diximus, inter alienationes voluntarias & neceſſarias, atque illas quidem laudimiis obnoxias, has verò ab iiſdem immunes eſſe ſtatuunt, adeò vt ſi res, quæ inter coheredes aut alios, qui eam indiuiſim tenent, commodè diuidi nequit, in diuiſionem veniens liceat, & tãdem plurimum offerenti ſeu ſectori extraneo addicatur, cũ domino iuxta proportionẽ ſummæ, quã obtulit, laudimia ſoluere oporteat, eò quòd talis ſumma vim precij obtineat, atque eiuſmodi licitationẽ in verã emtionẽ ex parte dicti ſectoris, atq; in verã vẽditionẽ reſpectu aliorũ, ad quos res illa pertinebat, cõuertat, ſicque qualitatem mutet: ecõtra verò, ſi addictio ſeu adiudicatio fiat vni ex coheredibus aut aliis, qui rem diuidere volunt, nullũ laudimium debeatur, eo quòd talis alienatio tum neceſſaria ſit, & ſpecies quædam executionis in diuiſione, in qua cũ res commodè diuidi non potuerit, licitatio eo fine facta fuit, vt res penes vltimum licitatorem aut plurimum offerentem maneret; ſicque laudimio ſubiecta non eſt, quemadmodum expreſſe *in conſuetudinibus Pariſ.* ſancitur, 1 atque duobus arreſtis (ſi modò dat, vt appellitant, annorum falſa & erronea non ſunt, neque ex vno arreſto duo facta fuerunt) à ſuprema curia Pariſiẽſi iudicatum fuit, quorũ vnum cõtra procuratorẽ regis in Camera theſauri anno 1588. pronunciatũ Papon adducit, 2 alterũ verò conſultis omnibus claſſibus in pronunciatione ſolemni circa feſtum Paſchæ anno 1587 prolatum Charondas *in ſuis reſponſis* 3 refert, ſequens opinionẽ (tantũ abeſt, vt contraria dici poſſit) Guid. Papæ 4 & Bartoli, quem allegat, cũ talis licitatio inter coheredes aut alios diuidere volentes neceſſaria, 5 & per conſequens exempta ſit à prohibitione alienationum 6 tranſlationũ, & ceſſionũ, atque aliis oneribus, quibus regulariter alienationes voluntariæ ſubiectæ ſunt. 7 Haud tamen hîc comprehẽduntur venditiones factæ ex decreto & auctoritate iudicis, poſt præuias occupationes & interuenientes ſubhaſtationes, quicquid etiam ſit, quod Iaſon ex prædictis inferre & inducere voluit. 8 Nam eius opinionẽ omnes ferè deſerunt, atque inprimis ei cõmunis Franciæ noſtræ vſus aduerſus eſt; iuxta quem ex eiuſmodi venditionibus, per decretum & ſubhaſtationes, regulariter laudimia debita ſunt & ſoluuntur, quemadmodum ſuperius diximus; eo quòd neceſſariæ ſint ſaltem ex vna parte, nempe debitoris & venditoris, non verò etiam ex altera, nimirum creditoris & emtoris, quemadmodum alias requiritur, veluti in dicta licitatione, ad quam vtraque pars inuita cogitur & reducitur, cùm diuiſio realiter alio modo fieri nequeat, quàm per æquipollens cõpenſationis in pecunia; quæ ex licitatione & ſectoris oblatione redigitur. Nam ſi hoc ceſſet, atque alias, vnus coheredum vel alius, partem fundi communis habens eandem coheredi vel ſocio ſponte vendat, talis venditio ſine dubio laudimiorum iuri obnoxia eſt, cùm eo caſu nulla diuiſio interueniat, ſed fundus vi eorum, qui ius in eo, quamuis indiuiſim habebant, relinquatur vigore vẽditionis, quam ei vnus aut plures, qui itidẽ ius in fundo habebant, fecerũt, ſicque dominiũ & proprietatẽ quotarum ſuarum, interueniente certa quapiam auri aut argẽti vel aliorum mobilium ſumma ceſſerũt, quique ea ratione omne proprio ſuo nomine

ADDITIONES.

1 *Artic.* 80. 2 *titr. des droicts ſeigneuriaux artic.*22. 3 *lib.*7.*c.* 207. 4 *quæſt* 48. 5 *in l. fin. de cond. furt.* 6 *l. Diuus, de pet. her. l. peto, § prædium,* & vbi Albericus atque alij, *de legat.* 2. plenè Tiraquel. *de retroict. ligna*, §.1. *gl.* 14. *num.* 9. 10 11. 12. Aufrerius *ad dec. capel. Tholoſ. quæ.* 75. 7 *l. qui erat, fam. erciſc. l. per diuerſas, Cod. mand. Nou. de litigi. ſ. in pr.* 8 Iaſon *in l.* 5. *Cod. de iur. emphyt.*

nomine & commodo acquiſiuit. Atque tales ſunt termini hypotheſeω de quibus Guido Papæ conſultus fuit 9 qui planè diuerſi, imò è diametro contrarij ſunt noſtro caſui dictæ licitationis & alienationis neceſſariæ ex vtraque parte tam emtoris quàm venditoris, quemadmodum Dn. Choppinus appoſitè admodum diſſeruit 10 taxans veluti in tranſcurſu, opinionem Molinei *ad conſuetudines Pariſienſes*, tanquam nimis audacem & generalem 11 quod in præſentiarum paucis monuiſſe ſufficiat. Quoad alteram verò difficultatem,
2 quæ † emphyteutam atque eum concernit, qui cenſum & reditum domino directo debet pro fundo, qui ab eius directo dominio dependet & mouetur, conſtitutione imperiali, quam nos hoc in caſu obſeruamus, definitum eſt, 12 partē rei emphyteuticariæ peremtā non perire domino, ſed emphyteutę. Idq; etiam alibi cōfirmatur, 13 eo quòd cenſus, reditus aut pēſio debeatur ratione & occaſione dominij directi, quod nihilominus integrum adhuc & ſaluum manet, cùm perſonā, non verò fundū aut rem reſpiciat, quamuis ad fundum determinatum ſit, quemadmodū interpretes iuris loquuntur. 14 Cæterum quæſtio inter noſtros extitit, de quanā parte illud accipi, atque pro qua parte rē ſaluam manere, intelligi deberet. In qua quæſtione antiquus gloſſator Martin. exiſtimauit dictum vocabulum *partis* debere reſtringi ad partem dimidiam, prout alibi in iure fieri ſolet, 15 eáque ratione intellexit quemadmodū nos coniicimus cenſum & reditum deminui debere iuxta proportionem partis peremtæ, niſi ea dimidium non excedat, ſed altera pars dimidia adhuc ſalua & integra ſit. Verum econtra communiter traditur, quod qualiſcunque etiam pars adhuc ſuperſit & integra extet, emphyteuta teneatur integrum cenſum & reditum ſoluere, neq; aliud remedium habeat, quàm vt fundo emphyteutico cedat. Qua ratione optimē ei cōſultū erit, ſi intelligat ex reſidua fundi parte, deductis impenſis culturæ & aliis oneribus, dictū cēſum & reditū haud ita præſtari amplius poſſe, quemadmodum antea, cùm fundus nullum damnum neque ruinam adhuc paſſus fuiſſet, ſed in integro ſuo ſtatu perſiſteret. Atque ex hiſce colligi
3 poteſt differentia, † quæ eſt inter reditū ſeu penſionē annuā & inter collectā ſeu tributū, ſiue ordinariū, ſiue extraordinariū. In illa enim parte fundi etiā peremta ius directi domini ſaluū & integrum manet, cuius ratione reditus ſeu pēſio debetur: in hoc verò, poſtquā fundus, cuius ratione atq. ad eiuſdē proportionem, vt fortis, quemadmodum dicitur, infirmū ferat, impoſitum eſt, ex parte perimitur, tributum quoq; pro eiuſdem rata perimi, & deminui ſolet. 16 Idque Vlpianus intellexiſſe videtur, quando reſpondit, illam æquitatem debere cenſitorē admittere, vt officio eius congruat releuari eum, qui in publicis tabulis delato modo frui certis ex cauſis non poſſit. Quare & ſi agri portio chaſmate perierit, debebit per cenſitorem releuari. 17 Idem quoq; de locatione ſimplici dicemus, 18 cùm ibi fructus principaliter conſiderētur, non dominium directū, veluti in contractu emphyteuticario fieri ſolere ſupra diximus.

Quare cùm ob bonum publicum iuxta deliberationes publicas eo nomine factas & auctoritate ſupremæ curiæ Thol. comprobatas ordinatū & decretum fuiſſet quod Tholoſæ plateæ, quæ in quibuſdam oppidi locis nimis anguſtæ erant, pro peritia artificum ad hoc deſtinatorum & iuratorum ampliari deberent, atque ob eam cauſam partem areę de quibuſdam ędibus capi oporteret, quæ maxima ex parte à directo regis dominio pendebant, & mouebantur: conductores iuris illius directi laudimia quidem iuxta proportionem illius, ꝙ detētoribus dictarum ædium, à quibus pars areæ ſumta fuerat, compenſationis loco ſoluebatur; petere & exigere conati fuerūt: ſed p̄dicti detētores in ius vocati ſe ꝓpterea ad hoc non teneri dixerunt, ꝙ alienatio ex omni parte neceſſaria eſſet, accipiētes pro neceſſario id, quod capitolini ratione officij ſui publico deberent, atque hoc in caſu ampliatio platearum erat, pro qua atque aliis eorundem adminiſtrationem concernentibus obſtricti & obligati eſſent Reipubl. non ſolum de dolo ac lata culpa, ſed & amplius de diligentia 19 quā hoc in caſu haud negligere, ſed publicis deliberationib. parere voluerāt. Petierūt itē prædicti detento-

ADDITIONES.

9 conſ. 46. 10 *de legib. Andium lib. 2. tit. de laudim. n. 6.* 11 *§. 12. n. 69. & 73.* 12 *l. 1. C. de iur. emphyt.* 13 *in §. adeò, Inſt. de locat.* 14 Fernandus *in prælectionibus ſuis ad d. l. 1. Cod. de iur. emphyt.* quas penes nos habemus 15 *in l. nomen filiarum. §. portionis, de V. S. l. etiam partis, §. 1. de vſufr.* 16 *l. Imperatores. de public. & vectigal.* 17 *l. forma, §. 1. de cenſib.* 18 *l. 1. & l. excepto, Cod. de locat.* 19 *l. magiſtratus Reipubl. de adminiſtr. tutor. pertin.*

præiudicium colluſiſſent,atque vt eum iuribus ſuis priuarent fraudulenter ad ſubrogationem illam confugiiſſent,quæ propterea mera & pura alienatio eſſet primi adiudicatarij,ſeu cui prædium illud iudicis decreto adiudicatum primo fuerat. Haud etiam quicquam obſtare dixit clauſulam illam decreto inſertam, *ſaluis iis,quæ vigore ordinationis præſtari & fieri debent*, cùm à nemine alia conditio melior poſtea allata fuerit. 3 At nihilominus ſententia Seneſcalli du Puy aut eius vicesgerentis cõtra dominum directum pronunciatum fuit:adeo vt ei ſaltem ſimplicia laudimia à ſubrogato præſtanda adiudicarētur, ſubrogans autem à laudimiorum præſtatione & reliqua actoris petitione compēſatis expenſis planè ac ſolueretur. A qua ſententia cū dictus dominus ad curiam prouocaſſet, eiuſdem arreſto ad noſtram relationem An. M. D. LXXXII. in ſecunda claſſe inquiſitionum illa confirmata atque in expenſis appellationis appellans condemnatus fuit. Tum enim demum is iuſtam duplicia laudimia petendi cauſam habuiſſet,ſi cedens ſeu auctor eius,ipſemet ꝓprio ſuo nomine executionem decreti fieri curaſſet, ſicq; verus & realis prædij poſſeſſor factus fuiſſet. Antequam autem hoc fieret nullum laudimiū prætendi poterat,cùm acquiſitio nondum perfecta & completa eſſet,ſed dicta executione demum perficeretur. Quare etiam minimè in hac hypotheſi neceſſe erat, vt de prætenſa promiſſione atque ab eadem dependentibus prolixè diſceptaretur. Sed & Dn. Choppinum quæſtionem hāc tractaſſe deinde deprehendimus,qui arreſtum ſupremæ curiæ Pariſienſis prædicto conforme allegat,apud quem vberior diſſertatio videri poteſt. 4 Et quamuis ille in hypotheſi,quā examinat,hac diſtinctione vti videatur,vtrum in continenti,an verò ex interuallo nominatio amici, pro quo bona emerit,facta fuerit:tamen reſolutio, quam infert ex præſuppoſito hoc: *ſi paucos intra dies à decreto executionis neque eo adhuc in manus ſibi tradito, profeſſus ſit apertè fideicommiſſarium illum, &c.* atque auctoritas Molinei, quam allegat, 5 ſatis arguit, quod aliter rem haud intellexerit,quā prædictis arreſtis definita fuit.

2 Imò etiamſi circumſtātia † illa fide i datæ ſeu factæ promiſſionis & quod ex ea colligi poteſt, minimè interueniſſet:tamē ſubrogatio ante realem poſſeſſionis apprehenſionem impediri haud potuiſſet, cùm cedenti & ſubroganti, modo aliud nō obſtaret, quemlibet ſubrogare & ſubſtituere licitum eſſet. Omnem quidem ius,omniſq; actio cedi & transferri poteſt, etiam ſine reali eorundem poſſeſſione & detentione. 6 Ceditur item rectè ipſamet poſſeſſionis † apprehenſio,atque in eandem immiſſio. 3
7 Idque hoc in caſu factum eſſe,vel potius ius decreti,quod ſubrogans ſeu cedens ſuo nomine impetrarat,ceſſū videbatur. Quin etiam ius ſententiæ 8 & executiuum,quod vocant,cedi poteſt,imò & inſtantia,ſiue ius inſtantiæ. 9 Nec per ceſſionem aut abrogationem eiuſmodi actus præparatus & perfectioni ac conſummationi ſuæ iam vicinus, poteſt dici ſeparari atq; alius à priori fieri. 10 Nā in eiuſmodi caſibus,qualis prædicti hypotheſis eſt, realis demum executio decreti vltimam perfectioni 11 & conſummationi actus manum imponit,atque ſine ea adiudicatio ante facta ſine vllo effectu manet:quia id demum, quod omnibus ſuis numeris conſtat,perfectum habetur, 12 neq; opus factum, niſi ex conſummatione abſoluitur. 13 Executio itaque decreti actū cōſūmque eius ius cōpletum & perfectum reddidit vt ceſſionarius bonis in eo comprehenſis, tanquam ſuis, & ſibi acquiſitis atque in manum traditis liberè vti poſſet. Antea autem haud magis accedens ſuis hoc facere poterat, cùm nihil actum eſſe credatur,dum aliquid addendum ſupereſt, 14 eo, quòd perfecta videri non poſſint ea, quæ perfectionis ordine non complentur. 15 Prætendi tamen & allegari in contrarium poterat in facto & quæſtione, in qua nos verſamur, venditionem iudicialem

ADDITIONES.

3 *argum. l. item quod, §. fin. cum* 4. *ll. ſequ. de in diem addit.* 4 *de morib. Pariſ. libr. 1. tit. 3. n. 13.* 5 *in §. 75. Cenoman. conſuet.* 6 *tit. de her. vel act. vend. ff. &* C. Dyn. *in cap. pro poſſeſſore vlt. quæſt. de R. I. libr. 6.* plenè Tiraquel. *tit. de retraict. lignagier. §. 26. gloſſ. 3 num. 2. cum ſequ.* 7 *l. vlt. §. ſin autem hi. Cod. de bon. auth. iud. poſſid.* 8 *l. in iudicio,* & ibi Odofred. & Florian. *fam. erciſc.* Bald. *in l. ex legato. in fin. Cod. de legat.* 9 *l. 1. C. de contrar. iud. tutel.* Frāciſc. Aretin. *in l. 1. ſi cert. pet.* 10 *l. in cauſ. §. penult.* & ibi gl. ſuper verba *transferri, de procurator.* Bart. *in princ. ad Trebell.* Bald. *in d. l. ex legato.* 11 *argum. l. cuicunque. §. non tamen, in fin.* ibi. *eius enim rei ſequela eſt, de inſtitor. act.* 12 *l. 1. de O. I.* 13 *l. 5. in fin. de V. S.* 14 *l. pen. in fin. C. de his, quib. vt indign.* 15 *c. nihil. §. 1. 7. qu. 1.*

rerum venditarum inferunt 24 vt nimirum ea ratione res venditæ ex manibus & dominiis venditorum auferantur, atque transferantur in manus & dominia emptorum, neque ob vllam rationem prætendi poſſit eas adhuc in dominio venditorum eſſe. At quoad venditiones neceſſarias, quæ decreto iudicis fiunt, res planè aliter ſe habet. Quamuis enim eiuſmodi decreto non minus atque alia ſententia, quæ partibus legitimè auditis à competente iudice profertur, dominium transferatur, 25 tamen hoc verum eſt, & ita procedit, ſi talis ſententiæ fuerit ſecuta traditio, non alias. 26 Traditio autem eiuſmodi iuxta vſum & mores noſtros haud aliter fieri poteſt, quàm per ipſam ſententiæ executionem, cùm alias ſententia ſine executione illuſoria & ſine effectu eſſet. 27 Vnde
5 etiam executio † actorum & litis finis dicitur, 28 vtpote per quã ille in cuius gratiam fit, demum cauſam & ius ipſius ſententiæ omniúmque eorum, quæ antea acta fuerunt, conſequitur. Et quemadmodum duplex propterea ædificium fingi nequit, ſi quædam ædium partes ex tigno ab vno artifice factæ fuerint, & poſtea ipſæ ædes ab alio abſoluantur, & tegulis muniantur: ita quoque in noſtra hypotheſi à domino directo rectè prætendi non poterat duplicẽ ideo alienationem & venditionẽ eſſe, quod cedens ſeu ſubrogans decretum ab initio impetrarit, & deinde eius executio in ceſſionarij ſeu ſubrogati fauorem & commodum facta fuerit. Id enim nullam omnino rationem iuris, ſiue diuini, ſiue humani, ſiue etiam Canonici, ciuilis, gentium aut naturalis habere videtur. Quam etiam ob cauſam dominus ille directus in appellationis expenſas condemnatus fuit. Imò parum abfuit, quin iuxta noſtras ordinationes mulcta eidem dictaretur.

ADDITIONES.

24 *l.1.de precar. l.quod meo, de acq.poſſeſſ.l.quiſquis, de donat.* 25 *l.Iulianus, de cond.indeb.*glo.*in rubric.de re iud.* 26 gl. *in §.final.Inſt.de offic.iud. l.2. de Publician. in rem act.*Iaſon *in d.rubr de re iud.* 27 *l.ſi prætor.de iudic.* 28 Lanfran.de Oriano *in repet. c.quoniam contra falſam, verſ. nota hic videri caſum, de probat.* Nicol. Boer. *conſ.*44.

DECISIO LII.

ARGVMENTVM.

Sententiæ & arreſta ſine executione illuſoriæ ſunt.

SVMMARIA.

1 *Arreſta ſine executione haud prodeſſe exemplo admodum notabili probatur.*

2 *Si ad mortem & bonorum cõfiſcationem condemnatus ante executionem, quæ ſuſpenſa fuit, decedat, ſententia etiam quoad confiſcationem nullum effectum ſortitur.*

PRo meliori demonſtratione eius, quod modo diximus, executionem † ad ſen- 1
tentiarum arreſtorúmque condemnatoriorum & adiudicatariorum. (Quoad abſolutoria enim & relaxatoria ſecus ſe res habet, ipſaque executionem ſtatim ſecum attrahunt) neceſſario requiri, nobis haud inconueniens videtur, ſi à recta ſemita & ordinario noſtro itinere quodámodo deflectentes præclarum quoddã & notabile dictæ curiæ præiudicium afferamus quod in cauſa quidem criminali, ſed in ciuilem deinde reſoluta, nempe quoad bona cõdemnati † cuiuſdam ante executionem dece- 2
dentis prolatum fuit, atque nos ex cõmentariis domini præſidis Chauuet, qui cauſæ illius relator & ſenatoris munere diu in Tornella functus fuit, depromſimus. Caſus itaque talis erat: XV. Maij An. M.D.LXVI. procurator à domino Gauarret in Vaſconia conſtitutus ratione officij ſui iudici eiuſdem domini ſignificauit, quod Ioannes de Pomies, alias Pichie dictus, propriam vxorem ſuam, Petite de Moiſſet, pluribus ligonis ictibus in capite vulneraſſet, vt ea de re maturè inquiri petiit.

Cuius petitioni cùm iudex annuiſſet, & bailliuus loci illius ad ædes Ioãnis de Pomies eo nomine veniſſet, earundem ianuã probè clauſam atque intus munitam offendit; E feneſtra autem quapiam Ioannes de Pomies proſpiciebat, atque vno brachio filiolam quandam ſuam complectẽs, altera vero maximæ quantitatis lapidem tenens haſce minas ingeminabat, ſi quiſquam ędes ſuas ingredi conaretur, ſe illico & filiolam ſuam & ingreſſurum occidere velle. Animaduertẽs autem Bailliuus nulla ratione ędes aperiri poſſe, earundémque apertionem verbis fruſtra vrgeri, in poſtica illarum parte foramen fieri & per illud ingrediens dictum Pomies capi curauit. In inferiori deinde contignatione ſanguine in diuerſis locis conſperſa ligonem multo itidem fœdatũ ſanguine impexóſq; crines habentem reperiit. Eadem quoque die iudex ad vlteriorem inquiſitionem proceſſit, ex qua apparuit dictum Pomies

los dederat & facta illo, quo filiolæ internecionem minatus fuerat dominis iudicibus præſentibus & cenſentibus videbatur illius dementiam intellectúſque imbecillitatem quodammodo argui poſſe; & propterea curia ex officio decreuit, vt antequam cauſa definiretur, reus à medicis viſitari deberet, atque ad eum finem dominos Alexis & Ferrier in arte ſua maximè peritos deputauit. Ii autem in relatione ſua, quam curiæ remiſerunt, illum non planè inſipientem eſſe iudicarunt, ſed tamen quoddam furoris ac dementiæ initium concepiſſe, quod commiſſo vxoricidio & carceris horrore ac ſqualore auctum fuiſſe crederent. Cæterum nihilominus pridie Calendarum Iunij Anno M D.L X V I. prædicta curia arreſtum pronũciauit, per quod viſo proceſſu coram priori iudice contra Pomies iam appellantem & in phylaca detentũ inſtituto, eóque in appellationis cauſa audito, viſa item relatione medicorum, qui captiuum viſitarant, viſóque libello à regina Nauarrea exhibito: dictum fuit, quod citra præiudicium iuriſdictionis à prædicta regina prætenſæ, cuius nomine partes plenius audiri, atque vt de ea pronunciaretur in ius venire deberent: benè à dicto iudice iudicatum & malè à Pomies appellatum fuerit, atque is ad priorem iudicem, vt ſententiam ſuam exequeretur, remittendus eſſet. Euenit, vt ſtatim, ac proceres curiæ prolato arreſto ſurrexiſſent, & dominus relator è palatio egreſſurus in inferiori area eſſet, cum quidam è condemnati agnatis adiret libellum ſupplicem exhibens, quem conſultores iam condemnati Pomies compoſuerant, curiæ ſignificaturi quòd ille planè furioſus & demens, atque etiam hanc ob cauſam auctoritate dicti iudicis de Gauarret protectioni cuſtodię & tutelæ agnatorum ſuorum commendatus fuerit; quibus poſt factam inquiſitionem de pluribus ac diuerſis dementiæ actibus, præſertim quòd vt plurimùm per integras noctes arborum ramis inſidens dormierit, iudex præceperit vt eius curam habere eúmque ita cuſtodire deberent, ne quem durante furore læderet. Atque hunc libellum vna cum ſacco quopiam proceſſus eo nomine facti à domino relatore curiæ offerri agnatus ille petiit. Qua in re dominus relator hanc prouidentiam adhibuit, vt ſtatim in palatium rediens prohiberet, ne actuarij ſcriba arreſtum aut captiuum iis, qui illum adduxerant, traderet, niſi priùs de libello illo ſupplici & memorato proceſſu per duos aut tres deputatos dominos ſenatores qui iudicio interfuerant, atque adhuc in Camera Tornellæ erant, curia cognouiſſet. Cùm autem X V I. Iulij prædicti anni de ſupplici libello deliberatum fuiſſet, atque aliorum medicorum Tholoſanorum celeberrimorum & peritiſſimorum relationes acceſſiſſent, curia decreuit, executionem pronunciati arreſti ſuſpendendam eſſe, donec illa per medicorum viſitationes, quæ quolibet menſe fieri deberent, de ſana condemnati mẽte certior redderetur: atque interim eum de fructibus bonorum ſuorum à commiſſariis ſeu adminiſtratoribus, quos curia dare vellet, exhiberi debere.

Accidit vt tertio menſe condemnatus in carcere decederet, atque poſt eius obitum dictus dominus de Gauarret ſupplici libello bona illius fiſco addicta ſibi, tanquam omnimodam in loco, vbi ſita eſſent, iuriſdictionem habenti adiudicari, ſeqúe in eorundem realem & actualem poſſeſſionem immitti; ſequeſtros vt ſibi rationes redderent condemnari, ac tutoribus liberorum condemnati, nè hac in re impedimento eſſent, ſaluo tamen prædicto triente liberis reſeruato, inhiberi peteret. At tutores illi ad præuiam citationem comparentes econtra monuerunt: quòd prætenſum arreſtum condemnatorium executioni haud mandatum, ſed alio arreſto cum plena cauſæ cognitione prolato executio ſuſpenſa fuerit, donec per viſitationes medicorum quolibet menſe inſtituendas curia de cõdemnati ſana mente & perfecto intellectu certior redderetur; atque quòd interim iſte deceſſerit, ſicque arreſtum primum pro non prolato habendum ſit, atque executione in principali carens eandem in acceſſoriis quoque habere nequeat, præſertim cùm confiſcationi bonorum haud priùs locus detur, quàm corpus reali condemnationis executione confiſcatum fuerit.

De qua controuerſia cùm in Camera Tornellæ deliberaretur, partitione inter dominos cenſentes facta eadem poſtea in Camera maiori diſcuſſa & pro defuncti liberis pronunciatum fuit, ſicque curia prædictos tutores à domini de Gauarret petitione compenſatis expenſis abſoluit.

DECISIO LIII.

ARGVMENTVM.

Facultati luendi redditum fundo inhærentem contractus lege perpetuo permiſſæ præſcribi nequit.

SVMMARIA.

1 *Contractus emphytheuticarij, libellarij, cenſuales, ſuperficiarij aliique ſimiles declarantur & cum propoſita hypotheſi conferuntur.*

2 *Pactis de retrouendendo toties, quoties praſcribi poteſt 30. annis.*

3 *Temporalia ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum, & multò magis qua ad agendum perpetua ſunt, ad excipiẽdum quoque talia eſſe cenſentur.*

4 *Retentione & conſeruatione vnius è duabus extremitatibus alternatiuis, ſeu quarum vna ab altera depẽdet, vtraque retinetur.*

ANNO M. CCCC. LXXIII XIII. Ianuarij Philippus Ganteilhes notarius † villam quandam Antonio Largies ad habendum, tenendum, poſſidendum, agriculturandũ & hoc de viginti nouem annis in vigintinouem annos & ſic deinceps in perpetuum pro cenſu duodecim modiorum tritici elocauit cum tali pacto vt ſoluta toties quoties dicto Genteilhes ſumma centũ & viginti coronatorũ prædictus Largies villam à cẽſu liberam habere ſicque cenſus extingui deberet ſine præiudicio alterius cenſus domino directo villæ illius, qui nominabatur, debiti. Deinde Eutropi⁹ & Ioannes Ganteilhes filij & heredes defũcti Philippi Anno M. D. VII. & M. D. VIII, quilibet partem ſuam, quã in villa illa habebat, ſacerdotibus obituariis de Lauaur vendi lerũt atq; ſic pro vniuerſa villa preciũ cẽtum & viginti coronatorum acceperunt. Cæterum ANNO M. D. LXXI. atq; ſic nonaginta octo annis poſt elocationem detẽtores villæ les Largies ſyndicũ ſacerdotum illorum ex lege diffamari conuenientes prætenderunt quod cenſus ſeu redditus iſte ſub certo pecuniæ pretio conſtitutus eſſet, quo illum redimere vellent. At econtrà ſyndicus excepit quod cenſus fundo impoſitus, qualem Galli *rente fonciere* appellitant, atque facultati cenſum ſeu redditum luendi ſpacio centum ferè annorum, qui à prima elocatione lapſi erant, præſcriptum eſſet. Iudex igitur ordinarius de Lauaur cenſum fundo inhærentem & perpetuum declarat, ſed Seneſcallus Tholoſanus, ad quem dicti Largies prouocarant eundem redemptioni obnoxium pronuncians appellantes vt reliqua ex quinquennio antè cœptam litem debita præſtent, condemnat. A qua ſententia ſyndicus denuò ad ſupremam curiam Tholoſanam appellat.

Cùm autem cauſa ibidem iam definiri & iudicari deberet; potiſſima difficultas ad relationem domini Trelon viri omnigena virtute præditi & humanioribus literis probè exculti exiſtebat, quoad lapſum temporis, cuius occaſione cenſum in contractu Anno M. CCCC. LXXIII. inito comprehenſum videbatur perpetuum eſſe redditum, non obſtante facultate in eodem contractu conceſſa vt dictus Largies villæ conductor † redimere poſſet cenſum toties, quoties 2 dicto Ganteilhes aut eiuſdem heredibus ſummam centum & viginti coronatorum ſolueret aut ad minimum quadraginta coronatos neque minorem ſummam præſtaret quoad extinctionem & redemptionem tertiæ partis dicti cenſus aut pẽſionis. Facultati ſiquidem illi præſcriptum erat tanto tempore quòd à celebrato contractu vſque ad litis initium lapſum fuerat, ſicque proximè accedebat ad præſcriptionem centenariam ex omni parte fauorabilem ob bonum publicum atque quoad perſonas quaſlibet etiam maximè priuilegiatas. Quare facilè colligi poterat præcipuum modum curandi morbi huius conſiſtere in cognitione eiuſdem qualitatum, accidentium humorum & ſymptomatum, nempe vt indagaretur; qualiſnam ille contractus eſſet per tot támque diuerſas conuentiones variatus, quarum vna alteri ferè aduerſaretur atque quod neceſſe eſſet cum in forma, in qua conceptus eſt & reperitur referri ad quendam contractuum fructuariorum perpetuorum, quos maior pars noſtrorum ſub hiſce verbis Gallicis; *emphyteoſe albergations, benevis, & baux perpetuels* appoſitè admodum comprehendere voluit, atque interpretes iuris magis ſpecificè contractus emphytheuticarios, libellarios, cenſuales, feudales, ſuperficiarios & locationes ad longum tempus appellarunt. Inter quos iidem peculiares

peculiares differentias conſtituerũt,quarum confuſio tractu temporis duorum vel plurium prædictorum contractuum mixtionem inter ſe peperit.

Sic enim contingere hoc videmus,quãdo in feudis,quæ natura ſua ſolam fidelitatem & homagium deſiderant, per cõuentionem adiicitur penſio annua à vaſallis ratione bonorum, quæ in feudum acceperunt,præſtanda. Tum ſiquidem tali lege & conuentione à feudi natura receditur, quemadmodum fieri poteſt & licitum eſt in mandatis, depoſitis 1 locationibus, contractibus emphyteuticis & aliis,qui bonæ fidei appellantur, in quibus omnes adiectæ pactiones ſeruandæ & exactè cuſtodiendæ ſunt. Idem quoque euenire ſolet in contractibus emphytheuticis & cenſualibus, ſi illud quod vnius proprium eſt alteri atque econtrà, attribuatur 2 quemadmodum inter prædictos duos contractus in Francia noſtra haud diſtingui *quodam in loco* Ioannes Faber teſtatur. 3 Vnde etiam eſt, quod idem obtinuerit, & receptum ſit quoad alios prædictos contractus, adeò vt liberalitates ſuperficiariȩ,locationes ad longum tempus, & contractus precarij tractu temporis eiuſdémque occaſione indiſtinctè permiſſi omnibus, qui alias cõtractus eiuſmodi celebrare non prohiberẽtur, ſicque mutati fuerint in contractus variatos, atque de vno vel altero prædictorum, vel de natura quorundam participantes. Qui contractus hermaphroditici vel potiùs bigeneres videntur,& modò pro dominis directis, modò pro dominis vtilibus ſine præiudicio iuris directi facere,ac fieri ſolent per locationes de viginti nouem annis in vigintinouem annos, iiſque lapſis,de aliis viginti nouem annis ad annos vigintinouem, atque ſic conſequenter & in futurum perpetuò, ſub certa penſione annua, quæ interdum ad domum dantis ſeu locantis afferri debet & propterea *præſtanda rendable* appellatur; eo quod feudi dominó vel eius coactori illam certo die & loco præſtari & afferri oporteat 4 ad inſtar inferendalium vaccarum,quæ ſingulis annis menſæ à Saxonibus inferebantur: 5 nonnunquam verò ita comparata eſt, vt eam ipſe dominus vel eius coactor à detentore prædij, quod eiuſmodi cenſui obnoxium eſt, exigere debeat, & propterea *exigenda requerable*, nec non alibi cenſus de rogo 6 ipſúmque prædium ex quo debetur, *queſt & cherchage* ſeu *cherchagium*, 7 vt nonnulli reddiderunt, indigitatur: eo quòd ipſum dominum cenſus eiuſmodi exigere, rogare & veluti conquirere oporteat.

Vnde apparet contractum illum, de quo hîc quæſtio eſt, ad nullum prædictorum propriè & ſpeciatim per ſe referri poſſe,ſed potius mixtum,confuſum & varium eſſe,vtpote qui de emphyteuſi participat, in eo, quòd fundus cum retentione certi cenſus annui locatus fuerit: de contractu libellario in eo, quo dans ſaltem dominus proprietarius fundi fuerit, atque in accipientem nihil aliud, quàm ipſam proprietatem vtilem, quam habebat, tranſtulerit ſine præiudicio dominij directi tertio competentis, atque in eodem contractu expreſsè reſeruati: de precario quoad clauſulas, quæ ad illud pertinent atque in contractu expreſſæ fuerunt; de locatione ad longum tempus in eo, quòd verba contractus teſtentur illum de vigintinouem annis ad vigintinouem annos initum fuiſſe, atque veram alienationem inducant; quicquid etiam Accurſius *quodam in loco* dicere voluerit, 8 cuius ibidem poſita gloſſa communiter reprobatur. Atque ſic per pacta & conuentiones, quæ in contractu,de quo hîc quæſtio eſt, appoſitæ fuerunt,idem non modò transformatus, ſed etiam planè difformatus, videtur, atque appropinquare potiùs conſtitutioni cenſus ſub certæ pecuniæ precio, qui eſt quaſi cenſus ſuper cenſum,& vulgò *ſoubſcazement* appellatur; quam vlli prædictorum contractuum, præſertim locationi perpetuæ, ſub qua tamen, quantùm ad verborum corticem, principaliter conceptus fuit. Per conſequens igitur facilè colligi poteſt, quod dictus Ganteilhes dans nullam aliam intentionem habuerit, quàm vt fundum ſuum pro centum & viginti coronatis venderet, neque

ADDITIONBS.

1 *l. Lucius, depoſ.* 2 *l. 1. Cod. de iur. emphytheu.* 3 Ioannes Faber *in §. adeò, Inſt. locat.* 4 *conſuet. Andegau. artic.* 178. *& du Mayne artic.* 196. 5 Aymon. *libr.* 4. *capit.* 26. 6 *in antiqua conſuetud. de Melun. artic.* 132. 7 *conſuet. Aurelian. artic.* 117. *&* 119. vbi legendum *cherchagium* non *chauſſagium.* 8 *in l. codicillis, §. inſtituto, de legat.* 2.

Digitized by Google

que alia intentio accipienti *Largies* fuerit, quàm vt eundem fundum prædicto precio emeret, cuius gratia, cùm paratam pecuniam in manu non haberet, prædictum cenſum & penſionem conſtituit; ea lege, vt ille ſoluto integro precio planè extingui aut numetata tertia precij parte pro parte itidem tertia expirare deberet. Interim verò dictus Ganteilhes, vt ex ſua parte tantò ſecurior eſſet, variis ſibi pactionibus proſpexit, atque inſtar periti notarij, qualis erat, cautelas ſatis multas adiecit, quibus audacem accipientem conſtringeret, 9 quæque vſurpari ſolét à venditoribus, qui ſub conductionis prętextu emptores ſibi deuinctos retinent, veluti, (ait Paulus) cùm emptor fundum conducit, donec precium exoluat. 10 Atque ex hiſce etiam vera ratio apparet, ob quam Seneſcallus ſententia ſua dicti cenſus reliqua reſtringens ad quinquennium antè cœptam litem eadémque ad duodecimum denarium pro quolibet modo tritici reducens, nihilominus declararit cenſum numeratis centum & viginti coronatis, qui conſtituebant integrum in contractu conuentum precium, redimi poſſe.

Nam aliàs ſi Seneſcallus cenſum non habuiſſet pro eo, qui ſub certo pecuniæ precio conſtitutus fuiſſet, tum cum aberraſſe videretur atque exceſſiſſe terminos iuris, iuxtà quos facultas redimendi æſtimari debet triginta annis eorundémque lapſu finiri & terminari, etiamſi adiecta fuerint vocabula, *ſemper toties quoties* aut alia ſimilia & æquipollentia. Teſtari ſiquidem hoc poſſunt actiones, quæ perpetuæ vocantur, & nihilominus triginta annis expirant. 11 Eorundem quoque annorum lapſu liberatur ille, qui ſemper atque ad creditoris placitum ſe ſoluturum promiſit, ſi interim nihil ab eo exactum fuerit. Idque propterea, quod eiuſmodi dictiones, *ſemper, toties, quoties, ad placitum, &c.* nullum præiudicium faciãt tempori ad eiuſmodi præſcriptionem de-
1 ſtinato præſertim cùm quoad pacta † de retrouendendo actiones ſuam vim habeant ex principali venditionis contractu, aut alijs pactionibus particularibus, ſicque planè perſonales, & per conſequens præſcriptioni triginta annorum obnoxiæ ſint Ita enim ſæpiùs à curia noſtra Tholoſana, nec non Pariſienſi & Burdegalenſi iudicatum fuit, quarum arreſta Papon 12 atque alij recenſent. 13 Et quamuis aliter Camera imperialis atque ſuprema curia Diuionenſis pronunciârit, 14 ſicque approbarit ſententiam multorum DD. qui tradiderunt nullum hoc in caſu pręſcriptioni locum eſſe: attamen eorundem rationes & fundaméta ab alijs dextrè confutantur, adeò vt hodie dubitandum ampliùs non ſit, quin facultati redimendi omníque alij, quæ contractu nititur, triginta annis rectè præſcribatur.

Quare ſi cenſus, de quo hîc quæſtio eſt, acciperetur pro alio, quam qui vulgò volans, *rente volante*, nec non ſiccus, *rẽte ſeiche*, appellatur, atque ſub certo pecuniæ precio conſtitui ſolet; tùm minimè aſſeri poſſet eum poſt tanti temporis, nẽpe nonaginta quinque annorum lapſum redimi & vigore pacti de retrouendendo, cui dudum præſcriptum fuit, extingui poſſe. Et quidem in hanc ſententiam multi ex dominis cenſentibus ſequentes domini relatoris opinionem inclinabãt. At partitione in duabus inquiſitionum claſſibus & deinde in Camera maiori quoque facta aliud & contrarium planè domini compartitoris, cui & nos accedebamus, votum fuit; nempe confirmari debere ſententiam prioris iudicis, qui pronunciarat prædictum cenſum fundo inhærere vigore tamen facultatis in elocatione comprehenſæ atque iuxtà eam redimi poſſe. Dominus compartitor ſiquidem & cæteri, qui eum ſequebantur domini exiſtimabant cenſum illum talem eſſe, quem noſtri vulgò; *rente arriere fonciere & ſurfonciere* appellitant, quique alias cẽſus proprietarius dicitur, eò quòd hìc proprietas à proprietario data, ſicque contractus emphytheuticarius redditus fuerit, haud obſtante priori & antiquiori illo redditu, qui domino directo conſtitutus fuerat. Nec dici poteſt prædicto pactò de retrouendendo contractum alteratum, trãsformatum aut diſformatum fuiſſe. Nam illud haud aduerſatur ſubſtãtialibus, quemadmodum Dd. appellant, intrinſecis aut etiam naturæ contractus, ſed ſaltẽ extrinſecis & adminiculis eiuſdem, quorum intuitu pactiones & cõuẽtiones partium contractum formantes approbantur.

ADDITIONES.

9 Cœpolla *cautel.* 18. 10 *l. ſicut*, & ibi Bart. *locat.* 11 *§.1. de perpet. & temp. act. l.* 1. *&* 2. & ibi gloſſ. *pro ſuc.* 12 *arreſt.* 11. 12. *tit. de præſcript.* 13 Boër. *deciſ.* 182. *n.* 3. 4. *& ſeqq.* 14 Mynſ. *cent.* 1. *obſ.* 16. Tiraquel. *tit. de retract. conuent. §.* 1. *ſuper verb. à tel tẽps. gloſſ.* 2. *n.* 7.

approbantur & tolerantur. 15 Sic enim in contractu venditionis contrahentibus de euictione paciſci licet, quamuis eadem per ſe contractui illi citra vllam conuentionem inſit. 16 Sic item edicto & viua regni huius lege declaratur, redimi poſſe redditus, qui ex ædibus, oppidorum regni debentur.

Idem ergo pactione & conuentione quoque declarari poterit, cùm licitè in pactionem & conuentionem veniant ea, quæ legibus ſancita vel etiam moribus recepta ſunt. Eadem ratione in reſortitione hac obſeruatur, vt emphytheuta ob non ſolutum canonem fundo emphytheuticario expelli nequeat; idémque ſpeciali pacto conueniri poteſt; cùm ſaltem ad naturale extrinſecum emphytheuſeos pertineat, vt non ſoluto per triennium canone emphytheuta iure ſuo priuetur 17 & per conſequens conſuetudines & pacta eiuſmodi ſeruanda ac cuſtodienda ſint, vtpote quæ minimè lædunt aut violant ſubſtantiam contractus emphytheutici in fundi locatione & canonis annui præſtatione potiſſimùm cōſiſtentem. Porrò prætendi quoque nequit pactioni de retrouendendo contractui adiectæ tanto temporis ſpacio præſcriptum fuiſſe.

3 Nam ſi verum eſt; temporalia † ad agendum perpetua eſſe ad excipiendum 18 multò magis ea, quæ ad agendum perpetua ſunt, ad excipiendum quoque perpetua erunt. At contractus hic emphytheuticarius ad agendum perpetuus fuit. Haud minùs itaque pactum ad redimendum & extinguendum redditum perpetuum erit. Nec facultas, quæ iuncta eſt exceptioni ſiue ex teſtamento ſiue ex pacto competenti, præſcriptione tolli poteſt 19 cùm præſcriptio ad extinctionem actionis 20 & exceptionis conſeruationem tendens non poſſit inducere diminutionem eius, ob cuius augmentationem introducta fuit, atque ipſi philoſophi teſtentur abſurdum eſſe, vt eadem res ab eadem duas contrarias paſſiones ſuſtineat. 21 Planè regeri hic poſſet prędicta quidem procedere quoad meram & nudam exceptionem, quæ cum nulla actione coniuncta eſt, & propterea ei præſcribi nequit, 22 ſed aliter ſe rem habere, quando illa cum actione, veluti dicta facultas redimendi, coniuncta eſt. Tum enim quia eiuſmodi exceptionem is, cui competit in manu ac poteſtate ſua habet, vt illam quando voluerit & commodum ei videatur, exercere & proponere queat: 23 rectè quoque illi pręſcribetur, vtpote quæ nō tam exceptio quàm actio quædam eſt, quemadmodum cum compenſatione quoque comparatum eſſe conſtat.

Verùm ad hoc breuiter reſpondetur, quod in caſu, in quo hic verſamur, præſtationes annuæ vigore eiuſdem contractus factæ interruperint omnem omnino pręſcriptionem. Syndicus enim eiuſdémque auctores redditum illum iuxtà contractus legem exigentes atque recipientes pactum de retrouendendo minimè ignorarunt, ſed ſemper ad ipſum contractum ſeu titulum 24 cui pactum illud ſemper quoque inerat 25 reſpexerunt: adeò vt nulla hìc præſcriptio, quam cum mala fide, quæ eandem inutilem, vanam & ſine effectu reddit, fingi queat.

Præterea conſiderandum quoque eſt, quod dicti *Largies* liberam optionem, habentes aut annuum quid præſtandi, aut redditum totum vel pro parte redimendi, dum quolibet anno vſi fuerunt optione ſua in vno, eandem retinuerint quoad alterum, donec ipſis commodum videretur; cùm per retentionem † & conſeruationem 4 vnius ex duabus extremitatibus alternatiuis, & quarum vna ab altera dependet, vtraque retineatur. Tandem exigui quoque momenti illud eſſe viſum fuit, quod prætendebatur dictos Largies actores eſſe & verè agere, vt propterea defenſores ſeu rei dici nequeant, multóque minùs concedendum ſit eorum intentionem & ius in exceptione conſiſtere.

Nam.

ADDITIONES.

15 Rol. à Valle *conſ.21.vol.2.* Socin.iun. *conſ.* 145. *vol.1.* 16 *l. iuriſgent. §. & idem reſponſum.de pact.l. vbi ita donatur, de donat.cauſ.mort. l. cum manu ſata, §. final. de contr.empt.l.Lucius.depoſ.* 17 *l.cùm dotem. Cod.de iur.dot.* 18 *l.non dubitatur,Cod. de euict.* 19 gl. *in rubr. C.de decr. decurion.* 20 *l 2.C.de iur.emphyt.* 21 *l. purè, §. final. de dol. mal. & met. excep.* Molin. *conſ.* 10. 22 Tiraqu. *in tract.de retract. conuent. §.1. gloſſ n.*30. Angel. *in l.pignori, de vſucap.* 23 *l. ſicut, Cod. de praſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* notat. *in l.1.C.aduerſ.creditor.* 24 *l. legata inutiliter, de adim. leg.* 25 Plutarch. *des propos de table libr.*6. *cap.* 4.

Nam etiamſi detur illos actores eſſe in propoſitione actionis, quoad iactationes contrà ſyndicum præſuppoſitas, atque ſic in materia *l. diffamari*: tamen veri defenſores & rei ſunt, ſi cauſa & lis coram competenti eorum iudice agatur, quemadmodum Alex. *in conſiliis ſuis* notauit 26 origine cauſæ naturalis magis quàm accidentalis inſpecta. Idque etiam Canoniſtæ omittere noluerunt, quamuis alij contrarium tradiderint. 27 Quare cùm prædictus redditus conſtitutus fuerit in gratiam precij in fundi venditione conuenti, & ſic in vicem fructuum cum pactione de retrouendendo perpetua, ſicque ea lege vt lui perpetuo poſſet, luitioni eius nullo tempore præſcribetur. 28 Haud enim argumento eorum, quæ ſuprà deducta ſunt, redditus eiuſmodi ſuæ conditionis eſſe non poteſt, nempe ſemper redhibitoriæ, ex vno eodémque fonte. 29 Quare iuſte & æquè curia noſtra congregatis omnibus XXVI. Februarij Anno M. D. LXXXVI. ob partitionem illam Cameris amplectens tertiam quandam & nouam opinionem quemadmodum in eiuſmodi caſu congregationis Camerarum in dicta curia licitum eſt, arreſto ſuo XX. Martij prolato appellationem, illudque vnde appellatum fuerat, atque ſimul ſententiam prioris iudicis de Lauaur caſſauit, eáque reformata redditum tanquam ex locatione deſcendentem fundo inhærere declarauit; & dictos Largies detentores condemnauit, vt recognoſcere & præſtare ſacerdotibus obituariis annuatim prędictam ſummam duodecim modiorum tritici vnà cum reliquis de vigintinouém annis antè cœptam litem deberent, reſeruata tamen dictis Largies facultate, vt iuxtà legem contractus ſacerdotibus ſummam centum & viginti coronatorum ſoluentes aut aliàs eo nomine ſatisfacientes redditum illum luere & extinguere poſſent, atque facta expenſarum compenſatione. 30 Quo arreſto curia declarauit, quod facultas luẽdi redditum fundo inhærentem ipſa contractus lege toties, quoties, &c. permiſſa conſeruetur præſtatione alterutrius è duobus, quæ in opinione & electione detentorum erant, neque illi centum annorum ſpacio aut etiam vlteriori præſcribi queat. 31 Simile quoque arreſtum poſteà eadem curia ad relationem defuncti domini Pin contrà procuratorem generalem regis cauſam ſyndici fratrum prædicatorum & conuentus de Banieres apud Bigerrenſes agentem, atque appellantem à ſententia Seneſcalli Bigerrenſium, aut eius vices gerentis IX. Aprilis Anno M. D. LXXXVIII. in fauorem Bernardi & Raymondi Sobiets appellatorum pronunciata XV. Apr. An. M. D. LXXXIX. protulit, qua ſententia Seneſcalli, qui ita iudicarat, confirmata fuit 32.

ADDITIONES.

26 Bart. *in l. 2. de except* 27 *l. final. in fin. rem rat. haber. l quæcunque. de O. & A.* 28 gloſſ. *in l. 2. C. d. de acquir. poſſ.* Bart. *in l cùm ſolus, de vſucap.* 29 Couar. 1. *var. reſol. capit. 9* 30 *conſ. 103. libr 5.* 31 *l. qui habet, de tutel.* 32 Matth. de Afflict. *deciſ.* 268.

DECISIO LIV.

ARGVMENTVM.

More Tholoſano lucrum dotis aut etiam donationis propter nuptias demùm locum habet, quãdo mulier carnaliter cognita aut transducta fuit.

SVMMARIA.

1 *Statuto Tholoſano lucrum dotis concernenti vſus certam interpretationem dedit.*

2 *Et quidem talem, vt Tholoſæ atque in eiuſdem vicaria talia lucra ad iura concubitus referri queant.*

STATVTI & conſuetudinis Tholoſanæ † ſub titulo *de dotibus articulo* 3. 1 qui duos præcedẽtes lucrum dotis, quod marito prædefuncta vxore obuenit, atque augmentum, quod vxor poſt mariti obitum ſuperſtes lucratur, concernentes declarat, ſequentia verba ſunt: *Item conſuetudo eſt Tholoſæ, ſeu vſus, quod maritus vxore ſua præmortua, cognita per eum carnaliter, vel transducta lucratur dotem, & è conuerſo vxor viro ſuo præmortuo lucratur donationem propter nuptias ſeu dotalitium*, quòd primo eiuſdem conſuetudinis articulo Agentiamentum appellatio vulgò apud Tholoſates vſu recepta eſt. Difficultas autem exiſtere poteſt ex verbis illis; *cognita per eum carnaliter vel transducta*, nempe verum ea alternatiuè, an verò copulatiuè accipienda & intelligenda ſint? De eò enim gloſſator ordinarius dictæ conſuetudinis dubitare videtur, atque

que ex neutra parte aliquid certi aſſerere. Idem Dn. Guilhelmus Benedicti *in repetitione c.Raynutius, extr. de teſtam.* fecit, 1 qui de eadem conſuetudine differens ſcripſit, quod in caſu illius vir dotem non lucraretur per mortem vxoris, nec econtrà vxor Agentiamentum, ſi in domum mariti non tranſducta fuiſſet, & ſecundum aliquos matrimonium conſummatum cum ea. Quicquid verò ſit vſus conſuetudini illi certam interpretationem dedit, quę propterea mutari non debet. Iuxtà eam autem, quoad effectum mutui illius coniugum lucri, neceſſe eſt matrimonium copula carnali conſummatum fuiſſe, ſiue hoc apud ſocerum, ſocrum, ſiue apud maritum, ſiue antè deductionem ad domum, ſiue pòſt eam, ſiue cum ea, ſiue ſine ea hoc factum fuerit: aut ſaltem concubitum coniugum interueniſſe, ſiue in domo mariti, ſiue in alia habitatione gratuita aut conducta, atque ſiue matrimonium ea ratione carnaliter conſummatum fuerit, ſiue niſus ſaltem ad copulam carnalem interuenerit, ſiue non, qui hoc in caſu, quamuis ſine effectu ſit, tanti momenti erit, quanti conſummatio & perfectio ipſius actus.

Quod aduerſatur ei, quo aliàs dici ſolet eiuſmodi niſum, ſi ſine effectu ſit, non ſufficere, vt per eum ſponſalia per verba de futuro in matrimonium ſine alia ſolemnitate tranſeant 2 in quod illa tranſiiſſent, ſi conatus effectum ſuum habuiſſet. 3 Verum quoad deductionem ad domum, aut alias, quemadmodum dictum eſt, ad habitationem & poteſtatem mariti, etſi vxor non cognita, ſi tamen vt cognoſceretur, perducta fuit, cùm pro coniuncta habeatur, lucra dotis & augmenti mutuo & reſpectiuè inter eiuſmodi perſonas locum habere, vtpote cùm deductio vxoris alternatiuè poſita ſit, dicta conſuetudine rectè ſancitum & vſu plauſibiliter receptum eſt. Idque conuenit etiam iis, quæ Dd. iuris tã Canonici, quàm ciuilis tradiderunt 4 licet Panormitanus *quodam in loco* 5 contrarium docuiſſe videatur.
2 Tholoſę † itaq; & in vicaria Tholoſana talia lucra referri poterunt ad iura concubitus, quemadmodum in peculiaribus conſuetudinibus nonnullorum Frãciæ tractuum appellantur, quibus dicitur mulierem concubitu, ſeu poſtquam contractis ſponſalibus thorum ſiue thalamum viri conſcendit, doarium lucrari. 6 Atque ex hiſce colligi poteſt, quod declaratio dictorum verborum alternatiuè in allegato articulo tertio poſitorum admodum neceſſaria fuerit ad duos articulos præcedentes, qui ſimpliciter & ſine vlla qualificatione aut modificatione concepti erant, atque quos Dn. Rebuffus 7 *quodam in loco* ita ſimpliciter ad vſum transferre voluerat, vbi docuit; nuptæ nomine non venire ſponſam, neque ex iure neque ex communi vſu, niſi eadem ratio in eadem conſiſteret, per auctoritates, quas allegat, & de quibus alibi egimus, adiiciens præterea loco duarum, quas adducit auctoritatum centum ſi voluiſſet, ſe afferre potuiſſe, ipſóque vſu Francorum probari, quod differentia ſit inter ſponſam & nuptam. Quod prodeſt, inquit, ſcire Tholoſanis, qui lucrantur dotem nuptæ præmorientis, vt eſt in eorum conſuetudinibus, ſed non ſponſæ: Ex quo etiam tandem infert, quod more Tholoſano nupta ſimpliciter lucretur, non verò ſponſa, eo quòd alia ſit quàm nupta, quę ſola in conſuetudine illa comprehendi videtur, vt quod de hac diſpoſitum eſt, ad aliam extendi & referri non debeat. Neceſſaria itaque omninò fuit dicti articuli tertij limitatio & reſtrictio ad mulierem carnaliter cognitam aut tranſductam in ſeparatam mariti diætam 8 quæ tranſductio vſu, quemadmodum diximus, de concubitu intelligitur.

Nam alias dicta conſuetudo loquens de vxore & marito ſimpliciter atque ſine alia qualificatione (quemadmodum Burdegalenſis) 9 quamuis conſtitutione D. Conſtantini diſtinguentis, vtrum oſculum interuenerit néc-ne? 10 quàm ad Hiſpanos, apud quos oſcula in maiori precio, quàm apud nos ſunt, Imp. direxit, definiri videatur: tamen haud leuibus, & quidem eiuſmodi difficultatibus obnoxia fuiſſet, quales Dominus Ferro-

ADDITIONES.

1 Super verb. *& vxorem nomine Adelaſiam*, *nume.*251. 2 *capit. final de ſponſal. & matrim.* 3 *cap. qui fidem, 15. de ſponſal.* 4 Salicetus *in l. cùm te, Cod. de donat. ante nupt.* Felin. *in rubric. de ſponſal* 5 *in capit. ex pub. de conuerſ. coniug.* 6 *ad conſuetud. Normanniæ capit.* 101. 7 *ad conſuetud. Britanniæ articul.*450. 8 *in l. pronunciatum. §. matrem familias, ſuper verb. nupta, de V.S.* 9 *l. pen. de donat. int. vir. & vxor.* 10 *tit. de dote, §.6. ad conſuetud. Burdegalenſ.*

Ferronus ad dictam conſuetudinem Burdegalenſem 11 in vtramque partem examinauit, & quæ aliquando in ſuprema curia Tholoſana occurrerũt, eiuſdémque arreſto, quod in proximè ſequenti deciſione ſubiicietur, deciſæ & iudicatæ fuerunt.

A d d i t i o.

11 *l. 2. Cod. Theodoſ. de ſponſ.* repetita à Iuſtiniano *in l. cum rerum, Cod. eodem & in l. 5. Cod. Theodoſ. eodem.* repetita etiam à Iuſtiniano *in l. ſi ab ſponſ. Cod. eodem.*

DECISIO LV.

A r g v m e n t v m.

Pactio vel ſtatutum de lucro dotis eiuſdémque augmenti ad deſponſatos non pertinet.

S V M M A R I A.

1 *Nunquid prædicta lucra etiam locum habere poſſint inter deſponſatos per verba de præſenti, ſi alteruter eorum ante conſummationem matrimonij deceſſerit.*

2 *Rationes pro deſponſatis quoad acquiſitionem illorum lucrorum.*

3 *Clerici, qui omnibus ſuis beneficiis priuantur eo, quòd matrimonium contraxerint, eadem etiam amittunt ſi ſaltem ſponſalia per verba de præſenti contrahant.*

4 *Reſponſiones & rationes contra dictos deſponſatos, vt à lucris illis excludantur.*

5 *Matrimonium præparatum ſponſalibus etiam per verba de præſenti contractis non poteſt dici perfectum, integrum, & completum, antè eiuſdem conſummationem.*

6 *Matrimonij contractus cur ita dicatur?*

7 *Collatio Plutarchi notabilis quoad ſocietatem matrimonij.*

8 *Fructibus, qui adhuc in herba ſunt, multum fidere haud tutum eſt.*

9 *Differentia inter clericos tonſos atque alios deſponſatos per verba de præſenti.*

10 *Iure Romano ad celebrationem nuptiarum, antequam earundem prærogatiua locum haberent, qualiacunque etiam ſponſalia interueniſſent, certa ceremonia & ſolẽnitates requirebãtur.*

11 *Eccleſia Catholica alias ſolemnitates & ceremonias introduxit, veluti benedictionem atque quod eam ſequitur præſertim quo ad primas nuptias.*

12 *Chriſtianè itaque dici poteſt ſine iis matrimonium non ſubſiſtere, atque antequam ea interueniant, deſponſatos licitè ſeparari atque aliud matrimonium contrahere poſſe.*

13 *Contra deſponſatas tamen per verba de præſenti, quæ ad ſecunda vota conuolãt quoad pœnas iuris ciuilis eædem rationes militant, quæ quoad priuationem beneficiorum clericis tonſis nocent, qui ſponſalia per verba de præſenti contrahunt.*

PActis dotalibus † inter alia expreſſè conuenerat. (Non dicimus Tholoſæ aut alibi. Nam Tholoſæ contrahentes à dicta conſuetudine recedere atque in contrarium paciſci poſſunt, cùm iis tale quippiam ipſius conſuetudinis articulis reſeruatum ſit) vt ſponſa, vxor futura ſponſi lucrari deberet dotis augmentum in conuentione expreſſum, cum omnibus ornamentis & iocalibus, ſi antè eam futurus maritus decederet. 1

Euenit poſtea, vt ſponſalibus inter dictas partes per verba de præſenti contractis ſponſus ſuperſtite ſponſa decederet, antequam matrimonium carnali copula conſummatum, aut etiam nuptiæ ſolemnibus ceremoniis coram facie Eccleſiæ iuxtà conſuetudinem Catholicam & cõformem ſacris decretis ac canonibus morem celebratæ fuiſſent. Sponſa itaque prædicta vigore pactorum dotalium, cum eorundem caſum eueniſſe diceret, augmentum illud conuentionale cum omnibus ornamentis & iocalibus à defuncti ſponſi heredibus & ſucceſſoribus petebat, atque petitionem ſuam eò potiſſimùm firmabat, quòd multi ex Dd. noſtris 1 tradant, atque ipſimet etiam Imperatores cõſtitutione quapiã ſua cõprobent: ſignificatione nominis maritũ vel vxorẽ intelligi pòſt cœptũ matrimoniũ. 2 Ex eo enim inferri poteſt etiã antè plenam conſummationẽ rectè matrimoniũ intelligi, atq; prædictos deſponſatos † dici & cenſeri 2

A d d i t i o n e s.

1 Bartolus *in l. nihil. rer. amot. & in l. cùm hic ſtatus, §. ſi mulier & maritus, de donat. int. vir. & vxor.* gloſſa *in l. ea, quæ, in 3. ad municip. l. cùm fuerit*, & ibi Socinus, iuncta *l. Manius, de condit. & demõſtr.* Baldus, Caſtr. & alij, *in l. Deo nobis, C. de Epiſcop. & cleric.* 2 *in l. non ſine, C. de bon. quæ liber.* & ibi Cynus.

cenſeti maritum & vxorem, cùm amplius recedere nequeant, quemadmodum vulgò dicitur.

Illud etiam quod de ſponſo, hoc eſt, de eo, qui nondum maritus eſt, Vlpianus reſpondit 3 non poteſt referri ad dictum ſponſum defunctum, vtpote non deſponſatum ſaltem per verba de futuro, de quo Vlpianus loquebatur, ſed verum & iuſtum maritum per verba de præſenti. Sic
3 enim & iure † Canonico licet ſimplicibus clericis tonſis interdictum non ſit matrimonium contrahere, 4 attamen ij ſi illud contrahant, priuantur omnibus beneficiis, quæ tituli loco habebant & tenebãt, eo tempore, quo matrimonium eos contraxiſſe apparet. 5 At illud minimè accipitur & intelligitur de ſimplicibus pactionibus & conuentionibus matrimonialibus, aut quæ per verba de futuro fiunt, ſed de nuptiis aut promiſſionibus per verba de præſenti, quemadmodum colligi poteſt ex *cap. diuerſ. extr. de cleric. coniug.* ibi, *matrimonia contraxerunt atque* ex *cap. quod à te, eodem tit.* ibi, *vxorem accipiunt*. Quorum verborum termini minimè ſimplicia ſponſalia reſpiciũt, vtpote ob quæ clerici beneficiis ſuis haud priuantur, 6 quemadmodum ob ſpon-
4 ſalia † verbis de præſenti contractu fieri ſolet, atque propter matrimonium per ea factum & initum, cuius vigore ſponſus eſt atque manet irreuocabiliter, vt amplius recedere aut pœnitere nequeat, maritus dictæ ſponſæ ſuæ eique adhærere cogitur, quemadmodum viciſſim eam illum ſequi, atque omnibus, quæ honeſtè ac licitè iubet, & præcipit parere atque obedire oportet, 7 tanquam veram & legitimam vxorem, vt per conſequens pro tali haberi ac cenſeri debeat, haud ſecus, ac ſi vxor eo ipſo momento prædictorum ſponſalium eſſe cœpiſſet, 8 quo
5 matrimonium perfectum † atque per verba de præſenti initum fuit. Idque eo magis noſtro in caſu procedere videtur, vbi pactis dotalibus ſimpliciter conceptis minimè adiecta fuerat clauſula hæc; *durante matrimonio* aut alia ſimilis & æquipollens, ex qua coniici potuiſſet contrahentes potiſſimùm reſpexiſſe perfectionem & conſummationem matrimonij, quo veluti coniunguntur & connectuntur 9 atque quod priùs non fieri rectè dici poteſt, quàm celebratio ſolemnis & conſummatio matrimonij accedat, qualem alibi pontifex Alexander III.
10 intelligit, quem de prædicta clauſula aut alia ſimili & æquipollente loqui veroſimile eſt.

Verùm hiſce omnibus atque aliis rationibus & auctoritatibus, quæ adduci poterant ex interpretibus iuris tam Canonici, quàm ciuilis, atque quas quidem ex noſtris modernis collegerunt 11 tractantes quæſtionem, an vxoris appellatione veniat & ſponſa? (de qua ſuperiùs egimus) minimè obſtantibus defuncti ſponſi heredes & ſucceſſores defenſiones & exceptiones ſuas peremptorias ex eo potiſſimùm depromebant, quod indiſtinctè & ſiue prædicta clauſula aut alia ſimilis & æquipollens interuenerit, ſiue non Salicetus, docuit. 12 Ex eius enim (quãuis de ſtatuto loquatur, atque hæc verba vſurpet; *præcedenti in matrimonio*) diſſertatione ſatis colligi poteſt, eum nonnulla fundamenta veluti ex abundanti adducere atque pro ampliori & ſuperabundanti confirmatione aliorum magis propriorum, particularium & ſolidorum quæque pro meliori & æquiori quæſtionis principalis reſolutione faciunt.

Quæ reſolutio potiſſimùm dependet à cauſa finali contractuum, quibus pacta eiuſmodi inſeri ſolent, aut in caſu ſtatuti à ſtatuentium vel ſtatuti auctorum finali intentione, quæ eſt matrimonium cum oneribus, quæ illud ſecum affert, quodque ob ſolam ſponſalium præparationem, qualiacunque etiam illa ſint, verè, propriè & vel ex vſu ipſius vocabuli dici, cenſeri & æſtimari nequit, ſi aliter non perfectum, integrè impletum atque, vt vulgò dicitur, conſummatum fuerit. Et quamuis interdum ſupplemẽtum quoddam per interpretationem, quam identitas rationis ſuaſit, ICtos adducere oportuerit:

ADDITIONES.

3 *in l. 1. verſic. quæſt. vulgata, pro dote.* 4 *c. cum apud ſedem, de ſponſal. & matrimon. c. 1. de cleric. coniug.* 5 *c. diuerſ. d. t.* 6 *c. ex literis, 1. de ſponſal. & matrimon.* 7 Cyn. *in l. liber. libertaque, C. de oper. libert.* & Bartolus *in l. Mauia, §. fin. de annu. legat.*

8 *arg. l. qui fundum, §. final. & l. granaria, de contrah. emt. arg. l. penult. de teſtam. milit.* 9 *l. 1. §. in flumine,* & ibi DD. *de flumin.* 10 *in c. ex publico, de conuerſat. coniug.* 11 Tiraquellus *de L L. connub. gl. 2. ſuper verb. en pouuoir de ſon mary,* Ferronus *ad conſuetud. Burdegal. tit. de dote,* §. 6. 12 *in l. cum te, C. de donat. ante nupt.*

tuerit: 13 tamen hoc in pactis & ſtatutis minimè locum habet, quæ ſyncerè, propriè & iuxtà vſum communem vocabulorum, quæ adiecta & apposita deprehenduntur, ſine alia gloſſa & interpretatione accipienda ſunt. 14 Quibus præterea & hoc adiici poteſt, quod prædictus
6 contractus † dicatur contractus matrimonij, non quod per eum aliter matrimonium inter partes contrahatur, quàm iuxtà formam & ſolemnitates ſolitas; ſed quod in eo conueniatur de dote, augmẽto, donationibus, dotalitio & aliis, quæ in eiuſmodi diſpoſitiones & contractus venire poſſunt ac ſolent: adeò vt matrimonium hoc in caſu accipiatur pro dote, quæ ea occaſione iuxta quaſdam conſuetudines Franciæ *le mariage d'une femme*, id eſt, *matrimonium mulieris* dicitur, atque olim maritagium appellabatur. 15 Dos itaque à muliere affertur propter onera matrimonij ad iuuandum & ſuſtinendum vinculum illud, coniuges inuicem iuncti ſunt, atque perpetuam & indiuiduam vitæ conſuetudinem habent, bona ſua inuicem communicant, atque æqualiter communia accidentia & mala
7 ferunt, vt, inquiebat † Plutarchus, 16 quemadmodum nodi vim ſuam inde habent, quòd extrema vtriuſque fili pars arctè inuicem iuncta & connexa ſit: ita ſocietas matrimonij ſuſtineatur & fortior reddatur, ſi vterque coniugum affectionem mutuæ beneuolentiæ afferat. Cuius conſideratione & in eiuſdem gratam compenſationem, atque digni præmij loco introductum eſt augmentum, atque alia emolumenta quæ in tali contractu promitti ſolent ſuperſtiti ab eo, qui prædeceſſerit.

Mors enim vt reliqua omnia: ita etiam ſanctam hanc coniunctionem & ſocietatem ſoluere ſolet. Iuuatur item & commendatur dicta compenſatio 17 vita ſine mendacio acta honore benè tranſacti matrimonij fide communium liberorum 18 atque quod in matrimonio amicus concors & ſuauiſſimus vtriuſque coniugis conſenſus, iucunda conuerſatio, conformitas bonorum & honeſtorum morum, atque viuus mutuæ ac reciprocæ affectionis ardor ſperetur & expectetur. Quare licet deſponſata per verba de præſenti ſponſi vxor, atque ille viciſſim ſponſæ maritus eſſe cenſeatur ob deſtinationem, quæ per eiuſmodi ſponſalia facta fuit: tamen eadem deſtinatio, ſi interim alteruter deſponſatorum decedat, vlterius non progreditur, ſed vana & fruſtranea eſt, ſicque inſtar fructuum † pendentium & qui adhuc in herba ſunt, habetur, 8
quibus ne nonnulli, qui optimum inde frumentum & vberem meſſem ſperant, nimis confidant, Cato monet 19 *Sæpe audiui*, inquit, *inter os & offam multa interuenire poſſe, verum inter offam & herbam, ibi verò longum interuallum*. Eadem ratione multa, quemadmodum euentus hic docuit, inter ſponſalia & nuptias interuenire poſſunt. Conſiderari itaque in nomine & effectu ſuo debet matrimonium, cui tanquam principali, ſponſalia itidem in nomine & effectu ſuo præparata ac deſtinata fuerunt 20 cùm rei denominatio haud deſumatur ab eo, quod res futura ſit, ſeu aliquando eſſe poſſit, ſed ab eo, quod iam ſit; haud ſecus atque ſola dedicationis deſtinatione non tranſit res priuata in ſacram 21 ſicut & alibi dicitur, non videri ædium eſſe, quod domus cauſa paratum eſt, ſi nondum perfectum eſt, quamuis in ædificio poſitum. 22 Sanè hoc negare nolumus, quod partes aliter & per conuentiones expreſſas ac per ſe loquentes (quæ veræ leges & ordinationes ſunt in contractibus atque inter eos, qui in illis comprehenduntur aut ab iis cauſam habent) proſpicere queant: at propter pacta prædicta ita ſimpliciter concepta & ſimilia ſtatuta, quæ vlterius non progrediuntur, brabeiũ ludi tragicomici, qualis videtur eſſe matrimonium ex felle & melle compoſitum actori, qui nondum tragicomediæ illius ludendæ ergo theatrum conſcendit adiudicare velle, nihil aliud eſſet, quàm triumphare ante victoriam, imò antequam illius obtinendæ ergo campum Martium quis ingreſſus fuiſſet, idque intentioni partium atque iis, quæ illius declarandæ gratia expreſſerunt, aduerſaretur. Nec obiici firmiter poteſt, quod clerici

ADDITIONES.

13 *l. oratio*, ibi, *vt suppleatur*, *quod orationi deeſt*. & ibi Baldus *de ſponſal.* 14 *arg. l. 3. §. hac autẽ verba, de negot. geſt.* 15 Franciſcus Ragu. *in indice ſuo iur. regior. ſub litera M.* 16 *in præceptis, de matrimonio.* 17 *l. Titia, de aur. & argent. leg.* 18 *l. vnum ex familia, §. final. de legat. 2.* 19 *in orat. de adil. vitio creat.* ex Gellio *libr. 13. cap. 17.* 20 *l. quamuis de aur. & arg. leg.* 21 *l. ſi nõdum*, & ibi Bald. *C. de furt.* 22 *l. fundi, §. item inſula de act. empt.* Baldus *in l. ſed Diui fratres, de rer. diuiſ.*

9 rici † tonſi omnibus beneficiis, quæ poſſident æquè ſponſalibus per verba de præſenti contractis, quam ipſis nuptiis, aut matrimonio priuentur.

Nam clerici matrimonium contrahentes tacitè aut, vt meliùs dicamus, expreſſè beneficiis ſuis renunciant 23 eò quòd rem faciant cõtrariam ordini & fũctioni Eccleſiaſticæ cùm puritas (queadmodũ Charõdas 24 alibi dicebat) ſacrorũ myſteriorũ Eccleſiæ requitat animã & corpus caſtũ atq; vt homo ſeparatus ab affectionibus ſecularibus totum ſe dedat cõtẽplationi ſecretorũ diuinorũ. 25 Notabiliter autẽ diximus animã caſtã, intelligentes ſub hac & cõprehẽdẽtes affectiones, intentiones, vota & deſideria, quæ ab anima prouenire ſolent.

Vnde eſt, quod ſiue per verba de præſenti, ſiue aliter eorum conſenſus interueniat, etiamſi matrimoniũ prohibitum ſit, interdictũ & illicitum aut etiam planè nullũ (aliã tamẽ ob cauſam, quam ex defectu eorũ conſenſus) nihilominus priuentur dictis beneficiis ſuis, quæ eo caſu vacua redduntur, eo quòd ex actu nullo volũtas declaretur 26 & in prohibitis ex actu nullo quis incidat in pœnam. 27 Quare per ſolã intẽtionẽ & voluntatem deductas in factũ executionis ſaltẽ à dictis clericis, nulla habita ratione iuris & validitatis eiuſdẽ dicta beneficiã vacare incipiunt, veluti quibus expreſſè renunciatũ eſt, cùm non conueniat Pſalterium cum cythara 28 minúſque raſio capitis cum vxoris coma. 29 Atque ſic quod dicitur & obſeruatur quoad clericos tonſos, qui matrimoniũ contrahunt ſiue per verba de præſenti ſiue aliter non poteſt referri ad quæſtionem, quam nos tractamus, in qua de iure ſponſaliorũ per verba de præſenti agitur, in altera factum tantùm & quidem ſpontaneum notatur & attenditur.

Præterea etiam (quod maximè vrgere
10 videtur) queadmodum iure Romano † ad celebrationẽ nuptiarũ & antequam nuptiæ dici poſſent, earúmque iura & prærogatiuæ locum haberent qualiacunque etiam ſponſalia præceſſiſſent, certus, quidem ritus, quamuis paganiſmum ſapiens, requirebatur, de quo in pandectis ſub peculiari titulo atque alibi in iure paſſim
11 multa habentur, 30 ita Eccleſia † Catholica & Chriſtiana per ſummos rerum tam ſacrarum & ſpiritualium quàm terreſtrium & temporalium adminiſtratores; id eſt, pontifices & Impp. alias ceremonias & ritus introduxit planè Chriſtianos, & qui tam ſacro ac magno myſterio, quale eſt matrimonium optimè conueniunt, atque ad Deum trinunum referuntur, qui illud inſtituit 31 & cuius verbo vir & vxor coniunguntur ac tam corpore quàm anima connectuntur, quẽadmodum ſuprà diximus. Inter ceremonias autem illas principem locum obtinent, preces & benedictiones Eccleſiæ, quibus etiam antiquos partes nuptias ſuas confirmari voluiſſe tam ex hiſtoria Tobiæ 32 & decreto pontificis Euariſti 33 quam ex Tertulliano eiúſque erudito & Chriſtiano interprete Palmelio 34 conſtat. Quo etiam pertinet, quod Concilio IV. Carthaginenſi ſancitum eſt, & Gratianus haud omittere, 35 atque Ambroſius alibi 36 ſignificari voluit, nempe damnari matrimonia, quæ cum alienis à fide noſtra contrahuntur, quas alienigenas appellat, vbi & libidinis & diſcordiæ incenſiua & ſacrilegij flagitia conflari teſtatur. 37 Nam cùm ipſum, inquit, coniugium velamine ſacerdotali & benedictione ſanctificari oporteat, quomodo poteſt coniugium dici, vbi non eſt fidei concordia? 38 cùm oratio communis eſſe debeat, quomodo inter diſpares deuotione, poteſt eſſe communis coniugij charitas. Ex quo amplius notari poteſt olim cum benedictione velamen ſacerdotis quoque coniunctum fuiſſe, quod etiam

ADDITIONES.

23 *c. ex transmiſſa, de renunciat.* Ioannes Andr. Panormitan. & alij, *in c. 1. de cleric. coniug.* 24 *libr. 1. pandect.* 25 gloſ. & DD. *in c. vnic. de cleric. coniug. in 6.* Iaſon *in l. vbi pactum. C. eod.* 26 *l. final.* vbi Bartolus *de reb. eor. qui ſub tutel. l. obſeruare, §. fin. de offic. proconſ.* Dec. *conſ.* 172. Baldus *in l. qui à patre, de confirm. tut.* 27 Iaſon *in l. licet, C. de procurat.* 28 *c. diuerſis, de cleric. coniug.* Roman. *conſ.* 463. Hippol. *ſing.* 386. 29 *arg. c. duo ſunt, 12. qu. 1.* 30 *tot. tit. de rit. nupt.* ſpecialiter *in l. cùm fuerit, de condit. & demonſtr. & in l. pen. C. de donat. int. vir. & vxor.* 31 Marci *cap.* 12. 32 *c.* 5. 7. 8. 33 *c. non aliter, 30. quæſt. 5.* 34 *libr. 2. ad vxor. Palmel. in argum. libr. 1. eiusdem Tertul. ad vxor.* 35 *ex Concil. Carthag. 4. c. 13. in c. ſponſus, 30. quæſt. 5.* 36 *libr. epiſt. 9. ep. 70.* 37 *c. 1. c. vir autem, de ſecund. nupt.* 38 *ex Concil. Neoceſar. c. 3. & 7. c. de his, qui 31. qu. 1.*

etiam adhuc hodie in quibuſdam locis per ſtolam, in nonnullis verò per chlamydem fieri ſolet. Hoc tamen ſaltem in nuptiis primis fieri conſueuit, atque ſacerdotes, qui tale quippiam adhibent in ſecundis alterutrius partis nuptiis puniũtur, 39 & prohibitum iis eſt conuiuio ſecundarum nuptiarum intereſſe, 40 quod primæ nuptiæ adeò ſint, & ſub benedictione Dei celebrentur ſublimiter, ſecundæ autem permiſſæ, & in præſenti careant gloria. 41 Quoad primas igitur nuptias benedictio ſacerdotis in tantùm requiritur; vt ſi qui citra hanc (inquiebat. 42 Imperator Leo) matrimonium ineant, id ne ab initio quidem ita dici, neque illos in vitæ illa conſuetudine matrimonij iure potiri velimus. Et quamuis D.D. Theodoſ. & Valẽt. Hierio præfecto reſcripſerint, 43 nullum exiſtimare debere matrimonio rectè alias inito ob id firmitatem deeſſe, quod pompa aliáque nuptiarum celebritas omiſſa fuerit: attamen Imp. Iuſtinianus 44 expreſſè conſtituit; non aliter conditionem nuptiarum eueniſſe, quàm nuptiarum acceſſerit feſtiuitas, ſub qua etiam comprehẽdi publicas promulgationes in Eccleſia receptas, quæ banna Longobardico, vt quidam exiſtimant, vocabulo appellantur, de quibus ſuprà diximus, extrà dubium eſt. Cùm itaque prædictæ promulgationes finis illius gratia, ob quem introductæ ſunt, præcedere debeant, & interuenire reliqua, quæ tam de promulgationibus illis, quam de curionis in parœcia, eiuſdem vicarij, aut alius ſacerdotis præſentia venia & licentia, atque pręſentia duorum aut trium teſtium quoad celebrationem matrimonij aut ſponſalium per verba de præſenti Concilium Tridentinum ſanxit & introduxit, 45 vtique tutò &
12 Chriſtianè † concludere poſſumus cum gloſſatore magiſtratus illius Theſſalonici Græci: 46 *hodie non modò conſenſu matrimonium contrahi, ſed & ni ſacerdotum precibus interpoſitis corroboratum fuerit, neque nuptias contrahi, nec prohiberi, qui contrahunt, à ſe inuicem disiungi: benedictione ſacriſque peractis, etſi non proceſſerit ipſum connubium & eorum, qui iam conſenſere, copula; matrimonium tamen eſſe videtur & contractus, qui iam ſolui, reſcindique nullo modò poſſit.* Quæ præcipua fundamẽta & cauſæ ſunt, ob quas dicta curia arreſto per Dn. præſidem du Faur XVIII. Maij, anno M.D.LXXXIV. prolato contra dictam ſponſam iudicauit, atque in cauſa appellationis ab arbitris interpoſitæ à ſponſæ petitione heredes & ſucceſſores defuncti ſponſi, qui ſpõſus quidem per verba de præſenti fuerat, ſed antè celebrationem, perfectionem & conſummationem matrimonij deceſſerat, compenſatis expenſis abſoluit.

Planè ſuperiùs attigimus principalem quæſtionem contrà viduas, quæ † ſecundis ſuis maritis per verba de præſenti deſponſatæ fuerunt intra annum luctus, 13
ſicque in caſibus, vbi ſolum factum notari videtur, quod procedens à voluntate & intentione eius, contra quam retorquetur, vituperatur, & punitur, etiam eaſdem rationes habere poteſt, quas contrà clericos tonſos adduximus, qui beneficiis ſuis eo ipſo momento priuantur, quo matrimonium contrahunt, ſiue per verba de præſenti, ſiue aliter, ſiue nulliter, ſiue validè, cùm eorum voluntas & conſenſus ad hoc deſtinatus inſpiciendus ſit, quemadmodum dictum eſt.

ADDITIONES.

39 Ambroſ. *in epiſt.1. ad Cor. c. 7. in fin.* 40 *Nou.* 89. 41 *l. ſi donationum, C. de nupt. l. 3. eod. tit. in C. Theod.* 42 *l. ſancimus, C. eod.* 43 ex Concil. Later. ſub Innocent. III. *c.* 51. *& Concil. Trident. ſeſſ.24. in decret. de reformat. matr. c. 1.* 44 *tot. tit. de claud. deſponſ.* 45 *ſeſſ.24. tit. de ſacra. matr. & tit de reform. matr. c. 1.* 46 Scholia Harmenop. *libr.4. tit.4. de definit. ac ſtatu, ritúque nupt.*

DECISIO LVI.

ARGVMENTVM.

In Francia vxores viris ad inopiam vergentibus dotium augmenta exigere nequeunt.

SVMMARIA.

1 *Nunquid vxor marito adhuc viuo atque ad egeſtatem redacto augmentum dotis conſuetudinarium, aut aliter conuentum exigere poſſit?*

2 *Vt mulier dotem repetere poſſit ob egeſtatem mariti, ſufficit, ſi iſte res ſuas tam malè adminiſtret, vt veroſimile ſit eum aliquando in Xenodochium recipi oportere, præſertim ſi eius bona in vnica ſaltem re conſiſtant.*

3 *Prædicto caſu egeſtatis vxor non ſaltem repetere poteſt dotem, ſed & reuocare bona dotalia, quæ maritus cum ipſius conſenſu alienauit.*

4. In

4 *In iure nouum non eſt, vt perſecutio pignoris etiam ante tempus fiat.*
5 *Augmentum, ſiue conſuetudinarium, ſiue conuentionale, quale apud nos in vſu eſt, referri nequit ad donationem, quæ in iure propter nuptias vocatur.*
6 *Hypobolum Græcorum iuxtà vulgatam interpretationem declaratur.*
7 *Quomodo ex iure dicta donatio propter nuptias propriè cum dicto hypobolo & augmento conferatur?*
8 *Varia & diuerſa dictionis* hypoboli *interpretatio.*
9 *Diuerſitas & mutatio inter omnes ferè nationes quoad ius dotium, doariorum, lucrorum, & aliorum emolumentorum.*
10 *In Francia in locum dictæ donationis propter nuptias recognitio dotis ſucceſſit.*
11 *Res nouiores & recentiores inuentione nomen ſuum ab antiquis ſumſerunt, atque in tranſcurſu Plutarchus adducitur.*
12 *Sportulæ iudicum, les eſpices, in eorundem ſalaria mutata fuerunt, ſed nihilominus antiquum nomen retinent.*
13 *Iuſtinianus aut potius Tribonianus lapſus fuit, dum donationem propter nuptias mutare voluit.*
14 *Nulla ratio flagitat, vt ad dictum augmentum referatur illud, quod conſtitutionibus imperialibus de donatione propter nuptias ſancitum fuit.*
15 *In dubio vxorem antè maritum decedere poſſe præſumitur.*
16 *Creditores conditionales quomodo, & ad quem finem in bonorum poſſeſſionem debitorum ſuorum mitti poſſint, per beneficium primi capitis ex edicto prætoris?*
17 *Conſtitutio Imp. Iuſtiniani quoad repetitionem dotis marito ad egeſtatem vergente planè nouiter explicatur.*
18 *Nouella Leonis ad confirmationem huius rei adducitur, atque auctoritas quorundam antiquorum patrum, qui ad ius Canonicum commentati fuerũt.*
19 *Magna differentia eſt inter dotem oneribus matrimonij inſeruientem atque augmentum, quod poſt diſſolutionem matrimonij acquiritur.*
20 *Ablatiui abſoluti in ſtatuto Tholoſano concernentes lucrum augmentorum conditionem inducunt, aut ſaltem in eam reſoluuntur.*
21 *Quando vſusfructus vxori cum onere alendi liberos relinquitur, tum liberi exules pro mortuis haud habentur, vt propterea vſusfructus cum proprietate conſolidetur.*
22 *Morgengeba inter Lombardos quænam erat, & quomodo fieri ſolebat.*
23 *Dicta morgengeba nulla ratione affinis eſt, neque reſpondet doarijs atque augmentis, & quænam ratio diuerſitatis hic ſubſit?*
24 *Arreſtum ea de re à ſuprema curia Tholoſana ſolemniter prolatum.*

IN contractu matrimonij † inter Ioannem Naues fabrum Ferrarium Tholoſanum, & Catharinam Bonne, itidem Tholoſatem incolam initi pacta XVI. Septembr. anno M. D. LXXXI. facta fuerunt, per quæ dicta Bonne, & quidem iuxta conſuetudinem Tholoſanam, in dotem dedit dicto Naues certa quædam bona immobilia, quæ habebat, tenebat & poſſidebat, atque econtrà ei dictus Naues dotis augmentum conſtituit, iuxtà eandem conſuetudinem, habita ratione eius, quo bona illa in dotem data æſtimarentur, atque ſic dimidiam partem eius, quod æſtimatio illa faceret, (quæ quantitas etiam ex ipſa allegata conſuetudine deberetur, quamuis nihil omninò expreſſum fuiſſet, dummodò in contrarium partes aliam quantitatem non definierint) adeò vt maritus poſt obitum vxoris ſuperſtes dotem, & econtrà prædefuncto marito vxor dotis augmentum lucrari deberet. Euenit, vt conſtante matrimonio dictus Naues, qui nihil aliud, quã domum quandam Tholoſæ habebat & poſſidebat à domino Guilhelmo Agulier procuratore ſupremæ curiæ quadraginta quinque coronatos mutuo acciperet, eóque nomine chirographum, quo bona & perſonam ſuam obligarat, IX. Ianuarij, anno M. D. LXXXII. daret. Deinde eidẽ Naues dictus Agulier denuo ſub ſimili cautione duodecim coronatos, & nouendecim ſolidos Turonenſes mutuo dedit. At Naues minimè ſoluens, neque vt obligationis nexu promptè liberari poſſet cogitans, à dicto Agulier debitum iuxtà chirographi rigorem exigente conueniebatur. Cauſa autem per appellationem ad ſupremam curiam Tholoſanam deuoluta dictus Naues vnà cum quodam ſuo ſocio Martial Eſcande cõuictus fuit, quod noctu chartas quaſdam & libellos diffamatorios ad fores ædium memorati Agulier affixerit. Quam ob cauſam eiuſdem curiæ arreſto XVII. Octobris, anno M. D. LXXXII. prolato, diffamatores il- 1

li condemnati fuerunt, vt profiterentur atque declararent, ſe neque dictum Agulier, neque eius vxorem iniuria afficere voluiſſe, ſed eos pro perſonis honeſtis, ac inculpatis habere. Præterea etiam pronunciatum fuit, quod in eorum præſentia chartæ ac libelli diffamatorij lacerari deberent, atque diffamatores impenſas litis, quæ vſque ad quinquaginta duos coronatos, quatuor ſolidos, & ſeptem denarios taxatæ fuerunt, ſoluere tenerentur. Cuius quantitatis atque eius, quæ in chirographis comprehendebatur ſolutionem, cùm Agulier vrgeret interuenientibus quibuſdam amicis & vicinis litigatorum, tranſactione Calendis Decembris dicti anni M.D.LXXXII. res ita compoſita fuit, vt præuiis renunciationibus dictarum inſtantiarum Naues denuò ſe obligaret, quod pro omni eo, quod deberet nonaginta coronatos Agulier ad diſtinctos terminos, qui ſpeciatim exprimebantur, ſoluere vellet. Quibus diu lapſis cùm Naues ſolutionem moraretur in eius ædes Agulier executionem eóque nomine decretum ſine cuiuſquam oppoſitione Calendis Februarij, anno M.D.LXXXIV. ex auctoritate cameræ libellorum ſupplicum parlamenti Tholoſani, tam principalis ſortis, quàm eius, quod intereſt nomine impetrauit. Quod cum coram commiſſario ad id deputato liquidari deberet, poſt multas tergiuerſationes & ſubterfugia tandem noua & ſecunda trāſactione X. Maij, Anno M.D. LXXXV. placuit, vt inſtantiæ liquidationis renunciaretur, atque eius, quod intereſt nomine, quantitas ob quam Agulier executionem in ædes dicti Naues impetraſſet octo coronatis & coronati triente auctior eſſet, cuius quantitatis gratia Naues haud impedire vellet, quo minus Agulier vi factæ executionis & decreti ædes illas teneret. Quod cùm factū & decretum expeditum, realique executioni mandatum fuiſſet, atque commiſſarius ædibus iam egredi vellet, prædicta Bonne ratione potiſſimum augmenti dotis ſe opponere voluit. Eam autem ſine præiudicio decreti, eiuſdemque executionis commiſſarius ad iudicem remiſit, atque interim, antequam de oppoſitione illa diſceptaretur, apud Agulier tantum Naues impetrauit, vt ſibi prædictas ædes pro trigintaquinque librarum mercede per annum locaret, eámque de illo, quod à cōductore alterius domus ad vxorem ſuam Bōne ſpectantis annuatim pendi ſolebat, deduceret. Verum cum in odium decreti Naues domum illam Agulier addictam vaſtaret, idē dictæ Cameræ ſupplicē libellū exhibēs petiit, vt probata vaſtatione, eiúſque æſtimatione facta Naues ædibus excedere cogeretur. Cui dicta Bōne oppoſitionē ſuam obiiecit, atque ſuper ea ſententia quędam inſtructiuā, vt appellitant, decernēs à Camera illa prolata & pronūciatū fuit, quod interim Agulier ædibus illis frui, iiſdémque excedere Naues legitimo & iuſto modo cogi deberet. A qua ſētētia Agulier ad curiā prouocauit, & dicta Bonne diploma ad cū finē impetrauit, vt & ipſa tanquā appellans audiretur, caſſaretúrque alia ſententia dicti decreti, eiuſdéque expeditio atque omne, quod eam ſecutū fuiſſet? Verū & ipſemet Naues appellans reſcriptum principis impetrauit, vt contractus inter ſe & Agulier facti, ipſúmque etiam decretum caſſarentur. Cùm autem Agulier reſcriptum illud non recipi, neque comprobari peteret, atque calculis iudicandi porrectus fuiſſet ad relationem Domini Cyron in ſecunda claſſe inquiſitionum cauſa plenè examinata curia à petitione Naues, quem verum vitilitigatorē, atque in prætēſionibus ſuis minimè fundatum eſſe deprehendebat, Agulier abſoluit. Quoad Naues vxorē autem, quamuis videretur ei prætenſum remedium, nempe petitionem augmēti dotis tanquam marito iam ad inopiam vergente haud competere, eo quòd dici poſſet illud nullam aliam ob cauſam, & quidem ab ipſo etiam marito in medium adductum fuiſſe, quam vt ſententiæ & arreſta, quę Agulier creditor contra Naues iam impetrarat, vna cū factis tranſactionibus illuſoria redderentur, attamen curia ob ſuſpicionem metuens illud, quod euenire poterat, de quo ex actis cauſæ apparebat, argumento eorum, quæ alibi in caſu non abſimili in iure noſtro notantur 1 æquum & bonum eſſe exiſtimauit, ſi cauſam hanc quoad dictam Bonne decideret in terminis iuris, quaſi marito iam ad inopiam vergente, aut ſaltem malè vtente, ſiue vti incipiente ſubſtantia ſua.

Nec ſubtiliter indagandum eſſe curia cenſuit,

ADDITIONES.

1 *l. Imperatores*, §. *final. de appellat. l. ſi fideiuſſor*, §. *fin. qui ſatiſd. cogantur*

2 Iaſon

cenſuit, vtrum maritus † ad eam egeſtatem redactus fuiſſet, vt bona eius reſtitutioni dotis amplius non ſufficerent, ſed exactam & ſubtilem hanc indagationem omittens eum, quem res ſuas tam malè gerere, nullâſque alias facultates, quàm ſolam domum habere ex actis apparebat, pro paupere habuit. Haud etiã vlterius in deminutionẽ mariti fortunarũ eiuſdémque occaſionẽ, cauſã & originẽ inquirere, voluit, cũ nihil referat, vnde inopia traxerit originẽ, poſtquã ſola incipiẽs dat cauſã repetitionis, neq; itẽ, an vxor ſciuerit, aut ignorauerit egeſtatẽ mariti ſui, ita vt ſcienter cum viro † inope, vel prodigo,
3 aut alias obærato contraxerit, aut mox idoneo non futuro: ſicque haud attendit dubium, quod nonnulli mouerunt, neque quod alij hoc in caſu planè remedium iuris vxori denegarunt.2

Tandem etiam hoc minimè obſeruandum eſſe curia exiſtimauit, vt interlocutio quædam cum cognitione cauſæ marito & creditoribus prius auditis præmitteretur, quemadmodum quidam Doctores tradiderunt, & inprimis in Francia hoc requiri quidam ex recentioribus teſtatus fuit, qui de legibus abrogatis ſcripſit.4 Quare ſi dos prædictæ mulieris in pecunia conſtitiſſet, cuius gratia mariti bona per recognitionem, aut aliter grauata fuiſſent, vel etiam in bonis immobilibus æſtimatis tali æſtimatione, quæ emptionem feciſſet,5 curia planè non dubitaſſet ob ea, quæ ex actis apparebant, atque etiam iure communi ſancita ſunt mulierem ad repetitionẽ dotis ſuæ admittere, cum ſoluendo non exiſtente marito vel conſtante matrimonio deberi duos intelligatur,6 verum cùm dos illa in bonis immobilibus mulieris conſiſteret, eam haud impediri poſſe videbatur, quo minus illis frueretur, quemadmodum liceret: atque quod quoad alienationem rei dotalis, quamuis ſuo conſenſu à marito poſt initum cum Agulier contractum conſtante matrimonio factã idem remedium vſurpare, eóque rem alienatam reuocare poſſet, *pour par brief de mariage encombre*, quemadmodum in cõſuetudinibus Normanniæ dicitur, id eſt, vt ob ſubito interuenientem in matrimonio mœrorem rebus illis dotalibus frueretur, haud ſecus atque quoad petitum illud augmentum incertum ſe facturam eſſe dicebat. Cuius augmenti ratione potiſſima difficultas oborta fuit, adeò vt de ea re ambiguo Marte in vtraque claſſe inquiſitionum, & poſtea etiam in Camera magna diſceptaretur. Quidam enim ex dominis, quibus domini relatoris votum arridebat, eo inclinabant, vt augmentum iuxta proportionem æſtimationis, qua immobilia in dotem data cenſerentur, mulieri offerretur & daretur, vt de eo & dictis bonis ſuis immobilibus tam ſe, quam maritum ſuum, & communes liberos exhibere poſſet.

Nitebantur quoque iidem eo potiſſimum, quod in terminis, in quibus lis hæc iudicari & definiri debebat, leges & conſtitutiones eo nomine promulgatæ loquerentur, expreſſe & conceptæ eſſent diſpoſitiue in dote & donatione ante nuptias, quam illi præſupponebant eſſe dictum augmentum, aut ſaltem hoc eodem iure cum illa cenſeri debere, præſertim cùm in iiſdem conſtitutionibus id procedere & locum habere dicatur, veluti ſi matrimonium eo modo diſſolutum eſſet, quo dotis & ante nuptias donationis exactio competere poterat, vt ſic caſus æquiparari videatur diſſolutioni matrimonij, quam mors in alterum coniugum irruens efficit. 7 Præterea etiam Albericus expreſſè tradidit dictas conſtitutiones locum habere in morgengaba Lombardorum, quæ dicto augmento planè affinis eſt. Immò in caſu ipſius augmenti idem Baldus docuit, 8 atque pluribus dictæ curiæ arreſtis non ita dudum prolatis probari poſſe dicebatur. Idque propter intereſſe & præiudicium notabile mulierum, ne difficultatem patiantur, non inuenientes res in virorum ſubſtantia, cum aliis alienatę fuerint aut ſuppoſitę, & ſic potẽtibus fortè perſonis, vt ſic propter huiuſmodi cauſas aut ſit omnibus modis inhabilis vindicatio, aut difficilis ſaltẽ & litibus egens, dũ ex hoc ipſo ſint adiuuãdæ.9 Qua ratione atq; ob ſimile intereſſe in iure † nouũ haud eſt, vt 4
quis pignora ante diẽ perſequi poſſit. 10 Et qa in dote hoc cõſtitutũ & receptũ eſſe non dubitatur, neq; item in donatione ante

Additiones.

2 Iaſon *in l. 24. ſol. matr. 3. in l. 2. in pr. d. tit.* 4 Bugnyon *libr. 2. de legib. abrog. c.* 154. 5 per ea, quæ notat Baldus nouel. *tract. de dote, part. 7. priuil. 24.* 6 *l. ſeruum dotalem, de manum.* Bartol. *in d. l. ſi conſtante, num. 23.* de Ripa, *ibid num. 4.* 7 *Nou.* Leõ. 20. 8 *in d. l. vbi adhuc.* 9 *Nou. 61. in prin. vt immob. ante nupt. don.* 10 *l. quæſitũ, de pig.*

ante aut propter nuptias dubitari poterit, quæ eadem re & ſubſtantia cum dote dicitur. 11 Altera verò pars dominorũ, quorum opinionem & nos ſequebamur, adhærebant præiudiciis, quæ ſupremæ huius regni curiæ, & inprimis Pariſienſis, 12 Burdegalenſis, 13 atque etiam noſtra antè multum iam tempus protulerant. Exiſtimabatur itaque omne illud, quod iuſtè hoc in caſu pro muliere illa afferri poſſet ſaltem eius ſecuritatem cõcernere, vt nihil omninò aliquando illa perderet; & propterea bona mariti, nempe ædes, quarum gratia creditor decretum impetrarat; hypothecæ ſupponenda eſſe augmenti illius nomine, atque in eum caſum, ſi maritus antè vxorem aliquãdo decederet. Idque iuxtà illud, quod Alexander *in quopiam conſilio ſuo* reſpondit. 14 Atque ſi mulier cautione eiuſmodi conuenta non foret, tum non tam ſuum peteret, quàm in effectu alienis bonis inhiaret, ſicque rectè ei obiici poſſet ratio, ob quam Iuſtinianus priuilegium quoad hypothecam doti conceſſum referri noluit ad donationem propter nuptias, quam ſuo tempori ſeruire diſpoſuit. 15 Non enim lucro, inquit, fouemus mulieres, ſed ne rebus ſuis defraudẽtur, curamus. Quantum autem ad arreſta in contrarium allegata attinet, huc referendum eſt, quod alibi diximus arreſta non omnium eſſe horarum aut temporũ, ſeu potius non idem ſubiectum, neque eaſdem, æquales, & planè ſimiles circumſtantias habere. Quæ quidem prolixius hoc loco repetere nolumus, ſed illud ſaltem adiicimus, dominos, quorum opinionẽ ſequebamur, exiſtimaſſe, nihil innouandum aut mutandum eſſe de eo, quod longo tempore in ſimilibus cauſis, tam à noſtrà curia, quàm aliis ſupremis regni huius iudicari ſolitum fuerit: *ne alioquin, qui ad poſtremos actus litium ſic hilares tanquam præiudiciis ſecuri curiam appellarint quaſi beneuentum venerint,* 16 *in litium cataſtrophis quaſi malè venti, negotiati triſtes ac vultuoſi domum redire cogantur.* Sicque ea in re nos probabamus, & ſequebamur arreſta & præiudicia antiqua, tanquam maximè iuſta, æqua & ex limpidis iuris ciuilis fontibus hauſta. Nam quod donatio propter nuptias eadem aut ſaltem maximè affinis ſit cum
5 eiuſmodi augmento, de † quo hîc quæſtio eſt, ſine magna atque haud exiguas patiente abſurditates æquiuocatione aſſeri nequit. Certum ſiquidem eſt in donatione propter nuptias præſupponi liberalitatem ob cauſam nuptiarum, & per conſequens ius acquiſitum & formatum, quod planè diſtinctum & ſeparatum eſt à dicto augmento, vtpote quod in mera & incerta ſpe iuris acquirendi & formandi conſiſtit, nempe ſi caſus ita ferat, vt maritus præmoriatur. Quem caſum nulla mulier, quæ inter tam ſacro vinculo coniſictas virtute prædita, & vera materfamilias dici meretur, ſperare aut expectare ſolet, ſed ſummoperè exoptare, vt morte cum viro iungatur potius, quàm vita diſtrahatur. Cuius rei multa exempla apud Valerium magnum leguntur. 17 Idem quoque Accurſius noſter obſeruauit, dum in quapiam gloſſa ſua augmentum à donatione propter nuptias diſtinxit & ſeparauit. 18 Quod ſanè rectè & appoſitè admodum docuit ac notauit. Nam D. Antoninus Auguſtus auctor fuit, vt confirmarentur donationes inter virum & vxorem per obitum eius, qui donarat, ſi vſque ad finem in voluntate illa perſtitiſſet. 19 Deinde Imperatores ſequentes introduxerunt donationem, quæ ante nuptias appellabatur, atque etiam ſponſalitias largitates antea Iuriſconſultis incognitas, quarum propterea in pandectis nulla mentio fit, nẽpe talium, de quibus Impp. *in legibus & conſtitutionibus ſuis* loquuntur. Poſt multi item temporis lapſum D. Iuſtinus permiſit iuxta proportionem auctæ aut deminutæ dotis, (quod conſtante matrimonio fieri poterat) coniugibus licere etiam donationem propter nuptias augere vel deminuere, ſicque eam tanto additamento maiorem aut minorem facere, quanto dotis augeretur aut minueretur titulus. 20 Quod cùm eidem in imperio ſuccedẽs D. Iuſtinianus vidiſſet donationibus eiuſmodi nomen donationum propter nuptias dedit. Atque ſic plures conſtitutiones modò conformes, modò cõtrarię, & prio-

Additiones.

11 *l. final. C. de donat. ante nupt.* 12 *in quæſt. Galli* 215. iuncta ibi nota apoſtillar. Pariſ. 13 Ferronus *ad conſuet. Burdeg. tit. de dote*, §. 5. 14 *conſ.* 142. *volum.* 5. 15 *l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab.* 16 Budæus *in forenſ.* 17 *libr.* 4. *cap.* 6. 18 *in d. l. aſsiduis, ſuper verb. ad dotem.* 19 *l. cùm hic ſtatus de donat. int. vir. & vx.* 20 *l. conſtante, C. de donat. ante nupt.*

prioribus derogantes 21 de donatione illa promulgatæ fuerunt. Poſt Iuſtiniani autem tempora ea generaliter ita ſumpta in vſu eſſe deſiit, vtpote quam Impe-
6 ratores Græci † contra omnem rationem, iuris ſcilicet Romani, in hypobolū mutarint, quod antiquiores interpretati fuerunt incrementum 22 dotis, quod mortuo marito vxori ſuperſtiti redditur ſuprà dotem, atque alij additamentum, quod poſt viri mortem de ipſius bonis vxori ſuperſtiti, quaſi dotis fœnus attribuitur, dictum, quaſi ad id, quod in dote primum & præcipuum erat ſubiunctum: ὑποβάλλειν enim eſt maiori rei aut ſummæ minorem adiicere. Quare licet hypobolum illud ab Impp. Græcis introductum ad naturam prædicti augmenti proximè accedat: tamen à donatione propter nuptias planè differt. Ea enim
7 ſpecialiter † ſumpta ob dotis ſecuritatem fiebat, & ita oppoſita doti erat, vt proxima atque affinis ei eſſet, 23 imò nihil ab ea nomine & ſubſtantia diſtaret, cùm eius loco ſaltem eſſet, quamuis per ſpecialem & peculiarem contractum cōſtituta. Et quemadmodum dos vxoris nomine dabatur marito: ita nomine mariti, atque propter dotem & veluti compenſationis gratia donatio propter nuptias fiebat, vt ea ratione dos vxoris donatio propter nuptias viro facta, & viri donatio propter nuptias eiuſdem dos vxori data videretur. Quæ etiam donatio ob eam cauſam à muliere in dotem plerumque redigebatur. 24 Vnde alibi rectè dicitur videri quodammodo comprehenſam & ante nuptialem donationem in dote. 25 At hypobolum Græcorum lucrum & emolumentum erat, quod vxor ſuperſtes in bonis defuncti mariti habebat. Quale lucrum in quibuſdam peculiaribus conſuetudinibus Franciæ 26 doarium ſeu donarium obueniens, in aliis doarium conuentionale, atque in moribus Aruerniæ doarium ſtatutarium aut conſuetudinarium appellatur. Quod augmētum interdum eſt dimidia pars ſummæ illius, quam dos conſtituit, nonnunquam tertia, & quidem per hypothecam ſaltem cauta, non verò in certo, atque ad hoc deſtinato fundo conſtituta, cùm tamen donatio propter nuptias ita conſtitui ſoleret, adeò vt ea ratione vxor interim domina & proprietaria illius diceretur, fundúmque vindicare poſſet, 27 qui tamen ea etiam conſentiente alienari haud poterat. 28 Sicque plenius vxori proſpectum erat hac donatione, quam hypotheca in bonis mariti, cùm ad renunciationem hypothecarum mulieres facilè inducerentur, nec prohibitæ eſſent. 29. Vnde facilè colligi poteſt tale augmē-
tum † à dicta muliere petitum, aut aliud 8
ſimile, nihil commune habere cum donatione propter nuptias doti æquiparata, ſed potius reſpondere quoad certos quoſdam reſpectus, atq; inprimis quoad hypothecam dicto hypobolo, quemadmodum ipſamet dictio, ſi ſecunda eius ſyllaba producatur, innuit, quæ præterea etiam ſignificat illud, quod in vſuras ſextantes obſtrictum eſt pignoratitio conuento, vt ex Pherecyde Euſtatius annotauit, atque hypobolum quoque pro agro creditoribus obnoxio lapidis indicio vel columnæ vſurpatur. 30 Et quamuis Cæſar *in commentariis ſuis* retulerit, 31 eo tempore, quo in Galliam venerit, vſitatam fuiſſe quandam apud Gallos donationem, quæ dotis compenſandæ gratia fiebat: ea tamen ſuperiori donationi propter nuptias vſquequaq; ſimilis non erat, vtcūq; ſit, neutra ad noſtra doaria in Frã-
cia recepta accōmodari poterit. Ex qui- 9
bus intelligi poteſt diuerſitas & mutatio inter omnes ferè nationes quoad ius dotium, doariorum, lucrorum, aliorūmque emolumentorum, & eorundem modorum. Atque ſic temporis progreſſu, & poſtquam hypobolum illud ab Imperatoribus Græcis in locum donationis propter nuptias ſuffectum iam fuit, deprehendimus apud quoſdam receptum eſſe, vt dos à marito vxori conſtitueretur, 32 veluti apud Hiſpanos & Scotos, 33 apud alios maritus vxorem emeret, vt precium pro ea datum parentes, aut iis non extantibus rex haberet, quemadmodum titulo legis Salicæ declaratur, 34 atque ſimi-

ADDITIONES.

21 *Nou.2.de nupt.l. ex morte, C.de pact. conuent.Nou.97.de æqual.dot.*22 D.Cuiac. 23 *l.tum multa, C.de donat. ante nupt.* 24 *l.generaliter,§.hoc obſeruare, C.de ſecū.nupt.* 25 *c.ſi verò expectet,in fi.de nupt.in Nou.22.* Cuiac.*lib.4.obſ.cap.4.* 26 Lodunois *capit.* 31.*articul.5.* 27 *l vbi adhuc, & §.illud, in auth.de æqual.dot.* 28 *in Nou. vt immob. ante nupt.donat.* 29 *l.etiam iubemus, C. ad Velleian.l.1.§. & cum lex, C.de rei vx. act.* 30 apud Cælium Rhodig. *lib.16.ca.* 21. 31 *libr. 6.* 32 *c. noſtrates,30. quæſt.* 5. 33 *c.etſi neceſſe, c.nuper, de donationib. int.vir.& vxor.* 34 *capite 47.*

que ſimiliter apud alios dotes cum doa-
riis coniungi ſolere legimus, 35 quemad-
modum ferè in Italia receptum eſt. Et
10 quantum Galliam noſtram † attinet in
locum donationis propter nuptias vſu
abolitæ recognitio dotis ſucceſſit, qua
hodie vtimur, & quæ ſimplicem ſaltem
hypothecam inducit, haud magis atque
pacta, quæ fiunt de lucro dotis aut alio
emolumento ſiue conuentionali, ſiue
conſuetudinario, in fauorem ſuperuiuen-
tis, quemadmodum Paul. de Caſtr. 36 &
poſt eum plures optimè notarunt. Sicque
talis donatio, cuius ius inconſtans & ſæ-
pius mutatum fuerat, tandem ſine vlla
ſpe reuertendi à noſtris expulſa & eiecta
fuit, vna cum omnibus legibus & conſti-
tutionibus, quas de ea promulgatas, &
quidem maxima ex parte diuerſas ac cō-
trarias fuiſſe legimus: adeò vt vxor, cùm
olim vi prædictæ donationis ipſam pro-
prietatem haberet, hodie quoad recogni-
tionem & pacta dotalia ſolam hypothe-
cam habeat in bonis recognoſcētis & re-
cipientis dotem. Inutile igitur apud nos
Imperatorum inuentum, & priſcæ iuris
prudentiæ mandatū, inutilia ergo iura ab
iis prodita, quemadmodū optima ratio
ne hac in re quidam ex recētioribus quo-
dam in loco ſcripſit: 37 & per conſequens
recognitiones dotales, quæ apud nos in
vſu ſunt, & augmentum, aut emolumen-
ta ex iis debita, vel etiam pacta matrimo-
nij nomine conuenta de eo caſu, ſi alte-
rutez coniugum prædeceſſerit, æquipara-
re velle dictæ donationi propter nuptias
eiuſdémque iuribus antiquis & abolitis,
nihil aliud eſſet, quàm confundere domi-
nia proprietatum cum ſecuritatibus &
vinculis hypothecarum, ſicque adæquare
res admodum diſſimiles & diuerſas, velu-
ti ſatis apertè Balzamonus demonſtrauit.
38 Quare euidens ſatis iam eſt dictum au-
gmentum ita conuentum & promiſſum
ſub ſimplici hypotheca in eum caſum, ſi
maritus prius deceſſerit, non pertinuiſſe,
neque adhuc pertinere ad donationem
propter nuptias, quæ à lege proficiſce-
batur, & conſtitui ſolebat in fundo pecu-
liari, & deſtinato (qui etiam propterea
dotalis eſſe cenſebatur) cùm dicta dona-
tio, quemadmodum dictum eſt, in effe-
ctu doti planè conformis fuerit, 39 adeò
vt quamuis augmentum illud inſtar do-
nationis propter nuptias ſit, aut eius vi-
cem habeat: donatio tamen propter nu-
ptias nequaquam eſſe cenſeatur. 40. Si i-
tem augmenta eiuſmodi à nonnullis do-
nationes propter nuptias appellantur, tū
hoc propterea fit, quod hæ illorū loco o-
lim vſurpatæ fuerint, ſicque earundem
nomen ratione primæ originis augmen-
tis accommodetur. 41 Ita enim apud Plu-
tarchū† Lyſimachus, quidam ex procura- 11
toribus Amphictionū, defendebat cōmu-
niter res recentiores, & quę poſtremò in-
ueniuntur ab antiquioribus nomina ſua
accipere, cuius rei multa exempla allega-
bat. Quæ nos in medio relinquentes, vn-
cum ſaltem domeſticum afferemus. No-
ſtrates honoraria quæ iudicibus litigan-
tes dare ſolent, *les eſpices*, id eſt, ſpecies a-
romatum appellitāt. 42 eo quòd olim vi-
ctoriā in cauſa obtinens iudici ſuo ſeu re-
latori ſpecies eiuſmodi aromatū, ſeu tra-
gemata & ſalgama honorarij loco offerret.
43 Mutatum hoc poſtea fuit, atq; à curia
permiſſum, vt eius loco pecuniā victor iu-
dici offerre, eāq; is accipere poſſet, ita ta-
men ne in expenſarū taxationē veniret.
Deinde tractu tēporis talia honoraria cō-
uerti cœperūt in ſalaria iudicū, qui causā
aliquam retulerāt & iudicarant à Græcis
appellitata τὰ δικαςικὰ, 44 quæ ſunt quaſi
ſportulæ† iudiciū, quemadmodū & pulue- 12
ratica iudicibus olim curialibus ante no-
uellā Maioriani præſtari ſolita. 45 At ni-
hilominus cōſtat ſolū nomen remanſiſſe
atq; ſubſtātiā, ſeu potius rē ipſam nō mo-
do mutatam, ſed etiā planè alteratā fuiſſe,
eo quòd illud, quod olim obſeruabatur in
vno, nō poſſit accōmodari, neq; referri ad
alterum, Xeniis ad munerum qualitatum,
contra quam ab Vlpiano reſponſum fue-
rat, productis. 46 Quod ſi Iuſtinianus,† 13
aut potius eius Tribonianus cōſideraſſet,
tum haud quicquam mutaſſet de nomine
donationis ante nuptias. Quamuis enim
Iuſtiniani conſtitutione effectum fuerat,
vt donatio eiuſmodi conſtante matri-
monio augeri poſſet: tamen haud in-
conueniens fuiſſet nomen primitiuum
& antiquum ei relinqui à potiore ſui
parte,

ADDITIONES.

35 *c plerumque, extr. eod.* 36 *in l. mulier, §. cùm proponeretur, ad Trebellian.* 37 Dargentie ad ius Britannicum *tit. de donat. art. 220. gl. 3.* 38 *in comment. ad nomocanon. photii, titul. 13. de laic.* 39 *d. l. ſi conſtante, C. de donat. ante nupt.* 40 Ragueau *in indice ſuo iurium regiorum, ſuper verb. doariū præfixum.* 41 *l. inſula, in final. verb. de acquir. rer. dom.* 42 *liur. 2. des propos de table.* 43 Ragueau *in dicto ſuo indice ſuper verb. eſpices.* 44 *Nou. 82.* 45 Caſſiodorus *lib. 12. epiſt. c. 15.* 46 *in l. ſolent, de offic procōſ.*

parte, quæ initium erat, 47 adeo vt quamuis incremento poſt nuptias augeretur, ſemper tamen principale nomen obtineret, adittamentum autem acceſſionis. Eadem ratione inconueniens videri non debet, ſi dictum augmentum aut aliud emolumentum & lucrum matrimoniale interdum ac generaliter donatio propter nuptias appelletur, cùm tamen nihil de natura & qualitate eiuſdem obtineat. Eo enim modo eius, quod ſpecialiter quoad pacta dotalia & conuentiones matrimoniales vſu receptum eſt, repræſentatio generalis fit nomine ſaltem illius, quod olim erat, atque quod ceſſit, & locũ dedit ei, quod poſtea introductũ atq; ad noſtra vſq; tempora obſeruatum fuit, non tamen citra quandam diuerſitatem, ob diuerſa tempora, occaſiones, nationes & tractus. Quam ob cauſam in Synopſi baſilicorum, quã nos habemus, cùm dictum fuiſſet de donatione propter nuptias, vt per omnia robur ſuum habeat, quantũ ad mulieré, gloſſator 48 ſuppleuit & adiecit, ſuperſtite ſcilicet muliere. Nam ſi ante maritum deceſſerit ante nuptias donatio non repetitur: atque inde colligit hypobolum ſignificari & intelligi, non vero dictam donationem ab Imperatoribus introductam.

14 Haud igitur veroſimilem † rationem habet ad prædictum augmentum accommodare velle illud, quod conſtitutionibus imperialibus, aut aliis ſpeciatim & expreſſe ſancitum eſt de dicta donatione. Atque ſic ante diem, qui neque venit, neque ceſſit augmentum non acquiretur, neque debebitur ad inſtar hypoboli ante mortem mariti, ſiquidem non ſtatim poſt nuptias confirmatur (quemadmodum cõfirmabatur dicta donatio, quæ tranſibat in ſpecialem cõtractum) ſed virum, ait Harmenopulus, 49 oportet ante vxorem pręmortuum eſſe atque tum demum ſubſtãtiam capere hypobolum. Cui etiam Archiepiſcopus Bulgariæ conſentit, quem Cuiacius in obſeruationib. ſuis allegat; vbi regulæ & maximæ generalis loco tradit emolumenta eiuſmodi & lucra nuptialia, veluti hypobolum, (inter quę etiã ſine vllo dubio augmentũ illud cõprehẽditur) non peti neq; exigi poſſe ab vxore, quã poſt obitũ mariti, quia poteſt prius ipſa mori. 51 Imò in dubio præſumitur,
15 quod maritus † ſuperuiuat, & vxor pręmoriatur. 52 Et quãuis vxor, cui tale augmentum promiſſum fuit, creditrix dici queat quoad futuram actionem ſeu ſpem, quam de ea habet, 53 ſi caſus retroactionis eueniat, 54 aut alias ad ſecuritatem & conſeruationem iuris ſui agere poſſit, attamẽ quoad tempus præſens pendente cõditione adeo incerta, nempe ſi vnus prę altero decedat, nullo omnino effectu dici aut cenſeri creditrix poteſt, cùm ei nõ debeatur, tantummodóq; ſpes ſit debitũ iri, nec poſſit dici debitor, à quo inuito pecunia exigi non poſſit. 55 Quemadmodũ enim quæcunque ſub conditione traduntur, ita demum fieri poſſunt peculiaria ac propria, ſi conditio conſummata eſt, 56 ita & quæ ſub conditione debentur, aut promittũtur, exigi tum demum poſſunt, cùm conditio extiterit, non verò ante conditionis euentum. Et veluti homo pictus non ſimpliciter, ſed quadantenus eſt homo: ita eum, qui ſub conditione ſtipulatus eſt, placuit aliquo modo creditorẽ eſſe 57 ſub conditione, inquam, aliquando extitura, & cuius non vana ſpes fuerit, ſicque exceptione nõ perpetua, ſed temporali tantum ſubmoueatur. 58 Nam aliàs, ſi ſpes præmatura & vana dici queat, quemadmodum noſtro in caſu, vbi vxor quaſi ante diem mariti inquirit in annos, nec quidem eadem pendente conditione creditrix dici poteſt, 59 quaſi nulla actio ſit, quæ exceptione repelli poſſit. *Debere* enim, *credere conuenire conueniri debitor creditor* oppoſitè referuntur. At quando priora & antecedentia non exiſtunt, neq; conſequentia eſſe aut ſubſiſtere poſſunt. Horæ enim quidem cedunt, ait Cicero, 60 & dies, & anni, nec præteritum tempus reuertitur, nec quid ſequatur, ſciri poteſt maximè, cùm de momento mortis agatur, cuius articulo nihil eſt incertius. Cùm itaq; euẽtus adeo dubius ſit, vt inter caſus fortuitos referri queat, 61 ſi

ADDITIONES.

47 ex Hotom. *ad Inſtitut.* 48 *tit. de nupt. luc. & nupt. donat.* 49 *tit. de hypob.* 50 *lib. 5. cap.* 4. 51 *l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, de iur. fiſc.* 52 *arg. l. ſi duos, §. ſi maritus & vxor, l. ſi fuerit, in fin. de reb. dub. l. ſi poſſeſſor, §. ſi eodem momento, de religioſ.* & ibi gloſſ. *d. l. cùm hic ſtatus: §. ſi ambo.* 53 *l. creditores, de V. S.* 54 *l. potior, qui pot. in pign. hab.* 55 *l. debitor contrario ſenſu, de V. S.* 56 Quintilian. *declam.* 3:6. 57 *l. is cui, de O. & A. l. creditores, de V. S.* 58 *l. creditor, eodem.* 59 *l. & eleganter, §. ſeru. pactionis, verſicul. ego moueor, de dol. mal.* 60 *in Caton. maior.*

di donationes non ſimplices intelligi, ſed propter dotem & propter nuptias factas. 70 Imò ſi Imperator aliter feciſſet, tum inſtar ioculatoris cuiuſdam, qui calice ludere ſolet, ex vno duo feciſſet, atque priuilegia indicta cauſa in necem creditorum irrogaſſet. Præterea tres quoque rationes præcipuè nos in prædicta opinione noſtra confirmant: quarum prima eſt, quod in authentica dictam conſtitutionem ſequente, atque in nouella, vnde ab Irnerio deſumpta eſt, 71 & per quã dicta conſtitutio ampliatur, ſaltem per particulam, *quoque*, ſicque per modum cõtinuationis mentio donationis propter nuptias fiat: ſecunda, quòd in omnibus locis iuris tam ciuilis, quàm canonici, vbi de terminis, in quibus hîc verſamur, agitur, ſaltem de dote dicatur: tertia & vltima, quòd in dicta conſtitutione clauſula, quæ ſupra pro confirmatiône ſententiæ contrariæ adducta fuit, hiſce verbis adiiciatur: vt ſi matrimonium eo modò diſſolutum eſſet, quo dotis & antè nuptias donationis exactio ei competere poterat. Conſtat enim aliunde ſoluto matrimonio dotem ad mulierem, donationem propter nuptias ad virũ rediiſſe, 72 ſicque eo caſu vltra dotem, donationis antè nuptias exactionem ceſſaſſe. Quo etiam
18 ſemper retulimus illud, quod D. † Leo conſtituit 73 ab vxoribus poſt ſolutum morte maritorum matrimonium inuentarium fieri debere de dote, & propter nuptias donatione, atque aliis quibuſcũque maritalibus rebus, vt tum rectè res maritorum vindicent, quando commentario comprehenſa ab illis inſumpta eſſe conſtabit. Canoniſtas quoq; hoc ſubodoratos fuiſſe videtur, cum ij quodam in loco decretalium 74 regulæ inſtar tradant; tunc mulierem remedio ſuperioris conſtitutionis 75 vti poſſe ad donationem propter nuptias conſequendã, quãdo ageret, non vt eam lucraretur, ſed tanquã ſpecialiter ſibi obligatam pro dote: eo quòd tunc habeat priuilegium dotis, hocque caſu potiùs pro dote, quã pro donatione agat, quam ſolius dotis prouidentia inuentam ſatius erat dicere, vt dote à marito malè conſumpta, vel matrimonio ſoluto vxor habeat, vnde dãnum acceptum reſarciat, & vnde alatur. Cæterùm ex abundanti aſſerere, & nos haud veremur, quod cum donatio propter nuptias ex theatro conſuetudinum & morum noſtrorum veluti exploſa ſit, per cõſequens etiam haud attendi debeat, quod de illa ſancitum & conſtitutum fuit. Nec obiici poteſt nullam rationem apparere, cur conſtitutio, quæ de donatione propter nuptias pòſt obitum vxoris ſtatim ad maritum reuerti ſolita loquitur, non etiam de augmentis & doariis noſtris, quæ maritis prædefunctis demùm vxoribus acquiri ſolent, intelligenda ſit. Nam ſi dicta conſtitutio ita & vulgari illo modo accipiatur, rectè reſpondebitur, hoc propterea fieri, quod de augmento conſtitutio non loquatur, ſed in eadem expreſſa mentio fiat donationis propter nuptias, veluti quæ locum tenet dotis eiuſdémque fructuum, & quia aliter nullus eius vſus, aut fructus fuiſſet.

Quod autem inter dotem, quæ oneribus † matrimonij inſeruit, atque augmẽ- 19
tum, quod demùm ſoluto matrimonio acquiritur, maxima differentia ſit, in aperto eſt. Et quamuis vxor de bonis ſuis, etiam paraphernalibus, alere ac exhibere teneatur maritum ſuum: tamen hoc ſaltem ipſam vxoris dignitatem concernit, atque à ratione iuris Romani dependet, quo noui coniuges iubebantur ignem & aquam tangere vt eo ritu tam arcto vinculo coniuncti monerentur, quod nunquam ſe inuicem deſerere deberent, etiã ſi nihil ampliùs, quàm duo illa elementa, ignem & aquam, commune haberent. At quoad creditores eorúmque præiudicium illud locum habere nequit, quia ij certant de damno vitando, & dum ſuum recuperare ſatagunt, æquum omninò eſt, vt coniuges ex prædicta ratione, citra creditorum præiudicium, ipſimet oborientes incommoditates æqualiter ferant. Et quantum attinet, quod ex Vlpiano adducebatur antè diem aliquando perſecutionem pignoris dandam 76 illud in eo ſaltem caſu locum habet, quemadmodum ipſemet Iuriſconſultus explicat, quando dies penſionis nondum venit, & medio tempore pignora perſequi ob fugam fortè debitoris, aut aliam ſimilem cauſam creditoris intereſt.

Aliàs verò regula in cõtrariũ eſt, 77 quę tamen

ADDITIONES.

70 *in l. cùm multæ, in fin. princ. C. d. tit.* 71 *97. cap. 6.* 72 *l. final. C. de donat. ante nupt. c. final. de donat. inter vir. & vxor.* 73 *Nou.* 100. 74 Innocent. & Panormitan. *in c. ex literis, de pignor.* 75 *d. l. vbi adhuc.* 76 *l. quæſitum de pignor.* 77 *l. pecuniam. ſi cert. pet. l. 5. §. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. contrah.*

Ff

tamen limitatur; vt interdum cautio interuenire poſſit, 78 ex iuſta cauſa, vbicunque iudices æquitas mouerit ob occurrentes caſus & certas facti ſpecies, 79 qualis etiam noſtra eſt, in qua propterea dicti Domini, quorum opinionem ſequebamur, hypothecam vxori in ædibus mariti reſeruari volebant in eum euentum, ſi pòſt eius obitum illa ſuperſtes eſſet. Nec etiam quippiam ampliùs rebus in eo ſtatu permanentibus vxori ex iuris ratione concedi poterat. Vlterius in hypotheſi, in qua nos verſamur, difficultatem aliunde dirimi poſſe videbatur, nempè ex pactis dotalibus inter dictum Naues, & dictam Bonne initis, atque in ipſa lite productis. Nam in illis pactis expreſſè dicebatur, quòd Naues recognoſcere deberet vxori ſuæ augmentum iuxtà id, quo bona ab ea in dotem data æſtimarentur, & ſecundum conſuetudinem Tholoſanam, atque quòd ille recognoſceret tale augmentum ſuper domo ſua. Ex quo reſultat prædicta pacta facta fuiſſe & cenſeri iuxtà dictam conſuetudinem, quæ expreſſè dicit 80 mulieres transductas per maritos ſuos, ipſis viris præmortuis lucrari & recuperare debere de bonis ipſorum dotes & donationes propter nuptias ſeu agentiamentum, vbi conſtat de agentiamento & donatione propter nuptias.

20 Certùm autem eſt, quòd ablatiui † illi abſoluti, *ipſis viris præmortuis*, conditionem inducant, aut ſaltem in eam reſoluantur, 81 ſicque reſpiciant tempus futurum, ad quod vera conditio propriè & directè refertur. 82 Fieri enim poteſt, vt conditio tam facilè deficiat, quàm impleatur. Perinde itaque eſt, ac ſi in conſuetudine dictum & diſpoſitum fuiſſet, ſi ipſi viri præmoriantur; cùm nulla videatur differentia inter diſpoſitionem conceptam per particulam. *ſi*, & per ablatiuos abſolutos, 83 ita vt quemadmodum dictio modalis, *vt*, iuncta dictioni. *ſi*, propriam amittens naturam, facit conditionem: ita quoque idem fiat, ſi permixta ablatiuis abſolutis fuerit. Quæ cùm ita ſe habeant, neceſſariò concludendum eſt ex ſtatuto agentiamentum deberi ſub conditione, ſi ipſi viri præmoriantur.

Hæc ergo conditio impleri debet in forma ſpecifica, adeò 84 vt ſicut conditio formam inducit, ita quoque ablatiui abſoluti, cùm in conditionem reſoluantur, 85 atque ita in forma ſpecifica, & non per æquipollens aut caſum fictum impleri debeant 86 in tantùm, vt ſi illa deficiat, non ſufficiat cauſa etiam iuſtiſſima 87 interpretatione largè ſumpta à ſimilitudine rationis non habente locum in forma, quæ præcisè debet obſeruari. Idque ſufficere videtur loco reſponſionis ad illud, quod peti poterat ex ratione dictæ conſtitutionis Iuſtiniani. Pro qua etiam illud facit, quod matrimonium diuortio ſolui poterat, cuius in ſimili ſpecie in alia conſtitutione eiuſdem Imperatoris fit mentio, 88 atque quòd caſus fictus verò non æquiparetur. Sicut enim res iudicata mortis fictione non fruſtranda: ita nec legis diſpoſitio, adeò † vt vſu- 21
fructu ad filios alendos vxori conceſſo, ad eum planè conſequendum filios exulantes pro mortuis non haberi præiudicatum, legamus 89 D D. Harleo & Hoſpitali alternantis aleæ decretoribus. Præterea, ne quicquam eorum, quæ in contrarium adducta fuerunt, intactum relinquamus, quantum attinet deciſionem Alberici in Lombardia de Morgengeba; non ſolùm auctoritas conſtitutionis, quam ille allegat, planè extrauagans eſt, ſed etiam malè ad hanc quæſtionem accommodatur. Tale enim emolumentum inter ipſos Lombardos, (à quorum legibus & conſuetudinibus nos procul abſumus, neque ab iis origo, fundamentum, aut etiam regula dotium, doariorum & augmentorum noſtrorum deduci poteſt) nihil aliud erat, quàm honorarium ſeu donum, quòd ſponſus die nuptiarum ſaluans manè ſponſam, cui parentes & amici antè pompam nuptialem & ſolemne conuiuium, aſſiſtebant, offerre ſolebat, quemadmodum Dominus Cuiacius explicauit.

ADDITIONES.

78 *l. inter omnes, qui ſatiſd. cog. l. in omnibus. de iud.* iuncta *l. pen. de interrog. in iur. faciend.* 79 *arg. l. generali, C. de decurion.* 80 *tit. de dotib.* 81 *l. à teſtatore, de condit. & demonſtr. l. euictis, de vſur. l. acceptis, ad l. Falcid.* 82 *l. itaque, de reb. cred. l. ſi ſic, §. 1.* vbi Accurſ. *de legat. 1.* 83 *l. facta, §. reſcripto, ad Trebell.* 84 *l. ſi ego, §. 1. de iur. dot.* Bartolus *in l. ſub conditione, de ſolut.* 85 *l. qui hered. l. Mænius, de condit. & demonſtr.* 86 *l. prætor, in pr. de collat. bonor.* Bartolus *in auth. mater. & auia, C. quand. mul. tut.* 87 *l. qui per ſalutem, de iureiur.* 88 *l. cùm ij, §. ſi prætor, de tranſact.* plenè Decius *conſ. 466.* 89 *l. in rebus, in fin. C. de iur. dot.*

plicauit. Atque talis interpretatio fit in pactione illa inita inter Gunthrannum & Childebertum à Gregorio Turonenſi relata, quoad prouinciam Burdegalenſem, Limouicenſem, *Caors, Bearn & Bi-*
22 *gorre*, quas, inquit, Gaideſundam † germanam dominæ Brunichildis, tam in dote, quàm in morgengeba, hoc eſt, matutinali dono in Franciam venientem certum eſt acquiſiſſe. Gloſſæ item conſtitutionum Lombardicarum dicunt nomen illud de *Morgen*, quod eſt manè 90 deduci tradunt. De ſimili quoque dono ſeu honorario videntur intelligendi eſſe ſequentes Iuuenalis verſus: 91

-------Et illud,
Quod prima pro nocte datur cum lance beata,
Dacicus & ſcripto radiat Germanicus auro.

Sane nonnunquam talis donatio poſtridie nuptiarum, aut alio die ſequenti facta fuit, quemadmodum colligi poteſt ex ordinatione quapiam Regis Lombardorum Lutprandi, in qua inter alia ſequentia verba leguntur: 92 *Per hoc ſcriptum Morgengab, inueſtio te de quarta omnium bonorum meorum.* Rectè de quarta. Nam quocunque die donatio hæc facta fuerit, haud excedere poterat quartam partem bonorum eius, qui ipſam *Morgengab* dabat. Minoris quidem quantitatis eſſe poterat, quemadmodum ex conſtitutione eiuſdem regis Lutprandi conſtat: cuius iuris etiam *in libris feudorum* ſub titulo, *de matrim. ad morganat. contr.*
23 mentio fit. 93 Hócque ius † *Morgengab.* ſeparatum erat ab aliis emolumentis dotalibus, quæ vxoribus ex Lombardorum legibus competebant, nulláque ratione affine eſt, aut reſpondet doariis & augmentis noſtris.

Illud enim nunquam quartam bonorum mariti excedere poterat, & vxori ſemper pleno iure, vt eo pro liberrima voluntate ſua vti poſſet, acquirebatur, 94 hæc verò maxima ex parte & communiter vxore mortua ad heredes mariti reuerti ſolent, & propterea non tam firma, ſolida ac perpetua ſunt, quàm prædictum ius *Morgengab*, & aliæ donationes antè nuptias, quas ad inſtar *Morgengab*, nobiles Heluetii iure Francorum viuentes die votorum antè fores Eccleſiæ per cutellum plicatum facere conſueuerunt, quemadmodum ſuo tempore in vſu & obſeruatum fuiſſe Andreas de Iſernia *in libris feudorum* teſtatur. 95 Inprimis itaque ſpectandum eſt, quid vſu receptum & approbatum, atque contrahentium cōuentione, mutuáque eorundem obligatione cautum fuerit, neque committendum, vt illationes fiant à ſeparatis, cùm in iure vario & diſpari conditione idem ſtatui non 96 debeat. Quare dicta curia † in cōtrouerſia iam deducta, arreſto iu- 24
dicialiter per defunctum Dn. præſidem Durandum 13. Septemb. anno 1586. prolato comprobans, quoad hoc diplomata regia dictum Naues & Bonne reſtituit contra deſertiones, exceptiones illas, (quæ *fins de non receuoir* Gallis dicuntur) & mulctam: atque appellationem, illúdque, vnde appellatum fuerat, caſſans cauſam principalem retinuit, in qua non habita ratione eorum, quæ amplius in diplomatibus illis continebantur, pronunciauit, quod ob ſummam centum ſeptendecim coronatorum & duorum coronati trientum nouem ſolidorũ, & ſex denariorum Turonenſium ab Agulier petitam peractis intra menſem ſolemnibus dicta domus auctione venundari, & nouiſſimo licitatori ritè addici, atque ex precio inde redacto, quoad dictam ſummam centum ſeptendecim coronatorum, duorum coronati trientum, nouem ſolidorum, & ſex denariorum Agulier ſatisfieri, reſiduum verò, apud mercatorem idoneum in gratiam coniugum, & ſecuritatem augmenti, ſi eius caſus eueniret, deponi deberet: ita tamen, ne vllum dictæ Bonne præiudicium fieret, ſi reſiduum illud ad ſolutionem augmenti ſufficiens non eſſet, quò minùs dicto caſu euenięte, cùm augmenti conſtitutio creditum Agulier præceſſerit executionem quoad illud, quod adhuc ratione augmenti illius ſoluendum reſtaret, in prædicta domo fieri rectè petere poſſet. 97 Quo nomine curia domum affectam, & hypothecæ ſuppoſitam declarauit dictæ Bonne, ſi Agulier illam retineret: ſin verò alij licitatori ea addiceretur, atque Agulier precium reciperet, eundem idoneam augmenti illius nomine cautionem præſtare iuſſit. Idque compenſatis expenſis appellationum & diplomatum, atque ex cauſa.

ADDITIONES.

90 Bart. *in l. omnes populi, de iuſt. & iur.* 91 Lucius placitor. *lib. 7. cap. 4.* 92 gl. *in l. fin. de iis, quæ à vir. mul. dant. in legib. Ripat.* 93 *Satyr. 6.* 94 gl. *libr. 3. conſt. Neap* 95 *lib. 2. tit. 29.* 96 Bart. *in l. cùm quidam, de legat. 2.* 97 *in c. donare, qual. olim feud. poter. alien.*

DECISIO LVII.

ARGVMENTVM.

Tholoſates multis priuilegiis gaudent, atque contra peregrinos Tholoſæ habitantes, Albinagij ius exerceri nequit.

SVMMARIA.

1 *Comitatus Tholoſanus regi per donationem acquiſitus, non tamen cum regno vnitus fuit, cùm Tholoſates ſemper iura, libertates & priuilegia ſua, atque peculiaria ſtatuta retinuerint.*

2 *Tholoſates quoad deciſiones litium nullo alio iure, quàm ſcripto, vtuntur; ſed quoad earum inſtructionem, præparationem & ordinem ordinationes regias illos obſeruare oportet.*

3 *Mulcta temeraria appellationis anteà arbitraria, iiſdem ordinationibus determinata fuit.*

4 *Albinagij ius in Occitania, atque in oppido Tholoſano locum non habet.*

5 *Extranei in Occitania pro regnicolis habentur, dummodo Chriſtianè viuant.*

1 CAPVT deciſionis † huius Tholoſatibus dedicaturi in eorundem fauorem, atque ad meliorem materiæ, quàm tractaturi ſumus explicationem, mutuabimur auctoritatē, laborem & ſtudium quorundam, qui de illa diſſeruerūt. Inter quos principem locum obtinet Guil. Benedict. *in repetitione ſua c. Raynutius.* 1 Primùm itaque illud eſt, quod quamuis comitatum Tholoſanum reges noſtri donationis titulo acceperint: tamen is regno non vnitus, ſed ſpecialiter ſine acceſſione regibus acquiſitus fuerit, adeò vt idem, qui rex eſt, etiam comes Tholoſanus eſſe, & comitis nomen peculiariter habere ac gerere, atque comitatus, res diuerſa manere, neque vnquam cum regno confundi deberet, in præiudicium & extinctionem iurium, libertatum & priuilegiorum, quæ Tholoſates ſemper vnà cum ſtatutis ſuis retinuerunt. Inter quæ priuilegia maximè eminet, quòd tempore prædictæ acquiſitionis conceſſum iis fuit, ne vlla obſtringerentur generali regni cōſuetudine, ſed iure Romauornm, quod † ius ſcriptū ap-
2 pellatur, in deciſione litium vti poſſent, licet quoad earundem inſtructionem, præparationem & ordinem ſequi & obſeruare teneantur ordinationes regias concernentes, tam abbreuiationes litium, quàm formam remediorum & prouiſionum neceſſariarum, quæ pro conſequenda iuſtitia tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio impetrari poſſunt. 2 Qua occaſione etiam rex non peculiari & proprio comitatus, ſed ordinario ſuo ſigillo vti, & nomine ac auctoritate regia, non verò tanquam comes iubere, & de rebus omnibus diſponere ſolet: non quòd aliàs prædicta eorum priuilegia abolere, aut in eorum præiudicium quid agere velit, quibus ſemper Tholoſates gauiſi fuerunt, atque adhuc citra vllum impedimentum gaudent, præſertim quoad vſum iuris ſcripti, cum tota prouincia, atque eius reſortitio, quemadmodum alibi diximus, nomen patriç iuridicialis, ſeu iuris ſcripti acceperit. Quod verò aliud ius & priuilegium attinet, quod nonnulli adiicere voluerunt, nempè appellantes ad prouinciæ illius ſupremam ſeu Tholoſanam noſtram curiam, ſi victi fuerint, in mulctam quàm † aliæ regni prouinciæ 3
propriis moribus vtentes temerè appellantibus dictare ſolent, condemnari non poſſe (niſi forrè ab executione arreſti prouocatum fuerit, quo caſu friuolè appellantes in mulctam triginta librarum ſaltem condemnari poterant, ita tamen vt curiæ ex iuſta cauſa eandem pœnam remittere aut mitigare licitum eſſet) quāuis eo incolæ prouinciæ illius per aliquod tempus vſi fuerint: tamen poſtea ordinationes regum noſtrorum in contrarium interuenerunt, 3 ſicque aliter rei huic proſpicientes indiſtinctè temerariæ appellationi certam pœnam, quæ anteà arbitraria erat pro modo culpæ 4 conſtituerunt. Quæ ordinationes ipſas etiam prouincias iuris ſcripti concernunt, atque exactè obſeruatæ fuerunt, donec tempore nouiſſimo ob bellorum ciuilium calamitatem multùm de iis, non ſolùm quoad prædictas mulctas temerariarum appellationum in omnibus indiſtinctè cauſis, in quib' eæ interuenire poterant, ſed etiā quoad ipſas expenſas, quæ aliàs

ADDITIONES.

1 *in c. Raynutius, ſuper verb. & vxore nomine Adelaſiam, n* 481.494. *& ſeq.* 2 Bar. *in l ſi conuenit, § ſi nuda, de pign. act.* 3 Frāciſci I. *art.* 115 117. 118. 128. 4 ex ordinatione Philippi in ſtylo parlam. referente Rebuffo *in commentar. ad dict. ordinat.*

aliàs de iure communi adiudicari poſſent, relaxaretur; quemadmodum alibi attigimus. Aliud quoque & notabile admo-
4 dum ius † ac priuilegium Tholoſates habent, nempe quod omnes peregrini, qui Tholoſæ habitant, & Chriſtianè ac Catholicè viuunt ex ſingulari Dei gratia ad oppidum illud vocati cenſeantur, & propterea de bonis ſuis liberè & in fauorem cuiuslibet, licèt planè ignoti, diſponere poſſint, neque hoc facere impediantur ob ius Albinagij aliàs in Francia receptum, quod in Occitania, & propterea etiam Tholoſæ locum nõ habet. In cuius rei maiorem fidem Tholoſates diplomata regia habent, quæ in eorum archiuis & publica vrbis æde aſſeruantur, quibus Ludouicus XI. ius illud plenè confirmauit. Atque hæc regia diplomata 16. Auguſti, anno 1476. publicè in ſuprema curia Tholoſana recitata, & denuò à Carolo VIII. confirmata fuerunt. Alio item diplomate 16. Auguſti, anno 1484. recitato, tanquã edicto perpetuo & irreuocabili, declaratum fuit, quod dictum ius Albinagij, ne-
5 que Tholoſæ, neque in aliis † Occitaniç locis obtineret, atque quod omnes foreſes & peregrini, qui Tholoſæ atque in aliis Occitaniæ oppidis & locis habitant, pro liberrima ſua voluntate & placito tã inter viuos, quàm mortis cauſa diſponere ac ordinare poſſent de bonis ſuis, perinde ac ſi in ipſo regno nati & veri regnicolæ eſſent, adeò vt iis ius Albinagij à regiis officialibus minimè obiici queat, ſed ab eodem illi exẽpti & immunes eſſe debeant, etiamſi nullas habeãt literas naturalitatis, quibus aliàs peregrini, & extra regnũ nati in numerum indigenarum ac verorũ & naturaliũ Francorũ referri ſolent. Atque ſic arreſto curiæ noſtræ iudicatum fuit tempore nouiſſimo pro quodam Guiraudet contra procuratorem regis generalem ad relationẽ defuncti Dn. Meynial in ſecunda claſſe inquiſitionum menſe Decemb. anno 1580. Quod arreſtũ præceſſerunt & ſecuta fuerunt, etiam alia præiudicia eiuſdem curiæ cõformia, quibus item tales peregrini habiles declarati fuerunt, quod officia & beneficia obtinere poſſent, tanquam rem dependẽtem ab eo, quod omnes peregrini, qui Chriſtianè viuunt, in dicto loco pro regnicolis habentur. Quibus conſequẽs eſt, quod tale priuilegium ad Iudæos haud pertineat, ſed quod quoad eos, tanquam Chriſtianiſmo aduerſos, etiam Tholoſæ aut in aliis Occitaniæ locis degentes ius Albinagij rectè exerceatur, ſicque rex iis ex aſſe ſuccedat, licèt ij liberos in regno natos reliquerint, eò, quòd extra commercium & ſocietatem Chriſtianorum ſint, quemadmodum quidam ex recentioribus optimè notarunt. 5 Multa etiam ea de re præiudicia dictæ curiæ Tholoſanæ extant, quæ ex antiquioribus eiuſdẽ Dominis Senatoribus intelleximus prolata fuiſſe contra quoſdam Iudæos, qui Auennione in vicinos Occitaniæ tractus venerant, atque ibi acquiſitis nonnullis deceſſerant. Pronunciatum enim fuit iis liberos quos reliquerant minimè, ſed regium fiſcum Albinagij iure in bonis in Occitania relictis ex aſſe ſuccedere debere: haud obſtante eo, quod conſules & incolæ oppidi Auennionenſis prætenderẽt quibuſdam priuilegiis à regibus Francorum conceſſis, atque in primis diplomate Ludouici XII. VIII. Maij, anno 1479. ſe declaratos naturales regnicolas, ſibique permiſſum fuiſſe, vt tenere & poſſidere poſſent in Frãcia omnia bona tam mobilia, quàm immobilia, iura, nomina & actiones, atque de iis diſponere, tenere item officia, beneficia, dignitates, atque frui & gaudere omnibus priuilegiis, iuribus, exemptionibus, immunitatibus & libertatibus, quibus fruuntur ac gaudent ipſimet originarij ciues regni, quemadmodum refert & teſtatur Dn. Bacquet in tractatu ſuo *de iure Albinagij*, 6 qui nihil omiſit, quod ad materiæ huius plenam explicationem facere poſſit, apud quem plura huc ſpectantia videri queunt.

ADDITIONES.

5 Guil Bened. *in loco ſupr. alleg.* & poſt eum Papon *6. lib. 3. tom.* notar. vbi agit de literis naturalitatis: *6 part 1. c. 7. circa fin.*

DECISIO LVIII.

ARGVMENTVM.

Rex Franciç nullam Occitaniæ ſine eiuſdem prouinciæ ordinum conſenſu collectam imponit.

SVMMARIA.

1 *Tres conditiones per formam contractus inter regem & ordines Occitania, cum ea prouincia Frãcia vniretur, conuẽta.*
2 *Quam ob cauſam conuentus ordinum in Occitania indicantur, & quomodo?*
3 *Ipſamet prouincia dominis ſenatoribus &*

miniſtris ſupremæ curiæ Tholoſanæ ſalaria de vectigali ſalinis ex conſenſu regis impoſito ſoluit.

4 *Prouincia Narbonenſis olim Gallia togata dicebatur, & quare?*

5 *Incolæ Occitaniæ regibus Franciæ tam fideles ſe præſtiterunt, vt ipſis antiquis Romanis haud cedere viderentur.*

6 *Inſula des Thuniſſiens, quæ Tholoſæ eſt.*

1 MATERIAM deciſionis † præcedentis vlterius etiam in hac in fauorem Tholoſatum continuabimus, atque hîc ſubiiciemus, 1 quod per vnionem Occitaniæ cum Francia factam, cuius tituli in archiuis ordinum Occitaniæ habentur, inter regem & prouinciæ ordines in forma contractus de tribus rebus admodum notabilibus conuenerit, quarum prima eſt, vt prouinciæ illius incolæ ius ſcriptum vſurparent; quemadmodum ſupra dictum eſt. Idque conuenire videtur ei, quod alibi Iuriſconſultus Paulus dixit. *Lugdunenſes*, inquit, *Galli, item Viennenſes & Narbonenſes iuris Italici ſunt.* 2 Altera verò eſt, quòd nullus gubernator ſeu vicarius generalis dictæ prouinciæ à rege, qui ſuam in ea perſonam repræſentaret, præfici deberet, quam aliùs è regio ſanguine natus princeps & proximus regni heres. Hocque per aliquod tempus ita obſeruatum fuit, ſed poſtea in vſu eſſe propterea deſiit, quod tredecim diſtinctæ in Francia gubernationes ſint, atque vix totidem è regio ſanguine nati principes reperiantur, vt cuilibet prouinciæ talis princeps præfici queat, ſed ipſamet neceſſitas poſtulet loco principum è regio ortorum ſanguine, qui hodie admodum rarí ſunt, alios experientia, fidelitate & præclara honeſti nominis fama præſtantes ſeligi. Tertia eſt. quod rex nullas collectas, nulláque ſubſidia, qualiacunque etiam eſſent; prouinciæ illi, ſeu Occitaniæ ſine expreſſo conſenſu trium eiuſdem ordinum imponere poſſet. Quod etiam adhuc obſeruatur, cùm rex quolibet anno commiſſarios cum diplomate ſuo mittere ſoleat, vt ij conuocatis certo die & loco prouinciæ ordinibus negotia regis & ſtatum, in quo illa ſunt, neceſſitatémque ſubſidij ſignificent, ſimúlque ab iis poſtulent, vt regi ſummam, quam petit, conferant. Qui ordines reſpondere conſueuerunt, quod non ſecundum proportionem maximæ & deuotæ affectionis, qua regi obedientiam præſtare ſtudeant, ſed iuxtà facultates ſuas earundémque menſuram ac proportionem, quæ non adeò magnæ ſint; & quas ſemper in ſeruitium regis impendere velint, ei ſummam, quam commiſſariis exprimunt, promptè offerant, & quidem pro ea ſaltem vice, atque ne ad conſequentiam trahatur, vtque nihilominus regia maieſtas obſeruare teneatur priuilegia & conditiones appoſitas in vnione. Atque ſic oblatum ſub talibus conditionibus ſubſidium à rege eiúſque commiſſariis acceptari, eáque acceptatione & obſeruãtia immunitatum ac libertatum ſuarum ordines Occitaniæ contenti eſſe, maximámque erga reges deuotionem & affectionem gerere ſolent, optimè ſcientes, quod maior pars reliquarum prouinciarum ſeruiliter tractetur, & citra aliud myſterium ſola ac ſimplici iuſſione ad collectas cogatur. Ex quibus etiam colligi poteſt † quemnam ad finem, & quomodo ordines Occitaniæ conuentus celebrare, quidque ex auctoritate ac poteſtate ſua facere queant, & quod procul illud abſit ab eo, quod quidam tempore nouiſſimo ſub prætextu bellorum ciuilium propria auctoritate ſua moliti fuerunt, nempe dum conuentus ordinum indicerent quoad certas perſonas, quæ planè ab iis dependebant, iiſque in locis, vbi omnia pro lubitu iubere poterant, atque in eiuſmodi conuentibus, vt rem ſuam priuatam auctiorem reddere poſſent, miſeræ plebis veluti quintam eſſentiam ſanguinis, atque medullæ oſſium ſine vlla commiſeratione & gratia extraherent & exhaurirent: vtque omne calamitatis & miſeriæ genus plebi pararetur, eandem omni protectione priuarent, tantam introducentes ἀταξίαν, vt ima ſupremis miſcerentur, ipſique abſolutam poteſtatem vſurparent, atque non ſolùm ſupremæ curiæ, ſed etiam regiæ maieſtatis ſacram auctoritatem contemnerent. At tandem exitus eos docuit, quod fruſtra & ſummo cum ſuo dedecore, extremáque confuſione inſtar gigantum oppugnare cœlum auſi fuerint. In ordinem itaque redacti ſeipſos noſcere diſcant, reddántque Deo, quod Dei eſt; Cæſari, quod Cæſaris eſt, ac curiæ, quod eidem debetur. Quod ſi fecerint, illud feciſſe dicentur, quòd ſibi incumbit, neque amplius ruinam parare vtilitati Reip. & poteſtatibus ſuperioribus à 2

ADDITIONES.

1 Quæ deprompta ſunt ex Dn. Guilhelmo Benedicto *in loco ſuperius alleg.* 2 *in l. final. de cenſibus.*

bus à Deo conſtitutis, quæ gladium non fruſtra gerere dicuntur, ſed vt vel earundem metu honeſtè viuatur, nemo lædatur & ſuum cuique tribuatur; atque ſic prædicti crepidam non exceſſiſſe, ſed eius formam iuſtam & pedis quantitati exactè conuenientem conſtituiſſe videbuntur.
3 Cæterum, vt ad priorem † noſtram diſſertationem redeamus in fauorem Tholoſatum etiam hoc non omittemus, quod mutua quædam & reciproca inter maieſtatem regiam & oppidum totámque patriam Tholoſanam ſit obligatio, cuius nexus eam arctus eſt, vt rex ſub prędictis conditionibus tributum & ſubſidium accipiens prompto animo, & æqua parique affectione patriæ non ceſſet cõferre beneficium, ſicque mutuo amore rex ipſe & patria coniugio iuncti ſe expoliét, ſcilicet patria in ſubſidiis & Chriſtianiſſimi Reges in beneficiis ac munificentia regia conferendis. Vnde etiam eſt, quod quamuis regia maieſtas iis, qui in dicta prouincia publicis officiis funguntur atque iuſtitiam adminiſtrant, ſalaria de proprio ſuo domanio præſtare teneatur: 3 tamen eadem ipſamet patria ſeu prouincia dominis ſenatoribus & miniſtris curiæ exoluat, & quidem de vectigali, quod regis conſenſu ſalinis eiuſdem prouinciæ impoſitum fuit, de quo illa ſolui conſueuerunt à quodam quæſtore peculiariter à rege ad id deſtinato. Sanè poſt belli ciuilis nouiſſimi calamitatem quidam ex vno, & alij ex altero latere inſtar Harpyiarum meliorem & maiorem partem in propriam ſuam vtilitatem, & priuatum commodum pro libitu conuerterunt, cùm hęc prouincia aliàs oppreſſa, vt amplius reſiſtere non poſſet, cedere vi cogeretur, qua contra eam, illi penes, quos rerum ſumma erat, abutebantur. Alias verò dictæ prouinciæ ordines ſuperioribus temporibus ſemper teſtati fuerunt, quàm obedientes & quàm propenſo animo affecti erga reges eſſent, vt ij non immeritò commoti fuerint, quo leniter & liberè, quemadmodum dictum eſt, tractarent ac gubernarent dictam patriam & prouinciam Narbonenſem, quæ
4 † antea Gallia togata dicta fuit, id eſt, confœderata cũ Romanis, atque iure ſcripto vtens, veluti etiã eo adhuc vtitur vigore conditionum dictæ vnionis. Togæ enim vſus ſignum erat ciuitatis Romanę. Ad prædictorum item confirmationé referri poterit illud, quod Gaguinus in hiſtoria ſua ſcriptum reliquit. 4 Idque ta-
5 le eſt: Cùm rex † Ioannes Pictauio captus, indéque in Angliam abductus fuiſſet, eiuſdem filius Carolus V. qui poſtea rex & ſapiés dictus fuit, cõuentum ordinum Luteriæ indixit, vt de captiui regis, patris ſui, redemptione deliberaretur, & pro cõſequendo λύτρω collecta imponeretur. Ordines Franciæ nihil cõferre voluerunt, cùm econtra per deputatos ſuos ordines Occitaniæ ſponte perſonas & bona ſua offerrét. Qui ſanè actus perpetua memoria & ſucceſſorum regum compenſatione dignus eſt. Imò ſtatim (veluti ex allegata hiſtoria conſtat) ac Occitaniæ ordines de regis captiuitate intelligerét, Tholoſæ & Narbonæ conuenientes publicum propterea luctum indixerũt, ſeuerè prohibétes, ne tam viri quã mulieres auro, argento, & precioſis gemmis exornatas, vel etiam alio quàm atro colore tinctas veſtes gererent, donec rex è captiuitate reduceretur. Sponte item non ſolum ſe, ſed etiam omnia bona ſua, eorundémque vxores ornamenta & iocalia ſua ad captiui redemptionem obtulerunt, hãncq; oblationem ſuam per comitem d'Armaignac Carolo regis filio, tum temporis Franciæ gubernatori maturè ſignificarũt.

Quod facientes ordines Occitaniæ (quos cum Valerio magno 5 appellare poſſumus totã patrię ciuitatem) ſatis demonſtrarunt, ſe neutiquam hac in re cedere velle antiquis Romanis, qui tempore ſecundi Punici belli omnia Reipublicæ eſurienti, immò mulieres propria ornamenta ſponte itidem obtulerũt. Haud tamen ignoramus; quòd quidam, qui non tanta patriam noſtram affectione proſequuntur, ſed potiùs quadam erga eam æmulatione, ſeu potiùs inuidia ardent, obiicere poſſint; illud tempore ſuperiori factum fuiſſe, cùm maiores noſtri viri integerrimi, viuerent, qui optimè merebantur, vt à regij ſanguinis & præcipui nominis principibus regerentur; ſed poſtea degeneres & nequiores eorum poſteros ſatis oſtendiſſe, quòd tam rebelles eſſent; & tanto ſtudio regi, ac ſupremæ ab eo ſtabilitæ curiæ (quam ex ipſa vrbe eiecerant) contumaciam ſuam declarare voluerint; quanto laudati prædeceſſores promptam ſuam obedientiam & deuotam ac iugem affectionem probare laborarint, eo præſertim tempore, quo tanta curia noſtra fama celebraretur, ipſóſque hoſtes

ADDITIONES.

3 plenè per Lucam de Penna *in l. omnes, C. de erogat. milit. annon. lib. 12.* 4 *libr. 9. cap. 1.* 5 *libr. 5. tit. de pietat. erga patr.*

hoſtes Franciæ & religionis noſtræ fateri oporteret, ſupereſſe in ea adhuc quædam veſtigia antiquæ & exactæ illius iuſtitiæ, quæ ab omnibus adeo extollitur, & plurimum commendatur. 6 Verum ad hæc breuiter colophonis loco reſpondebimus, quod in funeſto ac fatali illo rerum ſtatu, caligine etiam acutiſſimè videntium oculi obducti fuerint, atque inter confuſionem & combuſtionem, ruinámque rerum humanarum, & diuinarum prophanationem, ac ſacrilegium dilectio & charitas nullum locum reperire potuerint, etiam apud tertij ordinis homines, ipſóſque togatos, vtpote qui metu ac neceſſitate huc illuc mutati 7 faciles occupantibus & meliorum incurioſi (expectantes pro clementi Dei voluntate depulſis nubibus & tempeſtate tempus ſerenius) adeò ſe ſubmitterent, vt titillarentur quidem, ſed non riderent, ſicq; quoad eos Græcum illud θυνίζειν, quod Latini thuniſſare appellitant, ageretur. A quo verbo nomen ſuum accepiſſe videtur in-
6 ſula † des Thuniſſiens, quæ Tholoſæ eſt, cuius campanæ, quiq; eas pulſarunt in vicini fluuij profundo ſubmergi poſſent. & nihilominus Catholica noſtra religio ſine tali pulſatione ſub auctoritate Regis Chriſtianiſſimi & curiæ maximè ſalua ac illæſa maneret. 8

ADDITIONES.

6 Valer. *in loco ſuperius alleg.* 7 Tacitus 1. *hiſtor.* 8 Idem 2. *hiſtor.*

DECISIO LIX.

ARGVMENTVM.

Refectio publicarum viarum ad proximos vicinos ſpectat.

SVMMARIA.

1 *Refectio viarum publicarum cuinã incumbat, an proximo vicino, & quomodo?*

2 *Modi, qui ad hanc rem in Francia vſurpantur.*

3 *Priuatus viam non habens, quæ ad fundum ſuum eat, cogere poteſt vicinum ſuum, vt ſibi pecuniam danti aut aliàs de damno inde exiſtente ſatisfacienti viam concedat.*

4 *Arreſta ea de re à ſuprema curia Tholoſana & Burdegalenſi prolata.*

5 *Dicta curia Tholoſana ea ratione ſeruitutem fundo impoſuit, quoad fundos vicinos, exiguam tamen & talem, qualis iure requirebatur.*

6 *Arreſtum eiuſdem curiæ Tholoſanæ prædicto ſimile.*

SVPER eo, quod Iuriſconſultus † *quodam in loco* reſpondit 1 via publica, vel fluminis impetu, vel ruina amiſſa vicinum 1
proximum viam præſtare debere: dubitatum fuit, vtrum eo nomine pecunia danda, & de damno inde exiſtente ſatisfaciendum eſſet, quemadmodum Accurſium hoc intellexiſſe videtur, (licet idem obſeruari contrarium dicat) an verò vicinus etiam nulla accepta pecunia, & ſine damni ſatisfactione ad hoc cogi poſſet? Quod poſterius magis iuſtum eſſe, atque dictus vſus ſeu obſeruantia euidenti ratione haud carere videtur.

Quamuis enim in certis quibuſdam caſibus iuris ob publicam vtilitatem rei propriæ dominio quidem quem priuari ſed haud aliter poſſe communi calculo concludatur, 2 quam facta debita compenſatione id eſt, præſtita rei, quæ auferetur, æſtimatione, 3 ſi magiſtratus aut curatores Reipublicæ ita faciendum cenſuerint, latitudine futuræ viæ deſignata, quemadmodum, recentiores noſtri exiſtimarunt 4 attamen cùm refectio viarum publicarum & regiarum etiam in Francia noſtra, proximis vicinis, ſeu qui prope illas habitãt, ac prædia ſeu fundos, poſſident, incumbat, iíque regulariter ac ordinariè ad hoc cogantur, & condemnentur à iudicibus, quorum ea de re notio eſt, & quo vſque ſe cuiuslibet vicini fundus extendit, (quod alibi dicitur 5 in viis publicis ſecundum proprias domos) eóſque minimè in mora eſſe, ſed commodam peregrinantibus & iter facientibus viam parare oporteat: ideò neceſſe & æquum eſt, vt propriis ſumptibus hoc faciant, adeo vt quicunque mercede habitant, ſi non conſtruat dominus, ipſi conſtruentes computare poſſint diſpendium in mercedem 6 atq; ſi ea ratione dam

ADDITIONES.

1 *l. ſi locus, §. fin. quemad. ſeruit. amitt.* Accurſ. *in l. per agrum. Cod. de ſeruit. & aqu.* gloſſ. *in c. omnes, diſt. 1.* 2 *l. item ſi verberatum, in pr. de rei. vind. l. Lucius, de euiction.* 3 *l. venditor, § ſi conſtat, comm. præd. l. 2.* vbi Bald. *Cod. quib. ex cauſ. ſeru. pro præm. libert. accip.* Bartolus & alij *in l. fin. §. fin. de pignor. act.* Canoniſtæ *in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut.* 4 Corraſ. *in rubr. ff. de ſeruit. n.* 86. 87. 5 *in l. 1. §. conſtruat, de via publ.* 6 *d. l. 1. § quicunque.*

damnum faciant illud ſibi ipſis ac negli-
gentiæ & culpæ ſuæ imputare debent,
cùm non fecerint id, quod facere tene-
2 bantur. 7 Idq; ita obſeruari † & publi-
co vſu receptum eſſe videre poſſumus,
cùm peregrinantes & iter facientes ſine
iudicis aut alia publica auctoritate, ſi li-
berum & commodum tranſitum per vias
publicas impetu fluminis aut aliter cor-
ruptas habere non poſſint, per agros &
fundos proximorum vicinorum ire ac
redire ſoleant, quemadmodum antea in
viis publicis faciebant, donec eas vicini
inſtaurent ac reficiant, vt denuo ad iter in
iis faciendum aptæ ac idoneæ ſint. Nec
vicini per agros ac fundos ſuos prædicto
modo euntes impedire neque iis contra-
dicere poſſunt.

Imò occaſionem hoc ipſis præbet, vt
aut matura refectione à tali onere ſe li-
berent, aut ſi commodius & minori cum
damno hoc fieri poſſe videatur, corruptã
viæ partem in ſuo ſtatu relinquant, eiuſq;
loco tantum de agro ſeu fundo ſuo, quã-
tum adiacens viæ pars æquat, eadem lon-
gitudine & latitudine concedant. Quod
facientes tutum iter præſtare, viámq; pu-
blicam extra periculum conſtituere di-
cuntur, quemadmodum ad hoc obſtricti
ſunt & tenentur. In conſequentiam item
prædictorum plures & diuerſæ opiniones
quoad hoc dubium exiſtunt, nempe v-
3 trum priuatus † fundum quempiam ha-
bens, ad quem pro eiuſdem cultura ire
nequit, cogere queat vicinum ſuum vt ſi-
bi pecuniam ſoluenti aut alias de damno
inde exiſtente ſatisfacienti tantum viæ
concedat, quantum ſufficere videatur, vt
fundo vtiliter vti poſſit, qui alias inutilis
futurus erat; cùm ad eum nulla alia ratio-
ne ire, neque etiam alis deſtitutus volare
poſſet.

De qua quæſtione amplè & copiosè
pro more ſuo Dn. Boërius diſſerit, 8 ex
quo Papon. 9 ſupremæ curiæ † Burdega-
4 lenſis arreſtum, quod allegat, depromſit,
quo approbatam fuiſſe dicit ſaniorem &
magis communem opinionem, qua vici-
num ad hoc cogi poſſe traditur, dummo-
do ei compenſatio detur, ob rationes &
auctoritates, quas *allegato loco* Dn. Boë-
rius adducit, 10 eo præſertim caſu, quo
aliter via haberi non poteſt. Secus enim
eſſet, ſi alia via, quamuis remotior & cum
maiori tædio daretur. Atque hoc illud
ipſum eſt, quod Ferronus *in commentariis
ſuis ad conſuetudines Burdegalenſes* 11 di-
cere voluit, dum teſtatur reponſum fuiſſe
cogi poſſe vicinum ad viam conſtituendã
vicino, ſi precibus nolit, ad certè æqua
mercede conſtituta, ſi alio loco via careat.
12 Ob principale tamen fundamentum
eiuſdem domini Ferroni deſumptum à
bona fide, quæ inter ruſticos emphyteu-
tas ſimpliciter & ſyncerè vigere debet;
cùm ſancta ruſticitas omnia palam ha-
beat, aut habere debeat, vtque ea eo ma-
gis inter vicinos ruſticos firmaretur, at-
que ij amicius ſe inuicẽ ſalutare poſſent,
dicta curia Tholoſana arreſto ſuo IX. Au-
guſti ANNO M. D. LXIV. pro Antho-
nio Caminade incola de Villeneufue cõ-
tra eiuſdem quendam vicinum iudica-
uit, eum teneri permittere, vt per eiuſ-
dem agrum vicinus pro cultura & frui-
tione agrorum ſeu fundorum ſuorum
vicinorum & adiacentium iret, dummo-
do is damnum reſarciret, quod ob viæ il-
lius vſum agro quando conſitus eſſet, da-
ret, non verò aliter. Quo ipſo curia præ-
iudicans damnum & intereſſe prędictum
aut aliud eiuſmodi in facto, quemadmo-
dum ferè omne aliud conſiſtere, modera-
ta fuit condemnationem pro qualitate
perſonarum, 13 locorum & temporum,
prout religio ſuggeſſit. 14 Quando e-
nim fructus collecti fuerunt, ruſticis vici-
nis ire ac redire veluti vicinitatis iure, &
quamuis alibi remotior via ſit, tamen lu-
crandi temporis gratia compendium
viæ quærere licet.

Vnde etiam fieri ſolet in pagis, præſer-
tim de Rouergues & de Quercy vt eo tẽ-
pore clauſtra & ſepta illa, quæ pendenti-
bus fructibus admota fuerant, remouean-
tur vel itineris habendi ergo aperian-
tur. 15 Cùm itaque prædictum intereſ-
ſe, & eiuſmodi damna modò maiòra, mo-
dò minora, & interdum planè nulla ſint,
ideò nulla iuris definitione compre-
hendi.

ADDITIONES.

7 *l damnum*, juncta *l. qui non facit, de R. I.* 8 *quaſt.* 322. 9 *arreſt.* 3. *tit. des ſeruitudes.* 10 ex *l.* 2. *verſ. iuſta ergo ratione. Cod. de agricol. & cenſit.* & ex Maluerio *in tit. de ſeruitut. § item ſi quis petat viam.* 11 *tit. de feud. §* 3. *in fin.* 12 ex *l ſi quis ſepulchrum, de religioſ. & ſumpt. funer. l. binas, de ſeruit. vrb. præd.* Ludouici de Penna *in l.* 2. *Cod. de bon. vacant. l. ſi mercedem, § eum fundum, de act. empt.* 13 *l. quod cuiuſq; de R. I.* 14 *l. Pomponius, in fin. de negot. geſt.* 15 *l. eum quem temere; §. fin. de iud.*

condemnatus produxit, de minima perceptorum & ablatorum fructuum quantitate deponere ſoleant. Hinc ergo quæritur quamnam quantitatem ſeu valorem iudex ſpectare & ſequi debeat? Nonnulli exiſtimarunt, eum minimam ſummam ſequi teneri, vtpote in quam omnes teſtes conuenerint. 2 Sic enim de iudicibus & arbitris, qui in diuerſas ſummas condemnarunt, reſponſum eſt. 3 Argumentum autem à iudice ad teſtes optimè procedit. 4 Deinde alibi deciditur maiori parti minorem ineſſe 5 veluti ſemiſſi quadrantem 6 idque ex proprietate ſermonis per doctrinam communem noſtrorum interpretum. 7 Quod alij concedunt procedere & locum habere in toto, vt appellitant, numerali, quod ex partibus numeralibus conſtat, vt decem totum eſt, conſtans ex vno, duobus, & reliqua numerorum collectione; & conſequenter in parte numerali, quæ ad numerum pertineat, item & in quotitatiua, veluti tertia, quarta, aut alia parte rei pro indiuiſo, 8 quæ ſexcunx, triens, quadrans, ſemis, quota pars aſſis dicitur. 9 Haud verò eandem regulam ij, iuxta communem reſolutionem DD. militare arbitrantur in depoſitionibus teſtium, 10 vtpote qui eiuſmodi in caſu pro ſingularibus habentur, & propterea de nulla ſumma concludunt aut probant: cùm haud conueniat tales teſtium depoſitiones tanquam diuerſas vllo modo conciliare, quæ ipſæ ſibi inuicem planè aduerſantur.

Atque hoc probare conantur ex eo, quod Plinius *in Epiſtolis ſuis* tradidit, 11 & *quodam in loco* Accurſius docuit, 12 Quare concludunt ſpectandum eſſe valorem (per quem eos intelligere putamus fructuum quātitatem, iuxta quam ex publicis libris valor facilè haberi poteſt, quemadmodum ipſimet etiam in ſuis diſſertationibus 13 teſtantur) qui per maximam partem teſtium æſtimatus & probatus fuerit. Idque ſuprema curia Tholoſana interdum recepit, approbauit & præiudiciis ſuis confirmauit, 14 omnibus teſtibus eiuſdem dignitatis & exiſtimationis exiſtentibus, cum hiſque concurrente negotij qualitate ac iudicum motu, ita vt ex ſententia Iuriſconſulti ſequenda ſint omnia teſtimonia. 15 Quando enim ex neutra parte quoad teſtes reſpectiuè productos & auditos, aliquid præualet, tum eorum numerus attenditur, atque non minus in hoc, quàm in aliis caſibus ſimilibus is obtinet, pro quo plures teſtes depoſuerunt. 16 Si verò ex vtraque parte teſtium numerus par & æqualis ſit, omnibus vndique in vnam æqualitatem concurrentibus humanior ſententia à prætore eligenda eſt; quam nonnulli in caſu prædicto de media † accipiunt, eámq; curia noſtra in e-
iuſmodi liquidationibus communiter ſe- 2
qui conſueuit, licet quædam diſſimilitudo æqualitatis & inæqualitas numeri teſtium productorum nonnunquam interueniat, præſertim ſi ex quibuſdam productis actibus locationum conductionum & aliis ſimilibus ea de re veroſimiliter appareat: atque interdum etiam minimam, quam ſacrum conſilium regium Neapolitanum ſequi ſolere Matthæus de Afflictis refert, 17 qui etiam ad hoc auctoritates & rationes allegat.

Vltra quas rationes ad illud, quo à quibuſdam præſupponitur quoad depoſitiones teſtium minorem ſummam in maiori non ineſſe; reſponderi poteſt id quidem procedere & verum eſſe quoad ea potiſſimum exempla, quæ à dictis DD. pro confirmatione † reſtrictionis illius
communiter allegantur, ſed regulam in 3
contrarium eſſe. Maior enim ſumma à minori quidem diſcrepat & diuerſa eſt, ſed non ita, quin iuxta commune interpretum

ADDITIONES.

2 *argum l. inter, de re iud.* 3 *l. diem proferre, § ſi plures, de recept. arbitr. l. cum in teſtamento, de V. S.* 4 *l. lege Iunia Patronia, de manum.* 5 *l. qui concubinam, §. 1. de legat.* 3. 6 *l. quoties, §. ſed ſi maiorem, de her. inſtitut. l. qui quartam, de legat.* 1. 7 Aretinus & alij *in l. 1. §. ſi ſtipulanti, de verb. oblig. & in l. 3. §. ſi pluſquam, de ſtatuliber.* 8 Ioann. Corat. *in l. 3. num* 13. *& ſequ. de ſeruit.* 9 *l. ſeruum, §. fin. de her. inſtitu. §. hereditas, Inſt. eodem.* 10 Ioann. Andr. & Anchoran. *in cap. 1. de teſtib. libr. 6.* Archidiaconus *in cap. nihilominus, quæſt.* 9. 11 *c. bona, 1. de elect. cap. licet cauſam, de teſtib.* Imola *in l. inter pares de re iud.* moderniores *in l. 1 §. ſi ſtipulanti, de V. O.* 12 *libr.* 8. *Epiſt.* 14. 13 *in l. inter, de re iud.* 14 Charondas *libr.* 4. *reſponſ. cap.* 61. 15 *in l. ob carmen, §. fin. de teſtib.* 16 *l. maiorem, de pact.* 17 Matth. de Afflict. *dec.* 240. Carol Ruinus *conſ.* 67. *lib.* 1. Bartolus *in l. cum furti, de in lit. iur.*

denotant. Vnde etiam eſt, quod dicere ſoleamus multas perſonas menſæ aſſediſſe, licet vltra octodecim & viginti non fuerint, & paucos homines concioni intereſſe, licet octuaginta aut centum ſint. Verùm ſiue parum & multum, magnum & paruum ad quantitatem referantur, ſiue ad relationem: tamen contraria non ſunt, cùm alias dicere oporteret duo contraria in eodem ſubiecto eſſe poſſe, quod planè abſurdum & impoſſibile eſt.

Haud enim eadem res ſimul calida & frigida, alba & nigra eodem tempore eſſe poteſt, cùm tamen nihil omnino prohibeat, quo minus vna eadémque res ſimul & eodem tempore magna & parua ſit. Sic enim infans dicitur magnus reſpectu minoris, idémque paruus habetur ratione eius, qui máior: vt ideò nulla abſoluta contrarietas ſit inter magnum & paruum, inter parum & multum, inter breue & longum, inter ſubitum & lentum; ſed ſaltem oppoſitio relatiua, quæ à quantitate non excluditur.

6 In prædictis igitur depoſitionibus † teſtium eadem planè oppoſitio locum habet, vt propterea contrariæ illæ haud dicendæ ſint, vtpote cùm contrarietas conſiſtat inter duo extrema procul remota ab eo, quod ſub eodem genere comprehenditur, in eodémque ſubiecto eſt. Ex quibus apparet depoſitiones illas haud adeò contrarias & ſingulares eſſe, quin rectè iungi & conciliari queant, iudicibúſque conceſſum ſit, teſtium fide diligenter examinata non vtique ad vnam probationis ſpeciem cognitionem ſtatim alligare, ſed ex ſententia animi æſtimare, quid aut credant aut parum probatum ſibi opinentur. 32 Idq; potiſſimum locum habet in ſupremis curiis Franciæ noſtræ & aliis, quæ ſuperiorem non recognoſcere dicuntur, quoad earum ſententias arreſta & decreta quorum intuitu omnes probationes à quibuſdam eximiis vtriuſque iuris interpretibus arbitrarias eſſe traditum fuit, atque ſuper iis iudicari poſſe ſecundum conſcientiam, 33 quam reſpicere veritatem quidam ex noſtris dixerunt. 34 Id verò crude & generaliter acceptum apoſtillator Gallicus ad Decium 35 approbare noluit, ſed ad eum caſum limitauit & reſtrinxit, ſi ad minimum iuſtitia naturalis concurrat. Quæ exceptio digna eſſet maiori & exactiori indagatione, vt certa & tuta eiuſdem reſolutio haberi poſſet. Quæ indagatio cũ ad alium locum pertineat, ad eundem illam reſeruamus, præſertim cùm digreſſio ab eo, de quo principaliter hic agendum erat, per ſe ſatis longa videatur. Quare omiſſa vlteriori iam digreſſione ad principale propoſitum redeamus.

ADDITIONES.

32 *l.* 3. *in princ.* iuncto §. *eiuſdem quoque in fin de teſtib.* 33 Bart. *in l.* 1. *in fin. C. vt quæ des. aduoc.* Baldus *in vſib. feudor. de noua forma fidel. in fin.* Iaſon *in l.* 2. *in fin. de in lit. iur.* plenè Decius *conſ.* 463. & Thomas Grammaticus *deciſ.* 92. *in fin.* 34 Baldus *in l. Cod. de fideicom. in* 4. *notab.* 35 *ad d. conſ.* 493.

DECISIO LXI.

ARGVMENTVM.

Superfluus numerus teſtium magis nocet, quàm prodeſt.

SVMMARIA.

1 *Nimius teſtium numerus veritatem magis obſcuram quàm claram reddit.*

2 *Ordinatione regis Ludouici ſancitum eſt, ne plures in qualibet cauſa quàm decem teſtes producantur.*

3 *E duobus litis conſortibus quilibet decem teſtes producere poteſt, ita tamen vt parti aduerſæ integrum ſit, itidem contra quemlibet eorum peculiares articulos proponere, atque ſuper iis teſtes examinari & audiri curare.*

CICERO *quodam in loco* † refert 1 iudicem quendam ſenem & ſeuerum, aſſeſſori ſuo, ſi poſt teſtes productos alij nominarentur, dicere ſolitum fuiſſe: aut teſtes, quos habemus, ſufficiunt, aut neſcio quid ſatis ſit. Quibus verbis, quemadmodum nobis videtur, ſignificare voluit ſuperfluum numerum teſtium potius veritatem obſcuram reddere, quam eidem lucem afferre. De tali enim numero idem aſſeri poterit, quod de multitudine ducum, & de turba medicorum Auguſti legitur; quarum illa Cariam perdidit, hæc verò prædicto Imperatori mortis horam celerius acceſſiuit. Eadem ſiquidem planè ratio- 1

ADDITIO.

1 *Libro* 2 *de finib.*

ratione multitudo teſtium veroſimiliter veritatem ſupplantat pro qua indaganda, tuenda, iuuanda & conſeruanda ſemper ad conſcientiam & integram fidem illorum recurri ſolet. Quod occaſionem præbuit ordinationi † defuncti regis
2 Ludouici XII. 2 approbatæ, receptæ & vſu praxíque confirmatæ in tota Francia, iuxta quam (in quacunque etiam materia illud ſit) ſuper vno eodémque facto in ſcriptis & additionibus partium comprehenſo non poſſunt produci neque examinari plures teſtes, quàm decem, adeo vt non ſolum teſtes, qui vltra prædictum numerum examinati fuerunt, reiiciantur, nulláque ab iis dictorum & depoſitorum ratio habeatur; ſed etiam commiſſarium, cui teſtium interrogatio mandata fuit, & qui contra ordinationem illam peccauit, mulcta in eadem expreſſa maneat. Eadem quoque ordinatione commiſſarij iubentur vt in examine teſtium articulos, qui eiuſdem facti mentionem faciunt, ſeu omnia libelli capitula in eiuſdem facti genus recidentia copulent & coniungant. Super qua ordinatione quæ alias quoad numerum teſtium & rejectionem ſuperfluorum exactè obſeruatur, in dicta curia Tholoſana aliquando difficultas extitit, cùm duo litis † conſortes ratione eiuſdem fun-
3 di, atque ex eadem & pari cauſa ſeu ex iure prædeceſſorum ſuorum, quibus ſucceſſerant agerent contra tertium quempiã & ſolum defenſorem ſeu reum, qui ea ratione vnicum ſaltem procuratorem habebat, cùm econtra aduerſariorum quilibet peculiari procuratore ſtiparetur. Cum enim poſt conſtitutum inter litigantes ſtatum controuerſiæ iuberetur, vt iij articulos ſuos, ſuper quibus teſtes examinandi eſſent, exhiberent, & teſtes nominarent, prædictorum actorum quilibet per procuratorem ſuum peculiares articulos exhibuit, teſtéſque nominauit. At defenſor ſeu reus ſupplici libello petiit, vt non ſigillatim, ſed coniunctim articulus proponere, & teſtes qui ſuper iis examinãdi eſſent, ſimul nominare iis iniungeretur. Cúmque nobis demandatum fuiſſet, vt litigantes ea de re audiremus; dictus defenſor ſeu reus hoc potiſſimum prætendebat, quod in præiudicium ſeu potius fraudem & illuſionem allegatæ ordinationis actorum quilibet decem teſtes producere & examinari ſicque in effectu viginti ſuper vno eodem facti genere audiri vellent: cùm tamen ſimul & coniunctim actores fuerint coram primo iudice, atque iam in ſecunda inſtantia appellationis, cùm cauſam curia retinuerit, coniunctim ſint appellati, & per conſequens vna ſaltem inquiſitio fieri, atque haud plures, quàm decem teſtes vigore ordinationis examinari debeant.

De quo incidenti cùm pro ſolito more curiæ à nobis referretur, quidam ex dominis cenſentibus ſupplicem illum defenſoris libellum admodum delicatum eſſe & ratione carere exiſtimabant, cùm extra ordinem fieri aliquid peteret, atque aduerſaretur ei, quo iuris communis vigore ordinatio illa ita acciperetur, vt, ſi duo litis conſortes ſint atque quilibet eorum idem facti genus in libelli ſui capitibus ſeu articulis deduxerit, quilibet etiam decem, atque ſic vterque viginti teſtes producere poſſet. Idque ita definitum & deciſum eſſe dicebatur arreſto ſupremæ curiæ Pariſienſis, quod Rebuffus allegat, & Anno M.CCC.LXXXVIII. atque ſic diu ante ordinationis illius promulgationem prolatum fuiſſe tradit. Quam ob cauſam ſemper exiſtimauimus, quod datum illud falſum erroneum, vel à typographis aut alias corruptum fuerit.

Reliqui item domini, & quidem antiquiores atteſtabantur, ſe nunquam vidiſſe aut intellexiſſe, quod curia dictam ordinationem aliter acceperit. Quare menſe Sept. Anno M.D.LXXXII. in cauſa des Golozes contra Coſte à dicta claſſe ſecunda cùm prius claſſis ſeu Cameræ maioris conſilium requiſitum fuiſſet, arreſto curiæ pronunciatum fuit, quod nulla habita ratione libelli illius ſupplicis cuilibet actorum permiſſum eſſet peculiarem inquiſitionem fieri curare, ſiue ſuper exhibitis articulis decem peculiares teſtes nominare & producere, atque econtra defenſori ſeu reo liceret articulos ſuos contrarios tam cõtra vnum, quã alterum peculiariter proponere, eoſdémq; probare & demonſtrare. Quo ipſo curia præiudicauit reo denegandum non eſſe, quod actori licet, ita vt ſi vnus ex priuilegio, reſcripto, aut alias poſſit producere vltra decẽ teſtes, idẽ poſſit aduerſario, vt æqualitas in iudiciis ſeruetur 3 quẽadmo-

ADDITIONES.

2 *articul. 3. des publiecs* 1499. 3 *l. in iudiciis, de R I.*

madmodum alio arreſto ſupremæ curiæ Pariſienſis IX. Decembr. Anno M.D.VIII. deciſum & definitum fuiſſe Rebuffus *ad dictam ordinationem* refert. Quare cùm duo illi actores duos & diuerſos procuratores habentes, ſeparatáque & diſtincta productione vtentes, quoad vnum idémque factum ius & cauſam duplici inquiſitioni occaſionem dederint, ſicque viginti teſtes examinari curarint, vtique conqueri nequeunt, ſi idem reo concedatur. *Quis enim aſpernabitur*, ait Vlpianus, 4 *idem ius ſibi dici, quod aliis dixit, vel dici effecit*. Quo pertinere videtur illud Caſſij Cleuæ ſenatoris ad Seuerum Imperatorem: 5 *omnia* (dicebat) *quæ contra nos ſtatues, ea contra te ſociòſque tuos decernas, neceſſe eſt*. Rubrica item breuiter concepta, 6 & ſenſu ſuo perfecta eſt, continens edictum, quod ICtus adeò commendat ſummámque habere æquitatem, & ſine cuiuſquam indignatione iuſta procedere tradit; vbi etiam ſuperius allegata verba inſtar interrogationis, quę vim habet aſſertionis affirmatiuæ vſurpat.

Additiones.

4 *l. 1. quod quiſque iur.* 5 apud Dion. Nicæt. *in eod.* 6 *quod quiſq; iur. &c.*

DECISIO LXII.

Argumentum.

Inquiſitio ſeu examinatio teſtium ex parte nulla interdum vitiatur in totum.

SVMMARIA.

1 *Vtile interdum per inutile vitiatur præſertim quoad indiuidua ita inuicem connexa & coniuncta, vt diuidi & ſeparari nequeant.*

2 *Inquiſitionem, quæ cum adiutore fieri cœpit, & poſtea ſine eodem continuata fuit, planè nullam & caſſam eſſe ſupremæ curiæ Tholoſanæ arreſto declaratum fuit.*

3 *Depoſitio vnius eiuſdémque teſtis etſi ob fidem & iuramentum à teſte præſtitum pro indiuidua habetur: tamen in pluribus & diuerſis depoſitionibus pluriū & diuerſorum teſtium contrarium aſſeri poteſt.*

4 *Integer actus non reſpondens initio ſuo multoq; minus fini & medio rectè caſſatur & nullius valoris ac momēti declaratur.*

Havd ſine cauſa † in dicta ordinatione adiicitur, quod teſtes vltra præſcriptum denarium numerum examinati reiici debeant, vt ſuperfluitas declaretur & quidem talis quæ reſiduo & perfecto teſtium numero nocere aut præiudicare nequeat. Alias enim res non leue dubium habuiſſet, tum vt ſciri & eligi potuiſſet, quænam depoſitiones vſq; ad dictum numerum manere & quæ econtra reiici deberent; tum propter validitatem inquiſitionis, vſque ad eundem præſcriptum numerum. I

Excedentes ſiquidem eum contra ordinationem peccant, quæ ſi ſimpliciter & ſine adiectione illa reiectionis concepta fuiſſet, per eiuſmodi contrauentionem actus planè nullus redderetur omníſque ex parte inficeretur, cum Impp. pro caſſo & inutili haberi expreſsè præceperint, 1 ſi quid fuerit ſubſecutum ex eo vel ob id, quod interdicente lege factum fuerit. Idq; potiſſimum, procedit, quoad ſolemnitates iure pandectarum requiſitas, 2 ad quarum numerum prædicta haud immerito refertur. Et quamuis regulariter vtile per inutile non vitietur. 3 tamen regula ea generaliter accepta tot tantáſque limitationes & reſtrictiones habet, vt nonnulli ex interpretibus iuris 4 exiſtimarint caſus exceptos ad vnam doctrinam redigi non poſſe.

Inter quos etiam principaliter atq; admodum communiter referuntur indiuidua ita connexa & inuicem coniuncta, vt diuiſionem non recipiant, in quibus vtile per inutile vitiari receptum eſt, 5 ſiue natura, 6 ſiue contrahentium voluntate, 7 ſiue forma, 8 ſiue acceſſione indiuiduum & cenſeantur & dicantur, 9 quale indiuiduum prędicta inquiſitio ſeu examen teſtium ad minimum ratione duo-

Additiones.

1 *l. non dubium, verſic. ſed & ſi quid Cod. de legibus.* 2 *l. cùm hi, §. ſi prætor, de tranſact.* 3 *c. vtile, de R. I. lib. 6. l. ſiue generalis, de iur. dot. l. 1. §. 1 quod falſ. tut. l. vſuras, l. placuit, de vſur.* Bartol. *in l. Imperator, de ſtat. homin.* 4 Fulgoſ. *in l. certi condictio, §. quoniam, de reb. cred.* 5 *l. ſi ſponſus §. generaliter, de donat. int. vir. & vxor. l. 1. §. item quæritur, & §. Trebatius, de aqu. quotid. & æſtiu.* 6 *l. 1. §. quædam, de rer. l diuiſ. ſtipulationes non diuiduntur, de V. O.* 7 *l. Pedius, §. final. de arbitr.* 8 *l. Gracè, §. illud. de fideiuſſ. l. in hoc iudicio, fam. erciſ.* 9 *l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit.*

duorum poſteriorum modorum eſſe videtur.

2 Quare cùm eueniſſet, † vt cuidam ex dominis conſiliariiis claſſis libellorum ſupplicum palatij Tholoſani interrogatio teſtium mandaretur, iſq; teſtes examinare & audire cœpiſſet vna cum adiutore ſeu collega, quem ipſemet ex officio ſibi adiunxerat, cùm litigantes de alio conuenire non poſſent, atque poſtea inquiſitionem continuans alios nonnullos teſtes ſine adiutore ſeu collegâ audiuiſſet relatione inquiſitionis illius facta litigans, contra quem teſtes producti fuerunt, duo potiſſimum obiecit, quorum primum & maximè vrgens erat, quod nonnulli teſtes ſine commiſſarij adiutore ſeu collega auditi fuiſſent; alterum verò, quod inter eoſdem teſtes ſine adiutore auditos duæ eſſent perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ non ſuper ſanctis Euangeliis, ſed manu ſaltem pectori impoſita iuraſſent.

Verum alter litigans, ad cuius petitionē inquiſitio facta & relata fuerat, quoad primam illam obiectionem concedebat, quod inquiſitio quoad teſtes ſine adiutore auditos nulla eſſet, ſed quoad reliquos eandem valere & ſubſiſtere aiebat. Claſſis itaque libellorum ſupplicum ſententia ſua declarauit, quod depoſitio teſtium cum adiutore auditorum nullitate careret, quoad reliquos verò nulla eſſet noua litiganti dilatione conceſſa, vt inquiſitionem legitimè inſtaurare poſſet, ſi ei ita videretur. A qua ſententia cùm ad ſupremam curiam Tholoſanam prouocatum fuiſſet, eadem arreſto ſuo ad noſtrā relationem in ſecunda claſſe inquiſitionum VI. Ianuarij Anno M. D. LXXXIII. in cauſa hæredum de Guſſet contra Annam de Seguier, dominam de Villeneufue; appellationem & ſententiam, à qua interpoſita fuerat, irritam reddens declarauit inquiſitionem illam planè omniq; ex parte nullam eſſe, atque litigantes, vt inquiſitionē inſtaurare poſſent, ad claſſē ſupplicum libellorum, & quidem compenſatis expenſis remiſit. Idque propterea, quod defectus ille non tam partium litigantium, quam commiſſarii culpa cōtigerat, qui etiamnum in viuis atq; in numero noſtrorum amicorum eſt.

Nec dubitamus, quod hæc ſibi in memoriam reuocabit, cùm in ſpecie de eo locuti fuerimus & facilè credimus, ſi præſertim eiuſdem integritatem, candorem & agendarum rerum experientiam conſideremus, eum teſtes nonnullos propterea examinaſſe & audiuiſſe ſine adiutore, quod iſte interim in morbum periculoſum incidiſſet, atq; litigantibus ſine eo reliquos teſtes minuendorum ſum tuum & impenſarum gratia audiri placuiſſet; & poſtea commiſſarij ſcribam rotulo hęc inſerere neglexiſſe. De quo tamen à litigantibus nihil dicebatur vel allegabatur. Imò tametſi legitimè de eo apparuiſſet, nihilominus maxima difficultas extitiſſet, vtrum talis defectus in confectione inquiſitionis ſine adiutore commiſſus excuſari poſſet, cùm non ſolum mandato commiſſarij expreſſè inſertum fuerit, vt adiutorem adhiberet, ſed etiam ipſemet vigore commiſſionis teſtes cum adiutore examinare & audire cœperit, vt ideo res non amplius in priſtino & integro ſuo ſtatu fuiſſe videantur.

Nec eſt, vt obiiciatur, quod licet depoſitio vnius † eiuſdémque teſtis ob fidem 3
& iuramentum ab eo præſtitum, quod veritatem dicere velit, ſit indiuidua atque, ſi ex parte deprehendatur falſa in totum vitietur, cùm ad ſeriem geſtorum teſte aliquid de ſuo adiiciente tota teſtimonij fides partis mendacio decoloretur, 10 attamen in pluribus & diuerſis depoſitionibus pluriu & diuerſorum teſtium contrarium aſſeri & defendi poſſit, ob eandem rationem ICti, quod licet mixta ſeparari non poſſint, iuncta tamen queant, 11 prǽſertim cum defectus inquiſitionis illius,) quemadmodum dictum eſt) culpa commiſſarij contigerit, neque concernat ſubiectum inquiſitionis, & propterea diuiſionem, vt iam diximus, recipiat. Atque pontifex etiam Innocentius III. haud dubitauit factum illicitum legati cuiuſdam ſanctæ ſedis Apoſtolicæ condemnare, & nihilominus factum eiuſdem licitum comprobare. 12 Recte enim reſponderi poteſt, quod hiſce atque ſimilibus: quæ paſſim adduci poterant, haud obſtantibus, depoſitiones primæ adhibito adiutore factæ haud quicquam faciant, quoad validitatem poſteriorum depoſitionum, in quibus adiutor non interuenerat, ſed potius quod poſteriores iſtæ vitient, & caſſas reddant etiam priores, eo

ADDITIONES.

10 D. Ambroſ. *in c. pura, 3. qu. 9.* gl. *in c. in noſtra, de teſt.* 11 Vlpianus *in l. item quæritur, cum ſequ de aqu. quotid. & æſtiu.* 12 *c. dilectus filius, de prab.*

res, eò, quod acceſſione inuicem iunctæ & indiuiduæ ſint. 13 Quare integer a-
4 ctus,† qui inde compoſitus erat, non reſpondens initio ſuo & multò minùs fini atque medio & per conſequens malè ſecum conueniens haud immeritò irritus redditus, atque nullius momenti & valoris à curia declaratus fuit. Quæ, cùm *in commentariis Dn. Ioſſe* notata legeremus, memoriæ & iudicio tanti viri deberi exiſtimauimus, vt haud omitterentur, ſed hoc loco à nobis pro virili illuſtrarentur.

ADDITIO.

13 *l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. libr. 11.*

DECISIO LXIII.

ARGVMENTVM.

Clericos teſtimonium dicentes haud neceſſariò tactis ſacris Euangeliis iurare oportet.

SVMMARIA.

1 *Perſonæ Eccleſiaſticæ quæ teſtes producuntur, manu ad pectus admota rectè iurant, etiamſi ſacra Euangelia non tetigerint.*

2 *Deciſiones ſupremæ curiæ Gratianopolitanæ quoad hanc rem malè à Papone allegatæ.*

3 *Decretalis in deciſionibus illis allegata examinatur & explicatur.*

4 *Clericis & præſertim primatibus, in certis quibuſdam & maximi momenti cauſis iuramenta præſcripta ſunt, q à propoſitis & tactu ſacroſanctis Euangeliis præſtantur.*

5 *Error manifeſtus compilatoris authenticarum in Codice Iuſtiniani detegitur.*

6 *Ex ſtylo & communi obſeruantia regni huius teſtimonium Eccleſiaſtici dicere coguntur coram iudicibus laicis, non expectato cōſenſu Epiſcopi aut Abbatis.*

1 VERVM in præcedenti deciſione † alteram obiectionem inquiſitioni oppoſitam atque eo nitentem, quod perſonæ Eccleſiaſticæ iuramentum teſtium præſtantes ſacra Euangelia nō tetigerint, ſed ſaltem manu pectori appoſita iurarint, nondum enodauimus, eo quòd curia noſtra obiectionem hanc haud morata fuerit, neque alias ſimiles vnquam morari ſoleat. Quam ob cauſam ex animo de-
2 ſideraremus, † vt aſſiduus ille & eruditus collector arreſtorum Frācicorum 1 colligens illud, quod Dn. præſes Gratianopolitanus ſub initium deciſionū ſuarum tradidit, 2 nempe iuramentum à ſacerdote aut religioſo præſtari debere tactis ſacris Euangeliis, aliàs verò depoſitiones planè nullas eſſe; in memoriam ſibi reuocaſſet illud, quod idem auctor ſub finem prędicti operis ſui dixit, 3 & de quo expreſſe proteſtatus fuit, (quod etiam tāquam poſterius, haud immeritò magis attenditur, præſertim cùm prius illud planè corrigat) nempe quòd ex conſuetudine generali totius Delphinatus, atque ex ſtylo communi omnium curiarum contrarium in praxi receptum ſit, atque depoſitiones Eccleſiaſticorum iuratæ valeant, etiamſi ij Euangelia non tetigerint, ſed manum pectori ſaltem appoſuerint. Quod ſufficere potuiſſet, ne tam cruda relatione occaſionem à vero fori vſu aberrandi pragmatici noſtri, atque baccalaurei, ipſique etiam Licentiati iuris apprehendiſſent.

Atque ſi decretalis † illa 4 quam allegatus auctor prædictas depoſitiones non valere probaturus adducit, accuratiùs examinetur, euidenter apparebit non modò illam huc referri non poſſe, ſed etiam neque directè, neque indirectè, neque expreſſè, neque tacitè in ea haberi, quod probare debet. Quamuis enim ibi narretur quoſdam ordinis fratrum minorum inductos, non iuratos, parte contradicente depoſuiſſe; atque ſuper eo decernatur, quod nullius teſtimonio, quantumcunque religioſus exiſtat, niſi iuratus depoſuerit, in alterius præiudicium credi debeat: attamen nulla ratio apparet, quomodo inde aſſertio eiuſmodi, quali auctor iſte vtitur, inferri & probari queat. Fruſtra ſiquidem ad illud recurritur quaſi religioſi, de quibus decretalis loquitur, ideò non iurati dicantur, quod ſaltem manu pectori appoſita, non verò tactis ſacris Euangeliis iurarint, multóque minùs iuuari id poteſt eo, quod iuramentum tali appoſitione manus præſtitum non impediat reſtitutionem minorum Eccleſiaſticorum, qui illud præſtiterunt in tali actu, contra quem aliàs reſtitui poterant, quemadmodum eandem reſtitu- 3

ADDITIONES.

1 Papon *en ſon recueil, au tit. des ſermens, arreſt.* 14. 2 *queſt.* 65. 3 *queſt.* 515. 4 *in cap. nuper. extra. de teſt.*

reſtitutionem impedire ſolet iuramentum tactis ſanctis Euangeliis præſtitum, 5 iuxtà determinationem capellæ Tholoſanæ conformem doctrinæ multorum eximiorum vtriuſque iuris interpretũ, qui à Dn. præſide Aufrerio tam in ipſa quæſtione, quàm in eiuſdem annotationibus allegantur. 6 Hæc enim, præterquàm quod in Francia abrogata eſſe dicantur, 7 facilè ex eo refelli poſſunt, quòd in dicta decretali narretur teſtes depoſuiſſe non iuratos. Illud ſiquidem aliter explicari nequit, quam nullo modo aut nullatenus iuratos ob naturam negatiuæ 8 quæ multò fortiùs negat, quàm affirmatiua aſſerit. 9 Illa enim indefinita & generalis eſt, atque ex proprietate ſermonis vniuerſali æquipollere poteſt; 10 hæc verò econtrà. Illa haud contenta eſt, vt ſemel aut bis impleatur, ſed vim ſuam & conſequentiam vlteriùs atque in infinitum, quemadmodum dicitur, exerit; 11 hæc verò contenta eſt, vt vnà & prima vice verificetur, ſicque in eadem ſubſiſtere ſolet. 12 Præterea in diſpoſitione dictæ decretalis expreſsè poſita reperitur exceptio; *niſi iuratus depoſuerit*, quæ aliò referri nequit, quàm ad iuramentum conueniens teſtibus auditis, quale eſt illud, quod Eccleſiaſtici & religioſi manu pectori admota præſtant.

4 13 Quibus tamen,† & quidem ex eorum ordine præcipuis, pro defenſione Catholicæ noſtræ religionis & conſeruatione ſancti ordinis in eadem ſtabiliti in cauſis quibuſdam maximi momenti præſcripta ſunt iuramenta: quæ tactis ſanctis Euangeliis præſtantur. 14 Atque tum Euangelia, vt ea tangant, iis proponi ſolent. Vnde etiam in textibus iuris Canonici de ea re loquentibus interdum hæc verba: *tactis ſacroſanctis Euangeliis*, nonnunquam verò alia, nempe *propoſitis* vſurpantur. Priora enim ad eos, qui iuramentum præſtant, poſteriora verò ad alios, qui idem recipiunt, ſeu adminiſtrant, referuntur. Quibus item deregitur manifeſtus er-
5 ror † compilatoris authẽticarum in Codice, qui contrarium ſentiens 15 exiſtimauit eum, qui propoſitis ſacroſanctis Euangeliis dicere cogitur ea, quæ nouerit, non iurare ſeu nullum propterea iuramentum præſtare. Tradit enim quod ſacerdotes (qui tamen in ipſa lege, cui authentica ſubiicitur 16 Epiſcopi dicũtur, hócque coram commiſſario ad hunc finem deputato atque ad eos miſſo facere tenentur (haud obſtrictos eſſe, vt iurent dum hæc verba vſurpat: *Non tamen iurent*, quæ gloſſam quandam Aurelianenſem, qua textus corrũpi & deprauari ſolet, ſapiunt; quemadmodum ex ipſo originali, vnde authentica deprõpta eſt, videri poteſt, atque recentiores noſtri doctè notarunt. 17 Extrà caſus itaque prædictos, qui quoad iuramenta ſuper ſanctis Euãgeliis præſtita ſpeciales & priuilegiati ſunt, reliqui communes & ordinarij manent, in terminis aliorum iuramentorum ab Eccleſiaſticis præſtari ſolitorum per ſanctam conſecrationem 18 (per quam intelligi poteſt ſacer eorum ordo) aut manu ad pectus admota.

Haud item obiici poteſt ex iure Canonico, 19 vel etiam ex iure ciuili 20 clericos non poſſe cogi teſtimonium dicere coràm iudice ſeculari, ſine licentia & auctoritate Epiſcopi, ſi ſint ſeculares, 21 aut Abbatis, ſi ſint regulares, 22 atque quod etiam cum licentia & conſenſu Epiſcopi aut Abbatis in cauſis criminalibus teſtes eſſe prohibeantur. 23 Ex ſtylo enim † & 6
communi

Additiones.

5 *auth. ſacramentum puberum, C. ſi aduerſ. vendit.* 6 *quæſt.* 161. 7 Imbert. *in enchirid. ſuo, ſuper verb. iuriſiurandi effectus, in princ.* 8 ex notat. *in cap. 1. de R. I. libr. 6.* 9 gloſ. *in cap. cùm dilectus, de conſuet.* allegata per Decium *conſ.* 3. 10 gloſſ. *in l. iuriſgentium, §. ſed ſi fraudandi,* & ibi Fulgoſ. *de pact.* 11 *l. ſi ſeruitus, de ſeruit.* Bartolus *in l. ſi pluribus, de legat.* 2. iuncta gloſſa *in l. hoc genus, de condit. & demõſtr.* & ibi Paul. de Caſtro, Oldrad. *conſ.* 16. 12 *argumen. l. plenum, §. equitij quoque, de vſu & habit.* 13 *§. his igitur, de ordin. & cler. l. priuilegia, §. idem verò, C. de ſacroſ. Eccl. l. rem non nouã. in fine pr. C. de iudic. c. fin. de iuram. calum. c. quoties, §. final. de purgat. canon. §. ad locum, tit. de elect. in pragm. ſanct.* 14 *in auth. ſed iudex. C. de Epiſcop. & cleric.* 15 *l. nec honore. Cod. d. tit.* 16 Conrad. *d. auth.* 17 *c. ſi quis presbyter.* 10. *quæſt.* 5. notat *in c. etſi Chriſtus, extr. de iureiur.* 18 *in capit. 1. de iuram. calumn.* 19 *d. l. nec honore, Cod. de Epiſcop. & cleric. & nulli verò iudicum, de ſanctiſſ. Epiſcop. in nouell.* 20 Innocentius *in d. c. 1. de iuram. calu.* 21 vt *in c. 2. extr. de poſtul. prælat.* 22 Gothfredus *in ſumma de teſtib. cogend.* & Innocentius *in c. dilectorũ, eod. tit.* 23 Rebuffus *in commentar. ſuis ad ordinationem in præced. deciſ. allegatam.* Imbertus *in inſtitution. forenſ. lib. 1. cap.* 40. Felin. *in cap. tuis, de teſtib.* Bugnyon *artic.* 133. *& ſequ. lib. 3. de L L. abrogat.*

communi obſeruantia à tempore immemoriali in regno hoc clerici ad teſtimonium dicendum tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus, etiã ſine ſuperiorum ſuorum conſenſu cogi poſſunt, atque illorum depoſitiones perinde validæ ac efficaces ſunt, atque ſi conſenſus ille interueniſſet, 24 tametſi non ſacris bibliis aut Euangeliis, vel aliis libris propoſitis, ſed ſaltem manu ad pectus admota, vel etiam verbis ſacerdotum & presbyterorum iuretur. Reliqui autem & laici ſimpliciter manúque erecta & eleuata iurãt, quòd olim regum proprium erat, 25 quemadmodum Agamemnonem eleuato ſceptro iuraſſe apud Homerum legimus. In curia autem Tholoſana hoc regulariter fit ſuper imagine paſſionis ſeu crucis Chriſti, quæ in tabula depicta religioſè in qualibet claſſe ſeu Camera aſſeruatur, atque ſuprà ſedes dominorum præſidum collocata eſt. Quare cùm in cauſa de Solegre contrà Puiols tales nullitates propoſitæ & ſimul iunctæ fuiſſent contrà inquiſitionem alterutrius litigãtium, quoad earum iudicium ad noſtram relationem in dicta ſecunda claſſe inquiſitionum menſe Februar. An. 1582. declaratum fuit, nullas propterea nullitates cõmiſſas neque eas conſiderandas, ſed ad reliquas reprobationes & ſubleuationes teſtium mutuo inuicem factas, quemadmodum decederet, procedendum eſſe. Ex quibus apparet, quòd quemadmodum apud ethnicos pontifex, virgines Veſtales atque alij religioſi iurare inuiti non tenebantur, niſi vellent: ita apud nos receptum ſit, vt ſacerdotes aliter iurẽt, quàm laici. (Nam vt planè ob reuerentiam qualitatis ſuæ à iuramentis exempti ſint Honorius III. 26 pontifex prohibuit) veluti ſuperiùs dictum & præiudicio firmatum fuit.

ADDITIONES.

24 Ariſtot *lib. 4. de Republ.* 25 Ayraud. *in ordine ſuo iudic. lib. 3. n. 29. d. probationibus, ex dec. nuper.*

DECISIO LXIV.

ARGVMENTVM.

Inquiſitio variis modis nulla & irrita reddi poteſt.

SVMMARIA.

1 *Inquiſitio eſt anima proceſſus.*

2 *Si is, contra quem teſtes producuntur à commiſſario ritè citatus non comparuit, ſed contumax fuit, tum à commiſſario qui priorem locum mutat atque in alio commodiore inquiſitionem perficere vult, denuò non obſtante priori contumacia citari debet, cùm alias nullitas committatur.*

ANTIQVI pragmatici enqueſtam, vt loquũtur, ſeu inquiſitionem, † proceſſus animam appellarunt, cùm vt ea formari & creari, formatáque & creata in ſuo ſtatu permanere atque ſperatos effectus producere queat, non ſolùm eius principia & initium, ſed etiam progreſſus firmos & ſolidos eſſe neceſſe ſit. Inter quos etiam ſunt, qui decreta citationum concernunt quæque quoad tales citationes committitur contumaciam, nempe quoad eum, cum quo agitur, ſeu cuius aliàs intereſt. Nam ſi inter alia hâc in re defectus, quantumuis exiguus, ſubſit, actus pro nullo habetur, effectúmque producere nequit, contra eum, qui planè non aut malè citatus fuit, vt inquiſitionem fieri videret. 1 Quam ob cauſam ad noſtram relationem in ſecunda claſſe inquiſitionum menſe Februario, Anno M. D. LXXXI. in cauſa Bertrandi Poſalques appellantis à Seneſcallo de Quercy aut eius vices gerente au ſiege de Lauſerte contrà Iacobum Caminade appellatum, inquiſitio alterius litigantis nulla declarata fuit, eò quòd commiſſarius, † cui examinatio teſtium mandata fuerat, primò quidem aduerſarium ad certum locum diem & horam citaſſet, deinde verò eodem non comparente decreuiſſet, vt mutato loco in commodiore & alteri vicino commiſſio expediretur, neque hoc denuò aduerſario ſignificaſſet, ſed vigore contumaciæ quoad priorem locum commiſſæ in altero & vicino loco in commiſſionis ſeu inquiſitionis actu proceſſiſſet. Quam ſolam ob cauſam inquiſitionem nullam eſſe declaratum fuit. Dn. Ioſſe *in commẽtariis ſuis* curiæ arreſtum, ſed ſine die notauit, quam nos indagare quidem non potuimus, ſed tamen hanc materiam pro meliori continuatione eorum, quę ſub fine præcedentis deciſionis dicta ſunt, hîc præterire voluimus. Sũt verò & alij modi nullitatũ in inquiſitionib' cõmitti ſoliti, quos iudices & cõmiſſarij, qui illas expediunt,

ADDITIO.

1 *Argument. l. de vnoquoque, de re iudicat.* iuncta *l. final. qui ſatiſd. cogan.*

diunt, paſſim deprehendent & de quibus nos res iudicatas tractantes difficulter admodum in ſpecie loqui & diſſerere poſſumus. Vnicum ſaltem hoc loco notabimus, quod olim pòſt depoſitionem vnius aut plurium teſtium compendioſè quoad reliquos & quemlibet eorum ſcribi: *Idem vt præcedens aut præcedentes.*

Sícque quædam & præcedentes depoſitiones ad alias & ſequentes referri poterant. Et quamuis talis auditio teſtium per aliquod tempus vſu recepta & obſeruata fuerit, vt in rotulo ſcriberetur ſecundum teſtem idem depoſuiſſe, quod primus & præcedens depoſuerat, ídque cum effectu intelligeretur, 2 adeò vt quidam interpretes aſſerere non dubitauerint hoc communiter ita vigere: 3 tamen ob conſequentiam admodum periculoſam iure, quo nos vtimur, planè reprobata & damnata fuit, adeò vt hanc quoque ob cauſam inquiſitio nulla reddatur, & potius ſubornata atque dictata, quàm ex dictis & depoſitionibus teſtium ita auditorum & examinatorum conflata & compoſita dicenda ſit. Exploſa itaque inter nos ſit concluſio, quam ea de re *in parte quadam reſolutionum ſuarum* Ranchinus poſuit 4.

Additiones.

2 Baldus *in tit. de pace Conſtantiæ in vltimo verſic. illius text. & in l. teſtium, Cod. de teſtib.* Panormitanus *in c. nihil, de V. S.* 3 Iaſon *in l penult. de condict. indeb.* 4 *part. 27. concl.* 438.

DECISIO LXV.

Argumentum.

Inquiſitiones, quæ arreſtis nullæ declarantur, iiſdem ſimul etiam reiici ſolent, ſiue hoc expreſsè ſiue tacitè fiat.

Summaria.

1 *Arreſta antiqua ſuper declarationibus nullitatum prolata continebant etiam præterea reiectiones inquiſitionum nullarum & irritarum.*

2 *Recentiora verò arreſta ſimplices ſaltem declarationes nullitatum continent atque in iis prædictæ reiectiones tacitè ſubintelliguntur.*

3 *Quare licet inquiſitio caſſata apud acta remanſerit: tamen vt eadem reiiciatur, etiam eo adhuc tempore, quo cauſa iam iudicari debet, litigans, contra quem facta fuit, rectè petere poteſt.*

4 *Multum intereſt litigantium vt actus nullus & pro tali declaratus ab actis remoueatur, atque nihil amplius de eo appareat.*

PRo vlteriori item continuatione † præſentis materiæ & hoc adiicimus, 1
quod arreſtis antiquis dictæ curiæ, quibus inquiſitiones nullæ declarabantur, eædem etiam expreſsè reiici ſolebāt, quēadmodum ſæpius legimus & deprehendimus in eiuſdem curiæ libris arreſtorū, quæ antè annum M. D. LX prolata fuerunt. Nam ab eo ferè tempore talia arreſta † ſimplices declarationes nullitatū 2
continent, atque partibus, cōtra quas declarationes eiuſmodi factæ fuerunt, dilatio conceditur, intra quam inquiſitionem inſtaurare atque referre poſſint, quemadmodum decet. Rationem diuerſitatis haud aliā eſſe exiſtimauimus, quàm vt arreſta magis ſuccincta redderentur, nihílque continerent ſuperflui ob expreſſionem eorum, quæ tacitè inerant, quàm nihil operatio noſtri ex variis iuris partibus colligunt. 1 At de ſupeṙfluis neminem nimis ſollicitum eſſe oportet cùm ea, iuxtà ipſum eruditorum teſtimonium non noceant, quemadmodum Auguſt. *quodam in loco* dicebat 2 atque quę dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non lædant. 3 Sic etiam ius commune haud lædebatur, quando prędicta arreſta vltra nullitatum declarationes etiam expreſſam inquiſitionum reiectionem continebant.

Nam hæc executio ſaltem erat prioris clauſulæ, qua declarationes eiuſmodi comprehendebantur. Euenit itaque aliquando, vt inquiſitio † ſine prædicta re- 3
iectionis clauſula caſſaretur, ſed apud acta remaneret, ſiue in ſacco actorum cauſę principalis aſſeruaretur, eíq; deinde inquiſitio inſtaurata ſeu nouiter perfecta iungeretur. Cùm autem cauſa in eo ſtatu iam eſſet, vt iudicari & ſententia decidi deberet, is, in cuius gratiam inquiſitio aduerſarij ſui nulla declarata fuerat, exiſtimans inſtauratam ſed nouiter perfectam tanti momenti haud eſſe, quanti prior

Additiones.

1 *l. 3 de legat. 1 l. aliquando, de condit. & demonſtr.* & ibi gloſſ. & DD. 2 *lib. 4. de ciuit. Dei, cap. 26. & l. non ſolent, de R. I. l. teſtamentum,* & ibi DD. *C. de teſtam.* 3 *l. quæ dubitationis, de R. I.*

prior caſſata erat, neque perferre cupiẽs, quemadmodum dicebat, vt contra ſe duæ inquiſitiones incompatibiles in eadem cauſa haberentur, ſupplici libello primam reiici petiit. Super quo libello difficultas extitit, eo quòd is iuſto tempore non exhibitus diceretur, atque nonnulli exiſtimarent, quod licet vtraque inquiſitio apud acta maneret: tamen caſſata præiudicium veritati & cognitioni facti quoad neutram partem afferre poſſet, cùm omnes teſtes producti communes eſſent, & vigore iuramenti, quod præſtãt, veritatem æquè pro vna atque altera parte dicere tenerentur. 4 Verùm in ſecũda claſſe ad relationem domini Topignon, qui vt cum partibus loqueretur commiſſarius deputatus fuerat, obtinuit, vt prima illa inquiſitio reiici atque ab actis, antequam vlla eorum portio à domino relatore & iudicibus legeretur, remoueri deberet. Actus enim nullus neutiquam pro actorum parte, ſed inſtar membri putridi habetur, quod enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.

4 Præterea etiam litigantium † vel alterutrius eorum plurimùm intereſt, vt actus nullus & pro tali cum cauſæ cognitione declaratus reiiciatur atque ab actis remoueatur. Si enim amplius non adſit, nemo quoque fidem ei adhibere poteſt, vtpote qui non apparet, cùm alias ſi in medio relinquatur, quamuis nullus declaratus fuerit, iudicium alicuius eo peruerti & corrumpi queat. Valerius & poſt eum Dion refert, quòd P. Seruilius Iſauricus ambulans per locum, in quo teſtes contra accuſatum producti audiebantur, minimè citatus neque vt deponeret, interpellatus promptè iudicibus ſe obtulerit atque dixerit: ſe quidem neſcire, cuius criminis homo ille accuſaretur, ſed ſibi ab eo iniuriam aliquando factam fuiſſe quam recenſuit. Quæ depoſitio quamuis ex omni parte ſuſpecta & reiicienda, atque potius à parte infẽſa, quam teſte legitimè citato & producto profecta eſſet: tamen accuſato, ob qualitatem & auctoritatem Seruilij, qui conſul & poſtea cenſor factus fuerat, plus nocuit, quàm vlla alia probatio: quam accuſator vſurparat. Auctor, à quo exemplum hoc mutuati fuimus plura *eodem in loco* recenſet. 5 Nos ei illud reddentes, ad eundem omnes, qui plura expetunt, remittimus, vt & ipſi in creditum eant, & bona fide, quemadmodum nos, debitores illius fiant.

ADDITIONES.

4 § *nulli, verb. iudicium, de ſanctiſs. Epiſcop. collat. 9. in auth. iuncta auth. ſi iudex C. de Epiſcop. & cleric.* 5 M. Ayraut *en ſon ordre iudiciaire liur. 3. part. 2. des preuues. n. 19.*

DECISIO LXVI.

ARGVMENTVM.

Examinationes teſtium ſeu confectiones inquiſitionum relatoribus cauſæ principalis committi non debent.

SVMMARIA.

1 *Relatores cauſa principalis non poſſunt eſſe commiſſarij in confectionibus inquiſitionum.*

2 *Si tamen relatores ad eas procedant inquiſitiones propterea non planè nulla redduntur, ſed illi cauſa relatione priuari ſolent.*

3 *Examinationes teſtium committi debent dominis ex eadem claſſe, in qua cauſa principalis iudicatur, & qui in eorum numero ſunt, quorum ſententias ad conceptionem arreſti rogari oportet.*

4 *Prædicta limitantur, vt ſaltem in inquiſitionibus principalibus, non verò in inquiſitionibus ex officio aliiſque ſimilibus obtineant.*

EIVSDEM curiæ arreſto † conuocatis & congregatis omnibus claſſibus ſeu Cameris XIII. Iunij, Anno M.D. LXXXVII. prolato decretum fuit, quòd domini, quibus examinationes teſtium ſeu inquiſitiones principales aut obiectiuæ, vt appellitant, commiſſæ fuerunt cauſæ principalis relatores eſſe non poſſent, ſed eius relatio alij in eadem claſſe, vbi cauſa iudicari debet, committenda eſſet. Cui arreſto principalem cauſam præbuerunt obiectiones, quæ regulariter cõtra tales inquiſitiones opponi ſolebant ex ordinatione, quæ vult relatores cauſæ criminalis principalis non poſſe procedere ad teſtium repetitionem atque cum reis compoſitionem, ſi quæ ordinata fuerit, quodque ſupremæ curiæ intérque eas prima & potiſſima Pariſienſis, ita in praxi obſeruarent & vſu receperint. 1

Hoc autem curia noſtra, † vt ſumptus litigantium, qui aliàs hoc tempore nimis magni ſunt, quodãmodo minueret, non adeò rigidè & ſtrictè obſeruat, vt 2

propterea inquiſitionem ſtatim nullam eſſe declaret, ſi facta fuerit ab eo, cui anteà relatio commiſſa fuit: ſed ſi alias legitimè & ritè proceſſerit, inquiſitionem ſaluare atque eum ab vlteriori cauſæ relatione abſtinere iubens eandem alij deferre ſolet.

Et quamuis olim citra omnem difficul-
3 tatem † atque vt plurimùm examinationes teſtium ſeu confectiones inquiſitionum committerentur relatoribus cauſarum principalium, tanquam maximè idoneis, vtpote qui melius inſtructi eſſent, & quibus magis quàm reliquis conſtaret de facto eiúſque circumſtantiis & omnibus cauſæ meritis: tamen ſucceſſu temporis conſultius & pro conſeruatione iuſtitiæ ac iuris litigantium conueniètius eſſe viſum fuit, vt domino relatori adiungeretur aliùs è collegis, qui itidem de facto eiúſque circumſtantiis & meritis cauſæ ſatis inſtrui poſſet, dum procederet in confectione inquiſitionis ordinatæ ad probationem facti à litigante deducti & articulis comprehenſi, in qua vt plurimùm neruus conſiſtit litigantis iurium, quæ meliùs duorum, quàm vnius oculis videri poſſunt. Ex quibus colligi poteſt, quod dominos commiſſarios, qui in locum dominorum relatorum ad confectionem inquiſitionum deputantur, non ſolùm ex eadem claſſe, in qua cauſæ principalis relatio diſtributa fuit & iudicari debet, ſed etiam ex numero eorum eſſe oportеat, qui ſententiam ſeu arreſtum quod in cauſa illa prolatum iam fuit, cenſuerunt, ſeu quorum vota in eius conceptione rogata fuerunt: aut quod illi, ſi nondum arreſtum prolatum ſit, deliberationi futuræ adhiberi & intereſſe debeant. Idque quoad repetitiones & compoſitiones teſtium cum reis in criminalibus, ſi poſtea quoad cauſas principales ſententia interlocutoria vel definitiua ferenda eſſet, exactè & ſtrictè cùm in Tornella eſſemus, obſeruari vidimus. Quo inſtigari poterũt domini, qui in eadem Tornella iam ſunt, vt ſibi ob oculos ponant maieſtatem illam grauitatem & ſeueritatem maiorum ſuorum, eiúſque limites & terminos, quantum fieri poteſt, ſanctè cuſtodiant, & ne in minimo quidem mutari patiantur: eodémque moueantur aliarum claſſium domini, præſertim verò relatores ne illud violent aut violari patiantur, ſcientes, quod ſit res à prædeceſſoribus ſuis definita, quæ ab ipſis, tanquam ſucceſſoribus, mutari nequeat, atque quòd limitata † & reſtricta ſit ad dictas inqui- 4
ſitiones principales & obiectiuas.

Ab iis enim, quæ *monſtrees, verifications veuës & figures*, indigitantur, atque ab inquiſitionibus ex officio haud excluduntur domini relatores, neque ſi ad eas proceſſerint, relatione cauſæ priuantur. Eidem enim arreſto reſeruatio talium adiecta fuit, cùm eiuſmodi actus alio haud tendant, quàm ad inſtructionem factorum, eorundémque præcipuarum circũſtantiarum, & propterea aliis meliori iure committi nequeant, quàm qui in manibus ſuis corpus principale habent, pro cuius ſalute eiuſdem membra curant, atque inprimis pulſum arteriarum tangũt, vt non immeritò dici poſſit ab eorundem conſilio & prouidentia meliorem partem reſtituendæ valetudinis dependere. Ignoſcite quæſo domini libertati noſtrę, qua in ſcribendo vtimur. Haud enim aliam ob cauſam fit, quàm vt veſtra auctoritas, ſalus populi, & iuſtitiæ vigor conſeruetur.

DECISIO LXVII.

ARGVMENTVM.

Nullitates inquiſitionum & reprobationes teſtiũ cumulari poſsũt.

SVMMARIA.

1 *Nullitates & reprobationes teſtium in curia Tholoſana recipiũtur, antequàm cauſa iudicetur & definiatur, ſaluis contradictionibus & reſponſionibus ad dictas nullitates, & ſaluationibus quoad reprobationes.*

2 *Per cumulationem nullitatum & reprobationum in eodem libello ſeu ſcripto factam reprobationibus præiudicium non fit, ſi nullitates impertinentes deprehendantur.*

3 *Ordo præpoſterus licet in petitionibus actionibus & perſecutionibus damnetur: tamen in contractibus & teſtamentis ſuſtineri poteſt.*

POst nullitates propoſitas † ſolent e- 1
tiam exhiberi reprobationes contrà teſtes in inquiſitionibus auditos, quorum nomen, cognomen, domicilium, conditio, ætas, eorundem productio & à quonam producti fuerint, regulariter ſolent atque etiam debẽt vi ordinationis à Frãciſco I. Anno 1535. promulgatæ ipſi inquiſitionis conceptioni ſeu rotulo commiſſarij

ſarij inſeri. 1 Qui rotulus litiganti vni vel pluribus, contra quos inquiſitio facta fuit, & qui in inſtantia ſunt, ex vulgari ſtylo communicari conſueuit, antequam is, qui inquiſitionem impetrauit eandem recipi poſtulare queat. Si item in rotulo commiſſarij defectus ſit, tum rectè à prædictis litigantibus, ſi velint, peti poteſt, vt interim receptio ſuſpendatur, donec defectus ille reparetur.

Vnde poſtea in dicta curia haud rarò euenit, vt intra dilationem proponendis nullitatibus & reprobationibus conceſſam, aut aliàs antequam cauſa iudicetur, petita receptio admitti ſoleat, ſaluis contradictionibus & reſponſionibus ad nullitates atque ſubleuationibus, ſeu ſaluationibus, quoad reprobationes, antequam cauſa iudicetur, concludatur, & definiatur. Aliæ autem curiæ inferiores eò haud vtuntur, quemadmodum etiam minimè vti poſſunt: ſed pòſt ordinarias contumacium excluſiones, quæ in rem iudicatam tranſierunt, nihil remedij ſupereſt, quàm vt ad ordinarias vias appellationis aut reclamationis per libellum ſupplicem coram eodem iudice, ſi caſus ita ferat, recurratur. Atque ex ſuperioribus colligi poteſt, quòd per productionem reprobationum in eodem libello cum dictis nullitatibus, iiſdem haud præiudicium
2 fiat, ac ſi iis tacitè † reprobationum obiectione renunciaretur, veluti exceptionibus, quæ *fins de non receuoir* vocantur, oppoſitis, aut ſi quis non expectans ſententiam maioris aut præiudicialis quæſtionis, quæ ad ſe minorem trahit 2 per hanc illi præiudicium facere vellet, vel alias pati & occaſionem præbere, vt ab eo ius ſeruitutis peteretur durante controuerſia proprietatis fundi, de cuius iure inter eaſdem partes diſceptatur. 3 Præterquam enim, quòd tale quippiam haud leuiter præſumatur, aut ſi eueniat, reuocationi vel etiam reſtitutioni in integrũ per reſcripta principis obnoxium ſit, quibus nos regulariter vtimur in caſibus præſertim exorbitantibus & iuris diſpoſitioni aduerſis, quales prædicti ſunt: talis cumulatio nullitatum & reprobationum nullam aliam ob cauſam fit, quàm vt abbreuientur lites & euitentur ſumptus, interlocutoriæ, moleſtæque prolongationes; ſub proteſtatione communi, vt ius prius dicatur, perinde atque in dictis exceptionibus, aut etiam generaliter, quemadmodum iuris eſt. Per conſequens igitur dici nequit boues pòſt carrum iũctos eſſe, ſed eos carrus ritè ſequitur vt onus impoſitum conuenienti modo trahi queat. Nullus ſiquidem hic præpoſterus ordo eſt, nihilque factũ aut propoſitum fuit, quòd non legitimo & recto tramite à iudice expediri & explicari poſſit. Imò licet contrà ordinem peccatum fuiſſet: tamẽ rectè adhuc excuſari & ſubſiſtere poſſet, cùm præpoſterus ordo † ſaltem in pe- 3
titionibus, actionibus & perſecutionibus improbetur & damnatus ſit, 4 non verò in contractibus & teſtamentis 5 multóque minùs in ſcriptis & productis partiũ litigantium, quę tanti momẽti non ſunt, ſed in iis permiſſus eſſe cenſeatur. Prædicta tamen citra difficultatem à curia noſtra vltra triginta iam annos, veluti ex ſtylo ordinario recepta hîc omittere noluimus, cùm antea, quemadmodum intelleximus. (Nihil enim, quoad hoc, præter auditum habemus) opus fuerit ad quæſtionis huius deciſionem arreſto quodam conuocatis omnibus claſſibus prolato. Quidam ex dominis noſtri temporis acuti theorici & ſcholaſtici de eadem denuò dubitarunt & prędicto modo dubiũ ſuum reſoluerunt. Quare hoc fixum, definitum & immutabile videri debet poſteritati eiúſque ſucceſſoribus, qui tanquam veri Chriſtiani & Catholici cognoſcentes de veritate & iuſtitia facti haud curant ſcrupuloſas formulas & ſolemnitates ethnicorum, quas ipſemet Imp. Conſtantinus planè & radicitus ſuſtulit, quẽadmodum in vulgari eius conſtitutione legitur 6.

ADDITIONES.

1 *Articul.*14. 2 *l per minorem, de iud.* 3 *l. fundum Titianum, de except.* 4 *l. vt debitum. C. de her. act.* 5 *l. præpoſteri.* & ibi notat *C. de teſt.* 6 *l.* 1. *C. de form. & impetr. ſublat.*

DECISIO LXVIII.

ARGVMENTVM.

Vnius teſtis inhabilitas nõ ſuppletur ex habilitate alterius.

SVMMARIVM.

1 *In ſuprema curia Tholoſana quando obiectiones contra depoſitionem teſtis alicuius pertinentes ſunt, legitiméque probantur, tum depoſitio eiuſmodi pro non facta neque ſcripta habetur, atq; à relatore haud extrahitur, cùm vnius teſtis inhabilitas ex alterius habilitate non ſuppleatur.*

1 PORRO quod iudicium † cognitionem de teſtium reprobationibus & obiectionibus contra eorundem dicta ſeu depoſitiones attinet, quemadmodum in dicta curia ordinatio regis Ludouici 1 prohibens omnibus iudicibus, ne litigantibus informationes iniungant quoad facta reprobationum, niſi ea cum proceſſu ſeu cauſa principali collata fuerint, néue ad eorundem probationem litigantes admittant, niſi pertinentia ſint, & contra eos teſtes directa, ſine quibus cauſa definiri & decidi non poſſet, accuratè obſeruatur: ita in eadem forma dicti iudicij reprobationum & obiectionum in effectu planè alia eſt, quam ea ab interpretibus iuris ciuilis & Canonici deſcribitur. Eius enim loco, quod ij recenſent, ampliant & reſtringunt brocardicum illud, quo traditur; *vnius teſtis inhabilitatem ſuppleri ex habilitate alterius* 2 atque ex eo inferunt; depoſitionem teſtis pertinenter reprobati nihilominus conſiderandam eſſe & probare, ſi conſentiat & conueniat, cum depoſitionibus aliorum teſtium non reprobatorum, qui à quibuſdam antiquis practicis, *greigneurs de tout obiect*, atque à prædictis interpretibus omni exceptione maiores appellantur 3 dicta curia econtra iudicat, & tenet depoſitionem teſtis pertinenter reprobati, & reprobatione legitimè demonſtrata pro non facta neque ſcripta haberi, nullámque probationem inducere. Atque hinc ex ſtylo tali depoſitioni hæc verba adiici ſolent: *non legatur, quia bona probata*; & relator in ſuo breuiculo actorum adnotare conſueuit: *non extraxi, quia bona probata*; vt propterea haud magis attendi debeat, quàm res quæ nunquam extiterit.

Si etiam quidam relator ex eiuſmodi depoſitione quicquam extrahere conaretur, tum ei præſes hoc ſtatim interdiceret ita vt ab omnibus non rectè neque ritè officio ſuo functus in hac parte litis & iudicaretur & cenſeretur. 4 Si enim aliter permiſſum eſſet haud fieri poſſet, quin aliquando iudices depoſitionem eiuſmodi reſpicerent, eáque niterentur, quemadmodum quoad Publium Seruilium Iſauricum eueniſſe ſuprà diximus, cuius depoſitio accuſato plus nocuit, quã omnes reliquæ adductæ probationes.

ADDITIONES.

1 *Articul.* 39. *des publiees* 1412. 2 Anthon. Gabr. Roman. *libr.* 1. *concl. de teſtib. concl.* 5. 3 not. Guilh. Bened. *in repetit. d. capit. Raynutius, ſuper verb. mortuo itaque teſtatore. in fin.* ex Accurſio *in l.* 3. §. *duæ ſunt cauſæ, de Carbon. edict.* & ex Salicet. *in l. in bonæ fidei, C. de reb. cred.* 4 Andreas de Iſernia *ad conſtitut. regni* referente Thoma Grammatico *dec. Neap.* 28. *n.* 7.

DECISIO LXIX.

ARGVMENTVM.

Depoſitiones teſtiũ diuidi poſſunt.

SVMMARIA.

1 *Diuerſæ interpretum iuris ſententiæ ſunt, quænam reprobationes teſtium admitti vel non admitti debeant.*

2 *Suprema curia Tholoſana fidem teſtium diuidere & veluti in partes ſecare conſueuit per ſolemnia quædam verba, quæ explicantur.*

3 *Solemnes illæ verborum formulæ contra criticos quoſdam defenduntur.*

4 *Indiuidua fides vnius teſtis eiuſdémque depoſitionis quomodo accipi & intelligi debeat?*

5 *Integritas & experientia dominorum commiſſariorum ſuſpicionem ſuperfluitatis & non neceſſarij grauaminis excludit.*

6 *Aſtus & calliditas quorundam veteratorum à curia Tholoſana haud approbatur.*

VLTERIVS in materia dictarum reprobationum † obiectionum, quã 1 explicare cœpimus, interpretes noſtri haud ſatis inter ſe conueniunt, quænam ex illis pertinentes, ſeu quæ admittendæ aut non admittendæ ſint. 1 Nonnulli enim quaſdam pertinentes eſſe iudicant, alij verò non, ſed eas leues eſſe exiſtimant & quæ recipiendæ non ſint. Illi nonnullas dubias eſſe putant atque ſaltem vmbram quandam & ſuſpicionem inducentes; hi verò eas non admittunt, quamuis concedant iis quodammodo fidem & honorem teſtium grauari. Illi itidem quaſdam ſimpliciter admittunt, hi verè non, ſed cum ea demum conditione, ſi deprehendantur duæ depoſitiones planè conformes aliorũ teſtium non reprobatorũ, ſeu quorũ reprobatio haud probata neq; demonſtrata fuit. Quod occaſionem dictę curiæ prębuit, vt exactè rimari & iuſta bilance ponderare ſoleat omne illud, quod ex factis teſtium depoſitionibus deduci

ADDITIO.

1 Stephanus Aufrerius *in tract. de reprobat. teſt.* Rebuffus *in comment. ordinat. regiar.* & alibi in locis ad rem communibus.

duci & ſpetari poſſit, eáque ratione diuidere † & veluti in partes ſecare fidem reſtium atq; ad praxin & vſum transferre illud, quo dicitur; eum, qui iudicat, magis poſſe ſcire, quanta fides habenda ſit teſtibus, atque eum ex ſententia animi ſui æſtimare oportere, quid aut credat aut probatum ſibi opinetur. 2 Quare ex ſtylo illius curiæ, ſi prædictæ reprobationes pertinentes deprehendantur adſcribi ſolet quemadmodum diximus, *bona probata.* Si verò non admittendæ ſint, hæc verba vſurpantur; *non bona.* Si item ex parte dimidia ſaltem fidem mereantur apponitur particula, *dubia*; vt ſignificetur quemlibet teſtium ita reprobatorum ſaltem pro dimidio habendum eſſe. Interdum quoq; ſi teſtium fides magis infirma ſit, adiicitur, *vnum notetur*, quod ſemiſſem dimidij ſignificat, ſicq; eo fides ad quadrantem ſaltem teſtis reducitur. Si autem apponatur ſimpliciter particula, *notetur* tres quadrantes denotat, quemadmodum per additionem hanc, *nota forti*, duo quadrantes cum ſemiſſe quadrantis ſignificantur, altérque ſemis per *forti nota* innuitur: haud ſecus atque in moneta euenire ſolet, quæ communiter fortis dicitur, veluti olim duplex denarius Tholoſanus. Iuxta quam proportionem probationes & demonſtrationes dictarum reprobationum & obiectionum ſeu oppoſitionum contra dicta teſtium quoq; æſtimantur & cenſentur: adeò vt ſi illæ plenæ & ſufficientes ſint, adiiciatur, *probata*; ſi verò ſecus ſe habeant, *non probata*, aut ſi ex parte ſaltem demonſtrentur, *dubiè probata*, vt tum teſtium quoque fides ſaltem pro ſemiſſe & rata aliorum accipiatur. Interdum etiamſi aut prædictæ reprobationes & oppoſitiones aut earundem probatio & demonſtratio quicquam commune habeant cum cauſa principali, iiſq; quæ in illa deducta ſunt, adſcribi conſueuit, *in iudicandis*, vt quando principalis cauſa iudicari debet, & depoſitio perlecta eſt, domini cenſentes, & quilibet eorum inde hauriant, quod à conſcientia ſua & religione haurire iubentur. Atque hæc ſecreta ſunt antiqua dictæ curiæ, quibus maiores certos limites & terminos conſtituerunt, qui vt vnquam aliter, quàm ſolito & conſueto more moueantur, haud conſultum videtur, etiamſi cauſæ, ob quas hæc ita recepta fuerunt, ſciri, non poſſent, 3 quæ tamen, ſaluo meliori iudicio facile colligi queunt ex iis, quæ à nobis iam dicta ſunt. Sane nobis ignotum non eſt, quod quidam † delicati noſtri temporis prædictum ſtylum oppugnare conati fuerint, tum quod verba, quibus formulæ illæ notantur, planè antiqua & obſoleta ſint atque hodie in vſu eſſe omnino deſierint; tum quod depoſitiones eorundem teſtium non videantur recipere diuiſionem neque vllam ſectionem argumento eorum, quæ ſupra de indiuiduis ratione inquiſitionum diximus? tum denique, quod ex hoc inconuenienti aliud & maius ſequatur. Arreſtum enim illud, quod ſuper probatione dictarum reprobationum & oppoſitionum profertur generaliter ſaltem concipi atq; parti, contra quam propoſitæ fuerunt permitti ſolet, vt contrarium probet & demonſtret, atq; ſaluationes ſuas, quemadmodum vocantur, intra præſtitutum & præfixum terminum proponat: cùm tamen reprobationes, quæ concludentes, pertinentes & peremptoriæ fuerunt ſpecialiter non ſolum articulis, ſed etiam prædictis vocabulis deſignari & notari deberent, quemadmodum in aliis ſupremis curiis, atque inprimis in Burdegalenſi, receptum eſt & obſeruatur. Idque propterea quod ſæpius ponantur articuli ſuperflui, atq; quod fortè quemadmodum ferè præſumitur, non omnes teſtes pertinenter reprobati ſint & onerare partes indiſtinctè tam quoad oppoſitiones receptas, quàm non receptas, nihil aliud ſit quàm eas admittere ad probationem illius, quod probatum nullo modo releuaret contra diſpoſitionem iuris ſatis vulgaris, 4 atque grauare ſumptibus, quibus ius ſuum iuſte legitimè & ritè perſequentes onerandi non ſunt, cùm alias plurimùm expendere eos oporteat, vt ſatisfiat iis, quorum opera ad eiuſmodi perſecutionem indigent. 5 Quod omnes iudices, inprimis verò ſupremarum curiarum, ob ſummam, qua pollent, auctoritatem & maieſtatem ſanctè obſeruare debent.

Verum hiſce omnibus atque aliis, quæ pro vlteriori eorum coloratione adduci poterant, haud obſtantibus ſemper exiſtimaui-

ADDITIO.

2 *l.3.§.1.& ſeq.in fin.de teſtib.* 3 *l.non omnium, de legib.* 4 *l.ad probationem, cum l.ſeq. C. de probat.* 5 *argu. l. mediterranea, C. de annon. & tribut. l. 1. de inoffic. teſtam.*

mauimus nihil mutari debere quoad formulas prædictorum iudiciorum curiæ illius, quæ ſemper interpretationem certã habuerunt. 6 Verba enim illa antiqua, groſſa & Latina, quæ ea in re vſurpantur, æquè notæ ſunt venerandæ antiquitatis, atque alia *lecta, publicata*, quę in promulgationibus & comprobationibus edictorum & ordinationum regiarum in ſcriptis, aut in arreſtis, atque alias ſępiùs, tam à dicta curia, quàm alijs ſupremi regni huius adhibentur. Deinde quod indiuiduita-
4 tem † fidei ex eadem depoſitione ortæ attinet, ea quidem per ſe & ratione ipſius tenoris ac cõtextus depoſitionũ vera eſt; cùm præſumatur, & probabiliter credatur depoſitionem, quæ ex vna parte falſa, diſſimulata & corrupta eſt, talem quoque in aliis partibus eſſe. Qui ipſimet termini ſunt, quos ſupra attigimus, atque ad quos prætenſa indiuiduitas refertur. Verum ſi terminos illos egrediamur, atq; ipſamet penetralia corporis in depoſitione teſtium reſpiciamus, ſicque perſonam teſtis, à quo illa profecta fuit, contemplemur, tùm nihil omnino impedit, quin ea ratione pro bonitate materiæ & pondere eiuſdem valor & ęſtimatio illi imponatur juxta illud, quod ponderat, quemadmodum campſores aut alij eiuſmodi negotiatores valorem nummi ratione bonitatis & ponderis ęſtimare ſolent. Idq; ipſum etiam ICtus tacitè innuere videtur, dum inquit, fidem teſtium diligenter examinandam eſſe, quod nihil aliud eſt, quàm eam diligenter inquiri & põderari debere. Vlterius itẽ hoc eo confirmatur, quod ICtus plures modos recenſet, 8 iuxta quos teſtium fides examinari & perpendi debeat, qui inſtar granorum in vna libræ parte poſiti, pondus fidei teſtium, quæ in altera libræ parte iacet, ſatis demonſtrant atque docent, quorum dictis vel nulla, vel aliqua, vel modica fides ſit adhibenda. 9 Tandem rectè dici poteſt fruſtra hîc obiici generalitatem pręd ictorum arreſtorum, atque quod litigantes magnis ſumtibus & vana ac inani probatione grauentur. Qui enim eiuſmodi arreſta curiæ viderunt, teſtari poterunt ad minimum in ijs articulos notari, atque pro meliori inſtructione dominis commiſſarijs, quos vtiq; vt dictum eſt, curiæ Senatores eſſe oportet, notis quibuſdam in margine adſcriptis certum ſignum dari,
5 de quorum integritate † exacta facti cognitione, atque quod omnia citra ſuperfluitatẽ expedituri, neque onere non neceſſario litigantes, grauaturi ſint, minimè dubitandum eſt. Imò etiamſi extra curiã commiſſarij ſeligerentur; tamen prædicta non admodum obſtarent, cum diligentia boni & periti commiſſarij omne inſtaurare & ſupplere poſſet ſine damno & periculo partium, quibus etiam hoc vtile quandóque futurum eſſet, ſi illud, quod quidam recentiores 10 ſe in praxi obſeruaſſe teſtantur, vſu atque in pari & ſimili hypotheſi eueniret; nempe quod, quando litigantes in inquiſitionibus ſuis tam bene probationes perfecerunt, vt iudices neſciant, ad quamnam partem inclinare debeant, nulla melior & commodior via ſit, quàm vt ad reprobationes recurratur, & quamuis non adeò prægnantes ſint, tamen recipiantur, earúmque probatio litigantibus & productio ſaluationum in contrarium iniungatur: non alium ob finem, inquiunt illi, quàm vt tẽtetur, an ea ratione vnius partis probatio infirmior reddi queat, quàm alterius. Et quamuis illud, iuxta eorum opinionem, res admodum notabilis ſit: tamen æſtum † & calliditatem veterani cu- 6
iuſdam ſapit, & per conſequens magis cõuenit ſimijs illis & veteratoribus quã adminiſtratoribus iuſtitiæ in ſupremis curiis, quibus incumbit: 11

Dicere ius populis iniuſtáq; tollere facta.

Atque non immerito capitaneus ille dicebat 12 ijs, qui in dignitate ſunt, turpius eſt fraude honeſta circumuenire aut lædere, quàm vi aperta. Quare exiſtimamus & reſoluimus, quòd curia noſtra Tholoſana difficulter admodum tale, & tam periculoſum ſtratagema permitteret, ſed potius in eiuſmodi caſibus ſine vlla calumnia & captatione vſurparet remedia à iure introducta, veluti inquiſitiones ex officio, repetitiones teſtium, aut alia ſimilia & æquipollentia. Si item ea tentata finem ſuum non aſſequerentur, tùm procul dubio curia reum abſolueret, aut pro poſſeſſore ex eodẽ iure pronũciaret. 13 Iuxta quod etiam illa probationes & inquiſi-

Additiones.

6 *arg. l. minimè mutanda, de legib.* 7 *l. 3. in pr. de teſtib.* 8 *l. 3. §. 1. & ſeq.* 9 *c. licet, circa med. de probat.* iuncta ibi gl. ſuper verb. *nulla.* 10 *d. l. ad probationem, in fin.* 11 Papon *au 2. tom. des notaires liur.* 10. *des reproches contre teſmoings.* 12 Heſiod. *in Theog.* 13 Braſid. apud Thucyd. *libr.* 4.

quiſitiones partium diligentiſſimè examinare ac ponderare conſueuit: adeò vt quamuis litigantes vnum vel quoſdam contra ſe productos teſtes non reprobarint: ſi tamen eos reprobandos eſſe exactis, vel etiam ex confeſſione teſtium cõſtet; curia nihilominus illud attendat, quod à partibus deductum & propoſitum non fuit, cùm certum ſit, quemadmodum veritati: ita etiam diſquiſitioni & examinationi eiuſdem ſemper locum eſſe debere. Idque etiam DD. noſtri haud omittere voluerunt, 14 atque in ſpecie Dn. præſes Boërius, 15 & poſt eum Ranchinus 16 notauit.

ADDITIONES.

14 Baldus *in l. etiam iure, C. de teſtib.* 15 *dec. 321. in fin.* 16 *part. 3. concluſ. 186.*

DECISIO LXX.

ARGVMENTVM.

Is, contra quem teſtes producuntur, quod contra eos oppoſitiones adducere velit, proteſtari debet.

SVMMARIA.

1 *Proteſtatio futura reprobationis teſtium ſeu obiectionis & oppoſitionis contra eos neceſſaria eſt.*

2 *Admitti poſſunt litigantes in cauſis appellationum ad probationem oppoſitionum contra teſtes in prima inſtantia auditos.*

3 *Curia Tholoſana interdum comprobare reſcripta principis, quæ litigantes impetrarunt ob negligentiam à probatione prædictarum oppoſitionum excluſi, ſicq; dilationẽ redintegrare ſeu nouam concedere conſueuit.*

4 *Limitationibus Canoniſtarum & reſeruationibus, quæ in regiis ordinationibus habentur, omnes dilationes hodie arbitrariæ redditæ fuerunt.*

5 *Melius eſt plures dilationes concedere, quàm cauſam principalem nimia præcipitantia extinguere, & veluti ſuffocare.*

1 1 REGVLARE eſt, & certæ † ac ſolemnis formulæ loco, à notariis noſtris obſeruatur, vt in confectione inquiſitionũ litigantes, contra quos illæ ſuſcipiuntur, legitimè citati ad productionem teſtium, qui ijs præſentibus coram commiſſarijs ſiſtuntur, per ſe, aut per procuratores & ſollicitatores ſuos declarent, quod neutiquam conſentiant, atque expreſsè proteſtentur de nullitate, & quod teſtes reprobare, atque contra eos obiectiones ſeu oppoſitiones adducere velint. Quæ proteſtatio omninò neceſſaria eſt, vt reprobationes poſtea admittãtur, quẽadmodum iudicatum fuiſſe arreſto ſupremæ curiæ Pariſienſis Papon teſtatur, 1 idémq; præſes Gratianopolitanus decretali Innocentij III. confirmat, 2 quæ quoad hanc rem in terminis facere videtur. Ex eadem tamen † minus rectè infertur, quod coram iudice appellationis fieri nequeat probatio oppoſitionum, quæ contra teſtes in prima inſtantia auditos adductæ fuerunt. Rectè enim prædictus Dn. præſes contrarium tam in curia parlamenti Gratianopolitani, quàm in cæteris curijs regni huius de earundem ſtylo & conſuetudine ſeruari tradit, vt in iis oppoſitiones cõtra teſtes admittantur ad probandum in cauſis appellationum, quæ non fuerant probatæ in prima inſtantia, atq; ita ſe vidiſſe obſeruati quadraginta annis proximè lapſis teſtatur. 3 Quæ praxis iuri communi non modo non aduerſatur, ſed etiam eodem rectè confirmari videtur. Appellationis enim ea virtus eſt, vt illa interpoſita tam ſupremæ curiæ, quam omnes reliqui iudices debeant, ac teneantur reparare grauamina, quæ appellanti iniquè à priori iudice impoſita fuerunt, qui fortè admittere aut attendere noluit oppoſitiones in prima inſtantia ante publicationem, atque intra conceſſam dilationem ab appellante propoſitas: aut earundem, quantumuis pertinentium & peremptoriarum probationem denegauit: atque ſic in eadem ſententia definitiua appellationis, quemadmodum vi ordinationis hoc facere tenetur, in priori caſu dixit oppoſitiones illas conſiderandas & attendendas non eſſe, aut in poſteriori etiam earundem veritate non indagata cauſam iudicari poſſe. Tum ſiquidem munus iudicum appellationis requirit, vt de ea pro nun-

ADDITIONES.

1 *tit. 1, des reproches des teſmoins. arreſt. 6.* 2 *in c. præſentium, de teſtibus.* 3 *queſt. 500.* quem refert Papon *en ſondit recueil. tit. ſuſd. arreſt. 4.*

nunciaturi illud faciant, quod primus iudex facere debebat, ſicq; admittant appellantem ad probationem dictatum oppoſitionum, ſi deprehendant tali probatione depoſitiones teſtium irritas reddi, ſicque nullam parti, in cuius gratiam factæ fuerunt, probationem, quæ ad condemnationem aut abſolutionem ſufficeret, reſtare, atque aliter primum iudicem non potuiſſe, neq; debuiſſe in vera & plena cognitione iuſtè & rectè procedere, ac propterea tale appellanti grauamen impoſitum fuiſſe, quod omnino corrigendum & reformandum ſit. Quæ quidem in curia noſtra eiuſdemque † reſ-
3 ſortitione citra omnem difficultatem procedunt. Imò in terminis adhuc fortioribus, eo nempe caſu, quo coram priori iudice oppoſitiones propoſitæ fuerunt, atque intra terminum ad earundem probationem præſtitutum eas pars probare neglexit, & propterea condemnata fuit, aut cauſam ſuam perdidit, ſed poſtea appellauit, reſcriptúmq; principis, vt alius terminus ad dictam probationem præfigatur, impetrauit: curia noſtra, modo oppoſitiones pertinentes, concludentes & peremptorias deprehendat, talem probationem haud denegare conſueuit. Ita enim ſæpius ad noſtram relationem tam in Camera maiori, quàm in ſecunda claſſe inquiſitionum, non ſolum quoad eiuſmodi inquiſitiones obiectiuas, ſed etiam quoad inquiſitiones principales, nouam dilationem & terminum conceſſit. Sanè illud verum eſt, quod eo caſu partes ratione neglecti eiuſmodi termini ſeu dilationis in ſportulas condemnentur. Nec obiici poteſt tam quoad obiectiones illas ex iure Canonico, 4 quàm generaliter quoad reliqua omnia, quæ probari debent, ex ordinationibus regiis 5 dilationes eiuſmodi peremptorias eſſe, & ſaltem vnam concedi oportere. Nam limitatio-
4 nes † & reſtrictiones, quas Canoniſtæ hac in re adducunt, iunctæ cum iis, quæ in dictis ordinationibus, vltimóq; earundem articulo reſeruantur, dilationes iuxta communem fori noſtri vſum, planè arbitrarias reddiderunt, atq; tam latè extenderunt, vt interdum quatuor, quinque, aut ſex concedi ſoleant ad petitionem litigantium, qui tot rationes, impedimenta, excuſationes & difficultates, præſertim, quod teſtes accerſere non potuerint, adducere conſueuerunt, vt tam pro adminiſtratione iuſtitiæ, quàm pro litigantium vtilitate conſultius eſſe exiſtimetur ad ſimplicem illam allegationem
† dilationes redintegrare, quàm permittere, vt alias cauſa principalis, inſtar ani- 5
malis, cui aër ad reſpirandum denegatur, ſuffocetur. Quod ſi fieret iuſtos & æquos iudices, inprimis ſupremos, qui extrema vice pronunciant, dolere & conſcientiæ læſionem metuere oporteret. Atque hinc non immerito curia noſtra prædictum morem obſeruat, eundémque in ſuprema curia Pariſienſi receptum eſſe, eiuſdem arreſtũ Calẽdis Iulij, anno M.D.XLIX. prolatum, atque à Papone adductum probare poteſt. 6

ADDITIONES.

4 *in c. licet cauſam, de probat.* 5 Franciſc. I. *art* 32. *&* 33. *des publiees* 1539. 6 *en ſond. recueil. ſous le tit. des preuues des teſmoins arreſt.* 25.

DECISIO LXXI.

ARGVMENTVM.

Commiſſarius iuramentum à teſtibus etiam adiuncto abſente recipere poteſt.

SVMMARIA.

1 *Etſi commiſſarius teſtes non niſi adiuncto præſente audire poteſt: tamen ei adiunctum adhuc expectanti teſtes recipere, atque ad iuramentum adigere licet.*
2 *Adiunctis ſaltem ſubſignat inquiſitionem, atque examini teſtium aſſiſtit, tãquam obſeruator & explorator omniũ commiſſarij actionum.*
3 *Adiuncti à doctioribus exprimuntur per vocabulum Latinum optiones.*
4 *Verum dubitatur, an talis expreſſio bona aut propria ſit.*

QVAMVIS ſupra diximus inquiſitionem arreſto curiæ, cuius diem adſcripſimus, ideò caſſatam fuiſſe; quod commiſſarius † partem teſtium ibi compre- 1
henſorum abſente adiutore ſeu adiuncto, & ſine eo audierit: tamen illud haud indiſtinctè ad cõſequentiam trahi, neque ad productionem & iuramentum teſtium extendi debet, vt hæc ea ratione confundantur, ſeu potius comprehendantur ſub vocabulo illo, *depoſitionis teſtium*, quemadmodum Tribonianus *quodam in loco* fecit.

fecit. 1 Etſi enim commiſſarius non poteſt audire, neq; examinare teſtes ſine adiuncto: tamen eundem expectans partibus præſentibus, aut legitimè ad hunc finem citatis in abſentia adiuncti productionem rectè admittit, atque iuramentum à teſtibus exigit. Idq; propterea, quod licèt commiſſioni ad inquirendum & informandum (præſertim quæ auctoritate ſupremarum curiarum decernitur) expreſsè inſeratur, quod inquiſitio cum adiuncto fieri & expediri debeat, atq; præcipua & melior pars teſtimonij ſit iuramentum teſtium (de quo ex ipſo commiſſarij rotulo apparere oportet, neque creditur actuarijs aut alijs, qui eiuſmodi inquiſitiones expediunt, ſi teſtes productos iuraſſe affirment) 2 attamen commiſſionis tenor, ſi penitius inſpiciatur, quoad perſonam adiuncti, ſaltem examē, interrogationes, reſponſiones & depoſitiones teſtium concernit, non verò quicquam vlterius de proceſſu attingit, quem in inquiſitione ſeu informatione illa obſeruari oportet, qui eâ ratione ſaltem & principaliter commiſſario demandatus fuit, quem etiam propterea ſolum ſuo nomine partes citare, de eorundem contumacia cognoſcere, litigantibus, vel etiam teſtibus citatis nouas dilationes concedere, controuerſias incidentes expedire, vel eas ad committentes remittere videmus. Eandem quoq; ob cauſam fit, vt i-
2 pſemet † ſolus conficiat rotulum ſeu cōſignationem eorum, quæ coram ſe geſta fuerunt, atq; adiunctus ſubſignet ſaltem ipſam inquiſitionem, vt fidem faciat, & atteſtetur ſe in actu illo cōmiſſario præſto fuiſſe, tanquam collegam, ſocium, aſſeſſorem & adiutorem, qui illi adiungi ſolet, vt eius actiones obſeruet, atque diligenter attendat, ne commiſſarius quid omittat, diſſimulet, néue in vnam vel in alteram partem procliuior ſit, atque etiā accuratè rationes & cauſas depoſitionum teſtium expendat, vndènam ſciuerint, aut ſcire potuerint illud, quod ſe vidiſſe, audiuiſſe, aut aliter percepiſſe aſſerunt. Quare nonnulli, qui in lingua La-
3 tina † admodum eruditi ſunt, & elegāter loquuntur, dictos adiunctos exprimere ſolent per vocabulum optiones. Cuius rei fundamentum ex eo depromunt, quod ita in genere maſculino optiones olim dicebantur adiutores, quos milites ſibi nonnunquam ſeligere ſolebant. Optiones, inquit Vegetius, 3 ab optando appellati, quod antecedentibus ægritudine præpeditis, hi tanquam adoptati in eorum locum & vicarij ſolent vniuerſa curare. Ad quorum perſonas & officium reſpiciēs comicus quodam in loco ſeruum introducit, qui ſenem ita alloquitur: *tibi optionem ſumito Leonidam.* 4 id eſt, vt noſtri moderniores interpretantur, adiutorem vicarium, ſucceſſorem, 5 ab optione, 6 qui in re militari (aiunt) appellatur is, quem decurio aut centurio optat ſibi rerum priuatarum miniſtrum, quo faciliùs officia publica obeat. Quæ cùm ita ſe habeant, nos † nondum metaphoram aut
propriam tranſlationem illam aſſequi 4
potuimus, cùm adiuncti noſtri nihil de eiuſmodi officio participent, ſed ſaltem ex auctoritate iudicum & magiſtratuum pro diſtributione iuſtitiæ & conſeruatione iuris partium iungantur commiſſario, qui eos haud expetit, neq; exoptat, multóq; minus eligit, niſi fortè partes in adiutorem conſentire nolint, atque ipſa in conſequentiam officij ſui quendam ſeligere adigatur & compellatur. Præterea etiam dicti adiuncti noſtri haud adhibentur in rebus priuatis commiſſariorum, vt eos ſubleuent, quo melius publicis officijs vacare queant, qualia appellari poſſent dictę commiſſiones, in quibus quoad auditionem & examen teſtium adiuncti commiſſarijs aſſiſtunt, adiiciuntur & aſſociantur, non vt eos iuuent, neque in eorum locum ſufficiantur, vt faciant illud, quòd ij fecerint, multóque minus, vt eorum ſucceſſores ſint in publico officio, aut in rebus priuatis, ſed potius vt ſint veri antigraphi atque honeſti exploratores, quemadmodum Dn. Comineus legatos appellat, vt explorent, obſeruent, atq; diligenter attendant omnes modos, rationes, actus & facta dictorum commiſſariorum, in officio ſuo examine, & auditione dictorum teſtium, illúdque, quod ita obſeruauerint, diligenter in ſcripta redigāt, vt, quod deeſt, ſuppleri poſſit, quemadmodum ſupra iam diximus. Nihil ergo ad optiones militares; ſaluo tamen iudicio eorum, qui acutius vident, atq; meliorem meta-

ADDITIONES.

1 *in l. iudices, in verb. depoſitionibus,* & ibi noſter Accurſius, *C. de fid. inſtrum.* 2 *c. tuis, extr. de teſtibus.* 3 *libr. 2. cap. 7.* 4 Plautus *in Aſinar. act. 1.* 5 Lambin. *ad Plaut.* 6 ex Feſto locum Plauti referentes.

metaphorę huius rationem norunt. Inter quos forte erit Dn. Lucius, qui vocabulo hoc expreſsè vtitur, dum arreſtum refert à ſuprema curia Pariſienſi, menſe Iunio, anno 1535. cuius Papon etiam meminit 7 prolatum, quo iudicatum fuiſſe dicit ab inquiſitore ſine optione teſtes Sacramento adigi poſſe. Similiter item curia noſtra Tholoſana anno 1580. (qui propter morbum illum, qui noſtris *la coqueluche dicitur*, memorabilis eſt) in audientia præſide defuncto Dn. Daffis pronunciauit haud audiendum eſſe eum, qui à commiſſario ad confectionem inquiſitionum à curia deputato ideò appellauerat, quod ille ſine adiuncto, quem adhuc expectabat, maiorem partem teſtium ad ſolitum iuramentum admiſiſſet, atque appellantem in expenſas & mulctam cōdemnauit. Nos deciſionem controuerſiæ huius attento animo expectabamus, vtpote quæ ad conſequentiam trahi poſſet, atque de qua multi ex dominis claſſium inquiſitorialium dubitarent, nonnullique antiquiores domini quoad hanc rem contraria curiæ noſtræ præiudicia extare aſſererent. Poſtquam verò curia ſemel hoc dubium prædicto modo & præiudicio decidit, ea idem deinde in ſimilibus controuerſiis ſemper ſecuta fuit. Sane dies arreſtè illius nobis excidit, ſed anni optimè adhuc memores ſumus, non ſolum ob prędictum morbum, ſed etiam ob alias res triſtes & calamitoſas, quæ eodē anno euenerunt: quarum amniſtia perpetuum nobis imponens ſilentium manum de tabula iam mouere iubet.

ADDITIONES.

7 *titr. des preuues des teſmoings & enqueſtes, arreſt.1.*

DECISIO LXXII.

ARGVMENTVM.

In ſupremis Franciæ curiis publicationes teſtimoniorum receptæ non ſunt.

SVMMARIA.

1 *Romæ olim ipſimet litigantes teſtes interrogabant.*

2 *Quod tamen etiam magiſtratus & iudices ex officio ſuo facere poterant, vt conſcientias ſuas melius inſtruerent.*

3 *Teſtes noſtri temporis eorundémque depoſitiones comparantur campanis aut inſtrumentis muſicis.*

4 *Publicatio inquiſitionis adeò neceſſaria eſt, vt ea omiſſa proceſſus nullitati obnoxius reddatur.*

5 *Peculiari conſtitutione regia ſancitum fuit, vt prædicta publicatio in omnibus regni curiis, excepta ſola Pariſienſi & curia libellorum ſupplicum reſtaurari deberet.*

6 *Suprema curia Tholoſana non comprobauit hanc ordinationem qua exceptionem arreſti præcedentis per ſe generalem, atq; omnibus ſupremis curiis communem ad ſupremam curiam Pariſienſem, & prædictam curiam libellorum ſupplicum reſtrinxit.*

7 *Eodem modo curia noſtra fecit, quoad ordinationē poſteriorem, quæ priori derogauit, adeò vt neque in ſuprema curia, neque in ſubſelliis libellorum ſupplicum prædicta publicatio adhuc recepta ſit.*

8 *Ad quodnam vſque tēpus reprobationes in curia Tholoſana opponi queant?*

HODIE itaq; ad iudices † aut eorundem auctoritate conſtitutos commiſſarios interrogatio & examen teſtium pertinet. Olim verò teſtes ipſimet litigantes interrogabant, ita vt primò eos producens examinaret, deinde eoſdem alter, contra quem producti erant, diſputationibus ſuis aggrederetur, & summoperè laboraret, vt eos confundere, & proprij oris teſtimonio falſitatis conuincere poſſet. *Teneri* (inquit Aſconius) *debemus interrogationes teſtium, & accuſatoris, & defenſoris eſſe, & eius, qui producit, & eius, contra quem producuntur.* Prætor quidem & iudex, qui † tanquam auditores & ſpectatores aſſiſtebant, ex officio ſuo, vt melius conſcientiam inſtruerent, examinare poterant teſtes, & quædam ex iis interrogare, quæ ad cauſam facere viderentur, & quæ verbotenus ab actuarijs & ſcribis excipiebantur, & notabantur. Vnde etiam Cicero, & poſt eum Agrippa, certas quaſdam notas inuenerunt, quibus omnia etiam celerrimè pronunciata facilè excipiebantur & conſcribebantur. Idq; apparet ex terminis illis, qui ſæpiùs apud Demoſthenem & Ciceronem leguntur: *recitata teſtimonium, ab accuſatore rogatus reſpondit. &c.* Idem quoque diu ſub Impp. adhuc obtinuiſſe ex Quintiliano colligi poteſt, eiuſdémque rei exempla etiam in pande-

pandectis noſtris leguntur. 1 Quam diſſertationem præambulam ex docti cuiuſdam, atque in humanioribus artibus & Iuriſprudentia optimè exercitati viri, 2 ſcriptis ideò huc adducere voluimus, vt inter alia, quemadmodum ipſemet etiam differit, demonſtraremus, antiquam illam teſtium depoſitionem magis ſanctam, minúſq; ſuſpectam fuiſſe, cùm ij coram iudice & partibus audirentur & examinarentur. Hodie verò teſtes noſtri
3 † ſimiles videntur campanis, quæ talem ſonum edunt, qualem vult ille, qui earũdem piſtilla regit. Nam & ipſi ſaltem deponunt iuxtà ea, quæ examinantur, & ſecundùm terminos, quibus eorundem dicta ornantur & habilitantur, vt etiam haud immeritò conferri poſſint inſtrumentis muſicis, quæ prout craſſè aut delicatè tanguntur, mala aut precioſa videri ſolent. Vt tamen, quantum fieri poteſt, & mores noſtri ferunt, teſtium dicta ſyncera & incorrupta ſint, eadem ſecreta ſeruantur, donec iudices ordinarij ad eorundem publicationem procedant. Quam publicationem Accurſius 3 atque alij
4 qui eum communiter ſequuntur DD. adeò neceſſariam † eſſe exiſtimant, vt ea omiſſa proceſſus nullitati obnoxius, atq; etiam ſententia planè nulla reddatur, veluti prolata contra ſolitum iudiciorum ordinem, ad quem inter alia etiam dictã inquiſitionum publicationem referunt.
5 Atque hanc planè reſtabiliuit & confirmauit, † (ita tamen, vt ſupremam curiã Pariſienſem, atque quod in ea eſt, ſubſellium requeſtarum, quemadmodum vocatur, in quibus publicationes eiuſmodi receptæ non fuerunt, expreſsè exciperet, donec aliud ſanciretur) ordinatio defuncti regis Franciſci I. quæ inter illas habetur, quæ anno 1539. de abbreuiatione litium promulgatæ, & Guilhelmicæ appellatæ fuerunt 4 à nomine defuncti Domini Guilhelmi Poyer cancellarij, ad cuius inſtinctum & conſilium rex eas promulgarat, quemadmodum Dn. Lucius, *quodam in loco*, veluti in tranſcurſu attigit. 5 Deinde verò tempore nouiſſimo, Henricus III. qui inter Valeſios vltimus fuit, ordinationibus ſuis in generali ordinum conuentu Bleſenſi factis 6 definitiuè expediens prædictam exceptionem prouiſionalem conſtituit, vt publicationes inquiſitionum æquè in parlamentis ſupremis curijs atque requeſtis,
6 quàm antea coram iudicibus ordinarijs, fieri deberent. Cúmque dicta † prima ordinatio deſumta eſſet ex arreſto a nno 1276. prolato, quòd eandem exceptionem continebat: *excepta noſtra curia, & requeſtis atque omnibus ſupremis curiis, vbi nulla publicatio inquiſitionis eſt*, (ſi ita ſe res habet, quemadmodum auctor collationis regiarum ordinationum, atque antè eum Rebuffus *in annotationibus & obſeruationibus ſuis* tradiderunt) noſtra curia Tho- 7
loſana † illam comprobare noluit in eo, quod reſtringeret prædictam exceptionẽ dicti arreſti ad ſupremam curiam Pariſiẽſem, & curiam requeſtarum ſeu libellorum ſupplicum palatij nominatim ibi comprehẽſas, ſicq; excluderet omnes reliquas curias ſupremas, quæ tempore arreſti illius non poterant eſſe aliæ, quàm dicta curia Tholoſana, quæ tanquam ſecunda ſemper quoad prouinciam, pro qua ſtabilita fuit, concurrentem iuriſdictionẽ habuit, eandémq; ſuperioritatem exercuit cum prædicta prima & principali curia Franciæ. Idem quoque illa quoad poſteriorem ordinationem, qua priori derogatur, fecit, atque ſic nondum neque in ipſa ſuprema curia, neque in ſubſellio, requeſtarum, ſeu libellorum ſupplicum, publicatio inquiſitionum magis recepta eſt, quàm antea. Inter rationes autem eius rei potiſſimùm hæc adducitur, quòd hic de auctoritate curię agatur, quę à tempore inſtitutionis ſuæ erectionis & confirmationis vna cum alijs ſupremis curijs ſuper omnes reliquas inferiores & ſubalternas gauiſa eſt hac præeminentia & priuilegio, ac iure ſingulari. Defunctus dominus Bourdin 7 allegare voluit rationem quandam particularem, quando inquit in obſcuro & ſub nube litigare maximè noxium eſſe, & omnia patere, & libera eſſe in iudicijs, non autẽ aliquo inuolucro obuoluta eſſe debere, tamẽ ab omni æuo in ſubſellijs requeſtarum, & in ampliſſimo Senatu, propter, vt aiunt, auctoritatem in his contendentium interdictam fuiſſe huiuſmodi publicationem, vt abſtruſiorem & ſecretiorem, & quam pro-

ADDITIO.

1 *in l. Achates, 24. de falſ. l. ſi poſtulauerit, § quæſitioni, de adulter.* 2 *Ayraut en ſon ordre & formal. iudic. libro tertio, numer.* 37. vbi de probationibus agit. 3 *in l. prolatam, C. de ſent. & interloc. omn. iud.* 4 *art.* 86. 5 placit. ſum. apud Gallos curiæ *lib.* 5. *t.* 3. *arreſt.* 1. 6 *artic.* 150. 7 *ad dict. ordinat.*

culum corruptioni admodum obnoxium, atque ad malum nimis pronum ſit.

DECISIO LXXIII.

ARGVMENTVM.

Litigatoris, qui ſecretum inquiſitionis expiſcatus ſuit, oppoſitiones contra teſtes haud attenduntur.

SVMMARIA.

1 *In ſuprema curia Pariſienſi acta ſemel domino relatori tradita non prius actuario redduntur, quàm arreſtum ſeu ſententia prolata fuerit.*

2 *Interdum ſuprema curia Tholoſana commiſſarium deputat, vt coram eo aduocati & procuratores ſe purgent, quod ſecretum inquiſitionis non viderint, neque partibus communicarint.*

3 *Differentia, quam eadem obſeruat curia, dum nulla habita ratione oppoſitionũ, vel earundem veritate non indagata, cauſam iudicare poſſe pronunciat.*

1 CAETERVM non à ſolo actuario, † eiuſque ſcribis omnia pericula & incõuenientia, de quibus in præcedenti deciſione diximus, dependent; ſed eadem etiam interdum ex facto ipſorum relatorum exiſtere videmus, non quidem ex quadam eorum auaritia, corruptione, aut aliis quibuſcunque ſordibus (a quibus curia noſtra æquè, aut etiam plus, quàm vlla alia in Europa aliena eſt) ſed potius ex negligentia quapiam, atque quod nimium ſcribis fidat. Quando enim parandæ relationis ergo acta acceperunt (quod ne tam ſubitò fieret, quemadmodum hodiè fieri videmus, ſummoperè optandum eſſet) eáque ratione etiã inquiſitiones clauſæ & ſignatæ ſimul ab actuario, ciúſque ſcribis traditæ iis fuerunt, nonnunquam fit, vt ab altero, vel etiam vtroque litigante vrgeantur, vt acta ad grammatophylaceum remittant, ſicque inquiſitiones a relatoribus iam apertæ & reſignatæ reddantur, quas poſteà vna cùm aliis cauſæ principalis actis procuratores ab actuarij ſcribis accipere ſolent, dum relator actuarium non monuit, vt inquiſitiones à reliquis actis ſepararet. Qua ratione fit, vt procuratores, quibus integra acta ita tradita fuerunt, inquiſitiones facilè ſcrutari, & teſtium depoſitiones plenè cognoſcere queãt. Quod ſanè non eueniret, ſi acta cauſæ principalis ſemel à dominis relatoribus accepta, quemadmodum hoc in ſuprema curia Pariſienſi receptum eſſe intelleximus, haud priùs redderentur, quàm arreſtum aut ſententia prolata eſſet; atque procuratores ſpeciatim conſignare, & apud dominos relatores profiteri oporteret, quid ex actis, quę penes ſe habent, deſcribere aut extrahere, vel etiam vlterius producere velint. Haud quoque tum locus daretur difficultati illi, quæ ſæpius in curia noſtra oborta fuit, atque adhuc oboritur, nempe an in eiuſmodi caſu inquiſitiones ab eo tempore, quo eas procuratores litigantium ab actuarij ſcribis acceperunt, habendæ ſint pro publicatis, adeò vt litigator, cuius procurator illas accepit, nihil amplius contra aduerſarij teſtes in inquiſitione illa comprehenſos opponere poſſit, perinde atque ſi inquiſitiones verè publicatæ fuiſſent? Qua in re ſæpius eiuſmodi inconuenientia nos eueniſſe vidimus, vt ſingulare artificium nouarum fraudum & cautelarum detegeretur, & veroſimiliter atque probabiliter appareret, inquiſitiones apertas, viſas & communicatas fuiſſe partibus, quę proponebant oppoſitiones, earundémque receptionem requirebant, aut iis receptis illas communicatas fuiſſe aduerſariis, ad quorum petitionem inquiſitiones eiuſmodi factæ fuerunt, qui eiuſmodi oppoſitiones reiici, aut ſaltẽ in omnem euentum nulla habita earum ratione ad vlteriorem cauſæ definitionem procedi peterent. Quoties autem hoc euenit, atque negatum, vel etiam inter partes diſceptatum fuit, curia † commiſſarium 2 deputauit, vt coram eo purgatio fieret modo ſuper ſanctis Euangeliis, modo ſolemniter ſuper ara ſacelli, quod in palatio eſt, iuxta qualitatem coniecturarum, quas illa habebat, ex perſona tam ipſorum litigantium, quam eorundem procuratorum & aduocatorum, quoad veritatem viſionis, lectionis & communicationis ſecreti in inquiſitionibus comprehenſi ab iis, vel vno eorum, aut etiam perſonis interpoſitis factæ. Atque ſic in caſu denegationis iuncto cum proceſſu principali oppoſitiones iam receptæ iudicatæ fuerunt, quemadmodum oportet, veluti econtra in caſu confeſſionis, dictæ oppoſitiones haud conſiderabantur, ſed nulla earum habita ratione ad cauſæ definitionem procedebatur, idque in ipſo arreſto, quod ſequebatur, exprimi ſolebat. Ex quo apparet differentia † pronunciandi hoc in caſu, atque in alio, de quo 3 dictum eſt cauſam iudicari poſſe etiam non indagata veritate oppoſitionum, nempe eſt

Hh

eæ haud pertinentes, neque concludentes ſeu peremptoriæ videntur, aut etiam tales ſunt, vt impedire nequeant, quo minus cauſa definitiuè iudicetur, cùm alias ſufficiens probatio litiganti ſuppetat, vt pro eo definitiuè pronunciari poſſit. Hancque prouidentiam curia noſtra in eiuſmodi accidentibus regulariter adhibere conſueuit. Si item litigator, qui oppoſitiones prædictas ideò reiici, nullámque earum rationem haberi petit, quod aduerſarius vel ipſemet, vel per procuratorem ſuum, aduocatum, actorem, ſollicitatorem, aliámve interpoſitam perſonam inquiſitionis ſecretum expiſcatus fuerit, aduerſario hoc negante, ad probationem ſe offerret, tũ proculdubio ſummariè admitteretur, factáque probatione oppoſitiones eiuſmodi in odium tam apertæ fraudis planè reiicerentur.

DECISIO LXXIV.

SVMMARIA.

1 *Reprobare teſtes, eorundémque depoſitionibus contradicere res diuerſa & diſcrepantes ſunt.*

2 *Teſtimonium melius deſtruitur diſputatione, argumentatione & refutatione appoſitè facta, quàm reprehenſione perſona.*

3 *Contradictiones contra teſtes ordinatione defuncti Regis Fräciſci I. prohibita.*

4 *Contradictiones propoſita ante dictas reprobationes, aut vna cum iis, ſi tales ſint, vt proponi non potuerint, niſi inſpecto, cognitóque inquiſitionis ſecreto obiectiones annihilare ſolent.*

5 *Differentia inter generalitates vagas & confuſas, atque ſpecialitates rationabiles.*

6 *Contradictiones quomodo proponenda, & qualeſnam ſint, cùm alias etiam non propoſita officio iudicum ſuppleantur.*

1 TESTES reprobare † & teſtium depoſitionibus contradicere res planè diuerſæ & diſcrepantes ſunt, quarum vna teſtium perſonas, altera verò eorundem dicta concernit, adeo, inquit auctor ſuperius allegatus, 1 vt quamuis more antiquo Romanorum, de quo ſupra diximus, & iuxta quem ipſimet litigantes examinare & interrogare teſtes ſolebant, ſæpius interrogationes eiuſmodi locum obtinerent reprobationũ, quibus hodiè vtimur, atque melius facerẽt pro confirmatione aut infirmatione depoſitionis teſtium, quam omnes repro[illegible]nes & ſaluationes, quæ iam apud no[illegible] ſu ſunt; cùm teſtimonium † facilius d[illegible]tur diſputatione, argumentatione & [illegible]tione appoſitè facta, quàm reprehe[illegible] perſonæ: attamen nihilominus per[illegible] quoque fuerit peculiariter teſtes rep[illegible] taléſque reprobationes æquè ac ho[illegible] dices admiſerint. Quo refert illud, q[illegible] cero *in quadam orationum ſuarum* [illegible] 2 *Aut enim, inquit, oratio teſtium r[illegible] let, aut vita ladi, & in hominem dic[illegible] eſt, cùm oratio argumentationem non* [illegible] Verum cùm alius apud nos ſtylus [illegible] ſéntque diſputationes, † altercation[illegible] gumentationes & actiones, quæ eran[illegible] litigantes ratione prædictarum inte[illegible] tionum; ordinatione defuncti regis [illegible] ciſci I. expreſſè prohibitum fuit, ne [illegible] contradictiones contra teſtes ampl[illegible] mitterent, néue litigantes eas propo[illegible] & quidem ſub mulcta arbitraria. Cu[illegible] ratio vſui noſtro conueniens inde [illegible] pta videtur, quod iuxta eum tales co[illegible] ctiones non poterant opponi, qu[illegible] quam viſa, notata & obſeruata fuiſ[illegible] creta inquiſitionis. Quo caſu, & poſ[illegible] cita teſtificata, quemadmodum C[illegible] loquuntur, haud poſſunt opponi v[illegible] probationes. Cùm igitur reprobati[illegible] receptæ, vſúque regulari approbat[illegible] tè publicationem, contradictiones [illegible] ratione opponi ſolitæ, (quæ oppoſi[illegible] niſi poſtea fieri poteſt) in vſu eſſe de[illegible] iuſtéque abrogatæ fuerunt, cùm per [illegible] dem oppoſitionem præiudicium [illegible] fuerit receptioni & admiſſioni prædi[illegible] reprobationum, quemadmodum adh[illegible] quando contradictiones illæ vna c[illegible] probationibus prædictis proponunt[illegible] tamen, vt aliter allegari haud poſſin[illegible] ſi ſignificetur proponentem, eiúſue [illegible] ſilium vidiſſe & ſciuiſſe illud, quod [illegible] quiſitione continetur. 5 Nam in [illegible] curia Tholoſana prædictas obiectio[illegible] quę legere, neque attendere, ſed [illegible] earum habita ratione ad vlteriore[illegible] ſæ cognitionem procedere ſolet, p[illegible] ac ſi nunquam propoſitæ, neque al[illegible] fuiſſent.

ADDITIONES.

1 Ayraut *d. libro tertio, part.* 3. [illegible] *quadrageſimotertio,* 2 *pro Flacco.* [illegible] *publiees* 1539. *art.* 36. 4 *c. præſentium* [illegible] *de teſtibus.* 5 *l. auxilium in fin. de* [illegible] *rib.*

fuiſſent. Sicque ea ſæpius ad noſtram relationem in ſecunda claſſe inquiſitionum cõcluſit, in caſu tamen talium contradictionum, quas diximus, non poſſe proponi, neque reſtringi, coarctari & limitari, niſi inquiſitio inſpecta & cognita fuerit. Alias enim, quod generales illos terminos attinet, quando ſub finem obiectionum adiici ſolet, quod vltra reprobationes contra teſtes, & quemlibet eorum adductas, ij varij ſint & ſingulares, neque ſufficientem depoſitionum ſuarum rationem reddant, atque etiam depoſitiones alias tales ſint, vt iis fides iuro adhiberi non debeat; curia noſtra minimè eos tanti facit; vt propterea reprobationes adductas haud attendat, neque ad earum iudicium; quemadmodum decet, progrediatur:

5 Magna ſiquidem differentia † eſt inter eiuſmodi generalitates vagas & confuſas, profectáſque potius ex vana imaginatione, quàm certa ſcientia & cognitione; atque inter ſpecialitates tam accuratè deductas, vt appareat eas ſciri non potuiſſe, quàm inſpectis, vt dicitur, cognitíſque verbis teſtamenti: veluti quando arguunt teſtes ſibi inuicem contrarios eſſe, eo, quod vnus aſſerat hoc, alter rem planè contrariam dicat, vnus deponat de vno tempore, alter de alio: quod attenta eorum ætate, quam ipſimet in auditionibus ſuis ſe habere dixerũt, non poſſint recordari rei adeò antiquæ, de qua depoſuerunt, nempe hic in illo, & alius in altero loco; præterea quòd veluti eandem linguam in depoſitionibus ſuis vſurparint; quo ſuſpecti redduntur, cùm credatur eos præmeditatos fuiſſe, atque ex compoſito & compacto, antequam examinarentur, depoſuiſſe, ſicque teſtimonium ſuum potius ex commentariis quibuſdam, quos anteà collegerant, quàm ex ipſa rei veritate hauſiſſe. Tum enim ex lacinia, vt dicitur, reliqua textura facilè cognoſci poteſt. Quibus caſibus idem iudicari ſolet, ac ſi poſt publicationem productio eiuſmodi dictarum reprobationum facta fuiſſet. Verum facilè hic præuidemus, quod quæri poſſit,

6 quorſumnam † contradictiones ita productæ pertineant, atque quod mirum alicui videri queat, cùm eæ ex iure hauſtæ & depromptæ ſint, vt falſitates, ſubornationes & corruptiones teſtium conuincant: quod tamen hic effectum ſuum haud operentur, ſed planè contrarium producant, nempe priuationem alterius remedij concurrentis, atque ad eundem ſcopum tendentis, qualis eſt dictarum reprobationum? Cæterum ad hoc haud incommodè reſponderi poteſt, quòd dictæ contradictiones in proceſſu quidem maneant, vt de iis à iudicantibus cauſam principalem pronuncietur, earúmque ratio habeatur; ſed qui eas ita propoſuerunt, excludantur à ſuis obiectionibus, quas non iuſto tempore & loco, atque quemadmodum decet, vſúſque noſter ordinarius requirit, propoſuerunt. Sibi ergo debet imputare, qui legem neglexerit, vt nulla ſit excuſatio aduerſus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat, contra eas committit, *6* præſertim cùm non ſolum reſeruare queat coram iudicibus ordinariis, aut aliis curiis, in quibus publicatio recepta eſt, tales oppoſitiones in contradictionibus, & poſtquam inquiſitio publicata, producta, eique communicata fuit, admittatur ad contradicendum productioni partis aduerſæ: ſed etiam in dicta curia Tholoſana, atque in curia libellorum ſupplicum palatij, cæteriſque omnibus, in quibus publicatio recepta non eſt, expectare poſſit iudicium obiectionum cum iis, quæ eo nomine ſequentur, vt deinceps, atque antè iudicium definitiuum proceſſus facultatem habeat, ſine metu vllius inconuenientis eas producendi per modum monitionis, ſupplicationis remonſtratiuæ, aut aliorum eiuſmodi ſcriptorum, ſi neceſſe ſit, receptorum partíque aduerſæ communicatorum, & præterea omni in caſu certus ſit, quod iudices ſupremi etiam ſine vlla præmonitione officium ſuum facturi, nihílque eorum in ſententia ſeu arreſto ſuo prætermiſſuri ſint, de quibus fortè moneri poterant, eadémque ratione correcturi defectus, quos iudices ſubalterni fortè commiſerunt, vtpote cùm illud dependeat à meritis viſceralibus ipſius cauſæ, & contradictionibus, quæ appellantur iuris, atque ex iure, noſtriſque ordinationibus ducuntur, quales ſunt illæ, quarum ratione commiſſariis incumbit, vt depoſitiones teſtium prolixius exponant, neque hiſce terminis vtantur; *articulus continet veritatem*, teſtéſque interrogent de factô in articulo comprehenſo, & de ratione eius, quod dicunt ac deponunt, ſimiliterque eos examinent particulariter, eorúmque depoſitiones verè conſignent, neque vnam ad alteram referant. Quamuis n. videatur iudices ita ex officio & proprio ac ſpontaneo motu ſine interpellatione

ADDITIO.

6 Franciſci I. de publiees 1535. *art.* 11. & 12.

pellatione aut requiſitione procedentes hoc in caſu ſupplere, ſicque aduocati ſeu defenſoris potius, quàm iudicis munus præſtare: 7 attamen hoc ſpeciem veri quandam ſaltem habere poſſet, ſi ſuppletio in ipſo facto fieret, ad quam aduocati noſtri adeò prompti & proni ſunt, vt neceſſum fuerit monarchas noſtros legiſlatores ſanctionibus ſuis expreſsè prohibere, ne facta falſa & calumnioſa à pragmaticis allegentur. Cæterum quod nullitates, impugnationes, aliaſque rationes iuris neglectas, omiſſas, non allegatas, neque in medium adductas attinet, conſtitutio Imperatorum ſatis vulgaris eſt, 8 per quam ij Honorato reſcripſerunt: non dubitandum eſſe, iudicem, ſi quid à litigatoribus, vel ab his, qui negotiis adſiſtunt, minus fuerit dictum id ſupplere & proferre, quod ſciat legibus & iuri publico conuenire. Sicque minimè verſamur hic in iis terminis, de quibus alibi dictum eſt 9 hoc iudicium non dari, niſi poſtulatum fuerit. Atque hic eſt vſus, veraque interpretatio dictæ ordinationis de contradictionibus, & aliarum, quæ inde dependent, quam ſemper vidimus dictam curiam facere & reducere ad punctum ſuum auctoritatem & conſeruationem iuſtitiæ, præſertim diſtributiuæ, cùm omne hoc in caſu ſpectet ad officium iudicis, quemadmodum rectè à Doctoribus noſtris quodam in loco traditur. 10

ADDITIONES.

7 Gellius *noct. Attic. 14. cap. 2.* 8 *C. vt quæ de aduocat. part. ind. ſuppl.* 9 *l. dies cautioni, de damn. infect.* 10 de Ripa *in d. §. hoc autem.*

DECISIO LXXV.

ARGVMENTVM.

Oppoſitiones contra dicta teſtium ex delictis ſeu criminibus tum demum peti poſſunt, ſi euidens eorundem probatio extet.

SVMMARIA.

1 *Oppoſitiones contra dicta teſtium, quæ ex delictis deſumuntur, haud aliter admitti poſſunt, quàm ſi de iis ex ipſorum teſtium, contra quos proponuntur, confeſſione iudiciali, aut in ſcriptis facta, compoſitione aut tranſactione, vel ipſa condemnatione conſtet.*

2 *Quod tamen limitatur quoad lenocinij crimen teſti obiectum, cuius nuda allegatio hoc in caſu in ſuprema curia Tholoſana ſufficit.*

3 *Haud verò eadem curia vllam hac in re ex rationis identitate extenſionem facit.*

CERTVM eſt, & pro regula † generali in materia reprobationum habetur, quod eæ, ſi criminibus quibuſdam aut delictis nitantur, qualiacunque ſint, etiam capitalia, minimè admitti debeant, niſi teſtium, contra quos proponuntur, confeſſione iudiciali aut publica in ſcriptis, vel compoſitione ſeu tranſactione probentur, aut teſtes ob talia crimina competentis iudicis ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiit, condemnati fuerint, neque ſufficiat eos prædictorum criminum conuictos fuiſſe. Haud rarò enim fieri poteſt, vt de eiuſmodi criminibus falſi & corrupti teſtes deponant, atque tandem ab eorundem oppreſſione accuſati tempore veritatem prodente, omnémque obſcuritatem tollente liberentur, ſatíſque certi ſint, quod iis per remiſſionem princeps reſtituere poſſit honores, bona & famam vigore clauſularum, quæ literis gratiæ & remiſſionis apponi conſueuerunt. Atque ſic expreſſè ſupremæ curiæ Pariſienſis arreſto congregatis omnibus claſſibus iudicatum fuit, quemadmodum Dn. Lucius refert. 1 Quod arreſtum meſe Auguſto, an. M.D.XXXVIII. prolatum fuiſſe Papon teſtatur. 2 Idque poſtea adeò vulgare factum fuit, vt omnibus pragmaticis in ore eſſe cœperit, qui etiam pro eiuſdem confirmatione plures auctoritates cumularunt, vt eo certior, (quemadmodum auctores exiſtimant & arbitrantur) reſolutio eſſet: cùm tamen melior, firmior, magiſque ſolida eſſe haud potuerit, quàm dictum arreſtum, aliaque eidem ſimilia & conformia curiæ noſtræ Tholoſanæ, quæ regulariter ita iudicare conſueuit, exceptis quibuſdam caſibus, qui partim infra declarabuntur, ob quorum abominationem curia ex ſimplici eorundem allegatione reprobationẽ pro vrgenti & pertinenti habet, eiuſdémque probationem admittit. Primus itaque caſus, quem † in hac deciſione explicabimus, eſt, quando teſti obiicitur, quod ſit leno

ADDITIONES.

1 *placitor. lib. 11. tit. 8. de teſtibus. arreſt. 3.*
2 *en ſon recueil lib. 9. tit. 3. arreſt. 12.*

ſit leno vxoris ſuæ. Ceterùm notandum eſt, quod tam hic, quàm reliqui caſus, quos mox explicaturi ſumus, adeò ſtrictè accipiantur, vt ad alios, qui parem aut ſimilem rationem habere, atque in factis conuenire videntur, curia nullam omninò extenſionem faciat, ſed illos ſaltem veluti per manus acceperit, atque vt de iis ita pronuncietur, tanquàm in certo quopiam inuentario deſcripſerit, perinde atque definitæ & deſcriptæ ſunt actiones directæ bonæ fidei in paragrapho expreſſo, atque regulariter allegari ſolito in inſtitutionum ciuilium Iuſtiniani. 3 Quare cùm in lite quapiam (cuius relatio nobis commiſſa fuerat) duo coniuges ſuper iiſdem factis atque in eadem inquiſitione teſtes à litigatore producti fuiſſent, is, contra quem inquiſitio fiebat, oppoſitiones & reprobationes contra teſtes poſtulante parte aduerſa auditos & examinatos propoſuit, atque inter reliquos etiam, contra prædictos coniuges, nempe contra maritum, quòd leno eſſet vxoris ſuæ rem habere ſolitę cùm viro quopiam, quem nominabat: atque contra vxorem, quod meretrix eſſet, ſeque prænicto, quem nominarat, miſceret non ſolùm ſciente, & conſentiente marito, ſed etiam eiuſdem ope, ſollicitatione, & lenocinio; neque allegauit, quòd mulier, eiúſve maritus, aut etiam prędictus adulter in delictis illis comprehenſi, eorundem accuſati & conuicti, vel etiam eo nomine puniti fuiſſent. De quibus oppoſitionibus cum ad noſtram relationem in ſecunda claſſe inquiſitionum iudicari deberet, illa quidem contra maritum adducta quòd vxoris ſuæ leno eſſet pro pertinenti habita, & propterea ex conſueto curiæ ſtylo particula *bona* eidem adſcripta fuit. At quoad obiectionem mulieri oppoſitam difficultas extitit, cùm pars dominorum, quam & nos ſequebamur, idem de ea, quòd de præcedenti ſtatuerent, vtpote à qua magis, quàm acceſſio aut conſequentia a principali ſuo dependeret, reliqui autem nullam
3 omninò † extenſionem facere vellent eius, quod regulariter iudicari conſueuerāt, ne forte rem ſtrictè definitam, & limitibus ac terminis ſuis accuratè circumſcriptam ampliando maxima confuſio exiſteret, atque ima ſupremis miſcerentur. Planè prędictam obiectionē contrà maritum adductam vrgentem eſſe à maioribus noſtris accepimus; quàm ad vxorem minimè extendamus, neque huius rei cauſam magis curioſe inquiramus, quàm illam, ob quam magnes ferrum, ſuccinum paleam trahit. Haud igitur vlteriùs progrediamur, neque hoc in loco ſubtilius philoſophemur, præſertim cùm pòſt ancipitem, tam in ſecunda, quam in prima claſſe inquiſitionum diſceptationem tandem in Camera maiori obtinuerit opinio domini correlatoris, ſicque adſcripta fuerit prædictæ oppoſitioni particula *non bona* haud obſtantibus omnibus iis, quę à primario Dn. præſide, qui prædictam noſtram ſententiam defendebat amplè admodùm & erudite in contrarium adducebantur. Quod nos, tanquàm notabile, ſilentio haud præterire voluimus.

ADDITIO.

3 *in §. actionum, cùm ſeq. de act.* & ibi gl. ſuper verb. *bonæ fidei ſunt*, Faber & Ang.

DECISIO LXXVI.

ARGVMENTVM.

Ob blaſphemiam teſtis reprobari poteſt.

SVMMARIA.

1 *Aliæ obiectiones, eorundémque facta, quæ dicta curia pro pertinentibus habere & admittere conſueuit, etiamſi nulla rei confeſſio, compoſitio ſeu tranſactio, aut etiam iudicis condemnatio ext. t.*

2 *Vox Regis Ludouici S. ſacra eiuſdem maieſtate admodum digna.*

3 *Conſuetudo blaſphemandi præcipuè à defectu religionis & iuſtitiæ oritur.*

4 *Notabilis reſolutio Senatus Hiſpanici.*

5 *Suprema curia Tholoſana obſeruat ordinationem regis Philippi II. contra blaſphemos promulgatam.*

VLTRA prædictam obiectionem † eadem curia idem iudicat, quoad ſimplicem facti allegationem, quando teſtis ideò reprobatur; quod parentes ſuos, aut vnum ex iis verberarit, quòd ſuperſtite vxore ſua aliam duxerit, quod ordinarius diuini nominis blaſphemator ſit. Et quamuis atrocitas horum delictorum tanta ſit, vt nulla maior, quæque ſeueriorem pœnam mereatur, dari queat, præſertim vltimi illius, quòd directè contrà maieſtatem diuinam tendit, ſicque magis puniendum eſt, quàm reliqua omnia, quæ cumulari, attentari aut cogitari poſſunt contrà humanam; cùm longè grauius ſit æternam, quàm temporalem offen-

chio ſeculari dignis & competentibus pœnis plectendos reliquiſſet, atque ne occaſionem præbuiſſet communi interpretum iuris Canonici doctrinæ, ipſo quoque vſu approbatæ, qua à blaſphemiæ pœnis clericos & Eccleſiaſticos exemptos eſſe, iiſdémque ſolos laicos & ſeculares teneri traditur. 9 Inde ſiquidem malum illud originem & paulatim incrementum ſuum traxiſſe veroſimile fit, haud obſtantibus omnibus decretis Synodi Lateranenſis, quæ ſub Iulio II. cœpit, atque ſub Leone X. continuata & abſoluta fuit, 10 adeò vt hodie nulla ferè pœna, neque magna, neque exigua, neque mediocris, neque Canonica, neque ciuilis contra blaſphematores amplius exerceatur. 11 Idque ſaltem propter defectum religionis & iuſtitiæ, quemadmodum nonnulli appoſitè admodum tradiderunt. 12

Haud enim recurrendum † eſt ad deprauationem peruerſæ & prauæ conſuetudinis, cuius fœtor haud minor eſt, quàm apoſtematis, quod diu putredinem contraxit: vt propterea actus tam deteſtabilis & contrarius legi naturali diuinæ & humanæ non modò impunitatem, ſed etiam pœnæ mitigationem, moderationem aut excuſationem quamcunque haud mereri debeat.

13 Quare admodum commendanda eſt re-
4 ſolutio † Senatus Hiſpanici, iuxta quam ille reiicere ſolet articulos ſeu capitula, in quibus quandoque blaſphemiæ accuſati conſuetudinem eiuſmodi probare conantur, cùm talis non conſuetudo, ſed abuſus potius ſit, cuius nulla ratio haberi debet.

14 Quod quidem omnes ferè tam ciuilis, quàm Canonici iuris interpretes locum habere & procedere exiſtimant, etiam quoad pœnam capitalem Iuſtiniani conſtitutione introductam, atque quoad reliquas pœnas a regibus noſtris Franciæ ſancitas, ſi quis ex conſuetudine & incorrigibilitate Deum blaſphemauerit, quem nos hic blaſphematorem ordinarium appellamus, neque dubitant, quin à teſtimonio talis repellendus ſit, ita vt idoneus teſtis eſſe nequeat, 15 ſine alia circumſtantia accuſationis aut condemnationis, quæ licet in alio requiratur, tamen in prædicto merito locum habere non debet, cum creſcente malitia impietate & contumacia pœnam quoque indiſtinctè & citra vllam veniam creſcere oporteat.

16 Quæ etiam cauſa eſt, ob quam curia
5 Tholoſana † (quæ item obſeruans ordinationem defuncti Regis Philippi II. contra blaſphematores promulgatam 17 eoſdem caueæ incluſos in Garumnæ profundum trina vice, atque diſtincto interuallo, quod inter quamlibet vicem intercedere conſueuit, mergi curat) retinere voluit memoriam pœnarum antiquarum, tam diuinarum, quã humanarum, quę ſecum infamiam talem attrahunt, vt inteſtabiles blaſphemi fiant, neque ad teſtimonium dicendum admittantur, 18 ob impietatem eiuſmodi & nequitiam, quæ inſtar furiæ cuiuſdam illos exagitat, vexat, atque vndique perſequitur: nempe, vt vel ea ratione ſemetipſos noſcentes rectiorem, quem perdiderunt, ſenſum recuperent, ſicque eos, haud minus atque Mileſias illas puellas 19 infamiæ metus à furore illo deterreat, à quo alias neque timor creatoris, neque conſcientia, ſeu rectæ rationis dictamen, neque etiam aliæ pœnæ iure introductæ illos deterrere & auocare poterant. Deus Opt. Max. clementer nobis miſericordem ſe præbere dignetur.

ADDITIONES.

9 Panormitan. *in d. cap. num.* 8. Ioannes Andreæ *ibid.* & Hoſtienſ. *in ſumma de maled. §. blaſphemantes, verſicul grauior etiam.* 10 *ſeſſ.* 9. Didac. Couarru. refert, verba integra, *in c. quamuis pactum in* 1. *relect. part.* §. 7. *nu.* 10. 11 Lucas de Penna *in l. omnes, C. de delator.* 12 Iaſon *in l. ait prætor,* §. *iurari, de iureiur.* Gerard *ſing.* 83. Thomas Grammatic. *deciſ.* 50. 13 Iul. Clarus, *libr.* 5. §. *blaſphemia, in fin.* 14 Petrus Cynus, Baldus, & Salycetus, *in l.* 2. *Cod. de reb. credit.* Alexander *conſ.* 233. *lib.* 6. Nicol. Boerius *deciſ.* 301. Iaſon *in l. ſi duo patroni,* §. *fin. de iureiurand.* 15 Nicol. Boerius *vbi ſupr. num.* 13. qui alios citat. 16 Imola *in c. quoniam, vt lit. non conteſt.* 17 Guaguin *in chron.* 18 Guilhelm. Bened. *in repet. c. Raynutius, ſuper verb. duas habens filias, num.* 95. *& ſequent.* 19 Plutarchus *de fact. egreg. mulier.*

DECISIO LXXVII.

ARGVMENTVM.

Frater teſtimonium pro fratre ſuo dicere nequit.

SVMMARIA.

1 *Frater etiam conſanguineus, aut vterinus ſaltem, reprobari poteſt.*

2 *Nemo de ſeipſo teſtimonium perhibere poteſt.*

accuſati, eiuſdemque fratris confeſſione apparuiſſe: atque poſtea parte aduerſa petente de reprobationibus iudicandum eſſet; nos minimè dubitauimus dictam reprobationem fratri vt reo oppoſitam pro pertinenti habere, atque ideo pronunciare, quemadmodum in eiuſmodi terminis moris eſt, quod illius depoſitio minimè legenda, neque vllo modo conſideranda eſſet: tum ob ea, quæ modo diximus, tum, quod antequam appareat, vter litigatorum iniuſtam cauſam foueat, probatio vnius haud magis fauorabilis ſit, quàm alterius. Et certum & indubitatum eſt, quod ſi actor ſeu accuſator teſtem eiuſmodi producat, eius depoſitio planè non attendatur.

4 Haud igitur æqualis † pugna eſſet, ſi actoris gladius retunderetur, id eſt, eius teſtes reprobari poſſent, ſed rei arma vtrinque acuta relinquerentur, id eſt, indiſtinctè boni & mali domeſtici & extranei ad probationem defenſionum illius admitterentur, cùm tamen alias teſtes, qui planè reprobari nequeunt potiùs iudices aut aduerſarij, quàm tales ſint, quorum nomen gerunt. Et quamuis proceſſu, vt vocant, iam instructo nihil amplius reſtet, quàm vt ille iudicetur, atque ſi res dubiæ, & in æquilibrio poſitæ ſint, ad mitiorem partem inclinari debeat, præſertim in dicta curia, vbi paribus & æqualibus dominorum iudicum votis exiſtentibus in cauſis criminalibus partitioni, *au partage*, quemadmodum ibidem appellitatur, locus non eſt, ſed ea vota obtinent, quæ ad abſolutionem tendunt, aut alias ad fauorem & emolumentum accuſati: attamen pendente inſtructione, & dum iudices adhuc occupati ſunt, vt de veritate rectè informentur, non poteſt vni plus fauoris competere, quàm alteri, cùm iuſtitiæ minimè conueniat tales modos inuenire, quibus delinquens impunitus relinquitur, neque læſo aut offenſo ſat fiat. (At econtra defunctus dominus Vigniaux conſcientiam illæſam ſeruare maiori ſtudio nitens, quàm quiſquam alius ſui temporis ſubiiciebat, quod minimè deceret turbare ac mouere limites & terminos egregiorum, & authenticorum (ita enim eos ille appellabat) Dd. iuris, iuxta quorum opinionem & doctrinam communem pro regula indubitata receptum eſt, fratris teſtimonium in cauſa etiam capitali ad ſubleuandum fratrem admitti: cum pontificia quadam conſtitutione traditum ſit, poſſe reum impietatis in Deum illatum ſibi crimen fratris etiam teſtimonio diluere, 17 atque fauor innocentiæ tantus ſit, vt ad eiuſdem probationem etiam mediocris fidei teſtes ſufficiant: neque hîc prætendi queat, iterum fortè cum alterius iactura & damno captari, 18 quandoquidem, vt & Papinianus ſcribit, pœnæ non irrogatæ indignatio ſolam duritiem continet. 19 Ad quod reſpondebatur tantum abeſſe, vt ſupremæ curiæ in Francia in verba Doctorum iurarint, eorundemque traditionibus, qualeſcunque illæ ſint, vel ipſa quoque gloſſa ordinaria non exceptа obſtrictæ dici queant, vt etiam ipſæ inferiores & ſubalternæ curiæ illis præcisè haud teneantur, præſertim in quæſtionibus arduis, & magni momenti, qualis prædicta eſt, cùm æquè Reipublicæ interſit punire, quàm abſoluere, & propterea media, quibus ad vtrumque peruenitur, æqualia eſſe oporteat. 20

Quibus & hoc adiiciebatur, quod, ſi prædicta concederentur nullum crimen tam enorme & atrox eſſet, quod non impunè foret quoad eos, qui fratres adhuc ſuperſtites haberent, eo, quod etiam ij, qui conſcientiæ maximè puræ & illæſæ ſtudent, haud vereantur in eiuſmodi caſibus conſcientiam grauare, & falſum deponere, tum, quod ſciant ſe reprobari non poſſe, tum quod hoc propterea fiat, quemadmodum inquiunt, vt hominis vita ſeruetur. 21

Honeſtum & miſericordiæ mendacium eſt, quo ſaluti ciuis calamitoſi conſulitur, quemadmodum Cicero *quodam in loco* dicebat. 22 At ille de accuſato loquitur, qui ſe mendacio ſeruat, non vero de teſtibus, qui itidem mendacio accuſatum ſeruare ſtudent, quemadmodum vir quidam eruditus noſtri temporis doctè admodum pro more ſuo obſeruauit, 23 ex quo atque alio quodam domino conſiliario Britannico 24 nos quædam depromſiſſe libenter fatemur, quæ ad illuſtrationem & meliorem explicationem deciſionis huius faciunt. Cuius concluſio ſit, quod cùm quoad prædicta (ob conſequentiam, quemadmodum nonnulli ex dominis cenſentibus dicebant)

Additiones.

17 Baldus, Salicetus, & alij, *in dicta l. parentes.* 19 *c. literas, de præſumpt.* Speculat. *titul. de inquiſition.* §. 1. *verſicul. ſed ne quid.* Iohannes de Anania *conſilio* 59. 20 *argum. l. ſi quis vxori.* §. *final. de furt.* 21 *l. ſeruus ea lege, de ſeru. exportand.* 22 *in orat. pro Ligario.* 23 Ayraut *en ſon ordre iudiciaire libr.* 3. 24 *De l'Angl. in ot. ſem. lib.* 3. *cap.* 2.

cùm intelligamus illud, quod intereſt, in ipſam ſortem principalem ferè mutatum & conuerſum fuiſſe) euidenter apparet dicto arreſto, quod conforme eſt alij præcedenti ſupremæ curiæ Pariſienſis XXVIII. Auguſti Anno M. D. XLV. 5 prolato, & quæ ordinario vſu ac praxi dictæ curiæ approbata ſunt, nullum præiudicium factum fuiſſe iis, quæ eadem curia iuxta ſtylum conformem ſupremæ curiæ Pariſienſis 6 aliarúmque regni huius & communem obſeruantiam quoad reprobationes reprobationum iudicare & pronunciare conſueuit, de quibus ſuprà diximus atq; acutiores optimè iudicare poterunt. Nos ad reliqua iam progrediamur.

ADDITIONES.

5 Lucius *placitor. libr. 12. de criminoſ. iud.* quem allegat Papon ſub tit. *de proceſ. crimin. arreſt.* 8. 6 Lucius *in loco ſupra alleg.* in hiſce verbis: *quod tametſi iure noſtri tamen fori moribus receptum non eſſet.*

DECISIO LXXIX.

ARGVMENTVM.

Reprobationes ab vno vel pluribus eiuſdem delicti complicibus propoſitę etiam reliquis proſunt.

SVMMARIA.

1 *Reprobationes, quas vnus aut plures eiuſdem delicti complices propoſuerunt, etiã reliquis complicibus inſeruiunt.*

2 *Petitiones indiuidua atq; ita inter ſe inuicem iuncta, vt earum eſſe in coniunctione conſiſtat, non poſſunt diuerſo iure cenſeri.*

3 *Arreſto tamen ſuprema curia Tholoſana praiudicatum fuit regulam illam ſaltem locum habere quoad accuſatos cõplices ſimul captiuos, non verò quoad alios abſentes & contumaces.*

1 QVAMVIS ad aliam occaſionem † nobis reſeruarimus illud, quod in dicta curia per tempus quo ſenatoris officio in ea functi fuimus quoad cauſas criminales atque deciſiones inde dependentes obſeruauimus: tamen continentia & continuatio arreſtorum, quæ in præcedentibus deciſionibus adduximus, nos in hac atque ſequenti deciſione quoad cauſas criminales paulo detinebit. In memoriam itaque nobis hic reuocamus, in dicta curia atque in Camera Tornellæ exactè obſeruari & generalis regulæ inſtar teneri; quod teſtium reprobationes, quibus vnus ex complicibus, qui ob vnum idémque factum ſeu delictum accuſantur, vſus fuit, cæteris quoque proſint, qui eas minimè allegarunt, eo quod illas fortè ignorarint, neque vnquam intellexerint. Aliam eius rei rationem & cauſam ex antiquis, qui regulæ illius auctores ſunt, afferre non modò difficile, ſed etiam ſuperfluum foret, ſi quis contentus eſſe nollet ea, quæ generatim ſumi poteſt ab occaſionibus incidentibus, quarum contemplatione alias per accumulationem iudicibus, qui de vno crimine cognoſcere poſſunt, in conſequentiam etiam notio competit de alijs, quæ alias emergunt, atque iudices vnius accuſati per conſequens etiam competentes ſunt reliquorum complicum, niſi eius qualitatis deprehendantur, vt per naturam de iis cognoſcere nequeant, quemadmodum exemplo memorabili auctor ſuperius allegatus confirmauit. 1 Eadem enim ratione dicere poſſumus reprobationes vnius accuſati inſeruire ac prodeſſe reliquis complicibus, qui eiuſdem delicti arguuntur ex eo maximè, quia quamuis quæ perſonis attributa iure ſingulari ſunt, ad alias communionis etiam cauſa transferri non poſſint: 2 tamen illud accipitur & intelligitur communiter, ſi non per conſequentias & ad iuris indiuidui neceſſitatem aliter contingat. 3 Cuius rei † exem- 2
plum præbent ſeruitutes, quas noſtri indiuiduas appellitant, 4 quod ita iunctæ & inuicem connexæ ſunt, vt in ſubſtantia ſua compati non poſſint, niſi penitus atque ita vnitæ ſint, vt diuerſo iure accipi æſtimari & iudicari nequeant. 5 Quod congrua admodum proportione atque ex neceſſitate quapiam dicta curia ſemper retulit ad prædictas complicum reprobationes, propter vnam eandémq; cauſam defenſionis, propter quàm alterius victoriã ei proficere, qui non prouocauit, & ita demum,

ADDITIONES.

1 Ayr. *libr. 2. de ſoud. ord. iud. 3. part. n. 17.* 2 *l. exceptiones, de except. l. vnic. C. ſi in com. ead. cauſ. in integr. reſt. poſtul.* 3 *l. ſtipulationes non diuiduntur de V. O.* 4 *l. loci corpus, §. ſi fundus ſi ſeru. vind. l. vnus, de ſeruit. ruſt. præd. l. ſi communem, quemad. ſeru. amit.* 5 *arg. l. eum, qui ædes, de vſur.*

demum, quod in hanc rem reſcriptum eſſet ab Vlpiano probatum legimus. 6 Idque veram & puram interpretationem præbere poterit conſtitutionibus Alexandri, quæ Codici Iuſtinianeo inſertæ 7 atque in Francia hodie abrogatæ ſunt, ſeu potius quibus derogatum quodammodo eſt; cum alio & peculiari modo in praxi receptæ ſint, quemadmodum notorium eſt, & recte *quodam in loco* Dn. Rebuffus, notauit. 8 Hiſce itaq; certi fundamenti loco poſitis dubitatum † in curia fuit, an prædicta quoq; locum haberent in complicibus, qui legitime citati non comparuerunt, ſed contumaces fuere? Sane pro affirmatiua militare videbatur identitas rationis quæ in hoc caſu fere occurrit, atque quod ipſemet Imperator reſcripſit; ab eiuſdem litis conſortibus commune negotium poſt litem legitime ordinatam, etiam quibuſdam abſentibus in ſolidum agi, ſine mandato poſſe. 9 Præterea cùm vnum idemq; delictum ſit, merito abſolutio, quàm vnius defenſiones meruerunt, etiam ad cæteros complices extendetur, vtpote, quæ magis crimini, ſicq; facto, quàm perſonis data videri poſſit. 10 Verum negatiua obtinuit in odium contumacium, qui non ſolum omnibus exceptionibus & defenſionibus tam declinatoriis ſeu dilatoriis, quàm peremtoriis, ſed etiam cæteris iuris beneficiis, priuari atque ſic damno litis coërceri ſolent. 11 Quare non magis reprobationē ab alio propoſitam contumaces vſurpare poterunt, atque vti olim poterant iure appellandi ab ea ſententia, quæ aduerſus eos, tanquam contumaces lata fuerat, contumaces, inquam, qui neq; denunciatio tionibus, trinis literis, vel edictis, aut vno pro omnibus dato conuenti, neq; edictis præſidum obtemperaſſent. 12 Super qua re ſequens arreſtum à prædicta curia X. Febr. Anno 1581 prolatum fuit; Super difficultate mota in procedendo ad viſitationem proceſſus inter Bertrandum Benauant captiuum in phylaca impetrantē & requirentem comprobationem diplomatis gratiæ & remiſſionis ex vna parte, atque nobilem fœminam Margaritam Duſſon, viduam defuncti Gerardi de Mōtauban domini de Montagieru, Franciſcam de Montauban, itidem nobilem fœminam & Geraldum de Lanes, ſororem, nepotem & heredes dicti defuncti Montauban, defenſores, iunctúmque iis procuratorem generalem regis ex altera parte; atq; inter dictos Duſſon, Montauban & Lanes petitores in caſus exceſſus atque requirentes ſibi aliquid adiudicari ob aduerſæ partis contumaciam iunctúmque iis procuratorem regis ex vna parte, atq; Pey du Puy, Arnoldum la Font, alias Turquet dictum, aliósq; peremptoriè citatos & contumaces ex altera parte: nempe an reprobationes propoſitæ à dicto Benauāt contra teſtes auditos in informationibus factis tam contra eum, quam contra dictos contumaces æquè prodeſſe poſſint contumacibus, quàm dicto captiuo? domini in diuerſas ſententias abierunt, ſicque partitio facta fuit. Antiquiores enim exiſtimabant reprobationes à captiuo propoſitas etiam contumacibus prodeſſe debere, reliqui verò contrarium ſtatuebant. Cúmq; ſuper illa difficultate dominus relator & correi not in Camera maiori iuxta ſtylum auditi fuiſſent, in eadem concluſum & definitum fuit; quod opinio eorum, qui defendebant dictas reprobationes haud poſſe prodeſſe, niſi ſoli captiuo, non verò contumacibus, magis iuſta & rationabilis eſſet, ſicque obtinuit, quod dictæ reprobationes oppoſitæ ab vno accuſato præſente non debeant quicquam iuuare dictos complices contumaces. Quod arreſtum, vt de ſimili caſu in poſterum dubitari amplius haud poſſet in publicum curiæ librum relatum fuit.

ADDITIONES.

6 *in l. ſi quis ſeparatim, §. final. de appell.* 7 *in l. 1. & 2. C. ſi un. ex plurib. app.* 8 *in proœm conſtit. regiar. gloſſ. 5. n. 98.* 9 *l. 2. Co. de conſor. eiuſd. lit.* 10 *l. liberto, qui aliena, §. fin. de negot. geſt.* 11 *l. contumacia, de re iud.* 12 *l. abſentes, §. 1. de pœn.* Paulus 5. *ſent. tit.* 5. § 7. 8.

DECISIO LXXX.

ARGVMENTVM.

Accuſatum in dubio abſolui conuenit, vtpote cuius maior quàm accuſatoris fauor eſt.

SVMMARIA.

1 *Iudicium Oreſtis quoad matricidium ab eo commiſſum.*

2 *Areopagus vbi D. Paulus diſputationem cum Athenienſibus habuit, qualiſnam locus ſit, & vnde ita dicatur.*

3 *Accuſati olim ad dextram, accuſatores ad ſiniſtram ſiſtebantur.*

4 *Dn præſes Faber miratus fuit, cur auctor Græcus de iudicio Oreſti differens altèrum Martis omiſerit.*
5 *Vtrum tamen iudicium temerè ad conſequentiam trahi non debet.*
6 *In legibus & constitutionibus humanis interdum fit concurſus aliarum legum æquè fauorabilium.*
7 *Supremæ curiæ in Fräcia Areopago haud inferiores ſunt.*
8 *Ius ſingulare & priuilegia non inſtar iuris communis habenda ſunt.*
9 *Tam Græci quàm Romani regulæ inſtar tradiderunt; potiorem accuſatorum & reorum, quàm eorum, qui accuſant & agunt, fauorem eſſe.*
10 *Ordinatio Philippi Pulcri explicatur.*
11 *Abſurda, quæ ſequi poſſent, ſi eiuſmodi ordinatio adhuc hodie in vſu eſſet.*
12 *Ordinationibus regus ſancitur, vt ſi plures quàm duæ diuerſæ opiniones ſint, minima ex iis, vni è maioribus accedere debeat.*
13 *Dn. Cancellarius Poyet auctor ordinationis, qua ſancitur, quod vnum votum impediat partitionem.*
14 *Ordinatio illa ab Henrico I I. abrogata fuit.*
15 *Curia Tholoſana minime cõprobare voluit, quod in cauſis criminalibus locus non ſit partitioni atque quod eadem vnico voto impediatur.*
16 *Eadem decreuit, quod in cauſis criminalibus, quando iudicum opiniones æquales ſunt, iuxta mitiorem pronunciari, ſi verò altera voto auctior ſit, partitio locum habere, eiuſdemq; diremptio in Camera maiori fieri debeat.*

1 LEGITVR apud quoſdam † oratores Græcos & antiquos 1 quod ipſorum tempore referri & narrari de Oreſte ſolitum fuerit, eum, poſt commiſſum matricidium Athenas, vt quietioris ibidem animi eſſet, fugiiſſe, ſtatimque ac eo venerit à furijs (quas orator Latinus 2 teſtes ac morſus propriæ conſcientiæ interpretatur, quæque alias vermes rodentes & nũquam morientes dicuntur) miſerè admodum agitatum & vexatum, tandémque in
2 Areopago † (qui locus eſt vbi D. Paulus diſputationem cum Philoſophis Athenienſibus habuit 3 quique proximus fuit templo Dearum, quas Athenienſes venerabiles vocabant, atque Heſiodus *in ſua Theogonia* Erynnides, hoc eſt, furias appellitat) coram Dijs ob immane illud ſcelus accuſatum fuiſſe, ſed iudices hos in duas diuerſas ſententias æquali numero abiiſſe, ita vt vna pars accuſata condemnarit, altera verò eundem abſoluerit, donec tandem Minerua rigido & ſtricto iuri humanitatem & publicam miſericordiam 4
preferens, atque accedens parti abſoluentium cum his cæteros numero ſuperauerit.

Teſtantur quoq; iidem oratores, quod vſu poſtea receptum fuerit, vt ad exemplum ſingularis huius gratię atque humanitatis, quam Oreſti Minerua ex ipſo Iouis cerebro orta exhibuerat, cauſarum criminalium iudices tali vel ſimili voce miſericordiam atque gratiam ſonante defectum votorum abſoluentium ſuppleuerint, quo accuſati ſeruarentur, atque ſuſtineretur fauor abſolutionis, quæ vt vulnus conſolidet, tamen cicatricem ſemper relinquere ſolet. Quæ quidem conſuetudo ratione haud caret. Cum enim talibus in caſibus iudicium veluti in pendula ſtatera poſitum, ob votorum paritatem, æquè vtramque lancem oneret; ideo æquiſſimum videtur accedente ad dextram lancem, cui abſolutoria vota impoſita ſunt, gratia hac & miſericordia, eandem deprimi, alteram vero, ſeu ſiniſtram, quæ condemnatoria habet, eo pondere paulo leuiorem, ſurſum ferri. Dextram ſiquidẽ lancem, vt dictum eſt, occupat ſpecialis illa gratia, quam alibi Quintilianus fauoris pro laborantibus nomine indigitat. 5 Atque ſic olim accuſati propter auxilij † & protectionis ſpem ac ſolatium ad dex- 3
tram, accuſatores verò ad ſiniſtram ſiſtebantur. 6 Porrò aliud eiuſdem rei exemplum multo antiquius de Marte refertur, quod is cum eodem in loco ſeu Areopago homicidij coram duodecim Dijs accuſatus, & ſex iudicum votis condemnatus totidémque, abſolutus fuiſſet, ob fauorem ſupra allegatum promptè abſolutionem meruerit; eo quod (quemadmodum S. Auguſtinus 7 de Marco Varrone refert) in pari ſententiarum numero abſolutio condemnationi præferri conſueuit. Indéque nonnulli Areopagum dictum volunt quaſi

ADDITIONES.

1 Ariſtotel. *in orat. in Mennam.* 2 Cicero *in Piſo.* 3 *Act.* 17. 4 quemadmodum eam appellat Quintilian. *declam.* 34. 5 *libr.* 4. *inſt. orator. cap.* 1. 6 Ariſtotel. *problem ſect.* 29. *quæſt.* 12. 7 *lib.* 18. *de ciuit. Dei cap.* 10.

quaſi vicum Martis à Græco illo ἄρης, eo quòd Martis iudicium in illo habitum
4 fuerit. Quod † occaſionem præbuit Dn. primario præſidi du Faur (quem ob eius virtutem eximiámque eruditionem tanto honore proſequimur, quanto vllum alium proſequi poſſumus, & à quo meliorem partem eorum, quę mox exponemus, mutuati fuimus) vt miratus fuerit, 8 nullamque videre rationem potuerit, cur orator Græcus mentionem faciens Mineruæ in iudicio Oreſtis benignam ſe præbentis, alterum exemplum, quod in eodem loco contigit, omiſerit. Nam ad hoc tanquam tempore antiquius origo benignarum abſolutionum meliori iure, quàm ad Mineruæ illud referri poterat.
5 Cæterum ambo † prædicta exempla cum mica ſalis accipi, nec iudicis animum ad præcipitem cuiuſuis rei vel accuſati abſolutionem commouere debent. Tritum quippe eſt, quòd contra iuris generalis rationem receptum eſt, non eſſe producendum ad conſequentias 9 & ſequelas quaſdam, vt Gellius dicebat 10 neceſſarias, minuſq; quæ propter neceſſitatem recepta ſunt, in conſequentias trahi. 11 At ſi omnes vtriuſque illius facti circumſtantiæ probè perpendantur, facilè apparebit illa admodum ſingularia eſſe, nullúmque ferè in ijs argumentum tam graue pro condemnatione accuſatorum adduci potuiſſe: cui non aliud æquè graue abſolutionem ſuadens obſiiterit. Quod enim primùm attinet, ſiue locus ille, vbi contigit, nomen habere dicatur à iudicio illo Deorum contra Martem ibi inſtituto, ſiue quòd eo in loco Mars, reliquorum Diuorum iuſſu, de homicidijs cognoſcere ſolebat, 12 quemadmodum etiam poëta Satyricus curiam Martis appellat, 13 certè conſtat iudicium illud Deorum ideò habitum fuiſſe, quòd Mars Alirrothium Neptuni filium occidiſſet, qui non ſolùm Alcippam ipſius Martis filiam, ſed etiam Agraulam Cecropis natam ſtuprarat. 14 Homicidium itaq; illud atrox quidem admodum erat, ſed huic atrocitati opponebatur iuſtus delinquentis dolor ob attentatam & violatam filiæ pudicitiam conceptus, maximáq; eiuſdem auctoritas, vtpote qui à cæteris Diis capitalium cauſarum cognitioni, ſeu ſummus præſes, præfectus fuerat, & tandem nefandum interfecti factum, qui ipſemet mortis pœnam meruiſſe videbatur. Sic atrox quoque admodum ſecundi exempli delictum erat. Naturæ etenim planè aduerſatur, ſi quis vitam auferat, ei, à quo vitæ primordium habet; atque ideò Iulius Capitolius dixit 25 minimè licitũ eſſe, vt filius in mundo viuat, qui patri aut matri mortis cauſam præbuerit. Verũ alia lex naturalis ex aduerſo obiiciebatur, † quæ tã ſtrenuè & 6
fortiter militabat, vt lex cum lege, pietas cum pietate, charitas cum charitate, imò natura cum natura certare & pugnare videretur, atq; ideò vna iudicũ pars ad condemnationẽ, altera verò ad abſolutionem commoueretur, ſicque ipſimet Dij, qui in iudicio præſidebant (qui etiam facti illius auctores fuerant, ſi Satyrico eſt credendum, 16 quando hiſce verbis vtitur: quippe ille Deis actoribus, vltor patris erat cęſi media inter pocula) nõ modò parricidium nõ punirent, ſed etiam naturaliter & humanè commiſſum eſſe arbitrarentur. Miſer quippe ille Oreſtes matrem Clytemneſtram eã ob cauſam occiderat,

ADDITIONES.

8 *in ſuis ad tit. de reg. iur. comment. l. 125.* 9 *l. quod verò cùm 2. ll. ſeqq. de legib. l. quod contra, de R I.* 10 *cap. 1. libr. 6.* 11 *d. l. quod contra.* 12 Suid. *in dictionar. Stephani de vrbib.* 13 Iuuenal. *ſatyr. 9.* Aliorum autem de Areopago ſequens opinio eſt: *Athenienſes,* inquiunt illi, *duas habuerũt curias iuſtitiæ ſacras, quarum vna criminalium, altera verò ciuilium cauſarum tractationi & notioni deſtinata fuit. Prima igitur curiæ ſedes cùm in Areopago haberetur, eiuſdem aſſeſſores Areopagitæ dicti fuerunt, iuriſdictionémq; perpetuã, alterius verò curiæ ſenatores annuam ſaltẽ habuerunt. In loco itẽ illius curiæ ſacra Deabus, quas Eumenides, Erynnes ſeu furias vocãt, fieri conſueuerũt, eo quod hæ ſeueriſſimæ homicidiorũ rapinarũq; vindices perhiberentur. Porrò Areopagitarũ ab initio quinquaginta, poſtea decẽ fuerunt, quorũ vnus præſidis locũ obtinẽs ἄρχων vocabatur, cæteri πρόεδροι dicebãtur. Electio præſidis ita fieri ſolebat, vt decẽ literæ ab a. vſq; ad k. diuerſis ſchedulis inſcriptæ in vrnã immitterentur, atq; deinde is, qui ſchedulã lit. a. notatã extraheret, cæterorũ ἄρχων ſeu præſes fieret, qui poſtea ab aſſeſſoribus certa quadam inſignia geſtantibus in curiã magna cũ põpa productus ſolita inter eos officia diſtribuebat.*

Quam opinionem de Areopagitis refert & pluribus explicat Antoine de Verdier, S. de Valpriuaz *in diſſertat. ſuis Gallic. ſeu libris des diuerſ. leçons chap. quels eſtoyent les Areopagites en Athenes, &c. 19. in princ.* AD. 14 Ludou. Viues *ad d. loc. Auguſt.* 15 quem refert Ayraut *in 5. part. ord. in. iudic. numer. 2.* 16 Iuuenal *ſatyr. 8.*

derat, quod necem patris Agamemnonis, cui venenum illa propinârat, vindicari aliter poſſe videret vt non immeritò Satyricus ille poëta 17 de eo cecinerit:

——Facto pius & ſceleratus eodem.
Item:
Non lecta eſt operi ſed data cauſa ſuo.

Prætereà vulgare eſt, quòd Romæ Marcus Popilius, vt & Dolobella proconſul Aſiæ, atque Areopagitæ Athenienſes minimè ad mortem condemnare voluerint mulierem, quę maritum eiuſdemque filium occiderat. 18. Summus enim illam dolor vel furor potiùs à pœna excuſabat. Imò, quòd maius adhuc eſt, iure noſtro proditum ſcimus, ꝙ veniam mereatur filius occidens patrem qui patriam oppugnat aut tyrannidem exercet. Declamatores quoque caſus nõnullos fixerunt, in quibus pater & filius poſt obtentam victoriam de pręmio gladiis certare & dimicare poſſunt. Quibus in caſibus veluti ad vſum & praxin deducitur illud, quòd Panegyricus ſe didiciſſe dicit 19 ſaluis legibus patricidium committi poſſe. Atque eiuſmodi circumſtantiæ mitigare, temperare & moderari, imò planè extinguere poſſunt pœnam, ſi auctoritas principis eiuſdémque ſupremarum curiarum interueniat, quàm auctoritatem quoad iuſti-
7 tiam, quæ in ſupremis † curiis viget, dicere poſſumus tam excellentem & eminentem locum obtinere, qualem olim Dij in Areopago tenebant. Hique vt rem in pauca contrahamus, modi probabiles & humani ſunt, per quos in rebus dubiis & probationibus incertis abſolutio ad liberationem tendens præferenda eſt condemnationi, 20 cùm hæc magis periculoſa minúſque reparabilis ſit, quàm illa, multóque præſtet nocentem abſoluere quàm innocentem condemnare. 21 Quare etiam in eiuſmodi caſibus, aliiſque ſimilibus Mineruam vt benigna ſua ſententia accuſatis ſuccurrat, interueniſſe credendum eſt.

Verùm aliàs, vbi eiuſmodi circumſtantiæ
8 deſunt, exempla hæc ſingularia † ſpecialéſque hypotheſes, ob apparentem quandam vtilitatem improuidè contrà generalis legis tenorem ad conſequentiam trahere, atque regulam quandam generalem inde extruere velle, nihil aliud eſſet, quàm conſortium bonorum relinquere, & cõmiſerationem cum malefactoribus habere contrà leges communes, atque illud, quod vigor & rigor diſciplinæ publicæ requirit & poſtular, atque cum quibuſdam in dubium vocare, an illud quòd errore primum, deinde cõſuetudine obtẽtum fuerit, in aliis ſimilibus obtinere debuerit, 22 vt ius commune inde extruatur ſub ſolo item fundamento erroris communis. Sanè morem illum,
quo inter paria vota † præferri ſolent illa, 9
quæ reum abſolui volebant, non modò Græci, ſed etiam Romani tam conſulum, quàm Imperatorum tempore ſanctè admodum obſeruarunt. Sic enim C. Marius, cùm ambitus accuſaretur, ſeu quòd vota populi corrupiſſet, eiuſdémque fauorem precio redemiſſet licet prioribus diebus, quibus cauſa agebatur, iudices admodum offenſos & rigidos haberet, tamen vltima die citra omnium opinionem planè abſolutus fuit, nullam aliam ob cauſam, quàm quòd vota, vt Plutarchus teſtatur, 23 tã condẽnatoria, quàm abſolutoria paria eſſent, atque ideò hęc præualerent. Haud itẽ diſſimile illud eſt, quod apud Romanos Cæſar expertus fuit, 24 quemadmodum pluri-

Additiones.

17 *alleg loc.* 18 Caſus autem talis fuit. *Mulier quadam Smyrnaa ad Cn. Dolabellã Aſia proconſulem adducta, atque cõram eo accuſata, quòd maritum eiúſque filium necaſſet, factum quidem apertè confeſſa fuit, ſed defenſionis loco adiecit, quod ſuũ filiũ ex primo matrimonio ſuſceptum, optime indolis adoleſcentẽ nihilꝗ; mali meritũ veneno iidem ſuſtuliſſent. Verum nullus aſſeſſorum mulierem delictum, cuius nomine accuſata fuerat, confeſſam abſoluere, nec eandem, ob oppoſitã exceptionem, qua veriſſima deprehendebatur, condemnare audebat. Quare placuit, vt Areopagitarum, veluti iudicum in cauſis criminalibus maximè exercitatorum ea de re ſentẽtia exquireretur. At cùm hi factum probè examinaſſent, multámque de eo deliberationem habuiſſent, tandem decreuerunt, quod poſt centum annorum ſpacium vtraque pars tam accuſans quàm accuſata denuò in iudicio illo comparere deberet. Qua quidem ſententia mulier non penitus abſoluta, ſed quadam adhuc cicatrix ei relicta fuit.* Anton. du Verdier *d. cap. 19. in fin.* ex Aulo Gellio *lib. 12. noct. Attic. cap. 7.* AD. 19 Calpur. Flacc. *arg. l. 35. de religioſ. & ſumpt. funer. l. 19. §. filius quoque, de capt. & poſtlim. reuerſ.* Quo etiam pertinent illa, quæ tradunt DD. *in §. contra omnes, hic fin. lex.* Schneidvv. *de feud. part. 5. num. 94. in fin.* Borcholt. *cap. 4. de feud. n. 94. in fin.* Stephan. Forcat. *de feud. c. 9. n. 14.* AD. 20 *arg. l. Arrianus, C. de O. & A.* Alciat. *lib. praſumpt. c. 44.* 21 *l. abſentẽ, §. 1. de pœn.* 22 *l. quod vero, alij quod nõ, de LL.* 23 *in C. Mario.* 24 apud Dion. *li. 51. hiſt.*

&ſententiæ,quæ ſolemni forma carebant non minus vera arreſta & ſententiæ erant quàm veri nummi & coronati ſunt illi in quibus ſignum ſeu effigies principis paulisper deleta eſt.

Id verò ad principium illorum ſubditos & præſides, qualemcunq; etiam gradum & dignitatem obtineant, applicari nequit. Si enim tale quippiam ij tentarent,maieſtatem,auctoritatem & poteſtatem regiam vſurpare viderentur, magiſque peccare, quàm ille, qui cùm ſimplex quæſtor,aut ædilis Romanus eſſet, faſces conſulis aut dictatoris ſibi ſumebat. Concludamus itaq; hic cùm miti illo Mitione apud Terentium:

Duo cùm idem faciunt,ſæpe
Hoc licet impunè facere huic, illi non licet.
Nõ quod diſſimilis res ſit,ſedquod is qui facit.

At noſter animus nobis iam prædicit atque ſignificat, quod nonnulli hiſce contradicent, prætendentes ordinationem expreſsè de præſidibus, non de regibus; de opinionibus ſenatorum cenſentium, non de proprijs motibus,maieſtatum loqui. Quibus vno verbo reſpondemus, quod, ſi nobis clariorem lucem allaturi ſint, vt dilucidius videre queamus ordinationis illius non ſaltem tempore prædicti monarchę legislatoris,ſed etiam poſtea vſum quendam fuiſſe, eámque aliquid fructus parere potuiſſe, libenter cedere atque in ſignum obtentæ ab ijs victoriæ verbenas porrigere velimus. 32 Interim verò nos à diuerticulo hoc, ad regiam, quam paulò reliquimus,viam redeuntes, hic ſubijcimus, quod licet opiniones,quemadmodum diximus, numerentur, atq; minorem maior vincat: tamen ſæpius euenire poſſit, vt non ſolum in duas,ſed tres, quatuor,vel etiam plures eatur ſententias, atque inter has vna cæteras, votorum numero ſuperet. Quæſitum igitur eſt, quid tum fieri debeat. 33 Nonnulli enim minores illas & ſeparatas ita coniungi volunt,vt vna efficiatur atq; preferatur alteri,quæ ab initio votorum numero pręſtabat,alij verò maiorem præferendam eſſe cenſent, cùm reliquæ inter ſe contrariæ, atque ita diſcrepantes ſint, vt rectè & iuſtè coniungi nequeant. Qua de re declamatores prolixius diſputaſſe 34 & ICtum quendam ſcripſiſſe 35 legimus. Cnemon ille apud Heliodorum à nouercę ſubornatis in iudicium raptus,nefandi parricidij accuſatus,atque à mille ſeptingentis iudicibus ad mortem, & ab alijs mille nouercæ machinas ſuſpicantibus ad perpetuum exilium damnatus, ea ratione impetrauit, vt vitam lucrans exilij ſaltem pœnam ſuſtineret. 36 Cùm enim illi in mortis genere, quo extingui deberet, diſcrepaſſent, atq; nonnulli lapidibus eum obrui, alij verò in barathrum præcipitari voluiſſent,ipſe allegauit, quod maximus eorum, qui exilij pœnam dictaſſent, numerus eſſet, atque reliquos mortis ſupplicium vrgentes ſuperaret,vtpote,quorum ſententiæ minimè concordes, ſed planè diſpares eſſent. Idem etiam conſultius eſſe videtur,Plin. *H.lib.8.epiſt.*8.In Francia,vt eiuſmodi difficultatibus maturè occurreretur, edicto regio,quod à ſuprema curia Tholoſ. aliiſq; huius regni curijs ſanctè,quemadmodum intelligimus,obſeruatur. 37 ſancitũ fuit,quod tali in caſu, quando tres diuerſæ † iudicum de eiuſdem controuerſiæ definitione in ſupremis curijs opiniones eſſent, minima ex iis vni è maioribus adiungi deberet: Modus item,quo coniunctio fieret hic præſcriptus fuit, quòd infimus iudicum minimæ adhærentium opinioni primo,& deinceps cęteri eo ordine, quo in curiam recepti fuerunt,rogari debeant,cuinam ex duabus illis accedere velint. Quo facto,dum hi primam opinionẽ reliquerunt, atq; quilibet eorum pro ſuo libitu vni è maioribus ſe adiunxit priorem contentionem & diſcordiam ceſſare oportet, atque ſic quando ex tribus ſententijs duæ factæ ſunt,tenet ex duabus altera,tertia expulſa,quæ cùm ambas ſuperare non poſſet, elegerit ab vtra vinceretur. Quod ad conſeruationem ſplendoris atque auctoritatis, quam ſupremæ illæ curiæ habent, introductum fuit, vt omnes earum ſententiæ & arreſta, non niſi cum maxima deliberatione proferrentur, atque plurium votis firmata in publicum prodirent. Vſu item antiquo in Francia receptum fuit, vt ſi duæ ſaltem diuerſæ opinio-

ADDITIONES.

32 Plin *lib.8.cap.5.& lib.22.cap.*4. 33 Alciat.*libr.9.parerg.iur.c.* 14. 34 Quintilian. *declam.*365. 35 Cæcil. Plin. *lib.*8. *ad Ariſt. Iuriſconſ.* 36 Heliodor.*lib.*1.*de hiſtor. Æthiop.* 37 Ludouici XII. de Anno M. D. XII.*artic.*12. Atqueita à duabus claſſibus inquiſitionum XX.Februarij,Anno M.D. XXVII. iudicatum fuiſſe Rebuffus *ad dictam ordinationem*,ex Lucio *lib.placit.*11.*tit.* 4.*arreſt.*15.refert.

opiniones paribus iudicum votis roboratæ eſſent, iudicium in ſuſpenſo maneret, atque cauſa denuo iudicanda diſtribueretur, ſi verò vna opinio duobus votis alterā vinceret iuxta illam pronunciaretur, idémque fieret, ſi ante diſtributionem vnico voto potior, atq; poſtea adhuc altero aucta fuiſſet. Qui mos peculiari regis Galliarum Ludouici XII. conſtitutione confirmatus 38 atq; ſanctè vſq; ad Franciſci I. imperium obſeruatus fuit:

13 Hic enim ſuaſu † cancellarij Poyeti in ordinationibus abbreuiandarum litium cauſa factis, 39 vt partitiones impediret, inter alia conſtituit, quòd ſtatim illa opinio, quæ vnico voto potior altera eſſet, præualere atque iuxta eam ſententia ferri deberet. Verum ea ratione non tam litis abbreuiatio, quàm perniciosa oculorum mutilatio facta fuit, cùm vno ſublato alter magis offunderetur, ſeu potius cœcus planè redderetur, nimiáque compreſſione fieret, vt anguilla, quemadmodum dicitur, euaderet in perniciem eius, ad quem præuia legitima & iuſta cauſæ cognitione pertinuiſſet. Vox item vnius vox nullius eſſe cenſetur, etiam in ipſis teſtimonijs particularibus, & per cõſequens rem perfectè implere, atque adeò illuſtrem reddere nequit, vt veluti in plenilunio ſpiſſas noctis tenebras tollat in obſcuritate duarum diuerſarum aut contrariarum opinionum. Idque commouit Henricum II. prædicti Franciſci

14 filium † & ſucceſſorem, cùm ſupremæ curiæ Pariſienſis aſſeſſores perniciosum edicti huius effectum demonſtraſſent, vt conſtitueret ordinationem illam defuncti patris ſui prohibentem, ne in curijs partitio fieret, non amplius locum habere, ſed à iudicibus & litigatoribus illud obſeruari debere, quod ante ordinationis illius promulgationem receptum fuerat, nempe vt illa demum opinio præualeret, quæ duobus votis potior eſſet. Quod plauſibiliter admodum receptum, obſeruatum & ſanctè cuſtoditum fuit, tanquam magis tutum, ſanctum & venerabile, vt periculoſa] domini Poyeti nouitate reiecta veterum mores, qui tamdiu placuiſſent, repeterentur. 40 Cùm itaque ea ratione priſtinus modus reſtaurare tur regulæ ſuperius allegatæ, quòd in ſupremis curijs & magno conſilio nulla partitio in cauſis criminalibus admittatur alia adiecta fuit, nempe quòd vnico voto partitio non impediatur.

15 Hanc autem dicta curia † Tholoſana nunquam recipere neque approbare voluit, adhærens alijs regulis iuris ſcripti probè accepti & intellecti, quoad punitionem exemplarem malefactorum Reipublicæ adeò neceſſariam, vt impunitas aut nimia lenitas certiſſima bonorũ ruina ſit, quemadmodum Plato *quodam in loco* dicebat.

Iſtéque Tholoſanæ curiæ mos confirmatus quodanimodo fuit diplomate † 16 regio Molineis XVII. Februarij, Anno M. D. LXVI. in forma edicti conceſſo, quòd ferè reſpondet deliberationi ipſius curiæ antea habitæ, cuius tenor ſequens eſt: *Hodie XIII. Martij, Anno M.D.LXVI. duabus Cameris, nempè maiori & Tornella congregatis, vt deliberaretur de relatione nouiſſimè curia congregatis itidem Cameris facta à Dn Ioanne Daffis equite, primario præſide, & Dn. Petro Sabatien regis conſiliario, quoad orationes ab iis habitas ad dominos priuati conſilij regij, ratione difficultatum, quæ quotidie ob diremptiones proceſſuũ, quorũ partitio in dicta Camera Tornella facta fuit, exiſtere ſolent, atq; quoad reſponſiones à dicto priuato conſilio datas, nempe in alius ſupremis curiis non fieri partitionẽ proceſſuum criminalium, ſed eos iudicari & definiri ſolere iuxta opiniones tẽdentes in mitiorem ſuper hiſce deliberatum & definitum fuit, quod in poſterum in iudiciis proceſſuum criminalium, quæ ad definitiuam aut ad torturam & quæſtionẽ tendunt, ſi opiniones iudicum æquales exiſtant, nulla partitio fieri, ſed iuxta opiniones in mitiorem tendentes pronunciari, ſi verò vnum votum pro condẽnatione rigida & ſeuera amplius ſit, tum demũ partitio locum habere eiuſdemq; diremptio in Camera maiori fieri, atq; quoad partitiones ſuper iudicio inſtructionum in cauſis criminalibus in dicta curia illud obſeruari debeat, quod eadem diu obſeruauit, donec aliud à rege ſancitum fuerit.*

ADDITIO.

38 des publiees An. M. D. XXXXIX. *artic. 76.* 39 *artic.* 126. des publiees M. D. XXXIX. 40 Luc. *placitor. cur. libr. 11. ad fin. tit. de ind.*

DECISIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Quãdo proceſſus partitio fuit facta & de-*

inde quoad partitionis diremptionem duæ æquales opiniones in Camera magna exiſtunt partitio pro dirempta habetur iuxtà mitiorem ſententiam pronunciatur.

CAETERVM quoad dictã exceptionem opinionis, quæ vnico voto ratione ſeueræ & rigidæ condemnationis potior eſt,
1 quod tum proceſſus † partitio eiuſdémque partitionis diremptio in Camera magna fieri debeat, difficultas quædam ſuperuenit, quæ ſequenti & per ſe ſatis manifeſta deliberatione diſcuſſa fuit: Hodie congregatis omnibus Cameris ſuper eo, quòd facta partitione in Camera Tornellæ, quoad iudiciũ proceſſus criminalis inſtituti inter procuratorẽ generalẽ regis ex vna parte, & Geraldu Dauidan, aliàs le Rat dictum, captiuum in phylaca palatij ex altera parte, in quo iudices ſeu domini cenſentes, qui interfuerant, in duas diuerſas abierant ſententias, atque opinio pro condemnatione militans vnico ſaltem voto altera auctior fuerat; pro cuius partitionis diremptione Dn. relator & correlator ad magnam cameram ierant, vbi iis auditis ſuper facto partitionis domini iudices, qui in Camera magna erant, in duas itidem æquales ſententias obierunt, indéque dubium ortum fuit, vtrum prior partitio adhuc ſubſiſteret, ſeu proceſſus adhuc diuiſus maneret ob vnum illud votum, quo in Camera criminali opinio pro condemnatione ſuperabat, an verò, cùm opiniones in Camera maiori iam æquales deprehenderentur partitiones illius diremptio iam facta cenſenda eſſet, ita vt iuxtà mitiorem ſẽtentiam præſidum & ſenatorum in Camera criminali pronunciari deberet? cúmq; domini qui in Camera magna ſunt, dubij huius reſolutionem ad cameras congregatas remiſerint: curia declarauit & definiuit, quod cùm opiniones æquales in dicta Camera magna quoad diremptionem partitionis in dicta camera criminali factæ fuerint, partitio haud amplius durare cenſeri, ſed iuxtà mitiorem ſententiam pronunciari, neque ſuperans illud votum attendi, idque deinceps in ſimilibus controuerſiis, vbi de condemnatione pœnarum corporalium agitur, certæ regulæ inſtar obſeruari deberet.

DECISIO LXXXII.

SVMMARIA.

1 *Sententia condemnans ad torturam ſine vlla reſeruatione cenſetur mitior minúſque ſeuera quàm condemnatio ad triremes per decennium.*

PORRO tractu quoque temporis † aliud dubium in eadem materia concernente ſeueritatem aut lenitatem opinionũ, rigorem aut clementiam earundem, congregatis in Camera magna eiuſdem & claſſis criminalis dominis præſidibus ac ſenatoribus reſolutum, & IX. Iunij. Anno M. D. LXXII. præiudicio definitum fuit. Quod arreſtum itidem per ſe loquitur, eiúſque tenor ex publicis curiæ libris depromptus talis eſt: *Cùm domini præſides & ſenatores Cameræ Tornellæ in dictam Cameram magnam venerint, vt conferrent, & conſulerent de iudicio proceſſus criminalis inſtituti ab officialibus domini de Mirepoix contrà Petrum Graues dictum Grauil appellantem à dictis officialibus & captiuum in phylaca ob proſecutionem appellationis ſuæ quoad illud, quod præſides & ſenatores Cameræ illius numero nouem, qui iudicio interfuerant, in diuerſas abierant ſententias, ita vt quatuor cenſerent dictum Graues torturæ ſine vlla reſeruatione quoad probationem facti ſubijci debere, reliqui verò quinque arbitrarentur ad eum triremes condemnandum per decennium eſſe; atque ſuper dubio, quod exiſtere poterat, nunquid partitio proceſſus facta, & vtra duarum illarum opinionum minùs rigida ac ſeuera eſſet? viſa deliberatione XII. Martij, Anno M. D. LXVI. de eiuſmodi partitionibus habita, factáque deliberatione vlteriori declaratum & definitum fuit, opinionem de tortura minùs ſeueram, & per conſequens partitionem factam eſſe, ad cuius diremptionem procedi debeat.*

DECISIO LXXXIII.

ARGVMENTVM.

Ob inimicitiam capitalem teſtis reprobari poteſt.

SVMMARIA.

1 *Teſtis producti capitalis inimicitia cum eo, à quo reprobatur, ſufficiens reprobationis cauſa eſt, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter, aut de quacunque re agatur.*

2 *Nec attenditur eo caſu teſtis ita reprobati, producti, iurati & auditi integritas.*

3 *Qualiſnam debeat eſſe inimicitia, vt reprobatio, quæ ea nititur, pro vrgente & ſufficiente habeatur?*

4 *Religioni iudicum incumbit, vt diligẽter*

attendant qualitatem inimicitiæ atque illud, quod ex ea ſequi poteſt.

5 *Verba, quibus teſtis ſe nocere velle litiganti, contra quem producuntur, iactarunt, aliaque eiuſmodi minæ ad reprobationem ſufficere cenſentur, etiamſi nulla ſpecialis cauſa exprimatur.*

1 VVLGATVM eſt teſtem ab eo, † contra quem producitur, auditur, & examinatur ex pluribus capitibus, atque ob diuerſas & plures cauſas reprobari poſſe. Inter eas locum haud poſtremum obtinet odium & capitalis inimicitia, 1 non ſolum in criminalibus, ſed etiam in ciuilibus, & de quacunque re quæſtio ſit, 2 etiamſi de crimine læſæ maieſtatis diuinæ aut humanæ agatur, 3 vbi alias probationes, ſine vllo reſpectu qualitates teſtium vilium, reprobatorum & quorum mala fama eſt, regulariter admittuntur. 4 Ratio eius rei hæc adducitur, quod inimici facilè mentiantur, 5 & propterea præſumatur eos promptè citra vllum violationis conſcientiæ metum periurium commiſſuros eſſe At iudices maximè eo attendere oportet, 6 cùm inimicitiæ ex iniuriis & offenſionibus oriantur, quarum ille, qui paſſus eas fuit, difficillimè obliuiſci poteſt, quemadmodum alibi dicitur Deam Iunonem iudicium Paridis alta mente repoſuiſſe. 7 Quare etiam ob eiuſmodi ini-
2 citiam † (haud obſtante, eo quod Cicero 8 in odium Verres de teſte contra eum producto diſſerit) viri maximè boni & integri, ſi teſtes contra inimicos ſuos producantur, reprobari poſſunt, vt tum eorum virtus & integritas haud attendatur, neque iuuare queat partem, quæ illos teſtes produxit.

Quam enim fidem teſtimoniis ſuis virtus, claritas, vitæque ac morum integritas tribuiſſe videri poſſunt, inimicitia & ſimultas abrogant, dicebat *quodam in loco* Valerius Magnus notabilia quædam eiuſdem rei exempla allegans. 9 Vnde etiam Cicero pronunciabat noluiſſe eos, qui iudicabant, hanc patere inimicitiis viam, quem quiſque odiſſet, vt eum teſtimonio poſſet tollere. 10 *Fuit*, inquit, *illis iudicibus diuinum ac ſingulare, iudices conſilium, quod eſſe non ſolum de reo, ſed etiam de accuſatore de teſte iudicare arbitrabantur, quid fictum, quid fortuna aut tempore allatum, quid precio corruptum, quid ſpe aut metu deprauatum, quid à cupiditate aliqua aut inimicitiis profectum videretur.*

3 Cæterum licet inimicus, † vtut alias honeſtus integer, & ex omni parte perfectus ſit, ob ſolam inimicitiam rectè reprobari queat: tamen haud omnes conueniunt, qualiſnam debeat eſſe inimicitia, multóque minus ad quemnam vſque gradum referatur, cùm leuis aut exigua diſcordia minimè conſideranda ſit, 11 atque leuis & exigua offenſa facilè & leuiter remittatur, 12 & propterea ob eiuſmodi offenſam donatio facta ei, qui illam commiſit, haud reuocetur, 13 vt non immeritò vitio detur Claudio Cæſari, quod cum Aelia Pætina ex leuibus offenſis diuortium fecerit. 14 Nonnulli itaque exiſtimarunt capitalem inimicitiam etiam cenſeri quando is, qui teſtis producitur, antea contra eum, à quo iam reprobatur, criminale iudicium inſtituit, vbi de vita, honore aut alia eiuſmodi reparatione agitur, 15 vel litem habet ciuilem adhuc pendentem neque definitam. Illud ſiquidem naturaliter homini inditum eſt, vt quem timuerit, inquiebat Cicero, qui cùm de vita fortunìſque contenderit, cuius ex inſidiis euaſerit, hunc ſemper oderit, 16 & præterea licet de re vel maximè exigua controuertatur, neque contro-

ADDITIONES.

1 *l. liberti, Cod. de inoffic. teſtam. cap. cùm P. & c. cùm oporteat, extr. de accuſat.* 2 *l. famoſi, ad l. Iul. maieſt. cap. per tuas, de Simon.* Bartolus *in l. in quæſtionibus, ad l. Iul. maieſt.* 3 *d. l. famoſi.* 4 DD. *in l. 1. Cod. de ſum. trin. cap. fin. extr. de teſtib.* 5 *l. 1. §. præterea, de quæſt.* 6 *l. 3. de teſtib.* Ariſtotel. *in Rhetoric. ad Alexand.* 7 Virg. 1. *Æneid.* 8 *in 5. act. in Verrem de P. Vettio Chilone,* 9 Valer. *tit. de teſtib. cap. 1. 2. 3.* 10 *pro M. Fonteio.* 11 *§. ſi verò odioſus, in auth. de teſtib.* Alberic. Bald. & alij *in auth. ſi teſtis, de teſtib.* ex *Nou. 90. capit 6.* Bald. *in l. 1. Cod. ſi quis præd. poteſt. & in l. licet, de recept. arbitr. l. 3. §. fin. de adimen. leg. §. inimicitia. Inſtit. de excuſ. tut. l. ſi inimicitia, de his, quæ vt indign. argument. c. peruenit,* vbi Innocent. *extra de ſent. excom. l. 1. §. ſed ſciendum,* vbi Cæpolla, *de ædilit. edict.* 12 *c. cùm dilecti, §. mandamus, in fin. de accuſat.* Albericus *in l. leuia, ff. eod. tit. l. quòd dicitur, de adim. legat.* 13 *l. final. Cod. de reuoc. donat.* Albericus *in d. l. quod dicitur.* 14 Tranquillus *in Claudio in capit. 26.* 15 gloſſ. *in d. l. licet,* DD. *in d. cap. cùm oporteat, extr. de accuſat.* 16 Cicero *lib. 1. offic. & in orat. pro P. Sylla.*

controuerſia adhuc definita, & terminata ſit, ita commoueri ſoleat, vt minimè conducat pendente controuerſia illius fidere teſtimonio talibus in caſibus vtrique parti admodum ſuſpecto 17 cùm bona, quantumuis exigua, dicantur alter & ſecundus ſanguis, atque aurum & argentum rerum humanarum anima cenſeatur, vt non immeritò Auſonius indiſtinctè ſcripſerit:

Vexat amicitias & fœdera diſſociat lis.

Quo ſignificare & veluti ad digitum demonſtrare voluit, non tam quantitatem ſubiecti, de quo quæſtio eſt, quemadmodum nonnulli voluerunt, 18 conſiderãdam eſſe, quam ipſam affectionem exulceratúmque animum, 19 qui ſæpiùs facit, vt exigua ſcintilla maximum incendium ſuſcitetur. 20 Religioni itaque iudicum,
4 † præſertim ſupremorum, incumbit, vt diligenter attendant atque animaduertant inſpecta rei, de qua agitur, æſtimatione, perſonarúmque qualitate aliiſque variis cauſarum figuris, an veroſimile ſit aliquem inimico animo teſtimonium dicturum, an id minùs, 21 vt ſic ei fidem habeat, vel teſtimonium eius, vt ſuſpectum reiiciat. Vnde etiã eſt, quòd
5 verba, † quibus ſe nocituros iactant, aut aliæ minæ malitioſæ à teſtibus factæ iis, contra quos producuntur, regulariter à curia Tholoſana etiam citra expreſſionem particularis cuiuſdam inimicitiæ pro ſufficienti reprobationis cauſa habeantur, cùm negari nequeat iactationes & minas eiuſmodi voces infortunatas & infauſtas eſſe 22 profectas à ſenſu corrupto & corde malè affecto, quòd ipſa lingua, cùm alia clauis deſit, quẽadmodum dicitur, 23 ita aperit, vt fides teſtis planè annihiletur, etiamſi, nullum aliud odium aut inimicitia particularis, appareat. Sufficit ſiquidem de iactationibus & minis illis conſtare, neque vlterius in alias inimicitias ſcrupuloſè & exactè inquirendum eſt, cùm homines ſint ingenij adeò peruerſi, vt extremè oderint eos ipſos, à quibus affecti beneficiis fuerunt. Ad quorum numerum haud immeritò referuntur illi, de quibus modò dictum eſt, qui nempe malitiam ſuam occultare nequeunt, ſed eandem detegere atque iactationibus & minis illis prodere ſtudent: quarum minarum euentus meritò metuuntur, depoſitionéſque à talibus viris profectæ, in dubium vocantur.

Quemadmodum igitur ille apud Plautum dicebat, alloquens eum, à quo metuebat; *metuo abs te de verbis tuis*: ita quoque haud ſine cauſa metuuntur ij, qui prædictas minas iactant, præſertim ſi adiecerint ſe in illa cauſa, de qua quæſtio eſt, omnibúſque aliis negotiis nocituros eſſe, & quidem omni modo, quo noceri queat. Talia ſiquidem verba & eiuſmodi circumſtantiæ reprobationem fortiorem & efficaciorem reddunt.

ADDITIONES.

17 *l propter litem, de excuſ. tut.* gloſſ. *in d.l. aut ſi teſtis.* 18 *l. aduocati. Cod. de aduoc. diuerſ. iud.* 19 *argument d.l. propter litem, Inſt. eod. l. final. Cod. de reuoc. donat.* 20 *Eccleſ cap. 11.* 21 *l. 3. verſic. tu magis, de teſtib.* 22 *d.l. ſi inimicitia.* 23 *inter adag. Iun. cent. 4. num. 39.*

DECISIO LXXXIV.

ARGVMENTVM.

Inimicitiæ affectatæ non attenduntur.

SVMMARIA.

1 *Inimicitia procurata aut alias affectata minimè conſideranda ſunt.*

2 *Praiudicia ea de re à ſuprema curia Tholoſana prolata,*

SVPRA de inimicitiis † odiis, animorúmque rancore, qui inde exiſtit, diximus; nunc ſubiicimus in illis quoad reprobationes, de quibus hîc agitur, religionem, prudentum iudicum attendere debere omnes circumſtantias corundem, quæ in eiuſmodi caſibus euenire poſſunt. Tum enim, ſi omnia probè examinent atque ipſas auditorum teſtium depoſitiones accuratè ſcrutentur apparebit, vtrum inimicitiæ, odia atque inde proueniens rancor ſufficiant, vt propterea teſte licitè reprobari poſſint. 1 Inimicitiæ enim, quas procuratas aut affectatas eſſe conſtat, minimè conſiderandæ aut attendendæ ſunt, veluti ſi quis reus quorundam criminum, probationẽ eluſurus cum tertio quopiam, quẽ contra ſe depoſiturum eſſe metuit, ſine vlla ratione inimicitias contrahat, eiúſque perſonę inſidietur. Nõ enim idcirco, quòd illi ob acceptam iniuriam inimicus videri teſtis poſſit, fidem ſibi iudex abrogabit 2 ne dolus ſuus cuiquam patrocinetur, ſicque in poteſtate

ADDITIONES.

1 Baldus Salicet. & alij *in d. auth. ſi teſtis*, Innocen. & Felin. *in d. cap. cùm oportеat.* 2 *l. 1. §. cùm quis latrones*, & ibi DD. *de quæſt.* Bald. & Salicet. *in d. auth. ſi teſtis*, Idem Bald. *in l. ſi quis, §. illud, ſi quis cant.*

ſtate ipſius delicto ſuo aduerſarij iuri officere. 3 Quare cùm in cauſa quadā criminali, in qua, ſi non de ipſa vita, certè de accuſatorum honore agebatur, accuſatores paucos ante dies, priuſquā accuſationē inſtituerent, duos miniſtros bona venia dimiſiſſent, eorúmq; teſtimonio poſtea vti vellent, vtpote qui non amplius miniſtri, ſed per duos iam menſes alibi commorati eſſent, antequàm producti & præſtito iuramento auditi ac examinati fuerint, vt per conſequens eorum qualitas iuxta tempus illud nouiſſimum, non verò retrò conſiderari deberet, quemadmodum accuſatores in ſaluationibus ſuis contra obiectiones ſeu reprobationes tali potiſſimum cauſa nitentes prætendebāt: accuſati appoſitè replicarunt, quòd hæc mera eſſet calliditas & ingenioſa quædā circumuentio, quæ minimè prodeſſe, ſed potius præiudicare deberet accuſatorib⁹, qui ea ſpe freti, quod accuſatos vexaturi, iiſque moleſtiam excitaturi eſſent, miniſtros ſuos paulò ante dimiſerant, eóſq; ad amicos quoſdā ablegarāt, vbi nō minus ac antea dominorū negotia, quāuis occultè, gerebant. Atq; cùm hæc ſufficienter & iuxta plures circumſtantias probarentur, menſe Aprili, Anno M.D.XCIII. in dicta Camera Tornellæ ad noſtram relationē reprobationes receptæ & admiſſæ ac depoſitionibus duorum illorum miniſtrorum adſcripta fuerunt verba ſolēnia iuxta ſolitum curiæ ſtylum: *non legantur, quia bona probata*. Idque conuenit doctrinæ quorundam interpretum, qui etiam vlterius progredientes 4 tradiderunt, quantum ad eos attinet, qui impunitatem ſibi captantes, vel debiti remiſſionem teſtes ceciderint, pro confeſſis habendos, cauſæque iactura plectendos, qui ipſi probationum copiam aduerſariis ſuis ſubtrahere
2 niſi fuerunt. Quod dicta curia † eodem arreſto præiudicaſſet niſi cauſa ex confeſſione accuſatorum & probationibus aliunde petitis definiri potuiſſet.

Additiones.

3 *l. conſenſiſſe*, §. *ſed & ſi agant, de iudic.* notat. per Dominicum & Archidiacon. *in cap. ſtatutum*, §. *cùm autem, de reſcript. lib. 6.*

4 Alber. *in l. 1.* § *ſi ſeruis*, per illum text. *de quæſtion.* refert & ſequitur Langl. *otij ſemeſtr. libr.* 3.

DECISIO LXXXV.

SVMMARIA.

1 *Vidua poſt annum luctus inimico defuncti mariti nubens legatis aliiſque emolumentis à mariti illius liberalitate profectis non priuatur.*

2 *Teſtis propterea recuſari nequit, quòd cum inimico litigatoris, contra quem producitur, amicitiam colat.*

3 *Magna differentia eſt inter amicitiam ſimplicem & perſonalem, atque eam, qua conſpirat, quámque certa cuiuſdam factionis ſocij contra aliam factionem dirigunt.*

4 *Auctoritas defuncti domini Corraſii adducitur & explicatur.*

Defunctus Dn. Ludouicus de Peyruſſe Iugemage in Seneſcallatu & ſede præſidiali de Quercy ex primo ſuo matrimonio vnicum filium ſuſcepit, qui modo eiuſdem heres atque ſucceſſor in officio eſt, vir eximiis qualitatibus præditus tantóque munere maximè dignus. Is autem poſt obitum matris † prædictum patrem ſuum quamuis in ſenili iam ætate conſtitutum nulla ratione dehortari potuit, quo minus ad ſecunda vota conuolaret, atque nobilem quandam fœminam, Ioannam de la Grange, vxorem duceret, quam etiam poſtea ſuperſtitem, ſed ſine liberis, reliquit. Hanc nouercam ſuam cū maximo, vt veroſimile eſt, animi dolore paulò poſt elapſo tamē luctus Anno, prędictus hæres & ſucceſſor capitali defuncti ſuo inimico Dn. Petro Chomier locum tenenti particulari in dicta ſede ſecundo nubere vidit, qui cum prædicto Ludouico de Peyruſſe multas lites criminaliter inſtitutas tam in priuato regis conſilio, quàm in ipſa curia habuerat, & propterea pro eius capitali ac maximè infenſo inimico habitus fuerat. Quod cùm ita factum fuiſſet, procellæ nouercæ mox priuigni caput petere cœperunt, cùm hic ab illa non ſolum dotem repetente, ſed etiam emolumenta matrimonialia & relicta à defuncto marito legata ſibi præſtari poſtulante in ius vocaretur. Cauſa autem per recuſationem aut alio modò ad curiam deuoluta dictus filius, quoad dotem non admodum contradicebat, ſed quoad emolumenta & legata liberalitate defuncti patris profecta eā haud audiēdā eſſe, ſed legatorū incapacē declarari, aut ſaltem

ſaltem illis priuari debere contendebat, eo quòd non ſolum cum inimicis & quidem capitalibus patris amicitias ſuas copulaſſet, 1 ſed etiam, quod maius adhuc eſt, cum altero patris maritique ſui Varnio ſub obtentu matrimonij effœto iam corpore corpus ſuum ſubſtituiſſet, ſicque cum eodem non modò ad tempus habitaſſet, 2 ſed etiam indiuidua vitæ conſuetudine cohabitare in perpetuum deſtinaſſet, eundem inimicum & tecto, & lecto, & focis, & laribus excipiendo: vt propterea omnia iura amicitiæ, coniunctionis & honores benè tranſacti matrimonij, omnéque quod inde dependet, reſoluantur, obliuionis fluuio ſubmergantur, tum propter præſumptam defuncti voluntatem, tum propter euidentiam facti, vt nulla vox, neque inſcriptio accuſatoris neceſſaria ſit. 3 Ipſemet enim Romulus inter alia mutuæ & reciprocæ obligationis vincula quibus patronos & clientes arctè coniunxit, etiam hoc eſſe voluit vt nullus cum alterius inimicis fœdus aut amicitiam contraheret, adeò vt alias clientem contra vinculi huius legem peccantem feloniam commiſiſſe, patronum verò ius ſuum amiſiſſe cenſeri deberet. 4 Verum econtra dicta la Grange, eiuſque ſecundus maritus, contrarium defendebant, prætendentes nulla conſtitutione, nulláque ordinatione ipſorum matrimonium impediri, multóque minus induci priuationem & incapacitatem prætenſam, præſertim cùm inter Chriſtianos inimicitiæ breues & immortales eſſe minimèque ad heredes, liberos, ſucceſſores aut alios domeſticos alterutrius partis tranſire debeant. Atque pro dictis coniugibus contra prædictum de Peyruſſe filium, à curia in ſecunda claſſe inquiſitionum Calendis Sept. Anno 1579. iudicatum fuit. Poſt aliquod item tempus in eadem claſſe noſtram relationem ſimilis difficultas non adeò magni momenti habita fuit, quoad iudicium cuiuſdam obiectionis, per quam teſtis quidam † repro-
2 babatur, quod intimus amicus eſſet, & quotidie conuerſaretur cum inimico quodam illius, qui eum reprobabat. Etſi enim hoc ſatis docebatur, ſimulque probabatur illum cum prædicto inimico conuerſatum fuiſſe; pendente certo quodam proceſſu criminali ab eodem contra reprobantem inſtituto, tamen minimè reprobatio pro peremptoria habita fuit, eo quòd omne illud, quòd ſupra de conuerſantibus cum inimicis diximus, intelligendum ſit de ijs, qui cum, prædictis inimicis contra aliquem conſpirant, mutuúmque veluti fœdus ineunt, quòd inſtar Guelphorum, illi, tanquam cuidam è Gibellinorum factione aduerſari ac nocere velint. 5 (Atque optandum eſſet, ne talium factionum veſtigia & veterum monumenta malorum apud nos adhuc exiſterent, ob quæ recuſatio iudicum in Cameris edictalibus haud rarò fieri ſolet.) Et certè maxima differentia † eſt inter amicitiam, quæ facta conſpiratione à 3
multis contra vnum quempiam dirigitur, de qua modò diximus; atque inter amicitiam ſimplicem, perſonalem, & cuius affectus non egreditur ſubiectum perſonæ, ad quam directa eſt. De illa enim hiſtoricus Romanus ſcripſit: 6 hac maximè ratione violari amicitiam, ſiquis cum hoſtibus meis ſe coniungat, ſicut & ſi amicos meos pro hoſtibus habeat: atque de eadem loquitur Iehu filius Hanani, dum Ioſaphatum regem Iudæ reuertentem hiſce verbis increpat:

Impio præbes auxilium, & his qui oderunt dominum, amicitia iungeris: & idcirco iram quidem domini merebaris. 7

De hac autem amicitia poſteriori intelligendum eſt illud Ciceronis, quando non ſine ratione inquit, non eſſe inſectandos inimicorum amicos. 8 & quando alibi conqueritur, quòd Cornelius Balbus non à ſuis, quos nullos habebat, ſed à ſuorum, qui & multi & potentes erant, inimicis vrgeretur, æquum eſſe ſubijciens, nobíſque & omnibus, qui noſtris familiaritatibus implicantur, vtile vt noſtras inimicitias ipſi inter nos geramus, amicis noſtrorum inimicorum temperemus. 9 Atque ſuper hac diuerſitate & differentia inimicitiarum defunctus dominus Corraſius ſenator dictæ curiæ † quodam in loco *in com-* 4
mentariis ſuis ad pandectas ſcripſit, 10 ſe aliquando reſpondiſſe & apud iudicem perui-

ADDITIONES.

1 *l. liberi, Cod. de inoffic. teſtament.* 2 *cap. repellantur, capit. cum oporteat, de accuſat. l. ſciendum, §. ſi accuſatio.* & ibi Bartolus *de legat.* 3 *in cap. euidentia, extraord. de accuſat.* 4 Dionyſ. Halicarn. *antiqu. Roman. libr. 2.* Plutarch. *in Romul.* 5 *l. 1. §. cùm patronus, de offic. præfe. vrb.* 6 Liuius *de bello Macedon. libr. 4.* 7 *paralipom. libr. 2. cap. 19.* DD. *in d. §. cùm patronus.* 8 *ad Attic. libr. 4.* 9 *in orat. pro Cornel.* Balb. 10 *in d. §. cum patronus.*

peruiciſſe filium ex ea cauſa ſimpliciter, quod amicus inimici patris factus eſſet, exheredatum immerenter & iniuſtè exheredem ſcriptum fuiſſe: cùm non doceretur iniurioſus alioquin patri fuiſſe: aut in eum conſpiraſſe; quanquam fateatur bonum virum, quòd ille dicebat amicorum patriæque amicum eſſe debere, & amicorum amicos colere, inimicos odiſſe. 11 Hoc autem qui facit, conſpirare quodãmodo videtur, præſertim ſi cum litigatoris inimico in ijſdem ædibus commoretur, eodémque foco vtatur, vt eo caſu conuerſatio domeſtica ex rigore legum & conſtitutionum teſtimonium ſuſpectum reddat. 12 cùm veroſimile ſit teſtem eiuſmodi non admodum fauere inimico amici ſui, qui litigator eſt, iuxta illud, quod de ſimili caſu Marcianus ICtus *quodam in loco* reſpondit. 13 Qua in re religio iudicum, præſertim ſupremorum, multum poteſt, vt plenius ij omne ex varijs circumſtantiarum figuris æſtiment, quæ haud minimam iuſtitiæ diſtributiuæ partem conſtituunt.

ADDITIONES.

11 Polyb *libr.*1. 12 *d.cap. repellatur,& d.cap.cùm oporteat, de accuſat.* Baldus & Salicetus, *in l. ſi quis. Cod. de teſtib.* 13 *in l. ſciendum,§. ſi accuſatio.* vbi Bartolus & Albericus *de legat.* 14 *argum. l.continuus,§. cùm,ita de verb.obligat.*

DECISIO LXXXVI.

ARGVMENTVM.

Produci teſtis is non poteſt, qui ante in eum reum teſtimonium dixit.

SVMMARIA.

1. *Interpretatio legis à Triboniano libro 23. pandectarum titulo de teſtibus ex Venuleio inſerta.*
2. *A veteribus teſtis & accuſator, quantum ad inimicitias ſpectat, eodem ferè loco habiti ſunt.*
3. *Differentia inter depoſitiones voluntarias atque depoſitiones neceſſarias & coactas.*
4. *Ex vſu communi Francorum accuſatus ſeu reus ad probandam defenſionem & innocentiam ſuam pro libitu quibus libet teſtibus vti poteſt.*
5. *Teſtes auditi & collati in extraordinario poſſunt denuo audiri & examinari ſuper eodem facto in ordinario.*

DIFFICILE admodum eſt † ex Laconiſmo quopiam vniuerſaliter pronunciato & generaliter poſito, ſi de locis, vnde petitus eſt, non aliter quàm ex titulis, iiſque adhuc dubijs & incertis appareat, interpretationem & reſolutionem adducere, vt ille tuto applicetur ad vtilitatem publicam quoad finem principalem, ad quem tendit. 1

Cuius rei inter alia euidens exemplum ſuppeditat ius ciuile, dum *in pandectis* Tribonianus ex ICti Venuleij *libro 1. de iudiciis publicis*, generalem regulam hiſce verbis recenſet: *produci teſtis is non poteſt, qui ante in eum reum teſtimonium dixit.* 1 Quę verba nonnulli eruditi viri ex Gallis noſtris modernis mutarunt & tranſpoſuerunt, vt ea ſenſui, quem inde hauriunt, melius & commodius accommodare poſſent. 2 Eadem quoque in prædicto ſtatu ſuo, citra vllam alterationem, relicta fecerunt, vt quoad puram & veram eorum declarationem noſtri maximè variarint. Ipſemet enim Accurſius noſter *in gloſſa ſua ad prædictũ textum* quatuor modis diſtinctis rem explicare conatus fuit.

Verum inter alios explicatio eorum maximè veroſimilis videtur, qui generalitatem illam ad cauſas criminales referunt, cùm ipſemet titulus, ex quo reſponſum illud Tribonianus depromſit, de iiſdem cauſis loquatur, 3 taliſque interpretatio Harmenopulo quoque *in promptuario ſuo iuris* arrideat. 4 Etſi enim is alibi, & quidem paulò poſt, 5 primam declarationem ex prædictis quatuor Accurſij amplectitur: tamen propterea ſibi haud contrarius eſt, ſed ſaltem in caſu diuerſo diuerſam reſolutionem tradit.

Nam quod primum caſum attinet, certum eſt accuſatorem, ſeu eum, qui criminaliter contra aliquem egit, non poſſe deinceps in eundem teſtificari; cùm depoſitioni illius non credatur, ſed ea facilè reijci queat per reprobationem, quam is, qui olim.

ADDITIONES.

1 *l.23.de teſtib.* 2 Budæus *in d.l.* Duaren. *diſput.annin. libr.1. cap. 29.* Cuiac.2.*obſ.23.* Ioann.Robert *ſent.iur libr.4.c.3.* 3 Forner. 2.*ſelect.* 4 *lib.1.tit.6.§. 42.* 5 *eod. lib.& tit.§.55.*

olim ita accuſatus ab illo fuit, opponere poteſt ex capite inimicitię capitalis ex accuſatione illa exiſtentis, quemadmodum ſuprà in pręcedenti deciſione expoſuimus, vbi etiam dictum eſt idem aſſeri poſſe de actione ciuili, qua de re immobili aut etiam mobili magni momenti actum fuit.

Idque idem auctor ſignificare voluit, dum poſteà exceptionem quandam hiſce verbis ſubiecit: πλὴν ὑπούσης εὐλόγου αἰτίας. 6 Et quamuis textus ſuperiùs allegatus decreto etiam Gratiani inſertus, & ſpeciatim ad cauſas criminales relatus, 7 expreſsè de teſte loquatur, hæcque verba vſurpet; *teſtimoniū dixit*: tamen haud ſine euidenti ratione illum prædictus auctor Græcus ad accuſato-
2 rem quoque tranſtulit, † quòd à veteribus teſtis & accuſator, quantum ad inimicitias ſpectat, eodem penè loco habiti ſint, 8 quemadmodū ex quibuſdam exemplis iuris ciuilis colligi poteſt. 9 Sic item infelix illa inimicitia, quæ inter Ciceronem & Clodium extitit, originem ſuam inde traxit, quòd ille contrà hunc depoſuerit accuſatum, quòd feſtum Bonę deę polluiſſet. 10 Odium quoque & contentionem, quæ tamdiu inter Liuium Salinatorem & Claudium Neronem collegas in cenſura durauit, ex eo proceſſiſſe, quòd Nero in accuſatione quapiam contra Salinatorem teſtimonium dixerit, Titus Liuius teſtatur. 11 Verùm de-
3 poſitiones † eiuſmodi tales erant, quas teſtes ſponte & proprio ſuo motu ſine requiſitione aut alia coactione propterea ſaltem faciebant, vt accuſatori placerent, eiuſdémque intentioni & perſecutioni ſubſcriberent: de quibus accuſatus iuſtè conqueri poterat verbis, quæ comicus ille *in quapiam ſua comœdia* vſurpat; 12 *etiam me vltro accuſatum aduenit.* accuſatum, inquam teſtimonio in eum dicto eodémque non denunciato 13 à magiſtratu nempe, qui lege denunciabat, id eſt, mandato ſuo, quo teſtimonium dicere iubebat, certis pœnas & ſanctiones opponebat, de quibus Cicero *quodam in loco* diſſerit. 14 Vnde etiam eſt, quòd teſtis maximè cauere debeat, ne cupidus teſtimonium dicat. Eandem quoque ob cauſam maximè tutum viſum fuit, vt teſtes inuiti deponere, ídque quòd depoſuiſſent, celare & ſecreto tenere iuberentur, vt ea ratione de illis accuſati minùs conqueri poſſent, cùm præſumatur eum, qui inuitus in iudicium venit, hoc ita nociturum eſſe, atque econtrà illum, qui vltrò & ſponte ſe offert, affectionem condemnandi potiùs, quàm deponendi habere. Quare rectè de eo, qui vltro teſtatus fuit, aſſeritur produci teſtem non poſſe, qui ante in eum reum teſtimonium dixit. Quoad reliquos autem, qui coacti hoc fecerunt, atque vt obtemperarent præcepto magiſtratus, ſicque vitare poſſent ſanctiones & pœnas legum, illud locum non habet, multóque minus apud nos, & iure, quo nos vtimur, iuxta quod teſtimonium veritati dicere, onus adeò neceſſarium eſt, vt nullus ſit, qui ſine iuſta cauſa id recuſare, ſed quilibet ad illud cogi queat. 15 Teſtibus item eiuſmodi, qui ad teſtimonium dicendum coacti fuerunt, à litigatore nihil imputari poteſt, multóque minus reprehendi illi poſſunt, cùm nihil aliud fecerint, quàm paruerint iudici & magiſtratui atque executi fuerint illud, quod auctoritate publica iubebantur. Ad prædictos quoque teſtes haud referri poſſe exempla ex iure ciuili adducta euidenter inde apparet, quod in vno eorum, poſtquam ICtus Vlpianus reſpondit; *patronum, qui teſtimonium in caput liberti perhibuerit, eodem iure cenſeri, quod ad inimicitias attinet, quo accuſatorem.* Paulò pòſt ſubiicit, *patroni filium, qui accuſatori liberti aduocationem præſtiterit, à contra tabulas bonorum poſſeſſione non excludi.* atque quod in altero ICtus Paulus ei, qui accuſatori teſtamenti coactus adfuerit, actionem non denegat, officij neceſſitatem omnem ſuſpicionem tollente. 16 Quantum verò attinet, quod ſecundo loco ex dicto auctore Græco deſumptum fuit, atque conuenit illi, quod Accurſius *in allegata ſua prima declaratione* tradidit, nempe eum, qui ante in aliquem teſtimonium dixit, non poſſe iterum pro eo teſtem produci, ſiue cauſa criminalis ſit in caſibus ſuperius adductis, ſiue etiam ciuilis

ADDITIONES.

6 *in d.§.42.* 7 *in cap. placuit, §. in criminali, 4. qu. 3.* 8 *c. meminimus, de accuſat.* & ibi gl. & *in c. fraternitatis, de teſtibus.* 9 *l. qui cum maior, §. ſi tamen, de bon. libert. l. poſt legatum. verſic. his verò,* vbi Alberic. *de his quib. vt indign.* 10 quemadmodum refert Ayraut. *lib. 3. ord. iud. 1. part. nu.* 30. 11 Terent. in Andr. 12 Quint. *de teſtib. inſtit. orat. lib. 5. c. 7.* 13 *in act. in Ver.* 14 *tot. titul. extr. de teſtib. cog. l. inuiti, de teſtib. l. ſi quando, C. eod. l. cum locum, §. hoc interdictum, de tabul. exhib.* 15 *d. l. qui cùm maior, §. pen.* 16 *l. poſt legatum, §. aduocatum, de his quib. vt indign.* gl. *in §. item ſi delator, in vſib. feud. quæ ſit prim. cauſ. benef. amit. l. 2. §. 1. ſi quis caut.* Alber. *d. §. hoc interdictum.*

uilis in eadem aut alia inſtituta: illud minimè in forma, in qua profertur, accommodari poteſt ad mores noſtros, iuxta quos liberum eſt accuſato
4 † ſeu defenſori quodlibet teſtes ad probandam innocentiam & defenſionem ſuam producere: ita tamen vt econtra accuſatori ſeu petitori quoque liceat iuſto loco & tempore obiectiones & reprobationes ſuas in medium adducere; à quibus tamen litigatores omnino excluduntur, ſi vterque eorum eoſdem teſtes vnum, duos, tres, quatuor vel plures produxerit, qui etiam propterea teſtes affidati, *teſmoins aſſidez* appellantur, atque ab omni reprobatione immunes ſunt. Imò licet quidam eruditi viri noſtri temporis dubium hoc mouerint, nunquid in ordinario teſtes denuò audiri poſſent ſuper iiſdem factis, ſuper quibus au-
5 diti † & collati fuerunt in extraordinario, illúdque dubium negatiuè reſoluerint, exiſtimantes talem teſtium repetitionem ſuperfluam eſſe, eáque facilè induci poſſe ſubornationem & variationem teſtimonij, qualem Accurſius *in prædicta ſua prima declaratione* præſumebat: attamen contrarium, quemadmodum iidem auctores teſtantur, pronunciatum fuit arreſto in ſolemni conuentu Pictauienſi prolato à Dn. præſide Harlæo, qui iam primarij præſidis munere in ſuprema curia Pariſienſi fungitur, atque ob qualitates ſuas, merita & affectionem erga principem ſuum, ſtatúmque monarchiæ huius tam auguſto officio magis dignus eſt, quàm quiſquam alius in Francia.

Quod arreſtum reſpondebat concluſionibus defuncti Dn. præſidis Briſſonij, qui tu pro rege agebat, eiuſdemque arreſti auctores allegatas rationes adducunt, interque eas etiam hanc recenſent, quod cùm litigatores admittantur, vt amplius extendere, deſcribere & articulatim exponere poſſint facta ſua, quam fecerint, aut facere potuerint in extraordinario, (iuxta ſtylum enim noſtrum vtraque pars probationes ſuas ignorat) vtique rationi conueniens ſit, vt eorum quoque teſtes amplius audiri & examinari poſſint. Quo etiam facit, quod litigatorum illud fieri maximè intererſit, nempe vt mutuò & reciprocè teſtes magis reprobare & recuſare queant, quàm anteà fecerint, præſertim accuſator, qui in extraordinario contra teſtes iuſtificatiuos, vt vocant, accuſati admiſſus non fuit.

Præterea etiam antiquum eius rei exemplum ex auctoritate Ciceronis *in Verrem ſuum* allegatur, qui expreſsè dicit, & proteſtatur ſe eoſdem teſtes producturum eſſe, quos in prima actione produxerat, dum ita inquit: 17 *Recita teſtimonium, dixerant Heleſini, Catinenſes numerare omnes non eſt neceſſe: ſcitis quàm multi & quàm multa priore actione dixerunt, nunc & illi reliqui dicent.* Cæterùm quantum curiam Tholoſanam attinet, quamuis illa rarò admodum, neque ſine ſufficienti cauſæ cognitione litigatores ex proceſſu extraordinario ad proceſſum ordinarium remittere ſoleat: tamen nunquam ea de re dubitauit, multóque minus vſu comprobauit reſponſum illud Venuleij, ita tamen vt litigatoribus integrũ ſit contra teſtes productos obiectionibus & reprobationibus vti, quæ ſi pertinentes deprehendantur, vel tales eas eſſe ex ipſis actis conſtet, ius dici & prouideri ſolet, quemadmodum æquum & iuſtum eſt. Quæ quidem ex ore defuncti domini primarij præſidis Daſſis accepimus, cùm iudicanda eſſet cauſa quædam criminalis in Camera magna, ad quam nos ex ſecunda claſſe inquiſitionum, cum aliis nonnullis dominis claſſis primę vocati fueramus. Atque eadem ob memoriam perpetuúmque honorem, quem prædicto Dn. præſidi debemus, ſingularémque affectionem, qua eius poſteros proſequimur, minimè hoc loco præterire ſilentio volumus. Verum ad reliqua iam progrediamur.

Additio.

17 *act. 4. in Verrem.*

DECISIO LXXXVII.

Argumentum.

Haud indiſtinctè omnes voluntarij teſtes iuſtè reprobari poſſunt.

Summaria.

1 *Teſtes litigatore legitimè citato aut in eiuſdem præſentia producti haud dici poſſunt voluntarij, neque tanquam voluntarij reprobari eorúmve depoſitiones reiici.*

2 *Ea tamen ratione voluntarij ab auctore quopiam haud incommodè appellantur, quod nihil iis ex auctoritate & præcepto competentis iudicis denunciatum fuerit.*

QVid verò dicendum? an non † teſtes 1
voluntarij, de quibus in præcedenti deciſione egimus, dicentur etiam ij, qui deponunt

nunt atque ſe audiri curant ſine præuia citatione & præcepto iudicis, adeò vt illos litigator, contra quem producuntur licitè reprobare queat, tanquam maximè ſuſpectos, tum quod ipſimet ſe ad teſtimonium dicendum ſine vlla requiſitione, iuſſu & mandato ingeſſerint: tum quod aduerſario gratificari ſtuduerint offerentes ſe ſponte pro illo ſine vlla fide aut religione, ſicque obiici illis meritò poſſe videatur, quod obiicitur contra teſtes, quod cupidi dicant: 2 Et ſanè multi hoc affirmarũt, atque in praxi ita receptum eſſe tradiderunt. 3 Haud enim talis depoſitio omni ſuſpicione caret; cùm ex affectatione illa præſumatur teſtẽ litigatori gratum quoddam officium præſtare voluiſſe. 4 Ex iure noſtro item conſtat à tutela pupilli arceri debere quemlibet, qui eam affectaſſe probatus fuerit, 5 quaſi mali aliquod conſilij meditari videatur, neque apud eum vllaDei memoria permanere. 6 Vnde etiam eſt, quod interdictum ſit magiſtratibus creare eos, qui volunt iniicere vel ingerere ſeipſos, vt creentur, 7 eámque ob rem nec ad epiſcopatum olim reciperetur, qui eum ambiuiſſe compertus fuerat. 8 Quę quidem omnia licet vera ſint, atque haud exiguam prę ſe ſpeciem ferant: tamen haud obtinent in modò dictis teſtibus. Communis enim & vera, noſtríſque moribus conueniens Dd. opinio eſt, quod ritè productus cenſeatur eſſe teſtis, quem, cum die iuridica alterius negotij vel litis cauſa in foro fortè deprehenderetur, litigator aduerſario ritè citato aut in præſentia eius aduocati & procuratoris, ſine alia requiſitione & ſpeciali iudicis iuſſu ſeu citatione produxit. 9 Ceſſat quippe hoc in caſu omnis præſumptio affectati teſtimonij aliáque ſiniſtra ſuſpicio. 10 Cur item à iudice petere deberet litigator in ius vocari eũ, quem, quem ipſemet fortuito caſu in foro offendit, atque præſentem habet. 11 Quam ob cauſam in eiuſmodi caſu procurator aut ſollicitator cauſæ poſtulare conſueuit, vt in foro ita deprehenſi ab eo, coram cuius auditorio lis agitatur, pro citatis haberi debeant, atque ab illis ſolitum iuramentum in præſentia aduocatorum & procuratorum aduerſarij, exigatur. 12 Quæ poſtulatio à iudicibus ratione officij, quod gerunt, dummodo dies iuridica ſit, denegari non
1 debet. Quare licet teſtes † prædicto modo producti, & ipſi quodammodo voluntarij ſint: tamen plurimum differunt ab iis, qui ipſimet ad teſtimonium dicendum ſponte ſe offerre & ingerere ſolent. De illis Quintilianus *quodam in loco* ſcripſiſſe videtur; 13 *Qui voluntarium teſtem producit, ſcire quid is dicturus ſit, poteſt*: atque non ineptè voluntarij dicuntur, quòd imperio nihil illis denunciatum fuerit.

ADDITIONES.

1 *Arg. l. quæ omnia*, & ibid. Angel. *de procurator.* Speculat. *tit. de teſtib.* §. *qualiter, verſic. volens.* Baldus *in l. parentes, C. de teſtib.* 2. Cicero *Rhethoric. ad Herenn. li.* 2. & *in partit.* 3 Idem *pro M. Cælio* & maximè *pro M. Fonteio.* 4 *l. final. de offic. prætor.* 5 *l. vxor, ad leg. Corn. de falſ.* 6 gloſſ. *in* §. *quoniam, in auth. vt hi, qui oblig. ſe perhib. hab. res min. collat.* 7 *l. ſcire oportet*, §. *fin. de tut. & curat. dat. ab hiſ.* 8 *l. ſi quenquam. Cod. de Epiſcop. & cleric.* D. Cyprian. *lib.* 4. *Epiſt.* 2. 9 Abbas Butr. Felin. & alij *in cap. in nomine domini, de teſtibus.* Bald. *in cap.* 3 *loco de probat.* & *in cap.* 1. *de iud.* 10 *l. presbyter. C. de Epiſc. & cler. l. quoniam liberi*, & *l. ſi quando*, & ibi Salic. *C. de teſt.* 11 Panorm. *in c. cùm in tua, in princ. de ſponſ.* Bald. *in d. l. presbyter* & *l.* 2. *C. de bon. auct. iud. poſſid.* Felin. *d. c. in nomine* 12 *l.* 2. *C. ſi mai. ab hered. ſe abſtin. l. etiamſi*, §. *fin. de minor.* 13 *d. c.* 7. *lib.* 5.

DECISIO LXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Nemo teſtes, quos ipſemet anteà produxit ab aduerſario ſuo itidem poſteà productor regulariter reprobare poteſt.

SVMMARIA.

1 *An per ſolam productionem teſtis ſine alio examine & depoſitione eiuſdem, iſte pro approbato & affidato habendus ſit, adeò vt litigatori, qui eum produxit, eundem ab aduerſario poſtea productum reprobare amplius non liceat?*

2 *Teſtes affidati quare, & vnde ita dicantur?*

3 *Affidatio introducta per ſolam productionem non poteſt excedere limites cauſa ſua, atque ſic inſtantiam, in qua facta fuit.*

4 *Conſtitutio Iuſtiniani comprobans dictam affidationem quamuis canonizata ſit, tamen iuxta mores noſtrorum iudiciorum meraextrauagans eſt.*

5 *Paulus de Caſtro quoad reſtrictionem dicta conſtitutionis approbatur.*

6 *Exceptiones in eadem conſtitutione appoſitæ vſum noſtrum veluti ſuperfluum reddunt.*

1 CAETERVM quoad talem, aut † etiam aliam productionem teſtium, interdum dubitatum fuiſſe ſcimus, vtrum ea ſola, etiamſi teſtes ita producti nō auditi fuerint, neque depoſuerint, (eo quod pars producēs melius conſilium fortè capiens, 1 atque exceptionem metuens illos examinari & audiri noluerit) ſufficiens eſſet, vt locus daretur conſtitutioni Iuſtinianeæ, iuxta quam, ſi quis teſtibus vſus fuerit, iidémque teſtes aduerſus eum in alia lite producantur, non liceet perſonas eorum excipere, niſi oſtenderit, &c. 2 (de quibus limitationibus & reſtrictionibus poſteà dicemus.) Et quidem interpretes iuris communiter hoc exiſtimarunt, 3 argumento eius, quod alibi legitur de eo, qui iniquum ad edictum ius aduerſus aliquem impetrauit, qui ſiue vſus eſt iure aliquo, ſiue impetrauit, vt vteretur, licet vſus non ſit, edicto quod quiſque iuris punitur. 4 Sola enim affectio & intentio ſine alio effectu hîc conſideranda eſt, vt impediatur, ne illud, quod à nobis non modo effectu approbatum, ſed etiam ſaltem propoſitum, deliberatum & deſtinatum fuit, ſine cauſa nouiter emergente, quemadmodū infra dicemus, reprobetur, ſi eodē pars aduerſa quoque vti velit. 5 Vnde eſt, quod inſtrumentum publicum ſemel productum, atque in iudicio communicatum, amplius reuocari, impugnari, aut contra illud opponi nequeat, ſi eodem pars aduerſa quoq; contra quam productum fuit, ſe vſuram eſſe prætendat. 6 Sic itaque in terminis praxeos, qua nos † vtimur, ſola productio te-
2 ſtem affidatum reddit, ſi litigator, contra quem illa facta fuit, pro intētione ſua probanda eundem teſtem producere atque audiri & examinari velit. Verum hoc gloſſa noſtra ordinaria impugnare voluit, cùm dicta conſtitutio nominatim concepta ſit in alia lite, atque ſic eadem lis tacitè excluſa cenſeatur. 7 Quam impugnationem eadem gloſſa probare nititur auctoritate ICti, de qua in præcedenti deciſione egimus, vt demonſtret, quod in eadem inſtantia eorundē teſtium productio ab eadem parte, non niſi ſemel fieri queat. Quæ tamen res nimis latè petita eſt vna cum diſtinctione, quę poſtea ibidem ſubiicitur, cùm ſolus ordinarius vſus ſatis eam condemnet, & veluti ad digitum demonſtret, qualiſnam ſit. Nam vltra illud, quod ſuprà attigimus de loco illo ICti ad aliam planè horizontem ſpectante; certè conſtat, quod dubium ibidem ab Accurſio incertum ad aliam ſedem pertineat, 9 atque arreſto ſupremæ curiæ Gratianopolitanæ, menſe Aprili, Anno M. CCCC. XLV. præiudicatum fuerit, 10 nec applicari queat ad dictam conſtitutionem, in qua expreſſè hæc reſolutio traditur, quod nullus reprobare poſſit teſtes aduerſarij, quibus ipſemet in alia lite vſus fuit. Expreſſa autem alterius litis propterea mentio fit, quod magis de alia dubitatum fuerit, quàm de eadem lite & inſtantia, vtpote quę recipere nequit diuiſionem perſonarum reſpectiuè, atque ad eundem finem, nempe vt de eiuſdē facti veritate teſtentur, ſelectarum, receptarum & approbatarum, 11 quæ propterea teſtes affidati dicuntur, quaſi dicas à litigatoribus ſub mutua illorum fide recepti, ſicuti & alibi vaſalli affidati appellantur, qui in alicuius fidem & tutelam recepti ſunt, & recommendati vel ſuſcepti dicuntur. 12 Vnde affidare idem eſt, quod fidem mutuam dare, 13 poſtquam puellam affidauit, id eſt, poſtquam ei fidem dedit, 14 atque mulier affidata vocatur, quæ iam deſponſata eſt. 15 Teſtes itaque affidati ſunt, quibus fides habita eſt, iidémque per ſolam productionem alterutrius partis communes fiunt, adeò vt ſi poſtea pars aduerſa iiſdem vti velit, litigatori, qui anteà eos produxit cōtradictiones & reprobationes haud magis licitę ſint, quàm olim cùm Cicero vteretur teſtimonio Heeij, qui anteà à Verre teſtis productus fuerat, atque ſi hodiè accuſator produceret teſtem,

ADDITIONES.

1 ex conſ. Quintil. *d. cap.7. lib.5.* 2 *l. ſi quis teſtibus, C. de teſtib. c. ſi quis teſtibus, 4. q.5.* 3 DD. *in d. l. ſi quis teſtibus.* Panorm. Felin. & DD. *in c. præſentium, de teſtib.* Stephan. Aufrer. *de reprob. teſt. ſuper verb. iurans, & ſuper alio verb. productus* 4 *l.3. quod quiſque iur. in al. ſtatuer.* 5 *l. ſi poſt mortem. §. final. de bon. poſſ. contra tabul. l.1. §. beſtias, de poſtuland.* 6 Paul. Caſtr. *in d. l. & auth. ad hæc, C. de fid. inſtrum.* 7 *arg. l. cùm prætor. de iud.* 8 *in d. l. produci, de teſtib.* 9 *in c. fraternitatis, de teſtib. clem. fin. de teſtib.* Papon *lib.2. not.* 10 Guido Papæ *q.14. & conſ.30. & 100.* & poſt eum Papon. *en ſon recueil titr. des faicts nouueaux liur.9. arr.1.* 11 *arg. c.1. de mut. petit.* 12 *in conſtitut. Sicil. libr.3. tit.7. & 8,* Ragueau *en ſon indice des droicts Royaux ſur ce mot fieue.* 13 *lib.2. de conſtit. tit.38.* 14 *c. ſuper eo, de conſangu. & affin.* 15 *c. ex literis veſtris de cogn. ſpiritu.*

teſtem, quem accuſatus ad probandas iuſtificationes & reprobationes ſuas nominarat. Accuſatori enim liberè hoc facere licet, argumento eorum, quæ ſupra adducta ſunt, quemadmodum è contra accuſatus ad probationem innocentiæ ſuæ, atque demonſtrationem defenſionum, quæ ad illam pertinent, adhibere poteſt teſtes, quos ipſemet anteà reprobauit, neque propterea eum dictam conſtitutionem metuere oportet, quemadmodum D. Papon arreſto ſupremæ curiæ Pariſienſis iudicatum fuiſſe teſtatur, 16 quod potiſſimùm nititur fauore defenſionis, quæ accuſato competit, 17.

3 At dicta affidatio, quæ ſola productione inducitur, excedere non poteſt terminos & limites cauſæ ſuæ, ſicque concernere nequit, quam ſolam inſtantiam, in qua facta fuit, cùm cæteræ, quæ adhuc futuræ ſeu nondum inconuenienti ſtatu ſunt, & de quibus ipſimet litigatores haud cogitant minime conſiderandæ ſint, ob plures iuris rationes admodùm vulgares, atque ipſamet fundamenta principalia inquiſitionum & proba-

4 tionum. Quare extenſio a D. Iuſtiniano † aut potiùs Triboniano in prædicta conſtitutione facta, atque bona fide ab ipſis ſacris decretis canonizata, vera & pura extrauagans eſt, haud recepta, neque approbata, vel ad vſum tranſducta in ſupremis curiis, & aliis conſiſtoriis iuſtitiæ diſtributiuæ Franciæ noſtræ, atque in prouinciis, quæ ſub obedientiam monarchiæ illius redactæ ſunt, haud attentis diſtinctionibus, quas Canoniſtæ hac in re adducere voluerunt. 18 Aut enim alia inſtantia, cuius in dicta conſtitutione hiſce verbis: *in alia lite* mentio ſit, inter eaſdem partes eſt, vel non. Si inter eaſdem partes eſt, tum neceſſe eſſet, vt vſus teſtium, quem illa requirit, quando fieret ob ſolam productionem, vel aliud quoddam ſimile eius veſtigium interueniret in eadem, & alia inſtantia expreſsè, aut tacitè, alius tamen, quàm ille, qui in prima & principali inſtantia, ſicque inſtar gladij illius Didonei ad vſum ſuum non factus, neque deſtinatus, aut adhibitus fuit. Quid enim commune habere poteſt prima inſtantia ex vna cauſa cum altera ex alia 19 quæ quidem aliter alia dici non poſſet, nec iterum eadem actione experiri quis poſſet. 20 Per conſequens igitur locum hic habebit ſingularis illa & ordinaria doctrina Dd. noſtroru, iuxta quam tradiderunt nonnulli acta in vno iudicio facta non poſſe prodeſſe in alio, etiam inter eaſdem partes, & coram iiſdem iudicibus, niſi vſurpentur, reproducantur & communicentur à parte, contrà quam litigatur, 21 etiamſi ſit inſtantia reconuentionalis, 22 quæ conſequenter dependet ab alia & principali præcedenti, atque ad eam refertur ab illo, qui principaliter conuentus eadem ratione & ſecũdario actorem recõuenit. Vnde apparet, ꝙ ſi prædicta alia inſtantia inter alias partes ſit, illud, quod inter eoſdem obtinere & procedere nequit, multò minùs procedere & obſeruari queat inter alios, quorum intuitu etiam generalis illa regula militat, 23 acta & iudicata inter alios præiudicare, aliis non debere, vt non immeritò bonus ille auctor interrogarit, 24 quando abſentibus atque ignorantibus inter alios geſta nocuerunt? Idque optimè præuidit Paulus de Caſtro † ad dictam 5
conſtitutionem, quam propterea reſtrinxit ad productionem factam inter eaſdem partes, cùm illa haud magis atque alia acta inter eaſdem facta cancellos ſuos egredi, atque aliis, qui abſentes ſunt, neque de productione quicquam ſciunt, multóque minus nominati & comprehenſi ſint, minimum præiudicium facere queat. Et certè, ſi quoad ſolam productionem † conſtitutio prædicta 6
rectè intelligatur & accipiatur, facilè apparebit, quod ea propter exceptiones, quæ in eadem ſubiiciuntur non modò vſui noſtro non admodum aduerſetur, ſed etiam eundem quodammodo vanum & ſuperfluum reddat. Nam vigore prædictarum exceptionum hodiè tenetur, quod in eadem cauſa reprobari poſſint, vnus, duo, aut plures teſtes ab vtraque parte producti, ſi occaſio reprobandi nouiter interuenerit, aut diu quidem interuenerit, ſed nouiter detegatur, quemadmodum Dn. Boërius in *deciſionibus ſuis* diſſerit, 25 allegans arreſtum ea de re a ſuprema curia Burdegalenſi prolatum, quod etiam Papon ſub titulo *de reprobatione teſtium* recenſet, 26 nulla mentione D. Boërij ſa-

ADDITIONES.

16 *tit. des preuu. des teſmoins, arreſt.* 35. 17 per doctrinam Baldi *in l. parentes, C. de teſt.* 18 *in c. præſentium, extr. de teſtib.* 19 *arg. l. Papinianus, in fin. princ. de minor.* 20 *arg. l. habebat, de inſtitor. act.* 21 Bartol. & Iaſon *in l. naturaliter, §. nihil commune, de acquir. poſſ.* Bartol. & Alexander *in l. vnic. C. vt quæ des aduoc. & in l. 2. C. de edend.* 22 Alex. & modern. *in d. l. 2. C. de edend.* Fern *ad d. §. nihil commune, in 3. q.* Bartol. *n.* 3. 23 *rubr. res int. alios act. vel iudic. aliis non noc.* 24 Symmach. *in epiſt.* 25 *queſt.* 245. 26 *arreſt.* 3.

cta, quemadmodum etiam *alijs in locis* illius nomen omittit, ne eo toties chartam oneret, tacitè innuens, quod omnia ferè arreſta ſupremæ curiæ Burdegalenſis, quæ adducit, ex Boërio deprompſerit, haud ſecus atque Pariſienſia ex Dn. Lucio, Tholoſana ex deciſionibus capellæ Tholoſanæ, atque annotationibus Stephani Aufrerij, Gratianopolitana ex Guidone Papæ, quemadmodum notorium eſt, atque ex ipſis actis doceri ſatis poteſt. Idque ſemel hic notaſſe ſufficiat. Euenientibus itaque caſibus præiudicij illius Pariſienſis, ſi litigatorem, qui talem productionem fecit, eiuſdem pœniteat, dum fortè re detecta inſidias ſibi ab aduerſario ſtrui odoratur, ratione teſtium, 27 qui omnia profutura polliciti, diuerſa reſpondere meditantur, vt auctoritatem habeant non arguentium illa, ſed confitentium: haud facilè ei deeſſe poterunt nouiter emergentes, quas alleget, cauſæ, nempe inimicitiæ, rixæ, aut aliæ eiuſmodi pertinentes & probabiles, adeò vt non obſtante productione à ſe facta in plenum obiectionum & reprobationum, quæ ſibi competũt, campum prodire queat, nec ſe decipi patiatur technis & doloſis artificiis multorum teſtium, qui primò advocatem reſpondere ſolent, quo maiore fiduciam dicant, cùm tutiſſimũ hac de diuerſa poſteà dicant, cùm tutiſſimũ hac in re ſit ſuſpectum teſtem, dum prodeſt, dimittere, quemadmodum idem auctor *in eodem loco* docet, 28 licèt hoc ſaltem propter ſuſpicionem corruptionis, aut ſecretas illius technas fiat, cùm corruptio nominatim in dicta conſtitutione excepta ſit. Super qua re nunquam à dicta curia Tholoſana in caſibus eiuſmodi ſimplicis productionis dubitari admodùm vidimus, ſed ſemper attendi ſolere etiam minimam cauſam, quæ poſt productionem eueniens producentem commoueat, vt teſtem, quem imprudenter produxit, minime examinari atque audire curet.

ADDITIO.

27 Quintilian. *lib. 5. inſt. orat. cap. 7.* 28 Quintilian. *vbi ſupra.*

DECISIO LXXXIX.

ARGVMENTVM.

Interdum quis teſtem, quem ipſemet anteà produxit, ab aduerſario ſuo poſteà productum rectè reprobare poteſt.

SVMMARIA.

1 *Vulgatum illud, quod nemo reprobare queat teſtem, quem ipſemet anteà produxit, ſaltem locum habet, quoad reprobationis cauſam, quæ procedit ab ipſo producente, ſecus verò quoad cauſam, quæ procedit ab alio.*

2 *Hipotheſis, in qua cùm teſtis non modo productus ſed etiam examinatus & auditus fuiſſet, iudicium reprobationis reſeruatum fuit in iudicandis.*

PORRO in eadem materia † aliud adhuc dubium obortum fuit ex eo, quòd in 1
cauſa quapiam pendente in curia quoad certam executionem arreſti ab eadem prolati inter duas partes litium admodũ ſtudioſas, nimiſque ſibi inuicem infenſas; nos, tanquàm executor dicti arreſti poſt viſas petitiones, exceptiones, replicas, duplicas, ad earundem legitimam probationem litigatores admitteremus; atque reus pro implenda intentione quendam cognatum ſuum examinari & audiri curaret, eundémque poſteà actor quoque produceret, ſuæque probationis ergo itidem examinari & audiri peteret. Productioni enim dicti actoris procurator rei conſentire nolebat, ſed expreſsè proteſtabatur, quòd teſti huic obiectiones opponere eúmque reprobare vellet, quemadmodum etiam poſteà in catalogo obiectionum omnibus teſtibus in inquiſitione actoris auditis oppoſitarum fecerat. At econtra actor in ſaluationibus ſuis inter alia contendebat, quòd dictus reus admittendus non eſſet, neque reprobare poſſet cognatum ſuum, quem ille ab initio non modo produxiſſet, ſed etiam audiri & examinari curaſſet, vt propterea teſtis affidatus & electus, ciuſque fides ab vtraque parte approbata eſſe cenſeretur. Super quo cùm inſtantia executionis inſtructa eſſet, cauſam & litigantes ad ipſam curiam remiſimus, in qua cùm cauſa retineretur, atque iuxta ſolitum ſtylum iam decidi deberet; dubitatum fuit, vtrum reo permiſſum eſſet reprobare cognatum aduerſarij à ſe primò productum, atq; etiam auditum & examinatum? In quo poſteriori ipſius quæſtionis nodus erat. Nam ſi verſati fuiſſemus ſaltem in terminis ſimplicis productionis à reo factæ recurri debuiſſet ad deciſionem vtriuſque iuris interpretũ,

iuxta quā illi tenuerūt, quod quāuis ex quo quis vocatur ad teſtimonium, eo ipſo videatur approbatus per eū, qui fecit ipſum, à quo producente poſtea reprobari nō poſſit: tamen hoc verum ſaltem ſit quoad cauſam, quæ procedit ab ipſo producente, ſecus verò quoad cauſam, quæ procedit ab alio, quemadmodum Dn. Boërius notauit. 1 Apertius item & melius nonnulli tradiderunt, quod prædicta deciſio generalis; nempe teſtem iam productum haud reprobari poſſe ab eo, qui illum produxit, locum habeat, quando eadem vtrinque cauſa ſubeſt, ſiue quando reprobationes, quibus vterque litigator vti poterant, ex eodem fonte promanant, ſiue eundem erga vtrumque reſpectum habent, alias verò non. Ex quo etiam iidem inferunt, quod licet litigator teſtem producere poſſit propinquum aduerſarij ſui, cùm permiſſum illi ſit fauori pro ſe introducto renunciare, 2 taliſque teſtis fidem experiri: tamen econtra idem, ſi poſtea ab aduerſario quoque, cuius propinquus eſt, productus examinari petatur, nequicquam obſtante facta priori productione haud ſecus, ac quilibet alius reprobari queat, 3 propter inæqualitatem, diſparitatem & difformitatem cauſæ ex qua reprobatio fit. At cùm in prædicta hypotheſi nō
2 ſola † productio, ſed vlterius etiam auditio & examen teſtis quoad vtriuſque litigatoris intentionem interueniſſet, eundémque actori certo cognationis gradu coniūctum eſſe vtraque pars confeſſa fuiſſet; hic terminus hærere videbatur, nempe poſt integram executionem præparationis, quæ dicta productione fiebat, cuius omne ius eadem executione conſumptum cenſebatur, ita vt mutatio voluntatis non eſſet admittenda. 4 Super quo in ſecunda claſſe inquiſitionum explorato prius Cameræ maioris, in qua defunctus Dn. præſes d'Affis præſidebat, conſilio, decretum fuit, quod iudicium dictæ reprobationis fieri & reſeruari deberet in iudicandis, quemadmodum ex ſtylo curiæ noſtræ appellatur, i. e. donec cauſa principalis definitiuè iudicaretur: interim verò legi deberent depoſitiones illius teſtis, quas pro vtraque parte feciſſet, vt inde ſumeretur, quòd religio cuiuſlibet iudicum ſumendum eſſe deprehenderet, probè ponderatis & examinatis omnibus circumſtantiis, præſertim iis, ob quas res adhuc in dubio, & in incerto remanſerat, atque aliis, quę peti poſſent ex dictis depoſitionibus inuicem collatis, in quibus aut eſſet aliquid, quod prodeſſet, aut in mēdacio vel cupiditate teſtis deprehenderetur, vtra è duabus depoſitionibus melior, maiori fide digna, veroſimilior, ipſiſque cauſæ actis magis conformis eſſet: atque præcipuè vtrum idem teſtis veritatis manifeſtatione diuinæ voluntati ſatisfacere, quàm alterutri litigantium blandiri, ſicque periurio commiſſo veritatem occultare aut diſſimulare maluerit. Immo quia in toto genere probationum, quæ argumenta ad quē modum probandæ, cuique rei ſufficiant, nulla certa ratione definiri poteſt: eáque magis arbitrio relinquuntur: in hiſce planè diiudicandis, vt Cicero dicebat, non minimā artem ad vnamquamque rem exiſtimandā, momentóque ſuo ponderandam ſapientia iudicis tenet. Quare etiam in allegata hypotheſi inter litigatores prædicto modo decretum fuit, vt ea ratione omnibus probè conſideratis iuſtitia æqualiter diſtribueretur, neutrique parti vel vllum præiudicium fieret.

ADDITIONES.

1 d. q. 245. n. 4. 2 l. quòd fauore, C de leg. 3 DD *in l. 2. & in d. l. ſi quis teſt. C. eod. 4 arg. l. apud Aufidium, de opt. legat.*

DECISIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Oppoſitiones generales vagæ & incertæ contra teſtes à ſuprema curia Tholoſana non admittuntur.*

DEFVNCTVS dn. Lucius 1 ſcriptum reliquit; reprobationes † generales, & 1
contra omnes auditos ac examinatos teſtes generaliter oppoſitas admittendas eſſe, ſicque arreſto ſupremæ curiæ Pariſienſis pridie Calendarum Auguſti, ann. 1509. in claſſibus inquiſitionum explorato prius Cameræ maioris conſilio pronunciatum fuiſſe, quod antè principalis cauſę definitionem generales eiuſmodi reprobationes examinari deberent, licet non ſpeciatim contra cuiuſlibet teſtis personā oppoſitæ fuiſſent. Tantum quippe (quemadmodū ille inquit) in omnibus generale valet, quantum ſingulare in ſingulis. Verum hoc atque alio ſimili arreſto, quod Papon recenſet, atque ab omnibus inquiſitionum claſſibus 14. Febr. anno 1550 prolatum fuiſſe teſtatur, 2 haud obſtantibus, prędicta curia Tholoſana haud attendere conſueuit eiuſmodi generalitates, quas procuratores & pragmatici in reſortitione illius poſt omnes oppoſitiones ſpeciatim & articulatim cōtra reprobatos

teſtes propoſitas adducere ſolent, niſi ſpecialiter in præcedentibus articulis deductæ & explicatæ fuerint. Reuera enim vagæ & generales eiuſmodi oppoſitiones parum momenti habent, noſtro præſertim tempore, quo illæ ideò adduci & ex vulgaribus libellis ſolemni forma deſcribi ſolent, vt potius differantur & turbentur principalis cauſæ merita, quam vt ſententia ſeu arreſtum maturetur.

Additio.

1 *lib.11.tit.de teſtib.placit.2.tit.de reproch. des teſmoins, arreſt.9.*

DECISIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Oppoſitio contra teſtem, quod inductus, & pecunia corruptus fuerit ad deponendum, niſi pecuniæ quantitas, corruptionisque modus, locus & tempus exprimatur, à curia Tholoſana itidem haud admittitur.*

Similiter quoque Papon 1 aſſeruit (vnde tamen hoc habeat nobis minimè conſtat) in Camera magna inquiſitionum ſupremæ curiæ Pariſienſis obſeruari, quod ſufficiens † reprobatio teſtis ſit, ſi dicatur eum inductum, atque ad deponendum pecunia corruptum fuiſſe, etiamſi reprobans non adiiciat, quod eiuſmodi teſtis falſum depoſuerit, aut ſe contra veritatem depoſiturum eſſe promiſerit. Pro cuius reſolutionis confirmatione idem auctor nonnullos Dd. allegat. 2 An verò tale quippiam ex allegatis Dd. locis inferri queat, optimè iudicare potuerunt, qui eadem inſpicientes rectè intelligent. Planè ſuprema curia Tholoſana nunquam generalem & vagam eiuſmodi oppoſitionem admittere conſueuit, niſi ſpeciatim particulares circumſtantiæ, nempe pecuniæ quantitas, corruptionis modus, locus & tempus, atque aliæ eiuſmodi exprimantur, vt videlicet ea ratione is, qui teſtem produxit, eiuſdem fidem tueri queat, quod alias ab eodem minimè fieri poſſet, quemadmodum etiam quidam ex noſtris Dd. tradidit. 3

Additiones.

1 *d.tit.arreſt.14.* 2 Panormitan. *in ca. licet cauſam, de probat.* & Bart. *in l. Diuus, de re iud.* 3 Paulus Caſtrenſ. *in l. turpia, de legat.1.*

DECISIO XCII.

Argumentum.

Parentes & liberi inuicem aduerſus ſe ad teſtimonium admittendi non ſunt.

SVMMARIA.

1 *Oppoſitio propinquitatis contrà teſtes producentis, tam aſcendentes & deſcendentes, quàm collaterales à ſuprema curia Tholoſana admittitur, vſque ad quartum gradum incluſiuè.*

2 *Teſtimonium matris, aliorumq; aſcendentium, parentum item initialium, & cæterorum propinquorum etiam intra prædictum quartum gradum ſaltem ad ætatis probationem admitti opinio quidem iuris interpretum communis eſt, ſed malo fundamento nititur.*

3 *Accurſius quoque de ea re dubitauit, & tandem cõtrarium concluſit, cuius opinionem etiam ſuprema curia Tholoſana quodammodo probare & ſequi videtur.*

Vulgata, generalis † & indubitata iuris regula eſt, parentes & liberos inuicem aduerſus ſe, nec volentes, teſtimonium, neque pro, neque contra, quemadmodum vulgò loquuntur, dicere poſſe, 1 atque, ſi hoc faciant, eos reprobari, vſque adeò, vt ipſorum depoſitiones haud legantur, multóque minus attendantur, etiamſi non aliunde de illorum qualitate appareat, quàm ex ſola confeſſione ad generales interrogationes facta, quæ vigore noſtrarum ordinationum ſub pœna nullitatis teſtibus proponi debent. Cuius regulæ ratio alibi adducitur, quod rei veræ teſtimonium neceſſitudo perſonarum plerumque corrumpat. 2 Quæ ratio generalitate ſua fecit, vt prædicta regula porrecta fuerit ad omnes propinquos & conſanguineos collaterales producentiũ, vſque ad quartum gradum incluſiuè, ad quẽ in materia oppoſitionum vox propinqui & conſanguinei communiter reſtringitur. Atque ea extenſio etiam nititur ratione magis ſpeciali, *quia veritatis profeſſionem propinquitatis affectio impedire cognoſcitur*, 3 vbi, quem-

Additiones.

1 *l. parentes, C. de teſtib.* iunct *l. teſtis idoneus, ff. eod.* 2 Iul. Paul. *lib.5. ſent. c.15.* 3 Interpres Iul. Paul. *ad d. c.15.*

quemadmodum facilè colligi poteſt, pro-
feſſio veritatis accipitur pro teſtis depoſi-
tione & teſtimonio, haud ſecus atque vo-
cabulum illud,(quamuis admodum malè)
nonnulli accipiendum eſſe exiſtimant in
2 reſponſo illo, quo † dicitur etiam matris
profeſſionem recipi,ſed & aui recipiendam
eſſe. 4 Idq; occaſionem multis litigantibus
præbuit,vt in cauſis reſtitutionis in integrū,
vel etiam aliis,in quibus principaliter, aut
incidenter de ætatis probatione quæſtio eſ-
ſet,illius gratia,patrem, matrem, auum,a-
uiam,vel etiam luſtricos parentes ſeu nun-
cupatores,alióſque propinquos ſuos, intra
quartum gradum incluſiuè ſibi cōiunctos,
audacter & intrepidè teſtes producerent, &
poſtea ad reprobationes teſtibus eiuſmodi
oppoſitas reſponderent,ſaltē de probatione
ætatis agi,ad quam patris & auiæ teſtimo-
nium ac profeſſio iuxta ipſam iuris diſpo-
ſitionem admitteretur. Super cuius ſalua-
tionis ſeu reſponſionis reprobationi oppo-
ſitæ iudicio nos aliquando in curia contra-
rietatē opinionū exiſtere vidimus, cū nō-
nulli domini illam vrgentem & admitten-
dam,alij verò inualidam & reiiciendam eſſe
exiſtimarent. Illi enim nitebantur commu-
ni reſolutione Dd.& interpretum iuris, qui
ex prædicta diſpoſitione iuris docuerunt
tale teſtimonium recipi, quando quæſtio
ſaltem eſt de prædicta ætatis probatione,
haud ſecus, atque in coniungendo matri-
monio & diſiungendo, ex ipſius coniugij
prærogatiua,& quia fauorabilis res eſt, cō-
grue illud admitti à Clemente III. decretū
fuiſſe legimus: 5 hi verò ipſum allegatum
iuris fundamentum impugnabant,cùm di-
cerent vocabulum *profeſſionis*, quemadmo-
dum etiam res aliter ſe non habet, intelli-
gendum eſſe de tali profeſſione,quæ fiebat
inter acta à parentibus, argumenta viri li-
bris actorum ſpargere gaudentibus, ſi lici-
tum hic eſt vſurpare verba Satyrici 6 al-
ludentis ad profeſſionem illam cuius ſæpe
in libris antiquioribus, atque inter alios e-
tiam apud Apuleium mentio fit,quando de
parte quopiam ſcribens,eum natam ſibi fi-
liam more cęterorum profeſſum fuiſſe ſcri-
bit. 7

3 Super quo ipſemet etiam Accurſius † du-
bitauit, atque tandem concluſit depoſitio-
nem matris,patris aut aui in eiuſmodi ca-
ſibus haud admitti, tanquam teſtimonium
teſtis,licet,inquit ille,ex eorū reſpōſis iudex
quærat veritatem. Nos aſſequi haud poſſu-
mus,quomodo ipſe ſe intelligat,cùm illud
alio referri nequeat, quàm ad inquiſitionē
quandam ex officio,quæ admodum pericu-
loſa eſſet (cùm alias teſtibus in ea auditis
nihil obiici poſſit) ad componenda eiuſ-
modi teſtimonia cùm aliis remotis,magíſ-
que tutis,ſed tamen oppoſitioni obnoxiis.
Quicquid verò ſit, dicta profeſſio olim a-
ctus quidam erat, quem publicè aut priua-
tim apud acta publica aut priuata pater,
mater,auus aut auia de liberis ſuis, eorum
natiuitate aut nomine faciebant,ſiue hoc in
continenti, ſiue poſt aliquod tempus à na-
tiuitate fieret,vt iura parentum iam haben-
tes haberent,quod famæ opponere poſſent,
quemadmodum idem Satyricus dicebat,
eáque ratione talis profeſſio etiam nulla e-
xiſtente lite fiebat,tanquam actus publicus
& ſolitus,ſicque exempti erat ab omni ſu-
ſpicione,affectione & corruptione particu-
lari;cùm alio non tenderet, quàm ad con-
ſeruationem iurium,priuilegiorum & præ-
rogatiuarum iis competentium, qui eam
faciebant aut fieri procurabant. Vnde eſt,
quod tempore nouiſſimo præualuerit opi-
nio,quæ ad prædictam Accurſij, aliorúm-
que,qui eum ſequuntur,quam proximè ac-
cedit,nempe quod quoad iudicicium ſal-
uationis in perſonis & cauſis ſuperius me-
moratis,prædictum perſonarum eiuſmodi
teſtimonium ſaltem præſumptionem in-
ducat,haud ſecus atque ſcriptura aui aut pa-
tris,qua ij diem natiuitatis liberorum ſuo-
rum aut deſcēdentium conſignarunt,nem-
pe vt tali pręſumptione depoſitiones teſtiū,
qui reprobari nequeunt, atque vel pro vna,
vel pro altera parte depoſuerunt,eo melius
iuuentur & confirmentur. Idque illud eſt,
quod Imperatores dicebant *ad iuuandam
veritatem* 8 & quantum ad nos, ſi ita hoc
dicere licitùm eſt;*ad conuincendam teſtium
facilitatem,aut potius falſitatem.* Atque
quoad hunc effectum iudicium prædictæ
ſaluationis reſeruatum fuit *in iudicandis*,vt
domini cenſentes attenderent & deprome-
rent ex eiuſmodi depoſitionibus illud,quod
eorum conſcientia attendendum & depro-
mendum eſſe ſuaderet. 9 Sicque in cauſis
eiuſmodi à prædicta curia ſæpius procedi,
iudicari & pronunciari vidimus in ſecunda
claſſe inquiſitionum,& quidem ad noſtram
quoque relationem in cauſa des Carboues
II. Aprilis anno M.D.LXXXVII.

DECI

ADDITIONES.

4 *l.etiam, de teſtib.* 5 *in c. videretur, extr. qui matrim. accuſ. poſſ.* 6 Iuuenal. *Satyr.9.* 7 *in 2.apolog.* 8 *in d.l.etiam.* 9 *l.eos,C.de teſtib.*

DECISIO XCIII.

ARGVMENTVM.

Teſtis ob contumaciam antea relegatus, vel ad grauiorem mulctam condemnatus, interdum reprobari poteſt.

SVMMARIA.

1 *An obiectatio teſti oppoſita, quod ad trinam citationem non comparens ob contumaciam ſuam condemnatus fuerit, pertinens ſit?*

2 *Condemnationis quinque annis elapſis, atque ſi poſt ordinationis dilationem facta obiectatio, in ſuprema curia Tholoſana pro valida habetur.*

3 *Abolitio, reſtitutio famæ atque indulgentia vulnus condemnationis non tam ſolidè curant, quin cicatrix quædam remaneat.*

ALIQVANDO item dubitatum fuit, v-
1 trum vrgens & ſufficiens oppoſitio † eſſet contra teſtem quempiam, qui ideò reprobabatur, quòd criminis accuſatus, atque ad trinam citationem non comparens ob contumaciam ſuam relegatus, aut alias in grauem mulctam domino ſupremam iuriſdictionem habendi præſtandam condemnatus fuiſſet? Quo in dubio nonnulli ex peritioribus cenſuerunt reprobationem pertinentem & admittendam eſſe: tum quod neceſſe ſit iuxta noſtras ordinationes teſtes, qui contra eiuſmodi accuſatos & contumaces auditi fuerunt, repeti ac denuò audiri, antequam condemnatio ſequatur, vt eo melius de delicto, quod coërceri debet, appareat: tum quòd ob contumaciam ita cōdemnati conditio haud melior facta fuerit, neque melior eſſe cenſeatur, quàm præſentis captiui, qui ſe ſiſtit, vt iuſtitiæ pareat. Quæ duæ rationes hac in re admodū vrgētes videtur. Verùm iis haud obſtantibus, alij, quorum opinio etiam communiter atq; in contradictoriis iudiciis obtinuit, exiſtimabant condemnationem illam condēnatos haud infamia notaſſe, minimèque effeciſſe, vt ipſorum teſtimonium propterea reiiciendum eſſet, 2 cùm comparitione cōtumaciam purgare, & abſolutionem fortè impetrare queant, vt magis propter contumaciam, quàm delictū dãnati videantur. 3 Cæterum nihilominus ea de re † difficul-
2 tatē in prędicta curia moueri meminimus, & quidem talem, vt in ſpecie facti, de qua quæſtio erat, cū cōdemnatio multæ ob cōtumaciam quinque annis elapſis, atq; ſi poſt dilationem ordinationis 4 ampliantis ius commune, quo ſaltem annus conceditur, à die bonorū adnotationis publicè ſignificatæ computandus, 5 facta fuiſſet; obiectatio illa condemnationis à curia noſtra in ſecūda claſſe inquiſitionum ad noſtram relationē in cauſa des Darbandes contra Baillot, Sigal & alios pertinens eſſe pronunciaretur. Et quamuis ei, qui iudicis competentis ſententia infamiæ notam ingerente condemnatus, ac poſteà à rege priſtinæ famæ reſtitutus fuit, in iudicio credendum eſſe communiter ab omnibus ferè tradatur, adeò vt contra eiuſmodi teſtem ex ſententia illa infamante nihil amplius firmiter opponi queat: tamen prædicta curia in caſu præſertim fuſtigationis ob furtū aut aliud eiuſmodi delictū famoſum factæ, ſemper difficultatē habuit atq; exiſtimauit vulnus dicta fa-
mæ † reſtitutione abolitione & indulgen- 3
tia haud ita plenè coaleſcere, quin aliqua veſtigia & cicatrix quædam adhuc remaneant, neque talem condemnationē ex memoria hominū, qui executionem illius ſciuerunt, audiuerunt & intellexerunt penitus deleri. Quam etiā ob cauſam aliquando nobis præſentibus & deliberationi aſſiſtentibus, quoad ſaluationem oppoſitam obiectationi ſeu reprobationi fundatę ſuper prędicta reſtitutione & abolitione principis, curia apponebat: *eliſa ſed dubiè aut partim*, vt innueret, talem depoſitionem ſaltem pro ſemiſſe, ſeu tanquam dimidij teſtis validam eſſe: atque alia vice reſeruabat *in iudicādis*, vt viſo proceſſu & aliis depoſitionibus teſtiū in inquiſitionibus ab vtraq; parte reſpectiuè productorū, iudices pro cōſcientię ſuę dictamine exiſtimarent, quātum eiuſmodi teſtimonio tribuendum eſſet. Aliud ſiquidem remedium haud ſuppetit, cùm veriſſimum ſit, quod Ouidiū ceciniſſe legimus: 6

Pœna poteſt demi, culpa perennis erit.

Idque illud ipſum eſt, quod ſimili ſenſu Impp. alibi Senatui reſcripſerunt; indulgentiam, quos liberat, notare, nec infamiam criminis tollere, ſed pœnæ gratiam facere.

ADDITIONES.

1 Ferron. *ad conſuet. Burdeg. de retract.* §.18. 2 Charondas *libro quarto, capite* 34. 3 *arg. l. ſi ideò, de euiction.* 4 *aux eſtats de Moulins artic.* 28. 5 *in l. penult. l. final. de requir. rei. l. ſecunda, Cod. eod.* 6 *de Pont.*

DECISIO XCIV.

ARGVMENTVM.

In Francia reprobationum oppoſitione examen teſtium haud impeditur.

SVMMARIA.

1 *Romæ atque in tota Italia reprobationes oppoſitæ recipiuntur ante examen & auditionem teſtium.*

2 *Illud autem vſu in Francia non obſeruatur, ſed in ea teſtes ſtatim examinantur & audiuntur ſaluis partium reprobationibus & ſaluationibus.*

3 *Commiſſarius ſeu iudex delegatus eundem ſtylum obſeruare tenetur, quem ipſemet delegans obſeruat.*

ROMAE, atque in tota ferè Italia, aliiſque vicinis prouinciis, coràm iudici-
1 bus competentibus reprobationes † ſtatim poſt productionem & receptionem teſtium, antequàm ij examinentur & audiantur, proponi ſolent ac poſſunt, vſque adeò, vt ſi pertinentes & validæ videantur, ſtatim ad earum probationem reprobans admittatur; atque interim prædictorum teſtium examen differatur. Cuius rei ratio ex iure hęc affertur, quòd exceptio legitima contra teſtes competens ſtatim ab initio, quale eſt allegata productio, denegari non debent. 1 Quod etiam probari poſſe videtur nouella quapiam Iuſtiniani eiuſdem Codici inſerta. 2 Illud tamnn in Francia non obſeruatur,
2 ſed iuxta ius, quòd ibidem † receptum eſt, haud obſtantibus obiectationibus, quę contra teſtes promtè opponuntur, inquiſitor ſeu commiſſarius ad eorundem examen progredi debet, ſine præiudicio reprobationum & ſaluationum, quæ litigatoribus competunt. Atque ſecundum hoc ius prædicta curia in cauſa de Vayrac contra Dauenſon, cuius etiam ſuprà mentionem fecimus, cùm decretum fuiſſet, vt in Pedemontano tractu, aliiſque locis vicinis teſtes nonnulli examinari & audiri à commiſſario deberent, iſque ante examen teſtium atque antequàm ad illud progrederetur, nonnullas obiectationes teſtibus oppoſitas promptè admiſiſſet, eóque nomine poſteà eius proceſſus verbalis, quemadmodum appellitant impugnaretur, nullitatiſque argueretur, eundem caſſauit atque decreuit, vt per alium procedi deberet iuxta ſtylum & formam in dicta curia eiúſque reſortitione receptam, ita tamen, vt litigatoribus reprobationes ac ſaluationes ſuas iuſto loco & tempore ritè proponere integrum eſſe deberet. Idem in ſimili fere hypotheſi antea ſuprema curia Pariſienſis 14. Martij, anno 1532. & 7. prædicti menſis anno 1550. pronunciauit. Quæ arreſta Papon refert, 3 eorundém-
que † rationes Charondas expendit, 4 3
nempe quod commiſſarius tanquam iudex delegatus non propria, ſed eius, à quo delegatus fuit, iuriſdictione vtatur, & propterea iuxta eam ſaltem procedere debeat. 5 Nos, quoad hanc rem, expreſſam ordinationem regis Ludouici XII. habemus, 6 quam Papon *in allegato loco* omittere noluit, atque nos in Francia, tanquàm ius commune, quemadmodum dictum eſt, obſeruamus, cùm & alias iure ipſo delegatum & ſubrogatum iudicem eadem forma procedere oporteat, qua ipſemet delegans & ſubrogans procedit. 7

ADDITIONES.

1 *Cap. præſentium, de teſtib.* Panormitan. & Felin. *in c. ex parte, eod.* 2 *Nou 90. & in aut. ſi teſtis, Cod. de teſtib.* 3 *en ſon recueil, tit. des reproches des teſmoins arreſt. 7. & 20.* 4 *libr. 4. reſponſ. capit. 33.* 5 *l. 1. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.* 6 *articu. 85.* 7 Bald. *in l. certum. C. vnde legit.* Iaſon *in l. ſi eum, §. qui iniuriarum, n. 21 ſi quis caut.*

DECISIO XCV.

ARGVMENTVM.

Colonus à domino directo teſtis produci poteſt.

SVMMARIA.

1 *Quidam obſeruare ſoleat ſuprema curia Tholoſana ſi teſti obiiciatur, quod producentis colonus ſit, atq; ab eo producens in quatuor ſolitis caſibus, aut etiam indiſtinctè & pro libitu collectam exigere poſſet?*

2 *Quid itidem receptum ſit ſi producens omnimodam in productum teſtem iuriſdictionem habeat?*

ANTIQVVM dubium eſt vtrùm eam
ſolam † ob cauſam teſtis reprobari 1
queat, quòd à domino ſuo directo, aut etiam domino ſupremam, mediam & infimam iuriſdictionem habente producatur? Quibuſdam enim viſum fuit teſtis eiuſmodi tanquàm vaſallos producentis neque pro eo neque contrà eum audiri poſſe, iuxta illud, quod nonnulli Canoniſtæ tradi-

derunt. 2 Aliis verò diſtinguendum eſſe placuit, vtrum dominus directus, qui teſtes produxit iiſdem ſaltem in vulgatis quatuor caſibus, an verò pro libitu, quemadmodum in nonnullis locis & regionibus receptum eſt, collectam indicere queat? Poſteriori enim caſu tales teſtes rectè reprobare poſſe autumabant, præſertim verò ſi in eoſdem † dominus omnimodam iuriſdictionem habeat: alias vero atque quoad alterum diſtinctionis membrum exiſtimarunt ex ſola illa ſubiectione teſtium, qua directo domino obſtricti ſunt, haud ſequi, quod ab eodem cogi poſſint, vt tam corruptè deponant, quemadmodum depoſituros eſſe veroſimile eſt eos, à quibus dominus pro liberrima voluntate ſua collectam exigere poteſt.

2

Qui in re prædicta curia iuxta circumſtantias cauſæ, qualitatem perſonarum & ſubiectum, de quo quæſtio eſt, pro more ſuo ſemper æqua moderatione & temperamento vti conſueuit, adeò vt quando dominus directus facultatem pro lubitu collectandi non habeat, prædictas obiectiones impertinentes eſſe, ſi verò tali poteſtate præditus ſit eaſdem valere pronunciet. Quod verò dominos attinet, qui omnimodam in teſtes productos iuriſdictionem habent, cùm nihilominus ab iis appellari poſſit, ſicque promptum contra eorum iniquitatem iuris remedium competat, & præterea eos officio ſuo legitimè functuros eſſe præſumatur, ratione præſertim iuramenti, quod ab initio delatæ adminiſtrationis præſtiterunt: ideò eiuſdem ſemper memores fore, & propterea colonis ac ſubditis iuſtitiam rite adminiſtraturos eſſe curia exiſtimat. Si verò conſtet, eoſdem adeò inhumanos & crudeles vel potiùs ſtolidos & temerarios eſſe, (quemadmodum nonnullos hoc vitio admodum laborare negari nequit) vt abutentes iuriſdictione ſua, quam in ſubditos habent, eos ad ſeruilem ſtatum & conditionē redigere velint, tum rectè locū habebit illud, quod legimus; quoſlibet, qui ſeruilis conditionis ſunt, pro domino deponentes licitè reprobari poſſe. 2 Sicque prædicta curia ex variis cauſarum figuris iuſtam ſemper & æquam ea in re moderationem vſurpauit, haud ſecus atque in aliis quibuſlibet rebus ſequens illud ipſum, quod quidam ex modernis notauit. 3

Additiones.

1 Panormitanus & Felinus *in c. inſuper, de teſtib.* per gl. *in c. de forma, 32. qu. 5.* Bald. *in c. ego N. de iureiur.* 2 Iaſon *conſ. vlt. lib. 2.* notat Bened. *in c. Raynutius, ſuper verb. & vxorem nomine Adelaſiam, de teſtam.* Bartolus *in l. eos, C. de teſtib.* 3 Ranchin. *part. 4. concluſ. 77.*

Decisio XCVI.

Argumentum.

Ob excommunicationem teſtis productus interdum reprobari poteſt.

Summaria.

1 *Excommunicatio ad bonum finem introducta & recepta in Eccleſia haud leuiter, neque ſine exacta cauſa cognitione decerni debet.*

2 *Excommunicatus, qui intra annum abſolutionem ab excommunicatione non impetrauit, neque petiit, ſi teſtis producatur, rectè reprobari poteſt.*

3 *Interdum tamen talis reprobatio haud plenè admittitur, ſi leuis ſaltem excommunicati, qui abſolutionem non petiit, culpa argui queat.*

QVamuis cenſura Eccleſiaſtica, quę † excommunicatio appellatur, ſtatim ab initio Chriſtianiſmi in Eccleſia recepta fuerit, vt Chriſtiani, præſertim ij, qui ordinis Eccleſiaſtici ſunt, in officio ſuo & obedientia erga Deum & Eccleſiam continerentur: tamen haud leuiter decerni debet, ſed poſt exactam & diligentem cognitionem cauſæ, & quidem talis cauſæ, ob quam ſacri canones illam permittunt, quemadmodum D. Iuſtinianus ſcripſit, atque multis Conciliorum & Synodorum decretis, ordinationibus regiis & arreſtis ſupremarum curiarum cautum eſt. 1 At nihilominus res hodie eo peruenit, vt maximus excommunicationum abuſus exiſtat, eæque etiam in cauſis debitorum aliiſque leuioribus indiſtinctè adhibeantur. Vnde eſt, quod nonnulli tradiderūt in Francia noſtra nullam excommunicationis praxin, multóque minus vllum eius in curiis ſecularibus & temporalibus regni huius effectum eſſe, & per conſequens haud reprobari poſſe excōmunicatū, qui teſtis producitur, ſed eius teſtimoniū admitti debere, eo quòd ſemper abſolui queat, ſi neceſſe ſit, ad cautelā & cautionē, quēadmodū loquuntur. 1

Additio.

1 Nou. 123. Iulian. *epitom. art. 441. ordin. Aurelian. & Bleſenſ.*

tur. 2 Si tamen excommunicatus † eiuſmodi in tali ſtatu per anni ſpacium permanſit, neque abſolutionem ab excommunicationis ſententia impetrauit, aut petiit, tum, quoniam de hæreſi ſuſpectus, 3 atque alias infamis eſt, 4 reprobatio tali fundamento nitens pro valida habetur, & admitti debet. Idque breuiter illud eſt, quod Dn. Ferronus *ad conſuetudines Burdegalenſes*, allegãs Dn. Aufrerium, qui antea illud obſeruarat, ſignificare voluit, dum ita ſcribit: 5 *Moribus tamen Gallorum hæc excommunicationis exceptio in iudiciis noſtris forenſibus excluditur, nec admittenda erit hac exceptio in refellenda aut eleuanda fide teſtis, niſi à diutino tempore quis in ea perſeueraſſet*; idque à Stephano Aufrerio proditum eſt eo libello, quo ea diſſerit, quæ in ipſos teſtes afferri poſſunt. Et procul omni dubio propterea hoc ille docuit, quod ſæpius ita pronunciari viderit in ſuprema curia Tholoſana, cuius præſes inquiſitionum erat, nóſque itidem in eadem ita iudicari, & pro fundamento prædictam auctoritatem allegari vidimus. Illud
3 quidem verum eſt, quod tractu † temporis & propter abuſum ſuperius memoratũ, quando ſaluationis loco teſtis, cui excommunicatio obiecta fuerat, cauſam eiuſdem allegauit, cámque ſatis leuem eſſe apparuit, quamuis quodammodo culpa & craſſa negligentia excommunicati, qui abſolutionem ab excommunicatione, vel ſolemni illo tempore anniuerſario, quo eam prælati & ſuperiores nemini denegant, haud impetrarat, obiectatio illa non adeò vrgens habita, ſed eidem ex curiæ ſtylo apponi ſolitum fuerit, *dubia* aut *notetur*, vt ea ratione ſignificaretur teſtem eiuſmodi ex maiori quidem parte, ſed non penitus excuſandum eſſe, cùm tamdiu in cœno illo, in quod ex leui cauſa prouolutus fuerat neglecta euadendi occaſione, hæſerit. Quare opinio eius ita grauabatur, vt de fide nonnihil detraheretur.

ADDITIONES.

2 *arg. c. qua fronte, de appellat. c. intelleximus*, & ibi Innocent. Sicul. *de iud.* 3 Panormit. *in c. fin. de pœn.* 4 Felin. *in c. excommunicamus, in 1. de hæret.* 5 Vit. *de retract.* §. 7.

DECISIO XCVII.

ARGVMENTVM.

Ea, quibus teſtes reprobati defendi ſolent, ſaluationes appellantur.

SVMMARIA.

1 *Saluatio in ſuprema curia Tholoſana propriè ad teſtes reprobatos refertur.*
2 *Inter ſaluationes maximè vrgentes habetur illa, quando à ſententia famoſa, qua teſtis condemnatus fuit, prouocatum eſſe dicitur.*
3 *Tempus iuramenti præſtiti aut teſtimonij conſiderandum ſaltem eſt.*

Etſi iuxta conſuetudinem † quandam 1 Franciæ 1 ſaluationes appellantur, quando rationes reddens articulos libri rationum contra aduerſarij impugnationem aut contradictionem defendit: tamen ſecundum alios mores, 2 regiáſque ordinationes 3 propriè ſaluationes dici ſolent, quarum ope teſtes reprobati & tituli, quibus contradictum fuit, defenduntur. Et quantum curiam Tholoſanam attinet, in ea ſaluationes propriè & peculiariter ad teſtes reprobatos referuntur, cùm præcipuus earum finis ſit, vt teſtes ſaluos & tutos præſtent 4 à procellis reprobationum contra eos ita oppoſitarum, vt omnem eorum fidem infringere & imminuere debeant.

Reliqua autem, quæ eiuſdem generis ſunt, atque ad ſimilem ferè finem tendunt, generali nomine *de ſouſtenemens* indigitari ſolent, quamuis & ea nonnunquam cum ſaluationibus confundantur. Cæterum inter ſaluationes precioſiores † & particulares, quæ 2 etiam meliores, magíſque vrgentes cenſentur, maximè illa eminere videtur, quãdo allegatur, & legitimè doceri poteſt à ſententia, qua teſtis condemnatus fuit, prouocatũ fuiſſe. Remedio enim appellationis condemnatio ſuſpenditur 5 aut potius extinguitur, adeò vt ſi furti, vel aliis famoſis actionib. quis condemnatus prouocauerit, pendente iudicio nondum inter famoſos habeatur, licet poſtea appellatio deſerta, iniuſta, aut malè interpoſita declaretur, cùm conſiderandum ſaltem ſit tempus † præſtiti iuramenti, aut 3 potius teſtimonij, 6 quod ſemper ad tempus prædicti iuramenti refertur. 7 Quam ob cauſam

ADDITIONES.

1 Haynaud *ch. 64. & 68.* 2 Hayn. *cap. 67.* Borbon. *art. 40. & 46.* Aruern. *art. 3. c. 8.* 3 Caroli VII. de Anno M.CCCC.XLIII. *ar.* 51. 53. Caroli IX. Molin. prom. *ar.* 55. 4 Guid. Pap. *q.* 500. 5 *l. furti. §. 1. de his qui not. infam.* 6 *l. 1. §. fi. ad Turpil.* 7 *l. 1. C. de teſtib.* Aufrer. *in tract. de reprob. teſt. ſuper ver. condemnatus, gl. notab. §. ſi verò quis dicat odioſum, in Nou. de teſtib.* Bart. *in l. Athleta, §. amplius, de excuſ. tut. & in d. l. furti §. 1.* 7 ex not. per Bart. *in l. ſi quando. C. de teſtib.*

cauſam ſufficere exiſtimatur, vt teſtes producantur, & iurent intra dilationem, licet poſtea atque extra eam audiantur,& examinentur,vel ipſo die feriato, 8 dummodo antea die non feriato, atque intra dilationem iurarint,haud obſtantibus iis, quæ hac in re dubium cuidam mouerunt, 9 qui tamen & ipſe alibi prædictæ ſententiæ accedit, eiuſdémque auctorem laudat. 10 Initium ergo ſpectabitur in teſte, initium, inquam,id eſt, tempus, quo teſtis fuit. 11 Vnde etiam eſt, quod in iudiciis obiectationum eiuſmodi, quæ ex cauſis infamantibus depromuntur, prædicta curia ex ſtylo ſuo regulariter apponere conſueuit, *bona modo peracta*, atque ſi poſtea doceatur à tali ſententia condemnatoria appellatum fuiſſe, vlterius adiiciat, *ſed eliſa*,vt innuatur obiectationem quidem ratione condemnationis bonam, ſed vi interpoſitæ appellationis irritam redditam fuiſſe.

ADDITIONES.

8 Guido Pap.125.541. 9 Papon *en ſond. recueil ſoubs le titr. des preuues,des teſmoins, art*.30. 10 Papon *lib*.10.*de ſon ſecond des notaires*, vbi loquitur de examine teſtium ex Felino *in c.licet cauſam,de probat.* 11 *l. ad teſtium,§.conditionem,de teſtam.*

DECISIO XCVIII.

ARGVMENTVM.

Inimicitia,quando de facta reconciliatione ritè doceri poteſt, haud amplius attendi debet.

SVMMARIA.

1. *Contra obiectationem nitentem inimicitia,ſaluationis loco opponi poteſt reconciliatio vera & ſolida,non ficta,neque ſimulata,multóque minus adeò recens, vt de eius ſtabilitate dubitari poſſit.*
2. *Saluatio ex prædicta reconciliatione facilè quidem peti poteſt, ſed eius probatio interdum difficilis eſt.*

1 IDem quoque planè prædicta curia † facere conſueuit in iudicio obiectationis capitali inimicitia nitentis, cui ſaluationis loco oppoſita fuit partium reconciliatio,nō quidem tam malè ſarta,quemadmodum illa,de qua poëta canit,1 maléque ſartam gratiam nequicquam coire,ſed potius talis,quæ vtrumque tanta amicitia denuò coniunxit, vt eadem præcedenti inimicitia multo firmior & fortior reddita videatur, adeò vt ſi inter eos rurſum in gratiam reuentum ſit, bis tanto amici ſint inter ſe,quam prius 2 ad exemplum plurium præclarorum & illuſtrium Romanorum, quos Cicero & Valerius Maximus in ſcriptis ſuis tanti faciunt, 3 atque ipſemet etiam D.Auguſtus in perſona L.Cinnæ,quem cum vitæ ſuæ inſidias molitum comperiſſet,verbis tantum correptum dimiſit, nec ita multò poſt vltro ei, (cum petere non auderet) conſulatum detulit, amiciſſimúmque & fideliſſimum poſt hęc habuit. 4 Nam alias, ſi reconciliatio non purè & ſimpliciter ſeruetur, atque in pari honore ſit, maximè cauendum erit ab his, qui altera manu lapidem ferunt, panem oſtentant altera, quemadmodum Comicus loquitur, 5 cùm ij non ſolum præſenti flagrent iracundia, ſed etiam, quemadmodum Cicero de quodam poſt factam reconciliationem priſtinam inimicitiam citra vllam nouam prouocationem & irritationem repetente conqueritur, incluſum illud odium multarum præcedentium iniuriarum,quod effudiſſe eos omnes arbitrabantur, reſiduū adhuc illis inſcientibus habeant. 6 Quare diligenter examinanda & expendenda eſt reconciliatio, quæ ideò allegatur, atque in medium adducitur,vt elidere debeat reprobationem nitentem inimicitia,quę inter teſtem atque eum, contra quem producitur, fuit.Quod vt eo melius fieri poſſit,conſiderandum eſt vtrum reconciliatio adeò recēs ſit,vt iuſtè adhuc de ea dubitari queat, an verò diu durauerit. Idque inde facilè colligetur, ſi appareat aliquod tempus iam lapſum eſſe, ex quo ij, qui antea inimici erant, familiariter inuicem conuerſari ſoliti fuerint, conteſtandæ beneuolentiæ & amoris ergo conuiuia mutuò dederint,atque ad eadem promtè & citra multam inuitationem comparuerint. Inter alios enim modos etiā hic præcipuè fuit, per quem Romæ vltima reconciliatio Craſſi cū Cicerone 7 innotuit, cū ipſemet Cicero ita ſcribat: *Craſſus vt quaſi teſtata populo Romano eſſet noſtra gratia, penè*.

ADDITIONES.

1 Horat. 2 Plaut.*in Amphitr.* 3 Cicero *de prouinc.conſular.* Valer.Max.*lib*.4.*de his qui ex inimic.iunct.ſunt.amicit.* 4 Seneca *de clement.lib*.1.*c*.9. 5 Plaut.*in Aulular.act*.2.*ſcen*.2. 6 D.Hieron.*ad Ruffinum.* 7 Cicero *de Craſſo ad Lentulum,epiſt*. 9.*lib*.1.*familiar.*

penè à meis laribus in prouinciam eſt profectus.: Nam cùm mihi condixiſſet, cœnauit apud me in mei generi Craſſipedis hortis. 8 *Idem quoque conicietur, ſi à tempore facta reconciliationis munera ſibi inuicem miſerint, taliáque officia præſtiterint, quæ non niſi ab integris & veris amicis proficiſci poſſunt.* Saluationis itaque loco reconciliatio
2 †reprobationi ab inimicitia deſumptæ rectè & facilè opponitur, ſed reconciliationis probatio interdum ſatis operoſa & difficilis eſt. Quare cù aliquando eueniret, vt reprobatio ob inimicitias valida videretur, eiúſque & ſaluationis eidem oppoſitæ, ac à reconciliatione deſumptæ probatio admitteretur, tãdémque ex inquiſitione nihil aliud de reconciliatione appareret, quàm quod ij, qui anteà inimici fuerant à tempore aliquo exhibita ſolita reuerentia ſe inuicem denuò ſalutare cœpiſſent: dubitatum fuit, vtrùm hæc reconciliationis probatio ſufficiens eſſet? Et quidem affirmatiuè reſpondendum eſſe videbatur, cùm multi Dd. tradant ſalutatione remiſſam iniuriam, reconciliationémque factam videri, 9 ſicut è diuerſo inimicum præſumi alicuius illum aiunt, cui, cùm ſaltem impertire aſſueuiſſet; obuium factum tacitum & inſalutatum præteriit. 10 Verùm nihilominus alij econtrà è doctioribus etiam noſtri temporis ſunt, 11 qui exiſtimant illud verum eſſe, atque procedere ſaltem in propriis terminis ſuis, nempe quando indubitatè appareat ſalutationem ex contemtu quopiam omiſſam fuiſſe, cùm aliàs occaſio talis inimicitiæ admodum leuis & nullius ferè momenti ſit. Nam quemadmodum ex ſalutatione ſimplici ſaltem amicitia quędam μέχρι προσηγορίας; quemadmodum Græcus Poëta loquitur, 12 frequens admodum & communis infertur: ita etiam ex ſalutationis omiſſione inimicitia firmiter colligi nequit, cùm illa potiùs negligentiæ cuidam, quàm affectioni malę imputanda ſit. Prędicta tamen curia in cauſa de Bonhomme contra Lares menſe Ianuario, anno M.D.LXXXV. ad noſtram relationem in ſecunda claſſe inquiſitionum per mediocritatem cauſam dirimendo, vt alibi Paulus loquitur, 13 iudicauit memoratam probationem, nõ quidem integram, ſed tamen ſemiplenam eſſe, & propterea ex ſtylo appoſuit, *dubiè eliſa*, reducens eo modo fidem teſtis ad dimidium, quemadmodum illam in eiuſmodi caſibus facere ſolere ſuprà notauimus.

ADDITIONES.

8 *epiſt. 9. libr. 1. epiſtol. fam. ad Lentul.* 9 *c. omnes, qui 24. q. 1. c. cùm Adrianus*, & ibi gl. *63. diſt. c. olim, de iniur. l. filio, quem pater, in pr. de liber. & poſthum.* 10 gl. *in d. c. cùm Adrianus*, Panorm. *in c. cùm ſuper abbatia, de offic. deleg.* 11 Ioannes Langæus *in ſuo otio ſemeſtr. lib. 3. cap. 5.* Teogn. *ſent. apud Eraſm. in chyliad. cent. 3. prouerb. 57* 13 *in l. filio, vt legator. ſeu fideicom. cauſa caueat.*

DECISIO XCIX.

ARGVMENTVM.

Teſtes, quorum teſtimonium reprobatum eſt, infamium loco haberi non debent.

SVMMARIA.

1 *Nullum falſi, infamiæ, aut aliud periculum manet teſtes, quorum teſtimonium arreſto reprobatum fuit.*

2 *Teſtis ob crimina, quæ ſibi ab eo, contrà quem producitur, obiecta fuerunt, contrà eundem criminaliter experiri nequit.*

3 *Haud tamen permitti debet, vt à quoquam ſub tali prætextu honeſta alterius fama lædatur.*

QVEMADMODVM ſuprà diximus nonnullis † ſupremæ curię Tholoſanę 1 prędiudiciis definitũ eſſe, certę́q; & indubitatæ cuiuſdã regulę loco obſeruari, quod obiectationes contra teſtes in terminis generalibus non admittantur, veluti quod infames, periuri, adulteri, homicidæ, raptores ſint; ſed in ſpecie locus & tempus commiſſi criminis, ſententia ſuper eo prolata, nomén que iudicis exprimi debeant: ita quoque certum eſt, itidémque præiudiciis quibuſdam firmari poteſt; teſtes, contrà quos obiectationes propoſitæ ſunt, & quorum teſtimonium propterea reprobatum eſt, quaſi ex falſo teſtimonio infamium loco haberi non debere. ICtus Paulus notabiliter ita reſpondit; 1 *cùm non oporteat*, inquit ille, *ex ſententia, ſiue iuſta, ſiue iniuſta pro alio habita alium prægrauari*. Intereſt itaque in tali iudicio reprobationum ipſarum ſaltem partium, minimè verò teſtium. Quibus ita præſuppoſitis euenit † aliquando, vt teſtis, 2 cùm litigator, aduerſùs quem productus fuerat, in cauſa quapiam criminali, quam cum producente habebat, reprobationis ergo ei obieciſſet, quòd fur, latro & falſarius eſſet, aliáque contrà eum allegaſſet, quæ pro-

ADDITIO.

1 *l. Lucius, de his qui not. infam.*

quæ probata animaduerſionem ſeueram meruiſſent: vindicandæ iniuriæ ergo libellum ſupplicem curiæ exhiberet, ſibique iniuriarum illarum nomine ſatisfieri peteret. At cùm libellus ſupplex à curia perlectus, regióque procuratori, qui aſſiſtebat, cõmunicatus fuiſſet, petitio illa denegata fuit, & quidem iuxta communem doctrinam 2 interpretum iuris, cùm præſertim reprobãs expreſſè proteſtatus fuiſſet, ſe talia non iniuriandi & offendendi prædictos teſtes animo, ſed ob conſeruationem iuris ſui proponere.

3 Haud tamen cuiquam † permittendum eſt, vt temerè ſub tali prætextu alterius famam & honorem ſugillet. Cùm itaque itidem in dicta curia & Camera Tornellæ cõtigiſſet, vt quidam criminis accuſatus fœminæ egregiæ, quæ contra eum teſtis producebatur, obieciſſet, quòd marito conniuẽte & diſſimulante rem cum Canonico viro itidem egregio & honeſto, cuius nomen à reprobante exprimebatur, haberet: Canonicus ea de re certior factus, curiæ libellũ ſupplicem exhibuit, quo obiectationis illud factum falſum, calumnioſum, & ſcandaloſum eſſe aſſerens, iniuriæ illius nomine ſibi ſatisfieri petiit, atque interim ſe carceri mancipaturum vel affinatum in vrbe mãſurum eſſe promiſit, donec de facto illo inquireretur, atque ex probationis defectu falſum eſſe appareret. De quo libello ſupplice curia deliberans atque attendens cõcluſiones procuratoris regij generalis, cui libellum communicarat, decreuit, quòd accuſatus qui tale quippiam in obiectationibus ſuis contra Canonicum propoſuerat, illud coram cõmiſſario ad id deſtinato probare. Canonicus verò ad defenſionem ſuã admitti, & interim iuxta oblationem à ſe factam affinatus manere deberet. Qua in re prædicta curia potiſſimũ eo reſpexit, quòd Canonici nomen à reprobante expreſſum fuerat, atque egregiæ illius fœminæ, eiuſdémque mariti famam maximè honeſtam eſſe conſules & præcipui ciues oppidi illius, vbi degebant, teſtarentur. Periculoſum ſiquidẽ eſſe exiſtimabatur, ſi permitteretur, vt ea ratione hominibus abiectis & vilibus eos, qui auctoritate & præclara virtute prędi ti ſunt, impunè calumniari liceret, cùm honeſta fama res adeò tenera ſit, vt etiam leuiſſimo calumniantium vento plurimum lædi queat.

ADDITIO.

2 Bartol. qui alios allegat, *conſil.* 4. Maſuer. *in tit. de iniur. §. item ſi aliquis.* Guido Papæ *quæſt.* 500. *& in ſtatuto, ſi quis per liter. ſuper verb. communi exiſtimatione, num.* 27. allegans gloſſam *in l. quiſque vult eſſe cauſidicus ſuper. verb. vtilitas, C. de poſtuland.*

DECISIO C.

ARGVMENTVM.

Eccleſiaſtici iuriſdictionem ſuam in rebus ſecularibus per varias molitiones auxerunt.

SVMMARIA.

1 *Principes ſeculares auctoritatem & poteſtatem ſuam admodum debilitarunt, dum à iuriſdictione ſua Epiſcopos & Clericos priuilegiis quibuſdam exemerũt.*

2 *Iuſtinianus Clericis & Eccleſiaſticis priuilegium conceſſit, vt ſaltem coram Epiſcopis ſui conueniri queant; ſub certa tamen conditione.*

3 *Ex Caroli Magni priuilegio perſonæ Eccleſiaſticæ indiſtinctè ab Epiſcopis ſuis in omnibus cauſis iudicari debent.*

4 *Quamuis arbitria Epiſcopis diſplicuerint tamen vitandarum grauiorum inter partes contentionum & litium ergo eadem inuiti ſuſceperunt.*

5 *Iuſtinianus voluit, vt Epiſcopi, tanquã delegati Imperatoris, aut quorundam imperij magiſtratuum, iudicarent, atque ab iis ad principem, vel ad magiſtratum delegantem, prouocaretur.*

6 *Quod occaſionem Eccleſiaſticis præbuit vt haud obſtante iuſta regum noſtrorum contradictione nonnulla regiæ iuriſdictioni aduerſa, cum maxima populi Francici pernicie moliti fuerint.*

7 *Cui abuſui remedium adhibiturus Ludouicus pragmaticam ſanctionem promulgauit, & Philippus VI. clero præcepit, vt iſte coram ſe in palatio Pariſienſi compareret.*

8 *Articuli Dn. Petri de Cugnieres, de molitionibus Eccleſiaſticorum contra iuriſdictionem regis, eiúſque ſubditos.*

9 *Carolus V. qui etiam prudens dictus fuit, prædictam prædeceſſorum ſuorum diſputationem contra Eccleſiaſticos inſtaurauit.*

10 *S. Gregorius, Chryſtomus, Bernhardus, & Syneſius Epiſcopus pro confirmatione primæ, & principalis theſis adducuntur.*

11 *Eundem ad finem Auguſtinus allegatur.*

12. *Edictum*

12 *Edictum dicti Caroli V. inhibens Epiſcopis, & aliis prælatis regni ſui, ne excõmunicationes & interdictiones contra officiarios oppida, pagos, collegia & cõmunitates regni ſui vſurpent.*

13 *Ordinationes regis Franciſci I. anno 1539. promulgatæ.*

14 *Thomas Beckethus, Cancellarius Angliæ, Archiepiſcopus Cantobrigenſis, per multas molitiones à ſe contra iura regia ſuſceptas occaſionem & cauſam immaturæ ac inhumanæ morti ſuæ præbuit.*

15 *Eodem tempore, & paulò antè rex Ludouicus VI. alias Craſſus dictus, eaſdem contra Eccleſiaſticos difficultates habuit.*

16 *Conſtitutio Friderici II. codici Iuſtinianeo in fauorem Eccleſiaſticorũ inſerta.*

17 *Reges Franciæ etſi conſeruationi priuilegiorum Eccleſiaſticorum ſtudẽt, tamen auctoritate ſua impedierunt, ne proceres Eccleſiaſtici maiorem ſibi auctoritatem ſumerent, quàm iis in rebus ſpiritualibus & Eccleſiaſticis conuenit.*

18 *D. Ioannes Romanus procurator regius generalis ſtatus publici, & populi ſalutem amauit.*

19 *Pragmatica ſanctio in Francia obſeruatur haud obſtante diplomate, quod de eius abolitione rex Ludouicus Romam tranſmiſerat.*

20 *Rationes ſupremi Senatus Pariſienſis octuaginta articulis comprehenſæ & regi tranſmiſſæ, ob quas pontifici abolitionem pragmaticæ ſanctionis poſtulanti annuere ille non deberet.*

21 *Reges Franciæ, eorundemq́; ſubditi, nunquã ſe tẽpore ſuperiori ab vnione Eccleſiæ Catholicæ Romanæ ſubtraxerunt, ſed ſaltem obedientiam denegarunt perſonis, quæ in Eccleſia præſident.*

22 *Poteſtati ſpirituali monarchæ, Imperatores & reges obedire oportet, dummodò illa cum ſuperioritate ſua perſiſtat in adminiſtratione Sacramentorum; in doctrina & diſciplina, actionibus ceremoniarum aliisq́; officiis ſpiritualibus.*

23 *Conſtitutio Ludouici Bauari cum conſẽſu electorũ & principũ imperij promulgata, atque ab Alberico de Roſate relata.*

24 *Bulla Pontificis XIII. in Franciam per nuncium tranſmiſſa, & excommunicationis fulmine regem Carolum VI. feriens, abuſiua declarata fuit.*

25 *Deinde Alexander IV. Clemens. IV. & V. Vrbanus V. aliis quibuſdam bullis ſuis declararunt, quòd Reges Franciæ à poteſtate excommunicationum pontificiarum eximerent.*

26 *Duæ poteſtates, ſacerdotalis & ſpiritualis, regia, ac terreſtris antiſtrepha, id eſt, reciproca ſunt, vnáque alteram iuuare debet.*

27 *Cùm Deo Opt. Max. in æterno ſuo conſilio poteſtates illas ſeparare placuerit, earundem coniunctio fruſtrà tentatur.*

CÆTERVM antequam à materia, quam † hactenus expoſuimus, planè diſcedamus, ſub finem libri huius recurrere nos oportet ad alias ſaluationes, quæ opponi queant obiectationibus, quas nonnullos immaturo zelo ardentes Satyricos excogitare conari intelligimus contra arreſta cõcernentia poſſeſſorium beneficiorum, congruas eorundem portiones, reparationes Eccleſiarum, ſubuentionem pauperum, aliáſque res inde dependentes, atque ſuprà à nobis ſub initium expoſitas: taleſque obiectationes opponere, antequam ipſa arreſta proferantur. Egregij quidem arreſtorum illorum nonnulli prætextus ſunt, fucatæque rationes, ſed res ipſa loquitur, quod ſaltem ad imminuendam iuriſdictionem Eccleſiaſticam, rerúmq; ſpiritualium præiudicium tendant, inquiunt Satyrici illi, frontiſpicij loco ponentes Iuuenalis verſum: 1

Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & vmbra,
Cùm ſit triſte habitu, vultuq́; & veſte ſeuerum.

Nos facilè hoc ipſis concedimus iuxtà intentionem poëtæ, à quo verſum mutuati fuerunt, atque haud attendentes emendicata ſuffragia antiquiorum & præcipuorum Canoniſtarum (cùm ab ipſis aduerſariis recuſentur, & in propria moneta ſua ſolutionem accipere nolint) liberè nobis in memoriam reuocamus illud, quod ex veritatis amatoribus, i. e. hiſtoriographis accepimus, nẽpe, principes ſeculares plurimùm debilitaſſe auctoritatem & poteſtatem ſuã, per fauorabilia priuilegia, quibus ex quopiam religionis zelo à iuriſdictione ſua in cauſis ciuilibus & criminalibus Eccleſiaſticos exemerunt, iiſdémque iuriſdictionem ſuper eos atque inter eos ipſos conceſſerũt. Cuius rei principalis origo ab Impp. Honorio & Arcadio proceſſit, qui conſtituerunt; quod Epiſcopi in cauſa religionis ſaltem iudicare, reliquæ verò cauſæ tam ciuiles, quàm criminales ad iuriſdictionem Imperatorũ, quiq; ab iis cõſtituti eſſent, officiariorũ & iudicũ ſpectare deberent. 1 Quod quidem

ADDITIO.

1 *l.1. de religioſ in C.Theodoſ.*

quidem rationi admodum conſentaneum
erat. At poſtea D. Iuſtinianus, anno 13. im-
2 perij † ſui, ad preces patriarchæ Conſtanti-
nopolitani Mennæ clericis & Eccleſiaſticis
priuilegium conceſſit, vt ſaltem coram E-
piſcopis ſuis cõueniri deberent in cauſis ci-
uilibus; dummodò eæ velociter expediri
poſſent, cùm alias altiorem indaginem, exa-
ctioremque cauſæ cognitionem requiren-
tes ad iudices ordinarios remitti oporteret.
Idem quoque clericis in cauſis criminali-
bus, ſi delictum eccleſiaſticum eſſet, indul-
ſit, ſed alias, quoad reliqua crimina, illos Im
peratorum, regũ, atque ab iis conſtitutorũ
officiariorũ iuriſdictioni ſubiici voluit; ita
tamen, vt antè pœnam corporalem, quoties
infligenda eſſet, prius degradari deberent,
quemadmodum latius in nouellis Impera-
toris illius conſtitutionibus explicatur. 2
3 Carolus Magnus indiſtinctè † in omnibus
cauſis perſonas Eccleſiaſticas ab Epiſcopis
ſuis iudicari iuſſit. 3 Sub quo prætextu Ec-
cleſiaſtici auctoritatem ſibi ſumpſerunt co-
gnoſcendi de omnibus cauſis contra Im-
peratores reges, principes, eorundémq; ſub-
ditos laicos, quemadmodum videri poteſt
ex libris iuris Canonici, quibus paſſim in-
ſertæ ſunt ſententiæ à pontificibus, eorun-
démque delegatis prolata contra quaſlibet
perſonas, ſine exceptione qualitatis & mate-
riæ. Occaſionem item eius rei indę potiſſi-
mũ arripuerunt, quod olim boni catholici
& fideles, quando inter eos de aliqua re cõ-
trouerſia exiſtebat, fugiendæ prolixioris li-
tis, ergo Epiſcopos ſuos arbitros conſtitue-
bant, neutiquã dubitantes de eorundem cã-
dore ac integritate. Vnde ſæpius euenie-
bat, vt quamuis † arbitria eiuſmodi prædi-
4 ctis Epiſcopis diſplicerent; iidem tamen tę-
dioſum hoc, & veluti extraordinarium o-
nus ſuſciperent, ne partibus arbitrium hoc
poſtulantibus grauiorum contentionum ac
litium tricis ſe implicandi occaſio præbere-
tur; eáque ratione illud pro tali occupatio-
ne haberent, qua à rebus ſanctis & principa-
libus officij ſui auocarentur, quemadmodũ
D. Auguſtinus teſtatur, atque *in eius vita*
ſcripta legitur, 4 quòd hãc ſuã à melioribus
rebus occupationẽ, tanquam angariam de-
putarit. Idque fecit, vt poſtea conſtitutione
Arcadij & Honorij cautum fuerit; eos, qui
ex conſenſu apud ſacræ legis antiſtitem li-
tigare voluerint, experiri illius in ciuili dũ-
taxat negotio more arbitri ſponte reſiden-
tis iudicium poſſe, aliáque eorundem Impe-
ratorum conſtitutione ſancitum reperia-
tur; eam epiſcopali iudicio adhiberi reuerẽ-
tiam debere, ac ſi à magiſtratibus illis, qui
præfecti prætorio appellabantur, profectũ
fuiſſet. 6 Deinde tractu temporis Iuſtinia-
nus voluit, vt † ij tanquam delegati Impe- 5
ratoris, aut quorũdam imperij magiſtratuũ,
iudicare, atque ſi ab eorum ſententiis pro-
uocandũ eſſe videretur, prouocationes ad i-
pſum principem, aut ad magiſtratũ delegã-
tem interponi deberent. Atque ſic apparet,
quomodo lente & tardo veluti paſſu Ec-
cleſiaſtici virtute molitionum ſuarum, per
cõmodè diſpoſitos gradus aſcenderint ad
magnam illam auctoritatem iuriſdictionis,
quam iactant, atque hodiè valere volũt, quã-
que ex manibus regum & principũ extor-
ſerunt, atque in qua hodiè præcipua eorum
vis fortiſſimúmque vinculũ obedientiæ, iis
debitæ conſiſtit. Et quantũ Franciam noſtrã
attinet, quamuis † reges noſtri molitioni- 6
bus eiuſmodi reſiſtere niſi fuerint, & quidẽ
maiori virtute, quàm Imperatores, cæteriq;
Chriſtiani principes; tamẽ haud efficere po-
tuerũt, quin Eccleſiaſtici ſatis magnũ regiæ
iuriſdictioni pręiudicium fecerint, cùm ma-
ximo damno & pernicie populi Gallici, in
tantum, vt veriti haud fuerint collectam e-
xigere, cognoſcere de omnibus cauſis tam
primæ inſtantiæ, quàm appellationis, coge-
re regnicolas, vt Romæ litigare tenerentur,
iudicare de omnibus ferè delictis, interdi-
cere officiariis regiis ac dominis, ne iuſti-
tiam diſtribuerent, eáque ratione ſingularẽ
apud eos ſibi auctoritatem conciliare. Cùm
autem S. Ludouicus eo modo † regnum ſuũ 7
peſſum ire intelligeret, malo huic remediũ
adhibiturus anno 1268. pragmaticam ſan-
ctionem promulgauit. Deinde quoque Phi-
lippus VI. cùm crebræ de molitionibus Ec-
cleſiaſticorum querelæ eſſent, anno 1329.
præcepit, vt coram ſe Lutetię in palatio cle-
rus compareret. Qui cùm paruiſſet, domi-
nus Petrus de Cognieres aduocatus † regis 8
in ſuprema curia Pariſienſi, ſexaginta ſex
articulos molitionum ab Eccleſiaſticis cõ-
tra iuriſdictionem regis, eiúſque ſubdito-
rum factarum propoſuit, concludens; quod
rex vigore iuramenti ſui repetere & recu-
perare deberet omne illud, quod eos con-
tra ius vſurpaſſe appareret. Et quãuis Petrus
Bertrandus Epiſcopus Auguſtodunenſis,
qui

ADDITIONES.

2 *Nou.* 83. & 123. 3 *l. volumus, C. de Epiſc. & cler. in capitul. Carol. Magn.* 4 Petrus Calam. *in eius vit. c.* 19. 5 *l. ſi qui ex conſenſu C. de Epiſcop. aud.* 6. *l. Epiſcopale, C. eod.* 6 Gregor. *Epiſt.* 5. *li.* 2. *epiſt.* 20. *lib.* 3. *epiſt.* 31. & 54. *lib.* 4.

qui poſtea Cardinalis factus fuit, totius cleri nomine orationem admodum prolixam tum haberet, de duplici gladio ad Epiſcopos ſpectante ſpirituali & ſeculari, atque iuriſdictionem ſpiritualem à temporali haud ſecus, ac lumen Lunæ à Sole dependere diceret: tamen dictus de Cognieres maſculè ad hæc reſpondit, atque inter alia aſſeruit, quod circulus ille, qui in raſis clericorum capitibus conſpicitur, nihil aliud denotet, quàm quod ij destituti eſſe debeant omni affectione ſeculari, & per conſequens nullam, excepta ſpirituali, iuriſdictionem affectare. At nihil tum temporis decidi potuit, cùm nimis magna Eccleſiaſticorũ poteſtas eſſet, eandémq; poſtea in laicos haud minus ac antea continuata fuit, donec ſub imperio Caroli V. qui prudens dicebatur, eadem diſ-
9 putatio † denuò ſuſcitata in præſentia ipſius regis in forma diſſertationis tractaretur, quam poſtea vir quidam eruditus in dialogum contulit, eúmque *ſomnium du Vergier* inſcripſit, in quo defenditur, quod Eccleſiaſtici non habeant iuriſdictionem in rebus temporalibus, atque extra caſus conſcientiæ
10 & religionis. Idem quoque D. Gregorius † teſtatur, qui *in epiſtolis ſuis*, quando de Imperatore loquitur, eum clementem ſuum dominum appellat, ſéque eiuſdem ſeruum indignum profitetur: atque *alio in loco* Imperatori Epiſcopos commendat, in quos poteſtatem ſecularem haberet, eundem adhortans, vt taliter ſuper eos dominaretur, quo aliquam propter eum, cuius miniſtri ſunt, reuerentiam illis exhiberet. 7 Immò apertius hoc D. Chryſoſtomus declarauit, qui quamuis ei cum ſtolido Imperatore Arcadio, & Eudoxia Imperatrice fœmina maximè ambitioſa negotium eſſet: tamen dictum illud Pauli, quod omnis anima ſubiecta eſſe debeat poteſtati ſuperiori, ita interpretatus fuit, vt præceptum illud non ſolum ad ſeculares, ſed ad omnes, & per conſequens etiam ſacerdotes ac monachos pertinere diceret, interpretationiſque ſuæ fundamentum inde deſumpſit, quòd Apoſtolus de omni perſona loquatur. *De te itaque etiam loquitur*, (inquit ille) *ſi te Apoſtolus, ſiue Euangeliſta, aut quiſquis etiam ſis, cùm ſubiectio cultum DEI haud impediat.* Cum quo optimè conuenit illud Bernhardi, quod ad Eugenium Papam ſcripſit, atq; dicto illo Euangelico confirmauit, quo ſeruator noſter Chriſtus rogatus, vt inter fratres familiam erciſcentes arbiter eſſet, reſpondit, *quis me iudicem inter vos conſtituit?* 8 Eadem ratione magnus ille Syneſius Epiſcopus Ptolemaicus in Africa condemnans ambitionem Epiſcoporum, qui tempore ſuo politiam & iuriſdictionem ſecularem affectabant, ſcriptum reliquit: quod politiam cum ſacrificijs coniungere nihil aliud eſſet, quàm miſcere velle ea, quæ ſimul ſtare nequeunt. 9 Idem quoq; diſſertationem poſtea compoſuit, de diuiſione & ſeparatione officiorum ab ipſo Deo diuiſorum ac ſeparatorũ, atq; alibi ad Athanaſium ſcribens in formula excommunicationis, quam contra eum pronunciarat, amplius rem hanc explicat. 10 Ex quo facilè colligitur, haud aliam pij illius patris mentem fuiſſe, quàm vt declararet, ſe tanquam Epiſcopum, ob nequiorem vitam, Athanaſium in nullam quidem pœnam ciuilem cõdemnare poſſe, ſed hoc magiſtratui ſeculari incumbere, eundem verò excommunicaſſe, ſicque feciſſe omne illud, quod facere potuerit, tanquam Epiſcopus, habens poteſtatem clauium ſibi ab Eccleſia traditarum, iuriſdictionémque ſpiritualem, quoad caſus conſcientiæ & religionis, quæque ſaltem in ſalutari doctrina ac diſciplina conſiſtit, neque vlterius ad res ſeculares extendi atque applicari poteſt. Idemq; planè D. Auguſtinus † *quodam in loco*, poſt 11
prolixam de excommunicatione diſputationem, concludit. 11 Atque ex his aliiſque pluribus quæ etiam ex ipſo Gratiani decreto peti poſſunt, 12 facilè colligitur, quantum errauerint Canoniſtæ, 13 qui pontifici vtramque iuriſdictionem, temporalem & ſpiritualem tribuere, atque Imperatoribus & regibus exercitium ſaltem iuriſdictionis temporalis, & quidem ex peculiari pontificum gratia conceſſum, relinquere voluerunt. Hac ſiquidem ratione peſſimè confundũtur duæ poteſtates, quas ad meliorem hominum gubernationem Deus Opt. Max. diſtinctas eſſe voluit. 14 Cúmq; ipſemet ſeruator noſter coram Pilato Imperatoris vicario, de ſe ac Apoſtolis ſui profeſſus fuerit, quod non tanquam reges dominarentur, neque regnum ſuum de hoc mundo eſſet, quomodo quæſo pontifex prætendere.

ADDITIONES.

7 Luc. c. 12. D. Bernhard. *in lib. de conſiderat.* 8 *epiſt.* 57. *contra Andronic.* 9 *epiſt.* 121. *ad Athanaſ.* 10 *libr.* 3. *contra Parmen. c.* 2. 11. *in c ſatagendum*, 25. *quæſt.* 1. *c. nos ſi incompetenter.* 2. *quæſt.* 1. 12 Panormit. & reliqui DD. *in c. nouit, de iudic. & in c. cauſam, qui fil. ſint legit.* 13 *c. imperium. & c. quoniam, diſt.* 10. 14 *lib.* 2. *de conſider. ad Eugenium.*

dere poteſt iuriſdictionem ſecularem, quæ a poteſtate regia & ciuili dependet, quam cùm D. Petrus non habuerit, multo minus eius ſucceſſores iure illam habere poſſunt. Quare D. Bernardus ſanctè admodum, & veluti propheticum ſpiritum habens ad Eugonium Papam vtramque poteſtatem, ſpiritualem & ciuilem vſurpantem hiſce verbis ſcripſit; *vtrumque habere ſi voles, vtrumque perdes.* 15 Vt propterea nullius momenti habeantur attributiones illæ iuriſdictionis ſecularis, quas Canoniſtæ in diuerſis iuris Canonici locis finxerunt, 16 quarum nonnullæ arreſtis ſupremarum curiarum regni huius abuſiuæ declaratę, & reliquæ planè exploſæ fuerunt, vtpote quæ rectà aduerſarentur auctoritati ac poteſtati ciuili regum & principum, eorundémque magiſtratuum & officiariorum diuinitus conſtitutorum. Sic n. quondam denunciatio quædam temerè in Eccleſia vſurpabatur, qua iniquæ declarabantur ſententiæ à iudicibus laicis & ſecularibus prolatæ, cuius contemplatione Eccleſiaſtici olim iudices appellationis ſe conſtituebant, vt de ſententijs regiorum iudicum cognoſcerent. Quo remedio vti voluit Angliæ Rex Iohannes, quem regem ſine terra vocarunt, cùm à Philippo Auguſto feloniæ ob parricidium in nepote ſuo Arto, Britanniæ comite, commiſſum, condemnatus fuiſſet. Nam ille, vt executionem ſententiæ, qua ob tale facinus omnia bona, quæ in Francia habebat, regio ibidem fiſco applicata fuerant, ſuſpenderet, vel potius eluderet, ad pontificem Innocentium III. confugiens, eiuſdem vaſallum & tributarium ſe conſtituerat. Mox Pontifex Abbates quoſdam ad Francorum regem ablegans, eundem à propoſito ſuo, donec de cauſa à ſe cognitum fuerit, deſiſtere iubet. At rex à præcepto illo ad concilium appellans, eodem haud obſtante, quod ſemel cœperat, perfecit. Cùm autem nihilominus Eccleſiaſtici molitiones ſuas continuarent, regióſque iudices oppida & communitates excommunicare, ſicque vt ſibi parerent, cogere pergerent, Carolus V. alias prudens dictus, vt talem abuſum corrigeret Carolus
12 V. alias prudens dictus, † V. Ianuarij anno M. CCC. LXIX. edictum promulgauit, quod *in libris antiquarum ordinationum* ſupremæ curiæ Pariſienſis habetur, eóque Epiſcopis & alijs prælatis in regno ſuo eorundémque officiarijs interdixit, ne vllas cenſuras & ſententias excommunicationum & interdictionum contra officiarios, oppida, pagos & communitates regni ſui proferrent. Quo tamen haud obſtante dicti Eccleſiaſtici pro virili ſe tueri conati fuerunt in poſſeſſione cognoſcendi de cauſis laicorum, vſque ad tempus Regis Franciſci I. qui
peculiari † regia conſtitucione ſub mulctæ 13
arbitrariæ comminatione ſanxit, ne Eccleſiaſtici contra meros laicos vllam citationem in actionibus perſonalibus decernerent, idémque contra Eccleſiaſticos obſeruari voluit, quoad cauſas, de quibus iuſta notio competeret, ſine præiudicio iuriſdictionis ſacræ in cauſis Sacramentorum & alijs merè ſpiritualibus atque Eccleſiaſticis, de quibus contra meros laicos iuxta iuris formam cognoſcere poſſent. 17 Idque quodammodo imminuere cœpit maximum illum numerum hominum, qui antea ſub prætextu religionis ſubditis regis audacter imperabant; quemadmodum etiam multi in Anglia faciebant, tantùm auctoritatis ſibi ſumentes, vt priuatim contra reges de politia, vita perſonarum, & bonis Eccleſiaſticis leges cuderent. Qua de re euidens teſtimonium † perhibere poſ- 14
ſunt conatus Thomæ Beckethi, Cancellarij Anglici & Epiſcopi Cantobrigenſis, quos ſub regno Henrici II. contra iura regia, auctoritatem & ſuperioritatem eorum ſuſcepit, qui etiam cauſam morti ſuæ inhumanæ præbuerunt. Etſi enim alius religioſus pater & bonus Catholicus erat; tamen elatum & truculentum ſuum ingenium nimis prodidit. At vlteriorem &
magis particularem † ea de re diſſertatio- 15
nem omittentes ad Franciam noſtram redeamus, in qua eodem tempore & paulò antè Ludouicus VI. alias Craſſus dictus, eaſdem ferè contra Eccleſiaſticos difficultates habuit, eam potiſſimum ob cauſam, quòd clerus & monachi Epiſcopos & Abbates ſine auctoritate Regis eligere conarentur.

Qua re maieſtas regia haud parum ſe lædi intelligens, monachos, qui in fano S. Dionyſij erant, in carcerem conijci iuſſit, quod abſque auctoritate ſua Sagerium Abbatem elegiſſent, quamuis tum ille ſuus Romæ legatus eſſet. De quo, atque occupationibus nonnullis bonorum Eccleſiaſticorum à rege propter cleri contumaciam factis multi Epiſcopi apud pontificem

ADDITIONES.

15 Panorm. *in d. c. nouit. & in cap. ſi clericus, de for. compet.* 16 Panorm. *in d. c. nouit.* 17 *de Anno* 1539. *artic.* 2. 3.

cem conquerentes eum inſtigabant, vt eadem ſeueritate contra regem vti vellet, qua anteà contra Imperatores vſus fuiſſet. Ipſe quoque D. Bernardus pontifici Honorio ſcribebat, ſe admodum indignari ob regis diſſenſionem atque eiuſmodi attentata, eundémque alterum Herodem appellabat, qui Chriſtum non iam in cunabulis haberet ſuſpectum, ſed odiſſet exaltatum. Eodem tamen tempore Iuo, Carnuti Epiſcop. extitit, qui certior redditus de ſecreta coniuratione & conſpiratione epiſcoporum contra regem epiſtolam pontifici Paſchali ſcripſit plenam tractatibus concordiæ & pacificationis, quæ vnà cum aliis, quæ Iuo poſtea adiecit, regem commouit: vt conceptam contra Epiſcopos iram mitigaret, eoſdémq; citra vlteriorem contentionem, ſeruaret: cùm econtrà Angliæ Archiepiſcopus mortem ipſemet ſibi procuraſſet, quod cum minùs moderatè & modeſtè erga regem ſe geſſiſſe conſtaret. Ex quibus abundè apparet, quomodo Eccleſiaſtici per exemptiones à iuriſdictione Imperatorum & regum ſe contra eoſdem eleuarint, iuráque imperialia & regia vſurparint, cùm tamen olim illorum ſubditi eſſent, quoad omnem iuriſdictionem tam ciuilem quàm criminalem. Quod inter alia teſtantur iudicium Imperatoris Phocæ, quo Epiſcopū Romananum Conſtantinopolitano præferendum eſſe declarauit; aliáque ſententia D. Conſtantini qua Cecilianum epiſcopum Carthaginenſem abſoluit, quam *in epiſtolis ſuis* D. Auguſt. refert. 18 Et quamuis prædictæ exemptiones non adeò exactè obſeruarentur in cauſis criminalibus, præſertim quoad ſen-
16 tentias quaſdam † à regibus prolatas contra Epiſcopos coram iis accuſatos: tamen poſtea Fridericus II. ad preces Honorij III. peculiari lege, quæ Codici Iuſtinianeo inſerta eſt, ſtatuit, vt nullus Eccleſiaſticā perſonam in criminali quæſtione vel ciuili trahere ad iudicium ſeculare præſumeret. 19 Vltra quam legem prædictus Imper. etiam alia plura priuilegia Eccleſiaſticis indulſit. Pro quibus tamen eam tandem compenſationem retulit, vt ab Honorio eiúſque ſucceſſore Gregorio IX. excommunicatus imperio priuaretur. Quicquid verò ſit, aut quicquid etiam hac in re adduci queat, res ita ſe habet, quod in Francia, quamuis reges noſtri priuilegia † iuriſdictionis Eccleſia-
17 ſticorum tueantur: tamen ſi hi vlterius quid affectent, quàm eos decet, illi minimè id permittant quemadmodum Impp. fecerūt, ſempérque protectores & defenſores ſe præbeant ſynceræ religionis, & auctoritate ſua impediāt, ne pontifices ampliorem ſibi ſumant poteſtatem, quàm iis in rebus ſpiritualibus & Eccleſ. conuenit, atque ſi aliquid ampliùs attentent, haud obedire ſoleant. Suprema curia Pariſ. ea in re ſemper ſtrenuam & fortem ſe præbuit, etiam eo tempore, quo regnum noſtrum tyrannidi Anglicæ obnoxium erat, in tantum, vt ipſis regibus teſtiterit, ſi aliquando circumuenti pontifici quid indulgere voluerint, quod ad detrimentum publici ſtatus vergere poſſet. Sic enim cùm Ludouicus XI. vt pragmatica ſanctio aboleretur, conceſſiſſet, eóque nomine diploma à ſe per cardinalem Ballue curiæ tranſmiſſum † ab eadem publicari 18
vellet; defunctus Dn. Ioann. de ſancto Romano generalis regis procurator ſtrenuè ſe oppoſuit, expreſſè aſſerēs, ſe malle officium & bona, imò ipſam vitam perdere, quàm conſentire, vt quid in præiudicium regni & Reip fieret. Atque hanc ob cauſam, candorem mirámque integritatem in officio ſuo, ſub rege admodum potente audacter ad dānum & lucrum, quēadmodum dicitur, Reipubl. ſe ille ſociarat, vt perniciosis eiuſmodi molitionibus reſiſteret, adeò vt de eo Dn. Budæus ſcripſerit, 20 quoties ſuo tēpore caſus eueniret, in quo maſcula virtute & generoſa, constantia opus eſſet, quòd viri probi cùm gemitu exclamare ſoliti fuerint: *ô tempora, ô mores, ô candorem & pietatem antiquam, ô ſancte Romane, vbi tu iam es? tu, qui paratus eras vitam tuā pro Reipubl. ſalute conſecrare.* Et quamuis omnibus illis haud obſtantibus rex abolitionem facere conſtituiſſet ſiue ſuprema curia conſentiret, ſiue non, cùm pontifex Pius II. anteà Æneas Syluius dictus, hoc ei permiſiſſet per Epiſtolam quandam, quæ in numero Epiſtolarum illius quadrigenteſima prima eſt, atque ad quam reſponſionis loco rex diploma Turoni 27. Nouem. An. 1461. datum, atque abolitionem pragmaticæ ſanctionis continens ad Vaticanum remiſerat: tamen diploma † 19
illud haud publicatum, ſed in ſtatu illo ſine vllo effectu relictū atque deinceps pragmatica ſanctio haud minùs quàm antea in Francia cuſtodita & obſeruata fuit. Quod facit ad conuincendam falſitatem aut potiùs negligentiam ſeu ignorantiam hiſtorici Platinæ, quantum allegatum diploma attinet, cùm ille in vita dicti pontificis Pij II. inter

ADDITIONES.

18 *epiſt. 68. 163. & 175. & in lib. retract.* Niceph. *lib. 7. c. 43.* 19 *auth. ſtatuimus. Cod. de epiſcop. & cleric.* 20 *in forenſib. ſuper verb. regalis aduocatus.*

inter alias res præclarè ab eo geſtas etiam hanc recenſeat; quod pragmaticā in Gallia abrogarit. Ignorauit ſiquidem Platina, quod conſtitutiones regum Franciæ vim & effectum habere demū incipiant ab eo tēpore, quo à curiis parlamentorum publicatæ fuerunt, alias verò non. Imò ipſemet rex hoc in caſu intelligens, quòd diploma ſuum curia publicare nollet, ab eadem denegatæ publicationis cauſas ſibi exponi voluit. Cúm-
20 que curia † rationes, ob quas rex abolitionem pragmaticæ ſanctionis pontifici petenti concedere non poſſet, neque deberet octuaginta articulis comprehenſas per duos præſides inquiſitionum regi tranſmiſiſſet, res ibidem compoſita atque diploma illud ad Vaticanum tranſmiſſum è Francia perpetuò excluſum fuit. Porrò magnus quo-
21 que numerus † eſt aliorum illuſtrium exemplorum, quibus reges noſtros, eorundémque ſupremas curias parlamentorum protectioni & defenſioni Eccleſ. contra miniſtros eiuſdem, qui officiis ſuis abuti voluerunt, ſtuduiſſe probari poteſt. Haud tamen propterea reges eorundémque ſubditi vnquam ab vnione Eccleſ. Catholicæ & Romanæ ſe ſubtraxerunt, ſed ſaltem ab obedientiā perſonarum, quæ in Eccleſ. præſidebant: Idque haud mirum neque irreligioſum videri debet cum magna differentia ſit inter Neronem & Imper. Hildebrand. aut Bonifac. VIII. & pontificem, regem & perſonam regis quemadmodum prudēter admodum Xenophon in libro *de Republica Lacedæmoniorum* tractat. Abſit tamen, vt hanc diſſertationem noſtram eo quis accipiat (de quo tamen minimè cogitauimus) ac ſi
22 deprimere velimus poteſtatem ſpiritualē, † cui monarchæ, Impp. & reges parere tenentur, quemadmodum optimè Imp. Valentinianus agnouit, 21 quæque poteſtas & ſuperioritas fundata eſt in adminiſtratione Sacramentorum, actionibus ceremoniarū, & aliis officiis ſpiritualibus atque etiam in doctrina & diſciplina, cui Philippus, primus Imperator Chriſtianus obediuit, æquo animo ferens; quod ab Epiſcopo ſuo acriter reprehenderetur, excluderetúrque à communione, donec peccata ſua agnoſceret. 22 Eadem quoque poteſtate & doctrina D. Ambroſius excommunicauit Imp. Theodoſium ob ſanguinem innocenter profuſum, & cōmiſſam eius mandato tyrannidem in vrbe Theſſalonicenſi, eundémque in Eccleſia Mediolanenſi omnibus ornamentis imperialibus, ſpoliauit, atque vt peccata ſua publicè deploraret, veniámque à Deo cum lacrymis & ſuſpiriis precaretur, voluit. Maximos ſiquidē reges & monarchas in caſibus cōſcietiæ haud minùs ac infimæ ſortis homines genua corā Deo flectere, atq; vt ab Eccleſia iudicētur, perferre oportet. Hinc etiā eſt, vt illi agnoſcāt atq; demōſtrēt ſe regnū ſuum Deo acceptū ferre, quod ſub initiū ſuſceptæ gubernationis Epiſcopis tanquā ſpiritualib. patribus ſe ſiſtant, ſignificaturi, quod à Deo imperiū & regnū accipiant. In cuius rei ſignū vnctio plerúmq; ab Epiſcopis aut ſacerdotibus adhibetur, quēadmodum olim vngebātur reges Hieroſolymitani, atq; hodie reges Franciæ & Angliæ vngi ſolent, vnctioniſq; loco Imperatores quondā à pontifice coronā accipiebāt. Quibus ceremoniis Imperatores & reges innuebāt, quod imperia, regna & monarchias ſuas non à pōtifice aut Epiſcopis, ſed ex ſola Dei gratia conſecuti eſſent. Haud igitur ſubſiſtit illud, quod Gregorius VII. alias Hildebrandus dictus, ſcripturas ſacras violēter intorquēs in adiutoriū falſitatis, contra Imperatorē Henricum IV. aſſerere auſus fuit. 23. Cui aſſertioni Theologicè & Chriſtianè ſe oppoſuerunt D. Bernardus *in Epiſtolis ad Eugenium Papam* ſcriptis, & in libro *de conſideratione*, atque Æneas Syluius, qui deinde pontifex creatus & Pius II. dictus fuit. 24 Sed & Albericus de Roſate 25 peculiarem conſtitutionem refert, ea de re à Ludouico Bauaro,
† cū conſenſu electorū & principū imperij 23
Coloniæ promulgatā. In cuius tamē & eorū, quæ ex allegatis auctoribus peti poſſūt, præiudiciū ſæpiùs pontifices multa in Frācia contra reges moliti fuerunt, inprimis verò Alexander III. contra Philippū Auguſtū & Bonifacius VIII. contra Philippum Pulchrū, licet illi fortiter ab his repulſi fuerint. 26 Nā cū prædictus Bonifacius *in Epiſtola quapiam* arroganter admodum Philippo pulcro expoſuiſſet; quod ſibi iſte tam in ſpiritualibus quàm temporalibus ſubiectus eſſet, nullam vllius beneficij aut præbendæ collationē haberet, aut ſi vllā haberet, quod ipſe eā caſſā & irritā eſſe vellet, tādémq; hiſce verbis concluſiſſet; *aliud credentes fatuos reputamus*: rex cùm conſilio principum dominorum & prælatorum regni

ADDITIONES.

21 *c. Valentinianus, 63. diſt.* 22 Euſeb. *in hiſt. Eccleſiaſt. libr. 6. c.* 25. 23 Buno Cardinal. *in vita Hildebrand.* & Abbas Vrſperg. *in vit. Henrici* 4. 24 *in lib. de ort. & poteſt imper. c.* 16. 25 *l. benè à Zenone. C. de quadr. preſcript.* 26 Belle Foreſt *in annal. Francic libr. 4. cap.* 43.

regni ſui dignam tali Epiſtola reſponſionem, Pontifici, quem minimè pro eo habebat, quem ſe iactabat, hiſce verbis remiſit: *maxima tua fatuitas ſcire debet in temporalibus maieſtatem noſtram alicui non ſubeſſe, aliquarum Eccleſiarum & prebendarum vacantium collationem ad eam iure regio pertinere: ſecus autem credentes nos fatuos reputare atque dementes.*

Quo tamen haud obſtante nihilominus pontifices Benedictus XIII. & Iulius II. ſimiles molitiones contra regem Franciæ ſuſceperunt. Benedictus ſiquidem nuncium in Franciam miſit, vt bullam † exhiberet,
24 qua rex, Carolus VI. regij ſanguinis principes, vniuerſique nobilitas excommunicabantur. Quam audaciam rex iuſtè puniturus ex conſilio curiæ, atque vigore arreſti in eadem 29. Iulij, Anno 1408. prolati, bullam illam publicè coram omnibus lacerari & abuſiuam declarari curauit, atque ſequenti 12. Aug. eos, qui illam attulerant, vt publicè deriderentur, ad ſupplicij illud genus, quod Galli *amande honorable* appellitant, 27 in inferiori palatij area ſubeundum
25 condemnauit. Quod ſcientes † Alex. IV. Clemens IV. & V. Vrban. atque alij, & præterea probè intelligentes, quod obedientia populi Gallici à regibus nunquam ſeparari poſſet, bullis quibuſdam ſuis declararunt, quòd reges Franciæ à poteſtate excommunicationum papalium exempti eſſe deberent. Quæ cùm ita ſe habeant atque per ſe
26 iuſtum ſit, quod duæ † poteſtates, ſacerdotalis & ſpiritualis, regia & ſecularis, non debeant in Chriſtiano orbe ad inæqualitatem tendere, id eſt, vna, alteram ſupplantare atque ſibi arroganter attribuere id, quod alteri debetur: multo magis illud, atque ex fortiori ratione, in Francia obtinebit, vt omnes confuſiones & ſeditiones vitentur. Antiſtrophæ itaque & reciprocæ duæ illæ poteſtates ſunt, vnaque alteram ita iuuabit, vt neutrius officium & munus violetur. Sic enim tale epitheton Ariſtotel. Dialecticæ & Rhetoricæ attribuit 28 ob ſummam illam familiaritatem & coniunctionem, quæ inter vtramque eſt. Ac quamuis vtrumque illud officium diu admodum inter Ægyptios & Hebræos ſub vna eademq; poteſtate ſacerdotali manſerit: tamen poſtquam
27 Deo † opt. max. (qui ſe per iudicia ſua, quæ à nemine comprehendi, ac modos, quos homines ſcrutari non poſſunt, neceſſitatibus humanis accommodat) eadem ita diuidere placuit, vt vnum rebus diuinis, alterum ſecularibus inſeruiret, certè, more illo antiquo atq; ante diuiſionem & ſeparationẽ recepto nequicquam obſtante, ij, qui politicam adminiſtrationem cum ſacerdotali munere hodie coniungere nituntur, nihil aliud agunt, quam vt laborent efficere τ κλώθειν τὰ ἀσύκλωστα. 29 Quo ſenſu etiam quidam vir ſanctus ſcripſit, cùm functio officij ſacerdotalis ſeparata, diuiſa & diſtincta ſit ab adminiſtratione terreſtri & populari, eaſdem minimè miſceri ac confundi debere, cùm omnem confuſionem mixtionẽmque reſpuant, & Græci moneant, μὴ μιγνύειν τὰ ἄμικτα. Rectè itaque Philippus Pulcher ex cõſilio ordinum approbare noluit, vt pontifex ſe dominum abſolutum Franciæ & regis tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus appellitaret, ſed eum contentum eſſe debere ſtatuit poteſtate ſpirituali, cùm ipſimet apoſtoli iuriſdictionem ſuã haud extenderint ad gladium ſecularem, ſed ſufficere ſibi exiſtimarint, ſi animas diſſolutas ligarent, peruerſóſque diabolo traderent, vt carne eorum domita ſpiritus ſeruaretur. Cæterum quod reges noſtri principéſque ſeculares honori diuino & officio ſuum quolibet tempore promptè tribuant, ex ſequenti quoque exemplo patet. 30 Cùm Epiſcopus de Palmies à rege captus & con-

ADDITIONES.

27 Hoc autem ſupplicij genus in eo conſiſtit, vt condemnatus in foro, aut in alijs publicis plateis facem ceream accenſam geſtans aperto capite, in terrámque procidens, crimen à ſe commiſſum alta voce periulget, ac veniam à diuino numine, regia maieſtate, Republica, & deniq; ab eo, quem læſit, ſupplex precetur, admiſſi pœnitentiam proteſtans. Plerumque detonſo capite & veſtibus præter ſubuculam exutis, hanc ſufferre ignominiam iubetur. Atque hæc ſupplicij ſpecies ferè vſurpatur, cùm reus publicam auctoritatem vi aut dolo citra hominis necem violauit & labefecit, adeóq; vltimum ſupplicium criminis expoſceret grauitas, niſi clementius reum haberi illuſtre vel genus, vel publici muneris ab eo geſti dignatio adhortaretur, vel facultatum copia. Proinde mulctam haud exiguam ſæpenumero non ſolum fiſco, ſed etiam priuato delatori inferri præterea damnatur, quẽadmodum iiſdem verbis refert Dn. Ioannes Imbert. *libr. 3. prax. ciu. & crim. cap.* 21. AD. 28 *in Rhetor. ad Theodect.* 29 Syneſ. *epiſt. contra Andronic.* 30 Cyrillus Alexandr. *in paneg. quadam apud Nicephor. Caliſt.*

& condemnatus fuiſſet, eundem rex archidiacono reſtituit, vt ab eo, Archiepiſcopo ſuo, nempe Narbonenſi, traderetur, qui iuſta illum pœna iuxta ſacros canones afficeret. 31 Rex ſiquidem vlterius, quàm de informatione criminis ab Epiſcopo commiſſi cognoſcere noluit, cùm reliquum ad Eccleſiam ſpectare exiſtimaret. Tandem grato animo Eccleſiaſticos agnoſcere oportet, quod quidam regum noſtrorum ex peculiari zelo & gratia tantùm ijs conceſſerunt, atque etiam conceſſionibus eiuſmodi propriam poteſtatem ſuam imminuere voluere. Intra limites tamen & terminos gratiæ illius, priuilegiorum, conceſſorúmque iurium ſingularium manere, neque vlterius iuriſdictionem & poteſtatem ſecularem, quam Deus principibus, regibus & dominis ſecularibus dedit, temerario auſu appetere & affectare debent. Atque haud iniquè agunt principes, reges, monarchæ, aliíque domini ſeculares, nec non eorundem iudices, magiſtratus & officiarij, ſi permittere nolint, vt iura ſua interpoſitione, coniunctione, aut alia oppoſitione Eccleſiaſticorum eclypſin patiantur. Negari ſiquidem nequit, quod hac in re faciant illud, quod officij ſui eſt, nemóque eorum, qui illos directè aut indirectè, ſub quocunque etiam prætextu, impedire conantur, Cæſari, quod Cæſaris eſt, reddat, multóque minus Deo, quod Dei eſt. Probè itaque conſiderent illi, quid agant, qui prædictis arreſtis ſe opponere nituntur. Quin potiùs ardentibus votis omnes precentur, vt Deus optimus maximus ſpiritu ſancto ſuo prælatos iudices & magiſtratus regere dignetur, vt omnes officij actiones ad gloriæ diuinæ propagationem & ſalutem populi vnicè dirigant, ac quilibet eorum Spartam, quam nactus eſt, ſummoperè ornare, decorare & illuſtriorem reddere ſtudeat. Quod Deus miſericors omnibus clementer largiatur.

ADDITIO.

31 Belleforeſt *in eodem loco, quo ſupra.*

FINIS LIBRI QVARTI.

NOTA-

NOTABILIVM ET SINGVLARIVM QVÆSTIONVM, IVRIS SCRIPTI DECISARVM AVT PRÆIVDICATARVM PER ARRESTA MEMOrabilia Supremæ Curiæ Tholoſanæ,

LIBER QVINTVS.

DECISIO I.

ARGVMENTVM.

Filiusfamilias, etiam cum patris cōſenſu teſtari nequit.

SVMMARIA.

1 *Filius, qui adhuc ſub patris poteſtate eſt, etiam eo conſentiente, teſtamentum cōdere non poteſt.*

2 *Ratio eius rei ab Accurſio eiuſq; aſſeclis adducta, alia & euidentiori indiget.*

3 *Illa, quæ ex lege 12. tabb. aſſertur, veriſſima eſt.*

4 *Filiusfamilias tamen patre conſentiente mortis cauſa donare poteſt, cum expreſſo iure ita conſtitutum fuerit.*

5 *Quidnam hoc in caſu ſit peculium caſtrēſe & quaſi caſtrenſe?*

6 *Quamuis teſtamentū morte teſtatoris cōfirmetur, atq; potiſſimum obitus tempus inſpici debeat, tamen hoc locum nō habet, quando teſtamentum eiuſque factio ab initio planè nulla fuit.*

7 *Teſtamentum tamen filijfamilias, qui xenodochium heredem inſtituens poſt obitum patris ſuperuixerat, in fauorem piæ cauſæ confirmatum fuit.*

1 GENERALIS regula eſt, quæ expreſſo † iuris textu 1 comprobatur, quod filiusfamilias, ſeu qui in poteſtate parentis eſt, teſtamenti faciendi ius non habeat; adeò vt quamuis pater ei permittat, nihilo magis tamen iure teſtari poſſit. Cui etiam conſequens eſt, quòd nec codicillos facere nec legata aut fideicommiſſa relinquere ille queat. 2 Planè licitum ei eſt, ſi pater conſentiat atque auctoritatem ſuam interponat, vt mortis cauſa donet. 3 De vera diuerſitatis ratione multi admodum ſolliciti fuere, præſertim cùm donatio mortis cauſa affinis & ferè ſimilis ſit vltimæ voluntati, atq; codicillos legatum aut fideicōmiſſum planè repræſentet.

Accurſius† eiuſque aſſeclæ hanc rationē reddiderunt, quod teſtamētum, codicilli, legatum & fideicommiſſum non, vt cōtractus ab alieno arbitrio dependere queant. 4 Verum 2

ADDITIONES.

1 *l. qui in poteſtate*, 6. vbi gloſſ. *in verb. nihilo magis, qui teſtament. fac. poſſ*. Fernandus Vaſquius *de ſucceſſ. creat.* §. 22. *n.* 10. Clarus, §. *teſtamentum, qu.* 18. Donellus *lib.* 6. *commēt. cap.* 5. *n.* 50. Rolandus à Valle *conſ.* 58. *n.* 3. *lib.* 4. Dn. Ioannes Dauth. *in tract. de teſtam. tit. vel rubr. qui teſtam. fac. n.* 147. Andreas Fachineus *lib.* 5. *controu. c.* 94. Diſſent. Decius. *in l. pen. C. qui teſtam. fac. poſſ*. Brederodius *in addit. ad Schneidvvin. in pr. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtamen*. Vaud *lib.* 1. *q.* 1. VVurmbſer 1. *pract. obſ. tit.* 39. *obſ.* 16. AD. 2 *l. Diui Seuerus*, §. *codicillos, de iur. codicill. l.* 2. *de legat.* 1. 3 *l. tam is qui teſtamētum*, 25. *de mort. cauſ donat*. Clarus §. *donatio, quæſtion.* 6. Aſcanius Clementinus *de patr. poteſtat. c.* 6. *effect.* 10. 4 argu. eorum, quæ tradunt DD. *in l. licet, C. de pact*.

rum cùm hæc minimè ſubſiſtere poſſit, ſed
fortior & euidentior requiratur, ideò alij a-
lijs magis commodas rationes excogita-
runt. Si tamen eæ omnes probè conſide-
rentur, facilè apparebit, quod pro ſolida ex-
plicatione parum faciant, ſed etiam illa, quę
pro vrgentiſſima habetur, rem nihilominus
in obſcuro relinquat. Quare iis tutò acce-
3 dendum eſſe videtur, qui ſaltem ad ius †
duodecim tabularum recurrunt, quod
confirmans approbans atque auctoritate
muniens teſtam nta, de patrefamilias tan-
tùm loquitur, eúmque ſolum ad actum te-
ſtandi aptum reddit, atque ſic filium fami-
lias tacitè excludit. Quod autem de teſta-
mentis conſtitutum eſt, illud ad codicillos
legata & fideicommiſſa etiam porrectum
fuit, adeò vt ei, qui teſtari nequit, codicillos
facere aut legata vel fideicommiſſa relin-
quere non permittatur. 5 Quæ cùm ita
4 ſint, † firmiter concluditur quod filiofami-
lias etiam cum conſenſu & permiſſu patris
teſtari non liceat, quódque nihilominus il-
le patre conſentiente & permittente mor-
tis cauſa rectè donare poſſit, eo, quod iure
publico id ita conſtitutum eſt, quod con-
traria pactione conſenſu aut auctoritate
priuatorum mutari nequit. Atque ſic i-
pſemet D. Iuſtinianus eā ratione vſus fuit,
6 dum teſtatur, quod olim militibus, qui
in poteſtate parentum adhuc erant, de eo,
quod in caſtris acquiſierant, teſtamentum
facere, ex conſtitutionibus principum per-
miſſum fuerit. Haud enim perſona pri-
uata ſeu pater hoc permittere potuit, ſed
illud principem tanquam legem viuam
facere, & eáque ratione diſpenſare opor-
tuit. Atque ſic permiſſum hodie eſt, vt
milites, etiam citra ſpecialem principis diſ-
penſationem, teſtari poſſint, de ijs, quæ in
5 caſtris acquiſiuerunt, atque ad eorum † e-
xemplum alij, veluti iudices, conſiliarij ad-
uocati, procuratores, notarij, medici, chi-
rurgi, ſimiléſque perſonæ diſponere queant
de bonis quæ artis, quam exercent, ope
compararunt. Vt enim milites caſtren-
ſe: ita perſonæ eiuſmodi quaſi caſtrenſe pe-
culium habent, 7 atque conſtitutio de
caſtrenſi peculio promulgata ad peculium
quaſi caſtrenſe poſtea porrecta fuit. Quam-
uis autem iſta ſanctio ſaltem de bonis ad-
uentitijs & caſtrenſibus vel quaſi loquatur,
atque nullam profectitiorum mentionem
faciat, ſed ſaltem ratione aduentitiorum te-
ſtandi facultatem, quam in caſtrenſibus vel
quaſi permiſerat, filiofamilias interdicat:
tamen ſatis euidens eſt, quod ille de bo-
nis etiam profectitijs teſtamentum conde-
re nequeat, eo quod ad patrem ſuperſtitem,
à quo profecta fuerunt, illa reuertantur.
Rectè itaque Iuſtinianus concludit, quod
exceptis iis, qui caſtrenſe vel quaſi ca-
ſtrenſe peculium habent, ſi quis alius fi-
liusfamilias teſtamentum fecerit, inuti-
le illud ſit, licèt ſuæ poteſtatis factus de-
ceſſerit. 8 Vlpianus quoque fideicommiſſi
à filiofamilias in teſtamento, quod condi-
derat, relicti mentionem faciens ſimiliter
reſpondit, quia nihil in teſtamento valet,
quoties ipſum teſtamentum non valet. 9
Etſi enim morte teſtatoris † confirmatur 6
teſtamentum, atq; quoad eius validitatem
tempus mortis potiſſimum inſpici & con-
ſiderari debet: tamen hoc minimè locum
habet quando teſtamentum ab initio nul-
lum fuit, ſeu teſtator teſtandi facultatem
non habuit. Cuius rei veram rationem
Cuiacius 10 reddit, dum inquit, non ſatis
eſſe teſtatori, aut etiam heredi habere teſta-
menti factionē mortis tēpore, niſi & eā ha-
buerit teſtamēti faciēdi tēpore, quamuis te-
ſtatori ſatis ſit habere teſtamenti factionem
tempore teſtamēti, etiamſi eā non habuerit
mortis tempore citra capitis diminutio- 7
nem. Vnde cùm quidam † filiusfamilias
in teſtamento ſuo Xenodochium he-
redem inſtituiſſet, relictis patri & fratri-
bus legatis quibuſdam, atque ante filium
pater deceſſiſſet, tandem teſtatore quoque
mortuo fratres cæteríque legitimi heredes
teſtamentum per rationes, quæ modo alla-
tæ fuerunt, oppugnarunt. Quibus replica-
tum fuit, quòd illæ in pia cauſa locum non
haberent, 11 cuius intuitu ius regulare &
commune reſtringi, & limitari ſoleat, 12
cùm ea, quæ nutu Dei aguntur, ſub lege non
ſint. 13 Quare æquius viſum fuit, quòd
teſta-

Additiones.

5 *l.2. de legat.1. l.3. de legat.3. l.generaliter, de fideicom.libertat. d.l. Diui, §. codicillos, de iur.codicill.* 6 *in pr.Inſt. quib.non eſt permiſs fac.teſtam.* 7 *l final.C.de inoffi. teſtam.* 8 *d pr.quib.permiſſ eſt fac. teſtam.* 9 *l. in §. ſed filius, de legat.3.* 10 *ad d pr.Inſt.quib.eſt permiſſ.fac.teſtam.* 11 per notata *in c.licet.§. fin.de ſepult.in 6.* & ibi gloſſ. *in verb. indicare, c.cum dilecta, §.nos igitur,* & ibi Panormitanus, *de confir.vtil. vel inutil.* 12 arg. allegatorum textuum & eorum, quæ notant Guilhelmus Benedicti *in c. Raynutius, ſuper verb.matrem inſuper Cleram, n.29.extr.de teſtā.* Tyraquellus *in tract. de pia cauſa, priuil.78.* 13 *c.licet, de R I.in 6. c.duæ sūt 19.qu.2.*

teſtamentum in hac hypotheſi,cùm præſertim pater iam deceſſiſſet,reconualeſcere deberet & vires recipere à tempore mortis. 14 Sicut & alias, quamuis aliquo reſpectu imperfectum dici poſſet, fauore piæ cauſæ ſuſtineretur, 15 quæ quidem pia cauſa iuris ciuilis nimiæ & miſeræ diligentiæ nedum inuolui,ſed & eximi dicitur.16 Atque ſic in fauorem pauperum Xenodochij illius iudicauit parlamẽtum Tholoſanum 5. Decemb. Anno 1581. 17

ADDITIONES.

14 Baldus *in l.1.C.de SS.Eccleſ.* 15 Baldus *in l.ſi iure,C.de teſtam. manum. per l. in teſtam.de fideicom. libert.* Alexander *conſ.105.* 16 Bartolus & alij *in l.1.C.de SS Eccleſ.* Iaſon *in auth.nouiſſima nu.29.C.de inoff.teſtam.* 17 Charondas *lib.7.cap.156.*

DECISIO II.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum etiam à filiafamilias nupta factum non ſubſiſtit, niſi peculiari loci conſuetudine firmetur,vel clauſulam codicillarem habeat.

SVMMARIA.

1 *Gloſſa vulgaris Accurſij quoad exemptionem à patria poteſtate liberorum Gallicorum explicatur.*

2 *In qua Gloſſa, quemadmodum vulgò accipitur, Accurſius deceptus fuit.*

3 *Filius emancipatus aut pro emancipato vigore conſuetudinis habitus validè teſtatur.*

4 *In prouinciis iuris ſcripti, niſi peculiaris conſuetudo aut ſtatutum in contrarium extet, filiafamilias nupta teſtari aut etiam ſine patris conſenſu mortis cauſa donare nequeunt.*

5 *Arreſta contraria ſupremæ curiæ Pariſienſis haud generaliter accipienda ſunt.*

6 *Teſtamentum tamen, quod à filio coram quinque teſtibus, patre conſentiente factum fuit & clauſulam codicillarem habet, ſubſiſtere poteſt.*

GVuilhelmus Benedicti *ſuper verb.matrem inſuper,Clerã.n.22.extr.de teſtam.* regulæ in præcedenti deciſione allatę exceptionẽ tradit, quod nimirũ regula iſta filiofamilias teſtari prohibens, quoad Francos ſiue Gallos minimè locum habeat, eo quòd patriæ poteſtati ij minimè ſubiecti ſint, ſed patresfamilias omnes eſſe cenſeantur,atque ideò teſtamentum licitè condere queant. Pro qua aſſertione ſua confirmanda vulgatam illam † gloſſam Accurſij 1 atque auctoritatem Baldi affert, qui *in commentariis ſuis ad conſuetudines feudales* 2 idem de Britannis affirmat. Quod de Britannis Gallis,non verò de Anglis intelligẽdum eſſe rectè Renatus Choppinus 3 obſeruauit; cùm hos patriæ poteſtati ſubiici ex reſcripto D. Pij ad Virium Lupum, Britanniæ præſidem, colligi poſſe contendat. 4 Verùm errare,aut decipi ſaltem videntur Accurſius † omnéſque qui eum ſequuntur, eo quod Iuſtin. *in loco iſto,* in quo illi aſſertionis ſuæ fundamentum collocant, dum inquit,nullos alios eſſe homines, qui talem haberent in liberos poteſtatem,qualem Romani habebant, expreſsè vtitur vocabulo *talem,* propter excellentiam & præſtantiam patriæ poteſtatis Romanorum, atque propter iura vitæ & necis,alienationis & diſtractionis, facultatíſque iudicia in liberos exercendi more veteri. Quod enim reliqua iura patriæ poteſtatis attinet,quæ religioni Chriſtianæ aduerſa non ſunt, atque pietatẽ, honorem, ſubiectionem & obedientiam filialem concernunt, ea per expreſſas conſuetudines plurium locorum in Francia approbantur;in cæteris item Galliæ prouinciis,vbi conſuetudines illæ non extant,emancipationes atque ſubſtitutiones pupillares ibidem fieri ſolitæ ſatis arguunt, quod ius patriæ poteſtatis etiam à Gallis receptum ſit. Idem arreſtis ſupremarum Franciæ curiarum,præſertim vero Pariſienſis,confirmatũ fuiſſe auctores fide digni teſtantur. 5 Quare cum de exceptione ritè non appareat,conſequens eſt, quod regula illa generalis etiam in Francia obtineat, atque ibidem filiifamilias etiam cum conſenſu parentum teſtari non poſſint.Illud ſaltem adhuc dubiũ eſt,an liberi,qui nuptias cõtraxerunt,iis in locis,vbi nulla peculiaris cõſuetudo extat,quę nuptiis patriam poteſtatẽ ſolui atq; emancipationẽ contingere vult, licitè teſtari poſſint? Nam, vbi eiuſmodi conſuetudo † extat, res 3 omni dubio caret, cùm conſuetudine & ſtatuto

ADDITIONES.

1 *In §.1.Inſt.de patr.poteſt.* 2 *in cap.1. §.ſi duo,de duob.fratr.de nou. benef.inueſt.* 3 *de Legib.Andium,libr.1.part.1. num.2.* 4 *argum.l.2. §.prius autem ſibi,4. de vulg. & pup.ſubſtit.* 5 veluti Chaſſanæus *ad conſuetudines Burgundiæ §.2.titul.2. des enfans de pluſieurs licts,* Imbert. *in enchir.ſup. verb.Galler.filij.*

ſtatuto ad teſtandum apti & habiles reddi queant, qui aliàs inhabiles erant. Quod teſtatur atque confirmat Guilhelmus Benedict. *in l. c. ſuprà allegato* 6 vbi etiam ſtatuti Tholoſani mētionem facit, iuxtà quod filijfamilias ſeparatim à patre habitantes pro emancipatis habentur, cùm tamen aliàs de iure communi ſeparata habitatione emancipatio non inducatur, ſed ſaltem, ſi filius ſe emancipatum eſſe contendat, atque probationis loco ſeorſim ſe à patre per decennium habitaſſe allegat, ex tanti temporis lapſu de emancipatione præſumatur.
4 7 In illis verò locis, vbi eiuſmodi ſtatuta † vel conſuetudines non vigent, ſed ius commune ſcriptum vſurpatur, quæri poteſt, vtrum filiæ ſtatim ac nubunt, patria poteſtate liberentur, adeò vt licitè teſtamenta facere, mortis cauſa donare aliósue eiuſmodi actus celebrare poſſint, qui permiſſi ſunt iis, qui patriæ poteſtati non ſubiecti, ſed ſui iuris ſunt? Affirmatiuè propterea reſpondendum eſſe videbatur, quod nuptæ in poteſtatem maritorum veniant, quibus poſt habito parentum reſpectu, adhærere obtemperare & ſeruire debent 8 Quam potiſſimùm ob cauſam ſuprema curia Pariſienſis
5 † quoad appellationem interpoſitam à patre filiæfamilias, quæ teſtamentum condens in eo maritum heredem inſtituerat, cui etiam Seneſcallus Lugdunenſis vigore teſtamenti hereditatem adiudicarat; interlocutoriè pronunciauit, quod pater teſtamentum filiæ ad mariti ſuggeſtionem factum fuiſſe probare deberet. Quo ipſo curia innuit patrem, niſi ſuggeſtionem, quam allegarat, doceret teſtamentum aliàs impugnare non poſſe. Idem quoque eadem curia V. Aprilis, Anno M.D.XCIV. iudicauit, quemadmodum Choppinus refert. 9 Verùm iis non obſtantibus ſententiæ negatiuæ magis adhærendum erit, eo quòd in Francia filiæ nuptæ ita tranſeant in maritorum poteſtatem vt eius interuentu patria poteſtas non ſoluatur. 10 Atque hinc Renatus Choppinus teſtatur. 11 Lugduni Caſtelonæū præſidem admonuiſſe ſuprema elogia filiarum nuptarum non probari apud ſuos, quantūuis paterno aſſenſu firmata. Parlamētū quoque Tholoſanum extrà caſum emancipationis, ſupradicti ſtatuti vel conſuetudinis teſtamenta liberorum parentes habentium reiicere atque pro nullis declarare ſolet, etiam tum, quando parentes conſenſum & auctoritatem ſuam præſtiterunt Excipitur tamen caſus iſte, qui ob morem & ſtylum notariorum frequenter contingere ſolet, quando nimirum in eiuſmodi teſtamentis teſtes ad minimū quinque adhibiti fuerunt, adiectâque clauſula codicillaris, quod ſi teſtamentum iure teſtamenti valere nequeat, valere & effectum ſuum conſequi debeat, tāquam codicilli, donatio cauſa mortis, aut alia extrema voluntas, † atque in optima 6
forma, qua iure valere poteſt aut debet. Eo enim caſu prædictum parlamentum teſtamenta illa ſeruare & ſuſtinere ſolet tanquam donationem mortis cauſa factam, etiamſi ille, in cuius fauorem facta fuit, minimè præſens nec ſtipulatus fuerit, atque ſic donationem vel ipſemet vel eiuſdem nomine alius non acceptauerit. Nam notarij tāquam perſonæ publicæ ſupplent aut ſaltem ſupplere intelliguntur, non tantùm præſentiam donatariorum, (quæ ſola ſufficit ſine expreſſa acceptatione aut alia declaratione) ſed etiam omnes clauſulas, quæ regulariter & neceſſariò abſentiæ ratione requiri ſolent. Quod multò magis hodie procedit.

ADDITIONES.

6 *n.24.& ſeq.* 7 *l.* 1. & ibi gl. *C. de patr. poteſt. l. præſt. C. de præſcript. temp. l. ſi cùm fideicom libertas 16. §. Ariſt. reſpondit, qui & à quib. manum.* De iure verò Saxonico & totius Germaniæ conſuetudine matrimonio, & quæ hoc ſubſequitur ſeparata habitatione emancipatio fieri ſolet *conſt. elector.* 10 *part.* 2. VVeſenb. *conſ.* 78. *n.* 3. Andreas Rauchbar *part.* 2. *qu.* 19. *n.* 24. Dn. Anthonius Hering *in tract. de fideiuſſ. cap.* 7. *n.* 625. Atque ſic hoc in caſu ius Saxonicum & conſuetudo Germaniæ à iure communi diſcrepat *arg. l. inter, §. filiusfam. l. maritus, §. cæterùm, ad l. Iul. de adult.* & eorum, quæ notat Andr. Tiraquellus *de L. L. connub.* 1. *tit.* 17. *part.* 4. Ioannes del Caſtillo *de vſufructu cap.* 2. *num.* 75. *& ſeqq.* Cæterùm emancipatio etiam coram notario & teſtibus fieri poteſt Philipp. Corneus *conſ.* 238. *& conſ.* 259. *vol.* 3. Camillus Borellus *conſ.* 73. *num* 15. *& ſeqq.* Robertus Maranta *in ſpecul. aur. diſt.* 18. *n.* 3. Imò ſolemnia amplius in ea non requiri tradit Borellus *d. conſ.* 73. *n.* 26. vbi allegat Treutlerum *diſp.* 2. *th.* 12. *vol.* 1. In illuſtri admodum caſu ſupplicationem Cameræ imperiali exhibitam *vmb Zulaſung* ad actum emancipandi filios refert Adrianus Gilman *in ſymphor. ſupplicat. part.* 2. *ſuppl.* 31. *pag.* 196. A D. 8 *l ſi ut, de oper. libert. cap. mulierem,* 35. *qu.* 5. Faber *ad l. ſi vxor, Cod. de condit. inſert.* 9 *de mor. Pariſ. libr.* 2. *tit.* 4. *n.* 7. 10 Ioan. Faber *ad §.* 1. *Inſt. ad Tertull.* 11 *de Legib. And. part.* 2. *num.* 2.

dit. Etſi enim olim iure veteri pandectarum donatio mortis cauſa habebatur pro ea,qua præſens præſenti dabat, & per conſequens præſentia, acceptationis gratia,neceſſariò requirebatur: 12 attamen iure nouo atq; vigore conſtitutionis Iuſtinianeæ, qua vtimur, nudo pacto & abſenti donatio fieri poteſt,multo magis igitur donatio cauſa mortis in vltima præſertim voluntate. Atque hoc ita notat gloſſa communiter approbata, 13 cùm nulla hoc in caſu differentia dari poſſit inter donationem inter viuos atque donationem mortis cauſa. Imò fortior atq; magis fauorabilis ratio pro hac quã pro illa donatione militat.

Quare ſi in donatione inter viuos acceptatio ſolemnis amplius neceſſaria non eſt, multò minus eadem requiretur in donatione mortis cauſa, vtpote quæ plenum ſuum ſemper conſequi effectum debet, atq; haud minori fauore digna eſt quàm cæteræ vltimæ voluntates præſertim ſi illa ſuſtineatur clauſula codicillari, cuius virtute & beneficio teſtatores illud Comici ſequentes, quod hac via ſuccedere poſſe dubitant,alia aggrediuntur. 14 Atque ſic poſt factam in ſecunda claſſe inquiſitionum partitionem,eadem poſtea diſcuſſa in prima claſſe menſe Ianuario,Anno M.D.LXXIV. & deinde XV. aprilis,Anno M.D.LXXXVII.ad relationem Dn. Ouurier, iudicatum fuit: vbi tamen in tranſcurſu notandum eſt, quod in teſtamentis filiorum,de quibus quærebatur, in clauſula codicillari donatio cauſa mortis expreſſa fuerat. Quid verò,ſi clauſula codicillaris ſimpliciter adiecta,nec donatio mortis cauſa expreſſa fuerit? Idem nihilominus ſtatu eundem eſſe placuit, 15 dummodo clauſula iſta contineat, quod teſtamentum iure codicillorum aut alterius extremæ voluntatis valere debeat. Nam tum perinde habetur,ac ſi de donatione mortis cauſa expreſſè dictum fuiſſet 16.

Additiones.

12 *l ſi quis argentum*, §. *fina l. de donat.* 13 *in l.cùm pater*,§. *Mæuio,ſuper verb.donabat,de legat.2.& in l.vnic.*§. *ſed vt manifeſtetur,Cod.de caduc.tollend.* Quam gloſſam cõmendant Baldus *in d.*§.*ſed vt manifeſtetur.* 14 Carol.Ruinus *conſ.*54.*n.*4.*libr.*1.Clarus §.*donatio.quæſt.*14. *numer.* 2. 15 Ita ſentiunt Guilherm.Benedict.*ſuper d.verb. matrem inſuper,Cleram,n.*47.*cum ſequ.* Socin. *d.conſ.*125. 16 *argument.l.*2. *de liber. & poſthum.*& notatorũ *in l.ſed & ſi quis* §.1.*quæſitũ, ſi quis caut.&c.ad agendũ,de procurat.in* 6.

Decisio III.

Argumentum.

Filius familias patri auctori mortis cauſa rectè donare poteſt.

Summaria.

1 *Donatio mortis cauſa à filiofam,cum patris conſenſu facta etiam in ipſius patris commodum valet.*

2 *Prædictus conſenſus in donat. cauſa mortis ob patris fauorem requirit,& propterea in eius odium detorqueri non debet.*

Cvm itaque filiusfamilias,vt dictum eſt, mortis cauſa donare † cum patris conſenſu & permiſſione queat (qui conſenſus & 1 permiſſio etiam poſtea accedere poteſt, nec præcisè in ipſo donationis actu requiritur dummodo filio adhuc viuo interueniat) ideò dubitatum fuit, an etiam ea ratione ipſi patri donari permiſſum ſit? Pro cuius dubij deciſione duę opiniones interpretum planè contrariæ fuerunt, atque auctoritate vtrinq; adeò munitæ, vt ferè ſciri non potuerit,vtra earum pro magis communi haberi deberet: Negatiuam enim defendunt Accurſius,Dynus,Bartolus, Baldus atque alij plures, quorum catalogum Iulius Clarus 1 recenſet.Pro quorum opinione iudicatum fuit a parlamento Gratianopolitano 19. Augusti, Anno M. CCCCLII. 2 II Cuius fundamentum potiſſimum in eo cõſiſtit,quod pater in rem ſuam auctoritatem accommodare prohibeatur. 3 Cúmque ad hoc fundamentum reſponderi ſoleat, quod tum demum ſubſiſtat, ſi à patre directo & principaliter in rem ſuam auctoritas accommodetur, non verò ſi indirectè & per conſequentiam, 4 ideò alij ad diſtinctionem quandam confugiunt, atque tradunt negatiuam hanc ſententiam tum obtinere, ſi pater id õ filio expreſsè conſentiat, atque auctoritatem accommodet,vt ad ſe ſolum omnis donationis vtilitas redundet, ſecus verò ſe rem habere, ſi pater generaliter & indefinitè auctor fiat, vt filius

Additiones.

1 §.*donatio.quæſt.*6.*n.*7. 2 Quod arreſtum refert Guido Papæ *quæſt.* 223. Ioann.Papon. *in arreſt.tit.de iure & ſtat. perſon. arreſt.* 7. 3 *l.*1.§.*pupillus,l quod dicimus. l.ſeruus commun.de auctor.tu.* 4 *arg.d.l.dicimus.* Qua diſtinctione vtitur Baldus, referente Socino *conſ.*112.&Corne.*conſ.*242.*libr.*4. Philip.Dec. *conſ.*279.

vt filius cui velit, donare poſſit. Cæterùm alij ſimpliciter & indiſtinctè affirmatiuam ſententiã amplectuntur, 5 atq; docent, quòd filiusfamilias patri auctori mortis cauſa rectè donare queat. 6 Pro cuius ſententiæ cõfirmatione illud non incommodè adduci poſſe videtur, quod ratio illa, ob quam in donatione mortis cauſa filijfamilias, conſenſus & permiſſus patris requiritur, eo potiſſimum tendat, non tam vt filius, qui alias inhabilis erat, auctoritate iſta ad donandum habilis
2 reddatur, quàm vt fauorabile patris † ius ſeruetur, atq; nullum ei ignoranti per filij donationem præiudicium fiat. 7 Haud aliter enim opus habet mandato patris filiusfamilias, vt ritè adire queat hereditatẽ eius, à quo heres inſtitutus fuit. Quod mandatum pater dare non prohibetur, licèt ex ea aditione emolumentum percepturus ſit. 8 Imò ideò mandatum illud neceſſarium eſſe exiſtimatum fuit, ne filius adeundo hereditatẽ damnoſam patri præiudicaret. 9 Atque hinc apoſtillator ille ad conſilia Alexandri 10 & Decij 11 generaliter & ſine vlla diſtinctione opinioni huic affirmatiuæ ſubſcripſit, quia, inquit, cùm filiusfamilias habeat legitimam perſonam ad contrahendũ, liquet, quod non requiritur conſenſus patris, niſi propter eius intereſſe. Patria item poteſtas eſt ad commodum patris introducta, ſicq; in eius odium detorqueri non debet. 12 Quod & Stephanus Bertrandi 13 licèt hanc rationem non alleget, alibi conſuluit. Pro eadem quoq; opinione affirmatiua iudicatum fuit à parlamento Tholoſ. 7. Febr. An. 1586. ad relationẽ Dn. de la Beſſede in ſecũda claſſe inquiſitionum pro quodam, qui Pechagut vocabatur.

Additio.

5 In quorum numero ſunt Angel. *in l* 1. §. *fuit, quæſitum*, & ibi Alex. *ad Trebell.* Idem Alexand. *conſ.* 106. *lib.* 1. Paul. Caſtr. *in l. ſenium. C. qui teſta. fac poſſ. & in l. qui in poteſtate in fin. de teſt.* Oldrad. *conſ.* 26. 6 Quod probari poſſe videtur per *l.* 1. *C. de imp. lucr. deſcrib.* ibi *aquè ex diuerſo &c.* Guilh. Benedict. *in d. c. Raynut. ſuper verb. matr. inſuper Cleram. n* 46. 8 argu. eorum, quæ notant DD. *in l. final. §. neceſſitatem, C. de bon. qua liber.* 8 *l. ſi quis mihi bona, §. & iuſſu, de acquir. hered.* 9 *d. l. ſi quis mihi bona, §. fin.* 10 *conſ.* 106. *lib.* 1. 11 *conſ.* 279. 12 *l. tam in contractibus, de iudic.* 13. *conſ.* 32. *libr.* 2.

DECISIO IV.

Argvmentvm.

Ad teſtamentum etiã nuncupatiuũ ſcriptura adhiberi ſolet.

Svmmaria.

1 *In teſtamento nuncupatiuo interdum ſcriptura in prouinciis iuris ſcripti adiici ſolet, ſicque illud teſtamentum nuncupatiuum ſcriptũ appellari poteſt, de quo Accurſius quodam in loco loquitur.*

2 *In prouinciis conſuetudinariis Franciæ teſtamenta nuncupatiua ſine ſcriptura ſubſiſtere nequeunt.*

3 *Reſponſio ad cauillationes eorum, quibus nonnullos Gallos conſiliis & deciſionibus Doctorum iuris nimis deditos eſſe dicũt.*

Etsi olim varia teſtamentorum genera in vſu fuerunt: tamen in iure noſtro trium ſaltem veſtigia extant, nimirum nuncupatiui & antiqui, ſolemnis & ſcripti, atque militaris, quod quodammodo de primo ſiue nuncupatiuo participat, ſed nihilominus formam ſuam peculiarem habet. Nonnunquam tamen etiam teſtamentum
† nuncupatiuum in ſcripturam redigi ſolet, 1
atque tum appellari haud incommodè teſtamentum nuncupatiuum ſcriptum poteſt. De quo alibi Accurſius loquitur 1 & ſcripturam ideò adhiberi dicit, vt de veritate nuncupationis conſtet, ſeu vt fides rei geſtæ fiat. 2 Alias verò, & iuxta diſpoſitionem iuris veteris, nuncupatiuum propterea dicitur, quod teſtator in præſentia ſeptem teſtium ſpecialiter ad eiuſmodi actum rogatorum ſola nuncupatione & ſermone abſque vlla ſcriptura & literis declaret, quid de bonis ſuis, poſt mortem fieri velit. Quod faciens teſtamentum condere dicebatur ſine libra & tabulis, 3 atque in eiuſmodi teſtamentis faciendis omnem formalem obſeruationem ſe amputare dicit Iuſtinianus, vt poſtquàm ſeptem teſtes conuenerint, ſatis ſit voluntatem teſtatoris vel teſtatricis ſimul omnibus manifeſtam fieri ſignificantis, ad quos ſubſtantiam ſuam peruenire, vel quibus legata dare aut fideicommiſſa vel libertates diſponere velit, etiamſi non ante huiuſmodi diſpoſitionem prædixerit teſtator vel teſtatrix illa formalia verba; ideò eoſdẽ teſtes conueniſſe, quod ſine ſcriptis ſuã voluntatem vel teſtamentũ cõponere cenſuit.

4 Quæ

Additiones.

1 *In l.* 1. *ſuper verb. tabulas teſtamenti. quemadmod. teſt. apert.* 2 *l. cõtrahitur. de pignor. cum ſimilib. l.* 4. *de fid. inſtrum. Nou.* 136. *cap.* 6. 3 Cicero *de orat.*

4 Quæ conſtitutio Iuſtiniani etiamnum in vſu eſt, atque ſemper ſeptem teſtes ad eiuſmodi teſtamentum requiruntur, niſi conſuetudine vel ſtatuto minor teſtium numerus approbatus ſit. Vltra verò diſpoſitionem conſtitutionis illius, etiam ſcriptura, vt dictum eſt, adiici hodie ſolet. Quemadmodum enim in Sicilia tota, ait doctiſſimus Chopp. 5 In literas redigitur à notarijs nũcupatiuum, quod vocant, teſtamentum ſeptono etiam teſte vulgò ſubſignante 6 ſic Galliæ explodit vltimas morientium voluntates, nuncupationis formula editas abſque conſignatione literarum. 7 Atque ita iudicauit ſuprema curia Pariſ. 6. Iun. An. 1594. pro Geraldo Bruel tutore appellante à Bailliuo des Montaignes d'Auuergne aut eius vices gerente au ſiege d'Aurilhac contra Ioannem Saleſſe appellatum 8 Teſtatur item Chopp. *allegato loco*, quod hodie in Gallia nihil magis vſitatum atque frequens ſit, quàm vt teſtamenta iuxtà ſanctiones Aurelianenſes 9 atque Bleſenſes fiant, adeò vt illa à teſtatore atque teſtibus ſignari oporteat, aut ſaltem cauſam adiici, cur illi ad ſignandum interpellati non ſignauerint. Inde (inquit conſequenter Choppinus) teſtamenta omnia conſcribi decreuit ſenatus teſtatoríſque ac teſtium annulo obſignari exploſis, quæ nuncupatione teſtantis, vel teſtibus multis audientibus condita proponerentur de more complurium regionum. Quod quidem eo vſque porrectum fuit in
2 prouinciis Galliæ † quæ conſuetudinariæ vocantur, vt nullus amplius teſtamentorum nuncupatiuorum vſus ibidem eſſe dicatur, niſi in ſcripturam redacta, publici notarij manu approbata, atque præterea à teſtatoribus ſignata fuerint. Annæus Robertus inſignis ille aduocatus 10 pòſt eruditiſſimum fundamentorum ex vtraque parte examen tandem arreſtum affert, quo parlamentum Pariſ. 7. Ian. An. 1593. pronunciauit, quòd maritus ad probationẽ haud admitti deberet, qui aſſeruerat, quod peſtis tempore ab vxore palàm multis præſentibus heres nũcupatus fuiſſet, atq; ea voluntas, propterea quod accerſitus notarius magno contagionis metu accedere recuſarit, in ſcripturam redigi haud potuiſſet. Charondas quoque eius rei mentionem facit. 11 atq; ſimul eos reprehendit, qui nimium † commentarijs conſi-
3 liis & decifionibus D D. & interpretum iuris Romani adhærent. Qui tamen facilè reſpondere poſſent, quòd inter nimium & parum mediocritas frequenter perdi ſolet. Et quamuis ad aram iuſtitiæ proximè accedere videantur ij, qui legibus ſimpliciter obediunt, atque contra eas acutè non diſputant, vel etiam iiſdem ſe opponunt, cùm illæ vera & pura Dei dona ſint: tamen etiam conſiderari oportet, quidnam leges diſponant, in quibus terminis loquantur, atque ob quemnam finem promulgatæ ſint, miniméque credendum eſt, principem, qui iura tuetur, nedum verbo ſed etiam ſimplici atque implicita diſpoſitione totam obſeruationem teſtamentorum multis vigiliis excogitatam atque inuentam velle euerti. 12 Teſtamenta ſignari oportet, aut ſaltem cauſam adſcribi, cur ſignari non potuerint. Conſtitutione item à Rege Carolo Nono Molinæis lata Anno M.D.LXVI. ſancitum eſt, vt in negotiis, quæ centum librarum Turonenſium valorem excedunt, veritas ſolemni tantùm ſcriptura, non autem per teſtes probari debeat: Ergo poſcentibus nobis teſtamenti tabulas, iiſdémque, vt Senecæ, denegatis, dum conuerſi ad amicos vltima noſtra mandata & ſolatia referimus, 13 dum nobis licere vel tribus teſtibus præſentibus putamus extremam voluntatem ſine ſcripto pronunciare, 14 verba *contraxerunt*, *geſſerunt* ad teſtandi ius pertinere dicemus, annulis noſtris pluſquam animis credetur? Si teſtator aut ob vehementiam morbi, quo correptus eſt, aut ob aliorum accidentium impedimentum ſignare teſtamentum non potuit, an non ob vrgentem eiuſmodi cauſam ceſſabunt iſtæ ordinationes, atque licitum erit teſtatori ore atque diſertis verbis nuncupare heredem, cùm illud in ſcriptis facere nequeat, atque à medicis, notariis, cæteriſque ferè omnibus deſeratur? Ignauo certè quæſtu mors eius deplorabitur, niſi heredes meminerint, eorum, quæ voluerit, atque exequi ſtudeant, quæ mandauerit. 15 Sanè duæ prædictarum conſtitutionum rationes afferri ab earundem commentatoribus ſolent; vna quod quemlibet diligenter prouidere oportet, vt eiuſmodi diſpoſitionem condat, quæ firmiter ſubſiſtere

Additiones.

4 *l. in teſtamentis, C. de teſtam.* 5 *de mor. Pariſ. libr. 1. tit. 4. n.* 4. 6 Matth. de Afflict. *deciſ.* 166. 7 Carol. Molin. *ad conſuetud. Niuern. cap.* 33. *art.* 13. 8 Choppin. *de legib. And. de com. conſu. derog. n.* 6. 9 *artic.* 83. 10 *lib.* 2. *rer. iud. cap.* 10. 11 *lib.* 9. *c.* 35. 12 *arg. l. ſi quando, Cod. de inoffi. teſtam.* 13 Tacitus *lib.* 15. *annal.* 14 ex *Nouell. Leonis* 40 15. Verba Germanici apud Tacitum *lib.* 2. *annal.*

ſubſiſtere queat & extra omne periculū ſit. Quod ſi non obſeruat, dum ipſemet ſibi iniuriam facit, indéque emergens damnum ſibi imputare tenetur: altera & quidem magis principalis; quòd ea ratione occurri poſſit facilitati & corruptioni teſtium. Haud enim aliam ob cauſam Romani atque ad eorum imitationem aliæ nationes in teſtamentis tot ſolemnitates requiſiuerunt, quā vt fraudes atque falſitates vitarentur. Quod verò contractus & actus inter viuos attinet, ij tam exactam obſeruationem haud deſiderant. Atque ſic cōmentatores iſti concludant, quod ex hiſce facilè colligi queat, magis intereſſe vt teſtamenta in ſcriptis fiant, quàm contractus & actus inter viuos, atque cum declamatore iſto inquiunt: leges iſtæ publicæ ſunt, quæ ad omnia teſtamenta pertinent, actus hic priuatus eſt, qui ſingulares tantùm perſonas concernit, potentius eſt quod in albo lego, quàm quod in teſtamento. 16 Quæ quidem omnia in terminis ſuis atque cum mica ſalis accepta à vero haud abhorrent. Verùm ſuprà iam reſponſum fuit, quòd conſtitutiones illæ, quæ teſtamenta a teſtatoribus ſignari volunt, caſum neceſſitatis non comprehendant.

Quod verò conſtitutionem Molineis latam attinet; ea de teſtamentis non loquitur, atque hæc illa contineri nequeunt, adeò vt quod in albo non proponitur in albo legi nō poſſit. Prima item ratio ſuprà allata neceſſitatem vincere nequit. Quis enim credat eius conditionis eſſe iura vlla, vt aliquid non liceat, & neceſſe ſit, vt idem declamator alibi dicere ſolebat. 17 Ad ſecundam verò rationem, quę maiorem applauſum mereri videtur in deciſione ſequenti reſpondebitur. Illud iam notandū eſt, quod parlamentum Tholoſanam prædictam conſtitutionem vltra terminos ſuos, atque ad teſtamenta, quæ illa non comprehenduntur, nunquam extendere voluit, ſed quod ſemper ei placuit ſcrutari etiam defuncti volūtatem, qua nihil potentius apud nos, nihil noſtro animò ſacratius eſſe debet. 18 Quare ſi quæſtio ſit de diſpoſitione teſtamentaria nuncupatiua, pręſertim inter liberos aut deſcendentes, teſtatoris fortè in pago vel peſtis, aut alio periculoſo tempore facta, adeò vt fieri non potuerit, vel ſaltem difficile admodum fuerit, (quæ difficultas impoſſibilitati æquipararetur) quo idonearum perſonarum copia haberetur, tum parlamentum iſtud petenti minimè denegare ſolet, quo defuncti voluntatem nuncupatam, teſtibus probet, vt poſteà ad eius publicationem; quemadmodum iuris eſt, procedatur. Si item iudices ſubalterni & inferiores ita pronunciarint, tum eorum ſententias confirmare haud veretur, quemadmodum ſæpius ab ea factum fuiſſe meminimus. Illud quoque interdum fieri conſueuit, vt in defectu publicorum notariorum priuata ſcriptura interueniat, atque quidam ex teſtibus voluntatem teſtatoris conſcribat. Quæ ſcriptura priuata olim notario regio afferebatur, atque ab eo in inſtrumentum publicum redigebatur. Hodie verò eidem etiam citra ſolemnitatem hanc, dummodo cum dictis teſtium concordet creditur.

ADDITIONES.

16 Quintilianus *declam.* 174. 17 *declamat.* 249. 18 Idem Quintilian. *declamat.* 311.

DECISIO V.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum iuxta conſuetudinem Tholoſanam iuri Canonico conformem coram duobus aut tribus teſtibus fieri poteſt.

SVMMARIA.

1 *Iuxta mores Tholoſanos etiam duobus aut tribus teſtibus ſaltem adhibitis validè quis teſtamentum facere poteſt.*
2 *Suprema curia Parienſis tempore nouiſſimo confirmauit teſtamentum ciuis Auennionenſis iuxta ſolemnitates iuris Canonici ſaltem conditum.*
3 *In ſuprema curia Tholoſana etiam publicantur teſtamenta quæ à curionibus & aliis, quorum ſcriptura non eſt publica, excepta fuerunt.*

QVAMVIS Itali nunquam approbare voluerint, quod curiones vicarij vel presbyteri teſtamenta ſcribere aut in iiſdē teſtes adhiberi poſſint, etiamſi eadem ad pias cauſas fiant 1 cùm fauor atque priuilegia pię cauſæ conceſſa inhabilitatem ſcribentis aut ſupplere nequeant: attamen antiqui Galli exiſtimarunt teſtamenta ab eiuſmodi

ADDITIO.

1 Ita notat Baldus *in l. fraudem, §. ſi quis, de teſtam. milit.* Decius *conſ.* 120. & 612.

eiuſmodi perſonis conſcripta perinde valere & ſuum robur obtinere, atque ſi a notariis publicis conſcripta fuiſſent. Vnde iuxta
1 conſuetudinem † vrbis Tholoſanæ, quæ alias ius ſcriptum Romanorum vſurpat, vltimum teſtamentum valet adhibitis duobus tribúſve teſtibus præſente capellano vel ſubcapellano, &c. tanquam ſi in numero teſtiũ eſſet iuris ſolemnitas obſeruata. Quæ quidẽ conſuetudo ex iure Canonico deſumpta eſt, iuxta cuius ſanctionem Galli teſtamenta ſua conformare conſueuerunt, 2 vt rectè dixerit Boërius Franciæ more ſeruari in teſtamentis iuris ſolemnitatem & duos teſtes ſufficere. 3 Sic idem Choppinus arreſtum parla-
2 menti † Pariſienſis affert, quo teſtamentum ſolemnitates ſaltem iuris Canonici habens approbatum fuit. 4 Quod arreſtum tamen ſingulare admodum eſt, cũ teſtamentũ illud à ciue Auenionenſi, atque in terra Papali conditum fuerit, vbi ſufficit obſeruari ſolemnitates iuris Canonici. Alias enim apud Gallos modernos teſtamenta ita fieri conſueuerunt, vt ſemper publicus notarius adhibeatur, adeò vt idem Tholoſæ, vbi prædicta conſuetudo viget, obſeruetur. Quare gloſſator *Ad conſuetudines Tholoſanas art. de teſtam.* ciues Tholoſanos cautos vocat, quod conſueuerint adhibere notarium in tali teſtamento, alioquin adhibitis duobus aut tribus teſtibus ex conſuetudine valido. Quod ita, quoad numerum teſtium adhuc hodie in vſu habetur, nec quicquam ratione ſolemnitatis iſtius mutatum fuit. Illud quoque fieri ſolet, ſi teſtamenta † Tholoſæ vel in locis, vbi ſupradicta conſuetudo viget, condita propter vrgentes & legitimas cauſas à notariis publicis conſcribi & expediri non potuerint, ſed ea curia vicarius aut alia perſona non publica conſcripſerit, vt eadem auctoritate iudicis competentis publicentur, atque ſuper eorum contentis tam ille, qui ſcripſit, quàm cæteri teſtes probè examinentur, citatis ad hoc heredibus ab inteſtato, ſeu legitimis, vt & ij audiantur, ſi quid prætendere velint. Idémque ſeruatur etiam quoad cætera iuriſdictionem Tholoſanam agnoſcentia loca, in quibus conſuetudo illa locum non habet, ſed iuxta diſpoſitionem iuris ſeptenum numerum teſtium adhiberi oportet. Nam & tum parlamentum Tholoſanum in omnibus caſibus, tam communibus & ordinariis, quàm fauorabilibus, & priuilegiatis, ſi notarius publicus adhibitus nõ fuerit ad publicationem atque examen eiuſmodi procedere conſueuit. Nunquam etiam parlamentum iſtud, conſtitutionem Molinæis latam, cuius in præcedenti concluſione mentio facta fuit, ad teſtamenta, vt in Gallia conſuetudinaria fieri ſolet, extendere voluit. Termini enim conſtitutionis extenſionem eiuſmodi haud pati videntur, præſertim in iis in locis, vbi ius ſcriptũ commune habetur.

In Francia conſuetudinaria facilius extenſio iſta permitti poteſt, cùm in ea teſtamenta pro codicillis habeantur, heredíſque inſtitutio aut perrara ſit, aut obliquè in legatum deriuetur aut fideicommiſſum. 5 Sicque in arctum concludatur teſtantis poteſtas, quam laxius diffuſam liberioremque Romani ſanxerunt, vſque adeò, vt quod iſti dicebant cauſç inteſtati locum fore, ſi cauſa teſtati ceſſaſſet, legum municipalium Franciæ in vſum verterit contrarium: Nec enim prius Gallis conſuetudinariis rata firmáque eſt teſtatoris voluntas, quàm ſi patria lex ſcripta ei non repugnarit. 6 Mirum vero videri non debet, ſi parlamenta prouinciarum Gallicarum, quç ius ſcriptum Romanorum vſurpant, (inter quæ principem locum Tholoſanum obtinet) exactè idẽ ius protegere & ſeruare ſtudeant, præſertim iis in caſibus, qui teſtamenta & vltimas voluntates concernunt, quæ cuſtodiri & executioni mandari debent, quatenus & quoties fieri poteſt. Idque, vt declamator inquit, non mediocri ratione. Neque enim aliud videtur ſolatium mortis, quàm voluntas vltra mortem. 7 Planè ſufficientem cauſç cognitionem ſemper interuenire oportet, vt verè & legitimè appareat de eo, quod à teſtatore ordinatum & diſpoſitum fuiſſe dicitur.

Quare obiici nequit conſtitutionem illam Molineis latam ad teſtamentarias etiam cauſas porrigendam eſſe, propter periculum corruptionis & facilitatis teſtium, præſertim perſonarum vilium & abiectarum, quæ vt lucelli cupiditate vitæ non parcunt, ſed periculoſiſſimo illo peſtis tempore ob nummulos quoſdam ægrotis ſeruitia præſtant: ita poſt eorundem obitum facilè corrumpi

Additiones.

2 *Conſuet. Tholoſana art. de teſtam.* atque fundatur eiuſmodi conſuetudo *in c. relatum, & c. cùm eſſet, de teſtam.* Boërius *deciſ. 93.* 3 *ad conſuetud. de Berry in §. 1. de teſtament.* Oldradus *conſ. 248.* 4 *lib. 2. de mor. Pariſ. tit. 4. num. 4. in fin.* 5 Petrus de bella Pertica *in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* 6 Choppinus *libro 1. de LL. And. de comm. patr. mor. & conſuetud. num. 2. in fi. cum ſeq.* 7 Quintilianus *declamat. 908.*

poterunt, vt teſtatorem in fauorem eorum diſpoſuiſſe aſſerant, à quibus aliquid pecuniæ acceperunt atque ſimiles fiant iis, quorum alibi D. Iuſtinianus meminit. 8 Rectè enim reſponderi poteſt, quòd iudex cauſam cogniturus de his omnibus prudenter diſpicere queat; cùm hæredes legitimis, quoties teſtamentis ſe opponunt, haud quicquã prætermittere ſoleant, quo illorum publicatio aut examẽ productorum teſtium impediri poſſit: adeò vt producentes vel iis, qui publicationem fieri deſiderant, haud audiantur, ſi dicant teſtes ſaltem numerarios eſſe, atque ideò fide dignos, vt nihil cõtra eos opponi poſſit, niſi in iis, quæ extra. Etſi enim alias iuxta antiquam illam formulam ratione teſtium numerariorum, qui in teſtamento alióve actu publico ădhibẽtur, à curia Tholoſana pronunciari ſolet: tamen quando res in iis terminis verſatur, vt ſciri debeat vtrũ teſtamentũ conditũ fuerit necne; atque eiuſdẽ probatio & verificatio teſtium depoſitionibus nititur, tum eadem curia contrarium pronunciare, atque vt omni ſubornationi corruptioni aliiſve ſimilibus technis occurratur, omnis generis legitimorum heredum oppoſitiones contra perſonas teſtium admittere ſolet. Quamuis enim ea ratione præripi quodammodo videtur his, quorum intererit, alia probandi teſtamenti facultas: ſatius tamen erit non deficiente iure probationem deficere, quam eodem deficiente ſicque ſuper non ente eandem adſtruere, iuuare aut aliquando ſupplere 9.

Additiones.

8 *Nou.74.* 9 Etſi enim Ferronus *ad conſuetud. Burdegalenſes tit de feud. §.16. in fin.* contrarium defendit, atque aſſerit huiuſmodi teſtes planè refelli non poſſe: tamen idem ibidem ſubiicit contra iudicatum fuiſſe. Qualia præiudicia, quoad caſum hunc, arreſtis parlamenti Tholoſani conformia ſunt.

DECISIO VI.

Argumentum.

Teſtãmentum ad interrogationem alterius factum plerumque ſuſpicione laborat.

SVMMARIA.

1 *Teſtamentum à balbutiente aut in agone mortis conſtituto teſtatore factum quomodo impugnari & defendi poſſit?*

2 *Perfectam firmam & ſolidam à teſtatoribus vocem requirentes fauorabilem teſtandi facultatem admodum reſtringere, imò planè euertere videntur.*

3 *Conſuetudo Romanorum fuit, vt ij iam in aciem prodituri, atque arma humeris accommodaturi, demum teſtarentur.*

4 *Inſtitutio heredis certis & indubitatis ſignis facta in fauorem piæ cauſæ ſuſtinetur.*

5 *Indicia ſigna & nutus conſenſum teſtatoris ſatis arguunt, præſertim ſi ab eo vlterius particula quædam affirmatiua prolata fuerint.*

6 *Dubia diſpoſitionum humanarum fortuna eſt.*

7 *Fideicommiſſa, etiam vniuerſalia, ſolo nutu relinqui poſſunt.*

8 *Teſtamento poſteriori omnia priora tolluntur, dummodo poſterius iure validum ſit.*

9 *Aſſertio notarij, quod teſtator ſanæ mentis & integri intellectus fuerit, non admodum conſideranda eſt.*

10 *In teſtamentis antea omnia neceſſe eſt, vt de eorum, qui teſtati fuerũt, libera & perfecta voluntate appareat.*

11 *Voluntas teſtatoris ſyncera atque omni impetu & importunitate eorum, qui heredes fieri deſiderãt libera eſſe debet.*

12 *Ad cuius rei confirmationem conſtitutiones & leges Solonis adducuntur.*

13 *Nouerca qualenam affectionem erga priuignos habere ſoleant?*

14 *Quomodo accipienda ſit conſtitutio imperialis, quæ permittit, vt quis comitate aut blando ſermone alterius iudicium in ſe prouocet?*

15 *Conſtitutio Iuſtiniani formam teſtamentis præſcribens ad iuſtum ſuum punctum refertur.*

16 *Teſtatores in agone mortis conſtituti facilè circumueniri & decipi poſſunt.*

17 *Etſi teſtator alterius miniſterio vti poteſt: tamen voluntatem & mandatum illius adeſſe & præcedere oportet.*

18 *Teſtamentum ad interrogationem alterius factum non valet. ſi prius à teſtatore aliud citra interrogationem factum fuerit.*

19 *Cauſa pia non tam fauorabilis quemadmodum liberorum cauſa eſt.*

20 *Tria principia ad quemlibet actum humanum validum requiruntur.*

21 *Arreſtũ ſolẽne in hypotheſi planè expoſita à ſuprema curia Tholoſana prolatum.*

Hortu-

1 HOrtulanus quidam † Thol. Noguies dictus admodum diues, cùm ſecundam vxorem Trulhiere duxiſſet, atque ex prima filium Ioannem ſuperſtitem haberet, 10. Iulij, An. 1572. teſtamentum condidit, in quo heredes inſtituit prædictum filium Ioann. atque poſthumum, qui in vtero Trulhiere adhuc erat, ſi maſculus eſſet; ſin v. fœmina, cùm certum ei legatum titulo inſtitutionis reliquit. Amplum item prælegatum filio Ioanni præſtari voluit, in compenſationem gratiſſimorũ officiorum, quæ ab eo acceperat. Cùm verò poſthumus in lucem editus fuiſſet, atque alij liberi 2. matrimonij viuo adhuc patre deceſſiſſent, ſaltémque vnus ex Trulhiere filius, cui nomen Dominico erat, ſuperſtes eſſet, euenit vt poſt obitum hortulani iſtius, qui Ann. 1585. mortuus fuerat, aliud teſtamentum ab eo 22. Iun. eiuſdem anni conditum produceretur, in quo heres vniuerſalis Dominicus iſte inſtitutus, atque Ioanni nonnulla bona exigui admodum valoris ea lege legata fuerant, vt iis ſine vlla contradictione contentus eſſet, atque eadem ſi ſine liberis decederet. Dominico vel eius heredibus reſtitui deberent.

Quod teſtamentum occaſionem liti dedit, quæ paulò pòſt mortem teſtatoris inter eiuſdem filios Ioannem, atque Dominicum huiúſque matrem Trulhiere coram Seneſcallo Tholoſano mota fuit. Ioannes enim actor petebat, vt in poſſeſſionem omnium bonorum mitteretur, quę ſibi à patre in primo teſtamento relicta fuerant, atque alterum teſtamentum nullum eſſe declararetur, contra verò Dominicus, atque eiuſdem mater tanquam legitima bonorum filij adminiſtratrix ſeſe opponebat, vtque inquieta bonorum defuncti poſſeſſione relinquerentur, poſtulabant. Actor Ioannes factum ita proponebat, quod à Trulhiere nouerca ſua pater in agone mortis iam conſtitutus, cùm amplius fari non poſſet, minis atque technis adductus fuerit, vt teſtamentum illud poſtremum conderet. Nouerca quippe notarium iam corruptũ atque pecunia redemptum in cubiculum, vbi maritus morti vicinus decumbebat: introduxerat, qui plenè antea inſtructus atque ſchedulam à Trulhiere memoriæ ergo conſcriptam habens ægrotum interrogauerat, nullúmque ab eo articulatum rectéque formatum reſponſum accipere potuerat, ſed ſaltem quoſdam balbutientis linguæ ſonos extorſerat. Animam ſiquidem ille iam agebat, nec dimidiam horam ſuperuiuebat.

Verum rea Trulhiere factum hoc pernegans rem ita ſe habere aſſerebat, maritum tum temporis, cùm teſtamentum conderet, ſanum adhuc ſenſibus, memoria & mente fuiſſe, perfectè item & articulatè ad omnia, quæ interrogatus fuerat, reſpondiſſe, & pridie eius diei publicum notarium accerſi curaſſe, cui extremam voluntatem ſuam plenè declararit, eundémque rogauerit, vt illam in ſcripturam redactam poſtero die afferret, quo eadem conſummaretur atque legitimè confirmaretur, id quoque à notario factum & teſtatori voluntatem illam ex ſcripto prælectam fuiſſe, qui etiam poſt confirmationem duas aut tres horas adhuc ſuperuixerit.

Cùm verò vtraque pars ſuper propoſita facti contraria narratione audita, atque ad probationem admiſſa fuiſſet, tandem poſt publicatas atteſtationes apparuit, quod tres teſtes numerarij in vltimo iſto teſtamento adhibiti depoſuerant, eo tempore, quo illud condebatur, teſtatorem in agone iam conſtitutum fuiſſe, atque loquendi facultatem ita perdidiſſe, vt notarius, qui tenorem teſtamenti, quod attulerat atque prælegebat, ei plenè ſignificare atque eiuſdem voluntatem vberius expiſcari volebat, id haud perficere, ſed vix vocabulum *ita* ab eo extorquere potuerit, nihilominus tamen eundem bis aut ter, quantumuis humili admodum & balbutienti voce, ad interrogationes notarij *ita* reſpondiſſe, & deinde poſt dimidium horæ vitã poſuiſſe. Econtra verò à parte Trulhiere notarius, qui teſtamentum conſcripſerat, depoſuit, quod XXI. Iunij, Anno M.D. LXXXV. circiter horam 10. veſpertinam teſtatoris nomine accerſitus atque rogatus fuerit, vt veniret, atque eiuſdem teſtamentum exciperet, quod cùm feciſſet, atque intra decimam & vndecimam horam in ædes teſtatoris perueniſſet, ſe eum in lecto decumbentem atque valdè ægrotum, ſed intellectu adhuc ſanum deprehendiſſe; cuius extremam voluntatem tum exceperint ab eodémque rogatus fuerit, vt eam in ſcripta redactam poſtero die afferret, quo in præſentia teſtium perficeretur.

Quod cùm poſtridie factum atque voluntas in ſcripta redacta teſtatori præſentibus ſeptem teſtibus prælecta fuiſſet, eundem ſemper ad factas interrogationes, an hæc eius voluntas eſſet, articulatè atque à ſano intellectu profecta voce, affirmatiuè vel *ita* reſpondiſſe.

Idem quoque cæteri quatuor à Trulhiere producti & in teſtamento adhibiti teſtes

quoad actum teſtandi confirmarant, ſed de iis quæ pridie notario à teſtatore ſignificata fuiſſent, nihil ſibi conſtare dixerant. In eo tamen horum depoſitio cum notarij aſſertione etiam conuenerat, quod teſtator poſt cōditum teſtamentum horam ſaltem vnam ſuperuixiſſet. Quibus vtrinque ita propoſitis atque deductis Seneſcallus Tholoſanus pro actore Ioanne pronunciauit, atque eundem vi primi teſtamenti heredem vniuerſalem defuncti patris declarauit. A qua ſententia Trulhiere ad parlamentum Tholoſanum appellauit, atque grauaminum loco deduxit, quod intentio ſua ſatis fundata eſſet in extrema defuncti mariti voluntate, qui licet in tumulo quieſceret tacitus, tamen de tabulis loqueretur viuus, 1 cùm eius voluntas ſatis euidens & clara, publicæ manus auctoritate firmata, atque teſtium plurium, quam Tholoſæ neceſſarij erant, præſentia roborata eſſet. De qua propterea etiam minus dubitari aut diſputari debeat, quod viuum teſtimonium publici & iurati notarij, à quo teſtamentum conſcriptum & exceptum fuerat, acceſſerit. Notarius enim tam de tenore, quàm de ſolemnibus teſtamenti deponens, plenam & integram fidem meretur, licet teſtes numerarij iam deceſſerint, iuxta doctrinam gloſſæ 2 communiter approbatæ atque conformis conſtitutioni D. Anthonini, quam Cuiacius nouiter in Codicem retulit. 3 Hiſce præterea adiiciebat, quod obiectio Ioannis vltimum teſtamentum à patre in agone mortis atque extremis vitæ terminis conſtituto factum fuiſſe dicentis, parum negotij faceſſeret, tum quod vnica legis intentio ſit, vt quæ diſpoſita ſunt à morientibus impleantur, 4 tum quod teſtamenta plerumque fiant ab iis, quos mortis iter ingredi oportet; vnde etiam voluntates, deſideria, arbitria, vota atque affectiones morientium indigitantur, 5 tum quod D. Conſtantinus non minus teſtamentarias, quàm iudiciarias ſolemnes formulas abrogarit, 6 atque conſtituerit, quod quibuſlibet confecta ſententiis, vel in quolibet loquendi genere formata inſtitutio valeat, ſi modo per eam liquebit voluntatis intentio, & quod minimè neceſſaria eſſe debeant momenta verborum, quæ fortè ſemineccis & balbutientis lingua profudit. 7 Vnde etiam DD. atque interpretes iuris ciuilis communiter tradunt laborantem in extremis, groſſámque, vt ipſi loquuntur, linguam habentem teſtamentum facere poſſe. 8 Pro cuius doctrinæ confirmatione textus ſatis multos iuris tam ciuilis, quàm Canonici ij adducere ſolent. 9 Et
2 certè ſi planè perfecta † firma atque ſolida vox à teſtatoribus requireretur, tum admodum reſtringi, imò euerti ferè oporteret fauorabilem illam teſtandi facultatem, quę alias morituris ante efflatam animam ſigno alienatæ mentis non oſtenſo haud deneganda eſt.

Nam ita communiter & plerumque fieri ſolet, quòd labentibus malis labaſcat & lingua, in vocéque moribundi ferè ſemper deficiant; haud aliter atque Auguſto, cùm Liuiæ ſuæ valediceret, eueniſſe legimus. Tantum quoque abeſt, vt mortem vicinam omnes ſenſus omnémque intellectum, qui ad teſtamenta requiritur, auferre dicatur, vt mors illa ipſa ſit, quæ de animis proferat verum, nimirum teſtamenta, quibus omnem affectum fatemur. 10 Quo reſpexiſſe videtur Gregorius Nazianzenus dum inquit; quod in extremis vitæ ſuſpiriis quilibet optimus & perfectus ſuiipſius, eorúmque, quæ ſe concernunt, iudex ſit. Atque eo etiam referri poſſunt illa, quæ Seneca 11 de teſtamentis ſub finem vitæ fieri ſolitis diſſerit.

Vnde conſuetudo illa † Romanorum ob- 3
orta fuit, iuxta quam ij in bellum ituri atque iamiam arma humeris accommodaturi teſtamenta ſua condere ſolebant. Cuius conſuetudinis Plutarchus mentionem faciens his verbis vtitur: *facientibúſque omnibus in procinctu teſtamentum, veluti ad certā mortem eundum foret.* 12 Quæ ſanè cogitatio mortis integritatem iudicij atque facultatem de rebus ſuis diſponendi minimè iis ademit. Ad conſtitutionem item D. Iuſtiniani, quæ etiam in maxima morbi acerbitate nuncupationem heredis propria, viua, diſtincta & articulata voce ipſius teſtatoris fieri vult, 13 rectè reſponderi poteſt, quod ea correcta ſit, per authenticam ſequentem hiſce verbis, & non obſeruata eo, ſubuenitur teſtamento, ſiue per ſe, ſiue per alium ſcribat no-

Additiones.

1 Optat. Mileu. 2 *in l. 2. in pr. quemad. teſt. aper.* 3 *in prin. tit. C. de teſtib.* Cuia. *lib. 13. obſ. c. 38.* 4 *§. exhereditatis, Nou. 18.* 5 *l. quoniam, in pr. C. de natur. lib.* 6 teſte Euſebio *in vita Conſtantini, lib. 4. c. 25.* 7 *in l. quoniam indignum, C. de teſtam. & in l. in legatis, C. de legat.* 8 Angelus, Iaſon, & alij *in d. l. quoniam indignum.* 9 veluti *l. Pamphilo, §. propoſitum, de legat 3. l. ſi pater, §. fi. de fundo inſtr. libe. l. Seia, §. fi. de donat. cauſ. mort. c. Raynutius, c. nos q. ſidem, c. indicante, de teſt. c. fin. de ſucc. ab inteſt.* 10 Quintil. *declam. 331.* 11 *lib. 4. de benef. c. 11.* 12 Plutarch. *in Coriolan.* 13 *in l. iubemus, C. de teſtam.*

bat nomen heredis. 14 Vnde etiam ibidem Accurſius, quem DD. communiter ſequuntur, docuit, quod ſufficiat notarium aut alium in præſentia teſtatoris legere vel exprimere nomina heredum inſtitutorum, atque inſtitutionem à teſtatore approbari, cùm perinde tunc ſit, ac ſi teſtator viua voce & proprio ore heredem nuncupaſſet.

Quod expreſsè Bartolus obſeruauit atque teſtatus fuit, 15 & poſt eum Angelus & Aretinus. 16 Idem etiam Iuſtinianus in conſtitutione ſua hiſce verbis expreſſiſſe videtur; *vt vbi tenor eorum cunctis innotuerit, id elogium ipſe ſuum profiteatur agnoſcere & ex animi ſui, quæ lecta ſunt diſpoſuiſſe ſententia.* Nam quemadmodum in teſtamentis ſolemnibus & ſcriptis licitum eſt, vt heredis nomen alterius manu ſcribatur, 17 ita conceſſum quoque erit, vt in teſtamentis nuncupatiuis heredis nomen ab alio nuncupetur; cùm duo iſta genera teſtamentorum inuicem conferri & æquiparari ſoleant, adeò vt quod ratione teſtamenti ſcripti correctum eſt, etiam ad teſtamentum nuncupatiuum rectè extendatur, prȩſertim in teſtamẽto inter liberos, in quo cùm ſpectetur ſolummodo ius gentium, ſatis videtur conſentire, qui vel tantummodo annuit. 18 Imo licet conſtitu-
4 tio † illa correcta non fuiſſet, ſed nomen heredis adhuc hodie exprimi ab ipſo teſtatore deberet: tamen ſatis ſupérque expreſſum videretur, quod ſignis ipſis exprimitur & ſignificatur.

Cúmque definitum ſit, quòd heredis inſtitutio nutu facta fauore piæ cauſȩ valeat, 19 cur non & idem dicetur in teſtamento inter liberos? cùm fauorabilior ſit cauſa filiorum in ſucceſſione aui vel patris, quàm piæ cauſæ, 20 & tantam vim habeat teſtamentum validum iure ſpeciali ad tollendum primum teſtamentum, quantam habet validum de iure communi ex conſtitutione Pertinacis Imperatoris, 21 de quo alibi Vlpianus loquitur. 22

Cùm ergo cauſa pia & cauſa filiorũ ęquiparentur, 23 vtraque autem ſolo iure gentium & naturali contenta ſit, 24 conſequens erit dicere teſtamentum patris quoad ipſos filios, relatum ad terminos iuriſgentium non ſubiici ſolemnitati iuris ciuilis, de qua in ſuperiori Iuſtiniani conſtitutione actum fuit. Nam euidens eſt in eiuſmodi teſtamento ſolemnem teſtium numerum non requiri, qui magis neceſſarius eſſe videtur. Multo minùs ergo requireretur, vt nuncupatio heredis ab ipſomet teſtatore fiat, eo, quod in pauciori numero teſtium maior falſitas committi poſſit. Nihilominus eiuſmodi ſolemnitas, cæteræque omnes, quȩ iuris ciuilis ſunt, in teſtamento inter liberos haud attenduntur, ſed inſpicitur ſolum ius gentium, adeò vt ſufficiant quæcunque verba vel indicia, 25 inter quæ ſigna & nutus includi poſſunt, præſertim ſi
vlterius particula † quædam affirmatiua *ſic ita*, vel alia ſimilis exprimatur, cùm eo modo talis nutus veram heredis inſtitutionem ſignificet atque importet. Affirmatiuæ enim huiuſmodi reſponſiones neceſſariò videntur continere qualitates præcedentium interrogationum, 26 tanquam per ſigna compoſita, quaſi quibuſdam literis non ſcribendo fit, quod ſcriptura declarauit, vt rex Theodoſius alibi apud Caſſiodorum inquit, 27 præſertim ſi teſtamentum in fauorem heredum ab inteſtato factum ſit. Quibus accedit, quod à tempore illo, quo teſtator primum teſtamentum condidit, decem anni lapſi fuere, vt tanto temporis interuallo facilè vel nuda voluntate teſtamentum reuocari potuerit, 28 tanquam reuera nefas ſit, vt antiquæ deliberationis ordinatio voluntas poſtrema dicatur. 29 Et quamuis in prædicto illo primo teſtamento actori ampliſſimum legatum relictum fuerit, cùm elogio & honore verborum, ſicut & alibi legitur, 30 vt ita pater videatur priori teſtamento talem liberalitatem ampliſſimo cumulaſſe teſtimonio, 31 & filio primogenito vtrumque honorem feciſſe: attamẽ omne illud lapſu tãti tẽporis expira-

ADDITIONES.

14 *auth. & non obſeruato, C. eod.* 15 *in l. heredes palam, in princ. de teſtam.* 16 *in pr. Inſtit. de teſtam.* 17 *d. auth. & non obſeruato.* 18 arg gl. *in l. item quia, de pact. l. 1. §. ſi quis interroganti, de V.O.* 19 gl. *in c. cum tibi. de teſtam.* quam refert & ſequitur Mantica *de coniectur. vlt. vol. libr. 4. tit. 4. n. 8.* 20 *c. quicunque, 17. q. 4.* 21 Iul. Capitolin. *in Pertinac.* 22 *in l. 2. de iniuſt. rupt. irrit.* 23 Bart. *in l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* 24 *l. 1. de teſtam. milit.* iunct. *l. final. C. fam. erciſc.* 25 *d. l. final. C. fam. erciſc.* Angelus *in auth. ex imperfecto, C. de inoff. teſtam. l. hac conſultiſſima. C. de teſtam.* 26 *§. præterea. Inſt. de inut. ſtipul. l. ſi defenſor, §. qui interrogatus, de interrog. act.* 27 *epiſt. vl. li. 4.* 28 *ar. l. ſancimus, C. de teſtam.* 29 *l. ne quis, de teſtam. in Cod. Theodoſ.* 30 *l. Thais, §. 5. de fideic. libert. l. heredibus, ad Trebellian. l. pediculis, §. idem cùm. de aur. & arg. legat.* 31 Symmach. *pat. libr. 5. epiſt. 3.*

expirauit, cùm præſertim filius iſte interim
rem cum ancilla habens, tale quippiam
commiſiſſet, quod patrem non leuiter of-
fendere, atque ad prioris voluntatis muta-
tionem commouere potuerat. Sola quoque
iſta contraria voluntas, veluti lex in rebus
priuatis & particularibus, etſi dura ſit, ſer-
uanda eſt, 32 maximè reſpectu patris, cui,
quamuis ingrato, ſicut legi auſteræ, mos ta-
men gerendus, vt Socrates apud Stobæum
6 dicebat. Atque alias etiam omne id † ex me-
ra fortuna diſpoſitionum humanarum de-
pendet. Quis enim ignorat, dicebat decla-
mator 33 teſtamentorum fortunam? & eſ-
ſet fortaſſis in totum iniquum requiri à no-
bis mentis alienæ rationem. Sunt quidam
irrationabiles impetus animorum, quędam
gratuita, vt vulgò vocantur, odia, præſertim
in iis, qui ſic teſtamenta ſcribunt, tanquam
illud ad eorum vitam pertineat. Fruſtra et-
iam in hac hypotheſi defectus voluntatis
& ſolemnitatum obiicitur. Nam pro Domi-
nico, qui in vltimo teſtamento heres inſti-
tutus fuit, ipſe notarius, atque quatuor teſtes
numerarij deponunt, quòd omnia teſtator
voluerit, atque ſolemniter diſpoſuerit, quæ
in teſtamento illo ſcripta ſunt: cùm econtrà
in gratiam heredis in primo teſtamento in-
ſtituti tantum duo teſtes aſſerant, quòd te-
ſtator ad interrogationes notarij non ex-
preſsè reſponderit, ſed ſaltem caput inclinā-
do annuerit. Quæ teſtium aſſertio intentio
nem actoris propterea etiam parum iuuat,
quod iuxta conſuetudinem Tholoſanam
teſtamenti validitatem ſufficiat, ſi pro eo te-
ſtes ſaltē duo atque notarius deponant, adeò
vt cæterorum teſtium dicta ſuperuacanca
ſint, & non attendantur, præſertim ſi iis te-
ſtamentum euerteretur. Imò licet nutu ſal-
tem teſtamentum, vt duo ij teſtes aſſerunt,
factum fuiſſet: nihilominus ſuſtineri debe-
ret propter noui caſus neceſſitatem (nimi-
rum acerbitatem morbi) quæ interdum ex
illicito licitum reddit. 34 Sic enim Ancho
ranus & Imola 35 caſus cuiuſdam mentio-
nem faciunt, in quo pronunciatum fuit va-
lidè teſtatum fuiſſe teſtatorem, qui nullum
verbum exprimens ad interrogata ſaltem
annuerat, ad exemplum eius, qui balbutien-
do ſtipulari poteſt, 36 cùm tamen ſtipula-
tio alias fieri nequeat, niſi vtroque loquen-
te. 37 Præterea, teſtamentum, quod, inter
liberos maximè, nutu ad interrogationem
notarij factum fuit, ſi aliter ſubſiſtere ne-
quit, iure codicillorum vel fideicommiſſi
iuxta traditionem & doctrinam interpre-
tum iuris ciuilis 38 ſuſtineri ſolet, cùm fi-
7 deicommiſſa † ſolo nutu relinqui poſſe
certiſſimum ſit, 39 & ſi vniuerſa-
lia fuerint. 40 Tandem etiam à par-
te Trulhiere afferebatur, quod prædictus
Seneſcallus contra omnem diſpoſitionem
iuris primum teſtamentum confirmaſſet,
quod ob pręteritionem poſthumorum po-
ſteà natorum, in quorum numero etiam i-
pſemet Dominicus in poſtremo teſtamen-
to inſtitutus erat, planè nullum eſſet, eo
quòd inſtitutio poſthumi, quæ in dicto te-
ſtamēto continebatur, expreſsè relata & re-
ſtricta fuerit ad eum, quem vxor tum tem-
poris in vtero geſtabat. Quo caſu inſtitu-
tionem poſthumi ita limitatam & reſtri-
ctam non poſſe dici generalem, neque ex-
tendi ad poſthumos poſtea natos traditur.
Nec etiam clauſula codicillaris quicquam
eo caſu opitulari poteſt, vtpote quæ ſolem-
nitatis non verò voluntatis defectum ſup-
plere ſolet, 41 præſertim ſi heredibus ab
inteſtato præiudicium vel grauamen inde
exiſtat. 42 Quod ſanè euenire ſolet in poſt-
humis poſteà natis. 43 Communiter item
traditur, quod eiuſmodi clauſula codicilla-
ris nihil valeat aduerſùs poſthumum igno-
ranter præteritum, 44 cùm ignorantia ex-
cludat omnem voluntatem etiam in teſta-
mentis inter liberos, quæ militaribus æqui-
parantur, in quibus itidem talis & ſimilis
clauſula non poteſt pręualere aduerſus pręt-
eritionem poſthumi ignoranter factam,
45 non obſtante vaga, generali & incerta
cogitatione, à quibuſdam prętenſa, quę nul-
lo iure firmari poſſe videtur, ſi Molinæo ad
Alexandrum 46 credere dignum eſt. Cæ-
terùm ad hęc, quę à Trulhiere ſpecioſe affe-
rebantur,

ADDITIONES.

32 *arg. l. proſpexit, qui & à quibus ma-
num.* 33 Quintilian. *declam.* 325. 34 gl. &
Bald. *in l. caſus, C. de teſtam. l. milites, C. de te-
ſtam. milit.* 35 *in c. 2. extr. de teſtam.* 39 *l.
mulier, de V. O.* 37 *l. 1. in princ. eod. tit.* 38
Bald. *in l. & in epiſtola, n.* 4. *C. de fideicom.*
quem ſequitur Alciatus *in l. 1. §. ſi quis ita,
de V. O. n.* 10. Franciſc. de Ripa *ibid. n.* 12. 39
l. nutu, de legat. 3. 40 Alciatus & Franci-
ſcus de Ripa *in loco ſupra allegato.* 41 D D.
*in l. 1. de iur. codicill. & in auth. ex cauſa, C.
de lib. præter.* 42 *arg. l. generaliter, §. ex te-
ſtamento, de fideicom. libert. l. ex ea, §. fin. de
teſtam.* 43 *arg. l. penult. de iur. codicill.* 44
arg. l. nec ignorans, C. de donat. cum ſimil. 45
l. ſicut certi, iuncta *l. ſi cùm vel in vtero, C. de
teſtam. milit. l. 3. ff. eod. tit.* Bartol *conſ.* 220. *&*
235. *& in l. penult. in 6. q. de iur. codic.* Alexan-
der *conſ.* 41. *li.* 1. *& conſ.* 47. *lib.* 2. 46 *conſ.* 30.
lib. 3.

rebantur, actor Ioannes reſpõdebat, quod prætenſum teſtamentum poſterius ratione tam ſolemnitatum, quam voluntatis nullum eſſet, atque ideò ad illud adductæ iuris regulæ, minimè pertinerent, vtpote, quæ tum demum locum habeant, cùm poſterius teſtamentum iure factum fuerit. 47 Aliter e-
8 nim, ſi non eſt teſtamentum, eo † quod non iure factum eſt, nihil obſtare priori poteſt. Negauit itaque vllum poſteà factum teſtamentum, nec ad rem pertinere, quod fuerit, vltimum, ſed quod ſit. Si enim ius vtrique teſtamento conſtaret, ſufficit illud quod poſteà factum eſt: illo verò ſublato incipit vltimum eſſe, quod relictum eſt, haud ſecus atque in contentione curſus, qui proximus ab vltimo fuerit, ſi deſiſtat vltimus, in nomen illius, locúmque ſuccedere ſolet.

Quare licet teſtamentum illud, in quo heres inſtitutus fuit, prius ſcriptum fuerit; quia nullum tamen eſt, quod vincat, & potentius ſit poſteà, pro vltimo habendum eſt, atque audacter Ioannes iam concludere poteſt: Ergo, vt non fuerit vltimum meum aliquãdo teſtamentum, nunc vltimum eſt. Supereſt iam, vt omnes defectus prætenſi teſtamenti vltimi perpendantur. Quòd igitur primo inſtrumentum publicum à notario conſcriptum attinet, licet illud Trulhiere, eiúſque filio Dominico, qui eo nituntur, tutum quoddam fortalitium eſſe videatur, quòd ab aduerſario planè expugnari nequeat: tamen parum præſidij id præſtare poterit, cùm illud producentes proferant quidem tabulas, teſtamentum nequaquam. Nã cùm illud ſit voluntas defuncti conſignata iure, legibúſque ciuitatis, ſicut quòd per æs & libram fiebat, teſtamentum non dixerim, cui libripens & emptor familiæ & cætera iura neceſſaria deſunt: ita nec quòd per ſcripturam aut nuncupationem, cui verba nuncupationis defuerint, quod is, qui ita teſtari volebat, ſcilicet, neque accire, minúſque rogare teſtes poſſet, 49 minúſque fidem eorum obteſtari, vt alibi Apuleius loquitur. Quibus minimè officit narratio & aſſertio notarij qua teſtatorem ſanum ſenſibus memoria, & mente tempore teſtamenti conditi fuiſſe, omnéſque illius articulos probè intellexiſſe dicit. Vt enim iam non dicatur, quòd clauſula illa ordinaria & communis ſit, magiſque ex conſuetudine & ſtylo notariorum quàm teſtatorum voluntate adiici ſoleat: certè euidens cuiuis eſt, quod notarius aut quilibet alius teſtis directè aſſerere nequeat, teſtatorem ſana mente ac intellectu fuiſſe, eo, quòd qualitas intellectus † magis per iudicium rationis, quàm 9
per ſenſum, viſus aut auditus percipiatur. 50 Si notarius iſte præceptum Angeli alibi traditum 51 ſecutus fuiſſet, tum procul dubio melius obſeruaſſet, in quo ſtatu teſtator tum conſtitutus erat, cùm ei conſcriptum teſtamentum prælegebatur, atque ſecum perpendiſſet quòd adiectis clauſulis veritas occultari non poſſet. Memor quoque procul dubio fuiſſet, quò l ſuum officium & iuriſdictionem voluntariam ſeu chartulariam 52 non ſpectaret, de eiuſmodi actu deponere, cùm hoc rogari ad hoc poſſet, ſed illud medicis examinandum & diſcutiendum relinquatur. 53 Et quamuis cum notariis interpretes iuris ciuilis quodammodo conniuere ſoleant, eóſque peccantes & errantes à falſi pœna eximant, veluti ſi codicillos appellitent extremam diſpoſitionem verbis enunciatiuis heredis inſtitutionem continentem, 54 tamen creſcentibus & graſſantibus eiuſmodi peccatis exemplo opus eſſet. Quæ cùm ita ſe habeant, certum & indubitatum eſt, quòd in quolibet teſtamento antè † omnia voluntatem liberam & perfectã 10
eius, qui illud condere vult, adeſſe oporteat. Alias enim teſtamentum iuſtum perfectum atque abſolutum dici nequit. 55 Neceſſe itaque eſt, vt voluntas illa ſit libera & pura ab omni inſtigatione, impetu & importunitate eorum, qui ſe vel alios ſibi amicos heredes inſtitui deſiderant. Procul † igitur fa- 11
ceſſant perſuaſiones nouercarum, quarum delinimentis aculei iudicij patris refringũtur, hebetantur, & omnino retunduntur. 56 Quæ etiam procul dubio occaſionem dederunt, quòd teſtator in præ-
tenſo

ADDITIONES.

47 *§. poſteriore, Inſt. quib. mod. teſt am. infirm.* 48 Quintil *declamat.* 308. 49 *d. l. heredes palam § penult. de teſt.* 50 Bald. *in l. 2. de teſt am.* 51 *in l. penult. de iur. codicill.* 52 Notarij enim iudices chartularij ſunt gl. *in l. 1. de iud.* gl. & Bart. *in l. fi. C. vbi, & apud quem*, text. cum gl. *in l. rem non nouam, verb. facultatem, C. de iud.* Camill. Borell. *conſ. 73. n. 17.* atq; voluntariam iuriſdictionem habent, quam in volentes exercent Bald. *conſ. 105. col. 2. li. 3.* Renatus Choppin. *ad conſuet. Andegau. li. 1. tit. 4. cap. 43. n. 15. fol. 343.* AD. 53 *arg. l. ſemel cauſaria, C. de re milit.* 54 Alexander *conſ. 141. vol. 1. arg. l. non codicillum, C. de teſtam.* 55 *arg. l. 1. de teſtam.* 56 arg. eorum, quæ habentur, *in l. non eſt enim, de inoff. teſtam.*

tenſo vltimo teſtamento præterito filio
Iohanne, eiuſdem nouercam, & huius filiũ
Dominicum heredes inſtituerit. Vnde vide-
ri quoque poteſt, quàm ſapienter olim So-
12 lon ſanxerit, quod extrema † morientium
iudicia ſanctè ſeruari debeant, niſi in nimia
ſenectute, vel morbo nimis acri condita; aut
fortè vi vel vxoris perſuaſione extorta fue-
rint. 57 In vltimum prohibitionis illius à
Solone factæ caput hæc prætenſa diſpoſitio
impingit, vtpote quàm nouerca minis mi-
ríſque technis ſuis conciliauit, atque ope
ſuorum propinquorum aliorúmue ſatelli-
tum miſerum patrem in agone iam conſti-
tutum coëgit, vt contra tenorem prioris
teſtamenti primogenitum (primitias la-
boris ſui,) 58 non modò coheredem non re-
liquit, ſed nec honeſto quidem legato de-
corauit, imò ad inſtar Pontiani illius Apu-
leiani ad ignominiam aut potius dicis cau-
ſa terrulas quaſdam illi adſcripſit, vt intel-
ligeretur nouercalibus delinimentis cor-
ruptus potius exornaſſe eum, quam oblitus
præteriiſſe. 59 Euidenter item & veluti in
ſpeculo hic apparet, quod Trulhiere filium
maternis, priuignum nouercalibus oculis
aſpexerit. Quę etiam crimen illud, ac ſi Ioã-
13 nes rem † cum ancilla habuiſſet, patrémque
grauiter offendiſſet ex cerebello ſuo finxe-
rat, vt rectè huc accommodari poſſit illud,
quo dicitur; Quòd inuiſum fuiſſe filium pa-
tri iactat, crimen nouercæ erat, quæ pectus
odiorum eſt, 60 ita vt nouercæ nunquàm
ſatis a patre priuignus 61 occidatur. Si etiã
non quid grauius dicere, propter nouercæ
nomen, (eo quòd multa nomina ad confir-
mandum odium præoccupentur, vt ille a-
pud Stobæum dicebat;) ſed præſupponere
volumus, quòd nomine ſaltem nouercæ, ſed
re ipſa veræ matres ſint; (quarum exiguus
certè numerus imò planè nullus eſt, ſed v-
nica inſtar Phœnicis vix reperietur,) tamen
ſi de acquirendo, corradendo, atque deuo-
rando bona priuignorum agitur illæ nulli
inter Deas commodius, quam Iunoni iungi
poſſunt, cuius Argis ſignum palmite redi-
mitum videbatur, ſubiecto pedibus eius
corio leonino, inſultantem oſtentans no-
uercam de exuuiis vtriuſque priuigni Bac-
chi ſcilicet & Herculis. 62 Atque haud alio
exemplo opus eſt, cùm ſufficere poſſit illud
vxoris D. Auguſti. Hæc enim aſtutia ſua o-
mnes mariti propinquos è medio ſummo-
uerat, atque procurauerat, vt à marito ſolus
Tiberius dignus declararetur, qui in impe-
rio ſuccederet: cuius tamen pater ſemper à
partibus M. Antonij contra Auguſtum ſte-
terat. Vnde haud ſine leui ratione tam fe-
ſtinatio nimia nuptiarum, quàm earundem
intemperies cõſtitutionibus ciuilibus pro-
hibentur: illa quidem fœminis tantùm, hæc
verò indiſtinctè tam maribus quàm fœmi-
nis. Cui prohibitioni etiam fauor liberorũ
prioris matrimonij occaſionem dediſſe vi-
detur; cùm ſæpius fieri ſoleat, vt mutato cõ-
cubitu parentes deprauentur, prælatis filiis
poſterioris copulæ, neglectis autem iis, qui
ex priore progeniti ſunt, vt alibi D. Ambro-
ſius loquitur. 63 Illud etiam, quod dici ſo-
let, prohibitum † non eſſe, vt quis comita- 14
tè aut blando ſermone alterius iudicium in
ſe prouocet, 64 tum minimè locum habet,
quando modi illiciti adhibentur, veluti ſi
ille, qui in eo ſtatu iam eſt, vt cõmodè quid
denegare nequeat, importunè interpelletur,
vel etiam fraude, dolo, aliíſue callidis ma-
chinationibus (quæ nouercis familiares ad-
modum ſunt) circumueniatur, vt de rebus
ſuis aliter teſtetur, præſertim in præiudiciũ
tertij, cui ius quodammodo iam quæſitum
erat. Rectè itaque traditur, quod, ſi iam ex-
preſſè de voluntate teſtatoris conſtiterit,
quod cuidam tertio volebat relinquere,
haud ſit permiſſum alicui ad ſui ipſius com-
modum blanditiis, vel aliis malis artibus
iudicium eiuſdem teſtatoris altero teſtamẽ-
to tentare, eo quòd talis ſuaſio cum dolo &
fraude coniuncta eſſet. 65 Quem dolum
atque

ADDITIONES.

57 Demoſthen. *in orat. contra Stephanũ.*
58. *Pſal.* 77. *Gen.* 49. 59 Apuleius *in apo-
log.* 1. 60 Quintil. *declam.* 1. pro Cœco
contra nouerc. 61 *lib.* 7. *contr.* 1. *cont.* 62
Tertull. *de coronat. milit.* 63 *li.* 6. *hexam.*
64 *l. final. Cod. ſi quis aliq. teſt. proh. l. fin.
ff. eodem.* DD. *in l. final. C. arbitr. tutel. & in
l. Titio, in princip. verſicul. incidiſſe. ad mu-
nicipal.* Franc. Burſat. *conſ.* 47 *num.* 26. Bolo-
gnet. *conſ.* 74. *num* 4. Diatz *reg.* 688. Sichard.
conſ. teſtam. 7. *num.* 13. Petr. Peck. *de teſtam.
coniug. libr.* 1. *cap* 3. Andreas Geil. *libr.* 2. *obſ.*
117 *nu.* 1. Bernardus VVurmbſer. *tit.* 39. *obſ.*
18. Hartman. Piſtoris *par.* 1. *q.* 29. Dan. Mol-
ler. *ad conſt. Aug.* 7. *num.* 5. *par.* 3. Adrianus
Gilman. *lib.* 1. *rer. iud. dec.* 26. *nu.* 56. AD. 65
Angelus *in d. l. fin. C. ſi quis aliq. teſtar. pro-
hib.* Atque hinc generaliter traditur, quòd
teſtamentum blanditiis procuratum non
valeat, ſi vis aut metus præceſſerit, iuxta no-
tata per Cumanum & Mudæum inter conſ.
Molinæi, *conſ.* 32. & quæ communiter tra-
duntur *in d. l. final. C. arbitr. tut. & in l. Ti-
tio, in pr. verb. incidiſſe. ad municipal. & in l.
Lucius, §. Sempronia, de lega.* 2. *& in l.* 3. *§.
quamquam,*

atque fraudem ſatis effectus demonſtrat, cū nouus ſuaſor ius, quod alteri ſpe multum probabili ex præcedenti teſtamento quæſitum fuerat, auferre conetur. Multo magis ergo hæc in noſtra hypotheſi ratione filij primogeniti obtinere debebunt, vtpote cū primum illud teſtamentum eiuſmodi eſſe videatur, quod pietas, fides, pudor ſcripſerit, *66* quódque merito, veluti in fauorem primogeniti, tanquam prioris naturaliter amati, *67* & à lege ipſa diuina prælati, cúmque elogio honoris inſtituti factum, præualere debeat alteri graphio nouercali conſcripto, & quidem ab eo, qui dum ipſa extrema patiebatur, potius importuniſſimis interpellationibus liberari, ſicque defungi, quàm teſtari voluiſſe præſumitur: imò potius non potuiſſe, quod ei liberum fuiſſe videretur alio teſtamento, quàm priore mori, quo non tam reliquerat opes filio primogenito, quā reddiderat, quibus auctus per eundem medio matris eius fuerat. Porrò quantum offenſas illas attinet, quibus patrem motum fuiſſe prætenditur, vt filium exheredarit, minimè illæ ſufficientes eſſe videntur. *Magna enim*, inquit Tullius, *68 oportet eſſe vitia atque peccata filij, quibus incenſus pater potuerit animum inducere, vt naturā ipſam vinceret, vt amorem illum penitus inſitum eiiceret ex animo, vt denique patrem ſe eſſe obliuiſceretur.* Quo etiam illud Senecæ referri poterit: *69 Nunquid aliquis ſanus filium à prima offenſa exhæredat? niſi in magnæ & multæ iniuriæ pœnitentiā euicerint, niſi plus eſt, quod timet, quàm quod damnat, non accedit ad decretorium ſtylum, multa ante tētat, quibus dubiam indolem & peiore loco iam poſitam, reuocet, ſi res planè iam deplorata eſt, vltima experitur.* Proinde cùm exheredati de inofficioſo teſtamento querebantur, à centumuiris hęc eorum quærela propitiis auribus audiebatur. Quo meo me merito pater exheredauit? vt à Dn. Briſſonio alibi annotatum fuit. 70 Tandē omnibus iis, quę obiici poſſunt, clara opponitur conſtitutio, quæ talem teſtamentis nuncupatiuis formā præſcribit, 71 vt à teſtatore teſtibus adhibitis, & præſentibus nomen heredis nuncupetur. Quod ſi fieri debet, teſtatorem articulatè loqui oportet, voce ab Arteria & Larynge facta, & ita à lingua formata ea formatione, quam Græci διάρθρωσιν vocant, qua non ſolum omnes voces ab eadem arteria & larynge, ſed & omnes conſonantes ab eadem lingua proficiſcuntur, labiis quoque & dentibus in auxilium vocatis. 72 Præterea in
15 conſtitutione † illa expreſsè adiicitur, quod teſtamenta aliter facta nulla eſſe debeant. Quo caſu certum eſt formam per æquipollens ad impleri non poſſe, 73 & eius formæ omiſſionem vitiare actum quantumcūque fauorabilem. 74 Haud igitur dici poteſt, quod perinde ſit, cùm notarius pręſente & conſentiente teſtatore heredes nominauerit, ac ſi ipſemet teſtator eos nominaſſet. 75 Rectè enim reſpondetur, quod illud fictione, & non rei veritate contingat, quaſi prope ſit, vt ab ipſo teſtatore heredes nuncupati intelligantur. 76 Quæ fictio non admittitur, vbi lex pro forma nuncupationem exigit, quemadmodum in prædicta conſtitutione fit, quæ vult oportere omni modo vel ex literis teſtatoris, vel ex voce eiuſdem nomina manifeſtari heredum. Inde etiam inferri nequit, nihil intereſſe quem proprio ore aut alieno heredem nominare, quod ſtipulari liceat nomine præſentis, 77 cùm tamen ſtipulatio non niſi vtroque loquente contrahatur, 78 illáque ipſa fieri permittatur per interpretem.

A ſtipulatione enim ad teſtamenta argumentatio hoc in caſu propterea non procedit, quod maior in teſtamentis ſuſpicio falſi ſubiit, cùm facilè fieri poſſet, ſi nominare alieno

Additiones.

quanquam, vbi Iaſon, Paul. de Caſtr. & Alexander, *de condict. ob cauſ. dat.* Pyleus *quaſt.* 27. Cúmque blandis importunis & inuerecundis verbis mulierem ſæpe mariti inducantur ad diſponendum iuxta earundem placitum, ideo olim prohibitum planè fuit, ne vxor à marito heres inſtitueretur, Alex. Raudenſis *de analog. vniuoc. & æquiuoc. lib.* 1. *c.* 18. *nu.* 12. Illud etiam rectè notatur, quod blanditiis perſuadens teſtatorem tutor, vt hereditatem quam pupillo ſuo reliquerat, vel relinquere volebat, ſibi relinquat, teneatur, atque ab eo pupillus hereditatem repetere poſſit Munnotz de Eſcobar *de ratiocin. adminiſt. c.* 19. *n.* 57. *& ſeqq.* vbi hoc pleniſſimè tractat A D. 66 vt de alio ſimili teſtamento loquitur Plinius *lib.* 8. *epiſt.* 18. 67 Dionyſ. Halicarnaſſ. *lib.* 1. referente Tiraquello, *in tract. de iur. primog.* 68 *in orat. pro Sext. Roſc. Americ.* 69 *lib.* 1. *de Clem.* 70 *in formul.* 71 *in d. l. iubemus, C. de teſtam.* 72 Ariſtot. 73 *l. qui per ſalutem, de iureiur.* gl. *in c.* 1. *de vit. & honeſt. cleric. & c. vt circa, de elect. lib.* 6. 74 *arg. l. qui Romæ, §. Flauius Hermes, de V. O.* Bald. *in l. teſtamenta non ideo, C. de teſtam.* 75 *arg. l. falſus, §.* 1. *de furt. l. quod in eo, §. ſi venditorem, de acqu. poſſ.* 76 *arg. l. quod ſtatu liber, in fi. de don. cau. mort.* 77 *l. procuratori præſentis, de V. O.* 78 *l.* 1. *in pr. ff. eod.*

alieno ore heredem permiſſum eſſet, vt nominaretur is, de quo teſtator nunquam co-
16 gitarat. Cui fraudi, vt occurratur cõſtitutio † iſta propriam teſtatoris nuncupationem requirit. 79 Illud quoque quod ratione teſtamenti à cæco facti ſingulariter receptum eſt, 80 ſatis arguit ius commune eſſe in contrarium. 81 Prӕtereà ad ea, quę de nutu afferuntur, reſpondetur; nutu non declarari voluntatem, niſi coniecturali & præſumto quodam modo, quo heres inſtitui non poteſt, lege ad heredis inſtitutionem requirente certitudinem, non autẽ coniecturam vel præſumtionem, 82 cum agatur de maximo præiudicio venientium ab inteſtato 83 propinquorum, qui proximum locum à teſtamentis habent, non quoniam vtique iuſtum ſit ad hos peruenire bona defunctorũ, ſed quoniam relicta, & in medio poſita nulli proprius videntur contingere. Si etiam permiſſum eſſet teſtatori quoad nuncupationem alterius miniſterio vti, omnino apparere oporteret, mandatum & voluntatem
17 † eius anteà præceſſiſſe, cùm alias tædio affectus & nolens, quamuis coactus annuiſſe cenſeatur, vt in quæſtione illa vxoris Butrigarij, cuius interpretes iuris alibi mentionẽ faciunt. 84 Haud etiam quicquam facit aſſertio notarij, qua depoſuit, ſe præcedenti veſpera circiter horam decimam teſtatoris nomine accerſitum atque rogatum fuiſſe, vt manifeſtatam ſibi extremam voluntatem in ſcripta redigeret. Cum enim aliunde de eo non appareat, ſoli notario fides haberi nequit, præſertim cùm ex coniecturis haud leuibus conſtet notarium à nouerca ſubornatum, atque eo tempore accerſitum fuiſſe, quo teſtator morbo tam vehementer corripiebatur, vt nullum omnino verbum ab eo extorqueri poſſet. Quibus accedit, quod omnes ij, qui Accurſum ſequuntur, atque teſtamentum ad interrogationem alterius factum valere tradunt, expreſsè hoc limitant, atque tum demum locum habere volunt, ſi apertè atque aliunde, quàm ex notarij depoſitione 85 conſter prius ſcripturam teſtamenti mandato, atque libera teſtatoris voluntate factam & poſteà ei prælectã fuiſſe. Alias enim nihil agitur, ſi teſtatore ignorante ſcriptura, vel à notario, vel ab alio fiat, atque poſteà illi prӕlegatur, licet is affirmatè reſpondeat, aut alias nutu aſſentiat, 86 atque etiam ſcriptura in præſentia teſtium confecta fuerit. 87 Aliæ quoque doctrinæ illius limitationes & reſtrictiones afferri a DD. ſolent, inter quas potiſſimum huc pertinet illa, qua traditur, teſtamentum ad alterius interrogationem factum non valere, ſi teſtator tam grauiter ægrotet, vt morti vicinus videatur, 88 eo quòd ſi in articulo mortis conſtitutus, non loquatur articulatè, (vt noſtri aiunt) etſi ad propoſitam interrogationem reſpondeat, compos mentis fuiſſe non præſumitur, ſi illicò deceſſerit, aut ſaltem non præſumitur teſtandi animum habuiſſe. 89

Rectè quoque huc & iſta limitatio accommodari poteſt, quòd teſtamentum † ad 18
interrogationem alterius factum non valeat, ſi aliud prius à teſtatore citra interrogationem factum fuerit, quia in huiuſmodi ſpecie per ſecundum factum ab infirmo ad interrogationem alterius non reuocaretur primum. 90 Et quamuis Decius atque alij hanc limitationem impugnent, atque contrarium defendere conentur, 91 tamen eorum opinio haud ſubſiſtere poſſe videtur. Fruſtra enim illi argumentum ex authentica, quæ dictæ conſtitutioni proximè ſubiicitur, petunt, cum locus, vnde authentica illa deprompta eſt, ſatis arguat eam de teſtamento ſolemni in ſcriptis facto loqui, atque ideò ad teſtamentum nuncupatiuum referri non poſſe. Multò minus ergo ex ea probabitur teſtamentum nutu factum fauore piæ cauſæ ſuſtineri. Parum quoque facit auctoritas gloſſæ, quæ à Canoniſtis

ADDITIONES.

79 adeo vt niſi nuncupatio ab ipſo herede fiat teſtamentum planè nullum ſit, Decius *conſ.* 448.*n.* 28. 80 *l. hac conſultiſſima*, §. *ac cum humana*, *C. qui teſtam. fac. poſſ.* 81 Vigilius *ad* §. *ſed cum paulatim. Inſt. de teſtam.* 82 *l. vnic. ſi tab. teſt. null. ext.* 83 Quorum fauor in iure alias maximus eſt *l. hac conſultiſſima*, §. *ex imperfecto*, *C. de his, qui teſt. fac. poſſ* 84. Ioann. Andr. *in addit. ad Specul.* §. *inprimis*, prout eum refert Paul. de Caſtr. *in d. l. ac cum humana*. 85 Alexand. *conſ.* 70. *vol.* 2. Barbat. *conſ.* 32. *vol.* 1. Romanus *conſ.* 306. *in fin.* Corneus. *conſ.* 1. *volum.* 4. Hippol. de Marſiliis *ſing.* 449. Iaſon *in l. iubemus, in fin. C. de teſtam. & conſ.* 196. *libr.* 2. 87 Carol. Ruin. *conſ.* 8 *libr.* 1. Petrus, Cynus & Bald. *in d. l. iubemus*, Bart. Socin. *conſ.* 20. *lib.* 4. 88 Paul. de Caſtr. *conſ* 155. Franciſcus de Ripa *in l.* 1. §. *ſi quis ita*, *n.* 9. *& ſeq. de V. O.* 89 Socin. ſen. *conſ.* 98. *vol.* 3. 90 Paul. de Caſtr. *in d.* §. *at cum humana*, *& conſ.* 55. *volum.* 1. 91 Dec. *conſ.* 489. *numero quinto.*

niſtis ad hoc afferri ſolet, eo quòd communiter illa improbetur atque reiiciatur. 92 Quicquid verò ſit etiam illi, qui teſtamentum eiuſmodi ratione pię cauſæ valere tradunt; inter liberos tamen, teſtamento facto heredis inſtitutionem, nutu fieri non poſſe docent. 93 Et quamuis nonnulli exiſtimarint

19 excepta legitima † magis fauorabilē eſſe piam cauſam, quàm liberos, adeò vt reſpondere veriti non fuerint celeberrimam illam diſpoſitionem Papiniani ab ipſo Iuſtiniano in fauorem liberorum confirmatam 94 non habere locum, ſi pia cauſa fuerit ſubſtituta, 95 attamen opinio illa, veluti abſurda, merito exploſa fuit. Imò licet detur teſtamentum nutu inter liberos fieri poſſe: tamen ſemper pręſupponenda eſſet iuſta voluntas teſtatoris, atque probandum, quòd eius voluntate & mandato ſcriptura illa, quam humili voce, nutu capitis, aut aliter approbat, conſcripta fuerit. Atque ſic ſemper quædam ex limitationibus ſupra allatis occurret, quas latius perſequuntur & explicant Tiberius Decianus 96 & Curtius iunior. Illud quoque verum eſt, quod ob rationes, quæ ſupra adductæ fuerunt, ſolemnes illæ, atque nimis ſcrupuloſæ formulæ teſtamentariæ abolitæ & ſublatę ſint. Verum nihilominus adhuc hodiè clara & diſerta verba vſurpari oportet, quibus voluntas teſtatoris apertè ſignificetur: ita vt adſint poteſtas, voluntas & legitimus agendi

20 modus. Hæc enim tria principia † in quolibet actu humano deſiderantur, 97 & præſertim ſine duobus prioribus nihil eſt, quod perfici poſſit 98 Quod autem duo hæc principia in teſtamento hoc defecerint, ſatis colligi poteſt, ex ſtatu & conditione illa, in qua teſtator tum conſtitutus fuit, cùm teſtamentum illud condidiſſe dicitur, vtpote cùm ſtatim poſt horam, vt ipſimet teſtes à nouerca producti deponũt, vel poſt horam dimidiam iuxta teſtium Ioannis aſſertionem, deceſſerit. Vnde ſatis præſumi poteſt, quòd conditi teſtamenti tempore cum iam ſenſus, memoria, atque iuſtus rationis vſus defecerint. 99 Vlterius etiam firmiter ſubſiſtere nequit, quod dictum fuit, non audiendos eſſe teſtes, qui contra aſſertionem notarij deponunt. Illud enim tunc demum obtinet, cùm de fide tabularum nihil dicitur. Fallit verò, ſi teſtamenti ſcriptura ſuſcepta ſit, atque alius notarius eiuſmodi quippiam commiſerit, (quemadmodum hic notarius fecerat) vt ei plena fides adhiberi nequeat. Tandem parum etiam negotij faceſſunt ea, quæ de poſthumi pręteritione dicta fuerunt. Nam primò negatur vllam præteritionem hîc ſubeſſe, cùm inſtitutio ventris non limitationis ſeu reſtrictionis, ſed demonſtrationis gratia facta fuerit, atque ſic ad omnem poſthumum porrigatur. 100 Et quomodo dici poterit poſthumum ignoranter prætericum, cùm ſpecialiter & expreſſè teſtator de eo cogitarit, 101 atque expreſſè de eo caſu proſpexerit, ſi maſculus & fœmina nati fuerint. Quam clauſulam omni præteritioni mederi rectè à DD. traditur. 102 Imò licet hæc omnia ceſſarent: tamen non immeritò dici & defendi poſſet clauſulam codicillarem operari & habere effectum in teſtamento rupto præteritione poſthumi ignoranter præteriti, ſi concepta inueniatur per verba futuri temporis, *ſi non valebit*, 103 *Multo magis ergo hoc procedet*; ſi clauſula eiuſmodi affirmatiuè & generaliter cōcepta, atque dictum ſit (vt in hac hypotheſi) quòd teſtamentum omni meliori modo valere debeat. Tum enim diſpoſitio ſeu extrema voluntas, qualis etiam illa ſit, ſuſtineri ſolet. 104 Et certè illi ipſi, qui præteritione poſthumi teſtamentum vitiari volunt, tres limitationes generalis ſuæ doctrinæ afferre ſolent, quæ omnes in hac facti ſpecie locum habere poſſunt. Tradunt enim illi regulam iſtam fallere, primò, ſi in teſtamento teſtator deſcendentes ſeu liberos ſuos inſtituerit, 105 ſecundò, ſi de poſthumis in genere ſaltem cogitarit, 106 & tertio,

ADDITIONES.

92 veluti à Zaſio *conſ.3.n.37.l.1.* Guid. Pap. *conſ.64.* Didac. Couar. *in c.cùm tibi, de teſt.* Matth. de Affl. *deciſ.69.n 7.* Socin. iun. *conſ. 148.lib.1.* 93 Angel. *in l.in fraudem, § 1. de milit. teſtam.* Bald. *in l. & in epiſtola, n.2. C. de fid.inſtrum.* Iaſon *in l.tale pactum, §.fin.de pact.* 94 *l.cùm acutiſſimi, C. de fideicom.* 95 Petr. de Anchoran. *conſ.46.* 96 *conſ. 65.vol.2.* Curt. iun. *conſ.183.lib.2.* 97 Bald. *conſ.326.vol.1.* 98 Boët. *li.4.de conſol. philoſ.* 99 Atque huc referri poterunt ea, quæ in caſu non abſimili tractãt Socin. iun. *conſ 229.lib.2.* Socin. iun. *conſ.183. lib. 2.* 100 ex not per DD. *in l placet, & in l.ideò, de liber & poſthum.* 101 *arg.l qui filiabus,* & ibi Bart. *de legat.1.* 102 Socin. iun. *conſ.182.nu. 72. & ſeq. vol. arg.l.qui iure, de milit. teſtam.* 103 prout notat Bar *in d.l.qui filiabus, in fi.* iunct. *l.filio præterito, de iniuſt. rupt. irrit.* Bal. *in l.fin.C.de codicill.* 104 *arg.l. Lucius, §.fin de legat.2.l.ex ea, §.fin. de teſtam.* 105 Bartol. *conſ.210. & conſ.231.* 106 Socin. iun. *conſ.128.*

& tertio, ſi liberos iam natos, per clauſulam codicillarem in fauorem inſtitutorum grauarit. Tum enim magis naſcituros teſtator † grauare voluiſſe præſumitur. 107 Atque ob has potiſſimum cauſas parlamentum Tholoſanum arreſto ſuo, inter arreſta generalia circa feſtum natiuitatis Chriſti anno M.D.LXXXVI. à domino præſide Bertrando prolato prædictam ſententiam Seneſcalli confirmauit, atque ab ea Trulhiere temerè appellaſſe pronunciauit.

ADDITIO.

107 Bart. *conſ.* 104. Alex. *conſ.* 102. *vol.* 3. *&* *conſ.* 50. *vol.* 6.

DECISIO VII.

ARGVMENTVM.

Nemo etiam inter liberos nutu teſtari poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum nutu factum nullo modo etiam inter liberos ſuſtineri poteſt.*

1 DEciſione præcedenti mentio facta fuit † teſtamenti, quod à notario in præſentia teſtium prælectum teſtatori fuit, qui interroganti notario an hoc ſuum teſtamẽtum eſſet, ſeu an ita teſtari vellet ac diſponeret, ſaltem annuit, nihilque aliud, quàm ita reſpondit. Verum cùm plures circumſtantiæ in hypotheſi iſtius deciſionis concurrerent, videri poterat illarum potius intuitu tale arreſtum à parlamento Tholoſano prolatum, quam quęſtionem generalem ſimpliciter & abſolutè definitam fuiſſe, pręſertim cùm interpretes iuris ciuilis diuerſè de illa ſtatuant, atque vtraque opinio ſuos defenſores auctoritate ferè pares habeat. Magis tamen eſt, vt dicatur parlamentum illud prædictum arreſtum non tam ad circumſtantias quaſdam facti particulares accommodare, quàm eo generaliter definire voluiſſe; teſtamentum nutu factum nullo modo, etiam inter liberos ſuſtineri poſſe.

Idem in facti ſpecie non abſimili Charõdas teſtatur, 1 atque arreſto peculiari confirmauit, ſuprema curia Pariſienſis in Camera magna XXV. Octobris, anno M. D. XCV. in mirabili illa cauſæ cognitione ex Aquitaniæ Senatu ad eam translata de vltimis Arnoldi Cabat blanci tabellis cui linguæ motum ac miniſterium, cùm medij corporis ſenſu ἀπόπληξις ademerat. 2 Et certè ſi vlla ratione valere poſſet teſtamentum nutu capitis, digitorum vel brachiorum motu, reſponſo monoſyballo, aut alio eiuſmodi ſigno factum; tum paralytici illius ſuſtineri debuiſſet, vtpote qui commodis geſtibus tam apertè demonſtrarat ſe teſtari velle, atque prælectam ſcripturam vltimam ſuam volũtatem eſſe; vt ferè de eo non amplius dubitari, ſed rectè dici poſſe videbatur, quod in miſero illo homine fuerint loquaciſſimæ manus, linguoſi digiti, ſilentium clamoſum, expoſitio tacita, quam Muſa Polymnia repetiiſſe narratur, oſtendens homines poſſe, & ſine oris affatu ſuum velle exhalare. 3 Accedebat & hoc, quòd deputati à curia Burdegalenſi commiſſarij in omnes facti circumſtantias diligentiſſimè inquirentes illud omni ſuſpicione carere deprehendebant. 4 Nihilominus tamen de hac tandem controuerſia, quæ ex paralytici teſtamento manarat, aduerſus iſtud pronunciauit curia Pariſienſium VI. Kalend. Nouembr. Anno M. D. XCV. Briconneto litis inſpectore in tribunalitia claſſe ſenatus, quemadmodum iiſdem verbis Choppinus *allegato loco* teſtatur.

ADDITIONES.

1 *lib.* 5. *reſp cap.* 45. 2 De qua facti ſpecie latius agit Renatus Choppinus *de morib. Pariſ. li.* 2. *tit.* 4. *nu.* 21. *& ſeq.* 3 Caſſiodor. *li.* 4 *epiſt. vlt.* vbi communiter pro exhalare, legitur declarare. 4 Quam ob cauſam etiam eo magis debere videbatur *arg. l. omnium, C. de teſtament.*

DECISIO VIII.

ARGVMENTVM.

Vi ſubſtitutionis factæ in voluntatis extremæ inſtrumento clauſulam codicillarem habente hereditatem petens haud ſemper declarare tenetur, vtrum ex illo, tanquam teſtamento, an verò veluti codicillis agere velit.

SVMMARIA.

1 *Simplex poſthumi inſtitutio ad omnes poſteà naſcuntur, refertur.*

2 *Conſtitutio Theodoſii, quæ* in Cod. Iuſtiniani *ſub tit.* de codicillis l. final. *extat, explicatur.*

Defun-

1 DEFVNCTVS Franciſcus d'Vrba in teſtamento ſuo † XXIV. Octobris, anno M.D.XLIII. condito, cùm prius ſub eius initium narraſſet ſe eadem die periculoſum in collo vulnus accepiſſe, & deinde de exequiis ſuis diſpoſuiſſet, nonnulláque legata tam ad pias cauſas quam alia, præſertim verò ſorori ſuæ Ioannę d'Vrba vxori Guilhelmi du Verger, Franciſco de Bors nepoti ſuo, atque vxori ſuæ de Liſſery, compenſandorum gratorum beneficiorum ergo, quæ ab eadem acceperat, vlteriuſque ſe acceptuum eſſe ſperabat; tandem heredes vniuerſales ſcripſit Guilhelmum d'Vrba filium ſuum ex dicta de Liſſery ſuſceptum, atque poſthumũ maſculum, ſi vxor pręgnans ſit, perfectúmque partum edat, & quidẽ ex ęquis vtrumque partibus ſuccedere voluit. Si verò filia naſceretur, diſpoſuit, vt Guilhelmus filius heres ex aſſe eſſe, & poſthumę filiæ legatum mille quingentarum librarũ præſtare deberet. Si item vnus ex heredibus illis ſine liberis aut filiabus ex iuſto matrimonio procreatis moreretur, eidem alterũ heredem ſubſtituit: ſi verò omnes heredes ſine eiuſmodi liberis & filiabus, ſicque etiã poſthumus decederent, tum eo caſu vniuerſæ hereditatis ſemiſſem ad vxorem ſuã prędictam de Liſſery, alterius verò ſemiſſis dimidium, ſiue totius aſſis quadrantem ad dictam Iohannem d'Vrba, ſororem ſuam, eiuſque filium Martinum du Verger, & tandem reliquum quadrantem ad Franciſcum de Bors peruenire voluit, eóque caſu illos ſubſtituit, & heredes vniuerſales ac generales ſcripſit, vt de bonis relictis pro liberrima voluntate diſponere poſſent. Sub finẽ quoque prędicti teſtamenti memoratis liberis ſuis Guilhelmum du Verger & Petrũ de Bors affines ſuos tutores dat; adiiciens quòd teſtamentum ſuum valere velit iure teſtamenti, codicilli aut donationis in meliori forma, qua iuxta ius ſcriptum, aut cõſuetudinem Tholoſanam valere poſſet; atq; teſtes, quorum vltra notarium, qui Baloroty vocabatur, numero nouem erant, rogant, vt huius diſpoſitionis ſuæ memores ſint.

Quo teſtamento concepto & condito euenit, vt Frãciſcus teſtator ex vulnere, quòd ei morbum conciliarat, reconualeſceret, & demum ſeptimo poſt conditum teſtamentum anno aut circiter, nempe 20. Auguſti anno 1550. ex vxore ſua, prædicta de Liſſery filium ſuſciperet, cui in ſacro baptiſmate Petri nomen impoſitum fuit. Nato Petro pater Franciſcus per aliquod tempus, atque ad minimum tres vel quatuor menſes, ſuperuixit, ac tandem ſine alia diſpoſitione, atque abſque vlla additione, deminutione aut mutatione illius, quã anteà fecerat, deceſſit, cùm à domeſticis ſuis, inter quos & vxor de Liſſery fuit, eóque nomine criminis conuicta capitalem pœnam menſe Februario, anno M.D.LII. luit, miſerè in lecto interfectus fuiſſet. Obiit deinde mẽſe Maio, anno M.D.LVI. Franciſcus Bors, vnus ex ſubſtitutis in dicto quadrante, & poſt eum XXIV. Septembris, anno M.D.LXXIII. Guilhelmus d'Vrba teſtatoris filius, ac Petri coheres, cúmque mortalitatis iter itidem ingrediens VI. Iulij, anno M.D.LXXV. Iohanna d'Vrba ſimiliter ſubſtituta, & mater Martini Verger ſecuta fuit; tandémque poſt prædictos omnes, cùm priùs XXIV. Auguſti, anno M.D.LXXX. extrema ſua ordinis Petrum d'Authenac cognatum ſuum heredem ex aſſe ſcripſiſſet, Petrus poſthumus Calendis Octobris modo dicti anni expirauit. Quæ cùm ita eueniſſent, Dn Martinus du Verger, filius dictæ Ioannę d'Vrba, iudex & magiſtratus præſidialis in Seneſcallatu Tholoſano, ſupplicem libellum dominis Senatoribus & Commiſſariis, qui Tholoſæ libellorum ſupplicum curiæ præfecti ſunt, VI. Octobris anno M.D.LXXX. exhibens, ab iis declarari petiit, ſubſtitutionis in teſtamento Franciſci comprehenſæ caſum in ſui fauorem iam eueniſſe, & proptereà ſe manuteneri, in vniuerſis & ſingulis bonis, quæ ad dictum Franciſcum pertinuerant, & quorum ille dominus ac poſſeſſor tempore obitus fuerat. Vtque exhibitum hunc à ſe libellum comprobari, & prædicta bona ſibi adiudicari viderent, citari rogauit Petrũ d'Authenac, tanquam heredem dicti Petri d'Vrba, Arnoldum Fauas, Ludouicum Deyter, Dn. Antonium Maret Doctorem & regentem in vniuerſitate Tholoſana, atque heredes defuncti Ioannis d'Aulnes, tanquam detentores & occupatores bonorum, quæ ad Franciſcum tempore obitus pertinuerant. Qui cùm ad emanatam citationem comparuiſſent, dictus du Verger, tanquam ſolus poſt omnes tam in inſtitutione, quàm in ſubſtitutione comprehenſos, ſicque etiam poſt obitum Petri poſthumi vltimo mortui ſuperſtes, contra illos concluſit, quòd in ſui gratiam caſus ſubſtitutionis tã in proprio ſuo capite, quã ex iure accreſcendi quoad portiones, & quotas inſtitutorum & ſubſtitutorum in dicto teſtamento, qui iam deceſſerant, eueniſſet: & proptereà non ſaltem dictus Authenac, tanquam heres Petri d'Vrba, ſed etiam omnes reliqui prædictorum bo-

norum detentores, condemnandi eſſent, vt ſibi vacuam poſſeſſionem relinquerent, reſtituerentque fructus ab obitu Petri, quo ſubſtitutionis caſus euenerat, perceptos. Contra quæ, quamuis conteſtatio petitionis du Verger coram Senatoribus & commiſſariis curiæ libellorum ſupplicum facta fuiſſet, rei ſeu defenſores nihil deduxerunt, excepto ſolo Antonio Maret, qui itidem libellum ſupplicem exhibens hoc potiſſimum vrſit, vt dictus du Verger antequã agere poſſet, ante omnia declarare teneretur vtrũ prędicta diſpoſitio teſtatoris, in qua omne intentionis fundamẽtum poneretur, codicillus aut teſtamentum eſſet, & vtra, ex hiſce duabus viis vti vellet. Cùm autem dictus du Verger contrarium vrgeret, iuncto hoc incidente cum principali, ſententia prædictorum dominorum XI. Ianuarij, anno 1581. definitum fuit, quòd, non obſtante ſupplici libello dicti Maret, caſus ſubſtitutionis in teſtamento Franciſci comprehenſæ in fauorem dicti Verger eueniſſet, & propterea ille in quarta parte vniuerſorum & ſingulorum Franciſci bonorum manuteneri, detractis in fauorem dicti d'Authenac & aliorum, quibus conueniret, legitimis ac quartis Trebellianicis, quæ ad defunctum Guilhelmum & Petrum d'Vrbas pertinuerant, factiſque cæteris detractionibus & imputationibus iure requiſitis; atque quoad reliquas tres quartas litigantes intra menſem ius ſuum plenius deducere deberent, vt de eo pronunciaretur. A qua ſententia dictus Maret ſolus cõtra memoratum Verger appellauit; reliqui verò litis conſortes poſtulante appellato Verger, coram commiſſario à curia ad id deputato declararunt, quòd appellationi non adhærere, ſed in prolata ſententia acquieſcere vellent. Dictus itaque Maret, ſolus appellans, grauaminum loco exactè admodũ & ſubtiliter propoſuit; teſtamentum illud Franciſci nullitate laborare, eo quòd in aduerſaria prædicti Balaroty, qui illud exceperat, haud legitimè relatum, atque alias etiam ſuſpectum eſſet, quòd neque teſtator, neque teſtes numerarij illud ſubſignaſſent. Præterea poſthumi præteritione teſtamentum hoc infirmari dixit, cùm Petrus d'Vrba ſeptimo demum poſt conditum teſtamentum anno natus fuiſſet: imò etiamſi hæc omnia ceſſarent, tamen dictum du Verger octauam ſaltem vniuerſorum & ſingulorum prædictorum bonorum partẽ petere; quoad reliquas autem portiones ſub prætextu iuris accreſcendi nihil omnino prętendere poſſe. Adiecit item Maret, ſe bona, quæ ex hereditate defuncti Franciſci teneret, legitimo modo à maiore XXV. annis emiſſe, preciũque à ſe pro iis numeratum in ſolutionem debitorum dicti Petri, vtque à captiuitate redimeretur, conuerſum fuiſſe, iuſtamque ſe teſtamenti illius ignorantiam habuiſſe; vt propterea acquiſitio nõ modo rationibus ſuperius allegatis, ſed etiam expreſſa iuris diſpoſitione, quam allegabat, 1 defenderetur. Ad hæc autem à dicto du Verger reſpondebatur tenorem teſtamenti omnino in aduerſaria notarij relatũ fuiſſe, cúmque quòd prępoſtero ordine hoc factum fuerit, ſufficientem corã commiſſario à curia ad id deputato rationem reddidiſſe, atque alias hominem honeſtum & cãdidum eſſe, qui nulla omnino ſiniſtra ſuſpicione laboret, neque tum temporis vſu receptum fuiſſe, vt teſtamentum à teſtatore aut teſtibus ſignaretur: eundem quoque notarium coram prędicto commiſſario depoſuiſſe teſtamentum illud verum eſſe, & quamuis dictus Petrus, cùm adhuc viueret, dixerit, & declararit; patrem ſuum ab inteſtato mortuum obiiſſe: tamen ei contrarium probè conſtitiſſe, quemadmodum euidenter appareret ex rationibus, quas prędictorum teſtatoris liberorum Guilhelmi & Petri tutores reddiderint, cùm Vezian d'Authenac, Petri tutor, in rationes expreſſe retulerit legata vigore ſæpius memorati teſtamenti à ſe nomine pupilli ſui præſtita. Ad nullitatem ex pręctenſa Petri præteritione exiſtentem, idem du Verger reſpondit; diſpoſitionem vulgarem iuris planè in contrarium eſſe, 2 iuxta quam inſtitutio vnius poſthumi referretur ad omnes poſthumos, etiam eos, qui ex alia vxore, quàm ea, quam conditi teſtamenti tempore teſtator habebat, naſcuntur: neque opus eſſe, vt hic ad clauſulam codicillarem, vel etiam beneficium nouellæ Iuſtinianeæ, recurratur 3 cùm rectè præſupponi queat Petrum in teſtamento illo inſtitutum, non verò omiſſum neque præteritum fuiſſe; præſertim cùm poſt eius natiuitatem pater per aliquod tempus ſuperuiuens nihil omnino in teſtamento mutarit, & per conſequens tacitè illud approbans & confirmans voluerit, vt inſtitutio poſthumi in eo cõprehenſa effectum etiam quoad Petri perſonã haberet.

ADDITIONES.

1 *l. fin. §. fin. de legat. 2.* 2 *in l. placet, cum l. ſeq. de lib. & poſth.* 3 *in auth. ex causa de liber. præter.*

haberet. Quoad ius accreſcendi itidem optimè ſe fundatum eſſe dixit, cùm illud in ſucceſſoribus fideicommiſſariis omnino locum habeat. Tandem etiam adiecit ſe defuncto Petro d'Vrba, cognato ſuo, omnia grata, quæ à cognato expectari poſſint, officia ſemper præſtitiſſe, eumque monuiſſe, ne bona ſua, quemadmodum pro ſolito ſuo more faciebat, prodige venderet, atq; etiam effeciſſe, vt eidem à Seneſcallo Tholoſano venditio & alienatio interdicta fuerit, quam alienationis prohibitionē dicto Maret maturè ſignificarit, & propterea nullam eum ignorantiam probabiliter prætendere poſſe, ſed malè emiſſe, precióque admodum vili, quod creditorib. Petri ita numerarit, vt eos de illo, quod ſibi deberetur, partem remittere, & de euictione cauere oportuerit, vt propterea dictus Maret haud dimidium illius, quod prætenderet, verè ſoluerit, multóque minus iuſta & probabili ignorantia ſe tueri poſſet. Super quibus & aliis partium rationibus, cùm dictus Maret de teſtamenti falſitate iuraſſet, ac proceſſus, vt iudicaretur quoad appellationem dicti Maret, diſpoſitus eſſet, arreſto IX. Septēb. anno M.D.LXXXI. prolato pronunciatum fuit, quòd nulla habita ratione falſitatum à Maret prætenſarū, antequam quoad appellationem & comprehenſas in ea partium deductiones ac cōcluſiones ius diceretur, dictus Maret admitti deberet ad ampliorem probationem temporis, quo Petrus poſthumus natus fuiſſet, & & dictus du Verger ad probationem contrariam: atque ſimiliter modo memoratus Verger admittendus eſſet, vt probaret dictos de Liſſery, Guilhelmū d'Vrba, & Franciſcum de Bors prædeceſſiſſe, atq; dictus Maret ad probationem contrariam. Quod cùm factum fuiſſet tam per inquiſitiones, quam per actus & partium confeſſiones, aliud arreſtum VIII. Maij, anno M.D.LXXXII. ſecutum fuit, quo, tanquam noua quapiam interlocutoria, decernebatur, quod dicti d'Authenac, Deytier, Fauas, & d'Aulnes, comprehenſi in ſententia à libellorum ſupplicum curia prolata denuò vocari deberent, vt ab iis allegaretur & proponeretur illud, quod hac in cauſa allegandum & proponendum eſſe ipſis videretur. Quo itidem facto, cùm omnes iudicandi calculum porrexiſſent, aut alias legitimè excluderentur, cauſáque iam diſpoſita eſſet, vt definitiuè iudicari deberet, videbatur quæſtionem falſitatis præcedenti arreſto ſatis deciſam eſſe, atque ideò iam primò ponderari debere illud, quod Maret in libello ſuo ſupplici ex conſtitutione Theodoſij adduxerat. Ea enim ſancitur, ſi teſtator, faciens teſtamentum, in eodem pro codicillis etiam id valere complexus ſit, qui hereditatem petit, ab ipſis intentionis exordiis, vtrum velit, eligendi habeat poteſtatem. 4 Declarare itaque ante omnia actor du Verger tenebitur, vtrum ex defuncti diſpoſitione, tanquā ex teſtamento, an verò veluti ex codicillis agere velit, ob diuerſitatem videlicet ſolemnitatum, quæ in vna aut altera diſpoſitione adhibentur, diuerſóſque effectus, qui inde produci ſolent. Nec iuuari poteſt actor exceptione dictæ conſtitutionis, cùm non referri poſſit inter eas perſonas, de quibus exceptio loquitur, ſed teſtatori in tertio ſaltē gradu collaterali coniunctus ſit. Et quamuis Placentinus exceptionem illam ad agnatos & cognatos etiam collaterales porrigendam eſſe docuerit: attamen eius ſententia ab interpretibus cōmuniter reprobatur. 5 Nam ipſa ratio exceptionis non niſi in aſcendentibus & deſcendentibus locum habet, quibus inuicem ſuperſtitum hereditas quaſi propria aut debita dicitur, 6 quæ ratione collateralium pro mero & puro lucro habetur, atque inſtar annonæ eſt, & hereditatis offertiſſimæ ſine ſacris, vt loquitur Plautus. 7 Verum econtra conſiderabatur, quod declaratio, quam Maret requirebat, captioſa videretur, & præcedenti arreſto tacitè iam denegata eſſet. Imò etiamſi hoc factum non fuiſſet, tamen hic minimè ad conſtitutionem illam Theodoſianam recurri poſſet. Actor enim ſimpliciter ob impletam iam factæ ſubſtitutionis conditionem relictum ſibi fideicommiſſum petit, atque ideò haud cogi poteſt, vt vnam è duabus viis eligat, & multò minus vnam è duabus rebus, cùm alteram haud poſtulet. Si item reo teſtamentum nullum dicente actor ad ſubſidiariam clauſulam codicillarem confugiat, vtique nihil aliud agit, quàm legem teſtamenti exercet, vt voluntatem teſtatoris defuncti, qua nihil potentius apud nos, nihil noſtro animo ſacratius eſſe debet, ex ipſa eiuſdem voluntate liberè ei liceat ſcrutari.

8 Pre-

ADDITIONES.

4 *l.7.Cod.Theod.de teſt.l.fin.Cod.de cod.* 5 Lud.Rom.*conſ.125.in fin.* Cyn.*in dict.l.fi. Cod.de cod.* 6 *l.fin.§.1. Cod.de curat. furioſ.l.1.Cod.de imponend.lucrat.deſcript.* notata *in l.ſi emancipata, Cod. de iur.& fact. ignor.* 7 *in capt.& in trinum.*

exiſtentem videtur,per quam reſtrictionem Κυοφερόμενον,id eſt,cum,qui in vtero geſtatur, poſthumum teſtator ſolummodo vocaſſe creditur. 1 Nam ſi teſtator indiſtinctè omnem poſthumum vocare voluiſſet, tum generaliter & indefinitè, quemadmodum optimè poterat, 2 poſthumum inſtituere: nec reſtrictionem illam, *ſi vxor pragnans ſit*,vſurpare debuiſſet,cùm ſaltem ex ventre pleno poſthumus naſci poſſit, non ex vacuo. 3 Quæ verba etiam aliàs otioſa, inutilia,& planè vana ac ſuperflua eſſent. Quod tamen facilè præſupponi aut intelligi non debet, præſertim in legibus & diſpoſitionibus,tam publicis & generalibus, quàm priuatis aut particularibus. 4 Præterea verba illa; *ſi pragnans ſit*,referunt effectum diſpoſitionis ad certum terminum, vltra quem vires ſuas extendere nequit; quod quaſi taxationis vicem huiuſmodi verba obtineãt. 5 Idque in materia,de qua quæſtio eſt, Accurſius in terminis decidiſſe videtur, & quidem per auctoritatem Triphonini, 6 qui reſpondit; eum, qui ex certa vxore natum ſcribit heredem in periculum rumpendi teſtamentum deducere, ex alia ſuſceptis liberis,ita vt commodius ſit poſthumum generaliter inſtituere, 7 commodiúſque fiat inſtitutio, quæ nullo aut paruo ruptionis periculo fiat. 8 Cùm etiam teſtator eadem die, qua vulneratus fuit, ſtatim ſupremam ſuam voluntatem condiderit,atque ſub eius initium accepti vulneris mentionem fecerit, ſatis ex eo colligi poteſt, quod de ſola morte cogitarit, nec ſpem vllam prolis poſthumæ poſt tantum temporis interuallum ſuſcipiendæ habuerit.Veroſimile quoque non eſt teſtatorem, poſthumum pòſt ſeptem annos demùm natum fideicommiſſo grauare voluiſſe: cùm deciſum ſit,filium, vel poſthumum, de quo pater teſtãs nequaquam cogitauit, imò, quem planè ignorauit, grauatum vel oneratum haud cenſeri, 9 nec vllius voluntatem ad incognita porrigi. 10 Et quantum attinet præiudicium
2 † arreſti à ſuprema curia Burdigalenſi prolati, quod Papon ex D. Boërio collegit 11 eodem actorem Verger propterea iuuari non poſſe,Maret aſſerebat; quod D. Boërius atque allegatus ab eo Bald. *in conſiliis ſuis* expreſsè loquantur de inſtitutione poſthumi facta per verba præteriti imperfecti ſubiunctiui modi hiſce verbis: *inſtituo poſthumum,ſi vxor eſſet pragnans*; vt propterea verbum *eſſet* referatur ad tempus futurum, ita vt perinde ſit dicere, quod natum eſſet, ac quod natum erit, 12 atque ſic Papon in tranſlatione ſua Gallica confuderit tempus proprietatem & virtutem dictionis illius *eſſet*, dum conditionem illam Gallicis verbis ita reddit: *ſi ſa femme eſt enceincte*, id eſt, *ſi vxor ſua pragnans ſit*, cùm tamen vertere debuiſſet, *ſi fuſt ou ſeroit enceincte.ſi eſſet aut erit pragnans*: quæ verba non præſens, ſed futurum tempus in adiecta conditione denotaſſent. Nec inferri poteſt, quod teſtator grauans filium iàm natum Guilhelmum in portione,in qua eum inſtituebat,multò magis grauare voluerit poſthumum poſt ſeptem demùm annos natum. Conſequentia etenim illa damnata eſt, neque de iure admittitur, 13 niſi vnico ſaltem caſu, quo teſtator cogitabat de poſthumo. Atque hac in hypotheſi teſtatorem de poſthumo minimè cogitaſſe ſuperius iam dictum eſt. Haud quoque multum aduerſatur, quod teſtator, qui poſt natiuitatem poſthumi ſuperuixit, diſpoſitionem ſuam planè non mutarit, atque ideo præſumptio ſit cum illa eum decedere voluiſſe. Sola enim voluntas teſtamentum non facit, ſed inſtitutio vel exheredatio expreſſa eſt neceſſaria, nec natiuitas poſthumi præteriti ſciente patre & teſtamẽtum non mutante contingens, illud validum reddit. Nihil etiam clauſula codicillaris hic operatur; tum quod de præſenti non verò de futuro tempore concepta ſit, 14 tum quòd teſtator de hoc poſthumo omninò non cogitarit, atque ideò ad eum vires voluntatis defuncti planè porrigi nequeãt; tum denique quod clauſula huiuſmodi defectum ſaltem ſolemnitatis, non verò voluntatis ſuppleat. 15 Quibus hoc etiam adiici poteſt, quod licet verba illa de futuro concepta fuiſſent, nec ea teſtator per omne id tempus,quo ſuperuixit,mutaſſet: 16 tamen ideò nil operari poſſent, quòd poſthumus ignoranter præteritus fuerit. Hæc enim do-

ctrina

ADDITIONES.

1 Bart. *in l.placet,de liber. & poſth.* 2 *d.l.placet.* 3 *l.ventre, de acq. hered. l. antiq. ſi pars her.pet.* 4 *l ſi quando,de legat.3.cum ſimilib.* 5 *l.cùm certus, de trit. vin. & ole. legat.*not. Ang.*conſ.*51. 6 *l.ideò, de liber.& poſth.* 7 *l. filius à patre, §.ſi quis ex certa, eod.* 8 *d.l.placet.* 9 *l. commodiſſimè, eod.* 10 *l.qui graui,& l pen.de iur.codicill. l. militis.§.miles,de teſtam milit l. nec ignorans, C.de donat. l. cùm Aquiliana, de tranſact.* 11 *dec.*148. 12 *l cùm certum,de trit. vin.& ol.leg.* 13 *en ſon recueil, tit. de teſt. arreſt.* 13.*in edit.vlt.* 14 *l.pen. in pr.de iur. codicil.* 15 *l.filiusfamilias,in pr.§ fin. de mil. teſtam.* 16 Alex. *conſ.* 3. *vol.* 3.

ne exiſtere ſolet, verba præſentis temporis
de futuro accepiſſe. Et quamuis olim inſti-
tutione poſthumi haud veniret ille, qui te-
ſtatore viuo adhuc naſcebatur, quando illa
de poſthumo poſt teſtatoris mortem naſci-
turo concepta erat: tamen iure nouiſſimo,
35 quòd in quapiã ex 50. cõſtitutionibus Iu-
ſtinianeis habetur, 36 hoc mutatum atque
ſancitum fuit, vt vterq; tam viuo, quã mor-
tuo teſtatore natus inſtitutione illa conti-
neri deberet; cũ à pœna præteritionis me-
rito immunis ſit, qui filios ſuos non præte-
rijt, (vt cõſtitutio loquitur) h. e. vt nos inter-
pretamur, præterire noluerit. 37 Et certè, e-
tiamſi pertinacium inſtar diſceptatorũ, ver-
bis nimis inhærere velimus: 38 tamen eo-
rum interpretationem ex communi vſu de-
promere nos oportet, 39 iuxta quem de-
prehendemus ab ipſis ICtis vocabulum La-
tinum *ſit*, quod Gallico illi *ſoit*, reſpondet, ad
tempus futurum relatum fuiſſe. 40 Haud
quoque verba & phraſes notariorum, qui
teſtamenta noſtro tempore expediunt, exa-
minari debent ad exactas illas formulas, 41
de quibus Tullius *in Tuſculanis* agit. Quan-
tum verò attinet limitationem regulæ ge-
5 neralis † ex Alexandro deſumtam, ex qua
inferebatur; ſæpius dictam inſtitutionem i-
deo limitatè & reſtrictiuè accipiendam eſſe,
quod teſtamentum ea ipſa die, qua teſtator
vulnus accepit, factum fuerit, atque ideo ve-
roſimile ſit teſtatorem tum temporis de ſo-
la morte, non verò de prole poſthuma diu
poſt ſuſcipienda cogitaſſe: rectè reſponderi
poteſt, talem limitationem minime veroſi-
milem, ſed potius contrariam eſſe illi, quod
ipſemet ICtus ex dicta regula 42 generali
intulit, nempe præter intentionem teſtato-
ris inſtitutionem poſthumi trahi ad poſt-
humum mutato matrimonio ex alia vxo-
re natum, 43 cùm itidem veroſimile haud
ſit, teſtatorem de mutatione matrimonij
cogitaſſe. 44 Deinde etiam in hypotheſi, in
qua allegatum arreſtum à ſuprema curia
Burdegalenſi prolatum fuit, comes de Ven-
tadour in bellum proficiſcens, de reditu ad-
modum dubitabat, & nihilominus inſtitutio
poſthumi ab eo facta, *ſi vxor prægnans eſſet*,
relata fuit ad plures alios, quos poſt reditum
ex dicta vxore ſuſcepit, qui omnes ſub inſti-
tutione illa comprehenſi, ſicque inſtituti eſ-
ſe cenſebantur. Atque ſic domini iudices in
prædicto caſu neutram limitationem à Ma-
ret allegatam attenderunt. Et reuera limita-
6 tio illa Alexandri † cauſam & fundamentum
omnium verorum teſtamentorum euertit,
quæ plerumq; & regulariter fiunt ab iis, qui
cùm ſe in confinio ſenſerint mortis, timen-
tes ne poſt mortem ſuam rupta pace litigẽt
fratres, voluntatem ſuam de pectore mori-
turo transferunt in tabulas diu duraturas, &
ſi fuerit inter fratres contentio nata, non i-
tur ad tumulum, ſed quæritur teſtamentum,
& qui in tumulo quieſcit, tacitus de tabulis
loquitur viuus. 45 Quare ij, qui ob præ-
ſumptam mortis cogitationem inſtitutio-
nes poſthumorum ita limitari & reſtringi
volunt, non ſatis perpendunt tempus, quo
pleraq; teſtamenta fieri ſolent. Nam ferè
in ipſo fine vitæ beneficia nihil profutura
diuidimus, & nunquam magis iudicia noſtra
torquemus, quàm vbi remotis vtilitatibus
ſolum ante oculos honeſtum ſtetit, tandiu of-
ficiorum mali iudices, quandiu illa deprau-
uant ſpes & metus, inertiſſimum vitium, vo-
luptas. 46 Quo etiam ſpectant formulæ il-
læ teſtamentorum quondam in Francia vſita-
tæ, atq; ex celebri illa Marculphi diſpoſitio-
ne deprõtæ: 47 *regnante in perpetuo Dn. no-
ſtro Ieſu Chriſto, loco illo, anno illo, regnante illo
rege, ſub die illa, ego N. & coniunx mea ſana
mente, integroq; iudicio metuentes caſus hu-
manæ fragilitatis teſtamentũ noſtrũ condidi-
mus, &c.* 48 Ex quibus apparet teſtatores po-
tiſſimum † ad teſtamentorũ factionẽ mor- 7
tis cogitatione cõmoueri, quemadmodum
notarij noſtri regulariter præfationis loco
teſtamentis hoc inſerere conſueuerunt. Idq;
in teſtamento ſuo etiã Theophraſtũ obſer-
uaſſe legimus, dum illud hiſce verbis ortus
fuit: ἔσται μὲν εὖ· ἐὰν δέ τι συμβῇ, τάδε διατίθεμαι.
49 Teſtamẽti itẽ ab alio philoſopho, qui Ly-
con vocabatur, cõditi tale initiũ erat: *Diſpo-
no de rebus, quas in hoc mundo habeo, ſi caſus
ita ferat, vt morbum ſuperare nequeam, ſed
ſuccũbere cogar.* Simile quippiã in teſtamen-
to ſuo omittere noluit S. Remig. in quo poſt
illius initium & verba, quæ ſupra retulimus,
ſequen-

ADDITIONES.

35 *l. 1. n. 11. de iur. codicil.* 36 *d. conſ. 51.* 37 *l.
ſi ita, de liber. & poſth. l. clemens patr. de her.
inſtit.* 38 *l. cùm inter veteres, C. de fideic. he-
red.* 39 *d. l. commodiſſimè, de liber. & poſth.*
40 *in l. ſi. C. de inſtit & ſubſt.* 41 gl. *in rubr.
ſol. matr.* 42 *l. Labeo, de ſuppell legat.* 43 *l.
quiſquis mihi alius, de V. S. l. commodiſſimè,*
ibi, *ſiue me viuo, ſiue me mortuo natus ſit, de
liber. & poſth.* ex lect. antiquor. codic. *l. ſti-
pulatio iſta, § inter incertam, de V. O.* & ibi
Accurſ. ſuper *verb. factum ſit cum ſimilib.*
44 Iauolenus *in d. l. ideóque.* 45 *l. ſed ſi hac,
de condit. & demonſtr.* 46 Optat Mileu.
lib. 5. ad Parmenio. de ſchiſm. Donatiſt.
47 Seneca *l. 4. de benef. c* 11. 48 Briſſon.
in for. 49 Dio. Laërt. *in eius vita.*

ſequentia leguntur: *Quandocunq; ego Remigius de hac luce tranſiero, tu mihi heres eſto, &c.* Quæ omnia ſatis euidenter probant, quam vana ſit in quæſtione noſtra prædicta Alexandri conſideratio, ſi præſertim attendatur, quòd teſtamenta condentes non ſolum iuſtam ob cauſam de proprio obitu cogitent, ſed etiam de heredum, quos ſcribunt & inſtituunt, morte ſolliciti ſint. 50 Imò licet cuncta hactenus adducta exigui momēti eſſent: tamen †prædicta clauſula codicil-
8 laris non ſaltem ſubſidiaria & conditionalis, ſed potius affirmatiua, & generalibus hiſce verbis concepta, *ſi non valet vt teſtamentum, valeat in meliori forma, qua valere poteſt*, tacitè inferret, in genere ſaltem teſtatorem de futuris poſthumis cogitaſſe, 51 vel ex nobis innato affectu, quo liberis conſultum volumus, etiamſi futuri poſthumi ſint, vt Cicero alibi dicebat. 52 Conſequens itaque eſt, vt clauſula eiuſmodi hic ſufficiat ad tuendum teſtamentum à procella præteritionis, quam defectus potius cuiuſdam curioſæ, ſubtilis & ſuperfluæ ſolemnitatis, quàm voluntatis coniecturatæ imò abundè expreſſæ & declaratæ minari videtur. Quare etiam multa ſupremarum regni huius curiarum præiudicia extant, quibus tale præteritionis vitium clauſula codicillari tegi pronunciatum fuit, vt diſpoſitio in eo ſtatu, in quo deprehenderetur, ſeruari poſſet, & potius rationes ac cauſæ voluntatis, quā miſerabiles & ſuperſtitioſæ ceremoniæ ſolemnitatis conſiderarentur. 53 Idq; iuxta reſolutionem multorum Dd. & interpretum iuris, 54 atq; inter alios Decij 55 & Alexandri, 56 imò ipſius Bartoli, 57 qui ſibi contrarius eſt, quemadmodum alibi notauimus. Præterea per dictam clauſulam æquipollentem illi, quam noſtri appellitant omni meliori modo, &c. teſtamentum ſuſtinetur ex eo capite, quo poteſt, eóque modo, quo poteſt, 58 adeò vt quamuis filius in teſtamento paterno non fuerit inſtitutus, quemadmodum requiritur, in eo, quod ſimpliciter illi relictum fuit: 59 tamen teſtamentum vigore talis clauſulæ ſubſiſtat, perinde ac ſi huiuſmodi legatum expreſsè iure inſtitutionis relictum fuiſſet. 60 Vnde ſequitur, quod licet in noſtra hypotheſi teſtamentum ruptioni obnoxium eſſet: tamen virtute clauſulæ illius ſeruaretur. At ſupra demonſtratum ſatis fuit, quod nullus hic ruptioni locus ſit. Sicque ſuprema curia Tholoſana in cauſæ illius definitione pronunciauit.

ADDITIONES.

50 *l. alumnæ, §. fin. de adim. leg.* 51 *d. l. qui iure, de milit. teſtam.* 52 *l. 3. de fin.* 53 *arg. l. codic. §. fin. de leg. 2.* 54 Imola, *in d. l. filio præterito.* Cap. Tholoſ. *deciſ.* 456. & ibi per Aufrer. qui alios citat. 55 Dec. *conſ.* 498. 56 Alex. *conſ.* 123. *libr.* 1. *& conſ.* 42. *l.* 2. 57 *in l. qui filiabus, de legat.* 1. 58. Bald. & Imola *in l. cùm pater, §. filius matrem, de legat.* 2. 59 *§. aliud quoque capitulum, vt cùm de appellat. cognoſc. in auth.* 60 Bald. *in l. quoties, col. fin. C. de her. inſtit.* refert & ſequitur Decius *cōſ.* 77. *num.* 4.

DECISIO X.

ARGVMENTVM.

Accreſcendi ius etiam ad fideicommiſſa vniuerſalia pertinet.

SVMMARIA.

1 *Ius accreſcendi locum habet in fideicommiſſis vniuerſalibus.*
2 *Duarenus adducitur cum interpretatione, quam tradidit ad legē, in qua Paulus de Caſtro intentionem ſuam fundare videtur.*
3 *Coniunctio verbalis quando fieri dicatur?*
4 *Ob delictum viuo teſtatore commiſſum fiſco nullum ius acquiritur.*
5 *Accreſcendi ius in fideicommiſſis vniuerſalibus locum habere ab interpretibus communiter traditur.*
6 *Fideicommiſſarij de poſſeſſione ſibi proſpicere poſſunt.*
7 *Aliud tamen eſt, ſi teſtator ius accreſcendi in fideicommiſſis vniuerſalibus expreſſe aut tacitè prohibuerit, aut inter fideicommiſſarios nulla eiuſmodi cōiunctio ſit, quæ accreſcendi ius producere ſolet.*
8 *In diuiſione portionum quoad ius accreſcendi magna differentia eſt inter quotas indiuiſas & incertas, atque inter diuiſas & certas.*
6 *Magna item differentia, quoad ius illud, eſt in diuiſionibus prædictarum portionum inter legata, & inſtitutionem in hereditate vniuerſa.*
10 *Vocabulum* heredis *per ſe inter alias commoditates: fructum iuris accreſcendi quoque affert.*

NIHIL aliud ergo reſtabat, quàm †altera controuerſia de iure accreſcendi. 1
Hoc igitur à dicto Maret in fideicommiſſo vniuerſali minimè locum habere dicebatur.

tur. 1 Imò etiamſi illud alias in tali fideicommiſſo obtinere poſſet; tamen hic nulla, quàm accreſcendi ius neceſſariò requirit, coniunctio eſſet, cùm actor cum teſtatoris vxore, atque nepote Franciſco, per eiuſdem diſpoſitionem planè non coniunctus, ſed cuilibet ſua portio ſigillatim, atque per ſeparatas clauſulas & diſtinctas enunciationes relicta fuerit, nec per plurales illas locutiones, quæ diſpoſitioni immiſtæ fuerunt, vlla coniunctio induci queat, propter diuiſionem & ſeparationem à teſtatore factam illud operantem, vt iuxtà communem iuris regulam ſpeciale generali deroget, & paria ſint ab initio per partes relinquere, vel relictum ſimpliciter per partes modificare. 2 Præterea ratio illa, ob quam ius accreſcēdi introductum fuit, 3 in fideicommiſſis vniuerſalibus planè ceſſat. Nam in iis heres inſtitutus & grauatus, qui ſemper manet heres, ipſemet portionē retinet, quam quidā è fideicommiſſariis nolebat, aut non poterat accipere, vt hac ratione alij illa accreſcere nequeat. 4 Teſtator itaque in parte eiuſmodi heredem cenſetur habere eum, qui illam retinet, atque adeò fit, vt vacans eadem dici nequeat, cùm nunquam à communi hereditatis maſſa ſeparata, nec è manibus heredis vniuerſalis dimiſſa fuerit. Quod voluiſſe videtur Paulus de Caſtro. 5 Et quāuis eius ſententiā aliter accipiat Duare-

2 nus, 6 atque eo ſaltem illam † pertinere putet, vt ſciatur, quantum filio relictum eſſet verbis teſtatoris, non quantum ei accreſcere poſſet deficiente nepote, dubitatione probabili inde orta, quod teſtator priore parte ſcripturæ fideicommiſſum generaliter filio reliquiſſet, licet verbis ſequentibus generalem ſermonem reſtrinxiſſet. Sic igitur ea interpretari autumat, Scæuolam ad quæſtionem facti, vt aſſolet, reſpondentem; quaſi teſtator ſimpliciter filio decem vncias nepoti duas reliquiſſet; quod & in ſimili, atque in alia ſpecie ab eodem factū fuiſſe notauit: 7 attamen hoc minimè obſtante cōſiderandum eſt, quod fideicommiſſarij ita ſubſtituti: ſi inſtituti heredes non erunt, &c. ad petitionem fideicommiſſi amplius non admittantur, ſi inſtituti hereditatem adeāt. Poſtquam enim heredes adierunt, ius accreſcendi non videtur conſiderandum, 8 quià pòſt portionem agnitam, aut acquiſitam locum non habet, niſi in vſufructu. 9 Quod etiam Iaſon notauit. 10 Quò illud pertinet, quod accreſcendi ius nunquam obtineat, niſi portiones illæ, de quibus quæſtio eſt, & verè & omni iure, vt loquuntur, vacēt. 11 Hoc autē in fideicōmiſſis vniuerſalibus contingere nequit, vtpote in quibus ius & dominium rerum reſtitutioni ſubiectarum ipſo iure, neque à morte teſtatoris, neque etiam ab adita hereditate in fideicommiſſarium tranſit, ſed demū poſtquam heres adita hereditate ſponte, aut compulſus earum reſtitutionem fecerit. 12 Conſequens igitur eſt, quod poſtquam heres per aditionem hereditatis occupauit, portiones à corpore & maſſa hereditatis nunquam auulſas, ſed ſemper eidem vnitas, atque earum verus poſſeſſor & dominus factus fuit, illæ pro repudiatis, non agnitis aut vacātibus haud haberi queant, atque adeò ius accreſcendi nullam mereatur cōſiderationem, quippe quod demùm locum habet, in portionibus ſeparatis, & quaſi à communi hereditatis corpore abſciſſis, quas nullus adhuc occupauit, & quæ ideò pro non agnitis atque vacantibus habentur. Has enim lucrari ſolent ij, qui beneficio factæ ſubſtitutionis vel coniunctionis

ADDITIONES.

1 Petr. Ferrar. *in ſua pract. gl. ſſ fin. tit. de form. lib. quo agit. ex ſubſt.* 2 *l Lucius, §. qui habebat, ad Trebell.* 3 ne videlicet quis pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decederet DD. *in l. re coniuncti. de legat* 3. *l. triplici, d. V. S.* Borcholt. *conſ.* 10. *pag* 133. *col.* 1. *vol.* 1. Tiber Decian. *reſponſ.* 40. *num.* 2. *vol.* 1. Mantica, *de coniectur. vlt. voluntat. libr.* 4. *tit.* 10. *n.* 2. Vaſqu. *de ſucc. progr. in præfat. libr.* 3 *n.* 1. Surd. *deciſ.* 152. *n.* 8. 4 *l.* 1. *§. fin. ad Trebellian. §. ſi quis vnà, de fideicom. hered. & ad SC. Treb.* 5 *ad d. §. qui habebat.* 6 *libr.* 2. *c* 15. *de iur. accreſc.* 7 *in l. final. §. Seio, de legat.* 2. 8 *l. quia poterat, ad Treb.* 9 *l.* 1. *§. interdum, de vſufr. accreſc. l. vnic. §. his iſta definitis, C. de caduc. toll.* Imò ſicut in portionibus agnitis ius hoc locum non habet: ita nec in iis, quæ agnoſci adhuc poſſunt, ſed in iis demùm, quæ defecerunt, vel morte, vel repudiatione, ſiue expreſſa, ſiue tacita, quæ ex ſolo temporis lapſu inducitur, *l. ex pluribus* 9. *de ſuis & legit.* Quare quamdiu in eo eſt hereditas, vt pro coheredum portionibus agnoſci ab iis poſſit, nullus interea iuri accreſcendi locus eſt, *arg. l.* 2. *ſi pars hered. pet.* Anthonin. Teſſaur. *deciſ. Pedem.* 4. *nu.* 8. & poſt eum Anthòn. Faber *in Cod. ſuo libr.* 3. *tit.* 21 *defin.* 3. *n.* 1. 10 *conſ* 41. *libr.* 1. A D. 11 *l. ſi duo patroni, in pr.* & ibi gloſſ. communiter approbata, *de iureiur.* 12 *l. ille à quo, §. ſi de teſtamento, ad Trebellian. l non inſtam,* & ibi DD. *Cod. eodem l. cùm heres, de acquir. poſſ.*

nis proximam ſuccedendi ſpem habent. Et
quemadmodum promiſſum ludicero certã-
tibus curſu præmium dari ſolet ei, qui pro-
poſitam metam proximè attigit, atque vt
inſulam in mari vel flumine natam Quiri-
tum iure ob factam alluuionem acquirunt
illi, qui prædia ſua propius habent: 13 ita
etiam ferè cum accreſcendi iure compara-
tum eſt, quod alluuionẽ imitatur, 14 adeò
vt ſi eadem res duobus, vel pluribus legetur,
ob repudiationem vel defectum agnitionis
in perſona vnius contingentem, cæteri iure
non decreſcendi 15 admittantur, atque pro-
prio iure ad legatum veniant, ne nimirum
iis decedat vel decreſcat id, quod ad ipſos e-
tiam ſolos, ſi repudiantem vel in agnitione
deficientem iis teſtator non coniunxiſſet,
pertinere debuiſſet. 16 Eadem ratione quã-
do aliquid communiter, & per portiones, ac
quotas ſtatim ab initio factas acquiſitum
fuit, tum ſi quædam earum poſtea repudiē-
tur, vel non agnoſcantur, eædem accreſcunt
& acquiruntur iis, qui propiores & magis
coniuncti ſunt. Inter hos autem heredem
fideicommiſſo grauatum eſſe negari non
poteſt. Imò proximum hic locum tenet, &
cùm iam occuparit, verúſque poſſeſſor &
dominus factus fuerit, multò magis coniũ-
ctus eſt, quàm quiſquam è fideicommiſſa-
riis, vtpote quos expectare oportet, donec
caſu ſubſtitutionis eueniente de illius ma-
nu fideicommiſſariam hereditatem acci-
piant 17 Nulla item hoc in caſu fideicõ-
3 miſſariorum † coniunctio apparet, ſine qua
tamen, ceu fundamento ſuo, accreſcendi ius
ſubſiſtere nequit, atq; ideò etiam interdum
coniunctionis ius appellari ſolet. 18 Rea-
lis n. coniunctio procul abeſſe videtur, cùm
ad hanc requiratur, vt ſubſtituti fideicõmiſ-
ſarij ad eadem bona ſeu eandem heredita-
tem coniunctim vocati fuerint, & non niſi
concurſu partes fecerint. 19 Quod hîc mi-
nimè factum eſt, ſed ſinguli ad diſtinctas
portiones & quotis vocati fuerunt, nimirũ
vxor ad ſemiſſem & reliqui duo fideicom-
miſſarij ad duas alterius ſemiſſis partes. Vix
item eſt, vt ex teſtatoris diſpoſitione con-
iunctio verbalis eliciatur, cùm hæc tum de-
mùm contingere ſoleat, quin vno ſermone,
& vna eadémque clauſula à teſtatore pluri-
bus eadem res factis portionib. relinquitur.
20 Quod plerumque per dictiones copu-
latiuas fit, ſed ita demùm, ſi vnitate ſermo-
nis comprehendantur. 21 Hoc igitur cum
in noſtra hypotheſi factum eſſe haud depre-
hendatur, ſed diuerſæ clauſulæ peculiaréſq;
ſingularum portionum determinationes
occurrant, difficillimè verbalis coniunctio
colligi poterit. 22 Diuiſio etenim & certa
demonſtratio id operatur, vt amplius par-
tes non ſint, ſed quælibet pars, veluti quod-
dam totum conſtituat, 23 perinde ac pro-
uincia in duas partes diuiſa nõ amplius pro
vna, ſed duplici prouincia habetur, 24 At-
que ita verius erit teſtatorem in teſtamen-
to ſuo, non tam coniunxiſſe ſubſtitutos, quã
celerius, quod volebat dixiſſe. 25 Tandem
licet quoad cæteras portiones res extrà o-
mnẽ controuerſiã poſita eſſet, tamen fidei-
cõmiſſum, quoad ſemiſſẽ, in quo vxor ſub-
ſtituta fuit, ob atrocitatem delicti ab eadem
in mariti necem conſpirante perpetrati, ex
tacita ac nuda voluntate teſtatoris reuoca-
tum cenſetur, quaſi grauiſſimis interpoſitis
inimicitiis 26 aut quæ interponi debue-
rant. 27 Nam hæc pœnitentia à lege præ-
ſumpta eſt, eadémque certa, vnde adem-
ptum certiſſimum ſit, quod relictum eſt.

ADDITIONES 28 Quo

13 *l. adeò, de acquir. rer. dom. §. inſula §. item quod per alluuionem, Inſtitut. de rer. di-uiſ.* 14 *argu. l. ſed cum patrono, de bon. poſſ.* Gouean. *de iur. accreſc. in princ.* Godd. *ad l. 25. num. 3. de V. S.* Andr. Knich. *de veſtitur. pact. part. 1. cap. 1. n. 294.* 15 iure nimirum non decreſcendi, prout Iuſtinianus id appellauit, *in l. vnic. §. his itaque cum ſeq. Cod. de caduc. tollend.* cùm antea indiſtinctè ius accreſcẽdi vocaretur, *l. ſi ſeparatim. l. hæc ſcriptura, § 1. de cond. & demonſtrat.* Quod autem iure proprio veniant ij, quibus hoc beneficium cõpetit, ſatis colligitur ex *l. ſi mihi & tibi. in pr. de legat. 1. l. proprium, comm. prædior.* 16 Cùm enim heres, tanquam verus poſſeſſor omnia defuncti bona in ſua manu habeat, atque rerum hereditariarum dominus appelletur, *§. fin. de her. qual. & differ.* ideò legatarios & fideicommiſſarios relicta ſibi ab eiuſdẽ manu merito accipere oportet. Vnde illud Plauti *in Menechmis cui ego æquè ac heres heream.* 17 *l. ſi ſub conditione, in fin. quib. mod. vſufr. amittat.* 18 *l. inde Neratius, de vſufruct. accreſc. l. coniunctim de legat. 3* 19 *l. ſi quis Titio, de vſufruct. accreſc.* 20 *d. l. vnic. § his ita, Cod. de caduc. tollend.* 21 *argum. l. ſicut in annos, §. 1. quib. mod. vſufr. amittat.* Quo etiam ſpectat doctrina Bartoli *in l. re coniuncti, de legat. 3.* 22 *argu. l. huiuſmodi, §. quibus, de legat. 1. l. rectè dicimus, de V. S. l. quod in rerũ §. ſi quis poſt, de legat. 1.* Accurſ. *in l. an pars. pro derel.* 23 *l. ſi eadem, de offic. aſſeſſ.* 24 *l. ſi ita quis heredem, de hered. inſtitut.* 25 *l. 3. §. fin. de adim. leg.* 26 *l. in confirmando, cum l. ſequ. de confirm. tut.* 27 *l. fideicomm.* & ibi gl. *C. de fideicom.*

28 Quo caſu cũ veroſimile eſſe cœperit teſtatorem noluiſſe fideicommiſſum præſtari ei, a cui adſcriptũ relictum erat, magis eſt, vt peti nõn potuerit. Cùm niſi palàm & apertè teſtatori quis maledixerit, & infauſtas voces aduerſus eum iactauerit, 29 idem ſit dicendum, quanto magis ſi cum percuſſoribus eius conſpirauerit. Quod miſerandum imprimis viſum fuit populo Rom. cùm D. Brutum ex Cæſaris percuſſoribus inter ſecundos heredes relictum cognouiſſet 30 infauſtum, quod plures percuſſorum inter tutores filijs, ſi qui ſibi naſcerentur, nominaſſet. 31 Fiſcus tamen regius † eiúſue procurator nullum hoc caſu intereſſe prætendere, nec magis portionem illam, tanquam culpa & delicto heredis vacantem vindicare & ſibi applicare, ac totam hereditatem poterit, 32 Nam primò certum eſt, quod vxor non niſi in ſemiſſe ſubſtituta, alterque ſemis ab hac ſubſtitutione planè immunis & exemptus fuerit, atque adeò in hoc fiſcus ne minimum quidẽ iuris prætendere queat. Alterum verò ſemiſſem, quo vxor ob factã conſpirationem, ſe indignam reddidit, ideò ille vindicare non poteſt, quia delictum viuo adhuc teſtatore, & vt noſtri loquuntur, in ipſo acquiſitionis fiendæ actu, perpetratum fuit. Quo caſu communiter traditur 33 id, quod ita deficit, remanere penes heredem, vel penes grauatum, ita vt impediatur ex toto nedum acquiſitio, ſed & ſpes acquiſitionis 34 in his, quæ ex diſpoſitione hominis dependent, tanquam huiuſmodi diſpoſitio cenſeatur in ſe habere 35 tacitam conditionem *ſi merebitur*. 36 Vnde illud Plinij: *& hic hereditatem, hic legata, quaſi mereatur, accipit*. 37 & Martialis de Labieno, qui ex aſſe ſcriptus heres erat à Fabio, plus meruiſſe tamen ſe Labienus ait, 38 adeò vt interdum ſanguinis ratio meritum accipiendæ hereditatis præbeat: 39 Contra vero, quãdo poſt mortem teſtatoris delictum committitur, ceſſante ratione præſumptionis reuocationis tacitæ, relictum à delinquente aufertur tanquam ab indigno & applicatur fiſco. 40 Verum altero caſu, quo teſtator tempore commiſſi delicti adhuc vixit, fideicommiſſum ſaltem, reuocatum eſſe intelligitur, etiamſi ille ignorauerit, qui vtique ſi ſciuiſſet, reuocaſſet. 41 Quemadmodum enim quibuſcunq; verbis fideicommiſſa induci poſſunt: ita & tolli, imo etiam facto ipſo tacitè adimi. 42 Quare & tum, quando teſtator ab herede, vel ſubſtituto occiſus fuit licet fideicommiſſum verè ille reuocare nõ potuerit, nec item poſſit præſumi fictè reuocaſſe 43 ex conſideratione Bartoli, 44 ſicq; auferendum fiſcóq; applicandum videatur: quemadmodum cùm maritus vxoris ab alio interfectæ mortẽ non vlciſcitur, dotẽ ei tanquã indigno ablatam vindicat fiſcus, 45 eadem diſtinctio obtinebit & fideicom pro reuocato habebitur, nec ad illud fiſcus admittetur. Nam huic iis noſtrum non admodum fauet. 46 Vnde etiã eſt, quòd ICti veteres ea, que in fiſci gratiã introducta ſunt, in cõſequentiã trahere haud ſoliti fuerunt vtpote que ob temporum neceſſitates & calamitates cõtra iuris rationem & extraordinariè, ſi ita loqui licet, recepta ſunt. Mirari itaq; non admodũ debemus, quòd IC. loquens de marito vxoricida, 47 maluit ſequi rationem communis, & ordinarij, quàm exẽplum imperialis reſcripti. 48 Nã vt priuilegia fiſci in caſibus ſpecialiter iure expreſſis ſarta tecta cõſeruari cõuenit, etiã ſi rigorẽ quendã præ ſe ferãt: 49 ita

ADDITIONES.

28 *l. ſi inimicitiæ, de his, quibus vt indign. auſer.* 29 Appianus 30 Tranquil. *in Iul. Cæſare. c.* 83. 31 *arg. l. ſi Titio de leg.* 2. & ibi Bartol. *& in l. huiuſm. §. Titio de legat.* 1. *l. indignum & l. aufertur, de his, quæ vt indign. auſer.* Bart. & alij *in l.* 1. *& l. hered. C eod. l. Claudius, l. mulierem. ff d. t l. Lucius, de iur. fiſci, l. cùm ratio, in fin. de bon. damn.* iunctis ijs, quæ ex manuſcriptis codicibus perficiẽdæ clauſulæ gratia a modernis addita in fine fuere. 32 iuxta doctrinam Bartoli *in l.* 1. & melius *in l final. de his. quæ vt indig. auſer.* gl *in d. l fideicom. C. de fideicom.* 33 Imola, *in l. ſi ab hoſtibus, §. final. ſol. matrim.* 34 *arg. l. Celſus, de recept. arbitr.* 35 gl. *in l. Lucius, §. Lucius Titius, Damam. de leg.* 2. 36 *Epiſt.* 2. *libr.* 2. 37 *lib.* 7. *epigram.* 65. 38 *l. dotem, § fin. de caſtrenſ. pecul.* 39 Ex notat. *in l. ſororem, Cod. de his, quæ vt indign.* & ibi Paul. Caſtrenſ. 40 Rauennas *in l. vtilitatem, de confirm. tut.* 41 Stephan. Bertrand. *conſ.* 13. 42 Boſſ *in tract crim. tit. de his, quib. vt indign.* 43 *in d. l. de his, quæ vt indign. auſer.* 44 *l. ei, qui mortem. ff, eodem. l. cum mortem, de iur. fiſc.* 45 & quidem non immerito. Haud enim expedit, iuxta diuerbium illud, vt fiſcus totum mare, cum omnibus piſcibus habeat, (ſeu vt Galli loquuntur: *Il ne faut attribuer au fiſc. la mer & les poiſſons*) Iuuenal. *ſat.* 4 ne forte dum ille, ceu pars quædam Reipubl nimis ſaginatur, cæteræ præ lãguore tabeſcant, vt dicere ſolitus fuit Traianus Imp. teſte Aurel Victor. *in Iuliano.* 46 *in d. l ſi ab hoſtib. §. fin. ſolut. matr.* 47 *in d. l. cum ratio, in fin. de bon. damn.* 48 *l.* 1. *C de leg.* iunct. *l. proſpexit.* 12. *qui & à quibus manum. liber. non fi.* 49 de quo dicteriũ hoc cõmuniter refertur. Guid. Papę qu. 335.

ita quando alij & noui emergunt caſus iſtis etiam apparenter ſimiles,iuris communis rationem ſequi,atque hanc intrepidè omni iuri ſingulari præferre debemus, nunquam ad inſtar M. Antonini Philoſophi in cauſis compendij iudicando, fiſco fauentes. 50 Præter quæ etiam dictus Verger pro vlteriori exceptionis † à reo Maret obiectæ eliſione aſſerebat, communius placere,quod in fideicommiſſo etiam vniuerſali accreſcēdi ius,obtineat,iuxta doctrinam Bartoli, 51 quam omnes ferè ſequuntur. Quæ etiam vltra textus vulgò adduci ſolitos hac ratione firmari poteſt, quod creditorum & legatariorum maximè interſit hereditatem reduci ad vnitatem patrimonij,quo fideicommiſ

6 ſarius† in ſolidum repræſentet defunctum, vt hæres,qui ſuo,vt Martialis dicebat, 52 ſit loco, cùm nulla ſit teſte Cicerone 53 perſona,quæ ad vicem eius, qui è vita emigrauerit propius accedat,quam heres. Quo itidem facit auctoritas gloſſæ, 54 atque aliorum præcellentium iuris interpretum, 55 quorum nonnulli ius accreſcendi ad quamlibet coniunctionis ſpeciem extendere ſolēt,qua fideicommiſſarij inter ſe iuncti fuerunt. Quamuis enim Iaſon 56 apertè hoc definire noluerit: tamen Franciſc. de Ripa 57 liberè & intrepidè aſſeruit, & poſt eum Alciatus 58 illud quoque,adiecit,ridiculam ſibi videri opinionem contrariam ea ratione,quod coniunctus ſemper potior ſit grauato, ſiue particulari, ſiue vniuerſali fideicommiſſo grauatus fuerit. Quod fundamētum deſumtum eſſe videtur, ex nouella Iuſtin.qua ſimilis ferè definitio ſeu deciſio habetur. 59 Vtut igitur ex iure pandectarum nonnullæ ſubtiles rationes in contrarium afferri poſſent: tamen ius hoc nouiſſimum conſiderāti facilè apparebit, ſi poſt obitum heredum grauatorum fideicommiſſi caſus eueniat, portiones eidem obnoxias haberi debere pro vacantibus, atque ab hereditatis corpore auulſis eo ipſo momento, quo fideicommiſſi caſus euenit, quaſi conditione impleta,& ab initio in irritum deuocata, & ſic intelligenda, quaſi nec ſcripta, nec penitus fuiſſet appoſita. 60 Iuſtinia.enim *in d. Nouella* ſanctionem ſuam, ad quamuis ſupremæ voluntatis partem,atque adeò ad legata, & fideicommiſſa quælibet,etiam vniuerſalia, extendit. 61 Planè contraria opinio locum habere poterit, quando teſtator

7 pſ [illegible] tale ius accreſcendi in fideicommiſſis, vel expreſsè, vel diſtinctione quadam tacitè prohibuiſſet, 62 quod facere poteſt, vel quando fideicommiſſarij non eſſent aliquo modo coniuncti. 63 Nam alioqui in coniunctis coniunctionem operari ius accreſcendi in terminis reſpondit Socinus, 64 ex tacita teſtatoris voluntate, quæ ex eadem coniunctione colligitur, 65 ſiquidem vt Bald. dicebat, 66 quemadmodum naturaliter euenire ſolet, vt ſi vnius oculi pupilla claudatur, alterius dilatetur:ita quando deficit vnius coniunctorum, alter locupletatur propter colligantiam, vt ait, quia cortina cortinam trahit, quaſi ignis ad torrem, aut potius ad Naphtam veniens, atque ita coniungens,vt qui coniunguntur,vnius poteſtate fungantur. 67 Tandem ea, quæ ſupra pro ſententia † contraria afferebantur, 8

vel eo facilè dilui poſſunt: quod prædictæ portiones indiuiſæ,atque adeò incertæ fuerunt. Nam omnia illa tum demum procedunt,ſi partes diuiſæ, certæ,atque à teſtatore ita

ADDITIONES.

50 *conſil.*53.incip.*Picarolus*,Maſuer. *in tit. de ſucceſſione*,*§.item notandum.* 51 *epigr.*63. *lib.*3. 52 *lib.*2.*de leg.* 53 *in c.Raynaldus,ſuper verb. ex patruis*, & ibi Did.Couarr. §.1. *num.*4. 54 latè Paul. Pariſ. *conſ.* 130. *n.* 28. *vol.*4. 55 Corneus *conſ.*306.*vol.*1. Ioannes Rubeus *conſ.*52. 56 *in d l.re cōiuncti, n.*206. 57 *in d.l.n.*179. 58 *in d.l.vnic.§.ſin autem aliquid,verſic.quod ſi in medio, C. de caduc. tollend.* 59 *l.fin.§.ſin autem ſub conditione, C.comm.de legat.*præſertim in Gallia,vbi generali conſuetudine receptum eſt, vt mortuus ſaiſiſſet viuum,*que le mort ſaiſit le vif*, atque ideò ſolemnes illæ reſtitutiones iuris antiqui haud obſeruentur. Petr. Rebuff. *in proæm.conſtitut.glo.*5. qui alleg. Guilh. Bened.& alios,ſed fideicommiſſarij poſſeſſorio quodam remedio ſibi proſpicere poſſint, quemadmodum regulariter hoc facere ſolent etiam ſupremarum curiarum auctoritate. Quod æquitati quoque iuris Canonici conuenit ad euitandum circuitum, vt Bald.notauit *in c. in præſentia.nu.* 31.*extr.de probat.*quemadmodum vulgò eum accipere ſolent.Super cuius etiam doctrina arreſtum ſuum in eiuſmodi cauſa prolatum fundauit parlamentum Pariſienſe 13.Iulij, Anno 1560. teſte Choppino *de morib. Pariſ.lib.* 3.*tit.*1.*n.* 10 60 *d.l.vnic § pen. Cod.de caduc. tollend.* 61 Bald.*in d.l. vnic.quæſt.*9.*per d.§.qui habebat.* 62 Paul.Caſtrenſ. *ad d.§.* 63 Socin. *conſ.*94.*ad fin.vol.*4. 64 *l.ſi Titio & Meuio, §.Iulianus. de legat.*3. 65 *in d.l. vnic.§. in primo n.*16. *C. de caduc.tollend.* 66 *l planè. in princ.de legat.*1. 57 *l.*1.*§.interdum, de vſufr.accreſc.*

ita deſignatæ & determinatæ fuerint, vt planè ampliùs dubitari nequeat, quantum quilibet fideicommiſſariorum accipere debeat. Firmum itidem & certum manet, quod ſæpius dicti ſubſtituti cõiuncti ſint, verbali nimirum coniunctione, quæ propriè coniunctio dicitur, 68 proptérq; vnitatem ſermonis quaſi in vnũ corpus redactio, 69 cũ realis cõiunctio propriè diſiunctio vocetur, 70 quaſiq; ab ipſo teſtatoris ſermone apertiſſima diſcretio 71 oppoſita ſcil. ſuperiori coniunctioni, 72 vnde & ſeparatio dicitur. 73 Quod facilè colligi poteſt ex notatis Iuriſconſultor. *ad legem Iuliam & Papiam* 74 ad quam ideò de cõiunctis diſſeruere, quod inter eos non ſemper haberet locum ius accreſcendi, obſtante eadem ipſa lege, qua non capientis pars caduca fiebat, & fiſco acquirebatur, niſi inter liberos, in quibus ius antiquum ſeruabatur, vt apud Vlpian. videri licet. 75 Illud etiam, quod de diuiſione
9 † partium dictum eſt, in legatis potiſſimum procedit, & obtinet. 76 At alia & diuerſa cauſa eſt heredum aut ſubſtitutorum, quos ad eandem rem vocari ſemper contingit, quocunque modo & quibuſcunque verbis inſtituti aut ſubſtituti fuerint, à teſtatore ſiue ſimpliciter, ſiue partium diſtributione aut maiori, aut minori ſemper ad aſſem reuocanda: 77 adeò vt tali diuiſione facta à teſtatore, nihilominus perſpicuum ſit, heredes omnes aut ſubſtitutos coniunctos eſſe, atque ad eandem rem vocari, eo quòd huiuſmodi diuiſio in partes talis ſit, quæ intellectu magis, quàm corpore habeatur. 78 Et quamuis tum, quando heredes ex certis partibus inſtituuntur prima fronte ij ad diuerſas res vocari, atque ideò non coniuncti eſſe videantur: res tamen longè aliter ſe habet. Nam cùm heres
10 † ſucceſſor iuris ſit ſuccedátq; in vniuerſum ius defuncti, 79 ex re certa non poteſt quiſquam heres eſſe. Proinde ſuperior inſtitutio ita accipietur, quaſi ex æquis partibus teſtator eos inſtituerit & alteras res vni, cæteras alteri legauerit. 80 Cùm ergo vocentur ad eandem hereditatem, & ſuccedant ambo in vniuerſum ius defuncti, conſequens eſt eos coniunctos dicendos eſſe. Vnde euidens eſt, quoad inducendam vel etiam iudicandam inter inſtitutos vel ſubſtitutos coniunctionem haud conſiderandum eſſe in quibuſnam partibus illi inſtituti vel ſubſtituti ſint, ſed ſufficere, quod inſtitutio vel ſubſtitutio in eadem hereditate, atque vno eodémque teſtamẽto facta fuerit. In legatis verò ſuperior differentia omnino attendenda eſt, adeò vt collegatarius excludatur, ſi ob teſtatoris diuiſionem partes aut res certæ cuilibet legatariorum aſſignentur: & contra verò admitti debeat, ſi non obſtante diuiſione partes adhuc incertæ ſint. 81 Inſuper licet nihil planè eorum, quæ iam allata fuerunt, hoc in caſu militaret: tamen pro obtinenda cauſæ victoria ſufficerent verba illa generalia, quæ poſt conceptionem verborum fideicommiſſariam ſubſtitutionem concernentium poſita fuerunt, quibus teſtator ſubſtitutos quoq; generaliter heredes inſtituit, atque iis permiſit, vt eueniẽte ſubſtitutionis caſu pro liberrima ſua voluntate, & citra vllius impedimentum relicta hereditate frui poſſent. Quæ clauſula non modò ſubſtitutionem reciprocam & reſpectiuam inducit, ſed etiam iuri accreſcendi nemine diſſentiente, locum facit. 82 Nam licet heres in re certa inſtitutus, qui vniuerſaliter inſtitutum coheredem habet, pro legatario ſaltem habeatur: tamen, ſi heres vniuerſalis ante cognitionem vel aditionem hereditatis decedat, ad eum, qui in re certa inſtitutus fuit, vniuerſa hereditas pertinet.

Ex quo colligi poteſt, quod ipſa vox heredis tantum virium habeat, vt ius accreſcendi facilè inter alia commoda inducere poſſit, quod tamen, id eſt, quoad legatarium à teſtatore ſimpliciter inſtitutum ſecus eſt. Ob quæ & reliqua, quæ ſuperius prolixè expoſita ſunt, per arreſtum in habitu curiali à defuncto Dn. præſide de ſancto Ioanne Dn. de Seguonſielle inter arreſta generalia circa medium Aug. anno 1586. ad relationem Dn. Filere pronunciatum prædictus du Verger victoriam cauſæ obtinuit. Iudicatum ſiquidem fuit, quod in eius fauorem (nulla habita ratione libelli ſupplicis à

Marct

Additiones.

68 *d.l.vnic.§.his ita definitis C. de caduc tollend.* 69 *d.l.vnic.* 70 *d.l.vnic.§.hæc autem.* 71 Cuiac.*in notat.ad d §.ſi eadem.* 72 *d.§.interdum.* 73 *d.l.re coniuncti & l.tripli-ci,de V.S.* 74 *in Inſtitut.*referẽte Duar. *tract. de iur.accreſc.* 75 *d.§ quibus* 76 *l.interdum, de her.inſtitut.§.etſi plures.Inſt.eod.* 77 *l.Mæuius,§ duobus, de legat.* 2. 78 *l.quoties,§.heredes. de her. inſtitu. l. heres, de acquir. rer. dom.l.hereditas.de petit.hered.l.hereditas,de V.S.* 79 *l.ex facto.de her.inſtitu* 80 *l.Mæuio de leg* 2. 81 Gouean. *in libr.de iur.accreſc.* ex *l.Scæuola, in fin. ad Trebell.& argu.d.l.Mæuio,de legat.* 2. 82 iuxta doctrinam Bartol. *in l.quoties,C.de her.inſtitu.*

N n

Mater exhibiti neque præteritionis ab eo prætenſæ, de qua in præcedenti deciſione actum eſt) caſus ſubſtitutionis eueniſſet, & propterea iſte in omnibus teſtatoris bonis, tam ratione inſtitutionis quoad ſuam perſonam factæ, quàm propter ius accreſcendi reſpectu prædefunctorum ſubſtitutorum manuteneri deberet, ſaluis tamen legitima & Trebellianica, quæ olim teſtatoris filio & poſthumo Guilhelmo & Petro d'Vrba præſtandæ fuiſſent, nunc verò ad huius teſtamentarium heredem, prædictum d'Authenac, pertineant, cæteriſque detractionibus ſolitis & facta expenſarum compenſatione.

DECISIO XI.

ARGVMENTVM.

Parentes in liberorum teſtamentis inſtitui vel iuſtè exheredari debent.

SVMMARIA.

1 *Aſcendentes in deſcendentium teſtamentis nominatim inſtituendi ſunt.*

2 *Præteritio matris aut ea prædefunctà auiæ maternæ exheredationi æquipollet.*

3 *Exheredatione iniuſta vel præteritione teſtamenta tam liberorum, quàm parentum quoad ſolam inſtitutionem vitiantur, cæteris ſaluis manentibus.*

4 *Parentes, qui ridiculè in quinq; ſolidis ſaltem inſtituti fuerunt nihilominus pro præteritis habentur non obſtante arreſto ſupremæ curiæ Gratianopolitanæ.*

5 *Opinionem Accurſii in eiuſmodi hypotheſi, de qua hic quæſtio eſt clauſulam codicillarem nihil operari exiſtimantis DD. communiter non ſequuntur.*

6 *Eadem tamen in contradictoriis iudiciis præſertim ſupremis obtinuit.*

7 *Arreſtum ſupremæ curiæ Tholoſanæ.*

8 *Eodem arreſto parentum legitimam trientem eſſe delaratur.*

9 *In cuius computatione etiam legatorum habenda eſt ratio, cum his illa haud minuatur.*

10 *Præteriri poteſt mater, quæ ad ſecundas nuptias conuolauit in teſtamento filij ex priori matrimonio ſuſcepti.*

1 QVAMVIS contra votum & deſiderium † parentum aliorúmve aſcendentium ſit, vt liberis ſeu deſcendentibus ſuccedant, cùm his illorum hereditas ipſa natura debeatur: 1 attamen ſi caſus eueniat, vt turbato mortalitatis ordine, liberi prius decedant, atq; teſtamentum condere velint, tùm neceſſariò requiritur, vt in eo parentes heredes inſtituantur, adeò vt ſi ij expreſsè vel tacitè per præteritionem exheredati fuerint, querelam inofficioſi teſtamenti, & olim habuerint, cùm præteritio iſta exheredationi æquipolleat, præſertim matris † aut 2
ſi iam deceſſerit, auiæ maternæ intuitu, vtpote quæ liberos, nepotes & deſcendentes haud in poteſtate ſua habuerunt. Et certè cùm nunquam fieri queat, vt dignas parentibus liberi gratias agant, atq; eorum benemerita compenſent, haud incommodè dici poteſt, facilius ſuſtineri, vt liberi à parentibus, quàm parentes à liberis exheredentur. Nihil enim eſt, quod parentes à liberis acceperint, cùm tamen hos omnia ferè ſua illis accepta ferre oporteat. Vnde etiam exheredationem nonnulli fulmen patrum indigitarunt, quòd aduerſus ferociam adoleſcentiæ datũ ſit, aduerſus filios, qui peccare plus poſſunt, 2 vt ea ratione intra limites officij ſui contineantur.

Vſu quippe humano hereditates pecuniariæ gratiam facere ſolent, vt venerabiliora fiant iura pietatis, quia hoc quoque plus defertur parentibus, ne læſa pietas patris vlciſcatur ſe exheredatione vel abdicatione contumacis pignoris. 3 Cæterum quod iure nouo conſtitutum eſt 4 ex cauſa exheredationis, vel præteritionis † irritum 3
teſtamentum quoad inſtitutiones tantum fieri, cætera verò firma permanere debere, illud etiam ad eum caſum meritò refertur, quo parentes à liberis iniuſtè exheredati vel præteriti fuere. Cùm itaque mercator quidam, Petrus Aſſaguelus, nullos liberos, ſed prædefunctis patre & matre auiam maternam ſaltem Helix de Chaluet viduã defuncti Iohannis de Sauret domini de la Reſcherie in Auernia, habens 13. Decembr. Anno 1586. teſtamentum condidiſſet, atque in eo heredem vniuerſalem quendam propinquum ſuum Anthonium Aſſaguelum, ea lege inſtituiſſet, vt is liberis ſuis Ioanni & Petro Aſſaguelis, aut vni ex ijs, quem electurus eſſet, omnem hereditatem

ADDITIONES.

1 *l.15.de inoffi.teſtam.* 2 Quintil.*declam.* 259. 3 Ambroſ.*lib.5.epiſt.20.* 4 *auth.ex cauſa,C.de liber præter.*

tem reſtitueret; cæteris verò propinquis tam paterni, quàm materni generis omnib9 & cuilibet eorum, qui aliquod ius in hæreditate prætendere poſſet, quinque ſolidos legaſſet nulla ſpeciali auiæ maternæ mentione facta, atque tandem clauſulam codicillarem adieciſſet, qua teſtamentum eo iure & modo valere voluerat, quo optimè valere poſſet: paulò pòſt eius obitum teſtamenti illius nomine lis mota fuit. Auia enim materna hereditatem ſibi ab inteſtato deberi contendebat, cùm teſtamentum, in quo †
4 præterita fuerat, irritum, atque inſtitutio illa in quinque ſolidis 5 nullius planè momenti eſſet. In fraudem enim legis & tertij præiudicium facta videtur, quemadmodum quod libellario nomine ſub viliſſima duorum denariorum penſione perpetuò conceditur vtendum, alienatum in fraudem eſſe nullus dubitare poteſt. 6 Verum Anthonius inſtitutus heres reſpondit doctrinam
5 illam Accurſij † qua inſtitutionem in quinque ſolidis fieri poſſe tradit, omninò receptam & approbatam eſſe Nã ita inſtitutus, ſi ei legitima debeatur, ad eius ſupplementum nihilominus agere poteſt, 7 atque alias etiam traditur, quod remedij loco, locatio aut venditio vno nummo, aut potiùs imaginariè fieri queat. Quo etiam referri poterit, quod iudicatum fuit; ſufficere, ſi liberi parentibus, quos prætierint, legatum relinquant, cùm illud particularis quædam inſtitutio eſſe videatur. 8 Præterea licet hęc non eſſent; tamen clauſula codicillaris teſtamento adiecta procul dubio tantùm operaretur, vt teſtatoris voluntati ſatisfieri deberet, atque auia materna defuncto ab inteſtato ſuccedens teneretur Anthonij Aſiaquelli inſtituti heredis liberis hereditatem, ſeu fideicommiſſum vniuerſale, ſtatim & abſque vlla dilatione reſtituere, cæteriſque relicta legata præſtare, 9 adeò vt illa nihil amplius, quàm legitimam retinere poſſet, quæ deductis legatis cæteriſque oneribus tertiam bonorum partem faceret; iuxtà doctrinam iuris interpretum in Francia receptam atque praxi comprobatam, quæ electionem quidem tribuit, vt illa vel legitimam vel quartam Trebellianicam accipere poſſit; 10 ſed cùm legitima Trebellianica amplior ſit, veroſimile eſt, quod huic illam prælatura ſit. Vltra legitimam verò quartam adhuc petere haud poteſt, cũ vtraque & origine & exactione concurrat, atq; ſic ex cauſa lucratiua debeatur, 11 adeò vt vnius electione altera euaneſcat, aut ad minimum vnà in alteram imputetur, prout alibi eleganter Fernandus explicat. 12 Et quamuis Accurſius aliud de clauſula codicillari docere neque tantam ei vim hoc in caſu tribuere videatur: 13 tamen eius doctrina haud recepta eſt, atque aduerſari videtur reſponſo illi Vlpiani, 14 quod à Bartholo contrarium ſtatuente examinatur. 15 Inferri enim ex eo ſolet, quod clauſula codicillaris in tali hypotheſi, de quali hîc agitur, eundem cum inſtitutione directa effectum habeat, adeò vt ſi diſpoſitio directè ſeu iure teſtamenti valere nequit, valeat obliquè ſeu iure codicillorum. Atque ſic vna eadémque diſpoſitio valebit, partim directè & veluti teſtamentum, quoad legata atque fideicommiſſa particularia, partim verò obliquè & iure codicillorum, quoad ipſam inſtitutionem, vtpote cuius intuitu res ad cauſam inteſtati redacta fuit per aditionem ab inteſtato ſic factam, cùm cætera firma maneant, quæ alioquin ſine huiuſmodi aditione ſubſiſtere non poſſent. 16 Quare iſte clauſulæ codicillaris hoc in caſu ſenſus erit, vt diſpoſitio, quandiu iure teſtamenti valere nequit, nimirum quod inſtitutionem, iure codicillorum quoad reliqua omnia valere debeat. 17 Verum hiſce Anthonij exceptionibus actrix replicabat, quod teſtamentum, in quo ipſa præterita, & nę nominata quidem nedum honorificè, vt decebat, inſtituta fuiſſet, planè ſubſiſtere nõ poſſet: quódque ex ridiculo illo legato quinque ſolidorum omnibus propinquis relicto

ADDITIONES.

5 Quam fieri debere docet Accurſ. *in l. 3. §. ſed vtrum, in fin. ſuper verb. patrimoniũ, de minor.* 6 *c. cunic. §. denare, tit. qual olim feud pot. alien.* 7 *per l. omnimodo, C. de inoff. teſt.* Faciunt ea, quę tradit Fernand. Vaſq. *de ſucc. creat. lib. 1. §. 10. n. 191. & lib. 3. fol. 34.* Ruin. *conſ. 5. n. 14. & 16. fol. 3.* Oldrad. *conſ. 123.* 8 Ita enim iudicauit parlamentum Gratianopolitanum cuius arreſtum refert Papõ *in collect. arreſt tit. de teſtam. arreſt.* 8. 9 Bartol. *in l. quanquam, C. ad l. Falcid. & in l. Papinianus, §. meminiſſe, de inoffic. teſt.* Baldus *in l. filiũ quẽ habentem, n. 34. C. fam. erciſc.* 10 gl. *in d. l. quanquã. & in d. §. meminiſſe, & in c. Raynut. extr. de teſt.* Iaſon. *in l. coheredi. §. cũ filia, de vulg.* 11 *arg. l. Meuius, §. duobus, de lega. 2.* 12 *in repet. l. in quartam praf. t. 5. n. 3. & 4.* 13 *in d. auth. ex cauſa ſuper verb. cætera* 14 *in l. generaliter, §. ex teſt. de fideic. libert.* 15 *in l. 1. in 7. qu. de iur. codic.* 16 iuxta notata *in l. qui filium, §. ſeruus, de hered. inſtit.* 17 Paul. de Caſtr. *in d. auth. ex cauſa,* ex *l. Stichum, qui meus erit, de legat. ſi* & notat. *in l. controuerſia, de tranſact.*

relicto euidenter appareat teſtatorem eos non tam præterire, quàm exterminare voluiſſe. 18 Reſpondit idem Accurſij doctrinam hoc in caſu in medium haud afferri poſſe, vtpote cùm ille loquatur de eo, qui portionem ſuam viuo iam teſtatore accepit, quémque illa omnino contentum eſſe oportet. Vt tamen ei omnis temerè conquerendi via melius præcludatur. Accurſius hoc conſilium dat, vt dicis gratia in quinque ſolidis inſtituatur.

6 Hic autem in aliis terminis verſamur, † vtpote cùm teſtatorem nepotem neceſſariò ſuperſtitem auiam maternam inſtituere vel exheredare, aut pœnas preteritioni iure conſtitutas, nimirũ annulationem ſeu caſſationem teſtamenti expectare oportuerit. A præterito etiam, veluti hoc in caſu auia materna eſt, fideicommiſſum relinqui non poſſe certiſſimi iuris eſt, eo quòd is, qui honoratus non fuit, grauari etiam vel onerari nequeat, atque is, qui nihil accepit, nihil etiam reddere teneatur. Nec eſt, quòd ex dicta authentica obiiciatur, in eiuſmodi teſtamento, præter inſtitutionem, cætera omnia firma permanere. Nam hoc ad fideicommiſſum vniuerſale non pertinet, quod neceſſariò agnitionem hereditatis ab inſtituto herede factam deſiderat, quam iſte facere nequit, poſtquàm inſtitutio irrita facta fuit, atque ſic is tituloтenus ſaltem ſine re & qualitate heres eſt. Et quamuis in Nouella, vnde prædicta authentica deſumpta eſt, fideicommiſſorum quoque mentio fiat, 19 tamen illud non de vniuerſalibus, ſed particularibus ſaltem fideicommiſſis accipiendum eſt, quæ legatis per omnia æquiparata ſunt, atq; ſummam cum iis affinitatem habent. 20 Clauſulę quoque † codicillari prędictam vim tri-7 buι haud poſſe contra alios rectè gloſſa docuit. 21 Quando enim inſtitutio ipſo iure nulla eſt ſeu irrita fit, tum eius ruinæ tali ſubſidio occurri nequit. Hanc itaque motam controuerſiam parlamentum Tholoſanum ita definiit, vt auiam maternam, tanquàm heredem vniuerſalem, in omnia defuncti nepotis bona, quæ tempore obitus iſte tenebat immitteret: ea tamen lege, vt fideicommiſſum vniuerſale Ioanni & Petro Aſſaquelis ſeu alterutri eorum, quem parens Anthonius electurus eſſet, reſtitueret, atque ipſamet legitimæ loco tertiam omnium bonorum partem cum fructibus qui à tempore obitus percipi potuerant, haberet, eáque contenta eſſet, nec vlterius quartam Trebellianicam detraheret. Verùm arreſtũ hoc minimè adiecta clauſula codicillari, multóque minus legato quinque ſolidorum, quod verè imaginarium atque deriſorium eſt, ſed potius diſpoſitione allegatæ conſtitutionis nouellæ fundatum fuit. Ex ea enim euidenter apparet, quod ſola inſtitutio tolli & euacuari, cætera autem omnia etiam fideicommiſſis tam vniuerſalibus quàm particularibus non exceptis firma permanere debeant. Haud aliter tamen inſtitutio euacuatur, quàm vt in locum inſtitutorum ſurrogentur heredes legitimi, ſeu ij quos lex ipſa ad ſucceſſionẽ vocat, atque vt omnia illa pręſtent, quæ heredes inſtituti præſtare à teſtatore iuſſi fuerant. Qua ratione reſponderi etiam poteſt, ad illud, quo dictum fuit, fideicommiſſum à præterito relinqui non poſſe. Nam heredes eiuſmodi à lege ſubrogati in locum inſtitutorum vocantur, atque ab ipſa lege honorantur, & per conſequens etiam grauari rectè poſſunt. Quæ reſponſio ſufficere poterit, vt minimè opus ſit recurri ad ea, quæ de clauſula codicillari Paulus de Caſtr. differit, 22 Et quamuis pręteritio ſeu exheredatio à liberis teſtatoribus facta, ſubrogationis illius cauſa ſit, atque ob illam fiat, vt heredes in inſtitutorum locum ſufficiantur, atque ſic ab ipſa lege præparentur, vt grauari & onerari queant: tamen ſubrogatio & ſuffectio illa haud ſine fructu, ſed cum particulari commodo coniuncta eſt, adeò vt ſuffectis, ſi eiuſmodi perſonæ ſint, quę legitimam petere nequeunt, Trebellianicam detrahere licitum ſit, aut ſi ius petendæ legitimę ij habeant, liberi vel legitimam vel quartam, vtra earum amplior aut commodior eſt, eligere queant. Quare etiam factum eſt, vt parlamentum Thol. † actrici legitimam 8 adiudicans detractionem Trebellianicæ locũ non habere expreſsè pronũciarit. Quam legitimam etiam eandem tertiam omniu defuncti bonorum partem eſſe voluit, cùm vt deſcendentium ita & aſcendentium legitima aucta iam ſit. 23 Atque legatis legitima haud minuitur, 24 cùm de omnibus † illa 9 defuncti

ADDITIONES.

18 vt loquitur Apuleius *in Apolog.* 1. 19 *l.2. de legat.* 3 20 *Nou.115. c.3. in fin.* 21 *l.1. de legat.* 1. 22 Guido Papæ tamen *qu.* 459. & *ſing.*403. notat, quod nouella iſta etiam de fideicommiſſis vniuerſalibus intelligenda ſit atque parlamẽtum Gratianopolita iudicaſſe teſtatur. 23 *in d. auth. ex cauſa, n.15. in fin.* 24 *Nou.18.§. obſeruando*, iunct. ibi glo. 24. *ſuper verb. omnil.* Illud autem rectè traditur quòd ſi teſtator duos ex vtroque latere ſibi coniunctos fratres inſtituerit atque matrem præterierit, mater legitimæ loco trientem non totius hereditatis, vt exiſtimauit Butrigarius & Bald. *in auth. noviſſima, C. de inoffic. teſt.* Socin. ſen. *conſ.* 7. *num* 7. *lib.* 3. ſed tertiæ partis ab inteſtato ſibi debitæ petere poſſit

defuncti bonis debeatur, dummodo prius funeris impenſæ atq; debita, quæ ille reliquit, detracta fuerint. Hanc enim ſolam detractionem legitima patitur, atque alias iuxta communem interpretum iuris ciuilis & Canon. doctrinam vllo modo grauari, minui aut alterari nequit. 25 Tandem & illud
10 notandum, quod mater, † quæ ad ſecundas nuptias cõuolauit, à filio prioris mariti prę terita, eius teſtamẽtum impugnare nequeat. 26 Quod itidem arreſto ſuo confirmauit parlamentum Thol. in ſecunda claſſe inquiſitionum in cauſa de Prades contra Abrahamum de Narbonne prolato. 27 Cæterum, etſi Ferronus ad conſuetudines Burdeg. 28 aſſerere videtur, inſtitutionem in quinq; ſolidis factam valere, eo quò I tum aſcendentes non tam præteriti, quàm ſubitò nominati & inſtituti eſſe cenſeantur, 29 vel ſolo nomine generis, quo multis modis quid exprimi poſſe quidam exiſtimauerunt: 30 attamen ille de alijs terminis & de peculiari conſuetudine, quam explicat, loquitur. Quare eius doctrina generaliter accipi atq; ad ea loca, vbi conſuetudo illa non viget, extendi nequit.

ADDITIONES.

debitæ petere poſſit. Bart. *in l. pater filium, lect.2.n.14.de inoffi.teſtam.* Iaſon *conſ.61. vol.* 3. Alexand. *conſ.* 4. *vol.*1. Baldus *cõſ.*250. *vol.* 4. Anthonin. Theſaur. *deciſ.*172. Andr. Fachin. *li.4.contr.c.*29. Si verò fratres omnino præteriti fuerint, legitima matris integram totius ſubſtãtiæ tertiã facit, Theſſau. *all. dec nu.* 2. *& in fin.* Burſatus *conſ.*115.*n.*6.*& ſeq.* Vinc. de Franchis *deciſ. Neapol.*63. Cæterũ & fratrũ legitimã auctã fuiſſe rectè dici poteſt, adeò vt hodie ijs, quoties illam petere poſſũt, triẽs debeatur. Fachin. *d.l* 4. *contr.c.*28. Hier. Gabr. *conſ.*126. Diſſ. Alexand. *in l. ſi patroni, § final. ad Trebell.* Cagnolus, *ad l.*1. *n.* 22. *de inoff. teſt.* Afflict. *deciſ.*204. AD. 25 Iaſon *in l. re coniuncti n.*47. *de legat.*3. 26 iuxta not. *in auth. vnde ſi parens, C. de inoff. teſta. & in l. quoniam in prior. eod.* Quetta *conſ.* 50. *n.* 2. Nicol. Euerh. iun. *conſ.*19. *nu.*84. *vol.*1. Vnde etiã rectè traditur, ꝙ liberis legitima quoad ſolã proprietatẽ relinqui atq; eiuſdẽ vſusfructus alij conſtitui non poſſit niſi cõſiſtat in dote, & vſusfructus conſtituatur ei, ad quẽ dos redire debebat. Theſſaur. *deciſ.*137. 27 Bald. *in l. maximum vitium, C. de liber. prater.* Paul. de Caſtr. *conſ.*218. *prim. partic.* quos refert & ſequitur Ranchinus *concluſ.* 497. *part.*4. 28 *titul. de teſtament.* §.4. 29 *argu. l. ſi ita quis. de hered. inſtitu.* 30 Barthol. Socin. *in l. ſi mihi & tibi, de legat.*1.

DECISIO XII.

ARGVMENTVM.

In teſtamento ob præteritionem liberorum irrito ſubſtitutio pupillaris nihilominus valida eſt.

SVMMARIA.

1 *An in caſu diſpoſitionis, cuius in prædicta nouella mentio fit, ſubſtitutiones pupillares poſſint aut debeant conſeruari?*

2 *Rationes & fundamenta pro ſententia negatiua.*

3 *Affirmatiua opinio, quæ pro conſeruatione ſubſtitutionum eiuſmodi militat, melius fundata videtur.*

4 *Quod etiã locum habet, ſi ſubſtitutio impuberibus, præteritis aut exheredatis facta fuerit.*

5 *Abſurda, quæ ea ex re maior pars interpretum inferre voluit, vndénam proueniant?*

6 *Vera ratio diuerſitatis in caſu dicta conſtitutionis inter inſtitutionem eandem annihilatam & reliqua, quæ in teſtamento continentur ac valida ſunt.*

7 *Error euidens & manifeſtus teſtatoris non videtur impedire, vt ſeruetur illud, quod teſtator cogitauit, atq; ſe ſcripſiſſe & diſpoſuiſſe credidit.*

8 *Pupillaris ſubſtitutio intelligitur & continetur ſub remedio prætorio bonorum poſſ. contra tabulas.*

9 *Scæuola loquens de ſubſtitutione pupillari explicatur.*

10 *Præiudicium ſupremæ curiæ Tholoſanæ ea de re prolatum.*

IN conſtitutione nouella, cuius † in præcedenti deciſione mẽtio facta fuit, expreſsè ſancitur, legata, fideicommiſſa, libertates, tutorum dationes, vel quælibet alia capitula conceſſa legibus etiam tum, quando ex cauſa exheredationis vel præteritionis teſtamentum irritum factum fuit, adimpleri & dari illis debere, quibus fuerint derelicta, vt in ijs teſtamentum, tanquam non reſciſſum, obtineat. Quod Irnerius *in dicta authentica* paucis atque tribus ſaltem hiſce verbis expreſſit: *cætera namque firma manent.* Quæſitum igitur eſt, an ſub prædictis capitulis lege conceſſis etiam ſubſtitutiones pupillares cõprehendantur, adeo vt illæ ſuſtineri debeant, in teſtamento, in quo præteritio facta fuit? Quæ quidem quæſtio in ſequenti hypotheſi mota atq; à parlamẽ-

to Tholoſano examinata fuit: Quidam, qui Franciſcus Petrus vocabatur, duas ex primo matrimonio filias Antoinette & Belle de Pierre habens ſecundas nuptias cum Margaritha de Gruel contraxerat, atque ex ea filium Ioannem Petrum ſuſceperat. Idem 22. Aug. An. 1578. teſtamentum condidit, in quo cuilibet filiarum quadringentas libras Turonenſes legauit, atque filium Ioannem Petrum eiuſdemq; matrem Margaritham heredes vniuerſales ſcripſit cum tali ſubſtitutione, quod ſi Ioannes Petrus liberos non haberet, is de ſemiſſe ſaltem bonorum diſponere poſſet, atque alterum ſemiſſem integrè Antoinette & Belle: ſi verò in pupillari ætate decederet, totum aſſem iiſdem reſtituere deberet. Codicillos poſtea teſtator 5. Decembr. An. 1588. fecit, quibus diſpoſuit, quod ſi vxor Margaritha prægnãs maſculum pareret, is Ioannis Petri coheres, atque ſi vnus eorum moreretur, alter ei ſubſtitutus eſſe & ſuccedere deberet, ſi verò filia naſceretur, tum tantum ei præſtari voluit, quantum antea vni è duabus filiabus legarat, eandémque ſummam filiæ Sophiæ poſt conditum teſtamentum natæ atq; cuius nulla omnino in teſtamento mentio facta fuerat, reliquit. Confirmauit præterea iiſdem codicillis prædictum teſtamentum, atque ſic diem ſuum obijt. Moritur poſtea etiam Sophia, atque poſt eam inſtitutus heres Ioannes Petrus in pupillari adhuc ætate decedit. Vi igitur factæ ſubſtitutionis Antoinette de Belle 22. Iunij, An. 1582. Carcaſſonnæ coram Seneſc. relicta à patre ſuo Franc. Petro bona petunt. Quibus nouerca Margaritha contradicit atque maritum ſuum ſine teſtamento deceſſiſſe contendit, eo, quòd eius teſtamentum natiuitate filiæ poſthumæ Sophiæ ruptum fuerit, cui, vt & filio Ioanni, ipſa ſuccedere, atque ſic ſemiſſem omnium mariti bonorum habere deberet, præſertim cùm codicilli poſtea facti teſtamenti vitium haud tollere poſſent, qui etiam alias nulli, ſuppoſititij atque poſt obitum Franciſci demum à propinquis prædictarum Antoinette & Belle procurati eſſent. Præterea, cùm Petrus Portes maritus Antoinette fructus collegiſſet atq; vi abſtuliſſet è bonis, quæ prædicta de Gruel coli & ſeri curarat, eadem libellum ſupplicem exhibens, ea de re inquiri petijt, nec non de quibuſdam iniurijs tam perſonalibus, quàm realibus, quibus, à priuigna Belle affecta fuiſſet, maximoperè conquerens, quod defuncto filio ſuo Ioanni die quopiam Sabbathi puluerem illa præbuerit, ex quo ipſe poſtridie deceſſerit, ſtatímq; marito illius Petrus Portes procurante humatus fuerit, atque quòd ipſa cùm filij cadauer è terra effodi, aperiri & inſpici vellet illud, quod ſepulcrum lapidibus & calce clauſum ac firmatum eſſet, haud perficere potuerit. Cùm igitur prima inquiſitio contra Portes decreta fuiſſet ipſe fructus, tanquam ad vxorem ſuam Antoinette ſpectantes ſe collegiſſe faſſus fuit. Alium deinde libellum prædicta de Gruel exhibuit, quo fructus illos redintegrari, & ſibi de certa penſione proſpici, vt ſuſtentari litémque proſequi poſſet, atque attentata reparari petijt. Iuxta ordinationem itaque iunctis incidentibus cum principali & prouiſione in frumento, vino & pecunia conſiſtente prædictæ de Gruel tam quoad vitę ſuſtentationem, quàm quoad litis proſecutionem addiudicata, cùm vtrinque in cauſa principali proceſſum fuiſſet, ſententia dictus Seneſcallus XXVI. Martij, anno M. D. LXXXIII. protulit, per quam conſtituto inter litigatores tam quoad cauſam principalem, quàm quoad attentata ſtatu controuerſiæ decreuit, vt ſi interim per modum prouiſionis vtraque ſoror ſemiſſe bonorum defuncti Ioannis & prædicta de Gruel altero ſemiſſe frui deberet. A qua ſententia Belle ad curiam prouocauit, vbi Antoinette & Belle tanquam appellantes, contra prædictam de Gruel concluſerunt: quæ itidem diploma impetrauit vt tanquam appellans à ſententia illa admitteretur, caſſaretúrque proceſſus ab ordinario illo iudice quoad comprobationem codicilli prætenſi & cauſæ retentionem factus. Deinde Antoinette appellationi, ad quam admiſſa fuerat, renunciauit. Qua re ſaltem inter Belle eiúſq; nouercam de Gruellis remanebat. Hæc igitur cùm definiri deberet, de quæſtione ſupra dicta diſceptatum fuit.

Illud enim manifeſtum erat, & quod teſtamentum per agnationem poſthumæ Sophiæ ruptum fuerat, vtpote cuius teſtator nullam mentionem fecerat, ſed planè eam præterierat. In huius autem mortuæ bonis matri ex SCto Tertulliano ſucceſſio omnino cõpetebat, atq; ſic eius intentio iure fundata videbatur. Nec quicquam codicilli faciebant, vtpote quibus teſtamentum iure ruptum confirmari non poterat, atq; de quorum fide, etiam alias ob rationes haud leues dubitabatur. Atq; in primis hoc Margarita vrgebat, quòd teſtamentum ob præteritionem liberorum irritum etiam quoad legata, libertates atq; alia relicta ſuſtineri nõ poſſet. Nam ea † quæ in Nou. 115. habentur, 2
non de qualibet, ſed illa ſaltem præteritione accipien-

accipienda ſunt, quæ à matre fit, ſicque exheredationi æquipollet. Atque haud obſtāt alia Nouellæ illius capitula, quibus hæc duo, nempe exheredatio & præteritio coniunguntur, atque indiſtinctè ſancitur, non licere parenti aliquem ex liberis præterire vel exheredare; vtpote cùm & ibi particula diſiunctiua referatur ad caſum ſimilem, nimirum ad præteritionem, quæ vim exheredationis habet, 1 atque à matre ſeu materni generis aſcendentibus fieri ſolet. 2 Quantum verò ad præteritionem à patre factam attinet, aliud iure diſpoſitum eſſe videtur. Verùm ſi miſſa hac diſputatione concedatur, quod etiam præteritio à patre facta teſtamentum ſaltem quoad inſtitutionem euacuet, legatis, fideicommiſſis atque cœteris ſaluis manentibus, (quemadmodum indiſtinctè nouellam iſtam de qualibet præteritione loqui docet Accurſius, 3 atque ipſa etiam ratio & finalis cauſa conſtitutionis quodammodo comprobare videtur,) tum ad noſtram quæſtionem propius acceditur; an videlicet in eiuſmodi caſu, qualis noſtra hypotheſis eſt, quando teſtamentum ob præteritionem ruptum fuit, ſubſtitutio pupillaris nihilominus ſuſtineatur? Et quidem negatiuè antiquus gloſſator Petrus reſpondit, 4 quem nonnulli tam ex veteribus, 5 quàm recentioribus 6 ſequuntur, hàncque ſuam opinionem potiſſimùm firmari exiſtimant illo Vlpiani, 7 quo pro regula tradit: teſtamento patris rupto etiam ſubſtitutionem pupillarem vitiari, 8 eo quòd huius tabulæ ſine illo ſubſiſtere nequeant, ſed veluti illud, quod ex cauſa dependet, deſtructa cauſa & ipſæ pereant, 9 præſertim cùm ſubſtitutio illa pupillaris ſaltem pars & ſequela quædam ſit teſtamenti paterni, 10 adeò vt ſi hoc non valeat, neque illa valere queat, ſed deſtructo fundamento omne ſuperædificatum corruat, 11 atque antecedente perempto, omne inde conſequens perimatur. 12 Quare vt ſubſtitutio pupillaris valida ſit, antè omnia neceſſe eſt, vt inſtitutio in paterno teſtamento facta quoad totum, vel ſaltem quoad partem conſeruetur. Si enim teſtamentum quoad inſtitutionem nullius planè momēti eſt, qua ratione quæſo ſubſtitutio pupillaris ſuſtineri poterit? præſertim cùm ius antiquum, quod teſtamento paterno irrito facto, etiam pupillarem ſubſtitutionē perire voluit 13 minimè correctum deprehendatur, atque ideò in viridi adhuc obſeruantia ſit. 14 adeò vt pupillaris ſubſtitutio à paterno teſtamēto, tanquam à fundamēto ſuo, dependeat, vt vnius acceptatio vel repudiatio etiam alterius acceptatio vel repudiatio eſſe cenſeatur. 15 Atque hæ ſunt præcipuæ rationes, quibus illi, qui reſponſionē negatiuam tuentur vti ſolent. 16 Verùm contraria opinio † affirmatiua, quam Bartol. 17 defendit, tam textibus, quàm rationibus & auctoritatibus melius fundata videtur. Nam primò apertè conſtat, quod ſæpiùs allegata nouella teſtamenta ex cauſa præteritionis vel exheredationis ſaltem quoad inſtitutiones vitiari; quoad cætera verò ſalua manere velit. Quod cùm Iuſtin. ita conſtituiſſet, expreſsè adiicit: *ſi quid autem pro legatis ſiue fideicommiſſis & libertatibus & tutorum dationibus, aut quibuslibet aliis capitulis in aliis legibus inuentum fuerit, huic conſtitutioni contrarium hoc nullo modo volumus obtinere.* 18 Quod ſanè ſolum ſufficientem reſponſionem ſuppeditare poteſt ad omnia illa argumenta & fundamenta, quæ iure antiquo nituntur, cui per conſtitutionem hanc Iuſtin. derogatum fuit. Imò ſi res penitius conſideretur, tum apparebit etiam ius antiquum Iuſtinianeæ huic conſtitutioni ferè conforme eſſe. Quamuis enim Vlpianus reſponderit 19 omnem, qui impuberi teſtamentum facit, etiam ſibi debere facere & neminem 3

Additiones.

1 *Argu. l. 1. de reb. dub.* 2 §. 1. *Inſtit. de inoffic. teſtam. l. 3. ff eodem* 3 *in l. vxorem, de manum. teſtam.* Franc. de Ramponibus, *in l. filio, de iniuſt. rupt.* 4 quem refert & ſequitur Igneus, *in auth. ex cauſa, nu.* 127. *C. de inoffi. teſt.* 5 Cynus, *in d. auth. in fin. qui* allegat Dynum, & eſt gloſſa ordin. Ioannis Andr. *in c. ſi pater, de teſtament. in* 6. 6 Ioan. Coraſ. *ad l. ſi teſtament. numer.* 22. *Cod. de impub. & al. ſubſt.* 7 *in l. moribus, §. 1. de vulg. & pup. ſubſt.* 9 *l. non omnis, de reb. cred. l. obligationum ſubſtantia, §. 1. de O. & A. l. 1. Cod. per quas perſon. nob. acquir.* iuncto §. *liberis*, & ibi gloſſ. *Inſt. de vulg. & pup. ſubſtit.* 10 *argum. d. l. moribus,* 11 *c. cùm Paulus, 1. quæ. 1.* 12 *l. illud, de acquir. hered. l. 2. de pecul. legat.* 13 *l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, de inoffi. teſta.* 14 *argumen. l. præcipimus, in fin. Cod. de appell. l. ſancimus, Cod. de teſtament.* 15 *l. 1. & 2. l. patris & filij, de vulg. & pupill. l. quidam elogio, Cod. de iur. deliber.* 16 Quas latius explicat atque deducitur Igneus *in repet. d. auth. ex cauſa, numer.* 127. *vſque ad numer.* 147. 17 Cuius opinionem refert & ſequitur Clarus, §. *teſtamentum, quæſtion.* 54. 18 *d. Nou.* 115. *capit.* 4. *in fin.* 19 *in d. l. moribus, §. quiſquis.*

minem ſoli filio teſtamentum condere poſſe, niſi fortè miles ſit; atque adeò niſi ſibi quoque fecerit, teſtamentum non valere, vt niſi adita quoque patris hereditas ſit, teſtamentum pupillare euaneſcat: attamen idem ibidem hæc verba adiecit: Planè, ſi omiſſa cauſa principalis teſtamẽti, ab inteſtato poſſideatur hereditas, dicendum eſt, & pupillo ſubſtitutum ſeruandum. Si ergo in caſu iſto ſubſtitutio pupillaris ſeruatur, etiamſi nulli ex teſtamento paterno ſucceſſio fiat; multò magis idem eueniet, quando teſtamentũ non totum, ſed ſaltem quoad partem, puta quoad inſtitutionem, ad cauſam inteſtati redigitur, atque quoad cętera capitula, in quorum numero, vtique etiam ſubſtitutio pupillaris eſt, cuſtoditur. Eadem reſponſione etiam aliæ rationes pro contraria ſententia allatæ facilè dilui poterunt. Atque conſiderari imprimis oportet rationem diuerſitatis, quę inter impugnationem vtriuſq; teſtamenti exiſtit, vtpote cùm teſtamentum patris ob factam præteritionem impugnetur; at teſtamentum filij impuberis eo nomine impugnari nequeat, cùm ei fratres omninò præterire iure licuerit. 20 teſtamentũ ergo patris, quod ob factam præteritionem impugnatur, licet corruat: tamen alterum filij, ſeu potiùs ſubſtitutio illa pupillaris, priſtinum ſuum vigorem obtinet, cùm nulla ſufficiens & iuſta ratio ſit, ob quam euerti debeat. Accedit & hoc, quod tum quoque, quando teſtamentum per beneficium prætorium bonorum poſſeſſionis contra tabulas impugnabatur, ſubſtitutio eiuſmodi nihilominus ſalua manebat, licet non omnia æquè legata, vt hodie iure nouo fit, ſed quædam certis & priuilegiatis perſonis relicta ſeruarentur. 21 Ex quo facilè coniici poteſt beneficium illud prætoris non tam generale & amplum fuiſſe, quemadmodũ hoc eſt, quod ius nouum introduxit. Iuxta communẽ igitur DD. opinionẽ dicẽdũ erit ſubſtitutionem Ioanni impuberi factam nihilominus ſubſiſtere, licet eius ſoror Sophia poſthuma à patre præterita fuerit. Idémque nonnulli obtinere volunt, ſi ipſemet impu-
4 bes † cui ſubſtitutio facta eſt, præteritus vel exheredatus fuerit. 22 Illud adhuc in dubium vocari poſſet, vtrum eiuſmodi ſubſtitutio ſemper in terminis directæ pupillaris ſubſtitutionis perſiſteret, an verò ęquè a principalis inſtitutio deflecteret & conuerteretur in fideicommiſſariam pupillarem, atque talem, qualem pater filio impuberi iniungere poteſt. 23 Pro cuius dubij reſolutione conſiderari poteſt, verum eſſe, quod dici ſolet, dato vno abſurdo, alia plura ſequi.

24 Si enim iuris interpretes Nouellam illam Iuſtinianeam non tam latè atque contra mentem & intentionem ipſius Iuſtiniani † ad præteritionem quoque paternam extendiſſent, eáque extenſione non euertiſſent, tam pulchras & claras iuris diſtinctiones inter patris & matris præteritionem, tũ vitare potuiſſent labyrinthum illũ, ex quo euadere iam conantur beneficio illorum iurium, quæ extenſionem iſtam facientes abrogata & correcta fuiſſe dixerunt; Inter quæ etiam referuntur illa, quæ præteritionẽ emancipatorum concernunt, quibus prætor pro conſeruatione iurium ſuorum beneficium bonorum poſſeſſionis contra tabulas indulſit, nec non ea; quæ ad ſubſtitutiones pupillares & exemplares pertinent. de quibus procul dubio propter exheredationem patris aut præteritionẽ matris vim exhæredationis obtinentem, diſpoſitio quoque dictæ nouellæ intelligenda eſt, vt videlicet ſubſtitutiones illæ ſaluæ maneant, atque ſola inſtitutio euacuetur; tum quod iniuria, quæ per hanc ſolam facta fuit, ſatis ſic repellatur; tum quod ea ratione leniatur quodammodo & mitigetur antiquus ille rigor querelæ inofficioſi teſtamenti, cuius impetu non modò legata, ſed & reliqua omnia ex teſtamento debita ipſis libertatibus, quarum fauor aliàs in iure maximus eſt, haud exceptis, euertebantur. Nam vigore conſtitutionis illius, ſola inſtitutione euacuata reliqua omnia in teſtamento conſeruantur, atque ſaltem in locum inſtituti ſurrogatur verè vel quaſi per præteritionem matris exheredatus, perindéq; habetur, ac ſi ſtatim ab initio ipſemet teſtator ita diſpoſuiſſet. 25 Quæ ſanè vera diuerſitatis ratio eſſe videtur, ob quã Iuſtinia. *in d. Nou.* inſti-
tutionẽ † ſolã perire, reſiduũ verò remane- 6
re voluit, vtpote cũ illa tantũ, non verò hoc remedia in ipſa cõſtitutione introducta impedire videatur. Si itaque hæc (quemadmodum fieri debebat) firma permãſiſſet, tum ſæpiùs dicta conſtitutione ſanè intellecta, rectè

ADDITIONES.

20 *§.1 Inſt. de inoffic. teſtament. l. ſi fratris, C. eodem* iunct. *l. Papinianus. § ſed nec impuberis ff. eodem.* 21 *l. ex duobus, §. fin. l. etſi contra tabulas, l. is qui contra, de vulg. l. 1. de legat. præſt.* 22 Quamuis aliud videatur Bartholo *in l. de vulg.* 23 *l. ſi Titio, §. final. cum l. ſequ. de legat. 2.* 24 *l. rem. C. de reſcind. vendit.* 25 Raynaldus Corſ. *libr. 1. indag. cap.* 23.

rectè adhuc vſurpari poſſent omnia iura in fauorem liberorum à patre præteritorum introducta, tam eorum, qui in patria poteſtate, quàm reliquorum, qui eadem liberati atque emancipati iam ſunt, cùm illi teſtamentum nullum dicere, atque omne in eo relictum planè euertere poſſent, 26 his verò paratum eſſet beneficium prætorium bonorum poſſeſſionis contra tabulas teſtamentarias, 27 ita tamen vt legata, quæ in fauorem perſonarum edicto illo prætoris cõprehenſarum relicta fuerunt, conſeruentur. 28 Atque ea ratione intentio Margaritæ iuri ciuili Romanorum ſanè intellecto probè fundata eſſe videbatur. Verum eidem adhuc obſtabat, quod poſthumam Sophiam poſt conditum teſtamentum demum natam præteritam fuiſſe rectè dici haud poſſit, eo quòd pater in codicillis ſuis aſſeruerit, eidem ſe legatum certæ alicuius ſummæ in teſtamento ſub nomine poſthumi reliquiſſe. Quamuis enim ex verbis teſtamenti † de nullo legato appareat, nullàque poſthumi mentio in
7 illo facta fuerit: tamen, cùm error hic euidens atque manifeſtus ſit, rectè cum Plinio 29 dici poteſt, illud, quod teſtator ſe ſcripſiſſe credidit, tenendum eſſe, ac ſi verè ſcripſerit. Nec obiici poteſt, quod Plinius de caſu priuilegiato, ſingulari & maximè fauorabili loquatur, putà ſi libertas ſeruo relicta fuerit: Nam reſponderi poteſt, quod idem ferè Vlpianus 30 in materia donationis, atque Modeſtinus 31 in terminis exheredationis filiá concernentis reſponderit: Iuri item Iuſtinianeo conueniens eſt, quod verba à teſtatore voluntatem ſuam exprimente & declarante ad tempus præteritum relata, vel etiam alio ſenſu prolata ad tempus præſens referri, cõmodaque interpretatione ita iuuari queant, vt voluntas illa, quam teſtator non mutauit, ſalua maneat atque illæſa conſeruetur. Quibus regredi nequit, quod etiamſi verba prædictorum codicillorum ad tempus præſens referantur, nihilominus Sophia præterita videatur atque ſic ratione præteritionis teſtamentum nullum ſit. Sufficit etenim quod pater de illa ſaltem in genere cogitarit, 32 atque minimè hoc in caſu dici poteſt, quod ignorantia ductus eam præterierit, tum per ea, quæ ſupradicta fuerunt, tum quòd teſtator adhuc in iſta ætate conſtitutus fuerit, vt iis, qui nullam prolis ſpem habent, neque de liberis amplius ſolliciti ſunt, haud potuerit accenſeri: 33 Quare, vt tandem concludamus, cùm per allegatam Dd. noſtrorum reſolutionem licet Sophia præterita eſſet, tamen cùm hoc à teſtatore ſciente, non vero ignorante factum fuerit, ſub nouella conſtitutione ita ampliata & intellecta, quemadmodum dictum eſt, prætenſa præteritio comprehendatur, & per conſequens etiam hic querela inofficioſi teſtamenti temperetur, quæ antea omnem teſtamenti tenorem euertebat, atque, iuxta eandem DD. reſolutionem ad ſe prætorium remedium bonorum poſſeſſionis contra tabulas attrahat, amplians ea ratione præſtationem legatorum, vt non certis ſaltem perſonis, ſed omnibus, quibus relicta ſunt, præſtari debeât, quomodo quæſo negari poterit, quod præter verba expreſſa dictæ conſtitutionis, etiam conſeruatio † pupillaris ſubſtitutionis, in cõſtitutione ſubintelligatur & comprehendatur? Antea enim ſub ipſo remedio bonorum poſſeſſionis contra tabulas continebatur, 34 quod nondum eius efficaciæ & valoris erat, cuius iam eſt, poſtquam nouellæ conſtitutioni D. Iuſtiniani vnitum & veluti incorporatum fuit, cùm hodie excepta ſola inſtitutione legata & reliqua omnia teſtamenti capitula ob cauſas prædictas in ſtatu ſuo permaneant, adeò vt ſubſtitutio quoque pupillaris eiuſmodi in caſu valeat, & effectum ſortiatur tanquam directa, atque talis, qualis ex propria ſua natura eſt, ſine vlla mutatione aut transformatione & perinde atque in teſtamento Franciſci patris inter liberos teſtantis ſcripta reperitur, vt propterea, quamuis peſſimè res caderet, tamen prædicta de Gruel haud vllam aliam euacuationem voluntatis directæ prætendere poſſet, quàm ſolius inſtitutionis in teſtamento principali comprehenſæ. 8

Nam quantum fideicommiſſum pupillare attinet, certum eſt, quod illud in hiſce propriis terminis valeat, qui in præſenti facti ſpecie non habentur. Atque illud quod IC. Scæuola † reſpondit; 35 communiter referri ſolet ad caſus & quæſtiones, ad quas minimè pertinet, 36 cùm propriè intelligendum 9

ADDITIONES.

26 *l. filio, de iniuſt. rupt. irrit.* 27 *tot. tit. de bon. poſſ. contra tabb.* 28 *tot. tit. de legat. præſt.* 29 Plin. *Epiſt. 10. lib. 4.* 30 *l. ex hac ſcriptura de donat.* 31 *l. qui volebat, de her. inſtitu.* 32 *argument. l. qui iure de milit. teſtament DD. in d. auth. ex cauſa.* Ludouic. Roman. *d. conſ.* 181. & ibi Apoſtil. *ſuper verb. cogitauit.* 33 Barthol. *in l. 1 de iud. quæſt. 6.* 34 *d. l. ex duobus, §. fin.* 35 *in l. Scæuola, ad Treb.* 36 vt per Gomez. *var. reſol. c. 4. numero 6. 7. &* 16. atque ibi apoſtil. qui alios citat.

gendum ſit de pupillo, cui ſubſtitutio per verba directa facta fuit, & qui poſteà in impubere ętate deceſſit, ſicque non tampropter præſumptionem voluntatis in eo, quod ſubſtitutio in codicillis ad fideicommiſſa propriè & particulariter deſtinatis ſcripta reperitur, quam ob fauorem pupilli benignâ & gratioſa interpretatione definitum fuit, vt illud, quod tanquàm teſtamentum valere nequit, valeat veluti codicillus pupillaris ab inteſtato factus, atque ſimiliter, quod in fauorem eiuſdem pupilli inter ſubſtitutos mutua & reciproca ſubſtitutio tanquàm fideicommiſſum valeat & ſuſtineatur. 37 Quæ tamen ſubſtitutiones planè euaneſcent, ſi pupillus in ætate pubere, atque poſt annum decimumquartum decedat. Super qua re atque omnibus iis, quæ ~~ſuprà~~ expoſita ſunt, poſt partitionem in prima claſſe inquiſitoriali, atque eiuſdem diſcuſſionem in ſecunda, vbi etiam nos præſentes eramus, factam; ad relationem defuncti domini Vezian dicta curia
10 † arreſto ſuo inter arreſta generalia circa feſtum pentecoſtes Anno M. D.LXXXV. à Dn. præſide de Faur prolato iudicauit, quod in eo, quo Seneſcallus pronunciarat dictam de Gruel per modum prouiſionis ſemiſſe vniuerſorum & ſingulorum bonorum quæ ad defunctum Ioannem Petrum tempore obitus pertinuerant, atque altero ſemiſſe prædictam Belle vna cum dicta Anthoinette frui debere, appellatio atque illud, vnde appellatum fuerat, caſſandum eſſet, atque reformata ſententia decreuit, quod ſine præiudicio iuris partium dicta Belle de Pierre per modum prouiſionis ſemiſſe vniuerſorum & ſingulorum bonorum quæ ad defunctos Franciſcum & Petrum, patrem ac filium, tempore obitus pertinuerant, frui deberet detracta de omnibus prædicti defuncti Franciſci bonis ſemiuncia pro dimidia legitimæ, quę ad dictam Sophiam de Pierre pertinuerat; de qua legitimæ dimidia curia itidem decreuit, quod eadem per modum prouiſionis prædicta de Gruel vna cum tertia parte linteorum, atque aliis rebus ſibi in teſtamento defuncti mariti Franciſci, nec non in pactis dotalibus, quæ eodem teſtamento confirmata fuerant, relictis cum reſtitutione fructuum ratione ſemiunciæ illius poſt Sophiæ obitum perceptorum frui deberet. Quoad omne autem reliquū nulla habita ratione diplomatis à d. de Gruel exhibiti curia cauſam retinēs appellationem caſſauit atque ordinauit, vt illud vnde appellatum fuerat, effectū ſortiretur, cauſámque & partes ad Seneſcallum remiſit alium, quàm eum, à quo appellatum fuerat, cui iniunctum fuit, vt quoad reliquum comprehenſum in diplomate, quod dicta de Gruel eum in finem impetrarat, vt proceſſus coram iudice ordinario de Rieux factus caſſaretur, atque quoad ſupplicem libellum ab eadem curiæ exhibitum & actis iuxta ordinationem VI. Maij adiunctum ius diceret, perinde ac ſi ad ſe ipſum directa fuiſſent, compenſatis expenſis appellationis & inſtantiæ, quoad diploma illud factæ, reliquis autem vſque ad finem cauſæ reſeruatis. Per quod arreſtum ſententiæ Seneſcalli contrarium pro conſeruatione pupillaris in caſu dictæ conſtitutionis curia iudicauit, atque etiam pro conſeruatione legatorum in principali teſtamento comprehenſorum.

Nec ex remiſſione, quæ tam cauſæ principalis, quàm diplomatis & libelli ſupplicis à prædicta de Gruel exhibiti nomine facta fuit, inferri poteſt, ſi proceſſus dicti iudicis caſſatus & codicillum ſine effectu eſſe declaratum fuiſſet, in cauſa principali atque definitiua ſententia aliter aliquando pronunciari debere cum codicillo, qui interim in ſuo ſtatu permanſit; præteritio in medium adducta impedita fuerit.

Inſtructiua enim hæc nec non alia quam dictus Seneſcallus ordinarat, atque curia confirmarat, vna cum prædicta remiſſione quoad reſiduum diplomatis & libelli ſupplicis ad nullum alium finem tendebat, quàm vt veritas indagari poſſet, cum legitima cauſæ cognitione eorum, quæ tā cōtra prædictas de Pierre quàm contra perſonam Ioannis pupilli appoſitè in articulis ad eū finem deducta fuerant, vt doceretur prædictam ſubſtitutionem pupillarem hic omni fructu carere, atque ſucceſſione ad cauſam inteſtati redacta dictam de Gruel tanquam maximè propinquam & proximam heredem, qualem ſe in actis prætendebat, ſuccedere debere. Nos expectamus doctio-

ADDITIO.

37 Cuiac. 11. *obſ. cap.* 25. De materia item deciſionis huius videri poteſt gloſſ. *in l.* 1 §. *fi.* & ibi Alexan. *num.* 5. *de vulg. & pupil.* Ludouic. Roman. *conſ.* 188. *n.* 3. Benedictus Capra *conſ.* 84. *num.* 15. Gomez. *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 4. *num.* 4. Franciſcus de Ripa *in l.* 2. *de vulg. & pup.* Clarus *d.* §. *teſtamentum, quæſtio.* 54. Bartholus *conſ.* 54. Corneus *in d. auth. ex cauſa.* A D.

doctiorem hac de re diſſertationem prædicti Dn. præſidis du Faur *in quæſtionibus ſuis* publicè tractatis, quemadmodum alibi diximus. Sub cuius correctione & ſuprema manu nos hæc præambuli loco præmittere voluimus, donec definitiua illa, plena, integra & perfecta diſſertatio Deo feliciter iuuante ſequatur. Verum prò dolor iſtud interueniens Dn. præſidis obitus impediit. Deus opt. max. clementer largiatur, vt illius heredes voti noſtri maturè nos compotes reddant.

DECISIO XIII.

ARGVMENTVM.

Ob præteritionem poſthumi à patre ignoranter factam legata vitiantur niſi ad pias cauſas relicta fuerint.

SVMMARIA.

1 *Legata in teſtamento paterno relicta, in quo poſthumus ignoranter præteritus fuit, euacuata inſtitutione conſeruari nequeunt.*

2 *Legata tamen ad pias cauſas ex eiuſmodi teſtamento indiſtinctè deberi arreſto ſuprema curia Tholoſana iudicatum fuit.*

1 AD ea, quæ modo expoſuimus, † etiam pertinere videtur quæſtio adeò controuerſa & tam variè agitata, vt à quibuſdam veluti in diuerſas partes diſſecta fuerit; nempe, an prædicta nouella conſtitutio; iuxta quam ſola inſtitutio euacuatur, reliqua autem omnia in ſuo ſtatu firma permanent, locum habeat & procedat quoad conſeruationem legatorum eo in caſu, quo poſthumus poſt teſtamentum natus ignoranter à patre præteritus fuit? De qua quæſtione Dn. Tiraquellus prolixè admodum pro more ſuo diſſerit. 1 Ex cuius diſſertatione atque ex iis, quæ ſupra à nobis adducta fuerunt, ſatis colligi poteſt; quòd DD. communiter concludant, ob talem præteritionem legata corruere atque minimè conſeruari poſſe; exceptis ſaltem iis, quæ teſtator conſcientiæ ſuæ exonerandæ ergo, velut pro reſtitutione vſurarum, rerum malè ablatarum, aliarúmque ſimilium, ſicque ad pias cauſas, reliquit. Veroſimile enim eſt teſtatorem, licet natiuitatem poſthumi non ignoraſſet, ſicque ſciens eum præteriiſſet, nihilominus legata eiuſmodi relinquere voluiſſe 2 cùm ordinata charitas incipiat à ſeipſa atque anima omnibus rebus præferenda ſit. 3 Verùm alia exinde haud exigua difficultas oboritur, nempe vtrum illud, quòd de rebus malè ablatis, quas teſtator exonerandæ conſcientiæ ergo reſtitui iubet, dictū eſt, locum habeat † in omnibus aliis cauſis 2
piis: adeò vt communis quidem ſuperior concluſio in aliis perſonis & regulariter ſuū robur obtineat, ratione autem Eccleſiæ vel aliarum domuum, quæ huiuſmodi conſortiis deputatæ ſunt, religioſorum locorum, omniúmque collegiorum ab actione pia conſtitutorum item & orphanotrophyoru ac aliorum ſimilium rigor illius pietatis intuitu mitigetur. 4 In qua quæſtione Dn. Tiraquellus dubitauit, de aliis piis cauſis, quam pro vſuris & malè ablatis cogitandū relinquens 5 iuxta diſtinctionem, quam Baldum *quodam in loco* vſurpaſſe tradit, 6 atq; remittens lectorem ad conſilium quoddam Bartoli, 7 nec non ea, quę ipſemet *alio in loco* docuit, vbi rationes dictæ diſtinctionis & differentiæ explicuit, quarum præcipua eſt; quòd eiuſmodi legata pro reſtitutione rerū malè ablatarum relicta potius exonerationes, ſatisfactiones & ſolutiones, quam donationes & liberalitates ſint, quales alias vera & pura legata eſſe ſolent, ita vt non præſtet beneficium, qui debitum impēdit. 8 Euenit tamen, vt Ioan. Martinus mercator de Caſtelnau d'Arry An. 1576. morbo corriperetur, cóque durante eius vxor filium pareret, qui ſtatim poſt natiuitatem deceſſit, Martinus autem ob morbi vehementiam de recuperanda valetudine dubitans teſtamentum condidit, atque in eo Xenodochiis d. oppidi de Caſtelnau d'Arry quingentas libras, totidémque collegio, quod in oppido illo erigebatur, ad informationem iuuentutis, atque vt fundatio collegij iuuaretur, legauit, heredémque vniuerſalem ſororem ſuam Ioan. Martinam éáque decedente eiuſdem filium Ioan. Martinum inſtituit.

ADDITIONES.

1 *In l. ſi vnquam, ſuper verb. donatione largitus, à num. 159. vſque ad num. 274. Cod. de reuoc. donat.* 2 Bald. Ang. & Imola *in d. l. filio præterito*, Idem Ang. Alex. Caſtr. Corn. & Iaſon. *in d. auth. ex cauſa.* 3 *l. ſancimus, 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* 4 *l. ſancimus 2.* iunct. *auth. hoc ius porrectum. & l. vt inter diuinum. C. de ſacroſ. Eccleſ.* 5 *in tract. de priuil. pia cauſa. priuil. 68.* 6 *in l. 2. C. de ſacroſ. Eccleſ.* 7 *conſ. 204.* 8 *in d. l. ſi vnquam ſuper verb. libertis, numer. 88.*

tam portuum & publicarum viarum in Seneſcallatu Tholoſano, quàm Syluarum in comitatu de Cominge, in teſtamento ſuo ſolemniter inſcriptis 14. Aprilis, Anno 1584. condito, inter alia ratione filij ex primo matrimonio ſuſcepti, ita diſpoſuerat. Quoniam filius meus Petrus de Noalhes, quindecim annorum adoleſcens, (quem liberaliſſimè educaui, atq; poſt abſolutum humaniorum artium curſum viris iurium gnaris tradidi, vt ab iis in ampliſſimo iuriſprudentiæ ſtudio informaretur, quemque familiæ columen, & dignum ſucceſſorem non minus in meis officiis, quàm parte bonorum fore ſperabam) planè ex improuiſo à me atque familia mea ſe abdicauit, atque haud explorato prius meo vel alterius ſui propinqui conſilio ſocietati Ieſuitarum ſe addixit: certè tale quippiam commiſit, quod ægerrimè ferro, atque perferre vix poſſum.

Verum remittens ei cæteriſque, qui ei auctores fuerunt, hanc iniuriam, licet in domum ampliſſimam ſeu eiuſmodi collegium receptus ſit, vbi nulla rerum penuria exiſtit, ſed omnia ex voto abũdant, nullámque planè procreandæ ſobolis ſpem is habeat: nihilominus tamen, vt commodius ſtudiis inuigilare poſſit, lego ei atque relinquo penſionem annuam triginta trium coronatorum ſeu centum librarum Turonẽſium; adeò vt quamdiu ille viuet atque in collegio Ieſuitarum Tholoſę vel alibi commorabitur, heres meus quotannis prædictos triginta tres aureos, vel centum libras Turonenſes filio meo aut eius nomine collegij vel ſocietatis Syndico bina vice, nimirum dimidiam partem Calendis Aprilis, atque alteram medietatem Calendis Octobris pręſtare obſtrictus eſſe debeat; qua ſumma legata filius meus cum prædicta ſocietate, cui ſe addixit, per totam vitam ſuam fruetur, ſed de eadem teſtari vel aliter diſponere minimè illi licebit, præſertim cum ratione profeſſionis ſuæ teſtamenti factionem amplius haud habeat. Inſtituo item meum filium in ſumma iſta heredem particularem, ea lege & conditione, ne ipſe, vel eius nomine collegium aut ſocietas quicquam amplius de bonis meis tam præſentibus quàm futuris legitimè vel vllo alio prætextu petere queant. Si quoque filius meus, aut alius eius nomine hanc voluntatem meam vlla ratione impugnare conetur, tum non modò hoc legatum, ſed etiam omne aliud, quod ex bonis meis accipere poterat, exceptis ſaltem quinque ſolidis eidem auferri volo, vt vel ea ratione filius meus omnibus liberis, qui in iuuenili ætate conſtituti ſunt exemplum prębeat, quo deterreantur, ne inſciis, inuitis & inconſultis parentibus eiuſmodi vota faciant. Et cùm heredis inſtitutio cuiuſlibet teſtamenti caput & fundamentum ſit; idcò in omnibus meis bonis mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus heredẽ vniuerſalem nomino atq; inſtituo alterũ meũ filiũ naturalẽ & legitimũ, Bertrandũ de Noalhes, quinque iã annos natũ. Atq; ob teneram hã ætatẽ ei tutricẽ matrẽ, vxorẽ meã do, cuius protectioni eius perſonã atq; omnia bona cõmendo. Si verò contingat, vt filius meus Petrus in poſterũ ad me reuertatur, actáq; vera & non ſimulata pœnitentia, ſe obedientem præſtet, tũ volo, vt eo caſu atque haud aliter fratris ſui Bertrandi coheres eſſe, atque cum eo in omnibus & ſingulis meis bonis æqualiter ſuccedere, iiſdémque plenè & quietè frui, atque ſi vnus antè alterũ abſq; liberis legitimis vel teſtamento deceſſerit, ſuperſtes ei ſubſtitutus eſſe, & vi ſubſtitutionis omnia relicta capere debeat. Si etiã vxor mea poſthumum pariet, tum ille heres meus in triente omnium meorum bonorum erit, ſiue Petrus reuertatur, ſiue in ſocietate illa permaneat. Quo caſu etiam eo idem, quo ſupra dictum eſt, modo liberos & poſthumum ſibi inuicem ſubſtituo. Atque cùm teſtator in hac voluntate ſua, vſque ad extremum vitæ ſpiritum perſeueraſſet, & poſt eius obitum teſtamentum illud apertum fuiſſet, eidem cõtradicere cœpit in curia ſupplicationũ palatij prædictus Petrus, Ieſuitarũ diſcipulus, atq; ſe immitti petiit in poſſeſſionem ſemiſſis omnium bonorum à defuncto patre Sebaſtiano relictorum. Cui defuncti vidua, veluti mater & tutrix inſtituti Bertrandi ſe oppoſuit, atque producto teſtamento, iuxta eius tenorem nomine filij immiſſionẽ in vniuerſa & ſingula defuncti mariti bona petiit. Prædicta verò curia ſupplicationum, iudicauit haud opus eſſe, vt actor in poſſeſſionem ſemiſſis immitteretur, ſed eundem ſextantem omnium bonorum, quæ defunctus pater tenuerat atque tempore obitus poſſederat, legitimæ loco habere voluit, niſi legato ſibi relicto contentus eſſe mallet. A qua ſententia Petrus ad ipſum parlamentum appellat, & defuncti vidua vt interpoſita appellatione & ipſa vti poſſet, diploma impetrat; eo quòd priuigno integra legitima loco legatæ annuæ penſionis adiudicata fuerat. Cùm itaque cauſa iam ad finem perducta & iudicis ſententia definienda eſſet, illud antè omnia in genere conſiderabatur, quòd hic quæſtio de hereditate ſeu potius duello fraterno

I. C. eſſet, cũ ſaltẽ duo fratres de bonis à patre relictis diſceptarent, atque ſic eueniret illud, quod alibi venerandus ille Archiepiſcop. Rauennenſis appoſitè admodum dixit, 1 hereditatem mundanam antè poſteris inferre iurgia, quàm conferre cenſum, antequam diuidat facultates ſcindere heredes, antequam debitas tradat ſingulis portiones, ſucceſſores ipſos diſſecare & mittere in partes, proinde non hereditas iſta, ſed pugna, & hæc nouerca filiorum eſt, non facultas. Originem autem contẽtioni inter duos hoſce fratres dediſſe videbatur conditio, quã teſtator filij Petri nomine appoſuerat, adeò vt mater nomine filij Bertrandi niti videretur expreſſa teſtatoris voluntate, ſicque cũ ageretur de iure teſtamentorum, omnis eorum interibit poteſtas, ſi viui neglexerint imperia mortuorum. 2 Neque enim videtur aliud ſolatiũ mortis, quàm voluntas vltra mortẽ, maximè quod in extremo vitæ ſpiritu ob vlterius ſæculi tibunal æquus rerum ſuarũ iudex vnuſquiſque eſſe exiſtimatur. Atq; ſi dicatur nullo iure cautum eſſe, quòd teſtator eiuſmodi conditionẽ apponere potuerit; rectè reſpõderi poterit cũ obſtrictũ haud fuiſſe filio Petro quicquã amplius, quã legitimã, quæ à curia ſupplicationũ iã adiudicata fuit, relinquere, ſicque Spiritu Dei Petrus duceretur, quòd ſpirituali ſenſu relicto prioris vitæ vomitum non remanderet 3 ex eo, quod bonis aut rebus tẽporalibus, quibus renunciat, carere ei ex volũtate teſtatoris neceſſe ſit 4 nunquã ita fore amentẽ, vt homines pluris faciat Deo. 5 Nã alias vita à profeſſione diſcordans abrogaret illuſtris tituli honorẽ per indignorũ actuũ vtilitatẽ, 6 imò potius impugnaret profeſſionem ſuã moribus ſuis. 7 Nec in-
2 frequens eſt, vt teſtatores † diuerſorũ heredũ, vel aliorũ, quibus relinquere volũt, ſtatũ & conditionem perpendentes, diuerſimodè quoque diſponere ſoleant: vt ideò teſtator noſter reprehendi nequeat, quod plus reliquerit filio in ſeculo adhuc degenti, quã alteri, qui ſeculo relicto, totũ ſe Eccleſiaſtico ordini addixerat. Secu ares enim maximos
3 † ſemper ſumptus facere oportet, ſed clerici parum expendere ſolent. Atque non incommodè huc referri poterũt exẽpla duorũ philoſophorũ Cratis Cynici & Leontij Athenienſis, quorũ ille re ſua familiari in nũmos redacta pecuniáque argentario data diſpoſuerat, vt eadem non liberis ſuis, ſi philoſopharentur, præſtari, ſed in Reipubl. vſum expendi deberet: 8 hic verò teſtamento condito filiis quidem maribus facultates omnes, quas amplas habebat, legaſſe perhibetur, filiam verò, quam etiam vnicè diligebat, ſola centum aureorum ſorte contentam eſſe iuſſit, quod ei fortunam ſufficere diceret, qua cunctas mulieres felicitate ſuperaret. 9 Haud igitur noſter quoque teſtator ſine ratione diſpoſuiſſe videtur, quod filius, qui in ditiſſimum collegium receptus fuerat, minus quàm alter, qui in ſeculo adhuc viuebat habere deberet. Et quamuis dicatur ea ratione filium Petrum à vita illa Eccleſiaſtica, cui ſe addixerat, facilè reuocari potuiſſe: tamen nihil abſurdi inde ſequitur, cùm vtique patri tacitè id facere liceat, quod ei expreſſè facere permiſſum eſt. Manifeſtũ autẽ eſt vota, quæ ſine patris auctoritate à liberis reddũtur non tã valida eſſe, quin iis poſthabitis pater iure ſuo vti atq; liberos reuocare poſſit. 10 Vnde etiã eſt, vt omne illud, quod pater † fecit aut adhibuit, quo filium reuocaret ad honorem ſibi debitum feciſſe & adhibuiſſe cenſeatur ex præcepto illo, quod prius & antiquius eſt omni voto & religioſorum ordine ipſique lege naturæ nititur, vt ideò per votum aut iuramentum tolli vel infirmari nequeat. 4
Accedit & hoc, quòd teſtator per appoſitam conditionem nihil aliud diſponere voluiſſe cenſetur, quàm vt maxima bonorum ſuorum pars ad poſteritatem & familiam perueniret, adeò vt etſi fideicommiſſum ob id fauorem certæ perſonæ induci non poſſit; conditio tamen ex voluntate admittatur, quæ non in hoc adſcripta cenſebitur, vt à religione filius auertatur, ſed in familiæ fauorem, ne bona extra familiam alienentur, magiſque cura liberorum, quàm defectio à religione iniũcta videatur, ideò quod ex communiter accidentibus & hic expreſſa voluntate teſtatoris videamus patrem velle bona ad filios (quos cũ eodem phy'rro natura ligauit) potius, quàm ad Eccleſ. peruenire. 11 Quòd hoc in caſu euidenter ex verbis illis, quibus teſtator vſus fuit, apparet, cùm nullam procreandæ ſobolis ſpem habeat, &c. adeò vt quamuis verba enunciatiua non inducant diſpoſitionem vel

ADDITIONES.

1 *Sermon.* 162. 2 Seneca *lib.* 3 *controu.* 3 Baſilius Magnus. 4 *c. cùm ad monaſterium, extr. de ſtat. monach.* 5 Suidas *ſuper verb.* [illegible] 6 Saluianus *lib.* 3. *de gubernat in fi.* 7 Idem Saluianus *li.* 4. 8 Suidas. 9 Mena *in annal.* 10 *arg. c. manifeſtum, c. noluit,* 33. *q.* 5. *c. ſi quis filij, diſt.* 30. 11 *arg. l. ſed ſi hoc, §. fin. de condit. & demonſtr.*

propter conſeruationem familiarum, atque ne alias paulatim ampliſſimæ domus deuaſtentur, earúmque facultates in manus mortuas perueniant. Ita etiam tenuerunt, atque docuerunt plurimi interpretes, 38 quod religioſi exiguo contenti atque ſpectare debeant, quod incommoditates quas ſuſtinēt, multo minores ſint iis, quæ ſecularibus incumbunt; adeò vt dubitari non poſſit eandem ſecutos fuiſſe ſententiam Iuriſconſultos veteres, licet ij Chriſtiani nō fuerint, ſed religionem Chriſtianam reprehenderint, atque Iudaicam ſuperſtitionem appellarint. 39 Nam & ipſi cum Cicerone 40 exclamare ſoliti fuerunt: Quid propagatio liberorū? quid propagatio nominis? quid teſtamētorū diligentia? quid ipſa ſepulcrorum monumenta? quid elogia ſignificant? niſi nos futura etiam cogitare? libero nempe ſtylo & licito, quod iterum non redit, arbitrio. 41 Quamuis & licuerit gentilibus, ſacerdotibus, & hyerophylacis, 42 item & Diis ipſis legare. 43

Verum hiſce omnibus, quæ hactenus adducta fuere poſthabitis, auditus fuit Ieſuitarum diſcipulus Petrus, qui eas demum voluntates teſtatorum ratas eſſe dicebat, quæ dignæ & legitimæ ſint, quæque ius pu-
10 blicum † & pietatem non lædant, 44 præſertim ratione conditionum, quæ legibus aut bonis moribus reprobatæ ſunt, atque a teſtatoribus licitè apponi nequeunt, vt quæ tanquam pietatem, exiſtimationem aut verecundiæ pudorem pulſantes pro non ſcriptis habeantur, imò impoſſibiles reputentur. 45 Quare tantùm abeſt, vt tales & ſimiles conditiones ſeruari & impleri debeant, vt potius veluti cum ſcandalo maximo cōiunctæ, atque fidei & religioni Catholicæ infenſæ planè reiiciendæ ſint. *Nam*, vt Auguſtinus inquit 46 *in ea re ſola filius non debet obedire patri ſuo, ſi aliquid pater ipſius iuſſerit contra Dominum DEVM ipſius; neque enim debet iraſci pater, quando ei præponitur Deus.* Quare eiuſmodi conditiones
11 † veluti contra edictum prętoris ſummi factæ, 47 minimè attendendæ ſunt, ſed inſtitutio pro pura habenda eſt. Si verò dicatur, vt ipſemet etiam teſtator in tabulis teſtamenti ſui hoc allegauit, filium Petrū à patre liberaliſſimè educatum, atque eius cura in humanioribus artibus, (& vtroque iure fideliter informatum fuiſſe, cæteraque omnia abundè accepiſſe, quæ filius à patre expectare poſſet) tum ex illo Auguſtini 48 reſpondebitur: *hoc, hoc, interfice verbo ſalutari hoc perde pater, vt in vita æterna inuenias eum. Carnalis enim affectus eſt iſte, & adhuc veterem hominem ſonat.* Conditiones itaque prędictę, ſi pro impoſſibilib. habendæ non ſunt, remitti ſaltem debent, ad inſtar conditionis iuriſiurandi, ne aut omittendo conditionem perdat inſtitutus hereditatem, aut cogatur turpiter accipiendo conditionem implere; *ne ſuccenſeant parietes* (inquit porrò Auguſtinus) *hoc præcipere dominum, vt eos oderimus, quando nobis hoc de anima noſtra præcipitur.* Dicas etiam fidenter, qui amat parentes ſuos, perdet eos. Cui etiam optimè conuenit, quod D. Hieronymus † inter alia de honore parentibus 12
debito diſſerit: 49 *honora patrem tuum, ſed ſi te à vero patre non ſeparat, tamdiu ſcito ſanguinis copulam, quamdiu ille nouerit creatorem.* Atque alibi idem inquit: 50 *per calcatum perge patrem, ſiccis oculis ad vexillum crucis euola, ſolum pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem.* Atq; paulò pòſt etiā reſpōdet ad illud, quòd teſtator dixit, ſe ſperaſſe, filiū Petrū totius familiæ columen fore: *Dicant*, inquit, *ſi volunt Grammatici, in te omnis domus inclinata recumbit, facilè rumpit hæc vincula amor Dei & gehennæ timor.* At contra ſcriptura pręcipit parentibus obſequendū: ſed quicunque eos ſupra Chriſtum amat, perdit animam ſuam, gladium tenet hoſtis, vt me perimat, & ego de matris lacrymis cogitabo? propter patrem militiā Chriſti deſeram, cui ſepulturam Chriſti cauſa non debeo, quam etiam omnibus eius cauſa debeo. Nō tamen propterea ingratus quiſquam ſit parentibus, & eadem ipſa beneficia, quibus in vitam hanc ſuſceptus, editus atque nutritus eſt, derideat; ſeruet potiùs vbique pietatem, habeant hæc locum, 51 vbi maiora non vocant; contemne poteſtatem,

ADDITIONES.

38 inter quos etiam eſt Iaſon. *conſ* 43. *volum*. 3. Baldus *in d. l. Deo nobis*, Decius *in d. cap. in præſentia, & conſ*. 416. Ruin. *conſ*. 98. Raphael Fulgoſ. *conſ*. 53. 39 Vlpian. *in l. generaliter, § fin. de decur.* Alciat. 3. *diſpunct*. 8. 40 *in Tuſc. quæſtion.* 41 *l. 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* 42 *l. 20. de annu. legat.* 43 *l. 1. §. 5. ad l. Falcid.* Vlpian. *in inſt. libr. 2. tit. 22. §. Deos.* 44 *l. teſtandi cauſa, C. de teſt. l. quidam decedens, in pr. de adminiſtr. tut. l. ſi quis inquilinos, §. penult. de legat.* 45 *l. filius, qui fuit, de condit. inſt. l. nemo poteſt, de legat.* 5. iunct. *l. 3. de condit. inſtitut.* 46 *concl. 1. Pſal. 70.* 47 Auguſt. *alleg. loc.* 48 *epiſt. in ad Furiam, de vidu. ſeru.* 50 *ſermon. 6. de ver. dom. c. qui reſiſtit*, 11. q. 3. 51 vt ipſemet Auguſtin. *all. loc.* ſe explicat.

Oo

ſtatem,timendo poteſtatem:ipſos humanarum legum gradus aduertite, ſi aliquid iuſſerit curator,nónne faciendum eſt? tamen ſi contra proconſul iubeat,non vtique contemnis poteſtatem, ſed eligis maiori ſeruire,nec hinc debet minor iraſci,ſi maior prę-
13 lata eſt.Quare oportet, vt filij Chriſtiani † tales ſe erga parentes præbeant,quales ſe olim præbebant milites Chriſtiani erga Iulianum Imperatorem apoſtatam. De quibus ſcriptũ eſt:vbi veniebatur ad cauſam Chriſti,non agnoſcebant,niſi illum, qui in cœlo erat,quando autem dicebat; producite aciẽ pro defenſione Reipubl. ſtatim obtemperabant:Diſtinguebant Dominum æternum à domino temporali,& tamen ſubditi erant propter Dominum æternum etiam domino temporali.52 Quo etiam pertinet illud, quod Pont.Diacon.*in vita D.Cypriani* ſcribit:*ſed viderit ſæculum,cui inter pœnas exilium computatur, illis patria nimis chara eſt, & totus affectus eſt in parentes: nos & parentes ipſos,ſi contra dominum ſuaſerint, abhorremus*.Si verò excipiatur,quòd ea,quę iam dicta ſunt,hactenus,quidem procedant, vt filius Petrus ratione voti,quo mundo renunciauit,atque religioſorum ordini ſe addixit,excuſetur; nõ verò ideò probari,quòd idem cum fratre ſuo ſeculari æqualiter ad bona patris contra eiuſdem voluntatem admitti debeat;tum rectè replicabitur,voluntatem illam,quatenus conditionem minus Chriſtianam continet, haud attendendam, ſed potius tanquam cauſam peccato dantem negligendam eſſe,cùm ea alliciatur filius,vt deſerta vita religioſa in mundum redeat,atque eius illecebris ſe dedat. Quod facientem mortaliter peccare Theologi
14 communiter docent,eo † quòd iſta ratione amor parentum amori Dei contra præceptum diuinum 53 præferatur. Cui conſequens eſt, quòd talis voluntas patris pro nulla habeatur,cùm poteſtate & iure ſuo ille abuſus fuerit, atque ideò filius Petrus eãdem querelam vſurpare queat, quam Bernardus alibi 54 ex perſona Heliæ ad parentes ſuos inſtituit. Hæc igitur conditio noſtri teſtatoris, dum grata prouenturæ ſobolis pignora contemplatur, humana quidem cogitatione ad humanos liberè diſponitur affectus,ſed omnis inanis eſt affectio, cui non deſideratos diuina bonitas largitur effectus 55 Quicquid verò ſit,certè apparet, quòd iſta diſpoſitio in præiudicium religionis tendat,cui quicquid aduerſatur, diuinæ conſtat contrarium eſſe voluntati,56vel potius conformis ſit creduli illi conſtitutioni,
15 quam † Impp. contra religioſos Ægypti promulgarunt, vt plurimos, tanquam ex latebris cum cœtibus monazonton cõgregatos euocarent. Quæ conſtitutio, impia, ethnica,inhumana,abominabilis & execrabilis ſemper viſa fuit 57 cuius etiam auctores maximi inimici atque perſecutores fuerunt monachorum religioſorum & Heremitarum,id eſt,Chriſtianorũ Ægypti, (qui ad vnum fidei opus dimiſſa ſecularium rerũ multimoda actione ſe redegerant)ita vt per Lucium nequitiæ eorum ſatellitem tria prędictorum millia ex Ægypti Heremis abſtraxerint, Machrium eorum pontificem in inſulam exulare coëgerint.58 In terminis quoque huc facere videntur † ea, quæ 16
Epiſcopus Saluianus diſſerit, 59 vbi ad plures obiectiones ſupra allatas reſpondet. Quid opus eſt, vt filiis iam religioſis æqua hereditatis portio cum fratribus relinquatur?reſpondeo,inquit,vt religionis fungantur officio, vt religioſorum rebus religio ditetur,vt donentur,vt largiãtur,vt illis habentibus cuncti habeant non habentes. Et paulò pòſt ſubiicit:Cur eis,quæſo inhumaniſſimi parentes neceſſitatem indigniſſimæ paupertatis imponitis, permittite religioni ipſi, rectius pauperes à ſe fiunt, quanquam quid ego vos per ipſum ſanctiſſimæ religionis officium trahere ad humanitatem, pietatémque contendo? cùm id maximè obſiſtat,& parentes impios faciat, quæ magis pios facere deberet.Iniquum ergo arbitramini,vt ſecularibus filiis religioſos filios ſubſtantia pares faciatis? Id ergo agitis, vt pœniteat eos cœptæ religionis, quos religio apud vos fecerit viles. Quæ omnia cõueniunt rationi DD.ob quam conditionem iſtam veluti liberos à vita contemplatiua reuocantem,reiici volunt. Præterea idem auctor reſpondet ad tacitam obiectionem, quæ opponi poterat,nimirum, quod veroſimile non ſit, vt ij, qui deuota atque zelo ardentia pectora habent, inque religione ſatis fundati ſunt, bonorum temporalium illecebris

ADDITIONES.

52 *c.Iulianus, &c.Imperatores.§ fin.qu.* 3. 53 *Matth.*10. *Luc.*14. 54 *epiſtol.* 11 55 Arnulph.Epiſcop. Lexouie. *in quadam ad monialem epiſt.* 56 Idem Arnulph. *in quadam in Alexand. pontificem epiſtol.* 57 *l.quidam ignauia,*26 *C.de decurion.* ibi, *familiarium rerum carere illecebris.* 58 De Valente Euſeb. Cęſarienſ.*hiſt.libr.*11.Socrates *hiſtor.tripart.*8.*cap.*7. Vide Alciat. *libro diſpunct.* 3. *cap.* 11. 59 *lib.*3. *ad Eccleſiam Cathol.*

illecebris ſe à vita religioſa,cui dediti ſunt, abduci patiantur.

Pius,itaque inquit,& bonus dominus ſeruet in eis propoſitum ac profeſſioné ſuam: Cæterùm quantum in vobis eſt,id agitis,vt ſæculi eos cultores eſſe faciatis, quibus ſæculares filios antefertis. Quid enim aliud eſt, quàm religionem interdicere, vos religionem deſpectui habere. Perinde etiam conditio adiecta in præiudicium Petri haberi debet, ac ſi impleta fuiſſet, cùm planè reiiciatur; vt ,etſi paupertatem religioſi ex profeſſione ſuſtinere debent; tamen deuotione ſaltem eam tolerent,non damnatione patiantur. Si etiam teſtatores ſe excuſent, quod eiuſmodi diſpoſitiones non in præiudicium religionis aut eius odio, ſed bona intẽtione, atque ob vrgentes cauſas faciant, nimirum vt poſteritati cõſulatur,atque familię dignitas conſeruetur;tum perinde eſt, ac ſi quiſpiam dicat malas res bono animo à ſe fieri, & impietatis facinus pia mente committi:Quid prodeſt (ô inhumaniſſimi parentes)quod filios religioſos bono à vobis animo de honore adſeueratis, res ipſa hoc reſpuit,res refellit,parum eſt,quod nudis adſertionibus dicitis, ipſi actibus veſtris contrà vos teſtes eſtis. Idem quoque auctor alibi ſubiicit: *Videlicet non contemtu DEI dicunt parẽtes hac à ſe fieri, ſed cauſa atque ratione:* Quibus enim relictam ſubſtantiam redditurì ſunt filios non habentes? dicunt quibus:non nominabo eos,quos ſupra dixi, pauperes Dei ,non alienos aut longè poſitos,ſed ſeipſos. Quæ omnia ſi ad factum,de quo hîc quæſtio eſt,rectè applicentur facilè apparebit Petrum ſufficientia grauamina habuiſſe; ob quæ appellauerit, atque ideo eum haud pœnam temerè appellãtium,ſed potius laudem & gloriam mereri. *Quid enim rectius*(inquit citatus auctor)*quid magis iuſtum,quàm,vt ij, qui meliores ſunt, iidem etiam honoratiores eſſent, & qui vincunt iudicio,iidem vincerent præmio,& qui ante ſtant in Euangelio ſacro,iidem quoque in teſtamento humano ante ſtarent, vt hac ſaltem in re concordaret cum voluntate Chriſti parentum pietas ac voluntas, vt quos DEVS prapoſuiſſet electione eoſdem etiam parentes anteponerent dignitate.* Si itidem diſpoſitio noſtri teſtatoris in omnibus ſuis articulis probè conſideretur, examinetur atque perpendatur, tandem apparebit, dum ille vota perpetua,vt olim quidam 60 non vanitatis tantum,ſed& impietatis accuſat,nihil aliud,quàm cultumDei & dignitatem ſui iudicij indignitate conculcare voluiſſe, ſimiléque quid feciſſe alentibus equos, quos belli diſciplinam non docent, multum verò pabuli iis exhibent. 61 Quantum vero ad obiectionem,à deficiente poſteritate deſumptam attinet, reſponſionis loco vltra ea,quę ſupra allata fuerunt, rectè perpendi poteſt, quod alibi † D. Hieronymus luſit; 62 ridiculum eſt,ſi ſperas pro certò,quod multos & non habere vides, &,cùm habuerint,perdidiſſe. 17.

Vlterius etiam illud, quod dictum fuit, parentes non ſolum auctoritate ſua impedire poſſe, ne liberi monaſterium ingrediantur,ſed etiam ab iiſdem eos,qui iam ingreſſi ſunt,rectè reuocari;accipiendum ſaltem eſt de liberis impuberibus, ſeu, qui nondum pubertatis annos attigerunt, 63
eum antè eam † ætatem nullam diſcretio- 18
nem,nullúmque iudicium habere intelligatur,atque ſic vel iuxtà ipſam naturæ legem patriæ poteſtati ſubiecti ſint. Sic enim canon ille,qui ſacrarum literarum auctoritate quoque munitur,expreſsè loquitur de puella,quæ adhuc in domo patris, atque in pupillari ętate conſtituta erat. 64 At in noſtra hypotheſi Petrus quindecim annos iam habuit, atque ſic ad puberem ætatem peruenit,in qua conſtituti etiam abſque conſilio, conſenſu & auctoritate parentum,monaſteria ingredi,vota facere,& religioſorum ordini ſe addicere poſſunt. Vnde etiam commendari ſolent Leuitæ, quòd parentes, fratres,& liberos reliquerint, vt cultui diuino eo melius inuigilare poſſent. 65 Id quod poſtea à Conciliis expreſſè approbatum fuiſſe reperitur. 66 Vnde etiam Pontifex Clemens III.de puella viripotente loquens; 67 *tunc*, inquit, *quia liberum habet arbitrium in electione propoſiti, parentum ſequi non cogitur voluntatem.*

Atque D.Chryſoſtomus in caſu non abſimili parentes ita† alloquitur:*Sin autem vos* 19
*contenderitis,filij quidem, ſi fuerint egregia virtute præditi, etiamſi nolueritis, ad hanc peruenient philoſophiam monaſticam,ſempiterniſq; gaudiis perfruentur,vos autem infinitos vobis cruciatus congeretis,*68 atq; alibi; *cum ſpiritualia*, inquit,*impediunt parentes, ne*

ADDITIONES.

60 *cap.9.*Senon.*concil.prouinc.tom.5.* 61 exXenophont.apud Stobę *ſerm.*201. 62 *in epiſt. ad Fur.* 63 *c.puella*, 20.*q.*2. 64 *Num.c.*3. 65 *Deut.*23. 66 à Concilio Toletano 10.*cap.vlt.*ex quo *c.ſi in qualibus minori ætate* 20.*qu.*2.& à Concilio Triburtenſi,ex quo *d.c.puella.* 67 *c cùm virum,de regul.c.dominus,q.*3.*c.duæ ſunt*,19.*q.* 2. 68 *in fin.lib.*3.*contra vituper.vit.monaſt.*

ne agnoſcendi quidem ſunt. 69 D.Gregorius item. *Carnis*,inquit,*cognatione coniunctos,quos in via Dei aduerſarios patimur, odiendo & fugiendo neſciamus.*70

Quæ tamen omnia expreſſè ita limitantur,atque reſtringuntur,71 niſi parentes fuerint in graui neceſſitate corporali vel ſpirituali conſtituti, ita vt per alios illis ſubueniri non poſſit. Cui conueniens eſt,quod ex Concilio Gangrenſi ſupra allatum fuit. Etenim & religio erga Deum & pietas ex eadem religione erga parentes ſunt duæ virtutes, quæ non pugnant inter ſe. Ergo quando vtriuſque officia ſimul ſeruari non poſſunt, neceſſe eſt, vt vna cedat alteri. Atqui in neceſſitate parentum religio cedit pietati, extra neceſſitatem parentum pietas religioni, vt rectè alibi Thomas Aquinas notauit. 72

20 Cùm ergo hic nulla neceſſitas †prætendi vel allegari,multo minus probari potuerit, ſatis apparet, quod vanè & ſine cauſa conqueſtus fuerit teſtator,ſe inſcio inuito atque inconſulto filium in collegium Ieſuitarum ingreſſum fuiſſe, cùm tota hæc res noſcatur eſſe voluntatis, 73 quam voluntatem melius feciſſet pater, ſi fouiſſet & ſtuduiſſet, vt filiũ DEO magis obligaret, quàm ſæculo, & non ſtatim moriturus filij animam prius interficere voluiſſet, quem, vt peccatorum ſuorum haberet heredem à CHRISTI ſorte priuare voluit, atque ſatius eſſe exiſtimauit, ſi eum in facultatibus ſuis haberet ſucceſſorem, quàm pro iniquitatibus interceſſorem.

Quod alibi Bernardus notauit, 74 vbi
21 expreſsè diſputat contra morem conſuetũ† plurimorum parentum, qui religioſiores ſibi videntur paruo ſumtu, & qui vix ad alimenta ſufficiat, religioſis filiis aut virginibus dato, omnem cenſum in vtroque ſexu ſeculari liberis largiendo. De quo ipſe etiam D,Hieronymus *quodam in loco* loquitur. 75 Præterea etiam examinari hîc oportet illa verba teſtatoris, quibus filiũ iſte à ſuo propoſito abſtrahere atque allicere voluit,vt acta vera & non ſimulata pœnitentia,quemadmodum loquitur, religioſorum ordinem relinquere,atque ad ſecularem ſtatum reuerti deberet. Quibus ſanè verbis pater à filio impoſſibile, & tale quippiam flagitauit, quod cùm maxima ſyncerę conſcientię violatione coniunctum eſſet, vt non immeritò illud,quod Imperatores alibi de conditione diuortij reſcripſerunt 76 huc accommodari queat: Oportuerat autem,inquiunt,etſi huiuſmodi conditio admitteretur,præferri lucro concordiam maritalem, id eſt, animæ perfectionem & bonam conſcientiam, cum qua nihil rerum humanarum eſt comparandum,vt ille Damaſus apud Suidam dicebat.Enimuerò cùm boni mores hæc obſeruari vetent, ſine vllo damno coniunctionem retinere potuiſti. Cùm enim conditio diuortij carnalis, 77 veluti publicæ vtilitati aduerſa 78 remittatur, multo magis conditio diuortij ſpiritualis remittenda erit.Et quemadmodum parentes maximè optant,atque iis admodum placet, vt eorum bona ad liberos atque deſcendentes perueniant,ita quoque liberis, qui monaſteria ingreſſi fuerunt, aut alias religioſorum ordini vel monaſticæ vitæ ſe iunxerunt, haud parum placet, ſi eam ob cauſam à parentibus vel aſcendentibus minimè ſpernantur, negligantur vel contemnantur. Si verò id cõtingat, tum meritò iis prompto remedio ſuccurrendum eſt, vt remota contraria conditione ſeipſos redimere atque habere poſſint, quod de ſuo ad pias cauſas expendant, quemadmodum Saluianus *in loco ſupra allegato* pluribus hoc explicat. Quo etiam ſpectant ea, quæ à maximi nominis Dd.vtriuſque iuris traduntur,caueri debere, 79 ne quod omnino religioni impedimentum detur. 80 Etſi enim in noſtra hypotheſi expreſsè nullum eiuſmodi impedimentum teſtator obiecit: tamen ſufficit,quod ita diſpoſuerit, filium Petrum, Bertrandi coheredem fieri debere,ſi è monaſterio reuerteretur. Satis enim ex eo apparet, quòd de tali quopiam impedimento cogitarit, cùm tamen illud id iure fieri non potuerit, vtpote quo eiuſmodi impedimenta in matrimonio tam carnali, quàm ſpirituali prohibita ſunt deficiente, vt dicitur, potentia in diſ.

ADDITIONES.

69 *homil.* 84. *in D.Iohannem.* 70 *homil.* 47. *in Euang.* 71 Gaudent. Epiſcopus Brixienſis *in tract. in Exod.* 73 *epiſtol.*2. 74 *ad Demetriad.* 75 *in l.reprehendenda,C.de inſtitut.& ſubſtitut.* 76 *d. l.reprehendenda.l.*8.*in fin.de vſu. & habit.* 77 *l.*2.*§.puto,ad Tertull.* 78 Bart.*in l. ſi quis,§.fin.de legat.*2. Alberic.& Cynus *in d. auth.niſi rogati*,& idem Alberic.*in d.l.Deo nobis.* Antonius de Butrio *in d.c. in præſentia*,Decius *conſ.*674. quanquam ab apoſtillatore Gallo reprehenſus. 79 *arg. l. cùm tale,§.arbitratu Titij, de condit. & demonſtrat.* 80 *arg. l. non omne, de ſtatuliber. l ſi vehenda,§.*1.*ad l.Rhod.de iact.*& copioſè Ruin.*conſ.*98.*nu.*22.*vol.*2.

in diſponente,81 ita quod in contrarium voluntas teſtatoris ſubſiſtere nō poſſit.82 Tandem ad illud, quod de vtilitate publica obiectum fuit, nimirum ea ratione facile fieri poſſe, vt ampliſſimarum familiarum facultates in manus mortuas incidant, reſpondebatur Petrum nondum profeſſionem feciſſe, multúmque adhuc temporis ad profeſſionem illam faciendam ſupereſſe, intra quod de bonis ſuis pro libitu diſponere, atque iis non minus propinquis ſuis, quam ipſi ſocietati ſeu collegio gratificari poſſet. Quod cùm verum eſſe deprehenderetur, atque de eo tam ex actis, quam ex declaratione ſcripta prouincialis Aquitaniæ

22 ſocietatis illius conſtaret, tandem hęc † controuerſia per arreſtum parlamenti Tholoſani 23. Septemb. Anno 1589. ita definita fuit, quòd nulla habita ratione conditionis, quā Sebaſtianus teſtator in teſtamento ſuo apposuerat, inſtitutio illa Petri in ſemiſſe omnium bonorum facta pro pura haberi, atque ille in ſemiſſe iſto manuteneri, & alter ſemis ad defuncti viduam tutorio nomine pertinere, ſubſtitutiones quoque in teſtamento factæ omnino ſaluæ manere deberent, adeò vt haud licitum eſſet Petro poſt factam etiam profeſſionem in fauorem ſocietatis ſeu collegij, atque præiudicium fratris coheredis de bonis illis reſtitutioni ſubiectis diſponere. Additum & hoc fuit, quod Petro omnes ex ſemiſſe illo fructus ab obitu teſtatoris percepti reſtitui deberent.

Additiones.

81 Felinus *in c.1. de ſponſal. & in d.c. in præſentia, nu.36. in fi. cum ſeq.* 82 Romanus *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, de V.O.* Panorm. *in d.c. in præſentia.*

DECISIO XV.

Argumentum.

Teſtamentum imperfectum inter liberos haud aliter valet, quàm ſi à patre teſtatore ipſomet ſcriptū, vel ſaltem ſubſcriptum fuerit.

Summaria.

1 *Diſpoſitiones teſtamentariæ, atque vltima voluntas patris inter liberos ab omni ſolemnitate iuris ciuilis & poſitiui eximuntur.*

2 *Diſpoſitiones tamen eiuſmodi ad exemplum aliorum teſtamentorum, quæ iure communi & regulari fiunt, duplicis generis ſunt.*

3 *In quibus iuxta communem opinionem iuris interpretum conſtitutio D. Theodoſij de imperfectis teſtamentis inter liberos loquens procedit & locum habet.*

4 *Tertia quadam & mixta ſpecies teſtamenti patroni.*

5 *Nunquid declaratio patris coram duobus teſtibus facta quod teſtamentum ſuum apud tertium quempiam, aut in arca, alióve certo loco depoſuerit, tanquam diſpoſitio inter liberos nuncupatiua ſuſtineri queat?*

6 *Præſentia teſtium in teſtamentis iuris poſitiui eſt, & propterea mutari poteſt.*

7 *Teſtamenta potiſſimum in diſpoſitione & teſtatione conſiſtunt, quarum hæc illa potior eſt.*

8 *Præterea aliæ quoque ſolemnitates accedunt, quæ aduentitiæ & accidentales neque peræquè eſſentiales & principales, veluti prædicta, ſunt.*

9 *Duo teſtes ad minimum in teſtamento imperfecto inter liberos requiruntur.*

10 *Teſtamentum etiam propria patris manu ſcriptum, ſi vnicus ſaltem teſtis adhibitus fuerit, ex omni parte nullum eſt.*

11 *Conſtitutio Theodoſij quoad præſentiam teſtium explicatur, atque ad ſuos terminos reducitur.*

12 *Conciliatio diuerſarum opinionum de validitate ſcripturæ priuatæ patris diſpoſitionem bonorum inter liberos continentis.*

13 *Præparatio ad teſtandum nihil minus eſt, quàm teſtamentum.*

13 *Quidnam veroſimiliter teſtator innuere voluerit, qui eo loco, quo dies conditi teſtamenti adſcribi debebat, vacuum ſpacium reliquit?*

15 *Quamuis ſcriptura ipſius teſtatoris manu ſcripta, & exarata fuerit, tamen vt valeat, diem quoque aſſignari oportet.*

16 *Verba, quæ voluntatem demum futuram arguunt, veluti in äëre euaneſcere ſolent.*

Dominus Claudius Chomierus, procurator ſupremæ curiæ Tholoſanæ prædiues, atque multorum bonorum dominus, cùm in legitimo † matrimonio quatuor 1
liberos maſculos & aliquot filias procreaſ-

ſet, vnámque ex iis, cui Annæ nomen erat, D. Rodolpho de Gây aduocato eiuſdem parlamenti, in matrimonium elocaſſet, diem ſuum obiit, anno 1580. poſt cuius obitum de eiuſdem ſucceſſione lis inter prædictam Annam, cæteráſque ſorores, atque inter harum fratres bonorum defuncti poſſeſſores mota, & per viam appellationis ad parlamentum Tholoſanum deuoluta fuit. Illæ enim partem ab inteſtato deceſſiſſe dixerunt, hi verò prætenderunt, quòd ſtatim poſt mortem patris, cùm ciſtę aperirentur, in quadam earum, in qua pater viuus ſecretiora ſua ſcripta recondere & ſeponere ſolebat, teſtamentum eiuſdem in charta quapiam ab illius ſcriba Delorto conſcriptum, menſémque Iulium anni M.D.LXXX. ſine die, dati, vt vocant, loco annotatum habens, repertum fuerit. Quod licet ſolemniter ſignatum non ſit, nihilominus tamen valere & cuſtodiri debere aſſeruerunt, veluti à patre inter liberos factum, & in quo prædicti quatuor filij heredes vniuerſales æquis partibus, filiæ verò heredes particulares in certis quibuſdam legatis inſtitutæ eſſent. At actrices reſponderunt, quod ſcriptura à fratribus producta nihil aliud, quàm informis quædam chartula eſſet, quæ teſtibus, ſigillis, aliiſque ſolemnibus, etiam in teſtamento inter liberos requiſitis omnino careret aut ſi quicquā ei tribui deberet, tum quædam præparatio teſtamenti, quod tamen minimè abſolutum, aut vllo modo perfectum fuerit, appellanda eſſet, præſertim cùm ſub finem illius ſcripturæ pater ſibi expreſſè reſeruaſſet, quod ad officia, quibus fungebatur, liberos ſuos promouere vellet, ſed illud poſtea ab eo factum haud fuiſſet. Verum hiſce fratres replicarunt, quod ex proceſſu verbali ſeu rotulo commiſſario ad inquiſitionem ſpecialiter deputati ſatis conſtaret productum teſtamentum in prædicta ciſta inter ſecretiora patris ſcripta repertum fuiſſe, aſſeriptúmque menſem & annum habuiſſe, quódque patris ſcriba Doleitus non ſolùm coram commiſſario, ſed etiam coram notario & teſtibus depoſuiſſet à ſe teſtamentum illud conſcriptum fuiſſe. Probaturos quoque ſe eſſe iidem dixerunt, quod eorum pater ante paucos dies, qui teſtamenti illius factionem præceſſerunt, in præſentia plurium amicorum & familiarium apertè dixiſſet, & declaraſſet ſibi ſenili iam ætate confecto finem vitæ inſtare, atque ideò conſtitutum eſſe teſtamentum facere, ne poſt obitum de bonis ſuis inter liberos contentio oriretur, quódque idem pater poſt aliquot dies prædictis amicis ſuis denuò ſignificarit, ſe teſtamentum iam feciſſe, illúdque à ſcriba ſuo Dolerto conſcribi curaſſe, atque quod adductos ad ciſtam iſtam amicos ita allocutus fuerit: Ecce hic repoſitum eſt meum, de quo vobis dixi, teſtamentum hîc liberi mei, quando neceſſe erit, illud reperient., ídque meus Dolertus, qui ſcripſit, ſatis noſcet. Cui reorum fratrum aſſertioni ſorores actrices reſponderunt, quod ea haudquaquā attendi, neque fratribus permitti, vt productis quibuſdam ſubornatis teſtibus patri iam defuncto teſtamentum facerent, ſed potius iudicari deberet, ſucceſſioni ab inteſtato locum eſſe. Cum ergo ſuper mota hac controuerſia ſententia iam ferri deberet, primo omnium conſiderabatur, quod hîc quæſtio eſſet de extrema voluntate patris inter liberos facta, quæ ſubſiſtere ſolet, licet generalis ſit & certo nomine atque forma careat, quęque exempta eſt ab omni ſolemnitate iuris ciuilis & poſitiui atque pro ſui validitate nihil aliud requirit, quàm legitimam probationem voluntatis paternæ, & talem, qualis à iure gentium primæuo, vel potius ipſo Euangelio, cui ius Canonicum conforme eſt, 1 requiri ſolet. Expreſſa item conſtitutione ciuili ſancitum eſt, quod eiuſmodi teſtamenta inter liberos plenè valere debeant. 2 Cuius iuris potiſſima ratio nititur reſpectu & obſequio, quod parentibus liberi debent, ob quod eos potius teſtamentum paternum patientia honorare, quàm iudicio conuellere decet. Vnde etiam eos legiſlatores ex mera iuriſgentium æquitate arctè admodum ad iugem paternæ voluntatis obſeruationem aſtrinxerunt, atq; quod D. Conſtantinus ab initio ſoli patri permiſit, 3 id poſtea à D. Theodoſio ad alios quoque aſcendentes vtriuſque ſexus porrectum fuit. 4 Cuius rei elegantem rationem Accurſius reddit

ADDITIONES.

1 *c. cùm eſſes, ext. de teſtam.* 2 *Nou. 18. &* 107. *l. fi. C. fam. erciſ. l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam.* 3 *d. l. fin.* 4 *d. § ex imperfecto.* Diſpoſitio enim *d. §.* non ſolum in patre, ſed etiam in matre obtinet Cynus *in d. §. ex imperfecto, circa pr.* & Alberic. *nu. 3.* Atque ſic matrem quadringentos thaleros in hereditate relinquentem, eóſque inter ſex natos æqualiter diuidi debere coram notario & teſtibus de poſtremo iudicio eam rogantibus profitentem teſtamentum inter liberos nuncupatiuum condidiſſe reſponſum fuit. Erneſtus Cothman. *reſp. 3. per tot.* neque ſcripturam propter ea vitiari, quod heredis inſtitutionem non haberet.

Dum

reddit, dum inquit, legem erubuiſſe ſupponere parentes ſolemnitati iuris communis, quia eis & claram rerum concedit ſignifica-
2 tionem. Etſi autem eiuſmodi † diſpoſitiones inter liberos ſolemnitatum carceribus minimè coërcentur, ſed liberè in ampliſſimo iuris naturalis campo vagari poſſunt, atque ſaltem in iis nuda, ſimplex ſeu pura teſtatorum parentum vel aliorum aſcendentium voluntas requiritur: tamen eatenus iure cõmuni & ordinario regulantur, vt inſtar aliorum teſtamentorum, aut in ſcriptis, aut per nuncupationem eas fieri oporteat. De iis enim quæ in ſcriptis fiunt, loquuntur nouellæ Iuſtiniani conſtitutiones, atque authenticæ, quæ inde deſumtæ, & in Codicem relatæ ſunt, quæ licet ſub duobus diſtinctis titulis poſitæ ſint: tamen ita cohærent, vt vna ſine altera ſatis intelligi haud poſſe videatur. 5 Quòd autem eædem diſpoſitiones etiã per nuncupationem rectè fieri queant, communis & receptior interpretum iuris
3 ſententia eſt, iuxta quam prædictam † conſtitutionem D. Theodoſij de imperfectis teſtamentis inter liberos promulgatam, tam de teſtamento parentum nuncupatiuo, quã in ſcriptis confecto accipiendam eſſe dici-
4 tur. 6 Cæterùm & tertia ac veluti mixta † paterni teſtamenti ſpecies deprehenditur, quæ de vtraque priori participat, nimirum, quando pater aut alius ex aſcendẽtibus coram duobus teſtibus declarat, quòd teſtamentum ſuum vel eius ſcripturam huic vel illi commiſerit, vel in hoc aut illo loco depoſuerit, quemadmodum noſter teſtator fecit, dum familiaribus ſuis ſignificauit,
5 quòd ſuam † extremam voluntatem ſcriptam ciſtæ incluſerit. Eiuſmodi igitur in caſu quæſitum eſt, ſi poſt obitum illius, qui voluntatem ſuam ita declarauit, ſcriptura reperiatur, in qua de bonis ſuis inter liberos diſpoſuerit, num ea vim teſtamenti habere poſſit: Et quidem communiter reſpõdetur, quòd de effectu eiuſmodi teſtamenti minimè dubitari, ſed per omnia illud cuſtodiri debeat, veluti quòd per nuncupationem factum ſit, nuncupatione ſcilicet implicita, hoc eſt, per relationem ad ſchedulam aut ſcripturam. 7 Atque hinc depromi poſſe videtur deciſio huius controuerſiæ, & eorum, quæ à fratribus reis in medium allata fuerunt, præſertim cùm ſorores actrices minimè aſſerant, aut contendant ſcripturam, quę in ciſta reperta fuit, aliam eſſe ab ea, quam Dolertus facere à patre iuſſus fuerat. Quòd enim ad validitatem & effectum teſtamenti paterni teſtium aliquorum interuentus non ſit neceſſarius, immo teſtamentum ipſum valeat ſine vllo prorſus teſte, & ex quauis ſcriptura, etiam priuata ex clauſula illa cõſtitutionis Iuſtinianeę colligi poſſe videtur: *ſi alio quouis legitimo modò voluntas parentum probetur.* Concors item DD. præſertim recentiorum, doctrina eſt, 8 de cõſuetudine ita ſeruari, vt eiuſmodi volũtas manu patris teſtatoris ſcripta ſine vlla alia ſolẽnitate firma & valida, atq; ſic priuata parentis ſcriptura inter liberos pro teſtamento habenda ſit,

ADDITIONES.

Dum enim mater bona ſua æqualiter ad liberos pertinere vult, licet verbo inſtitutionis vel ſimili aliquo expreſſè non vtatur: tamen inſtituiſſe liberos creditur VVeſenbecius *conſil. 29. num. 22. in fin. & num. 23. part. 1.* Atque quòd iuris interpretes volunt etiam in teſtamento imperfecto filios inſtituendos eſſe id eo tantùm pertinet, ne parentes exiſtiment ſibi in eiuſmodi teſtamẽto præteritionem vnius vel alterius filij licitam eſſe? Clarus, §. *teſtamentum, quaſt. 8. num. 6.* Vaſq. *libr. 3. de ſucc. creat. §. 21. numer. 63.* AD. 5 *d. Nou. 18. & Nou. 107.* 6 Etſi enim nonnulli tradunt *dict. §. ex imperfecto,* ſaltem in teſtamento, quod parentes in ſcriptis condiderunt, obtinere Fulgoſ. *in d. §. ex imperfecto, & conſ. 41. numer. 2. verſicul. quinetiam, num. 4. in fin.* Salicetus *in d. l. fin. num. 2. verſicul. ſimiliter videtur mihi, Cod. fam. erciſc.* attamen verius eſt, quòd ille etiã in voluntate verbis nuncupata locum habere debeat. Alexander *conſil. 104. num. 4. li. 2. & conſil. 76. nume. 3. libro 3. conſil. 168. num. 3. & 13. libro 5* Ludouicus Gozadin. *conſil. 3. num. 4.* Caſtrenſis *conſil. 93. numero 2. part. 2.* Corneus *conſil. 118. in fin. libro 3.* Nicol. Boërius *dec. 240.* Cothman. *allegat. loc.* qui etiam notat *auth. quod ſine, C. de teſtament.* qua parentes vltimam voluntatem inter liberos confectam ſubſcribere iubentur, non de nuncupatiuo, ſed ſaltem de ſcripto teſtamẽto accipiendam eſſe. AD. 7 Quod ſufficit iuxta doctrinam Bartoli, *in l. ſi ita ſcripſero, de condit. & demonſtrat.* & ibi Baldus, Imola, Cumanus, Paulus de Caſtro *in l. heredes palam, in pr. numer. 2. de teſtam.* Nicolaus Boërius *deciſ. 240. num. 5.* Natta *in dict. authen. quod ſine,* atque alij DD. communiter. AD. 8 Rota Romana *deciſion. 734. num. 1. part. 1.* VVeſenbecius *conſil. 90. nu. 4. & 15.* Hart. Piſt. *q. 1. n. 4.* Ioh. Kopp. *q. 45. n. 27.* Cothm. *reſp. 6. n. 3.* AD.

ſit, 9 re tota redacta ad puros terminos iuriſgentium, cuius iuris aut diuini, ſi eſſet adhibitio teſtium, ſemper & vbique eſſet neceſſaria. Satis autem conſtat eam in contractibus, & ſimilibus negotiis neceſſariam nõ eſſe, ſed priuatam ſcripturam ſufficere. 10 Vnde concludi ſolet, quòd præſentia teſtiũ ſit iuris poſitiui & mutabilis, idque Iuſtinianus ipſe in allegata conſtitutione expreſſè declaraſſe videtur, idum inquit, ſuffi-
6 cere, licet † eiuſmodi diſpoſitiones inter liberos, non adeò claræ & manifeſtæ ſint, dummodò ex quibuſdam indiciis & coniecturis de illis appareat. Atque hæc quidem pro fratribus reis afferebantur. Verùm pro ſororibus actricibus ſucceſſionem ab inteſtato vrgentibus faciebat, primo quòd teſtamenta conſtare dicantur duabus ſubſtantialibus & principalibus partibus, diſpoſitione ſcilicet & teſtatione, atque quod te-
7 ſtationem † potiorem & præſtantiorem eſſe, ex Iuliani reſponſo pateat, quo apertè ſcriptum reliquit eum, qui perſcripta volũtate ſua, priuſquàm teſtes appellet, expirauerit, inteſtatũ deceſſiſſe. 11 Quod Accurſio atque aliis DD. mirum videtur, vt is, qui coram quantumuis multis hominibus ſuam ſentẽtiam perſcripſerit, niſi eos nominatim ac diſertè teſtatus ſit, id eſt, denunciarit, vt eius actiones teſtes ſint, nihil egiſſe videatur, & eius ſcriptura, ne pro codicillis quidem valeat, 12 atque quod inteſtatus is appelletur, qui quamuis voluntatem ſuam coram teſtibus expoſuerit; tamen ſupremam conteſtationem non adhibuit, 13 adeò vt etiam teſtamenta militaria, quantumuis alias priuilegiata, ad ſui validitatem duos ad minimum teſtes deſiderent, 14 atque Plutarchus alibi teſtatur ad ea teſtamenta, quæ apud Romanos in procinctu fiebant, tres, aut quatuor teſtes adhiberi ſolitos. Cæte-
8 rum vltra duas haſce partes eſſentiales † & principales teſtamentorum, aliarúmque vltimarum voluntatum, ſunt & aliæ ſolemnitates aduentitiæ & accidentales, veluti vt teſtes ad actum teſtandi ſpecialiter vocẽtur atque rogentur, vt ſua nomina ſubſcribant, teſtamentum annulis ſeu ſigillis ſuis ſubſignent, aliæque plures, quæ paſſim in iure ciuili occurrunt, atque ideò introductę fuerunt, vt falſitates, fraudes, atq; ſuppoſitiones teſtamentariæ eo melius vitarentur. 15 Et quamuis ex interdũ iure ſingulari in fauorabilibus quibuſdam diſpoſitionibus remittantur: tamen prędictas duas partes eſſentiales in quolibet teſtamento adeſſe oportet, atque ſine iis haud magis, quàm ſtipulatio ſine interrogatione, contractus ſine conuentione, emptio venditio ſine precio, matrimonium ſine mutuo conſenſu, ſubſiſtere poteſt. 16 Quibus non aduerſatur ſæpius allegata conſtitutio nouella Iuſtiniani, cùm ea ipſi Iuſtinianus commendet & approbet conſtitutiones Conſtantini & Theodoſij eáſq; ita declaret & interpretetur, vt facilè colligi queat interuentu teſtiũ in eiuſmodi diſpoſitionibus eſſe neceſſariũ, eo ꝙ expreſſè præcipit 17 parentes corã teſtibus profiteri debere ſe omnia illa, quæ perſcripta ſunt, ordine ſcripſiſſe, valereq; velle. Nec dici poteſt verba illa ad eũ caſum pertinere, quo

Additiones.

9 Bartolus *in d. auth. quod ſine.* & ibid. Raphaël & Paulus Caſt. *& in l. fideicommiſſa, §. quoties, de legat.* 3 Iacob. de Bellouiſu *in d. Nou.* 18. Accurtius *in l. iubemus. verb. quẽadmodum, C. de teſt.* Zaſ. *conſ.* 3 *num.* 37 *lib.* 1. Clarus §. *teſtamentum, quæſt.* 37, *n.* 2. 10 Philipus Corneus *d. conſ* 118. *num.* 4. *tom.* 3. Caſtr. *in d. §. ex imperfecto, nu.* 2. Iaſon *conſ.* 68. *circa princ.* Vaſquius *de ſucc. creat. libro* 2. §. 2. *numero* 44. Dn. Vult. *conſ.* 29. *numero* 19. *vol.* 1. *int. conſ. Marp.* Daniel Moller *lib.* 3. *ſem. cap.* 22. AD. 11 *d. l. fideicommiſſa, §.* 1. *de legat.* 3. 12 *arg. l. final. C. de codicill. l. Lucius, de militar. teſtam. l.* 1. *§ ſi quis in duobus, de bon. poſſ ſecund. tabb.* Thom. Grammatic. *deciſ. Neapol.* 62.

Sunt tamen plures, qui ſtatuunt diſpoſitionem illius, qui inter liberos teſtatus fuit ſuſtineri vi clauſulæ codicillaris, licet hæc expreſſa nõ fuerit, perinde ac ſi ad pias cauſas teſtamentum factum fuiſſet, Clarus *in §. teſtamentum, quæſt.* 8. *num.* 7. poſt Iaſonem *ad l coheredi,* 41. *§ cùm filiæ, in fin. de vulg. & pup. ſubſtitut.* Boërius *quæſt.* 40. Vaſquius *de ſucc. creat. §.* 21. *num.* 65. *& de ſucc. progreſſ. §.* 30. *nu.* 43. *&* 45. Ioſephus Ludouic. *deciſ. Peruſ* 2. *num.* 31. Vultei. *d. conſil.* 29. *nu.* 23. Quod fauore liberorum, & pię cauſæ ita receptum eſſe tradunt, cùm alias nunquam credendus ſit codicillos feciſſe, qui teſtari voluit, ſi non diſertè id expreſſerit, adeò vt ne in teſtamento militari quidem vel peſtis tempore facto codicillaris clauſula ſubintelligatur, Anton. Faber *lib.* 6. *Cod. tit.* 5. *def.* 7. *à num.* 4. *vſque ad fin.* AD. 13 *l. qui teſtem, §. & veteres de teſtam.* 14 *l. Diuus §. Lucius, de militar. teſtam.* 15 *l. final. C. de teſtam.* 16 Guilhelmus Benedict. *in c. Raynutius, ſuper verb. teſtamentum,* Ludouicus Romanus *conſ.* 306. 17 *d. Nou.* 107. *cap.* 2. *§. ſi tamen.*

quo perſonis extraneis legata quædam attributa ſunt, quia ſeries totius orationis ſatis oſtendit, caput ſecundum conſtitutionis vbi leguntur, ad ſuperiora omnia proxima
9 pertinere. Quæ quod ita ſe habeant, † atque etiam in teſtamento imperfecto inter liberos ad minimũ duo teſtes requirãtur, tũ ex verbis finalib. dictæ conſtitutionis, 18 tum ex iis, quæ DD. communiter tradunt, euidens eſt. Ita enim docent Bartolus, 19 Guilhelmus Benedicti 20 atque alij. Et in termi
10 nis Iaſon reſpondit, 21 teſtamentum † patris inter liberos etiam propria teſtatoris manu ſcriptum, ſi vnicus ſaltem teſtis adhibitus fuerit, nullum effectũ producere poſſe, ſed ex omni parte nullum eſſe. Idem Alexander reſpondit, atque latè admodum in quodam conſilio deduxit. 22 Vnde apparet erraſſe Tiraquellum, dum in tractatu *de priuilegiis piæ cauſæ* tradidit valere & ſuſtineri teſtamentum inter liberos, licet nullos planè teſtes habeat. Author enim, 23 quem pro confirmatione ſententiæ ſuæ allegat, probè intellectus nihil talè ſtatuit, ſed prædictam communem DD. opinionem ſequitur. Imò vt propius ad rem accedatur, alle-
11 gata conſtitutio † D. Theodoſij de imperfecto teſtamento promulgata loqui videtur de eo, qui in præſentia ſeptem teſtium liberè, & ſine vlla coactione voluntatem ſuam declarauit, ſed quę à teſtibus, qui eam audierant & intellexerant, nõ ſubſcripta vel ſubſignata fuerat. Nam poſtquàm in dicta conſtitutione præſuppoſitum fuit, memoratam declarationem vel profeſſionem teſtamenti initium eſſe; poſteà hiſce verbis infertur: finem autem teſtamenti ſubſcriptiones & ſignacula teſtium eſſe decernimus; non ſubſcriptum autem ac non ſignatum teſtamentum pro imperfecto (ſic legitur in vero & authentico exemplari nouellæ Theodoſij de teſtamentis, non autem infecto) haberi conuenit. Quod euidenter ex iis, quæ in dicta conſtitutione immediatè ſequuntur, atque poſt particulã *autẽ* ſubiiciuntur apparet. Quæ particula repetitionem quandam inducit & manifeſtè probat, teſtamenta ibi imperfecta dici propter defectum ſubſcriptionis & ſubſignationis teſtium, quorum ſeptem interueniſſe ibidem præſupponitur. Imò licet relicta exacta hac & vera iuris Romani conſideratione & interpretatione, ad vulgarem interpretum diſtinctionem recurratur: tamen idem omnino dicendum erit. Tres enim illi caſus conſiderant, quo-
12 rum primus eſt, ſi † ſchedula vel ſcriptura priuata voluntatem patris continens in ciſta vel alio ſecretiori loco reperiatur, atque eius propria manu exarata ſit. Secundus eſt, quando alterius quidem manu illa ſcripta & exarata, ſed à patre ſubſcripta & ſignata fuit. Quibus duobus caſibus interpretum ſchola communiter concludit, quòd eiuſmodi voluntas patris inter liberos ſaltem ſeruari, ſi vero perſonæ extraneæ quid relictum fuerit, id perinde haberi, ac ſi relictum non fuiſſet, atque ipſis liberis accreſcere debeat. 24 Tertius verò caſus eſt, quando eiuſmodi ſcriptura nec manu patris teſtatoris exa-

Additiones.

18 §. *final.* ibi, *in qua voluntate quinque, &c. l. hac conſultiſſima, C. de teſtamen.* 19 quẽ ſequitur Guid. Pap. q. 538. & magnis expr. *conſ* 234. 20 *ad d. capit. Raynutius, ſuper verb. teſtamentum, num.* 74. *tom.* 1. 21 *conſil.* 184. *tom.* 2. *ad fin.* 22 *conſ.* 76. *tom.* 3. 23 Corneus *conſil.* 307. *vol.* 3. 24 De primo caſu loquitur Bartolus & Paulus de Caſtro *in l. ſi is, qui de teſtam.* Alexander *conſil.* 105. *lib.* 7. quem refert Ioann. Durant. *de art. teſtand. tit.* 2. *caut.* 2. *in fin.* Baldus *in l. quaſtionem, C. de fideicommiſſ.* De ſecundo verò caſu agit idem Paulus de Caſtro, *conſ.* 93. *libr.* 1. Natta *in d. auth. quod ſine num.* 24. *& ſeq.* Iul. Clarus *in d. §. teſtamentum, quæſt.* 14. Olim teſtamentum inter liberos condens extraneæ perſonæ haud legare poterat *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, C. de teſtam.* Quod licet hodie per *d. Nou.* 107. *c.* 1. *atque d. auth. quod ſine* mutatum ſit; tamen nonnullis haud aliter obtinere hoc placet, quàm ſi teſtamentum ſcriptum in ſcriptis, & iuxta formam in conſtitutione iſta præſcriptum conditum fuerit; adeò vt ſi pater teſtaretur nuncupatiuè coram duobus teſtibus, diſpoſitio *d. § ex imperfecto,* adhuc firma & incorrecta manere debeat. Iaſon *in d. §. ex imperfecto,* Andr. Tiraquellus *de priuil. piæ cauſæ, priu.* 80. *verſ. denique cùm corrigitur.* Sanè ſi pater in teſtamento imperfecto inter liberos legata extraneis relinquere velit, tum neceſſe eſt duos ad minimum teſtes adhiberi, gl. *in c.* 1. *in verb. inter filios, d. Nou.* 107. Alexander *conſ.* 76 *n.* 3. *verſic. ibi autem, libr.* 3. Guilhelmus Bened. *in d. cap. Raynutius ſuper verb. teſtamentum, le* 1. *nu.* 87. *verſ. ſed in tali ſcriptura de teſtam.* cùm duo teſtes de ſubſtantia teſtamenti paterni inter liberos, in quo legata extraneis relinquuntur, requiri videantur. Si enim, vt Imperator *in d. capit.* 1. loquitur; manus & lingua teſtatoris, hoc eſt, propria eius ſcriptura & expoſitio coram teſtibus tribuunt omnem virtutem chartæ, tum etiam conſequens

ris exarata, nec ab eodem ſubſcripta & ſignata fuit, vt noſtro caſu accidit, atque tum communiter concluditur, quòd talis ſcriptura etiam inter ipſos liberos nullam fidem vel probationẽ facere queat. 25 Aliàs enim facillimè fraudibus feneſtra aperiretur. Omnes itaque allegatæ D D. deciſiones contrariæ non ad caſum hunc poſtremum, ſed ad duos priores pertinent, quando videlicet voluntas patris, vel tota ab eo ſcripta vel ſaltem ſubſcripta & ſignata fuit. Atque parum prodeſſe poterunt fratribus circumſtantiæ illæ facti, quas in articulis ſuis deduxerunt, videlicet, quod eorum pater ſæpiùs anteà declararit, ſe teſtamentum facere, atque in eo quatuor ſuos filios heredes inſtituere, filiabus verò legata quædam relinquere velle, quódque eodem menſe à Delorto productam ſcripturam confici curarit. Facta enim declaratio ſatis arguit, quod ſcri-
13 ptura iſta † potius præparatio quædam ad teſtamentum, quàm perfecta & integra diſpoſitio ac voluntas ſit, vt poſſit dici defunctum magis cœpiſſe teſtamentum facere, quàm feciſſe, 26 atque voluntas ſine perfectione non ſufficiat. Verbum etenim, *volo*, non inducit diſpoſitionem aliis non cõcurrentibus, ſed potius primùm animi motum in futurum factis explicandum enunciare videtur, 27 adeò vt hoc caſu teſtator licet ſatis declararit ſe teſtari velle, atque etiam præparationis loco ſcripturam quandam confici curarit: tamen voluntatem ſuam perfeciſſe dici haud poſſit, cùm non cenſeatur aliquid actũ, dũ adhuc aliquid agendum reſtat. 28 Quod etiam ex eo ſatis patet,
14 quod nullus ſcripturæ † illi dies appoſitus, ſed locus, vbi dies poni debebat, vacuus relictus fuerit. Innuebat n. eò teſtator ſe eadẽ die teſtamentum haud perficere, ſed eius perfectionem aut abſolutionem ad alium eiuſdem menſis diem differre velle, quo veniente coram notario & teſtibus, atq; iuxtà requiſitas ſolemnitates voluntatem ſuam plenius declarare poſſet. Quæ coniecturæ voluntatis teſtatoris à iure haud abhorrent. 29 Quo etiam pertinet, quod ſub finem ſcripturæ pater ſibi facultatem prouidendi liberis de officiis ſuis, atque aliis nonnullis rebus reſeruauit, nullâque eadem ſcriptura contineatur clauſula, quæ rem abſolutam ſeu actum perfectum ſignificaret? Quo caſu ſcripturam etiam inter chartas & protocolla notarij repertam nihil habere virium Baldus docet. 30 Quæ doctrina Baldi iuſta ratione haud caret, nec ineptè huc accommodari poteſt, præſertim cùm non ſufficiat teſtatorem voluiſſe, niſi etiam ſimul diſpoſuerit. 31

Quare in hoc, prout euenit, facto licet reperta & prolata ſcriptura ipſius teſtatoris manu facta & ſignata fuiſſet: tamen omiſſio diei faceret, quo minus vllum effectum illa producere poſſet, cùm in eiuſmodi diſpoſitionibus dies † neceſſariò adſcribi vel aſ- 15
ſignari debeat. 32 Atque ſi ius nouiſſimum 33 reſpiciatur, ſimúlque perpendantur literæ, quas poſt menſem Iulium pater ad Arnolphum filium perſcripſerat, iiſque promiſerat, ſe eum omnibus fratribus prælaturum, atque heredem ex aſſe inſtituturum eſſe, tum ſatis manifeſtum fiet patrem, vel cauſa affectionis vel tollendi curioſam ſollicitudinem de bonis ſuis vel alliciendi liberos ad obſequium vel alia ratione, non tamen mente, nec animo tunc diſponendi, huiuſmodi ſcripturam procuraſſe, ſi tamen mandato aut iuſſu eius ſcripta fuiſſet, quẽadmodum ex communi D D. ſententia à Socino ſeniore alibi relatum extat. 34 Et quamuis nonnulli ius nouũ accipiant de teſtamentis ſolemniter in ſcriptis factis: tamẽ iidem vnanimiter concedunt, quod etiam locum

Additiones.

quens eſt, quod ad ſubſtantiam eiuſmodi teſtamenti teſtes interuenire oporteat. Si tamen eiuſmodi diſpoſitio ab ipſis liberis ſubſcripta fuerit, tum ſubſcriptio tantùm operabitur, vt legata firmiter valeant & debeantur, cùm liberi propter conſenſum in ſubſcriptione ſemel præſtitum defuncti facto contrauenire amplius nequeant, Natta *in d. auth. quod ſine, C. de teſtam.* Clarus *in* §. *teſtamentum, quæſt. 14. verſic. ſed pone.* Atque ſic hoc in caſu liberorum ſubſcriptio multò fortior eſt, quàm ſubſcriptio patris, cùm hæc effectum eiuſmodi minimè producere ſoleat. Deciſ. rot. Rom. nou. *dec.* 734. *num. 16. part. 1.* A D. 25 Baldus, Caſtr. Imola, Anchoran. & alij, quos refert Iaſon. *in d. auth. quod ſine.* 26 *d. l. ſi quis.* 27 ex notatis per D D. *in l. ſerui electione, de legat.* 1. 28 *l. cùm Syllanianum, in fin. C. de his, quib. vt indign. l.* 2. *de O. I.* 29 *arg. l. reprehendenda, C. de inſtitut. & ſubſtitut.* 30 *in d. auth. quod ſine.* 31 *l. quidam cùm filium,* & ibi notat. *de her. inſtit.* 32 *d. auth. quod ſine.* quamuis aliud in aliis actibus obtineat quibus diem adiici neceſſe non eſt, *l. cùm tabernam. §. idem quæſiit,* vbi Bart. notat, *de pignor.* 33 *d. l. fin. C. fam. erciſc. auth. ſi modò, C. eod. l. hac conſultiſſima, C. de teſtam.* 34 *conſ.* 86. *num.* 4. *libr.* 3.

locum habeat in ſcriptura priuata, quæ alterius manu facta ſeu exarata, atque a teſtatore patre ſaltem ſubſcripta fuit. Quantum etiam reliquas circumſtantias a fratribus reis pro coloranda intentione deductas attinet, nimirum, quòd eorum pater poſt cōditum teſtamentum ſignificarit, quod in eo filiabus certas ſummas legaſſet, quódq; teſtamentum, quod fecerat, atque in ciſtam lecto vicinam depoſuerat, vltimum eſſe deberet, nec ſecreta ſua pandi vellet: certè illæ omnes eiuſmodi ſunt, vt etiam ſufficienti probatione firmatæ reos parum iuuare queant.

Nam cùm haud aliter de teſtamento illo, quàm ex ſciptura priuata & informi appareat, conſequens eſſet, ſi valere deberet, quod plena fides ſoli ſcribæ, qui illam fecerat, habenda eſſet. Quod exemplum admodum periculoſum, & conſequentiam pernicioſam præberet. Si etiam probatio iſtarum circūſtantiarum permitteretur, tum eo fine fieret, vt teſtamentum nuncupatiuum, ſeu per nuncupationem implicitam factum probaretur. At eiuſmodi teſtamentum nuncupatiuum teſtatorem condidiſſe, tum demum dici poſſet, ſi teſtator in præſentia teſtium expreſsè declaraſſet, quod teſtamentum in ciſta reconditum feciſſet, atque in eo quatuor filios heredes inſtituiſſet. Quod cùm hoc caſu non factum, multóque minus allegatum, aut in articulis deductum fuerit, fruſtraneum eſſet de nuncupatione, quę nulla fuit, teſtibus quærere. Nec obſtant de-
16 clarationes illæ, quas † rei patrem teſtatorem ante conditum teſtamentum ſæpius & diſtinctis vicibus feciſſe contendunt, cùm illæ certam diſpoſitionem inducere haud poſſint, nullæque in medium afferantur probabiles coniecturæ ex quibus colligatur declarantem animum diſponendi habuiſſe, nec quidem vſum fuiſſe, verbo *volo*, ſed voluiſſe. De qua voluntate cùm legitimè non conſtet, verba illa planè inania ſunt, fruſtráque aërem pulſant, alitérque accipi haud poſſunt, quàm veluti enunciatiua actus iam facti aut futuri, quæ parum operari ſolent, quando contingit principaliter dubitari de eo, quod enunciatur. 35 Ob quas potiſſimum rationes ſuprema curia Tholoſana in ſecunda claſſe inquiſitionum ad noſtram relationem menſe Auguſto, anno M.D.LXXXI. ſolemni arreſto pronunciauit, quod nulla habita ratione priuatæ illius ſcripturæ, vel eorum, quæ fratres rei in articulis ſuis deduxerant, ſucceſſioni ab inteſtato locus eſſe, atque ad eam omnes liberi, filiabus haud excluſis æqualiter admitti deberent.

ADDITIONES.

35 Alexander *conſ. 21. vol. 1.* Matthæus de Afflictis *deciſ. 83. ex cap. illud, de præſum. & final. de ſucc. ab inteſt.*

DECISIO XVI.

ARGVMENTVM.

In teſtamento peſtis tempore facto quinque teſtes requiruntur, atque eoſdem teſtamentum ſubſcribere, & ſignare oportet.

SVMMARIA.

1 *Conſtitutio DD. Diocletiani & Maximiani, quoad numerum teſtium in teſtamentis peſte correptorum corrigitur, atque iuxta correctionem Fernandi legitur.*

2 *Dicta conſtitutio paulo rigidior eſt.*

3 *In teſtamento peſtis tempore facto ad minimum quinque teſtes, ſi plures commodè haberi nequeant, requiruntur.*

DECISIONI proximè præcedenti, non immerito hic ſubiicietur, quod ad teſtamenta peſtis tempore facta, vt valida ſint, etiam ſeptem, aut ad minimum quinque teſtes requirantur. Imò videntur DD. Dio-
cletianus & Maximianus, † etiam hoc caſu 1
ſolemnem, ſeu ſeptenarium teſtium numerum minimè relaxare voluiſſe, cùm apertè ſanciant teſtes huiuſmodi morbo oppreſſis eo tempore iungi, atque ſociari remiſſum eſſe, non etiam conuenientis eorum numeri obſeruationem ſublatam. 1 (Vt enim textum illum ita legamus, docuit nos *in ſuis lecturis* Fernandus, quem ſuppreſſo tamen auctoris nomine corrigere audet Franciſcus Hotomannus *conſ. 59.*) Cuius conſtitutionis ſenſus talis eſt, quod licet propter metum luis, quo plurimi deterrentur, ne propius vel ad ipſos ægrotantes, vel etiam ad loca, vbi decumbunt, propius accedere velint, aliquid de iuris forma teſtamentaria remittatur: tamen propterea non omnes ſolemnitates ſublatæ ſint.

Nam

ADDITIONES.

1 *l. caſu, C. de teſtament.*

Nam in eo quidem cum teſtibus diſpenſatur, ne, vt alias fieri ſolet, vna in iiſdem ædibus ſe ſociare, atque introire conclaue illud, in quo ægrotus teſtator eſt, corámque eo ſtare cogantur, 2 ſed iis licitum ſit ſe diſiungere atque ſeparare, dummodo omnes rectè percipere poſſint ea, quæ teſtator diſponit, ſeu vocem eius, vt loquitur Vlpianus 3 exaudire: quoad numerum verò ordinarium teſtium nihil mutatum reperitur, ſed totidem neceſſarij erunt, quot alias regulariter requiruntur.

2 Verum hoc nimis durum † & rigidum videtur, atque ideò nonnullis iuris interpretibus placuit, vt ad exemplum teſtamentorum, quæ in caſtris fiunt, 4 eiuſmodi temporc quinque teſtes ſufficerent, ſi plures omnino non, vel ſaltem difficulter haberi potuerunt, adeo vt licet talia teſtamenta directè & iure teſtamenti valere nequeant: tamen veluti codicilli ſuſtineantur. 5 Cùm itaque ſolemnis obſeruatio iuris communis ratione teſtium non ſublata, ſed ſaltem ſeptenarius eorum numerus ſingulari fauore, & per benignam DD. interpretationem ad quinarium redactus & reſtrictus ſit: vtique etiam neceſſe erit, vt eiuſmodi teſtamenta à teſtibus ſignentur, vel vt idem, ſi ipſi ſignare nequeant, eorum nomine à notario fiat. 6 Quare cùm eueniſſet, vt quidam † peſte laborans in præſentia quinque
3 aut ſex teſtium, quorum quatuor ſcribere norant, teſtatus ſed teſtamẽtum, neque à teſtatore, neque ab vllo teſte ſubſcriptum aut ſignatum fuiſſet, iudicatum fuit à ſuprema curia Tholoſana mẽſe Maio, An. M.D.LXX. diſpoſitionem illam haud valere, neque eius vigore inſtitutos quicquam petere poſſe, ſed omnia defuncti bona heredibus legitimis deberi.

ADDITIONES.

2 *l. ſi vnus, C. de teſtamen.* ibi, *coram teſtatore, l. ſi non ſpeciali, eod.* ibi, *in conſpectu teſtatoris. l. cùm antiquitas, eod.* 3 *in l. heredes, de teſtamen.* 4 *l. final. C. eod.* iunct. *nou. Leonis* 41. Vnde etiam eleganter Antonius Faber *lib. 6. Cod. titul. 5. def. 5. num. 2.* infert, quòd teſtamentum Syndici, aut magiſtratus, alteriúſve cuiuslibet publicum officium gerentis quoquo modo tempore peſtis factum valeat; cùm hos, ſi, dum pro Republica laborant, morbo corripiantur, viſum ſit dignos eſſe, qui militum priuilegio gaudeant, vtpote quorum periculum nõ leuius eſt, quàm militum & bellum eo tempore videtur eſſe inter Deum & homines, Bartolus *in l. naturaliter, 5. col. pen. de vſucap.* Vtut autem peſtis maximum metum hominibus iniicere ſolet: tamen eo magiſtratus vel coniunx ad deſertionem Reipublicæ aut coniugis ſe permoueri non patiatur: adeò vt indignum atque ab omni æquitate alienum videatur, vt coniunx coniugem peſte laborantem malitiosè deſerens ex eiuſdem ſucceſſione commodi quippiam ſperare aut percipere debeat, *arg. l. 3. de his, quæ vt indign. auf. l. quod ſi nolit, 31. §. culpam, 12. de ædilit. edict. l. ſi cùm dotem, 22. §. ſi maritus, 7. ſolut. matr. c. ſi vxorem, 32. quæſt. 5. cap. 2. de coniug. lepros. c. 1. quibus mod. feud. amitt. 1. F. 5.* Fr. Ripa *de peſte, c. 1. num. 20. in fin.* Roland. à Valle, *de lucro dot. quæſt. 66.* Facit *conſtitutio nou. Elect. Aug. 26. part. 3.* vbi Dan. Moller. *numer. 6.* notat, quod non ſolum deſertor eiuſmodi à ſucceſſione coniugis repellendus, ſed grauiter etiam inſuper pro iudicis arbitrio puniendus ſit. Contrarium Iuriſconſultos VVitebergenſes ad facti ſpeciem, anno LXXXII. ijs propoſitam reſpondiſſe teſtis eſt Andreas Rauchbar. *quæſt. 20. numer. 1. part. 2* AD. 5 Baldus, Caſtrenſ. & Iaſon. *in d. l. fin. C. de teſtament.* Matthæus de Afflictis *deciſ. 25. & 134.* Alexander *conſil. 70. & 76. volum. 2.* Antonius Faber *alleg. def. 5. num. 2.* vbi plures allegat. In electoratu Saxonico, ſi quis peſte correptus, decumbens vel domo eius peſtifera hac lue infecta coram tribus vel duobus fide dignis teſtamentum faciat, illud quantũ ad ſolemnitatem teſtiũ, attinet, validum eſt, *conſtit. elect. 4. part. 3.*

Quid ergo valetne etiam teſtamentum coram duabus vel tribus mulieribus peſtis tempore factum? Quod vires non habeat ſe exiſtimaſſe dicit Mollerus *ad d. conſt.* vbi tamen teſtatur, quod VVitebergæ contrarium fuerit reſponſum. Aliter Antonius Faber *libr. 6. C. tit. de teſtam. def. 6.* qui fœminas in ſubſidium, cùm maſculi haberi non poſſunt, admitti poſſe docet. Illud idem Mollerus *alleg. loco* defendit, quod etiam ab eo, qui peſte non laborat, & cuius ædes illa non infectæ ſunt, tempore tam periculoſo & ferali conditum teſtamentum valeat, contra Marcel. Calam. *de mod. artic. & prob. §. 2. n. 34.* Cæterum teſtamentum peſtis tempore factum perpetuo, atq; etiam poſt peſtis intermiſſionem ſubſiſtit, quamdiu teſtator in eadẽ voluntate perſeuerauerit, Petrus Peckius *de teſtam. coniug. lib. 3. c. 19.* Etſi enim teſtamentũ militare, quod magnam cum teſtamẽto peſtis tẽpore facto affinitatẽ habet, poſt miſſionẽ intra annum tãtum valet. *§ ſed hactenus. Inſt. de militar. teſtam.* tamen quoad hoc teſtamẽtum aliud receptũ eſt, And. Rauchbar. *qu. 20. in fi. part. 2.* AD. 6 De qua re in Frãcia peculiaris conſtitutio extat.

DECISIO XVII.

ARGVMENTVM.

Iure militari teſtari poſſunt omnes, qui in hoſticolo ſunt, atque etiam ciues, qui obſeſſam ab hoſte vrbem defendunt.

SVMMARIA.

1 *Omnibus, qui in hoſticolo ſunt, iure militari teſtari licet.*
2 *Vocabulum, quo Vlpianus vtitur, non videtur referri poſſe ad locum domeſticum, ſeu ad eum caſum, quando quis in vrbe obſeſſa teſtatur.*
3 *Quod tamen nimis durum & rigidum eſt, præſertim in bellis ciuilibus.*
4 *Quare ſuprema curia Tholoſana arreſtis ſuis ſententiã contrariam confirmauit.*

NON dubium eſt, inquit Vlpianus, quin debeant ratæ voluntates eſſe eorum, qui in hoſticolo † ſuprema iudicia ſua quo-
1 quo modo ordinaſſent, ibidémque diem ſuum obiiſſent. Quanquam enim diſtet cõditio militum ab his perſonis, quas conſtitutiones principales ſepararent: tamen qui in procinctu verſantur, cùm eadem pericula experiantur, iura quoque eadem meritò ſibi vindicant.

Omnes igitur omninò, qui eius ſunt cõditionis, vt iure militari teſtari non poſſint, ſi in hoſticolo deprehendantur, & illic decedent, quomodo velint, & quomodo poſſint, teſtabuntur, ſiue præſes quis ſit prouinciæ, ſiue legatus, ſiue quis alius, qui iure militari teſtari non poteſt. 1 Ex quibus Vlpiani verbis ſatis colligitur teſtamenta militaria fieri poſſe, non tãtùm à militibus, ſed etiam ab aliis, qui milites non ſunt, verùm eadem cum iis pericula ſuſtinent, dum vel officio quopiam in bello funguntur, vel conſiliis ſuis, aut alia ratione duci belli præſtò ſunt, atque in hoſtico aut hoſticolo commoran-
2 tur. Quid verò per vocem † hanc *hoſticum* aut *hoſticolum*, qua Vlpianus in allegata lege, atque alibi 2 vtitur, intelligi debeat, non ineptè quæri poteſt? Videtur explicatio depromenda eſſe ex altera particula, quam Vlpianus ſubiicit, *in procinctu*, vt dicatur eſſe locus, vbi milites eo fine congregati ſunt, vt hoſtilem pugnam dent atque excipiant.

Vnde etiam Haloander pro *hoſtico* vel *hoſticolo* legit *hoſtico loco*, ἐν τῷ πολεμικῷ τόπῳ, atque ſic haud referri poterit illud Vlpiani ad obſidiones vrbium, aliáſque hoſtiles incurſiones. In Francia tempore nouiſſimorum bellorum ciuilium, tam frequentes iſtæ fuere, vt etiam viliſſimorum oppidulorum incolas ſemper in armis eſſe, atque eadem contra impetum hoſtium defendere oportuerit, adeò vt nunquam à portis recedere, nec tutò iiſdem egredi illi potuerint. Hi certè ob pericula, quæ experiebantur, priuilegium teſtandi militibus conceſſum, & ipſi mereri videbantur. Atque cùm de eiuſmodi caſu controuerſia extitiſſet, vt ea faciliùs componeretur à litigatoribus compromiſſum fuiſſe meminimus in arbitros, qui tanquam arbitri honorarij, ſeu potiùs electi ſequeſtri in dubio hoc articulo medium eligere, 3 aut potius media via incedere voluerunt. 4 Deinde tamen intelleximus, quod in magno conuentu Clermontano in Aruernia 5 Anno M.D.LXXXII. iudicatum fuerit teſtamentum ciuis, qui vrbem contra hoſtem, eandem inuaſuros atque occupaturos fortiter defendens lethaliter vulneratus fuerat, iure militari ſuſtineri non poſſe, ſed cum ſolemnitatibus à iure cõmuni requiſitis careret, pro nullo habendum eſſe. Quod quidem durum eſt, ſed contra legem ſcriptam nihil remedij ſupereſt. Quicquid verò ſit, certè hoc minimè extẽdendum eſſe videtur ad ciues, qui in vrbe obſidentur, quoſque militi præſidiario auxilia ferre, atque æqualem cum eo fortunam, & paria pericula ſuſtinere oportet.

Magis ergo æqua & humana ſunt arreſta † parlamenti Tholoſani, quorum vno in 3
habitu curiali à Dn. Præſide Latomy inter arreſta generalia circa feſtum natiuitatis Chriſti, anno M.D.LXXVIII. pronunciatum fuit, valere iure militari teſtamentum ſtudioſi, qui in bellum profecturus coram capitaneo & maiori apparitore teſtatus fuerat: atque altero anno M.D. LXXIX. teſtamentum factum ab eo, qui ad expugnationem vrbis iuerat, confirmatum fuit.

Verè enim dici poteſt, quod & illud bellum ſit, vbi militantibus certiſſimum vitæ periculum imminet, adeò vt eiuſdem noxæ tractatio eadem & æqualia iura deſiderare videatur.

ADDITIONES.

1 *l. vnic. de bon. poſſ. ex teſtam. milit.* 2 *l. fin. de milit. teſtam.* 3 Alluſio ad id, quod Cicero de Chryſippo dicit, *in libr. de fato.* 4 ex Plutarcho *in ſympoſ. exp. Xiland. interp. Latin.* Vide Langlæ. *in ſuo otio ſemeſtr. libr. 5. cap.* 4. 5 *és grands iours de Clermont en Auuergne.*

DECISIO XVIII.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio ab auia materna facta ita accipi debet, ne ſuperſtitibus nepotibus damnum, atque liberis ex alio thoro procreatis commodum pariat.

SVMMARIA.

1 *Si ſocrus generum ſubſtituerit, ſubſtitutio facta cenſetur in fauorem liberorum ex filia procreatorum.*

2 *Praiudicium ſupremæ curiæ Tholoſanæ.*

MVlier quędam vidua vnicam ſaltem filiam habuit, quæ Titio nupta quatuor liberos procreauit, atque ante matrem diem ſuum obiit. Ea defuncta Titius ad ſecundas 1 nuptias conuolauit. Mulier itaque iſta † teſtamentum condit, atque in eo relictos quatuor ex filia nepotes heredes vniuerſales inſtituit, atque ſi ij, vel quidam eorum, ſine liberis decederet, eorundem patrem ſubſtituit. Poſt obitum teſtatricis quidam ex inſtitutis heredibus viuo adhuc patre moritur. Verum poſtea teſtamentum ipſe quoque pater facit, atque in eo heredem ex aſſe ſecundam coniugem inſtituit, ea lege, vt hereditatem vni ex liberis, quos ambo in ſecundo hoc matrimonio procrearant, reſtitueret, atque prioris thori liberis certa quædam legata præſtaret. Quo defuncto inter nouercã & priuignos diſceptatum fuit, non quidem de hereditate paterna, ſed de portione illa bonorum auiæ maternæ, quæ per mortem defuncti ante maritum priuigni vacare cœperat. Nam nouerca heres vniuerſalis mariti tam ſuo, quàm liberorum ſuorum nomine contendit, marito portionem illam vi ſubſtitutionis irreuocabiliter acquiſitam fuiſſe, vt de ea libere teſtari potuerit. Dixit etiam nequaquam obiici poſſe, quòd marito portio illa intuitu & contemplatione primæ defunctæ vxoris teſtatricis filiæ & inſtitutorum heredum matris obuenerit, & acquiſiti fuerit, atque ſi de propria eiuſdem ſubſtantia profecta cenſeatur, 1 de qua ſecundi thori liberi nihil participare queant. 2 Nam conſtitutiones ciuiles, quę in odium eorum, qui ad ſecundas conuolant nuptias, promulgatæ ſunt, vt ij bonorum à priori coniuge profectorum amiſſione coërceri debeant, pœnales ſunt, & per conſequens haud extendendæ aut referendę ad caſus fortuitò contingentes, & qui ſaltem ſpeciem quandam prę ſe ferunt. 3 Inter quos etiam meritò recenſebuntur bona illa, quæ contemplatione defuncti coniugis ab eiuſdem propinquis binubo data aut donata fuiſſe prętenduntur. 4 Quare termini conſtitutionum iſtarum ad hanc hypotheſin haud pertinebunt, cùm veluti odioſi ad caſus ſpecialiter non expreſſos applicari nequeant, ſed de his verè dici poſſit, quod nulla lex ſit aliquid tale dicens, vt alibi Iuſtinianus infert & loquitur, 5 qui etiam quoad hoc ipſum, de quo hîc quęſtio eſt, apertè inquit in donatione propter nuptias ſe non diſtinguere, an illa ex proprio patrimonio ad vxorem perueniat, an verò ex alterius ſubſtantia, 6 cùm tamen donatio propter nuptias magis affecta filiis primi & ſecundi reſpectiuè matrimonij cenſeatur, & ideò vndecunque proueniat, cùm filiorum contemplatione procedat, ęquum ſit, vt eis reſeruetur, 7 quæ ratio ceſſat in cæteris lucris. Verum hiſce atque aliis, quæ à nouerca afferebantur, priuigni reſpondebant, quod auia patrem ſubſtituens, expreſsè eum generum & nepotum ex filia procreatorum patrem appellarit, atque ſic per commemorationem iſtam & qualitatis ſignificationem 1 ſatis innuerit, quod ei intuitu prioris coniugis, eiuſdémque liberorum omne ſubſtitutionis commodum obuenire, & deinde ipſis ſuperſtitibus liberis acquiri deberet, vtpote quod ex auiæ maternæ bonis profectum eſſet. 8 Atque non ineptè hîc argui poteſt ab vſufructu per filiumfamilias contemplatione patris acquiſito. Vt enim conſtitutum eſt, quod vſusfructus per ſeruum acquiſitus, vel per filiumfamilias, capitis diminutione filij magna, vel media, vel morte, vel eman-

ADDITIONES.

1 *l ſed ſi plures, 7. in arrogato, de vulg. l. aditio, de acquir. hered.* 2 *l. fœmina, l. generaliter, C. de ſecund. nupt.* 3 *argum. l. unic. §. hoc interdictum, de fent. l. 3. §. hac verba, de neg. geſt.* 4 *l. aditio, ſuper verb. intelligitur,* iunct. *l. heres quandocunque, de acquir. her.* gl. *in l. cùm oportet, ſuper verb. videtur, C. de bon quæ lib.* iunct. *l. in omnibus, de capt. & poſtlim. reuerſ l. 1. §. deieciſſe, de vi & vi armat.* 5 *Nou 2. c. 3. §. optimum.* 6 *Nou. 22. §. ſi verò expectet, verſ. & non decernimus.* 7 *l. generaliter, § illud & aut vxorem, C. de ſecund. nupt.* Ioannes à Ripa *in l. fœmina, num. 26. in 16. q. C. de ſecund. nupt.* 8 *l. filiofamilias, de cond. & demonſt.* Soc. ſenior *conſ. 72. num. 10. volum. 3.*

emancipatione, vel ſerui quacunque alienatione poſſit adhuc remanere, neque, ſi ſeruus vel filiusfamilias in præfatos caſus inciderit, patri vel domino vſusfructus, qui per eos acquiſitus eſt, interrumpatur, ſed maneat intactus, & viciſſim, quod neque ſi pater magnam capitis deminutionem, vel mediam paſſus fuerit, vel morte ab hac luce fuerit exemptus, vſusfructus pereat, ſed apud filium remaneat, etiam poſt patris calamitatem, cùm plerumque veroſimile ſit teſtatorem contemplatione magis filij, quam patris vſumfructum ei 9 reliquiſſe: ita quoque dici oportet, liberis prioris matrimonij haud perire ea, quæ eorundem contemplatione ab auia materna patri relicta fuerant, ſed quòd poſt huius obitum ad eos reuerti debeant. Imò licet hæc omnia ceſſaret, tamen non immerito perpendetur, teſtatricem generum inſtitutis liberis ſubſtituentem minimè hoc cogitaſſe, aut voluiſſe, quòd in bonis ſuis poſt obitum generi eiuſdem liberi ex alia vxore ſuſcepti ſuperſtitibus ex filia nepotibus, ſicque contra iuris præſumptionem alienæ ſucceſſiones ſuis præferri deberent. 10 Illud quidem negari nequit, quod ſubſtitutio ita concepta ſit, vt ad quemlibet liberorũ particulariter pertineat, ſed tamen facilè etiam apparet quòd hoc in caſu plus ſcriptum, quàm à teſtatrice dictum fuerit, & quod ſi vnquam, certè hic, res tota coniectura pietatis ſit terminanda, nec permittendum, vt propter duas vel tres ſyllabas, quas notarius appoſuerat, & teſtatrix ſua intentione & relicti nepotes auitorum bonorum portione fraudentur. Quare etiam ſuprema † curia Tholoſana in cauſa appellationis ad relationem domini de la Beſſede poſt partitionem in ſecunda claſſe factam, atque in prima deinde diſcuſſam menſe Maio, Anno M.D. LXXXII. iudicauit, quòd liberis prioris matrimonij prædicta portio reſtituenda eſſet.

2

ADDITIONES.

9 l. fin. C. de vſuſfruct. & l. filiofamilias. num. 2. de condit. & demonſtrat. 10 Ruinus *in conſil.*

DECISIO XIX.

ARGVMENTVM.

In teſtamentis, in quibus liberi inſtituti fuerunt, tacitè ſubintelligitur clauſula derogatoria quoad teſtamenta ſequentia.

SVMMARIA.

1 *Teſtamenta præcedentia poſtremò caſſantur & reuocantur.*

2 *Clauſula derogatoria ad nullam diſpoſitionem tendit.*

3 *Qui aliquid vult & ordinat, atque voluntatem ſuam in omnem euentum obſeruari iubet, cenſetur ſpeciatim & præcisè de omnibus caſibus, ac quolibet eorum, ſub generalitate diſpoſitionis ſuæ comprehenduntur, ordinaſſe, vt propterea voluntas in omnibus plenum effectum ſortiri debeat.*

4 *Bona paterna liberis iure naturali deſtinata ſunt.*

5 *Solon facultatem teſtandi interdixit ciuibus, qui liberos haberent.*

6 *Multa iura ſingularia & ſpecialia deſcendentibus conceſſa ſunt, quæ ad ſucceſſiones aſcendentium, atque inter illa etiam hoc, vt in teſtamento inter liberos, clauſula derogatoria, quoad teſtamenta ſequentia ſuppleatur, & pro expreſſa habeatur.*

7 *Quare expreſſa & ſpecialis reuocatio dictorum teſtamentorũ, & prædicta clauſula requiritur, neque clauſulæ generales, quantumuis generaliter extenſæ ad reuocationem ſufficiunt.*

8 *Teſtamentũ Tuditani furioſi quondã Romæ approbatum fuit, ex ea ſaltem cauſa, quod filium in illo heredẽ ſcripſerat.*

9 *Quãdiu teſtatores viuunt effectus teſtamentorũ ab iis conditorũ veluti in aere voluntatis illorum ſuſpenſus hæret.*

10 *Teſtamenta, quibus nos vtimur, per publicam manum excepta veluti mixta, & partim ſolemnia, atque in ſcriptis condita, ex maiori verò parte nuncupatiua ſunt.*

11 *Fauor piæ cauſæ non poteſt extẽdi ad perſonam extraneam, cui in teſtamento aliquid relictum fuit.*

12 *Voluntate teſtatoris deficiente, deficit etiam clauſula codicillaris, neque vllum effectum habet.*

13 *Arreſtum ſupremæ curiæ Tholoſanæ in hypotheſi, quæ plenius expoſita fuit, prolatum.*

CORAM Seneſcallo Tholoſano † menſe auguſto, anno M.D. LXXX. lis mota fuit inter Franciſcum Cruſſacum nepotem ex ſorore, atque heredem cum inuentarij beneficio ſe prætendentẽ defuncti Iohannis 1

hannis Cruſſaci, ac in vniuerſis & ſingulis defuncti bonis ſe manuteneri petentem ex vna parte: atque inter Margaritham Cruſſacam vxorem Iacobi de floribus, bibliopolæ Tholoſani, filiam naturalem & legitimam Ioan. Cruſſaci ex altera parte Franciſcus enim prætendebat, quòd auunculus ſuus defunctus Ioannes Cruſſacus 25. Apr. An. 1580. teſtamentum ſupremum & validum condidiſſet, in quo ipſemet heres inſtitutus ea cõditione fuiſſet, vt inter alia poſt obitum teſtatoris eiuſdem filiæ Margarithæ intra decennium legatum ſexcentorum ſexaginta ſex coronatorum vltra ea, quæ eidem pater viuus dotis loco vel alias contemplatione matrimonij, tam primi, quàm ſecundi dederat, præſtare deberet, in quo legato Margaritha heres particularis inſtituta atque expreſsè iuſſa fuiſſet, vt eo contenta eſſet, nec quicquam ampliùs peteret: quòd etiam teſtator eodem teſtamento reuocaſſet omnia alia teſtamenta, codicillos, donationes, aliáſque diſpoſitiones antea à ſe factas atque declaraſſet, ſe velle, vt hoc ſuum teſtamentum vltimum eſſet & valeret iure teſtamẽti, codicillorum, donationis cauſa mortis, aut alterius diſpoſitionis, quæ iure valere poſſet & deberet: & tandem, quod teſtator in iſta voluntate deceſſiſſet, & ideò vniuerſa & ſingula eius bona ad ſe, tanquam vniuerſalem heredem peruenerint, quæ etiam ſtatim iſto titulo & iure maxima ex parte occuparit. In qua poſſeſſione ſe ſeruari petijt, atque ſimul redintegrari nonnulla bona mobilia, quæ à Margaritha atque eius marito Iacobo, detinebantur. Verum Margaritha, atque eius maritus produxerunt aliud teſtamentum 23. Septembr. Anno 1564. à defuncto cõditum, in quo Margaritha heres ex aſſe inſtituta fuerat, atq; inſuper aliud 29. Nouẽbr. Anno 1574. factum, in quo poſt nonnulla legata Petro Cruſſaco Franciſci actoris filio atq; alijs nonnullis relicta, defunctus itidem filiam Margaritham heredem vniuerſalem inſtituerat, idq; denuò confirmarat noua teſtamentaria diſpoſitione 13. Aprilis, An. 1575. cùm ſe in ſenili ætate, vt ibi narratur, conſtitutum videret. Petijt itaque Margaritha ſe vigore iſtorum teſtamentorum, heredem vniuerſalem defuncti patris declarari, neque vllam rationem haberi prætenſi recentioris teſtamenti, vtpote quod in fauorem Franciſci, extranei factum fuiſſet, præſertim cum ipſamet in linea recta & prima deſcendentium eſſet, in quorum fauorem clauſula derogatoria in omnibus teſtamentis, præſertim contra extraneos, ſubintelligi, ſuppleri, & pro expreſſa haberi ſoleret, adeò vt illa teſtamento poſteriori poſtea tolli nequeant, niſi ſpecialiter & expreſsè clauſulæ derogatoriæ mentio facta fuerit, vtut aliæ clauſulæ reuocationis generalis vſurpentur, quæ in eiuſmodi caſu contra deſcendentes heredes ſcriptos & inſtitutos nihil operantur. Addidit item Margaritha, quod vltimum hoc teſtamentum Franciſcus à teſtatore cẽtum & decem annos iam habente atq; ſenſu & iudicio carente extorſiſſet.

Quibus Franciſcus replicauit, ſe qualitatem illam, quod Margaritha teſtatoris naturalis & legitima filia eſſet, facilè concederet, ſed eidem ratione legitimæ, quam prætendere poterat, ſatis proſpectum fuiſſe, per legatum illud ſatis amplum, in quo eam heredem particularem pater inſtituerat: cúmque teſtator omnia alia producta teſtamenta caſſarit & reuocarit, ideò iis haud attentis ſe ex vltimo heredem eſſe. Dixit item non obſtare, quòd clauſula derogatoria ſpecialis & expreſſa in hoc teſtamento adiecta non fuiſſet, cùm illud notarij, qui teſtamentum confecerat, non verò teſtatoris, vel etiam inſtituti heredis culpa contigerit. Probari quoq; poſſe adiecit, quòd teſtator, cùm hoc quartum teſtamentum conderet, à notario interrogatus, cur non filiam ſed ex ſorore nepotem heredem inſtitueret? reſponderit, ſe hoc propterea facere, quòd filia hæretica facta fuiſſet, atque ob id, ſi fieri poſſet, ſe eam omnibus planè bonis velle priuare nec quicquam legitimæ loco relinquere. Prædictus itaque Seneſcallus XXIX. Octobris dicti anni pronunciauit, quod litigatores ampliùs audiendi atque ad intentionis probationem admittendi eſſent, ſed interim citra præiudicium iuris vtrique parti competentis relicta defuncti filia in modum prouiſionis poſſeſſione omnium patris bonorum frui deberet, donec aliud decerneretur. A qua ſententia Franciſcus Cruſſacus ad parlamentum Tholoſanum appellauit, vtque eadẽ appellatione frueretur, Margaritha rea diploma impetrauit, eo quòd Seneſcallus nõ definitiuam, ſed prouiſionalem ſententiam tuliſſet. Grauamina itaque appellantis Franciſci euidentia & manifeſta eſſe videbantur. Conſtabat enim, quòd ipſe in vltimo defuncti teſtamento heres inſtitutus eſſet, quod ſolum attendi, neque rationem aliorum haberi conueniret, cùm licet iſta plura numero eſſent: tamen per vltimum omnia tollentur & reuocentur, 1 ad quam reuocationem

Additio.

1 Caſtrenſ. *conſ.* 284. & Rolandus à Valle *conſ.* 33. *numer.* 19.

nem vulgata illa clauſula notariorum haud neceſſariò requiratur, ſed ſuperuacanea ſit, 2 cùm illud ſaltem exprimat, quòd actui per ſe ineſt atq; ideò nullum effectum producat. 3 Præterea quodlibet priorum teſtamentorum tacitam hanc conditionem continebat, ſi aliud teſtamentum factum nõ fuerit, adeò vt ad derogationem priorum ſufficiat, ſi vltimum ſortiri effectum potuerit, licet reuera non ſortiatur: 4 Cùm enim voluntas teſtatoris ambulatoria ſit vſque ad extremum vitæ ſpiritum vtique vltima voluntatis ſignificatio cæteris omnibus meritò prævalebit. 5 Nemo etiam cum duobus teſtamentis decedere poteſt, niſi ſingularis iuris diſpenſatio interueniat, 7 vt ideo in rebus incompatibilibus, veluti ſunt duo aut plura teſtamenta per ſecundum ipſo facto derogetur primo, 7 quod nonnulli eo vſque porrexerunt, vt etiam procedere debeat, ſi priora teſtamenta clauſulam derogatoriam quoad futura contineant, cùm nemo ſibi videatur imponere legem poſſe à qua diſcedere nequeat. 8 Nam ea ratione facilimè priuatio facultatis teſtandi induceretur, quod minimè licitum aut permiſſum eſt, multoq; minus vt quis ſub quacunque pœna ſe ad illam priuationem obliget vel aſtringat, 9 cùm factio teſtamenti actiua iuris publici ſit quod conuentione vel alio ſimili modo tolli aut mutari nequit. 10 Deinde in vltimo teſtamento reliqua omnia teſtamenta, codicilli, donationes mortis cauſa aliæue ſimiles diſpoſitiones ab eodem teſtatore antea factæ expreſsè reuocantur.

Quæ clauſula reuocatoria, cùm ad nihil aliud, quàm vnum ex tribus illis teſtamentis, quod vltimum erat, referri poſſit, pro ſpeciali hoc in caſu habenda erit, 11 & per conſequens voluntas poſtrema tollet priores, præſertim cùm verba in præcedentibus vſurpata non minus ac in poſtremo & ipſa generalia ſint, atq; ideo in paribus terminis generalitatis prioribus poſteriora præfereñda videri poſſint, 12 ita vt quẽadmodum ſtipulatio, quæ nouat, ipſo iure aliam tollit: ſic & poſterius teſtamentum primum. 13 Sed poſterior ſtipulatio ita ſe habet, ad priorem, quod ſub generalitate concepta 14 priorem & omnem eius effectum tollit; cur ergo non item dicemus poſterius teſtamentum ita ſe habere ad primum, quod ſub generalitate verborum factum fuit, vt illud & omnem eius effectum tollat? Quibus & hoc addi poteſt, quod clauſula derogatoria non ideò adiici ſoleat, vt aliquid diſponat † ſed ſaltem vt frœnos futuræ teſtatoris voluntati iniiciat. At fruſtra teſtator ſibi eiuſmodi frœnos iniicit, cùm teſtandi facultas à libero ipſius arbitrio dependeat, atque omnes frœnorum iſtorum vis eo ipſo momento ceſſet, quo aliam ipſe diſpoſitionem facit. 16 Quare vltimum hoc teſtamentum prioribus oppoſitum, ob reuocationis generalis clauſulam, quam continet, ita teſtatoris voluntati adhærere aut potius agglutinari videtur, vt verborum interpretatio nuſquam melior ſenſu aut eadem voluntate exiſtere debeat. 17 Et cùm teſtator vltimum hoc hoc teſtamentum condens illud valere voluerit, neceſſariò ſequitur, quòd cætera omnia euacuari debeant, cùm ad poſitionem vnius oppoſito ſequatur alterius remotio, 18 atque cùm quis declarat ſe aliquid velle, per iuſtam & neceſſariam interpretationem inferatur, eum quoque omnia illa velle, ſine quibus illud eſſe aut ſubſiſtere nequit. 19 Nec dici poteſt, quòd Nouellæ conſtitutiones de imperfectis teſtamentis expreſſionem ſpecialem in præſentia ſeptem teſtium factam requirere videantur. 20 Haud enim

ADDITIONES.

2 Angelus *in §. poſteriore, Inſtitut. quibus mod. teſtament. infirm. l. ſancimus, Cod. de teſtament.* 3 *l. non rectè C. de fideiuſſ. l.* 3. & ibi DD. *de legat.* 1. Quetta *conſ.* 9. *numer.* 10. *conſ.* 15. *numer.* 27. *& conſ.* 16, *numer.* 23. Adrianus Gilman. 1. *rer. iud. de.* 6. *num.* 153. Carolus Ruin. *conſ.* 5. *in fin. libr.* 2. AD. 4 *d. §. poſteriore, l. cùm in ſecundo, de iniuſt. rupt. irrit.* Ang *conſ.* 159. 5 *l. per fideicommiſſum, de condit. & demonſtr. c. vlt. voluntas,* 12. *qu.* 2. 6 *l. quærebatur, de militar. teſtam.* 7 Baldus *in l. final. Cod. de nouat.* 8 *l. ſi quis in princ. de legat.* 3. Caſtrenſis *in l. non ambigitur, de LL. & in l. digna vox. nu.* 4. *Cod. eodem.* 9 *l. ſtipulatio hoc modo concepta, de V.O.* 10 *l.* 3. *de teſtamen.* iunct. *l. ius publicum, de pactis,* & notant DD. *in l.* 1. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* 11 *argument. l.* 2. *de liber. & poſth.* 12 *l.* 3. *§. fin. de adim. legat. l. ſi quis eum, de vulg. & pup.* 13 *l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, de pact.* 14 *l. & vno, §. & eius rei, de acceptilat. §. eſt autem prodita, Inſt. quibus mod. toll. oblig.* 15 *argumen. l. ſancimus, & l. hac conſultiſſima, §. ſi quis autem, Cod. de teſtam.* 16 *d. l. ſi quis in principe,* 17 *l.* 3. *Co. de liber. præter.* 18 *l. hac verba ille aut ille, de V.S.* 19 *l. illud, de acquir. hæred. l. ſi ita ſcriptum, §. regula, de liber. & poſt.* 20 *§. & ſiquidem, de teſtam. imperfect. auth. hoc inter liberos, Cod. de teſtam.*

deberet. Conſequens ergo eſt, quod generalitas iſta voluntatis iuncta cum clauſula caſſationis & reuocationis generalis omnium teſtamentorum priorum, tantùm operari debeat, quantum derogatio ſpecialis à iure aliàs requiſita operari ſolet.

Vlteriùs & hoc monebatur, quod in vltimo hoc teſtamento teſtator amplum legatum ad pias cauſas monachis Carmelitis, in quorum templo ſepulturam ſibi elegerat, reliquiſſet; cùm tamen in reliquis tribus teſtamentis nullum eiuſmodi legatum haberetur, atque vel ob hanc fauorabilem cauſam ei vis clauſulæ derogatoriæ ſpecialis tribuenda eſſet, qualem teſtamentum inter liberos continere & ſecum afferre poſſet, quæ iuncta cum generali expreſſione in actu teſtamenti indiuiduo 34 poſtea facta, voluntatem teſtatoris tam euidenter demonſtret, vt omne id, quod heres ex propria ſua perſona capere nequit, capiant ex perſona alterius. Id, quod in iure noſtro nouum non eſt, 35 præſertim vi clauſulæ codicillaris, quæ in poſtremo hoc teſtamento appoſita fuit verbis expreſſis, affirmatiuis & talibus, quæ effectum clauſulæ codicillaris ampliorem & ſubſidiarium reddunt, adeò vt licet Margaritha ob inſtitutionem in prioribus teſtamentis factam heres maneat, tamen grauata ſit hereditatem Franciſco reſtituere propter iſtam clauſulam, per quam, vt valeret poſterius teſtamentum, expreſſum fuit. Quo faciunt iura ſatis vulgata. 36 Et quidem ad reſtitutionem Margaritha tenebitur ſine detractione alterius quartæ, quàm ſolius legitimæ, 37 quàm etiam tum demùm detrahere poterit, ſi relictum ſibi in teſtamento poſteriori à patre legatum acceptare nolit: Concluſit itaque Franciſcus ſibi, quod melius feciſſet Margaritha, ſi ad exemplum illius Afraniæ Romanæ teſtamentum patris patientia honorare, quàm iudicio conuellere maluiſſe, eo ſe ipſa digniorem iniuria oſtẽdens, quo eam iniquiori animo ſuſtinet. 38 Verùm econtrà Margaritha reſpondit, quòd hoc in caſu non tãtùm flagitioſum eius ſilentium, ſed etiam prælatio cõtumelioſa videri poſſet, eo quòd ipſa filia teſtatoris vnica, Franciſcus verò eiuſdem ſaltem ex ſorore nepos & per conſequens extraneus eſſet, 39 præſertim cùm ipſa tria conformia teſtamenta pro ſe haberet, atque ideò perferre haud poſſet, vt a propinquo ſuo Franciſco bonis paternis ita priuaretur; qui patrem teſtatorem in ætate decrepita & centum annos excedente callidis ſuggeſtionibus circumueniſſet, atque ad prætenſi teſtamenti poſtremi factionem improbè commouiſſet, quæ ſanè extorta & fraudibus conciliata voluntas ſibi tantùm præiudicare non poſſet, vt propterea bonis
paternis † ipſa natura ſibi debitis carere de- 4
beret. Spectandam itaque hic eſſe dixit continuationem dominij neceſſitatémque ſucceſſionis ipſo iure in ſua perſona contingentem. 40 Vnde etiam Solon Athenien-
ſium legiſlator † peculiari ſanctione cauit, 5
ne ciuibus liberos habentibus teſtari liceret. 41 Cuius iuris etiam quædam adhuc veſtigia in iure Romano, præſertim quoad legitimam occurrunt, & quod videantur huiuſmodi ſui, quodammodo ſibi ipſis ſuccedere, non exiſtere, ſed apparere heredes 42 non repudiare, ſed abſtinere, non denique nouam hereditatem percipere, ſed liberam bonorum adminiſtrationem conſequi, 43 & inde in domo patris etiam liberi filij aut filiæ dominuli aut dominulæ appellantur, 44 vt arctandi nõn videantur, qui penè ad bona propria veniant, 45 ratione naturali quaſi quadam lege tacita, liberis parentum hereditatem addicente. Quam etiam ob cauſam ius Romanum ampliſſima iis priuilegia conceſſit, in tantùm, vt nedum fiſco, ſed & piæ cauſæ præferantur. 46 Atque inde originem quoque ſuam trahunt tranſmiſſiones in fauorem deſcendentium, titulus inſtitutionis, particularis qua ij honorari debent, eorundem exheredatio, remiſſio tot ſolemnitatum iuris in teſtamento inter liberos, ſubauditio & ſuppletio tacita clauſulæ codicillaris, quæ expreſſè ſcripta aut adiecta non fuit, aliique fauores
plures, qui paſſim † in iure deprehendũtur: 6
inter

Additiones.

34 ex notatis per Bartolum & DD. *in l. ſi quis cùm teſtam: de teſtam. & in l. furioſum, Cod. qui teſtamen. fac. poſſ.* 35 *argument. l. Ariſtol. in fin. Cod. quæ res pign. obl. non poſſ. l. ſi communem, quemadmodum ſeru. amitt.* 36 *l. ſi quis priore, ad Trebellian.* 37 per notata *in cap. Raynutius, extr. de teſtament. & in l. quanquam, Cod. ad l. Falcid.* 38 Valer. Maxim. *libr. 7. cap.* 8. 39 *argument. l. vnic. §. extraneum, Cod. de rei vxor. act.* 40 *l. 11. de liber. & poſthum. her. inſtitut.* 41 Cuius legis meminit Demoſthenes *in orat. contra Stephan.* 42 *l. final. §. ſi verò furioſus. Cod. de curat. furioſ.* 43 *d. l. 11.* 44 Saluian. *in Epiſtol. Palladiæ.* 45 *l. 1. §. largius, de ſucc. edict.* 46 *l. cùm ratio, de bon. damnat. l. Papinianus, §. ſi Imperator*, & ibi Accurſ. *de inoff. teſt.*

inſtituiſſent. Accurſij etiam doctrina 59 admodum probatur, qua tradit, quamuis ob adiectam clauſulam derogatoriam non liceret pœnitere, nihilominus pœnitere liceat, ſi teſtator exprimat qualitatem illius primæ voluntatis in ſecunda. Qua doctrina illud innuere vult, quod teſtamentum prius clauſulam derogatoriam quoad ſequentia habens, tum demùm poſteriori reuocari queat, ſi in hoc prioris qualitates exprimantur, puta qualitas liberorum ſi de teſtamento inter liberos agatur: vt ideò non ſufficiat verbis priora teſtamenta reuocari, niſi eorum atque heredum in iis inſtitutorum qualitas exprimatur & ſpecialiter ſignificetur. Quod etiam alibi *in conſiliis ſuis* Alexander confirmat, 60 atque ſine omni dubio nemineque penitus reclamante procedit, & locum habet, quando contra teſtamentum poſterius ſiniſtra quædam præſumptio militat, ſiue illa à perſona teſtatoris aut inſtitutorum heredum, ſiue etiam aliunde promanet. Talem autem præſumptionem in noſtra hypotheſi præbent, tum teſtatoris ætas, tum minæ, quibus inſtitutum Franciſcum ſæpiùs vſum fuiſſe probatum fuit: vt firmiter omnino coniiciatur ſenem illum alterum pedem ferè in cymba iam habentem importunas Franciſci interpellationes & perſuaſiones potiùs ſedare quodammodo, quam verè teſtari voluiſſe. Nullo igitur fauore diſpoſitio eiuſmodi digna eſt atque ideò fieri nequit, vt in ea generalis reuocatio contra expreſſam iuris diſpoſitionem vim & effectum ſpecialis habere debeat; præſertim cùm fauor liberis conceſſus per verba generalia & vulgaria, quæ potiùs à ſtylo communi & pſittacis illis notariis, quã à libera & pura teſtatorum voluntate proficiſcuntur, haud ſummoueri, neque per generalitatem vllum ius ſingulare vel priuilegium tolli queat, ſed eius ſpecialem mentionem & derogationem fieri oporteat. 61 Quod verò dicitur neminem ſibi poſſe legem imponere, à qua recedere non poſſit, illud ſine dubio procedit in derogatoria, quæ voluntatis appellatur, nimirum vt tali lege derogatoria voluntatis, quam teſtator ipſe ſibi indixit, haud obſtante is nihilominus pœnitere & voluntatem ſuam adhuc mutare poſſit.

Verùm neceſſe eſt, vt pœnitentiam & mutationem ſuam manifeſtè & apertè, atq; per expreſſa & ſpecialia verba declaret. Nam aliàs, ſi verbis ſaltem generalibus vtitur, ſatis innuit ſe de eo ſeriò haud cogitaſſe, quia quod non voluit, dixit. 62 Atque hoc ſignificare videtur Iuſtinianus *in allegatà nouella* per particulam ῥητῶς, quam Latini *expreſſim* reddunt, quaſi diceret, ῥητῶς, *planè, manifeſtè, ſpecialiter & quaſi verbis conceptis.* Concludendum ergo eſt, quòd expreſſio aliter, atque ita, quemadmodum in poſtremo hoc teſtamento, facta nullius planè momenti ſit. Eadem ratione haud obſtat, quod dictum fuit, caſſationem & reuocationem generalem, cùm non niſi ad vnum, atque ſic ad poſtremum teſtamentum referri poſſit, pro ſpeciali habendam eſſe. Nam ipſemet Bartholus, qui primus hoc argumento vſus fuit, de eo ſaltem caſu loquitur, quando vnicum, non verò quando duo aut plura teſtamenta priora exiſtunt. Nam poſteriori caſu argumentum hoc minimè militare ipſemet teſtatur.

Et quamuis eius doctrina non omnibus æquè probetur, ſed nonnulli exiſtiment, nunquam illam locum habere poſſe, cùm ſemper etiam inter plura teſtamenta vnicum ſaltem validum ſit: tamen iis reſponderi poteſt omnia teſtamenta viuis teſtatoribus in eorundem voluntate, ſeu in aëre ſuſpenſa hærere, qui reuocantes, rumpentes aut cancellantes vnum vel plura, facere poſſunt, vt effectum ſortiatur illud, quod pro optimo habent. 62 Deinde & hoc addi poteſt, quod allegata nouella, vnde ſæpiùs dicta regula iuris deprompta eſt, loquatur in terminis exheredationis, 64 in qua aliàs generalis & vniuerſalis diſpoſitio ſufficit, 65 ſed nihilominus in caſu, de quo hîc quæſtio eſt, ſpecialis reuocatio requiritur pro forma, quam immutare non licet, cùm det eſſe rei.

Quæ etiam reſponſio ſufficere poterit, maximæ parti reliquorum argumentorum, quæ pro Franciſco adducta fuerunt. Cùm enim hîc lex aperta ſit, ab ea ne latum quidem vnguem recedere licet. Atque ſi ea cõtenta fuiſſet tali generalitate, qualis in forma & conceptione acceptilationis ſufficit, tum tutò in ea generalitate acquieſcere poſſemus. At cùm econtrà formæ loco ſpecialitatem requirat, nimirũ vt per eã clariùs & apertiùs

ADDITIONES.

59 *in l. ſi mihi & Titio, § in legatis, ſuper verb. non valebit, de legat.* 1. 60 *conſ* 134. *lib.*1. 61 *l. decurionibus*, & ibi gloſſ. *Cod. de ſilentiar.* 62 *l. in ambiguo, de reb. dub.* 63 vt eleganter docet Iaſon *in l.* 2. *de libert. & poſthum.* 54 *l. Titius, in pr. eodem tit. l.* 3. §. *nominatim, de iniuſt. rupt. irrit.* 65 *c. cùm dilecta, de reſcript. cap. prudentiam, de offic. deleg.*

apertius teſtatoris cognoſci poſſit, vtiq; cōueniēs eſt, vt ſpecialitas illa apprimè vrgeatur, neq; aliunde peregrinæ cōſequētiæ ducātur. Fruſtra item prætenditur, quod verba illa generalia ſint geminata, atque ideo ex iis certa & enixa teſtatoris voluntas ſatis intelligi queat. Nam & hic primò regeritur, quod verba generalia geminata non ſufficiant, quando lex formæ loco ſpecialia requirit.

Deinde cùm verba hæc vno orationis tenore concludantur, iuxta doctrinam Accurſij, 66 non pro geminatis, ſed pro ſimplicibus haberi, imò potius verborum inculcationes cenſeri debent, quibus notarij vti ſolent. Vnde etiam idem Accurſius rectè alibi monet 67 multiplicatione verborum ſenſum non augeri. 68 Euaneſcunt igitur & quaſi in fumum abeunt omnes illæ coniecturæ, quæ hîc, † quoad mutationem vo-
9 luntatis teſtatoris cumulari poſſunt. Nam licet omnes coniungantur, tamen effectum ſpecialis derogatoriæ præſtare nequeunt, atque generalis nullo modo ſufficit, quemadmodum colligi poteſt ex iis, quæ Socinus 69 Iaſon, aliique interpretes iuris ciuilis tradunt, cùm ob defectum voluntatis nihil interuenire poſſit, quod expreſſi vim habeat, ſicut & in mandato cum libera dicitur, quia licet poſtea ſubijciatur clauſula, (& omnia, quæ ipſemet conſtituens facere poſſit) non tamen procurator ob id donare aut diſſipare poterit aut alias diſponere, niſi hoc expreſſum mandato inſeratur. 70 Præterea clumbis planè diſtinctio eſt, qua dicitur dictam authenticam ſaltem de teſtamento ſcripto & ſolemniter manu patris teſtatoris ſubſcripto intelligendam, non verò ad teſtamentum nuncupatiuum referendam eſſe. Nam eadem in vtroque teſtamento ſubeſt ratio, nimirum defectus voluntatis. Quare etiam idem ſine vlla diſtinctione de vtraque teſtamenti ſpecie quoad clauſulam hāc derogatoriam aſſerendum erit. Quibus & hoc accedit, quod teſtamenta, quibus vtimur, & quæ in ſcripta † manu publica redi-
10 gi ſolent, mixta quodammodo ſunt & partem à ſolemnibus ſcriptis teſtamentis, propter auctoritatem illius, qui ea conficit, alteram verò partem, & quidem meliorem à teſtamentis nuncupatiuis capiunt, eo quod non claudantur, ſignentúr vel ſigillis muniantur. Cur ergo non dici poterit non minus in hac mixta teſtamenti ſpecie, quàm in ſimplici ſolemnis ſcripti ita obtinere, vt ſpecialis derogatoriæ expreſſio fieri neceſſariò debeat? mixto nimirum naturam ſimplicium aſſumente, & quaſi in vnum corpus coaleſcente. 71 Quantum legata ad pias
11 cauſas † in poſtremo hoc teſtamento relicta attinet, licet eorum contemplatione clauſula derogatoria ſubintelligi poſſit, ſi Margaritha id velit: tamen nequicquam Franciſco proderit, cum eius intuitu clauſula iſta ſubintelligi, aut ad perſonam extraneam admixtam extendi nequeat. 72 Adie-
12 cta item clauſula codicillaris † eum parum iuuabit, vtpote quæ deficiente voluntate operari non poteſt, quia cum ſit executiua & acceſſoria ſolum diſpoſita confirmat, non autem ampliat: 73 ita ſolum trahit & deuoluit cauſam teſtati ad cauſam inteſtati ſed nullam formæ mutationem facit.

Ob defectum ergo voluntatis clauſula iſta nunc effectu eſt, eandemque ſupplere haud poteſt, cùm eo ſaltem tendat, vt conſeruet & cuſtodiat illud, quod teſtator, diſpoſuit, voluit atque ordinauit; atque vt ſit veluti ſuccenturiata, & acceſſorium principalis, nimirum voluntatis teſtatoris. Quo principali non exiſtente, acceſſorium quoque nil habet, vbi ſubſiſtere poſſit. Tandem melius Franciſcus feciſſet, ut tum, cùm ei obijcerentur verſus, quos Canonicus ille in ſimili ferè caſu, vbi prætexto filio pater propinquum ſuum inſtituerat, recenſet: 74.

Paterna oportet reddi filio bona.
Æquum eſt habere hunc bona, quæ poſ-
ſedit pater.

pari affectione & ipſe, quemadmodum propinquus ille apud Comicum reſpondiſſet:

Haud poſtulo aliter, reſtituentur omnia
Suam rem ſibi ſaluam ſiſtam.

Quod ſi feciſſet atque contentus fuiſſet legato in priori teſtamento ſibi relicto tū inanibus ſe ſumptibus non vexaſſet. Nihil enim aliud effecit, quàm vt parlamentum
13 Tholoſanum † ANNO M.D.LXXXI. circa feſtum paſchatos ad noſtram relationem præſide Dn. Bertrando inter arreſta generalia comprobato Margarithæ diplomi te pronunciaret; Margaritham vigore teſtamenti 13. Aprilis, Anno M.D.LXXV. conditâ

ADDITIONES.

66 *in l. ſi conuenerit, ſuper verb. niſi. de pign. act.* 67 *in l. ſi ex pluribus, de ſolut.* 68 *l. cum pater dotem, de pact. dotal.* 69 *in d. l. ſi mihi & Titio, §. in legatis.* 70 Canoniſtæ *in c. qui ad agenuum, §. fin. de procur. libr. 6.* 71 iuxta notata *in l. 2. §. & harum, de V.O.* 72 *d. §. ex imperfecto.* 73 *arg. cle. 5. de prabend.* & in indiuiduo Ioannes de Ripa *in l. centurio, num. 85. de vulg.* Curt. iun. *conſ. 130. in fin.* 74 Plautus *in pœnul.*

condita omnia à teſtatore relicta bona, ſeu, quæ is tempore mortis poſſidebat & tenebat, habere atque legata tam Franciſci filio quàm aliis relicta præſtare & ſubſtitutiones ſartas conſeruare deberet. Additum & illud fuit, quod per hoc arreſtum legato monachis Carmelitis in teſtamento poſtremo relicto parlamentum prçiudicare haud vellet.

DECISIO XX.

SVMMARIVM.

1 *In teſtamento anteriori inter liberos clauſula derogatoria tacitè non ſubintelligitur, ſi & in poſteriori teſtamento liberi inſtituantur.*

DILIGENTER verò ratione arreſti, cuius in præcedenti deciſione mentio facta fuit, conſiderari oportet † qualitatem vtriuſque partis litigantis; nimirum quòd Margaritha filia legitima & naturalis defuncti Ioannis Cruſſaci, Franciſcus vero ſaltem eius ex fratre vel ſorore nepos atque ſic extraneus fuerit. Nam ſi & iſte in linea recta deſcendentium teſtatoris fuiſſet, rationes, quibus Margaritha vtebatur, ſubſiſtere minimè potuiſſent; vtpote quæ ſaltem fauore & prærogatiua deſcendentium nitebantur, ſed Franciſcum certiſſima victoria manſiſſet.

1 Quare cùm quidam nomine Laurentius Miraualtus, liberos ex matrimonio ſuo & vxore Anthonia Perronetta habens in poſtremo teſtamento ſuo prædictam vxorem heredem vniuerſalem ea lege inſtituiſſet, vt hereditatem & omnia in eo relicta bona vni ex liberis, quem ipſamet electura eſſet, reſtituere deberet 1 atque poſt eiuſdem obitum illud teſtamentum impugnatum à quodam eius filio fuiſſet, qui anteriorem patris diſpoſitionem produxerat, in qua ipſe ſolus heres inſtitutus erat, ciúſque vigore hereditatem paternam ex aſſe ob eaſdem rationes, quæ in præcedenti deciſione pro intentione Margarithæ adductæ fuerunt, petierat, parlamentum Tholoſanum 25. Ianuarij, Anno M.D.LXXXVIII. iudicauit, quod relicta vidua Perronetta vigore poſtremi teſtamenti heres defuncti mariti ſub conditione inſtitutioni adiecta eſſe deberet, Mater enim ea lege inſtituta videbatur potius res filiorum & aſcendentium, quibus hereditatem reſtituere grauabatur agere, quàm proprium ius perſequi, ſicque omiſſa interpoſiti capientis perſona ſpectata fuit. 2

ADDITIONES.

1 *d.l vnic.§.extraneum, C de re vx.act,*
2 *l.cùm ad dotem, ad l Falcid.*

DECISIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula derogatoria etiam ob fauorem piæ cauſæ in teſtamentis ſubintelligi ſolet.*

QVOD in deciſione precedenti de prædicta clauſula derogatoria † in fauorem 1 liberorum & deſcendentium in linea recta teſtatoris ſubintelligi ſolita diximus; illud quoque communiter ad cauſas pias refertur, quæ, excepta legitima fauorabiliores eſſe cenſentur, quàm cauſa ipſorum liberorum. Idque ſuprema curia Tholoſana arreſto ſuo in ſequenti hypotheſi confirmauit: Dominus Guilhelmus de Las, ſacerdos de Sainctaigne in teſtamento ſuo 18. Aprilis, Anno 1581. poſt pia quædam legata exequias ſuas concernentia Ioanni l'Eſpinaſſe alias la plume dicto hoſpiti Tholoſano exiguam quandam domum, & vineam legarat, & deinde heredem vniuerſalem, ſororem ſuam, Meſſens de Las, vxorem Bertrandi d'Aûmont de Pouſoruille ſcripſerat, vt per dies vitæ omnium bonorum fructus percipere, & nihilominus de aliis ædibus, quæ in dicto loco Pouſoruille haberet, hortis item & prædiis necnon omnibus mobilibus, quę in prædictis ædibus haberentur, tam inter viuos, quàm mortis cauſa diſponere poſſet, reliqua autem bona ſua poſt obitum prædictæ de Las ſororis ſuæ reſtitui voluerat ſacerdotibus, in Eccleſia de Sainctaigne ad orandum pro animabus, quæ in purgatorio ſunt, deſtinatis, vt ij pro illo ac propinquis eius pia vota funderent, ac ſingulis annis eo die, quo moriturus eſſet, miſſam altam de Requiem canerent, atque poſt obitum ſororis hoc facere inciperent.

Huic item teſtamento ſuo ſolitas clauſulas adhibitis & ſpecialiter rogatis ſeptem teſtibus inſeruerat. Deinde verò d. XXVII. prædicti menſis & anni idem teſtator alio & ſecundo teſtamento declararat, quod patronus inſtitutus fuiſſet à defuncto Dn. Guilhelmo Fornel, ſacerdote dicti loci, obitus ab eodem fundati in vinea quapiam (quæ ea ipſa erat, quam in priori teſtamẽto Ioanni l'Eſpinaſſe, legarat) ſub tali cõditione & onere, vt qualibet ſeptimana, in prædicta Eccleſia de Sainctaigne tres miſſas

baſſas, ſeu ſubmiſſas celebraret, quem obitum ipſe vna cum adiuncto onere Dn. Guilhelmo Cazaulz conferre & donare vellet confidens, quòd officio ſuo fideliter functurus eſſet, eúmque grauans, vt heredi infra ſcriptæ dolium vini ſingulis annis præſtare. In eo autem teſtamento itidem, deinde prædictam de Meſſens ſororem ſuam, vt de relictis bonis pro liberrima voluntate tã inter viuos, quàm mortis cauſa diſponere poſſet, heredem vniuerſalem instituerat, caſſans & reuocans omnia alia teſtamenta, donationes, codicillos & alias diſpoſitiones generaliter cum clauſula codicillari ſolita & in forma generali. Euenit, vt poſt obitum teſtatoris lis moueretur coram Seneſcallo Tholoſano inter prædictos Eſpinaſſe & Caſſaux eiuſdem vineæ ex diuerſis teſtamentis legatarios.

Cùm autem & heres ad inſtantiam vocata & audita eſſet, res eò peruenit, vt Seneſcallus vineam prædicto de Caſſaux adiudicaret, alterum ex priori teſtamento legatarium in expenſis prædicto de Caſſaux, & inſtitutæ hæredi præſtandos condemnans. A qua ſententia l'Eſpinaſſe ad Curiam prouocauit, vbi cùm in cauſa concluſum fuiſſet, Syndicus & ædiles prædictæ Eccleſiæ diploma impetrarunt, vt appellationi adhærerent, & deinde aliud, vt admitterentur ad concludendum tanquam appellantes à prædicta ſententia, quæ poſterius teſtamentum confirmarat, in præiudicium prioris ſubſtitutionem in ipſorum fauorem continentis, cùm tamen huic derogatum haud fuerit per expreſſam & ſpecialem clauſulam derogatoriam, quemadmodum in teſtamentis inter liberos & deſcendentes factis requiri prolixè in præcedentibus deciſionibus expoſitum fuit. Verùm econtra ab inſtituta hærede regerebatur, quod clauſula generalis in poſteriori teſtamento adiecta, vim ſpecialis haberet, cùm à teſtatore nullum aliud teſtamentum vnquam conditum fuerit, quam illud ipſum, quod octo aut nouem dies ante poſtremum fecerat, cuius propterea nulla ex parte tam breui temporis interuallo obliuiſci potuerit. Eadem quoque hæres nonnulla ex ijs, quæ in præcedenti deciſione in cauſa Creſſac contra Cruſſaque adduximus, allegabat: Sed & nouiter prædictus Cazaux teſtamentum produxit à defuncto Dn. Guilhelmo Fornel Sacerdote XXIX. Ianuarij anno M.D.LVI. conditum, in quo poſt fundatos nonnullos, vt appellant, obitus in bonis ſpeciatim ibidem expreſſis, inter quæ non erat legata illa vinea, hæres vniuerſalis inſtitutus fuerat, prædictus teſtator Guilhelmus Delaz, Sacerdos, ea lege, vt pro defuncti eiúſque propinquorum animabus precari, atque de omnibus bonis ſuis pro liberrima voluntate diſponere deberet. Cui quidem teſtamento ſolita & generales clauſulæ adiectæ & ſeptem teſtes adhibiti fuerant. Quæ cùm ita à litigantibus adducta fuiſſent, ad relationem defuncti Dn. Benedicti facta prius in vtraque claſſe inquiſitoriali partitione, eademque deinde in Camera magna diſcuſſa, arreſto 24. Maij, anno M. D. LXXXIII. prolato, appellationes, illudque vnde appellatum fuerat, curia caſſauit, & retinens cauſæ cognitionem nulla habita ratione petitionis dicti d'Eſpinaſſe, qua legatum in teſtamento 18. Aprilis ann. M, D. LXXXI. cõdito relictũ petebat, neq; etiam attento altero teſtamẽto, 27. die eiuſdẽ mẽſis & anni facto, conſeruauit dictam Meſſens Delaz in vniuerſis & ſingulis bonis defuncti Delaz teſtatoris fratris, quæ illi in teſtamento priori prædicto d. XVIII. condito relicta fuerant, cum onere reſtitutionis, atque alijs clauſulis & conditionibus appoſitis: & ſine præiudicio legati prædicto Cazaulz, in altero teſtamento 27. Aprilis relicti, de qua re prædictus Syndicus & Caxaulx amplius audiri deberent, vt poſtea ius diceretur. Eodem item arreſto expenſæ appellationis & diplomatum compenſatæ atque reliquę vſque ad finem cauſæ reſeruatæ fuerunt.

DECISIO XXII.

SVMMARIA.

1 *Inſtitutio & exhæredatio liberorum & deſcendentium teſtatoris neceſſaria eſt.*

2 *Periculoſum admodum eſt, aliquid in conſtitutione ſupplere.*

3 *Clauſula codicillaris vitium omiſſæ inſtitutionis liberorum purgat, dummodo vnus ex iis inſtitutus fuerit.*

INter alia, quę ad teſtamẽta † vt valida ſint, 1
requiruntur etiam inſtitutio aut exhæredatio liberorum & deſcendentium teſtatoris in recta linea refertur, quæ etiam principem & præcipuum locum obtinent, ne aliàs per præteritionem teſtamenta parentũ rumpantur aut infirmentur. 1 Quod non-

ADDITIO.

1 *Liuter cætera, de liber. & poſthum.*

nonnulli ſaltem de rigore iuris ciuilis procedere,ſed eundem iure canonico mitigatũ & temperatum eſſe exiſtimant, vtpote quo ſufficiat, ſi parentes aut alij aſcendentes in teſtamentis ſuis liberis vel cæteris deſcendentibus aliquid legent aut donent,nec requiratur,vt verba inſtitutionis aut alia ſimilia ij vſurpent, 2 cùm ęquitas iuris canonici ſcrupuloſas ſubtilitates iuris ciuilis haud attendere ſoleat.3 Quod etiam Baldũ, qui hanc opinionem ſequitur 4 commo-
2 uit,vt reprehenderit Ioan.Andreæ, qui † *in gloſſa ſua* 5 factum illius teſtatoris,cuius in iſto textu mentio fit, ſupplere : & poſt illa verba,*In eodem teſtamento relinquens*, hæc adiicere voluit,*Et heredem relinquens*.Non enim fidi gloſſatoris eſt,textum corrumpere,& eiuſmodi gloſſam,quam vulgo *Aurelianenſem*,vocant, 6 compilare.Quòd ſi licitum eſſet, tum æquè in aliis iuris Canonici textibus,quam in hoc ipſo ea, quæ breuius dicuntur, ampliori gloſſa ſuppleri,atq; ſic etiam verbis,quæ in fine ibidem leguntur, *Etiam à legitima*, facili negotio quid adiici poſſet Et quamuis non deſint, quibus eiuſmodi gloſſæ ſuppletoriæ probantur:tamen omnes ferè concludunt,teſtamentum de æquitate canonica valere, in quo filius
3 † aut filia non fuit inſtitutus aut inſtituta, dum tamen aliquid fuerit iis relictum,titulo relicti,ita quod non ſit omnino præteritus vel præterita. Atque quod iuxta hanc ſententiam Parlamentum Tholoſanum frequenter iudicare ſoleat, dummodo res vniuerſalis,puta dos vel hæreditatis portio liberis legata ſit, teſtatur Guilhelmus Benedicti 7 qui ſecutus eſſe ait,ſi ſaltem ſimplex legatum rei particularis relinquatur. Nam priori caſu propter qualitatem rei relictæ & liberorum ſeu deſcendentium ſubintelligitur inſtitutio, poſteriori verò non item.

Cæterum huiuſmodi difficultatibus plurimi Notarij,præſertim iis in locis,quæ iuriſdictionem Parlamenti Tholoſani agnoſcunt,per ſtylum ſuum ordinarium occurrere, & cuilibet,etiã minimo, legato, quòd parentes vel aſcendentes in teſtamentis ſuis liberis vel deſcendentibus relinquunt adiicere cõſueuerunt clauſulam. Relinquo hoc meo filio iure inſtitutionis vel portionis hæreditariæ ea lege ne amplius quid petere aut prætendere debeat. Imò licet eiuſmodi vel æquipollentes clauſulæ ex incuria fortè Notariorum omiſſę fuerint : tamen per clauſulam codicillarem,quę etiam in teſtamentis inter liberos ſemper ſubintelligi ſolet,8 inſtitutio aut exhæredatio filij non minus, quàm cæteri defectus, qui à teſtamenti ſolemnitate,non a voluntate teſtatoris dependent,ſupplentur. Verum hoc ita demum procedit, ſi in eodem teſtamento reliqui liberi, vel quidam ex iis vniuerſales hæredes fuerint inſtituti.Atque ita iudicauit ad noſtram relationem ſuprema Curia Tholoſana, quoad appellationem à ſententia Seneſcalli du Puy interpoſitam in cauſſa des Farnieres contra Farnieres menſe Auguſto,Anno.1587.& poſteà ſæpius. Idem etiam anteà placuit Parlamento Burdegalenſi,cuius arreſtum menſe Aprili Anno M.D.XXXVII. prolatum refert Papon *in collectione arreſtorum, titul.de teſtament.* 9 Quod arreſtum Papon depromſit ex deciſionibus Boërij,vbi etiam eius rationem & fundamenta plenè excutiuntur. 10 Idem quoque Parlamentum Burdegalenſe ſimiliter ferè in alio exhæredationis caſu iudicauit,cùm confirmaret ſententiam à nobis, tanquam Seneſcallo vicecomitatus Turaniæ prolatam. Cùm enim pater filium certis exhęredationis cauſſis in teſtamento adſcriptis exhęredaſſet,in earundem verò probatione alter filius inſtitutus hæres vniuerſalis defeciſſet, nos ob cauſam ſupra allegatam pronunciauimus exhæredato filio legitimam, inſtituto verò reliquam patris hæreditatem deberi. Ab hac ſententia exhæredatus ad Parlamentum Burdegalenſe prouocauit, ſed illa ab eodem confirmata fuit.

ADDITIONES.

1 *ex cap. Raynutius.* & ibi not. *extr. de teſtament.* gloſ. *in cap ſi pater. ſuper verb. inſtituit,eod.titul.lib.6.* 3 *cap.dilecti,extr. de iudic.* 4 *in l final.C.famil. hercisc.* 5 *in dict.cap.Raynutius.* 6 Vnde Gal is prouerbium eſt,*la gloſſe d'Orleans.* 7 *in dict. cap. Raynutius,ſuper verbo in eodem teſtamento relinquens,1.num. 274. & ſequentib.* 8 Baldus *in l.quoties, C. de hared. inſtitut. & in l.final.C.famil.hercisc.argum. l. cohaeredi,§.cùm filia, de vulgar.* 9 *Arreſt.7.* 10 *Quaſt.267.*

DECISIO XXIII.

ARGVMENTVM.

Teſtamenti reuocatio verbalis valida eſt,ſi decem anni lapſi fuerint.

SVMMARIA.

1 *Declaratio teſtatoris coram teſtibus facta, quòd valere nolit teſtamentum ſuum anteà ritè conditum, ad quodnam proſit, ſi nullum aliud teſtamentum fecerit.*

2 *Talis declaratio nullius momenti eſt, ſi teſtamentum poſterius non perficiatur.*

3 *Conſtitutio Iuſtiniani, de decennio loquens, explicatur.*

EX *eo ſolo*, inquit Iuſtinianus, 1 *non po-*
teſt infirmari teſtamentum, quod poſtea
teſtator id noluerit valere, vſque adeò, vt et-
ſi quis poſt factum prius teſtamentum, poſte-
1 *rius facere cœperit,* † *& aut mortalitate præ-*
uentus, aut quia eius rei pœnituit, id non
perfecerit: Diui Pertinacis oratione cautum
ſit, ne aliàs tabulæ priores iure factæ, irritæ
fiant niſi ſequentes iure ordinatæ & perfectæ
fuerint. Quare vt teſtamentum prius tolla-
tur, poſterius legitimè fiat, neceſſe erit. Verum
hoc, iuxta gloſſam Accurij, in duobus caſi-
bus locum non habet, quorum vnus eſt ſi in
priori teſtamento inſtituti fuerint hæredes
extranei. Sufficit enim eiuſmodi teſtamen-
tum nudis verbis reuocari, atque à teſtatore
declarari, quòd ſine teſtamento mori velit,
cùm ea reuocatio & declaratio tantum o-
peretur, vt ſui & legitimi hæredes ad ſucceſ-
ſionem ab inteſtato vocari videantur. Si ve-
rò non extranei, ſed liberi aut alij legitimi
ſucceſſores in priori teſtamento fuerint in-
ſtituti, tum allegata Iuſtiniani regula procul
omni dubio obtinebit.

Cæterùm ratione conſtitutionis ab eo-
dē Iuſtiniano promulgatæ, qua ſanxit, ſi te-
ſtator tantummodo dixerit, non voluiſſe
prius ſtare teſtamentum, vel aliis verbis ve-
tendo contrariam aperuerit voluntatem, &
hoc vel per teſtes idoneos non minus tri-
bus vel inter acta manifeſtauerit, & decen-
nium fuerit emenſum, quòd tunc irritum
eſſe teſtamentum debeat, tam ex contraria
voluntate, quàm ex curſu temporali, 2
maximè inter interpretes iuris diſceptatur,
quomodo decennium illud computandum
ſit. Sunt enim nonnulli, qui decennium in-
tra primum teſtamentum & eius reuocatio-
nem interuenire oportere autumant, adeò
vt illud demum teſtamentum verbis reuo-
cari queat, quod ante decem annos condi-
tum fuit. 3 Alij verò tradunt, ſufficere,
quòd teſtator per decennium, poſt condi-
2 tum teſtamentum vixerit, † & medio tem-
pore illud reuocarit, licèt ſtatim poſt duos
menſes vel etiam annum teſtamenti factio-
nem reuocatio exceperit. 4 Atque pro
horum opinione iudicauit Parlamentum
Gratianopolitanum. 5 Quæ etiam opi-
nio iuſta & ſolida ratione nititur, quàm ſi
interpretes probè perpendiſſent, tum facilè
ab omni diſceptationis cura liberari potuiſ-
ſent. Nam dicta conſtitutio Iuſtiniani † ſal- 3
tem corrigit & abrogat aliam conſtitutio-
nem, quæ ſub eodem titulo in Codice Iuſti-
nianeo habetur, qua ſancitum erat, vt poſt
diem mortis, ſcriptis ante decennium teſta-
mentis, nullus præſtaretur aſſenſus. 6 Hanc
itaque ſanctionem Iuſtinianus corrigit, dum
conſtituit, quòd per ſolum decennij, aut et-
iam maioris temporis lapſum, nulla inno-
uatione, vel contraria teſtatoris voluntate
apparente, teſtamentis, quæ anteà legitimè
condita fuerunt, præiudicium fieri haud de-
beat, atque ſic diſtinguit ſaltem reuocatio-
nem teſtamenti verbalem, cum lapſu decen-
nij coniunctam, quam non tam ſolemnem
& præciſam eſſe vult ab altera, quę tempore
illo deſtituitur, & propter priorem teſta-
menta tam ex contraria voluntate, quàm
ex curſu temporali infirmari ait, tandém-
que concludit: aliter enim teſtamenta mor-
tuorum per decennij tranſcurſionem eua-
neſcere nullo patimur modo, prioribus
conſtitutionibus, quæ ſuper huiuſmodi te-
ſtamentis euacuandis latæ fuerant, penitus
antiquandis. Vnde euidenter apparet, quod
lapſui temporis, qui olim teſtamenta infir-
mabat, per dictam conſtitutionem, & ius
nouum nullus alius effectus relictus fuerit,
quàm vt impediat ſcrupuloſam & exactam
inquiſitionem reuocationis, quæ vel antè
vel poſt decem annos à teſtatore poſt con-
ditum teſtamentum facta fuit. In qua re-
uocatione etiam haud ſufficiet ſola contra-
ria teſtatoris voluntas nudè & ſimpliciter
declarata, ſed reuocatio illa coram teſti-
bus non minus tribus fieri, vel inter acta
manifeſtari debebit, prout conſtitutio illa
expreſsè requirit.

Extra terminos verò illius conſtitutionis
ſatis eſt ad perfectā teſtamenti reuocationē,
atq; vt hæredibus ab inteſtato & legitimis
ſucceſ-

ADDITIONES.

1 *§. ex eo autem, Inſt. quib. mod. teſt. infir.* 2 *l. ſancimus, C. de teſtam.* 3 Quorum anteſignanus eſt Accurſius *in d. l. ſancimus, ſuper verb. fuerit.* 4 Quos refert Guido Pap. *qu. 200.* 5 Quod arreſtum habetur apud Paponem *titul. de teſtam. arreſt. 3.* 6 *l. ne quis, 6. C. Theod. de teſtam.*

ſucceſſoribus locus detur,ſi teſtator coram eodem numero teſtium,qui tempore conditi teſtamenti adhibitus fuit,declaret,quòd voluntatem ſuam mutauerit, quòd teſtamentum ſuum reuocet,atque illud vires habere nolit,dummodo hoc inter acta fiat. Imò more quorundam locorum receptum eſt, vt eiuſmodi reuocatio coram Notario & teſtibus,aut coram duobus Notariis,ſine aliis teſtibus firmiter fiat. Atque quod ſufficiat ad excluſionem hæredis inſtituti,ſi voluntate teſtatoris is deſtituatur;& tum in eius locum hæredes legitimi ſuffici debeant, in terminis reſpondiſſe videtur Vlpianus: *Si hæres inſtitutus*, inquit, *non habeat voluntatem, vel quia inciſæ ſunt tabulæ, vel quia cancellatæ, vel quia alia ratione voluntatem teſtator mutauit, voluitque inteſtatò decedere, dicendum eſt ab inteſtato rem habituros eos, qui bonorum poſſeſſionem acceperunt.* 7 Ex quo reſponſo ſatis apparet,quòd etiam ſine reali ruptione per ſolam contrariæ voluntatis declarationem legitimè à teſtatore factam, teſtamentum infirmari poſſit,quamuis aliud non condatur. Illud ſanè negari nequit, quod iure ita cautum ſit,ſi teſtator ſimpliciter declararit, quòd teſtamentum ſuum valere nolit, atque ne inteſtatus moreretur,aliud facere pro reuocatione prioris cœperit, intentionem illius haud ſufficere,niſi legitimè perfecta fuerit: ſed nihilominus teſtamentum prius ſuum robur obtinere. Quò pertinent, quæ ſupra ſub initium huius concluſionis ex conſtitutione D.Iuſtiniani & oratione D.Pertinacis adducta fuerunt. Illud à Parlaméto Tholoſano Anno 1581. iudicatum fuit,validè factam fuiſſe reuocationem,cùm teſtator coram Notario & ſeptem teſtibus ſimpliciter declaraſſet,ſe valere & effectum habere nolle teſtamentum, quod ante decennium coram eodem teſtium numero fecerat, Notariúmque rogaſſet, vt hunc actum reuocationis conſignaret.

ADDITIO.

7 *l.1.§.pen.ſi tabb.teſt.nul.ext.*

DECISIO XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi beneficium inuentarij à teſtatore adimi nequit.*

1 INuentarij † beneficium hæredibus teſtamentariis Iuſtinianus côceſſit,ne propria eorum bona obnoxia fierent oneribus hæreditariis,quæ vt plurimum viuis teſtatoribus latere, & demum poſt eorum obitum emergere ſolent. Quod beneficium hæredibus, qui eo intra legitimum tempus vti volunt nunquam denegari poteſt,ſed etiam tum concedi debet,quando alij ſe offerunt, qui hæreditatem ſe purè & ſimpliciter adituros, oneraque hæreditaria omnia portaturos eſſe pollicentur. Imò beneficium illud adhuc locum habet, quando teſtator expreſſè illud prohibet. Haud enim magis voluntas teſtatoris attenditur,quàm ſi in Francia inſinuationem teſtamenti fieri prohibeat, quam propter ſubſtitutiones, creditores atque eos,qui teſtatoris bona cum titulo oneroſo poſſident,ordinatio regiæ neceſſariam eſſe duxit, vel vſufructuario cautionem de vtendo boni viri arbitrio remittat. 1 Hæc enim & ſimilia legibus & conſtitutionibus ciuilibus introducta & firmata ſunt, quæ leges & conſtitutiones ne in teſtamento ſuo locum habeant, nemo poteſt cauere ſuo teſtamento. 2 Vtilitatem quippe publicam principaliter illæ concernunt; atque ideò priuatorum legibus, quales etiam teſtamenta ſunt, minimè tolli poſſunt, cùm publica lex ſuprema ſit,atque principem locum obtineat, nimiámque populi licentiam, feruorem ſubitóſque motus reprimat & coërceat, adeò vt verè cum Poëta Lyrico hîc dici poſſit: *Iniicit fræna vaganti libidini.* 3 Quare cùm Aduocatus quidam Parlamenti Tholoſani 17. Aprilis anno 1587. teſtamentum condidiſſet, & per codicillos 27. Nouembris anno 1589. factos declaraſſet, ſe velle quod filius ſuus Ioannes inſtitutus in teſtamento hæres vniuerſalis, ſtatim poſt ſuum obitum hæreditati ſe ſimpliciter & purè immiſcere, & voluntatem ſuam in omnibus articulis implere: ſin verò is hoc facere

ADDITIONES.

1 *l.ſcimus iam duas,* 22.§.*cum igitur, C. de iur.deliber* Menoch.*conſ.*471.*lib.*5. VVeſembec.*conſ.* 86. *volum.* 1. Pet. Rebuffus *in tract.de ſent. prouiſional. fol.* 137. *numero* 6. Andr.Fachin *libro* 6.*controuerſ.cap.*20. A.D. 2 *l.1.C.de vſufr.*Anton.Gabr.Roman.*libr.* 5.*commun.concluſ.tit. de vſufruct. concluſ.*1. *nu.*3. Clarus § *teſtamentum.quæſt.*64. Petrus Peckius *de teſtam.coniug.lib.*5.*cap.*9.*num.*3. Simon de Prætis *de interpret. vltimar. voluntat.li.*4.*interpret.*1.*ſolut.*5.*dubitat.*10.*nu.* 74.atq; alij plures,quos allegat Ioannes del Caſtillo Sotomayor *in tract. de vſufruct. ca.*15.*nu.*1.A.D. 3 *l.nemo poteſt,de legat.*1.

cere nollet aut differret, tum ſtatim filiabus ſuis aut Claræ & Mariæ ſororibus Ioannis ſub eadem conditione illa reſtitui, eóque caſu Ioannes vltra ſumptus in ſtudiis factos legatum centum aureorum, titulo particularis inſtitutionis habere deberet: cúmque euenisset, vt poſt obitum teſtatoris ab eiuſdem vidua Helena & Maria filia Ioannes interrogatus, num voluntati defuncti parere, hæreditati ſe ſimpliciter & purè immiſcere, cæteríſque teſtamenti capitibus ſatisfacere vellet, reſponſo ſuo declararet, ſibi inuentarij beneficium denegari non poſſe, eóque nomine lite mota res in contradictorium iudicium deduceretur: à Parlamento Tholoſano iudicatum fuit, quòd non obſtante patris voluntate, eiuſdem hæreditati Ioannes cum inuentarij beneficio ſe immiſcere poſſet, idque intra menſem facere deberet, niſi ſubſtitutis locum dari mallet. 4

ADDITIONES.

4 Aliud arreſtum eiuſdem Parlamenti Tholoſani, quo idem poſtea iudicatum fuit, refert Charondas *lib. 9. reſponſ. c. 70.*

DECISIO XXV.

ARGVMENTVM.

Per ſubſtitutionem compēdioſam, quæ tacitam pupillarem comprehendit matri in legitima præiudicari nequit.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio à patre facta filio hæredi in gratiam aliorum liberorum, & hæredis fratrum, ſub conditione, ſi ſine liberis decedat pro compendioſa habetur.*

2 *Subſtitutio compendioſa peculiaris ſubſtitutionis ſpecies eſt, atque ab aliis differt.*

3 *Subſtitutio pupillaris expreſſa, matrem à legitima excludit.*

IOannem Froncroſum frater filio ſuo hæredi inſtituto ita ſubſtituerat: Si ſine hærede filius deceſſerit, ſubſtituo † fratrem Ioannem. Euenit, vt poſt obitum teſtatoris filius in pupillari ætate decederet, ſuperſtite adhuc auia materna, in cuius auiæ locum poſtea Raynaldus Vitalius intrauit. Inter hunc Raynaldum & prædictum Ioannem Froncroſum ſubſtitutionis illius nomine, lis coram Seneſcallo Querceníi agitata fuit. Raynaldus enim ſubſtitutionem illam fideicommiſſariam eſſe, & propterea auiæ maternæ aut ſibi, qui eius iure vteretur, detractionem legitimæ & quartæ competere aiebat. At contra Ioannes Froncroſus ſubſtitutionem compendioſam eſſe contendebat, in qua pupillaris directa comprehenderetur, atque ſic auia materna à petitione tam legitimæ quàm Trebellianicæ penitus excluſa eſſet. Seneſcallus itaque iudicauit, ſubſtitutionis quidem caſum in fauorem Ioannis eueniſſe, ſed auiæ maternæ legitimam & quartam præſtari debere. Ab ea ſententia Ioannes ad Parlamentum Tholoſanum prouocat, ibidémque Raynaldus haud minus ac in priori inſtantia auiæ maternæ locum ſuſtinet, eiuſdémque ius defendit. Et quidem prima facie Seneſcallum iſtum bene iudicaſſe videbatur, quòd in effectu declararit, ſubſtitutionem hanc fideicommiſſariam eſſe, eò quòd in ea haud deprehendantur particulæ, Quando, quandocunque, & ſimiles, quæ tractum temporis denotant, atque expreſsè adiectum ſit vocabulum SVBSTITVO, & quidem in forma diſpoſitiua. Quo caſu communiter concluditur, quod talis & ſimilis ſubſtitutio, vel etiam ſub conditione, *Si ſine liberis, &c.* concepta, quæ cum noſtra planè conuenit, 1 ſemper obliqua & fideicommiſſaria ſit. 2 Quod in iiſdem terminis, de quibus hîc quæſtio eſt *in Conſiliis ſuis* tradidit & defendit Oldradus. 3 Cum quo etiam conuenire videtur illud, quod alibi Iuriſconſ. reſpondit. 4 Verùm eo haud obſtante, contraria ſententia æquior viſa fuit, atque placuit, ſubſtitutionem hanc pro compendioſa habendam eſſe. Compendioſa † enim ſubſtitutio 2 nihil aliud eſt, quàm ſubſtitutio, quæ ſub conditione mortis vel alia, verborum compendio multa complectitur tempora, ad varias ſimplicium ſubſtitutionum ſpecies pertinentia, ita vt quemadmodum hominis appellatione ſinguli homines ſignificantur, 5 ita & compendioſæ appellatione ſingulæ ſubſtitutiones exprimantur & denotentur, quaſi omnes laconiſmo quodam & celeriter a teſtatore factæ. Quod autem

ADDITIONES.

1 *l. ex facto, § final. ad Trebellian.* 2 glo. *in l. precibus, Cod. de impuber.* 3 *conſ. 99.* 4 *in l. fin. § ſi verò maritus, qui pet. tut. vel curat.* 5 *l. Manius, §. non videtur, de legat.*

tamen non ita accipiendum eſt, ac ſi hæc ſubſtitutio ſaltem adiectio quędam cæterarum eſſet, vt nonnulli exiſtimarunt, ſed potius ipſamet peculiaris quędam ſubſtitutionis ſpecies eſt, à reliquis nomine forma, ſubſtantia & effectu differens. Illud ſanè verum eſt, quòd omnes omnino ſubſtitutionum ſpecies ſub ſe comprehendat, atque ab iiſdem, prout caſus euenerit, vlterius nomen mutuetur, adeò vt interdum compendioſa pupillaris, compendioſa vulgaris, &c. appelletur. Quod mirum & ridiculum videri non debet, cùm idem in aliis contingere ſoleat. Nam & ſic actio de peculio adiicitur actioni mandati, vt vocetur mandati de peculio.

6 Quod igitur noſtram hypotheſin attinet, dum teſtator filio hęredi inſtituto ſubſtituit, *Si ſine hærede deceſſerit*, ſubſtitutionem compendioſam fecit, ſub conditione caſus mortis, quæ magis frequenter, & quaſi ordinariè exprimi ſolet. Atque in eo potiſſimum differt hæc ſubſtitutio à vulgari & reciproca ſimplici, licet etiam ſub alia conditione, vel ad hęredis perſonam directa, puta, *Si Presbyter fiat: Si in hoc vel illo loco commoretur:* vel etiam ad ipſum ſubſtitutum relata: nimirum, *Si illam vxorem ducat: Si ad vigeſimũ quintum ætatis annum peruenerit:* vel etiam intuitu neutrius, ſed ſimpliciter prolata, nempe *Si hoc vel illud contingat: Si hic vel ille conſul fiat:* rectè fieri poſſit. Haud enim dubitatur, quin ſub qualibet conditione, quę ſibi arridet, dummodo iuri & bonis moribus aduerſa non ſit, teſtator compendioſam ſubſtitutionem facere queat, & quidem ſub die incerto, qui in teſtamentis conditionem facit.

Atque ſic compendioſa ſubſtitutio plura tempora continet, & talia, quæ alię ſubſtitutionum ſpecies, quas breuiter comprehendit, requirunt veluti tempus agnitionem hæreditatis antecedens pro vulgari, tempus impuberis ætatis pro pupillari, tempus pubertatis pro obliqua & fideicommiſſaria: atque ſic planè alia eſt, à reciproca ſubſtitutione, quæ plures quidem perſonas, earumdémque ſubſtitutiones, non verò omnia tempora ſimplicium ſubſtitutionum continet. Vnde colligi poteſt, quod ſub qualicunque conditione aut die incerto compendioſa concepta ſit, effectus eiuſdem vſque ad euentum conditionis vel diei ſuſpendatur: & tum quando conditio eueniat, vel impleatur, quæ ad quandam aliarum ſubſtitutionum peculiariter pertineat, iſta ſola locum habebit, atque effectum producet, ita vt ſi caſus contingat ante aditam hęreditatem vulgaris, poſt aditam & infra pubertatem pupillaris, poſt pubertatem filio furioſo effecto exemplaris, aut aliàs fideicommiſſaria appelletur. Quæ fideicommiſſaria ſubſtitutio licet & ipſa diuerſa & plura tempora continere poſſit, tamen ea talia ſunt, quæ ad diuerſas ſpecies prædictarum ſubſtitutionum ſimplicium vllo modo referri aut alium effectum, quàm fideicommiſſum, producere poſſunt. Quæ cùm ita ſe habeant, apparet, quòd in noſtro caſu filio impuberi in pupillari ætate mortuo ſubſtitutus teſtatoris frater, vi clauſulæ ſubſtitutionis pupillaris ſuccedere debeat, atque ideò nec 7 mater nec auia materna vllam quartam, vel etiam legitimam petere poſſit, cùm planè excludantur per ſubſtitutionem pupillarem, quæ ſub compendioſa, ſi non verbis ſpecialibus, ſaltem & ad minimum verbis generalibus continetur. 8 Doctores enim communiter concludunt, compendioſam per paganum, vt hic verbis communibus factam cõditione, quę in eadem poſita fuerat, impleta vim habere directæ ſimplicis, cuius conditio contigit, nulla contingẽte, valere in vim fideicommiſſi. Iuxta quam etiam concluſionem ſeu reſolutionem, quòd nimirum mater per pupillarem ſubſtitutionem etiam à legitima excludatur Parlamentum Tholoſanum menſe Februario anno M.D. LXXVII. iudicauit. Quod arreſtum expreſsè per decretalem Pontificis Bonifacij firmari poteſt. 9

Nec audiendi ſunt, qui interpretatione quadam ex iure ciuili 10 petita, decretalem illam aliter explicare volunt. Hoc enim conſiderandum eſt, quòd aliæ Imperatorum conſtitutiones, quoad ſupplementum

Additiones.

6. *l.3.§.congruit, de pecul.* 7 *l.dies incertus, de condit. & demonſtrat.* 8 *l.Lucius, de vulgar.* 9 *in cap.ſi pater, de teſtament. in 6.* Hæc tamen decretalis iniqua viſa fuit sereniſſimo Electori Saxoniæ Auguſto; atque ideò ille conſtituit, quòd hoc pacto mater legitima liberorum ſuorum haud priuari, ſed eius loco triens omnium bonorum illi relinqui debeat. Quod ſi ſecus fiat, & tacitè mater præterita fuerit nihilominus legitimam illi nulla habita ſubſtitutionis ratione, qualiſcunque illa fuerit, dari iuſſit, *conſtit. Elect. Aug. 8. part. 3.* A.D. 10 nimirum *ex l. Papinianus, § ſed nec impuberis, de inoff. teſtam.* Ioan. Coraſ. *in d. l precibus, ſuper verb. eos habeat hæredes.*

mentum legitimæ ſuperuenerit, de quibus auctor iſte in reſponſo ſuo, ne quidem cogitare potuit. Atque hæc, quæ hactenus dicta ſunt, facilè ab interpretibus conceduntur, ſi ſubſtitutio concepta ſit verbis, quemadmodum appellant, directis, atque ſubſtituti ſint liberi vel deſcendentes teſtatoris in linea recta. Verùm quando ij ſubſtituti ſunt, qui liberorum reſpectu extranei vocantur, & compendioſa ſubſtitutio verbis communibus facta eſt, tum vix dici poteſt, quid obtinere debeat, cùm de hoc caſu diuerſæ planè conſiderationes, atque tot ferè ſenſus ſint, quot capita ſunt. Quare Parlamentum Tholoſanum partitione æquiſſima ſemper habita, vbi non liquet, quid potiſſimum ſequendum ſit, vnde ipſa æquitas videtur nomen ſuum inueniſſe, quemadmodum ſemper contra matrem in pupillari expreſſa: ita pro eadem & conſeruatione eiuſdem legitimæ in pupillari tacita & ſub compendioſa comprehenſa iudicare ſolet, 11 nequicquam obſtante decretali illa Bonifacij, quæ hoc in caſu non attenditur.

Placuit itaque, quod noſtro in caſu ſubſtitutio eſſet compendioſa, continens tacitam pupillarem verbis ſpecialibus, propter eum, qui contigit caſum: quòd verò eadem fideicommiſſaria fuiſſet, ſi inſtitutus hæres in pupillari ætate deceſſiſſet, quemadmodum etiam in effectu ſubſtitutio iſta concepta erat, verbis generalibus directa ſimul & precaria iungentibus: quod olim facere ſolebant teſtatores in legatis, vt ea, ſi iure legatorum valere non poſſent, per fideicommiſſum ſuſtinerentur. 12 Atque ideò 10. Maij anno M.D.LXXXIII. Parlamentum Tholoſanum ad relationem Domini Doniat *in ſecunda claſſe Inquiſitionum*, prædictam ſententiam Seneſcalli reformauit, eum quoad legitimam benè, ratione verò Trebellianicæ malè pronuntiaſſe iudicans. 13 Cùm enim auia in defunctæ filiæ, quæ pupilli mater erat, locum ſucceſſerit, 14 conſequens etiam eſt, quod eiuſdem iure frui debeat, præſertim quoad ſubſtitutiones pupillares & effectus earum. Nec probanda videtur diſtinctio, quam nonnulli hîc facere tentant, iuſta quippe interpretatione ex Iuliani ſententia receptum eſt, vt in fauorabilibus patris aut matris nomine auus vel auia demonſtrari intelligantur. 15

Additiones.

11 Conan. *ad l. ſi paterfamilias, de hæred. inſt. lib. 1. comment. iur. ciuil.* 12 *l. Publius, l. non ad ea, de condit. & demonſtrat. l. quiſquis, de legat. 3. l. alumna, de adim. lega.* 13 *l. nepotes, & l. vbi, C. de ſu. & legit. lib.* Bart. *in l. 1. num. 35. de vulg.* 14 Coraſ. *in l. ſi teſtamento, C. de impuber.* 15 *l. iuſta, de verb. ſign. l. Neſennius*, vbi Bald. *de neg. geſt.* Bart. *in l. moribus, de vulg.*

DECISIO XXVI.

Argumentum.

Per ſubſtitutionem extranei, ſub conditione, ſi filius decederet ſine liberis, etiam communibus verbis conceptam, matri in medio exiſtenti præiudicium fieri nequit.

Summaria.

1 *Nunquid in prædicta ſubſtitutione compendioſa per verbum commune concepta pupillaris comprehenſa pro fideicommiſſaria habenda ſit quoad detractionem Trebellianicæ vltra legitimam matri debitam.*

2 *Arreſtum ſupremæ Curiæ Tholoſanæ.*

3 *Opinio contra fideicommiſſarios extraneos defuncti D. præſidis Durandi.*

Qvamuis verò regula, cuius in præcedenti deciſione mētio facta fuit; nempe per pupillarem expreſſam † matrem excludi à legitima, per tacitam autem comprehenſam in compendioſa non excludi, multis Parlamenti Tholoſani præiudiciis firmata ſit: attamen de ea ſubſtitutione adhuc dubitatur, quæ per verbum commune *Subſtituo*, facta fuit, (cuius vi caſu ſubſtitutionis eueniente, collectio rerum reſtitutioni ſubiectarum fieri poteſt, tam directè auctoritate priuata & per manus ipſius ſubſtituti, quàm obliquè & per manus alterius, ſeu eorum qui res illas detinent. 1 Cùm enim ſubſtitutione eiuſmodi per verbum commune aut ſimile & æquipollens facta, interdum via recta, interdum obliqua pro re nata & contingentis caſus naturâ locum habeat, nonnulli exiſtimarūt ſubſtitutionē hāc ſemper & omni tēpore fidei-

Additio.

1 *l. iam hoc iure.* ibi communi verb. *de vulg.* Bart. *in d. l. precibus.*

fideicommiſſariam eſſe, atque ideò matri, aut ea mortua, ſuperſtiti auiæ maternæ, duas quartas deberi, quemadmodum Seneſcallus in hypotheſi prioris deciſionis iudicauit. Arreſtum quoque ſimile, quod in magno conuentu Lugdunenſi prolatum fuit, refert Papon. 2 Idemque iudicatum fuiſſe à Senatu Regis Hiſpaniarum teſtatur Matthæus de Afflictis, 3 qui etiam rationes in vtramque partem affert. Et certè hæc quæſtio admodum torſit ingenia præcellentium Doctorum, & iuris interpretum. Nonnulli enim, vt dictum eſt, & quidem ex antiquioribus docuerũt, ſubſtitutionem illam ſemper fideicommiſſariam eſſe, 4 citra vllam limitationem, reſtrictionem, vel diſtinctionem bonorum teſtatoris, niſi in ea eſſet facta expreſſio pupillaris ætatis. Atque hæc opinio fuit communis tempore Bartoli, Baldi, & aliorum, ipſiúſque Butrigarij, vt ex eorundem conſiliis apparet, 5 quãuis Bartolus in quodam conſilio recantare voluerit. Alij verò ſtatuerunt, eiuſmodi ſubſtitutionem matre vel alia æquè fauorabili perſona in medio exiſtente, omni tempore fideicommiſſariam eſſe, aliàs verò ſaltem infra tempora pupillaria, directam. Quod etiam ipſemet Bartolus *in lecturis ſuis* examinauit, 6 & ſequitur Paulus de Caſtro *in ſuis conſiliis*, 7 communitérque receptum fuit tempore Alexandri & Aretini. 8 At recentiores, inter quos etiam ſunt Canoniſtæ, tradunt: talem aut ſimilem ſubſtitutionem comprehendere pupillarem, ſi caſus ita contingat, etiam tum quando mater adhuc in medio eſt. Quam ſententiam ſuam muniunt auctoritate Accurſij, 9 & probant per allegatam decretalem Bonifacij. 10 Atque hanc opinionem cæteras iam viciſſe, magíſque communem hodie eſſe videtur, 11 ita tamen, vt matri, vel ea defuncta, ſuperſtiti auiæ maternæ nihilominus legitima ſalua manere debeat.

Nec obſtat ſæpius allegata decretalis Bonifacij. Nam reſpondetur primò, quòd illa de caſu ſpeciali & fauorabili, nempe de inſtitutione pauperum loquatur: deinde quòd legem ſaltem faciat in terris Pontificis: tertiò, ex textu apparet, quòd verba, quibus ſubſtitutiones conceptæ fuerunt, directa ſint, ſicque accipiantur, ac ſi appoſita fuiſſent in ſubſtitutionibus, quibus filius filiæ, & filio filia, & liberi pauperibus ſubſtitui ſolent, atque ita conueniant verbis & perſonis in caſu de quo quæſtio erat, propterea que cenſeantur potius directa, quàm obliqua: quanquam directa interdum (vt expreſſe in ipſo textu dicitur) ad fideicommiſſum ex cauſa trahantur. Ex qua clauſula euidenter apparet, in iſta decretali non tam generaliter aliquid conſtitutum fuiſſe, aut conſtitutionibus ciuilibus derogatum, quã ſuper quæſtione facti, & in indiuiduo tantummodo iudicatum. Idémque adhuc hodie fieri poſſet, vbi ex aliis verbis teſtamenti de hac mente ipſius teſtatoris conſtaret, quemadmodum alibi Baldus reſpondit. 12

Atque ex his quodammodo colligi poteſt, quàm diuerſæ Doctorum & interpretum de hac quæſtione fuerint opiniones, & quantùm laborarint, vt veram eius deciſionem deprehendere poſſent. Quos Doctores & interpretes omnes veluti in catalogo quopiam recenſet Franciſcus Burſitus, 13 qui etiam defendit ſubſtitutionem eiuſmodi, de qua hîc loquimur, ſemper fideicommiſſariam eſſe, matríque in medio exiſtenti in hypotheſi, quam ibidem tractat, & legitimam & quartam in defuncti filij hæreditate & bonis deberi. Idem quoque tradidit Ioãnes Antonius Maſuerus Apoſtillator practicæ Ioannis Petri Ferrarienſis, qui in fauorem matris ita iudicatum fuiſſe retulit à Subalpinæ patriæ ſenatũ. Cùm enim occurrente facti ſpecie, quam ibidem refert, poſt diligentem inquiſitionem deprehenſum fuiſſet pro negatiua quinquaginta quinque Doctorum auctoritatem militare, affirmatiuam verò ab interpretibus ſexaginta ſex defendi: placuit, vt affirmatiuæ accederetur atque definiretur, matri duas quartas præſtandas eſſe. Quod arreſtum anno 1574. prolatum fuiſſe prædictus auctor teſtatur. Quæ quidem breuiſſimè hic præmittere viſum fuit, antequam illa, quæ pro meliori intellectu arreſti, quod in

ADDITIONES.

2 *en ſon recueil, au ti*[...]*tre des ſubſtitutions, arreſt.6.* 3 *deciſ.*[...]*07.* 4 Petrus Ferrar. *tit. de form. lib. qui agitur ex ſubſtitutione nu.7.* 5 Anton. de Butrio *conſ.53.* Bald. *in l. centurio. de vulg. & conſ.35.392.393. lib 4. conſ.175. li.5.* Bart. *conſ.22.54.241.* qui tamen *conſ.* 125. aliud ſtatuit. 6 *in d.l. centurio.* 7 *conſ. 142. lib.1.* 8 Aretin. *conſ.154.* Corneus *conſ. 94. lib.3. & in d.l. precibus.* 9 *in §. qua ratione, Inſtit. de vulg.* 10 *in d. cap. ſi pater.* 11 Corneus, Iaſon, Decius *in d.l. precibus.* & Franciſc. de Ripa *in d.l. centurio, num.14. de vulg.* 12 *conſ.35. lib.2.* 13 *conſ.8. nu. 39.*

in præcedenti deciſione adduximus, atque 10. Maij anno M. D. LXXXIII. prolatum fuit, facient, afferrentur. Contigit autem, vt ſtatim poſt quinque dies, nempe 15. prædicti Menſis, ſimilis ferè controuerſia ratione ſubſtitutionis in eodem Parlamento Tholoſano occurreret. Pater enim filio ſuo impuberi poſt factam inſtitutionem ita ſubſtituerat: Si dictus meus filius & hæres ſine liberis deceſſerit, volo, vt mea bona perueniant, atque pertineant ad hos & illos, quos in teſtamento ſuo nominabat, qui tamen neque liberi neque deſcendentes teſtatoris, imò ne fratres quidem eius, ſed planè extranei erant.

Cùm ergo poſt obitum patris, filius hęres in pupillari ętate deceſſit, ſubſtituti ob caſum ſubſtitutionis, qui contigerat, litem Carcaſſonnæ coram Seneſcallo mouebant. Vidua enim teſtatoris, & defuncti impuberis mater, prætendebat, ſubſtitutionem illã omni tempore fideicommiſſariam eſſe, & propterea ſibi in medio exiſtenti detractionem duarum quartarum, legitimæ & Trebellianicæ, cæteráque pupilli bona, quæ aliunde quàm à patre profecta eſſent, deberi. Subſtituti verò contrarium aſſerebant, nẽpe ſubſtitutionem illam directam eſſe, pendente & durante tempore impuberis ętatis, in qua teſtatoris filius & hæres deceſſerat. Quibus mater replicabat, quòd ſubſtitutio iſta concepta eſſet verbis planè obliquis, & quòd ipſi penitus extranei eſſent, nullúmq; propterea fauorem contra ſe mererentur, cùm veroſimile nõn ſit, teſtatorem maritũ ſuum eam ſucceſſione per prætenſam ſubſtitutionem omnino priuare, atque iſtam extraneis dare voluiſſe, cùm ipſemet vim ſubſtitutionis haud intellexerit.

2 Hæc igitur controuerſia † & cauſa, cùm per appellationem ad Parlamentum Tholoſanum deuoluta fuiſſet, per arreſtum die ſupra dicto ita definita fuit: quòd facta ſubſtitutio omni tempore fideicõmiſſaria eſſet, atque eius vigore ſubſtituti vniuerſa & ſingula teſtatoris bona accipere, ſuperſtes verò mater legitimam & quartam inde detrahere, cæteráque defuncti filij bona aliunde, quàm à patre profecta habere deberet. Quod arreſtum ſtatim, ac prolatum fuit, mirum videri celebrioribus Parlamẽti Aduocatis planéque contrarium illi, quod in præcedenti deciſione allatum fuit. Verùm Seniores parlamenti Aſſeſſores, qui arreſti illius auctores fuerant, Collegæ noſtri nobis declararũt, ſe eò reſpexiſſe, quod ſubſtitutio iſta verbis planè & ſimpliciter obliquis, nempe, *Perueniant, pertineant &c.* cõcepta fuiſſet, quæ nullo modo ad directam trahi poterant, 14 atq; ideò meritò ſubſtitutio hæc ad plura tẽpora directa pro fideĉõmiſſaria omni tẽpore 15 haberi, & ad omnia tempora vniformiter referri deberet. Quod fieri nõ poſſet, ſi modò ꝑ directa, modò pro obliqua acciperetur. Quibus accedit, quòd voluntas teſtatoris commodè in diuerſas veluti partes minimè diſtrahi, 16 neque vna eadémque res diuerſo iure cenſeri, aut diuerſo quaſi colore tingi queat. 17 Quæ rationes etiam tum militare fortè poterunt, ſi ſubſtitutio verbis, non ſimpliciter obliquis, ſed communibus concepta ſit. Et certè verba in ſubſtitutione hac vſurpata, nõ immeritò communia videri poſſunt. Verba enim, *Deueniant, habeant & pertineãt:* reperiuntur in iure habere vtrumque ſignificatum, modò directum, modò obliquum, vt poſt alios interpretes eleganter declarat Petrus Ferrarienſis. 18 Verum vt de ſignificatione verborum illorum prolixius non agatur, allatæ rationes infirmæ alicui videri poſſent, vtpote quæ tantum in ſimplici, vulgari & reciproca locum habent, neutiquam verò in compendioſa, de qua hîc quæſtio eſt, cuius vis erat multa complecti tempora ad diuerſas ſpecies ſimplicium ſubſtitutionum relata, ita vt quantò difformius caperetur, tantò magis illius natura ſeruaretur. Quamuis enim voluntas teſtatoris diſtrahi & diuidi non debeat: tamen illud tum demum procedit, quãdo teſtator vnicum ſaltem voluit, non verò quãdo de pluribus rebus & caſibus diſpoſuit, qui diuerſo tempore euenire poterant, veluti quando compendioſè ſubſtituit, vel teſtamento ſuo clauſulam codicillarę adiecit. Nam tum omninò neceſſe eſt, vt voluntas teſtatoris diuidatur, atque colores ſubinde inſtar Polypi mutet. Cùm etiam ſubſtitutio compendioſa, de qua hîc agimus, ratione ſubſtitutionum ſimplicium, quas continet, non ſit res vnica, ſed varia & multiplex, ideò in ea

ADDITIONES.

14 Accurſ. *in l. verbis ciuilibus, de vulg.* 15 *l. 2. l. quamuis, C. de impub. & al. ſubſtit.* 16 *l. eum qui, §. fin. de his, quibus vt indign.* 17 *l. eum, qui ædes, de vſucap.* 18 *in ſua praxi, de form. libell. quo ag. ex ſubſtitutione, numero 31. 32.* Bart. *in l. centurio, & in l. hereditatis, C. de hæred. inſtit.* Cynus, Bartolus & Baldus *in l. 1. in fine, C. de pact. inter emtorem & vendit.* Bald. *in l. final. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.*

in ea haud obtinebit, quod dici ſolet; vnam eadémque rem non debere diuerſo iure cenſeri. Imò ea ratione diuerſa iuris cenſura minimè fit, cùm ſtatim atque compendioſa ſubſtitutio locum & effectum vulgaris ſortitur, iuréque vulgaris cenſetur, haud quicquam amplius de pupillari ei tribuatur, ſeu pupillaris iure illa cenſeatur. Quæ cùm in familiari colloquio Dominis Senatoribus nos opponentes adieciſſemus, hodie non amplius ſpectandam eſſe vanam iſtam ἀκρίβειαν, nimiámque ſubtilitatem verborum, quibus ſubſtitutiones cõcipiuntur, cùm ea potius pro libitu, & ex imperitia Notariorum, quàm arte, ſingulari deliberatione, ſenſu aut intellectu adiici ſoleant: reſponſum itidem familiare & humanum admodum accepimus, Parlamentum etiam illud probè perpendiſſe, quòd ſubſtituti planè extranei eſſent, atque ipſa mater fauorem maximum mereretur. Nam aliud procul dubio pronunciaſſet, ſi ſubſtituti fuiſſent liberi aut alij deſcendentes teſtatoris. 19 Cęterum, cùm ne hac quidem reſponſione nobis plenè ſatisfieret, ſed adhuc de ratione diuerſitatis inter duo hæc arreſta ſolliciti eſſemus, & nobiſcum perpenderemus in caſu fideicommiſſi, quale eſt illud, ad quod poſterius arreſtum pertinet, fideicommiſſum poſt filij mortem ſimpliciter iniunctum, à filio non ab hærede filij relictum cenſeri ex opinione Bartoli, 20 tandem vt omnis ſcrupulus eximeretur, data occaſione, ipſummet Parlamenti Præſidem Dn. Durandum eo nomine interrogauimus, qui breuiter † reſpondit, ſe ſemper exiſtimaſſe, atq. etiam publicè olim in ſcholis defendiſſe, quòd fideicommiſſario extraneo ſubſtituto, ſub conditione: *Si filius decederet ſine liberis*, etiamſi communibus verbis ſubſtitutio concepta fuiſſet, nunquam matri exiſtenti in medio præiudicium fiat, nedum in legitima & Trebellianica, ſed & in omnibus filij bonis aliundè quæſitis. Quod ſanè nihil aliud eſt, quàm dicere, quod ſubſtitutio iſta omni tempore fideicommiſſaria ſit. Cùm autem replicaretur, quod licet concederetur, ſubſtitutionem talem eſſe: nihilominus tamen maneret, quod defuncto in pupillari filio hærede inſtituto fideicommiſſum huiuſmodi ſit pupillare, à quo an detrahi poſſet Trebellianica, rurſus in quæſtionem veniret, Dominus præſes replicantem ad deciſiones ſuas iuris remittebat, in quibus hęc quæſtio latius tractabatur, & quas mox in publicam emiſſurum lucem ſe pollicebatur. Verum morte non ſua, nec merita præuentus id præſtare haud potuit. Porrò huius arreſti mentionem quoque facit Charondas, 21 atque aliud ſimile eiuſdem Parlamenti Tholoſani refert, quod 16 Martij, anno 1583. pronunciatum fuiſſe teſtatur.

Additiones.

19 argumento eorum, quæ tradit Ranchinus *quæſtio*. 521. qui allegat Berberium, *in ſuo viator. iur. tit. de ſubſtitut.* 20 *in l. cohæredi, §. cum filia, de vulg.* & alibi paſſim, Fulgoſ. *in l. ex tribus*, & ibi Caſtrenſ. *C. de inofficioſ. teſtamen.* quos refert & notat Coraſius *in d. l. precibus, nu.* 17. *C. de impub. & al. ſubſt.* 21 *in ſuis reſponſ.*

DECISIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa à ſubſtitutione reciproca ſeu breuiloqua haud parum differt.*

CONFVNDI tamen † compendioſa ſubſtitutio ſubſtitutio debet cum illa, quæ 1 reciproca ſeu breuiloqua vocatur. Nam cõpendioſa, vt dictum eſt, quę ſub conditione, *Si ſine liberis, ſine teſtamento, &c.* concipi ſolet, quaſi compendio verborum omnes ſimplices ſubſtitutiones complectitur, & tũ demum ſortitur effectum, quando aliquis caſus ſimplicium illarum ſubſtitutionum contingit. At reciproca ſubſtitutio tum fit, quando is, cui alter ſubſtitutus eſt, eidem ſubſtituitur. Quæ etiam breuiloqua dicitur, eò quod verbis breuibus fieri poſſit, veluti ſi teſtator dicat: *Hos vel illos hæredes meos inſtituo, atque eos ſibi inuicem ſubſtituo.* Cùm ergo reciproca non fiat, niſi inter cohæredes, qui ſibi inuicem ſubſtituti ſunt, per ſe euidens eſt, quòd non omnes ſpecies ſubſtitutionum comprehendere poſſit, niſi inter eos facta fuerit, qui pares omnino ætate cæteriſque qualitatibus ſunt: 1 at compendioſa, nulla habita ætatis aliarúmve parium qualitatum ratione indiſtinctè omnes ſubſtitutionum ſimplicium ſpecies continet. Quid verò, ſi ſubſtitutio reciproca & compendioſa quodammodo miſceantur: puta, ſi teſtator dixerit:

Additio.

1 *l. iam hoc iure, §. quod ius, de vulg. l. quamuis, C. de impuber.*

rit: *Hæredum meorum vnum alteri ſubſtituo*: (qui ſunt termini ſubſtitutionis reciprocæ) & deinde adiecerit: *Hæredum meorum vnũ alteri, ſi ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo:* qui ſunt termini ſubſtitutionis compendioſæ.) Nihil hîc impediet, quominus omnes ſubſtitutionum ſpecies, ipſa pupillari etiam haud excepta, locum, prout caſus contigerit, habeant. Quod rectè notauit Paulus de Caſtro, 2 & ſequitur Philip. Decius. 3 Atque ita iudicatum fuit à Parlamento Tholoſano menſe Iunio, Anno 1580.

ADDITIONES.

2 *in l. in teſtamento, C. de teſtamen milit.*
3 *in d. l. in teſtamento.*

DECISIO XXVIII.

ARGVMENTVM.

Conditio in odium religioſorum legato adiecta pro non ſcripta habetur.

SVMMARIA.

1 *Differentia conditionum*: Si hæredes liberos habuerint: Si nuptias contraxerint: *& vulgaris illius*: Si ſine liberis & hæredibus deceſſerint.

2 *In Francia religioſi, cuiuſcunque etiam Ordinis ſint, propinquis ſuis ab inteſtato non ſuccedunt, neque eorum loco monaſterium hæreditatem capit.*

3 *Monaſteria repræſentant potius patres adoptiuos, quàm liberos.*

4 *Saluianus allegatur, de fideicommiſſis loquens, quæ parentes in odium liberorum religioſorum faciunt.*

CAtharina de Cayron, vidua Stephani Paramellę, ciuis de Figeac, in teſtamento ſuo 25. Decembris anno M. D. LXXVI. cùm nullos liberos neque alios deſcendentes haberet, ſuo ex ſorori nepoti Ludouico de Cayron ſummam centum & ſexaginta ſex coronatorum legauit ea lege, vt ſi is ſine liberis naturalibus & legitimis in matrimonio procreatis decederet, legatum pleno iure & ſine detractione quartæ Trebellianicæ ad Catharinam de Cayron teſtatricis ex alia ſorore neptem, quæ hæres vniuerſalis in eodem teſtamento inſtituta fuerat, reuerti deberet. Cúmque teſtatrix in voluntate illa perſeuerans deceſſiſſet, Ludouicus legatarius Ordini religioſorum S. Franciſci ſe addixit, atque pridie, antequam profeſſionem faceret, nempe 18 Iunij anno M.D.LXXXI. teſtamentum condidit, in quo parem ſummam centum & ſexaginta ſex coronatorum pro reparatione ſeu refectione monaſterij, atque Stephano Bonamico, quem executorem teſtamenti conſtituerat, ſexaginta ſex coronatos legauit. Poſt aliquod etiam tempus idem Ludouicus literis ad conſobrinam ſuam perſcriptis declarat, ſe velle, vt legatum à matertera Catharina relictum aliquando in præſtationem legatorum piorum, quæ in ſuo teſtamento reliquerat, impenderetur. Quod cùm conſobrina, neptis & hæres defunctæ viduæ de Cayron propter adiectam legato conditionem denegaſſet, Procurator regius generalis cauſſam Syndici religioſorum prædicti Ordinis ſuſcipiens, à Bonamico teſtamenti executore relictum à fratre religioſo, Ordini legatũ petiit. Cúmque principaliter contra Catharinam actũ fuiſſet, atque de meritis cauſſæ iam diſceptaretur, dubitabatur, an hęc controuerſia ex Iuſtiniani Nouella definienda eſſet, qua ſancitum eſt, quod ſi rogati reſtituere datum dotis cauſſa, vel propter nuptias donationis vel relictum ſub conditione nuptiarum vel liberorum, monaſterium vel alium locum venerabilem ingrediantur, conditio reſtitutionis pro non adiecta haberi debeat. 1 Nam videbatur maxima differentia † eſſe inter conditiones, quarum Iuſtinianus *in Nouella iſta* mentionem facit, atque inter eam, quam teſtatrix hîc appoſuerat. Priori quippe caſu conditiones teſtator ita adiicit, vt inuitet atque alliciat hæredem, quò, ſi modò hæreditatem vel legatum habere velit, de liberis procreandis ſollicitus ſit, (quod profeſſioni & voto religioſorum expreſſe aduerſatur) at in poſteriori ſeu noſtro caſu teſtatrix de eo principaliter non cogitauit, ſed id ſaltem ſpectauit, vt familiæ ſeu poſteritati ſuæ nihilominus ſeruaretur legatum, quod nepoti ex ſorore Ludouico reliquerat, *Si is ſine liberis decederet*. Priori item caſu conditio ſtatim deficit, ſi grauatus ſemel liberos habeat, 2 vnde facilè fieri poteſt, vt is, qui monaſterium ingreſſus fuit, ſpe procreandæ ſobolis ductus illud 1

ADDITIONES.

1 *Authen. niſi rogati, Cod. ad Trebellian. l ſancimus. l. 3. Cod. de Epiſcop. & Cleric.*
2 *l. hæredibus, in princ. ad Trebellian.*

illud relinquat, atque vxorem ducat, verùm in noſtro caſu non ſufficit ad liberationem à reſtitutionis onere, vt legatarius ſemel liberos habeat, ſed eoſdem poſt obitum eius ſuperuiuere oportet. Quod cùm ab incerto admodum euentu dependeat, non facilè prçſumi poteſt, vt quis propterea monaſticam vitam relicturus, déque matrimonio ac procreandis in eo liberis cogitaturus ſit. Haud etiam dici poteſt, quòd eiuſmodi conditio ad iſtum effectum directa ſit. Imò licèt interdum per conſequentiam tale quippiam contingere poſſet: tamen non ſtatim in conſiderationem veniret, quemadmodum non omne ab hæredis perſona interueniens impedimentum ſtatu liberopro expleta conditione cedit, ſed id duntaxat, quod impediendæ libertatis gratia factum eſt. 3 Preterea etiam
2 †religioſi Franciſcani relicti legati incapaces eſſe videbantur, cùm eorum religio diuitias ſeculares non expetat, ſed in altiſſima paupertate fundata ſit. 4 Quo caſu, tanquã cõditione impleta, ſubſtitutioni locus eſt, adeò vt cum idem ſit effectus huius profeſſionis & mortis naturalis, ſtatim ſubſtitutus admittatur, non ſpectata morte naturali, 5 quemadmodum in terminis tradunt Alexander, 6 Decius, 7 Angelus atque alij *in ſuis conſilijs*, 8 inprimis verò Baldus *in ſuis Lecturis*. 9 Haud quoque prætendere poterunt religioſi ſpecialem Pontificis diſpenſationem, & ſingulare priuilegium. 10 Nam de generali conſuetudine Franciæ 11 multis ſupremarum Curiarum arreſtis confirmata 12 diſpenſatio & priuilegia eiuſmodi nihil omninò virium habent, atque religioſi, qui profeſſionem fecerunt, cuiuſcunque etiam Ordinis ſint, ad ſucceſſionem ab inteſtato propinquorum ſuorum, vel etiam eorum nomine, monaſteria haud admittuntur: ſed hoc in caſu iuri communi 13 per conſuetudinem iſtam derogatum eſt: Vlterius etiam Catharina pro ſe teſtatricis voluntatem habebat, ex qua apertè conſtat, eam haud ſenſiſſe aut cogitaſſe, vt relictum nepoti legatum ad monaſteriũ perueniret. Aliud quippe arguit adiecta legato conditio: *Si Ludouicus ſine liberis legitimis & naturalibus ex matrimonio ſuſceptis decederet*: quę idem ſignificat, ac ſi dixiſſet: *Si ſine liberis ex ſe, aut corpore ſuo deſcendentibus, moreretur*. Quæ conditio facit, vt per ingreſſum legatarij in monaſterium, caſus ſubſtitutionis omnino contingere videatur, atque ideò ſubſtituta admittatur. 14 Vt autem legatum ad monaſterium peruenire deberet, teſtatrix nunquam in mentem induxit. Sanè ſi quid interdum expreſſè teſtator non dixit, illud à lege ſuppleri ſolet. Sic in ſubſtitutione pupillari expreſſa, quando teſtator vulgarem verbis peculiaribus non comprehendit, iſque caſus eueniat, vt impubes hæres non fiat, lex prçſumit teſtatorem, ſi de eo cogitaſſet, in vtrumque caſum prouidere voluiſſe, atque ſubſtitutum per interpretationem ex tacita vulgari vocat. At quando apparet, teſtatorem quidem cogitaſſe de vtroque caſu, ſed contrarium diſpoſuiſſe, tum ceſſat legis interpretatio, miniméque locum habet, 15 eò quòd teſtator noluerit iuris interpretationi voluntatem ſuam relinquere.

Quare cùm & hîc voluntas teſtatricis ſatis euidens ſit, ideò in ea omnino acquieſcendum, neque ad vanam aut ſuperfluam gloſſam recurrendum eſt, & in manifeſtiſſimo teſtatoris ſenſu, verborum interpretatio nuſquam tantum valere debet, vt melior ſenſu exiſtat. 16 Certum enim & indubitatum ferè eſt, teſtatricem per verba illa, *Si ſine liberis &c.* reſpexiſſe ad generationem naturalem, 17 & communem vſum verborum, 18 quæ ad monaſteria referri nequeũt, 19 atq; ideò

Additiones.

3 *l. non omne, de fideicomm. libert.* Quo faciunt ea, quæ latè tractant DD. inprimis verò Corneus *conſ. 98. num. 21. lib. 2.* 4 *Clemen. exiui de Paradiſo, de verbor. ſignificat.* 5 Bartol. *in l. cùm pater. §. hæreditatem, de legat. 2. l. Statius Florus, §. Corn. Felici, de iur. fiſc.* Caſtrenſ. Ang. & alij *in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus.* 6 *conſ. 13. volum. 3.* 7 *conſ. 419.* 8 *conſ. 80. 91.* Pariſ. *conſ. 65. volum. 2.* 9 *in cap. in præſentia*, & ibi Felinus *de probat.* 10 Boer. *deciſ. 354.* 11 Maſuer. *§. item per conſuetudinem, tit. de ſucceſſ.* Rebuff. *in proœm. comment. ad conſtit. regn.* 12 Gallus *quæſtio. 317.* Papon *in collect. arreſt. titul. de ſucceſſ. legit.* 13 *in authent. ingreſſi. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. fin. C. de Epiſcop. & cleric.* 14 Dynus *in l. ſi ita quis, §. is cui, de legat. 2.* Paulus Caſtrenſ. *in d. authen. niſi rogati*, Bald. *in dict. cap. in præſentiam*, Raph. Cuman. *in d. §. is cui*, Corn. *conſ 18. & conſil. 253. volum. 4.* 15 *l. cùm ex filio. §. filio, de vulg.* 16 *l. 3. C. de liber. præterit.* 17 Petrus de Ferrar. *in ſua praxi, de form. lib. quo agit. ex ſubſtitut. verb. ex ſuo corpore.* 18 *l. cùm de lanionis, §. aſinam, de fund. inſtruct.* 19 *argum. d. l.*

ideò quæſtioni voluntatis aut ambiguitati nullus hic locus erit. 20 Verum enimuerò pro iure Syndici religioſorum oculis iudicum obuerſabatur, quod conditiones *in prædicta Nouella*, & authentica inde deſumpta, atque alia conſtitutione Iuſtiniani expreſſæ, in effectu haud differant ab ea, de qua hîc quæſtio eſt: quemadmodum etiam illæ in decretali Pontificis Innocentij III. æquiparantur, & quodammodo confunduntur. Ita enim Pontifex ratiocinatur: quia tamen intelligendum non erat ſine hærede decedere, qui monaſterium ſibi hæredem inſtituit. 21 Quod perinde eſt, ac ſi dixiſſet, *Sine liberis decedere*, ſi illi Vlpiani credimus. 22 Sublata autem inter conditiones prædictas differentia omnis vlterior diſputatio ſuperuacanea eſt. Illud quidem adhuc obiici poteſt, quòd monaſteria non rectè filiis ſeu liberis æquiparentur. 23 Nam ſi comparatio illa procederet, atque monaſteria commodè liberi vocarentur, tum haud neceſſe eſſet adiectas legatis vel relictis conditiones reiici, ſed eędem potius per iuris interpretationem implerentur. Deinde etiam eiuſmodi filij ſubſtitutis haud nocerent, cùm contra eos ſaltem filij veri & non ficti obtinere poſſint. 24

Tertiò non ſolum abſurdum, ſed etiam
3 quodammodo ridiculum eſt, † monaſteria liberos appellare, cùm ea potius patres adoptiuos quàm liberos repræſentent. 25 Et nuſquam legetur, inquit Baldus, 26 monaſteria eſſe filios, ſed eadem, quos ingredientes ſuſcipiunt, finguntur habere filios hoc modo, quia habent ſucceſſores iura filiorum habentes, quod eſt indultum fauore religionis, vt vita contemplatiua eſſet gratior coniugali.

Quicquid verò ſit, non immeritò huc re-
4. petentur illa, quæ ſupra † ex Saluiano, † contra eos, qui liberos vel propinquos ſuos odio habent, quòd monaſteria ingrediantur, allata fuerunt. Nam dum auctor iſte de liberis loquitur, qui olim ob eiuſmodi cauſſam à parentibus vel penitus exhæredabantur, vel in relictis ſibi adeò grauabantur, vt parum admodum ex bonis paternis remaneret: per hoc, inquit, vna tantum re parentibus viles fiebant, quia cœperant, Deo eſſe pretioſi & paulò poſt: Id ergo, inquit, agitis, vt pœniteat eos cœptæ religionis, quos religio apud vos fecerit viles. Cui malo, vt Iuſtinianus occurreret, conſtitutionem ſuam promulgauit, qua in effectu ſanxit, vt omnis in odium religionis adiecta legatis vel aliis, quæ religioſis relinquuntur, conditio pro non ſcripta haberi deberet. Ea enim ratione, viam quodammodo præcludi poſſe exiſtimauit, iniquiſſimæ parentum infidelitati, quæ inuenerat, quomodo à patrimonio ſuo Devm penitus excluderet, quemadmodum quidam ex antiquioribus Iuriſconſultis notauit, quem allegat & ſequitur Bartolus 27 idémque tradunt alij interpretes plures, dum docent, tales conditiones propterea ab Imperatore reiectas fuiſſe, quod abſtrahant à via contemplatiua, & recta aduerſentur caſtitati, voto & profeſſioni religionis. Et quamuis nonnulli contradicant atque exiſtiment, non ſolum in poteſtate teſtatoris eſſe, vt per expreſſam diſpoſitionem à ſanctione conſtitutionum illarum recedat. Sed etiam deficiente expreſſa teſtatoris voluntate commodam interpretationem adhibere poſſe, vt coniecturata eius voluntas conſeruetur, & in omnibus articulis impleatur, cùm aliàs ſaluam conſcientiam ij, à quibus ſeruari & impleri debet, retineri nequeant: attamen eorum rationes admodum communes & generales ſunt, ad quas breuiter reſponderi poteſt, quòd locum habeant, modò contra legem teſtator nihil faciat; legem, inquam, ad ius publicum, quòd in ſacris & magiſtratibus conſiſtit, ſpectantem. Nam aliàs, ſi contra legem hanc peccatur, ſtatim obiicitur, quòd nemo poteſt in ſuo teſtamento cauere, ne leges in eodem locum habeant, nemo poteſt in teſtamento ſuo ius publicum remittere, nec mutare formam antiquitus conſtitutam, quia priuata diſpoſitio teſtatoris non poteſt generalem conſtitutionem canonis immutare. 28

Nec dubitari debet, quod ab Impera-

tore

Additiones.

20 *l. ille, §. cùm in verbis, de legat.* 1. Franc. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 2. cap. 7.* 21 *in d. cap. in præſentia.* 22 *in d. l. ex facto. §. final.* 23 *ex dict. cap. in præſentia*, not. *in authent. ſi qua mulier*, & ibi Iaſ. *nu.* 180. C. *de ſacroſanct. Eccleſ.* 24 *l. fideicom. de conditio. & demonſtratio. d. l. ſi ita quis, §. is cui.* Salicetus *in d. authent. niſi rogati*, Felin. *in d. cap. in præſentia.* 25 Baldus *in l. filium, de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* 26 *conſ.* 197. *lib.* 5. 27 *conſ.* 1. *in d. authent. niſi rogati. & in dict. cap. in præſentia.* 28 Corneus *conſil.* 18. 253. *volumin.* 4. Dicac. Couarru. *variar. reſolut. cap.* 9. Decius *in dict. cap. in præſentia.*

& Pontifice diſpenſari, atque peculiaria priuilegia concedi potuerint in fauorem eorum, qui ſeligunt conuerſationem honeſtam, quæ commendare nouit ad hoc Deo venientem hominem, vt omnem quidem humanã eius maculam detergat, purum autem declaret rationabilem, ac rationabili naturę decentem & plurima ſecũdùm mentem operantem & humanis cogitationibus celſiorem, vt Iuſtinianus alibi loquitur. 29

Manet itaque firmum, quòd omnes ſupradictæ conſtitutiones, atque ſic etiam illa, de qua hîc quæſtio eſt, effectum haud operentur, ſed in fauorem monaſteriorum contra eos, qui parem fauorem non merentur, pro non ſcriptis & non adiectis habeantur, non obſtante contraria teſtatoris voluntate, ſiue expreſſa ſiue tacita ea ſit.

Neutiquam etiam in genere dici poteſt, quòd religioſi legatorum incapaces ſint, ſed illud de quibuſdam ſaltem rebus & bonis verum eſt. Sanè ſi Syndicus prædicti monaſterij ſeu ordinis, amplam quandam hæreditatem, optimum legatum, ſed etiam annuum reditum ex immobilibus bonis perpetuò præſtandum petiiſſet, tũ minimè audiri debuiſſet, cùm eius petitio generali conſuetudini Francię, Concilij Viennenſis decreto atque multis ſupremarum Curiarum in Gallia arreſtis repugnaſſet. Vt enim ordini mendicantium non permittitur bona immobilia poſſidere, propter eam, quam obſeruare tenetur regulam: 30 Ita quoque eidem prohibitum eſt, cenſus vel reditus annuos, quantumuis exiguos ex rebus immobilibus accipere, 31 vtpote cùm ęquè poſterius hoc atque prius, prædictæ regulæ aduerſetur, quę vult, vt fratres mendicantes perpetuò mendicent, ſeu in perpetua paupertate ſint, ac diurnum victum habentes, de craſtino non cogitent. Vnde etiam eiuſmodi religioſi contemplatione reliquorum ordinum, qui indiſtinctè bona ſecularia tenere & poſſidere poſſunt, Mendicantes appellantur. Verùm in noſtra hypotheſi exiguum legatum, & quidem ad vſum licitum, ordiniſque regulæ minimè contrarium, relictum fuit, quòd etiam religioſis minimè abſtrahere poteſt, ne victum quærant per mendicitatem, cùm ad eum ſaltem finem deſtinatum ſit, vt ſarta, tecta habeant ædificia. Quò facit, quod alibi ſancitũ eſt, ꝙ eiuſmodi religioſis quarta pars de legatis, quę ad certos & determinatos vſus deſtinata ſunt, pręſtari debeat. 32 Quod fieri non potuiſſet, ſi legatorum ij planè incapaces eſſent. 33 Illud quoque conſiderari poteſt, quòd licet bona immobilia mendicantibus, titulo inſtitutionis, legati, donationis, aut alio ſimili, relinqui nequeant, vt ij eadem poſſideant, vel eorum proprietatem habeant: tamen rectè ita relinquantur, vt eorum venditio fieri, atque pretium inde redactum ad mendicantes peruenire debeat, vt ij inde alantur atque ſuſtententur. 34 Quod conuenit reſcripto illi Pontificis Alexandri III. ad Abbates & Monachos Ordinis Ciſtercienſis, qui patriæ inſtitutionis obliti, contra Ordinis ſui regulam, villas, Eccleſias, & Altaria poſſidere, fidelitates & hominia benignè ſuſcipere, iuſtitiarias & tributarias tenere cœperant. Haud enim præciſè Pontifex iubet, vt ij poſſeſſiones relinquere debeant, ſed permittit, vt eaſdem commutare poſſint, atque ſic ſe in omnibus religioni ſuæ coaptare, vt quemadmodum gaudent, ſe in ſocietatem Ordinis & habitus identitatem adſumptos. Sic etiam in paupertate rerum ſecularium ſe lętentur ſuis inſtitutionibus conformatos. 35 Bulla etiam Martini IV. Pontificis introductum eſt, atque hodie vſu ſeruatur, vt dominium earum rerum, quę Ordinibus legatæ, donatæ, aut aliàs relictæ fuerunt, ad Romanam Eccleſiam pertineant, (dummodo proprietas à teſtatore reſeruata non ſit) à qua Syndici & adminiſtratores conſtituuntur, qui nomine Eccleſię Romanę legata donata vel relicta recipere, eadémque prout conueniens videtur, inter mendicantes diſtribuere ſolent. Quæ etiam cauſa eſt, cur in Francia Syndico Ordinis in eiuſmodi litibus Procurator Regius generalis aſſiſtere conſueuerit. Atque ſic controuerſia hæc per arreſtum ſupremæ Curiæ Tholoſanæ 2. Auguſti Anno M. D. LXXX. ita deciſa fuit, quòd vniuerſa & ſingula bona, quæ Catharina de Cayron tempore obitus ſui tenuerat & poſſederat, donec legatum illud centum

Additiones.

29 §. 1. *Nouel. de monach.* Quo faciunt quę habentur *in cap. requiſiti, de teſtam.* atque aliis ſimilibus textib. 30 *d. Clem. exiui*, §. *cumq; annui reditus, cap. quorundam, ſuper verb. mendicantium, de elect. in 6. cap. 1. §. confirmatos, de religioſ. dom. lib. 6.* 31 *d. Clemen. exiui.* 32 *Clement. dudum, §. verum.* 33 *argumen. cap. ſunt nonnulli*, 1. *qu.* 1. Fulgoſ. *conſ.* 113. licèt malè concluderе videatur. 34 Bar. Bald. poſt Iacob de Aret. Alexand. & Iaſ. *in l. apud Iulianum, §. conſtat. de legat.* 1. Roman. *ſing.* 294. 35 *cap. recolentes, de ſtat. monach.*

tum & ſexaginta ſex coronatorum Ordini Franciſcanorum pro refectione ædificij relictum præſtaretur, hypothecæ iure affecta eſſe, ſique eadem ad integram legati ſolutionem non ſufficerent, omnia quoque bona & iura, quæ Ludouicus tempore conditi teſtamenti tenuerat, eodem nomine hypothecæ ſuppoſita eſſe deberent. Iniunctum quoque per idem arreſtum Stephano Bonamico, teſtamenti executori fuit, vt legatum intra quatuor menſes exigeret, realémque eius præſtationem vrgeret, niſi legato ſexaginta ſex coronatorum ſibi relicto, priuari vellet.

DECISIO XXIX.

ARGVMENTVM.

Fiſco non applicatur illud, quod hæres ſpurio teſtatoris reſtituere expreſſè & palam rogatus fuit.

SVMMARIA.

1 *Quidam ex antiquis tradidit, illud, quod liberis ſpuriis à patre naturali relinquitur, eiuſdem instituto hæredi, aut eo non exiſtente ſucceſſoribus legitimis acquiri.*

2 *Fideicommiſſum, clandeſtinum in fraudem legis relictum fiſco applicatur.*

3 *Ii, qui ſpuriis ſeu illegitimis in linea tranſuerſa ſaltem coniuncti ſunt, iiſdem bona ſua vniuerſa, aut ex parte, haud ſecus ac aliis extraneis rectè donare poſſunt.*

4 *Multi ſpurij, inſtar Herculis, cuiuſdam præclara virtute celebres fuerunt.*

1 IOannes de Furno, † Notarius regius, cùm in teſtamento ſuo 8. Februarij anno M.D.LXIII. condito, inter alia Ioanni de Four, quem filium ſuum naturalem & illegitimum appellauit Claudiæ Puniere marito, fructus villæ cuiuſdam d'Eſtiuayol legaſſet, eiúſque proprietatem & fructus, prędicto Ioanne illegitimo defuncto, peruenire voluiſſet, ad eius filium legitimum & naturalem, Herculem de Furno, ex dicta Puniere ſuſceptum, multaſque ſubſtitutiones maſculis, hiſque deficientibus fœminis, quę ex filij illegitimi matrimonio procrearentur, feciſſet: hæredem ex aſſe in vniuerſis & ſingulis bonis ſuis, Margaritam de Furno, filiam ſuam legitimam & naturalem inſtituit, ea lege, vt ſi ſine liberis moreretur, aut eius liberi ſine liberis decederent, tum filius grandior natu ex filia ſua illegitima Annette de Furno, eiúſque marito Antonio Enqueldoye procreatus, aut eo non amplius exiſtente, ſecundò genitus ſubſtitutus eſſe deberet, quoad bona ſaltem, quæ à Pradelles atque in diœceſi de Velay & Gibaudain ſita eſſent. In reliquis autem bonis, quæ in parœcia de Faugeres habebat, vbi & quando ſubſtitutioni locus eſſet, prædictum Herculem de Furno, atque poſt eum alios liberos maſculos filij ſui illegitimi Ioannis, gradatim ſubſtituit, atque in omni caſu, quo ſubſtitutionibus adhuc in vita Ioannis & Annette de Furno liberorum ſuorum illegitimorum locus eſſet, eoſdem reſpectiuè fructuarios bonorum prædictorum manere voluit, nempe Ioannem illorum, quæ in parœcia de Faugeres, & Annette reliquorum, quæ in memoratis tractibus ſita eſſent. Cúmque teſtator Ioannes in hac voluntate ſua deceſſiſſet, eiuſdem bona ad filiam legitimam & naturalem Margaritam, tanquam hæredem ex aſſe peruenerunt. Adueniente autem iam tempore, quo & ipſa naturæ debitum mortalitatis exoluere debebat, 16. Auguſti anno 1567. teſtamentum condidit, atque in eo hęredem vniuerſalem Magdalenam de Furno, filiam prædicti Ioannis illegitimi, & ſororem prædicti Herculis in villis ſuis de Viuarroix inſtituit adiiciens, quod illa legatorum aliorúmve, in teſtamento relictorum nomine nihil omnino præſtare aut ſoluere teneretur: in omnibus autem reliquis bonis ſuis hæredem itidem vniuerſalem, Michaelem Borteuin filium luſtricum & propinquum ſuum ſcripſit, cui ſe fidere dixit, quod legata tam à ſe, quàm à marito ſuo Cortilhac relicta, & reliqua debita ſua legitimè exoluturus eſſet. Euenit itaque cum Margarita quoque vnica filia legitima & naturalis, atque hæres ex aſſe prædicti Ioannis, in voluntate hac ſine liberis deceſſiſſet, vt poſt eius obitum coram Seneſcallo du Puy, aut eius vices gerente, lis moueretur inter dictam Magdalenam de Furno, ſe manuteneri petentem, ratione prædictarum villarum d'Eſtiuaiol & Faugeres, ſibi in teſtamento Margaritæ titulo legati relictarum, ex vna, & Michaelem Botteuin ex altera parte, atque eò vſque procederetur, vt Seneſcallus ille 16. Nouembris anno 1583. pro Magdalena villarum nomine pronuntiaret. Cuius ſenten-

ſententiæ executio cum ordinario iudici de Ioyeuſe commiſſa fuiſſet, coram eo in pūcto executionis Hercules de Furno interuenit prædictas duas villas ad ſe ſpectare prætendens, nempe illam d'Eſtiuaiol, tanquam ſibi quoad proprietatem ab auo ſuo naturali Ioanne legatam, cum qua proprietate defuncto auo, per obitum patris ſui Ioannis, vſusfructus, qui eidem legatus erat, conſolidatus fuerit: alteram verò de Faugeres tanquam ſubſtitutionis titulo ſibi debitam, vtpote cum in ea, ſi Margarita teſtatoris legitima filia ſine liberis decederet, ſubſtitutus fuerit, atque Margarita ſine liberis mortua, ſubſtitutionis caſus euenerit. Cùm autem hiſce Magdalena contradiceret, iudex delegatus cauſam & partes ad Seneſcallum delegantem remiſit, coram quo res eò peruenit, vt alia eiuſdem ſententia 28. Aprilis ann. M.D.LXXXIV. prolata declararetur, quod Hercules, quoad villas d'Eſtiuayol & Faugeres in tractu de Viuarrois ſitas ob ſubſtitutionem in teſtamento Ioannis de Furno comprehenſam licitè interueniendo ſe oppoſuerit, ſine reſtitutione tamen fructuum, & facta expenſarum compenſatione. Eadem quoque ſententia hæres Margaritæ Michael Botteuin, qui vt cauſſæ aſſiſteret, vocatus erat, condemnatus fuit, vt Magdalenam ratione duarum villarū ei à Margarita legatarum indemnem ſeruans, eidem villarum pretium & valorem, aut iuxta valoris illius proportionem, alia, quæ ex Margarithæ hæreditate acceperat, bona præſtaret, ſine reſtitutione tamen fructuum & expenſarum, & reſeruato Michaeli beneficio iuris ac detractionis Falcidiæ, ſi locum habere poſſet. A qua ſentētia Michael Botteuin ad curiam prouocat, cùmque cauſa eò deuoluta fuiſſet, diploma regium ad eum finem impetrat, vt ſibi ob incapacitatem & indignitatem Herculis illegitimi, villæ, de quibus controuerſia erat, accreſcendi iure adiudicentur. Super qua appellatione ac diplomate cùm concluſum fuiſſet proceſſus Procuratori Regis generali in ſcriptis communicatus fuit, qui ex eo reſultare dixit Ioannem patrem Herculis ſpurium, adulterinum, aut ſaltem ex illicita coniunctione procreatum fuiſſe: & propterea hîc iuſtam cauſam ſubeſſe, ob quam prædictæ villæ non Herculi, tanquam indigno, ſed ipſi Regi adiudicari deberent. In cuius controuerſiæ iudicio ad relationem Domini Bluſſet, in prima claſſe inquiſitoriali primò examinatæ fuerunt concluſiones Procuratoris generalis, quę tamen parum momenti habere videbantur, cùm earum dubium ſatis reſolutum eſſet ab ipſis Imperatoribus, qui expreſſè ſanxerunt, quicquid vltra modum conceſſum à parentibus naturalibus relictum fuit, legitimis filiis, vel matri vel cæteris ſucceſſoribus iure reddi debere. 1 Cui conſtitutioni etiam Nouella Iuſtiniani conuenit. 2 Nec in contrarium adduci hîc poteſt Accurſij gloſſa. 3 Ea enim tum demum procedit, quando in fraudem legis tacita fides accommodatur, quemadmodum ex ipſo textu, cui ſubiecta eſt, colligi poteſt, non verò cum palam aliquid relinquitur 4 adeò vt ij, qui prędictam gloſſam ad liberos naturales applicare voluerunt, haud immeritò ab aliis reprehenſi fuerint, 5 præſertim à quodam antiquiori, quem Bartolus allegat, 6 qui, veluti iſte refert, docuit, ſpuriis à patre naturali relicta hæredis manere, aut eo non exiſtēte, ſucceſſorib. ab inteſtato acquiri. Spurij.n. illi reſpectu parentū naturalium, aut omnino pro incapacibus aut pro indignis habentur. Si planè incapaces ſunt, illud, quod iis aufertur, fiſco acquiri nequit: 7 Si verò indigni ſunt, cùm hoc alterius, non verò propria eorum culpa accidat, idem omnino dici oportet.

Quòd autem † dicitur fideicommiſſum clandeſtinum in fraudem legis relictum, fiſco applicandum eſſe, illud ob dolum eius contingit, qui fidem ſuam in euerſionem & ruinam legis accommodauit, 8 cùm contrarium deprehendatur reſpectu eius, qui publicè & palàm rogatus, ac fideicommiſſo grauatus fuit, cui etiam nullus dolus neque fraus ex parte ſua hoc in caſu imputari poteſt. 9 Conſtitutiones item illæ, quibus bona eiuſmodi 10 certis perſonis ibidem expreſſis, atque 2

ADDITIONES.

1 *L.2.C.de naturalib.liber.* 2 *l.89.§.diſcretis, verſic. ne igitur.* 3 *In l.ex facto*, §. *Iulius Longinus, ſuper verb. Auferuntur, de vulgar.* 4 *l.non intelligitur.* §.1. *de iure fiſci.* 5 Per Angelum & Imolam *in d.* §. *Iulius Longinus.* Azon. *in ſumma de natural.liber.* 6 *In l.final.de his, quib.vt indigni.* 7 *l.ſi in metallum, de his, quæ pro non ſcript.hab.* 8 *capit.naſci.de adulterio.diſt.* 56. 9 Notat. *in l. aufertur, in princip. de iure fiſci*, & *in l. Lucius*, §. 10. *de legat.*1. Bartol. *in dict.l. final. de his quibus vt indign.* 10 *l.in fraudem, de offic. fiſc.*

Præterea Margaritha ſpuria haud ex nu-
mero erat perſonarum coniunctarum at-
que eiuſmodi qualitatem habentium, quà-
lis in lege imperiali 2 requiritur, vt ta-
le legatum valeat non obſtante ignorantia
teſtatricis, quæ in prædicto caſu præſume-
batur. Et quamuis teſtatrix rem legatam,
quam ſuam eſſe credebat, in poteſtate ſua
habuerit: tamen cùm ab herede legatario
tradita atque ex eius manibus demum eui-
cta fuerit, heres legatarium amplius in-
demnem ſeruare non tenetur, quemadmo-
dum eum ſeruare debuiſſet, ſi teſtatrix rem
legatam alterius eſſe ſciuiſſet & nihilomi-
nus eam legaſſet, iuxta diſpoſitionem iuris
ſatis vulgarem 3.

Sed & teſtatrix, quæ villas legatas diu
poſſederat non ſine cauſa putare poterat ſe
ius in illis habere tum ob prætenſam filij
illegitimi incapacitatem, tum propter in-
certam conditionem, ſub qua ſubſtitutio
concepta erat, adeò vt hic ad alium iuris
articulum perueniamus, quo deciſum eſt,
quando teſtator in rebus legatis aliquid iu-
ris, quantumuis exiguum habet, quod ius
ſaltem illud, quod habet, aut prætendere
potuit, legatum cenſeatur 4 vt ideo le-
gatario magis profit, ſi teſtatör in re lega-
tum nihil omnino iuris habuerit, quàm ſi
ei aliquod in illa ius competat, cum hoc
caſu ſemper legatum ad ius illud reſtringa-
tur, quamuis ſaltem perſonale atque teſta-
tori ad vitam conceſſum ſit, quemadmodũ
conſtat ex caſu conſtitutionis imperialis,
quam Accurſius & Alexander ad hanc rem
inducunt, 5 cùm teſtatorem potius illud,
quod ſe habere putabat, legaſſe, quàm here-
des grauare voluiſſe præſumatur, 6 licet le-
gatum perſonis coniunctis & prædictam
qualitatem habentibus relictum fuerit. 7
Per conſequens igitur Margaritham ſal-
tem iura, quæ in villis illis prætendere po-
terat, legare voluiſſe præſumitur, etiamſi
ſaltem prætentio Trebellianicæ eſſet, præ-
ſertim, cum legataria alias haud perſona
coniuncta eſſet, multóque minus commo-
dum referre poſſet ex ignorantia teſtatricis
veroſimili, & quam Herculis qualitas pro-
babiliorem reddebat.

Quare nulla hic euictio locum habere
videtur, atque ex eo ſolo capite prædictus
Botteuin abſoluendus erit, vt prædictæ
villæ, neque Herculi neque Magdalenæ
adiudicandæ ſint. Et quamuis Græci ſpu-
2 rios † & illegitimos nonnunquam com-
mendarint: tamen Romani caſtitatem &
pudicitiam ſemper magni facientes à legi-
timis ſpurios exactè ſepararunt, atque his
excluſis illos ſolos ad ſucceſſionem voca-
runt, 8 cùm exiſtimarent primum & præci-
puum hominis ornamentum eſſe, vt bene
naſceretur, ex coniunctione nempe legiti-
ma, quoniam auxilium, teſtimonium & cõ-
iunctio ſolius naturæ haud ſufficiunt. Vn-
de etiam eſt, quod Vlpianus eum ſaltem
filium appellat, qui ex marito & vxore at-
que per conſequens ex iuſto & legitimo
matrimonio naſcitur, extra quod illegiti-
mus & ſpurius erit. Plures autem illegiti-
morum † ſpecies ſunt. 9 Prima enim eſt eo- 3
rum, qui certum patrem & certam matrem
quidem habent, ſed extra matrimonium
nati fuerunt: ſecunda, quando pater planè
incertus eſt, atque videri & cognoſci ne-
quit: tertia, quando naſcitur & quidem cer-
tus ſed indignus & illicitus eſt: quarta eo-
rum, qui ex coitu inceſto atque coniun-
ctione, quæ propter conſanguinitatem, af-
finitatem, votum caſtitatis, religionem, or-
dinem ſacrum atque alia impedimenta in-
terdicta eſt, naſcuntur & tandem quinta il-
lorum, qui ex matrimonio quidem, ſed a-
lio, quàm mariti ſemine nati ſunt.

Atque ex his quidem primi, qui patrem
demonſtrare poſſunt, ſimpliciter natura-
les appellantur, tanquam deſtituti iuſtitia &
lege matrimoniali, à qua ſtatum ſuum ac-
cipere debebant. Græci eos † *nothos* voca- 4
runt

ADDITIONES.

2. *l cùm alienam*, C. *de legat.* §. *non ſolũ*,
Inſtit. eodem. Socin. *reg.* 379. Caballin. *de e-
uict.* § 4. *num.* 22 *&* 23. Ruland. *in tract. de
commiſſion. part.* 4. *lib.* 5. *capit.* 6. *num.* 37. Ro-
man. *conſ.* 235. *num.* 9. Cothman. *reſponſ.* 39.
num. 122. Imò etiam ex auctoritate iuris
Canonici legatum rei alienæ valere con-
tra Panormitanum *in c. cùm eſſes, extr de
teſtament.* gloſſam, Alexand Iaſon & Si-
chardum, docet Mantica *de coniect. vlt.
volunt. lib.* 9. *tit.* 10. Andr. Fachin. *lib.* 5. *con-
trou. cap.* 38. Vaſq. *de ſuc. creat. lib.* 3. *capit.* 21.
numer. 5. Ioannes Baptiſta Coſta *de fact.
ſcient. & ignor. diſt.* 66. *num.* 3. *cen.* 1. Couar.
de teſtam. cap. 5. *numer.* 12. AD. 3 *in d.
l cùm alienam, & l. cùm pater*, § *euictis, de
legat* 2. 4 *l. ſi domus*, §. *fin. & l. ſerui ele-
ctione*, §. *fin. de legat.* 1. 5 *l. vxor. C. de leg.
l. quod in rerum*, §. 1. & ibi Alexander, *de le-
gat.* 1. 6 *l. Sticho, de vſufr. legat.* 7 So-
cin. iun. *conſ.* 74. *vol.* 1. Iaſon *in d. l. quod in
rerum.* §. 1. 8 *l* 3. §. *ſpurios, de decurion.*
9 gloſſ. *in* §. *non ſolum, de adopt. & in cap.
niſi cùm pridem, de renunciat.*

runt, quæ dictio propriè per vocabulum Latinum explicari nequit, quemadmodum Quintilianus teſtatur. 10 Cato de illis *in oratione ſua quapiam* diſſerit, eorumdémque alibi in pandectis mentio fit. Iuſtinianus ſolus conſtitutiones ſuas nouellas promulgans περὶ τῶν νόθων inſcripſit, illam, quam *de liberis naturalibus* fecerat. Idque occaſionem præbuit Dn. noſtris, vt quidam ex iis, quamuis admodum malè, *nothorum* vocabulum vſurparint de illis, qui ex publicis meretricibus naſcuntur, atque alias ſpurij dicuntur, quaſi ſparſim publicè & vulgo concepti. At naturales, quos Iuſtinianus per dictionem Græcam prædictam exprimere voluit patrem certum habent, quantum naturam attinet, à qua nomen acceperunt, deſtituti honeſtate publica matrimonij, 11 adeò vt quemadmodum filij legitimi & naturales dicuntur & cenſentur ij, quos matrimonium demonſtrat: ita pro naturalibus habentur illi, quos concubinatus à lege permiſſus, atque extra omnem pœnã conſtitutus producit: cùm econtra vulgò concepti & quæſiti vocentur ſpurij nullúmque certum patrem habeant, & propterea modo tenebroſi & filij terræ 12 modo liberi publici, Zephyrij, concepti & nati ex vento ſaltem, cùm pater adeò incertus ſit, indigitari conſueuerint. 13 Spurij itaque à naturalibus omnino differunt. 14 Illi enim ex adultera, meretricia, inceſta aut alia illegitima & reprobata coniunctione; hi verò ex muliere, quæ legitimam vxorem veluti imitatur, naſcuntur. 15 Vnde etiam talis mulier in antiquis inſcriptionibus viceconiunx viceuxor, atque ab hiſtorico Zonara ſemiuxor appellabatur, & cum qua, tanquam à legibus Romanis approbata, adulterium propterea, inceſtus aut ſimile quippiam haud committebatur. 16 Neceſſe enim erat, vt quoad hunc effectum ſoluta ſeu non nupta retineretur, ſine nuptiis tamen & ſponſalibus, à ſoluto in domo ſua loco legitimæ vxoris, atque iſte ſemper eo affectu illi adhæreret, illamque penes ſe aleret & exhiberet. 17.

Si etiam honeſto loco nata eſſet, atq; honeſtam vitam degeret, denunciari illi ſolebat, quod haberi deberet, tanquam concubina atque in eo honore, quem concubinatus requireret. Et licet honor ille non tantus eſſet, quantus legitimæ vxori debetur: tamen vtriuſque nomen honorabile erat. Quare concubinæ nomen haud infame aut probroſum, quemadmodum meretricis erat. Concubinatus enim demonſtrabat vitæ quandam ſocietatem repræſentantem iuſtum matrimonium, ſeu potius ad illud, quamuis ſine vlla ſolemnitate, proximè accedentem. Quo refertur illud, quod orator Græcus *quodam in loco* dicebat, 18 meretricem haberi propter voluptatem, concubinam propter vſum extra matrimoniũ; legitimam verò vxorem, vt liberos pariat, ac res domeſticas conſeruet. Vnde etiam eſt, quod concubina haud minus quam legitima vxor adulterij accuſari potuerit, 19 & quẽadmodum vxor in ſecundo matrimonio liberorũ prioris thori nouerca erat; ita quoq; concubina eorundem veluti nouerca erat, & propterea iis nubere prohibebatur.

Ex quibus patet differentiam inter legitimam vxorem & concubinam poſitã fuiſſe in ſola dignitate, 21 à qua vxor † per legitimum matrimonium virò coniuncta nomen ſuum ſumebat, non vero à voluptate, quemadmodum ſupra ex ICto retulimus, atque alibi Imperatorem quendam Romanum dicere ſolitum fuiſſe legimus. 22 Quã etiam ob cauſam quemadmodum plures ſimul habere licitum non erat: ita quoque minimè permittebatur marito vllam concubinam fouere, ſed eo caſu concubinæ nomen in meretricis appellationem conuertebatur, 23 haud ſecus ac ſi plures concubinas ſimul quis habuiſſet.

Colligitur itaque ex his, quod concubina ab vxore legitima per matrimonium coniuncta parum admodum abfuerit. 24 Imò quoties ideò concubina fouebatur, vt liberos gigneret (qui quidẽ primus & potiſſimus matrimonij finis eſt) interdum fiebat, vt vxor legitima eſſe præſumeretur, atque pro tali haberetur, ſi eã fortè iſte, à quo fouebatur, vxorẽ ſuã appellaſſet, ſe illã ducturũ promiſiſſet, liberos ex ea natos pro liberis ſuis legitimis agnouiſſet, ídque vicinis aut a-

ADDITIONES.

10 *libr.3.Inſtitut. capit.* 86. 11 *capit. fin.* 32.*quaſtion.4.l.3.de concub.* 12 Feſtus & ibi Scaliger 13 Seneca 14 Iulian.anteceſſ.*Nou.* 18.ex Cuiac.*ad d.Nou.* 15 *l.1.§.1. de concub. l.ſtuprum, ad l.Iul.de adult.* 26.*§.conſideremus, in Nou.de trient. & ſemiſ.* 17 *§ ſi quis, quibus mod.natur.effic.ſui in Nou.* 18 Demoſth. *in orat. contra Neæram.* 19 *leg.ſi vxor, ad leg. Iuliam, de adult.* 20 *leg. Codic.de nupt.* 21 *leg.item legato, §. penult. de legat.3.* 22 Ælius Verus *apud Spartianũ* 23 *l.ex ea, §.1.de V.O.* 24 *§.1.in Nou. quibus mod, natur.effic.ſui l.3.C.com.de manum.*

aut aliis haud ignotum eſſet.

Atque ob has cauſas multi ſunt, qui exiſtimant. 26 concubinam, quæ talis ſit, qualis eſſe deberet, autem admodum raram ac nigro ferè cygno ſimilem eſſe, & per
6 conſequens filios naturales † æque raros atque in exiguo numero eſſe multumque diſtare à ſpuriis, cùm illi patrem quidem habeant, hi vero minimè. Ex ſolo ſiquidem matrimonio patres iuſti procedunt, aut legitimi ex concubinatu vel ea coniunctione quam Romani contubernium appellabant, ſed liberi ex meretrice nati haud magis de patre ſuo certi ſunt, ac ille, qui in numerum aut vepretum incidit, ſi indè euaſerit, certus eſſe poteſt à quonam vepre potiſſimum ictus & læſus fuerit, quemadmodum philoſophus ille dicebat, cùm à meretrice vrgeretur vt partum, cuius eum illa patrem eſſe perhibebat, agnoſcere deberet. 27 Porro qui tertij generis ſunt, & quorũ pater certus quidem, ſed indignus & illicitus eſt, eodem quo priores, à ICto Modeſtino carbone notantur. 28

Vltimi verò generis, ſeu qui ex inceſto & adulterino coitu naſcuntur, tam odioſi ſunt, quàm horribiles & deteſtabiles ſunt ipſæ coniunctiones, ex quibus deſcendunt: & quidem in tantum, vt propter Zelum honeſtatis publicę tam ij, quam reliqui, quorum pater planè incertus aut alias indignus & illicitus eſt omni iuris ciuilis fauore atque ipſius naturæ beneficio indigni habiti fuerint, adeo vt eos nomine naturaliu ius haud dignetur, ſed ipſa etiam iis alimenta ex bonis paternis deneget.

Sicque ad eos ſolos, qui certum patrem & matrem, ſed extra matrimonium habent, omnes leges & conſtitutiones, 29 quæ liberis naturalibus eorúmque deſcendẽtibus proſpexerunt, referendæ ſunt, neque ad vllos alios pertinent.

Per conſequens igitur Hercules cum reliquis ſuis fratribus & ſororibus quoad teſtamentum illud Ioannis de Furno plane in eorum atque filij ſpurij Ioannis fauorem conditum ex prædictis legibus & conſtitutionibus nullam omnino exceptionem aut defenſionem allegare poterat, † præſertim cũ
7 Imperatores coniunctionem cum concubina ex qua naturales deſcendebant, permiſerint ſaltem, non verò ordinarint ne omnino fruſtrarentur ius naturæ, quod quodammodo ad illam pertinere videbatur.

Quare concubinatum, veluti incontinentiam quandam ciuilem, exemplo ſecundarũ nuptiarum pertulerunt, ita tamẽ vt eum religioſis, ſacerdotibus, aliiſque perſonis ſacris & Eccleſiaſticis, iiſque, qui contra interdictionem ex illis deſcendunt, ſeuerè interdicerent. 30 Deinde verò ille planè abolitus & perpetuum ſilentium impoſitum fuit, conſtitutionibus prioribus. 31 quæ illum permiſerant aut potius diſſimularant ac conniuentibus oculis pertulerant, nulla habita honeſtatis publicæ ratione. A meretrice ſiquidem concubina parum atque eo ſaltem differt, 32 quod hæc vni tantum illa verò pluribus corpus ſuum proſtituat. Inter ſcortatorem item atque concubinam fouentem illud ſaltem intereſt, quod hic vna, ille vero pluribus abutatur. Sicque ſcortatio quidem omni tempore prohibita, ſed ſucceſſu temporis concubinatus etiam interdictus fuit.

Imo hodie omnis † coniunctio extra ma- 8
trimonium condemnata & reprobata eſt. 33 Atque quod olim concubinatus pallio & velo tegebatur, hodie ſub ſcortationis, adulterij & illicitæ coniunctionis nomine ac exceſſu patet, 34 atque eo magis deteſtabile & abominandum eſt, quo diutius & ſecretius durauit, ſicque malo more continuatũ fuit, 35 Quare ſi res ita ſe habet, quemadmodum minime dubitandum eſt, quod concubinatus, præſertim hodie inter Chriſtianos, 36 pro mera ſcortatione habendus ſit, vtiq; quod in fauorem naturalium conſtitutum eſt, minimè pertinebit ad eos qui extra matrimonium procreati ſunt, cùm veri ſpurij eorumdémque matres veræ meretrices ſint haud ſecus ac meretrices olim appellabantur concubinæ quando duæ ſimul ab vno fouebantur.

37 Vnde etiam eſſe videtur, quod in Fran-
cia † generali vocabulo omnes omnino il- 9
legitimi ſeu qui ex legitimo matrimonio nati non ſunt comprehendantur. 38 atque indiſtinctè vocentur *baſtards* qualis Germanice dicas *boſer*

Additiones.

25 *l.ſi vicinis,Cod.de nupt.* 26 Oldradus *conſ.* 96. Baldus *conſ.*458.*vol.* 5. Alexander *conſ.*174.*vol.*5.27. Ariſtip. 28 *in l.vulgo concepti,de ſtat.hom.* 29 *§.fin.quibus mod. nat. effic ſui in nou.auth.ex complexu Cod de inceſt.& inut.nupt.* 30 *§.clericis, in Nou. de ſanct.epiſcop.§.ſi quis autem monaſticam, de monach.in Nou.*Bald.*in l.parentes, de in ius. voc.* 31 Leo *Nou.*91. 32 Balſ.*in c.26.epiſt.*Baſi. *ad Amphilocũ* 33 *c.meretrices* 32.*qu.*41 gl.*in clem.ad noſtrum,ſuper verbo,non eſt, de har.* 34 *c.dixit,c.nemo,l.c.meretrices,*32.*qu.*4. 35. Panorm.*in c.tanta,circa fin.qui fil.ſint legit.* 36 Cuiac.*obſeru.*5.*c.*6. 36 *Noue.*18.*in prin.*38. *l.fi.in fi.L.de natur.lib.*Cuiac.*ad d.Nouell.*18.

ſer arth,id eſt, *nequioris indolis homines*,qui etiam alibi ab auctore antiquæ chronicæ Belgicæ. 39. *Valetons* dicuntur, & quorum conditionem nonnulli in Francia noſtra Albinis ſeu extraneis,qui in eadem cō morantur,ſimilem eſſe putant, 40 præſertim quoad ſucceſſiones ab inteſtato, cū earum baſtardi indiſtinctè capaces ſint.41 Ad ſucceſſionem tamen teſtamentariam ij, qui non ex adulterino& inceſto coitu,ſed ex ſoluto & ſoluta, vt loquuntur procreati ſunt, admitti ſolent.

Imò & reliqui ab ea haud arcentur, quātum alimenta attinet,quorum ex diſpoſitione Canonica, 42 quæ etiam in Francia noſtra recepta eſt, omnes illegitimi ſeu baſtardi capaces ſunt etiamſi legitimi filij & ſucceſſores in medio exiſtant.

Idque adeo procedit,vt quamuis nonnul-
10 li tradiderint omnes donationes, † emolumenta & legata, quæ parentes liberis ſuis naturalibus reliquerunt, ſaltē vſque ad dies vitę liberorum durare eorumdémque morte finiri: tamen aliis (quorum etiam opinio communiter obtinuit) haud ſine ratione placuerit, eiuſmodi donationes aliáve emolumenta illegitimis ex ſoluto & ſoluta procreatis relicta,quoad eos, eorundē heredes atque ab iis cauſam habentes, dummodo tertiam vel quartam partem bonorum parentū,aut cuiuſdam eorum nō excedant, nulliſque ex matrimonio legitimo nati liberi, (veluti hoc in caſu Ioannes de Furno & Margaritha erant)extent, valere,atq; plenum & integrum effectum ſortiri 43 præſertim cùm tales baſtardi reſcripto principis aut etiam per ſubſequens matrimonium 44 legitimati,ſicque ſucceſſionis paternę & maternæ planè capaces reddi queant.

Alias verò donationes & liberalitates eiuſmodi,ſi aliis baſtardis quàm ex ſoluto & ſoluta procreatis fiant, aut eorum parentes tempore procreationis quidem ſoluti fuerint,ſed deinde matrimonium contrahentes legitimam ſobolem ſuſceperint,alimēta ſaltem ad dies vitæ reſtringi debent.Qua in re arbitrium iudicum in Francia noſtra multum poſſe ICti Galli moderni teſtantur, 45 referentes præiudicia ſupremæ curiæ Pariſienſis,quæ diuersè, pro baſtardorum qualitate, prolata fuerunt. Quæ cùm ita ſe habeant, quemadmodum dictum eſt, quoad ipſos illegitimos ex ſoluto & ſoluta deſcendentes, multo minorem res habere difficultatem videtur, ratione liberorum naturalium & legitimorum qui ex modo dictis illegitimis naſcuntur, vtpote, qui nullam natiuitatis maculam habent,& quibus vitium paternum aut maternum imputari nequit,ſed potius proſpectum eſt per conſtitutionem vltimo loco poſitam ſub titulo Codicis Iuſtinianei *de naturalibus liberis*, per quam illi planè capaces declarantur liberalitatum atque aliorum,quæ ab auis relinquuntur dummodo liberi naturales & legitimi in medio non ſint, nullúmque impedimentum faciant.

Alias enim ſi legitimi liberi in medio exiſtant,tales nepotes illegitimi eodem in ordine ſunt,quo parentes eorum,ſicque odio potius grauari,quàm fauore iuuari ſolent,quemadmodum Paulus de Caſtro *quodam in loco* notaſſe videtur. 46 Atque ex hiſce dependere videbatur iudicium facti illius, de quo quæſtio erat,cùm prædicta Margaritha filia vnica legitima & naturalis defuncti Ioannis diſpoſuiſſet de bonis, quæ ipſa acceperat vigore teſtamenti paterni, haud obſtante diſpoſitione ac ſubſtitutione à patre facta. Capacitas enim liberorum naturalium & legitimorum à ſpurio procreatorum æſtimatur ex ipſius ſpurij capacitate,quæ, cùm in patre deficit, in eiuſdem liberis quoque deficiat neceſſe eſt.

Accedebat in hac hypotheſi & hoc,quod liberis ſeu nepotibus illis auus naturalis Ioannes viuus adhuc proſpexerat, vt ij alimēta aut prouiſionem ad dies vitæ amplius petere haud poſſent.Præterea licet Ioannes dicti Herculis pater & ſpurius defuncti Ioannis teſtatoris matrimonio eiuſdem durante conceptus & natus non fuiſſet,quemadmodum aſſerebatur quidem,ſed minimè probatum fuerat:attamē ex cauſæ actis apparebat,quod eodem matrimonio conſtante educatus altus ac tali affectione habitus fuerit,vt prædictus Ioannes in teſtamento ſuo in fauorem ſpurij atque ab eo procreatorum veluti trophęa lubricitatis ſuæ ſtatuere voluerit:

Super quibus omnibus,cū proceſſus partitio

Additiones.

39 *capit*.8. 40 Bacquet *lib*.2.*in tract. de doman. Francia*. 41 Maſuer. *in ſua praxi,tit.de ſucc.§ item baſtardus*, Guido Papæ *quæſt*.580. Imbertus *in ſuo enchirid. ſuper verb.ſpurius*. Chaſſan. *ad conſuetud. Burg*. §.3. *tit. des ſucc.des baſtards*, 42 *cap. cùm haberet,de eo qui dux. in matr. quam poll.per adult.authent.licet*, ibi,*paciſci boni viri arbitrio,Cod.de natural.liber*. 43 Bacquet *in allegat.loco*. 44 *l.qui in prouinciā, de rit.nuptiarum*. 45 Bacquet *in loco ſuperius citato*. 46 *in l.Gallus,§.quod ſi his, de liber.& poſthum*.

tio quoad capacitatem aut incapacitatem Herculis,ſicque articulum vltimum *in hac deciſione* explicatum atque partitionis diſcuſſio *in ſecunda claſſe inquiſitoriali*,in qua etiam nos eramus,facta fuiſſet:curia arreſto ſuo XXIII. Decembris, ANNO M.D. LXXXV. prolato appellationem illúdque, vnde appellatum fuerat caſſauit,atque nulla habita ratione diplomatis à prædicto Botteuin impetrati, vt admitteretur tanquã appellans à ſententia Seneſcalli XVI Nouembris ANNO M.D.LXXXXIII.pronunciata;neque oppoſitionis ab Hercule de Furno factæ:Magdalenam de Furno in poſſeſſione duarum villarum de Faugeres & Eſtiuayol in tractu deViuarais ſitarum ſeruauit,abſoluens prædictum Botteuin ab idemnitate, quam Magdalena erga Herculem requirebat.Et quidem compenſatis expenſis, atque ſine reſtitutione fructuum.

Ex quo arreſto atque præmiſſa diſſertatio-
11 ne Dn. Charondas † qui eiuſdem *in reſponſis ſuis* mentionem facit, 47 facilè deprehendere poterit;quàm imperfecti & erronei fuerint commentarij de hac facti ſpecie ſibi tranſmiſſi. Idem etiam in ſimilibus caſibus antea monuimus,citra vllum tamen præiudicium honoris, quẽ domino Charõdæ ob eius merita & labores publicę vtilitatis cauſa ſuſceptos deberi agnoſcimus & ingenuè fatemur.

ADDITIO.

47.libr.7.capit.162.

DECISIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Pater naturalis à filio ſuo ſpurio ſeu illegitimo heres inſtitui nequit.*

PRAEDICTO itaque arreſto declaratum
1 fuit: Herculem filium † dicti ſpurij ſeu illegitimi incapacem eſſe non ſolum legati ab auo materno relicti, ſed etiam ſubſtitutionis ab eodem in fauorem illius ita factæ: ſi Margaritha teſtatoris filia naturalis & legitima ſine liberis decederet.Quoad patrem autem Herculis,qui eum immediatè pręcedebat & teſtatoris filius erat, idem multo magis dici & pronunciari debuiſſet, tum ob rationes & auctoritates ſupra adductas tum propter alias,quæ ab illis& moribus noſtris ſanctis Chriſtianis & Catholicis dependent. Quare etiam alio eiuſdem curiæ arreſto, præſide domino de Manſencal declaratum fuit,patrem naturalem à filio ſpurio heredẽ inſtitui non poſſe , ob hanc potiſſimum rationem : quod omnis concubitus damnatus inducat in perſona tam filij quàm patris incapacitatem ſucceſſionis. 1 Quo etiam facit, quod hodie haud obſtantibus antiquitatum legum & conſtitutionum temperamentis,extra matrimonium omnis cõcubitus damnatus ſit 2 lege potiſſimum Chriſti , ſecundum quam ciuiles omnes, quæue contrarium dicebant , explicandæ ſunt,& conquieſcunt:quemadmodum de fũctus Dn.Corraſius prædictæ curię quondam ſenator 3 concluſit ; cùm modo dicti arreſti mentionem faceret , ex quo , vt ingenuè fateamur,non illud depromſimus cùm tanti momenti eſſe exiſtimaremus , vt alteri, quod *in præcedenti deciſione* allatum eſt,immediatè ſubiici neque ſilentio hîc præteriri deberet.

ADDITIONES.

1 *d.authent.ex complexu,C.de inceſt.nupt.*
2 *capit.nemo ſibi blandiatur, 22.quæſtio.4.*
3 *in l.heres inſtituta,nu.5.C.de impub.*

DECISIO XXXII.

ARGVMENTVM.

Heres extraneus Trebellianicã detrahere nequit de iis bonis , quæ teſtator pleno iure reſtitui iuſſit.

SVMMARIVM.

1 *Verba* pleno iure *appoſita ſubſtitutionib. fideicommiſſariis aut compendioſis quid inducant,& cuiuſnam effectus ſint?*

SEBASTIANVS Ayralus præsbyter in teſtamento ſuo Ioannem Ayralum ex defuncto fratre Bartholomæo nepotem † he- 1
redem vniuerſalem inſtituerat, atque ſi ſuus iſte heres ſine heredibus ex legitimo matrimonio procreatis decederet,vt omnia bona ſua *pleno iure* ad ſororem ſuam Margaritham, & Philippinam ſororem heredis ſui peruenire deberent,diſpoſuerat. Quo eueniente cùm prędefuncta Philippina Margaritha ſola ſupereſſet,eáque Sebaſtiani fratris bona ab eorundem poſſeſſoribus ſibi fideicommiſſi iure reſtitui peteret;iidem Trebellianicam prius detrahere voluerunt, vtpote quam teſtator expreſsè non prohibuiſſet. At eandem eo ipſo ſatis prohibitam fuiſſe dixit Margaritha quod teſtator bona ſua *pleno iure* reſtitui voluerit. Cúmq; hæc cauſa per appellationẽ ad parlamẽtũ Tholoſanũ deuoluta fuiſſet, Domini præſides & ſenato-

res illius expreſsè declararunt, quod in curia iſta ita receptum ſempérque obſeruatu fuerit, expreſſam prohibitionem Trebellianicę neceſſariam non eſſe, ſed eandem per verba iſta, *reſtituantur pleno iure* aut alia æquipollentia fieri poſſe, quando grauati ſeu rogati reſtituere non, teſtatoris liberi vel deſcendẽtes in recta linea, ſed extranei ſunt, idémque arreſto ſuo XII. Iunij, An. M.D.LXXVIII. confirmarunt. 1

ADDITIO.

1 Vide Ferdinandum *in l.1. quartam præfat. 4. nu. 2.*

DECISIO XXXIII.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum conditionale etiã ad liberos fideicommiſſariorũ nonnunquam tranſmittitur.

SVMMARIA.

1 *An ſpes ſubſtitutionis conditionalis ad liberos & deſcendentes fideicommiſſariorum tranſmittatur?*

2 *Rationes & fundamenta contra dictos liberos & deſcendentes.*

3 *Aliæ rationes pro liberis illis & deſcendentibus.*

4 *Reſponſum Papiniani contra dictam trãſmiſſionem.*

GERALDVS Sorbieri Anno 1550. filio ſuo Gabrieli vxorem ducenti in fauorem matrimonij certa quædam bona inſtrumẽto publicè deſuper confecto expreſſa donarat. Deinde idem Geraldus Anno 1554. teſtamentum condidit, in quo filium donatariũ Gabrielem heredem inſtituit, & alteri filio Caſpari certa quædam bona legauit. Talẽ
1 item ſubſtitutionem fecit, † vt, ſi inſtitutus heres Gabriel ſine liberis decederet, omnia ſua bona pleno iure ad alterum filium Caſparem peruenire deberent. Eodẽ ferè menſe teſtamentum quoque Caſpar condidit atque relicto filio Gabriele ex coniuge Franciſca, ante fratrem Gabrielem deceſſit. Tandem diem ſuum Gabriel quoq; Geraldi filius obiit, cùm & ipſe prius teſtatus fuiſſet, atque Octauianum nepotem ex ſorore heredem inſtituiſſet. Huic Octauiano litẽ mouet Franciſca Gabrielis relicti à Caſpare filij mater, dum filio ſuo propter ſubſtitutionem tã ab auo Geraldo primo factam, quã à patre Caſpare repetitam, Gabrielis hereditatem deberi contendit. Replicat Octauianus Caſparem in ſubſtitutione illa aui cõprehenſam, ante fratrem Gabrielem deceſſiſſe, atque ideo ſpem ſubſtitutionis conditionalis ad liberos vel deſcendẽtes ſuos trãſmittere non potuiſſe, imo licet tranſmiſiſſet, nihilominus ſibi Trebellianicã omniáque bona, quæ antea Gabrieli à patre donata fuerãt, deberi, cùm in illis Gabriel vtpote donatione nũquam reuocata grauari haud potuiſſet. Huius igitur controuerſiæ nomine de tribus quæſtionib. potiſſimum diſceptatum fuit, primo vtrum Octauiano hoc in caſu Trebellianica cõpeteret, ſecundo nunquid ſpes fideicommiſſi conditionalis, pendente eiuſdẽ conditione per obitum fideicommiſſarij ad eiuſdem heredes & deſcendentes trãſmiſſa fuerit, adeo vt ij æquè fideicommiſſum iam admitti debeant, ac pater eorum admiſſus fuiſſet, ſi tempore euenictis & cõtingentis conditionis ſuperuixiſſet? Tertio an Gabriel fideicommiſſo grauari potuerit iis in bonis, quæ pater ei antea donarat? Ad primam quæſtionem quid reſponderi debeat ſatis ex deciſione præcedenti patet, cùm in ſuprema curia Tholoſana, vbi hæc lis agitabatur, receptum eſſe dictũ ſit, vt Trebellianica prohibita eſſe cẽſeatur, ſi teſtator bona ſua pleno iure reſtitui voluerit. Ad ſecundam verò queſtionem quod attinet, vtique negari nequit, quod Dd. communiter reſponſio negatiua placeat, etiã tum quãdo de deſcendentib. in linea recta eorúmque fauore agitur. Cuius reſponſionis auctorem laudant gloſſ. communiter adprobatam. 1 pluréſque eius rationes afferunt. Nam primò licet tranſmiſſionis ius locum habeat in fideicommiſſis puris, atque in inſtitutionibus, ob clauſulã codicillarem in fideicommiſſa conuertuntur 2 tamen quãdo agitur de fideicommiſſo conditionali regula cõmunis eſt in contrariũ, nimirum quod trãſmiſſio tũ obtinere nequeat. 3 Deinde idẽ reſpondiſſe videtur Papinianus in hypotheſi ſubſtitutionis mutuę ſeu reciprocæ inter liberos factę, ſub cõditione, *ſi vnus eorũ ſine liberis decederet.* 4. Tertiò iſtud, ICti reſpõſũ confirmari poteſt per argumentũ à contrario ſenſu ex conſtitutione quadam imperiali deprõptũ. 5 Quinto non incommodè alia ICtorum reſponſa ex pandectis huc referri poſſunt. 6 Sexto non

ADDITIONES.

1 *in l. vnic. C. de his, qui ant. apert. tabb. & in l. heredes mei §. cum ita, ad Trebell. in l. cum pater, §. hereditatem, de legat. 2.* 2 *gl. in d. §. cum ita, in verb. ſuſcepiſſet.* 3 *in d. §. cùm ita.* 4 *in all. text.* 5 *l. ſi in perſonam, C. de fideicommiſſ.* 6. *l. vnum ex familia, §. rogo, l. cùm pater, §. heredi, de legat. 2. l. cum à filio, de vulg.*

non ſunt, qui in iudicio contradictorio illud ita obtinuiſſe teſtatur. 7 Verùm nihi-
2 lominus contraria † opinio & reſponſio affirmatiua melioribus & fortioribus rationibus ſuffulta ac propterea æquior videtur, nimirum quod in fauorem liberorum & deſcendentium teſtatoris ſpes quoque fideicommiſſi cōditionalis tranſmittatur. Quam etiam Opinionem Accurſius ſibi contrarius *in duobus diſtinctis locis* defendit & ſequitur. 8 Et probatur, illa à nonnullis per conſtitutionem D. Theodoſij 9 quam Imp. in legatis & fideicommiſſis locum habere debere expreſſè declarat, verùm etſi negari nequit, rationem generalem in fine conſtitutionis poſitam pro fauore liberorum quodammodo facere: tamē ali° planè cōſtitutionis illius probè perſpectæ & intellectæ finis fuit nimirum, vt illud, quod antea in fauorē liberorum, qui ſub patria poteſtate ſunt, conſtitutum erat, per eandem conſtitutionem ad emancipatos quoque extenderetur: adeo vt quemadmodū illi ex parte ſcripti iure præcipuo hereditatem ante apertas tabulas trāſmittebant in liberos, nec in eis valebant leges caducariæ: ita quoque hi eadem ratione tranſmitterent. 10 Haud tamen aliæ rationes deſunt, quibus opinio & reſponſio iſta affirmatiua abundè probari poteſt. Nam primò indubitatum eſt, quod in iuribus cōditionalibus per conuentiones & contractus acquiſitis tranſmiſſio locum habet, propter eam rationem, quia ſpes eſt debitum iri. 11
3 Conſtat autem, quod eandem ſpem liberi † & deſcendentes in hereditatibus & bonis parentum & aſcendentium ſuorum habeant, quorum veluti creditores, 12 ſeu potius, vt Alciatus eos appellat, domini κατ' ἐλπίδα ſunt, 13 adeo vt parentibus defunctis ſuccedentes non dicantur fieri, ſed apparere heredes, atque hereditatem nō accipere, ſed continuare, plenámque & liberam adminiſtrationem conſequi. Quam rationem Accurſius in alio caſu trāſmiſſionis affert, qua in fauorem liberorum querela inofficioſi teſtamēti nondum præparata tranſmitti ſolet. 14 Secundo ſi ergo querela inofficioſi teſtamenti, quæ planè odioſa eſt, nullúmque fauorem meretur ad liberos tranſmitti poteſt: multò magis ad eoſdē transmittetur fideicommiſſū conditionale, quod longè fauorabilius eſt. Tertio & hoc adduci poteſt, quod tranſmiſſio facilè tū fiat, ſi vel coniecturis appareat teſtatorem eā fieri voluiſſe, quemadmodum Baldus, quem plures ſequuntur, docuit. 15 At dubitari nequit de voluntate aſcendentium, quod illo tempore, quo filij ſubſtituti relictis liberis ante heredem grauatum vita fungerentur, in eoſdem liberos ſuum iudicium ſupremum conferri velint. 16 Quarto cùm et veriſſimū ſit, quod liberi ſtatim poſt parētum obitum eorundem heredes ſint, 17 nec attendatur, quod per beneficiū prętoris abſtinere queāt, 18 adeò vt ipſa etiam poſſeſſio ſine noua apprehenſione in eos in Francia continuetur, certè nihil omnino obſtabit, quo minus & fideicommiſſum conditionale rectè in eos tranſmittatur, ita vt in cauſa huiuſmodi trāſmittendæ ſpei fideicommiſſi, quemadmodū & hereditatis, heredes præcipui nihil habeant, liberi habeant, nēpe vt non deſinant eſſe heredes, ſed ſaltem ius ſucceſſionis in eis mutetur. 19 Quintò notum eſt, quod etiam ſpes iuris & actio futura in commercium veniat, 20 atq; quod hiſtorici Romani, qui purè admodum loquuntur, ius tranſmiſſionis ſpem ſubſtitutionum vocarint. 21 Nec obſtat vulgaris illa regula, qua contraria & communis DD. opinio potiſſimum nititur. Nā ab ea, atq; alijs regulis generalibus liberi & deſcendentes non inmeritò excipiuntur.

22 Sic

ADDITIONES.

7 Inter quos eſt Iaſon *in auth. nouiſſima, C. de inoff. teſtam.* ex *l. 1. de offic. quæſt.* 8 *in l. is cui, de act. & oblig. & in d. l. ſi in perſonam.* 9 *in d. l. vnic. C. de his, qui aut apert. tab.* 10 quemadmodum conſtitutionem hanc interpretatur Cuiacius *ad rubr. C. d. titul. & ad Africanum tract.* 4. 11 §. *ex conditionali, Inſt. de V. O.* 12 gl. *in l. 3. C. de iur. & fact. ignor. & in l. fin. C. de codicill.* 13 Alciat. *lib. parerg.* 2. *c.* 15. Ex ſuitatis enim, vt vocant, iure liberi, qui in poteſtate moriētis fuerunt, cuiuſcunq; ætatis, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte, ab inteſtato, vel ex teſtamēto heredes ſint, etiam clauſis tabulis, abſq; aditione velut αὐτοκληρονόμοι ipſo iure ignorantes ſtatim ab ilicò heredes exiſtere, atque ius ἀναπόνομον habere dicuntur. Iaſè Andreas Rauchb *p.* 1. *q.* 15. AD. 14 *in l. ſi quis filium, ſuper verb. cauſam, C. de inoff. teſtam.* 15 *in l. vnic. C. vt act. ab her. &c.* Socinus *in d. §. cùm ita.* Iaſon *conſ.* 154. *col.* 4 *arg. l. in conditionibus, §. 1. de condit. & demonſtrat.* ibi, *niſi fortè hoc animo fuerit teſtator.* 16 *arg. l. tale pactum, §. fin. de pact.* 17 *l.* 1 §. *qui ſunt in poteſtate, ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. cùm miles* 30. *ex quib. cauſ. maior. l. lex Cornelia, in in fin. de teſtam. l. ſi patronus,* 12. §. *fin. l. nihil intereſt rei, §. pen. de bon. libert.* § *ſui autem, Inſtit. de her. qual. & differ.* § *ſui autem, Inſt. de her. quæ ab inteſtat. defer.* 18 *d. l. in ſuis.* 19 *l.* 3. §. *qui fideicommiſſa iam, de her. inſtit.* 20 *l. ſpem, C. de donat.* 21 Tacit. *in annal.*

ante conditum teſtamentum donatæ fideicommiſſo in fauorem alterius filij affici poſſunt, dummodo expreſſa verba teſtatoris voluntatem arguant.

SVMMARIA.

1 *An filius donatarius fideicommiſſo grauari queat in teſtamento patris donatoris in fauorem aliorum eiuſdem liberorum, qui donatarij fratres aut ſorores ſunt.*

2 *Affirmatiuam Scæuola reſponſum ſuadere videtur.*

3 *Verum econtra multi exiſtimarunt donatarium eiuſmodi fideicommiſſo haud grauari poſſe.*

4 *Nam ij ſaltem ad fideicommiſſum obſtricti videntur, quibus per obitum teſtatoris aliud quippiam acquiritur, quàm quod antea ex donatione obuenit.*

5 *Donatarius electus aut inſtitutus per electionem aut inſtitutionem, quæ in aliū conferri poterat, ab eligente aut inſtituente cenſetur honoratus, & per conſequens etiam grauari poterit.*

6 *Filium, cui nuptiarum gratia parentes vel aſcendentes donarunt, fideicommiſſo in fauorem aliorum liberorum & deſcendentium teſtatoris grauari poſſe iudicatum fuit.*

7 *Extrema tamen teſtatoris voluntate donatarium expreſſe, & nominatim in fauorem reliquorum liberorum ſeu fratrū & ſororum ſuarum, grauari oportet.*

8 *Quod cùm in hypotheſi, de qua hic agitur, minimè factum eſſe deprehenderetur, fideicommiſſum ad reliqua ſeu non donata bona reſtrictum fuit.*

SVPERES T nunc tertia quæſtio, quæ non † minori cum difficultate, ac præcedens
1 coniuncta eſt, nempe, an prædictus Gabriel per teſtamentum patris ſui Geraldi in gratiam fratris Caſparis fideicommiſſo grauari potuerit, in bonis, quæ ſibi antea à patre donata fuerant, & ſi Geraldus pater facere hoc potuerit, num id in teſtamento hoc ſuo feciſſe dicendus ſit? Cuius quæſtionis priorem partem DD. communiter affirmatiuè reſoluere ſolent, eadémque affirmatiua reſolutio firmari videtur arreſtis ſupremæ curiæ Burdigalenſis, quæ apud Boerium habentur, 1
2 cuius etiam reſolutionis fundamentum † non exiguum ſuppeditat illud Scæuolę, quo reſpondit filiam grauari poſſe, vt ſi ſine liberis decedat, dotē fratribus reſtituere debeat. 2 Quod reſponſum nonnulli de dote quantitatem legitimæ excedente accipiunt: alij verò ita interpretantur, ſi filia coheres ſit, aut ſaltem hereditarium quoddam commodius ſentiat. Verum ſanior eorum opinio eſt, qui exiſtimant teſtatorem ibi dotem filiæ ſub expreſſa cautione conſtituiſſe, quod ſibi, ſi liberi deficerēt, reſtitui deberet. Nam ſic in iſta hypotheſi haud inconueniens eſt, nihilq; iuri contrarium committitur, quod filiæ iniūgitur cautionem reſtitutionis mutare, atq; loco patris teſtatoris dotem fratri reſtituere, cum ea ratione pater filię nullum nouum onus imponat, ſed ſaltem iubeat, vt illud, quod ſibi ipſi reſeruarat, ad filium ſuū perueniat. Deinde pro vlteriori affirmatiuæ iſtius confirmatione Bartolus, eiúſq; aſſeclæ notant, 3 quod ſi quis alteri donet ſub conditione, quòd poſt obitum donatarij res donatæ ad tertium peruenire debeant, tum donatio reuocari poſſit etiam tertio inuito & & minimè conſentiente.

Multo magis ergo fideicommiſſo grauari, aut alias modificari eiuſmodi donatio poterit. Quod etiam expreſſè reſpondiſſe videtur Iuriſconſultus, 4 ex cuius reſponſo firmum argumētum peti poſſet, ſi non expreſſè de ſeruo loqueretur, cui propter ſuam incapacitatem vllū ſolidū ius acquiri nequit, ſed pactio interpoſita ipſi domino prodeſt, quod in homine libero ſecus eſt. His tamen atq; alijs argumentis, quibus ſententiam affirmatiuam defendentes vti ſolent, minimè obſtantibus, magis eſt, vt iis accedatur, qui negatiuam ſequuntur.

Nam primo eadem optimè confirmatur per illud DD. Diocletiani & Maximiani, quo reſcribunt donationē perfectam conditiones poſtea nō recipere, vtpote cùm donatio inter viuos ſemel perfecta & impleta poſtea irreuocabilis ſit, 5 atq; inuito donatario, cui † per eam irreuocabiliter ius acquiſitū fuit, 3
alterari, aut vllo onere grauari nequeat. Quare haud minus donatio eiuſmodi à fideicommiſſo exemta erit, atque inde exempta eſt dos filiæ, quæ proprium eiuſdem patrimonium dicitur. 6

Secundo, quod alias de pactis & conuentionib⁹ perfectis dici ſolet, ius per eas ſemel acquiſitum alicui, vlterius ei inuito extorqueri

ADDITIONES.

1 *dec.240. n.20.* 2 *in l.fin.§.filiæ, de legat.2.* 3 *in l. qui Romæ, §. Flauius, de V.O.* 4 *in l.2. de ſeru. export.* 5 *l.perfecta, C. de donat. quæ ſub mod.* 6 *l.coheredi, §.cum filia, de vulgar.*

Rr

queri non poſſe, 7 idem quoque de dona-
tionibus inter viuos meritò dicendum eſt,
adeo vt quemadmodum propria heredis
bona in reſtitutionem fideicommiſſi non
veniunt: ita nec veniant bona teſtatoris, quæ
heredi non per teſtamentum, ſed per dona-
tionem aut per alium actum inter viuos, i-
mò etiam per donationem morte confir-
matam acquiſita fuerunt. 8 Quam etiam
4 ob cauſam olim parentes † filiis donantes
interdum ſtipulabantur, vt eos in bonis do-
natis fideicōmmiſſo grauare poſſent: vt licet
filij nec bonorum poſſeſſionem patris acce-
piſſent, neque illi heredes extitiſſent, nihilq;
ex hæreditate poſſiderent: tamen nihilominus
nus & ex ſtipulatu ab heredibus patris & fi-
deicommiſſo ab his quorum intereat, quaſi
debitores conueniri poſſent; maximè poſt
conſtitutionem D.Pij, quam hoc induxiſſe
narratur. 9

Tertio prædicta multò magis procedunt
in donationibus, qualis etiam in noſtra hy-
potheſi eſt, matrimonij contemplatione fa-
ctis, ſeu iis in bonis, quæ pater filio vxorem
ducenti, vel eiuſdem primogenito, aut, hoc
decedente, ſecundo & conſequenter ordine
aliis donauit. 10 Nam alias ſi parentibus
donatoribus licitum eſſet pactis ſolem-
nibus per modum fideicommiſſi contraue-
nire, & liberos ex iſto matrimonio deſcen-
dentes donationis commodo fruſtrari, tum
ea ratione, obliquè facere poſſēt, quòd rectà
facere prohibentur, cùm eiuſmodi donatio-
nes per pœnitentiam reuocari nequeant: ſed
donata pleno iure per eas donatariis acqui-
rantur. *At ei*, inquit Cuiacius, *cui donaſti*
addere ſubſtitutum, quodammodo plenum
ius, quod in eum contuliſtis, reuocare eſt.
11 Illud quidem verum eſt, quod quando
donatio matrimonij cauſa, vel in pactis do-
talibus, ita facta fuit, vt noui cōiuges vni vel
pluribus, quos ex liberis, quos procreaturi
ſunt, eligent, bona donata tradant, fideicom-
miſſo locus ſit, Etſi enim dici poterat eum,
5 qui † poſtea eligitur, nullam à parente ele-
ctore cauſam habere, & per conſequens ab
eo grauari non poſſe, à quo honoratus non
fuit, quemadmodum de legitima quarta,
cæteriſque, quæ lege aut principali proui-
dentia deferuntur, vulgò dici ſolet: 12 at-
tamen exactius rem examinantes fateri o-
portebit, donationem factam iis, qui non-
dum in rerum natura sūt, propriè donatio-
tioné inter viuos appellari nō poſſe Tum e-
nim demum donatio facta ei, qui nondum
conceptus aut natus eſt, valet, ſi verè is na-
ſcatur, atq; in vitalem auram prodeat: ad ex-
emplum inſtitutionis ita factæ, quæ & ipſa
effectū ſuum prius haud conſequitur, quàm
ſi inſtitutus natus fuerit. 13 Atque is, qui ea
ratione à parentib. electus fuit, habet omni-
no, quod iis acceptū ferat. Cùm enim in li-
bero arbitrio eorum fuerit, illo prętereito a-
lium ex liberis eligere, vtique ab iis electus
ſatis abundè honoratus fuit, 14 vt per cō-
ſequens fideicommiſſi onus cōmodè recu-
ſare nequeat. Sic quippe & pater fideicōmiſ-
ſo grauare poteſt ſucceſſores legitimos ab
inteſtato filij impuberis, in eiuſdē bonis ma-
ternis & aduentitiis, cùm illos per ſubſtitu-
tionem pupillarem ſucceſſione impuberis
omnino priuare potuiſſet. Quo & illa per-
tinēt, quæ alias de Falcidiæ detractione tra-
duntur. Conſtat etiam, quod talis electio aut
inſtitutio electioni æquipollens irreuocabi-
lem ſuum effectum conſequatur poſt obitū
eligentis, aut inſtituentis, quemadmodum
donationes inter virum & vxorem, quæ
morte cōfirmantur, ac propterea fideicom-
miſſo & Falcidiæ detractioni obnoxiæ
ſunt, eo quod in poteſtate donatorum fue-
rit tales donationes reuocare, & per conſe-
quens earundem effectū impedire. 15 Nā,
quemadmodum Iulianus in ſimili ferè caſu
dicebat: cui ſtatuliber pecuniam dare
iuſſus eſt, is rogari poteſt, vt pecuniam ali-
cui reſtituat: Cùm enim poſſit teſtator co-
dicillis purè libertatem dare, & hoc modo
conditioné extinguere, cur non etiam per
fideicōmiſſum eandē pecuniam adimendi
poteſtatem habeat? 16 Ex quibus intelligi
quodammodo poteſt differentia inter præ-
dictas donationes, quæ ex diuerſa earundem
natura oritur. Quam differentiam nonnulli
DD. perpendentes, dum examinatis, quæ in
vtramque partem afferri poterant, rationi-
bus deprehenderunt, textu quidem aperto
probari poſſe electos fideicommiſſo ab eli-
gentib. grauare non poſſe, 17 ſed illud Sce-
uolæ

ADDITIONES.

7 *l.pater filiam, ad l.Falcid.l.cùm propone-*
retur, §.à filia ad Treb. 8 *l.ſi.de pact.* 9 Cy-
nus *in l.cum virum, C.de fideicom.* Bartol. &
Socin. in *l.Marcellus, §.quidam, ad Trebell.l.*
ſequens q.de legat.2. Atque ita conſultus re-
ſpondit Cuiac. *conſul.* 20. *l.cum quis decedēs,*
§.pater de legat.3. 11 Aufrer. *dec.capel.Thol.*
453. & ante eum Iohan. Faber. 12 *d.conſult.*
20. 13 *l.quoniam, 20.in prioribus, C.de inoff.*
teſtam. iuncta *l.ſi arrogat.de adop.* 14 Cuiac.
conſ.58.ar.l.ſi quis prioris, §.certū C.de ſecūd.
nupt.l.vnū ex familia, §.ſi duos, de leg.2. 15 *c.*
relatū, & ibi *gl.in ſi.de reſt.* 16 *l.cū inteſtatus.*
§.1.de donat.int.vir.& vxor.l.in donationib.
C.ad l.Falc. iuncta *l ſequēs quæſtio, de leg.2.*

uolæ ratione circumſtantiarum & qualitatum perſonarum,quæ in illo reſponſo exprimuntur,ferè contrarium ſuadere, mediā quaſi viam ingreſſi fuerunt, atque docuere
6 18 filium,cui in pactis † dotalibus,aut alias intuitu matrimonij parentes donationem fecerunt, fideicommiſſo ita grauari poſſe, vt, ſi ſine liberis decedat, res donatæ alijs donatoris liberis reſtitui debeant,qui æquè ac ipſe donatarius,eligi, (ſi electio reſeruata ſit)ab initio a donatore poterat: at in fauorem extraneorum fideicommiſſum in eiuſmodi donatione fieri non poſſe. Exiſtimarunt enim prædicti DD. ea ratione fieri commodè poſſe, vt non ſolum donatariorum,eorundemque heredum & liberorum ius integrum & ſaluum conſeruetur, ſed etiam intentio donatorum impleatur, quæ ad hunc potiſſimum finem tendit,vt eorum bona familiæ & poſteris ſeruentur. 19 Atq;
7 iuxta hanc diſtinctionem † & mediam opinionem ſæpiſſimè à ſupremā curia Tholoſana in fauorem liberorum & reliquorum deſcendentium in recta linea iudicatū fuit. Idque eo magis procedit, ſi donatarij a donatoribus heredes vniuerſales poſtea inſtituti fuerint,atque per omnem ſuam vitam pro talibus heredibus ſine proteſtatione, aut inuentarij beneficio ſe geſſerint. Nam hoc caſu eorum heredibus, qui fideicommiſſum demum impugnare volunt, rectè obiici poteſt,auctores eorum iudicium defuncti in cæteris agnouiſſe, hæreditatemque eius adiſſe.20 Idem ergo in noſtra hy-
8 potheſi † dicendum fuiſſet, quod Gabriel donatarius & heres ſimul à patre ſuo Geraldo fideicommiſſo in rebus donatis firmiter grauari potuerit, in fauorem fratris ſui Caſparis, qui & ipſe donatarius filius erat, adeò vt heres Gabrielis reſtitutionem minimè detrectare iam queat;dummodo de fideicommiſſo rerum iſtarum donatarum legitimè apparuiſſet.Atqui cùm de facto potiùs,quàm de iure hic quærendum videatur, apertéque conſtet fideicommiſſum in donationibus,quæ per mortem teſtatorum plenè ſuum effectum conſequuntur,nominatim& ſpecificè exprimendum eſſe, cōſequens certè eſt, quod hic ſæpius dicta donatio fideicommiſſo hereditatis,aut bonorum minimè contineri intelligatur, 21 præſertim cùm ſit donatio inter viuos, & propterea tacitè fideicommiſſo hereditatis multo minus veniat, quod bona ſic inter viuos donata citra hereditatem, puta alio herede exiſtente, donatarij habituri eſſent. Nam & hic inter donationem mortis cauſa & donationem inter viuos quædam differentia eſt.Illa quippe fideicommiſſo hereditatis continetur, hæc verò non item. Ratio diuerſitatis eſt, quia donatio mortis cauſa legatis, quæ heredem grauatum reſtituere fideicommiſſario omnino oportet,æquiparatur, 22 donatio verò inter viuos non item.Quæ cùm ita ſe haberent,placuit,ſupremæ curiæ Tholoſanæ à fideicommiſſo vniuerſali eximi debere res Gabrieli à patre Geraldo ante teſtamentum conditum donatas. Voluit tamen,vt eædem Gabrieli in legitimam imputarentur, iuxta communem, atque in praxi receptam opinionem. 23 Quæ opinio licet ad normam iuris exactius examinata vix ſubſiſtere poſſe videatur: tamen periculoſum admodum eſt mutare ea, quæ certam interpretationem ſemper habuerunt,cùm ambiguum non ſit Senatum ius facere poſſe. Præterea etiam adiectum fuit detractionem Trebellianicæ hoc in caſu omnino locum habere, cùm de nulla expreſſa prohibitione appareat, quæ tamen requiri ſolet, quoties de liberis ſeu deſcendentibus in recta linea agitur.Tali itaque arreſto tota hæc controuerſia die Martis ante feſtum Paſchæ anno 1582. definita fuit, quod caſum ſubſtitutionis in fauorem Gabrielis relicti à Caſpare filij eueniſſe cenſendum eſſet, atque ideò is vniuerſa & ſingula Geraldi bona habere deberet, exceptis iis, quæ defuncto patruo Gabrieli ab eodem Geraldo ante teſtamentum conditum donata fuerant. Quæ bona vna cum Trebellianica ipſius Gabrielis heredi adiudicata fuerunt. 24

ADDITIONES.

18 *l.vnum ex familia*, §. *ſed ſi vno*, §. *ſi duos*,§. *ſi fundum*,*de legat*.2. 19 In quorum numero eſt Fernand. *in c.vnic.de fil.nat.ex matr.c.7.n.7. & c.9.nu.4.* 20 adeò vt donatores interrogati ob nullam aliam cauſam ſe ita donare veroſimiliter reſpondiſſent:atque ideo hic obtineat,quod habetur *in l.tale pactum*,§.*ſi.de pact.* 21 *l.Lucius Septitius, de fideicom.libert.l.cùm quis decedens*,§.*quæſitum eſt*,*de legat*.3. 22 *l.ſequens quæſtio,verſic.planè ſi nominatim,de legat*.2. 23 *l.ab eo, C.de fideicomm. l.cùm pater*,§.1.*de legat*.2.*l. cùm hi*,§.*idem erit dicendum*,*de tranſact.* 24 Quo pertinent notatæ *in l.quoniam nouella*, *C.de inoffic.teſtamen.*

DECISIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Alia in ſimilibus facti ſpeciebus ſupremæ curiæ Tholoſanæ præiudicia afferuntur.*

1 EOSDEM articulos † tam quoad tranſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis ad liberos & deſcendentes in recta linea, quàm quoad ſeparationem & exemptionem bonorum, quæ in fideicommiſſo teſtamentario comprehenſa non fuerunt, atque ſic in ſimilibus facti ſpeciebus præiudicauit arreſto ſuo prædictæ curiæ Camera edictalis ſedens in inſula d'Albigeois, in qua nos etiam eramus, menſe Iulio, anno 1585. ad relationem D. Franciſci de Sabatier inter Triſtan de Raullet tutorem Franciſci de Raullet ex vna, atque Ioannam Turriam, dominam des Ialenques heredem teſtamentariam defuncti mariti ſui Ludouici de Raullet D. de Ialẽques ex altera parte. Aliud quoque eiuſdẽ curiæ quoad tranſmiſſionem in fauorem teſtatoris deſcendentium præiudicium extat, *in prima claſſe inquiſitoriali* ad relationem D. Ambez 16. April. ann. 1584. pro Grezel contra Nouel prolatum, quo confirmata fuit ſententia Seneſcalli de Beaucaire au ſiege de Nymes, qui pro prædicta ſubſtitutione in fauorem Grezel ex filia teſtatoris, qui ſubſtitutionẽ fecerat, nati pronũciarat. Similiter quoq; quod bona donata per voluntatẽ expreſſam, aut alias probabiliter coniecturatã & præſumptam in fideicommiſſo incluſa & comprehenſa à ſuprema curia Tholoſana anno 1592. arreſtum in fauorem ſaltem liberorum & deſcendentium teſtatoris, minimè verò in commodum aliorum, quamuis propinqui collaterales eſſent, prolatum fuiſſe Charondas teſtatur, 1 qui etiam aliud eiuſdem curiæ arreſtum in cauſam quorundam du Buiſſon dictorum 7. Iulij, anno 1594. pronunciatum allegat, quo dicit, iudicatum fuiſſe, quod ſubſtitutio, quo pater filio ſuo per contractum matrimonij donatoris fratrem & donatarij patruum ſubſtituit nulla, & ſine omni effectu eſſet, ſeu potius (quemadmodum verè res ſe habet, atque alium ſcripſiſſe exiſtimamus) quòd ſubſtitutio, qua pater filio in bonis per contractum matrimonij antea ei donatis fratrem ſuum & donatarij patruum ſubſtituit nulla, & ſine effectu eſſet, veluti à curia Tholoſana regulariter iudicari, atque in praxi obſeruari ſolet. Vnde etiam alius impreſſionis error notandus venit, (aliud enim ab auctoris integritate præſumere nequimus) nempe, quod loco illorum verborum, quibus quæſtio formata fuit: *An pater poſſit ſubſtituere filio in bonis, quæ ei donat?* ponendum ſit, *in bonis, quæ ei donauit?* Nam alias (præterquam quod & præiudicia ab eo allegata, aliaq; ſimilia haud aliter accipi queant) planè in aliis terminis verſaremur, in quibus, ita acceptis, quemadmodum decet, parum difficultatis ſubeſſet, quemadmodum DEO iuuuante infra demonſtrabimus, atque Dn. Fernandus rectè docuit. 2

ADDITIONES.

1 *lib. 9. reſp c. 5.* 2 *tit. de fil. nat. ex matr. ad morganat. contr. cap. 10. nu. 6. 7.*

DECISIO XXXVI.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum conditionale ad liberos ſaltem & deſcendentes teſtatoris in linea recta tranſmittitur, non verò ad eos, qui eidem extranei ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Spes fideicommiſſi ad nullos alios, quã ſuos teſtatoris deſcendentes tranſmitti poteſt.*

CÆTERVM, quod in præcedentibus deciſionibus diximus, ſupremam curiam Tholoſanam iudicare ſolere, quod ſpes fideicommiſſi ſeu fideicommiſſum † condi- 1
tionale ad heredes tranſmitti queat, illud non immeritò ad liberos teſtatoris ſeu deſcendentes in recta linea reſtrictum fuit. Nã his exceptis reſpectu reliquorum, qui extranei ſunt & vocantur, 1 generalis illa regula, qua dicitur, relicta ſub conditione, aut ad diem incertum non cedere quoad tranſmiſſionem, niſi à tempore conditionis impletæ aut diei venientis 2 etiam in prædicta curia exactè obſeruari & cuſtodiri ſolet: adeo, vt heres interea mortui nihil prætendere aut petere poſſit conditione appoſita 3 ſuſpendente vim relictorum 4 in extraneis ſcilicet, in ſuis tamen quaſi continuante. 5 Vnde etiam diuerſitas præiudiciorũ exiſtit hoc in caſu, & quando in legatis, fideicommiſſis, aut aliis diſpoſitionibus conditionalibus, perſonæ honoratæ, & ſub eiuſmodi conditionibus vocatæ non ſolæ, ſed vnà cum ſuis vocantur, ſeu quando ſubſtitutio talem clauſu-

ADDITIONES.

1 *l. vnic. § extraneum, C. de re. vxor. act.* 2 *d. l. vnic. § ſin autem ſub conditione, C. de cad. toll.* 3 *l. intercidit. & demonſtr. l. in cauſa, 2. § Pomponius, de minor.* 4 *l. cedere, de V. S.* 5 *l. in ſuis, de liber. & poſthum.*

clauſulam, *ſubſtitutus & ſui, &c.* habet. Eo ſiquidem caſu ſubſtituti heredes & deſcendētes non ſolùm in conditione, ſed etiam expreſsè in diſpoſitione ſunt, dummodo aliud iis impedimentum nō obſtet, ſicque adiecti videntur per vulgarem & non per fideicommiſſum, quemadmodum ſuo loco infrà dicetur. Atque ad noſtrā relationem ſæpè prædicta curia idem iudicauit, quoad perſonam extraneorum, qui fratres, ſorores, aut alios propinquos collaterales ſubſtituerant, ſi ita ſubſtituti, vel quidam ex iis, cùm plures ſubſtituti eſſent, relictis liberis ante heredem inſtitutum & grauatum deceſſiſſent. Nam quoties poſtea ſubſtitutionis caſu per heredis obitum eueniente, prædicti liberi quotam, quæ defuncto patri, ſubſtitutionis iure debita fuiſſet peterent, petitio iis denegata, atque pronunciatum fuit, quod ſolis ſuperſtitibus ſubſtitutis fideicommiſſum reſtitui deberet. Extant etiam eiuſdem curiæ alia arreſta ſimilia, atque inter ea quoddam mēſe Decembri, anno M.D.LXVII. prolatum, quod à Charonda in ſuis reſponſis refertur, qui eadem occaſione mentionem quoque facit arreſti *in præcedenti deciſione* à nobis allegati, quoad tranſmiſſionem in linea recta, ſed admodum breuiter; cùm forſan cōmentarij inſtructionis loco tranſmiſſi nimis breues & ſuccincti fuerint.

DECISIO XXXVII.

SUMMARIA.

1 *Subſtitutiones nihil cum inſtitutione neceſſaria, atque eo quod inde dependet, commune habent.*

2 *Proprietas dictionis Latinæ ſeu.*

3 *Erga incertos, aut qui nondum in natura ſunt, affectionem ſaltem vagam & incertam habemus.*

4 *In diſpoſitionibus per verba collectiua factis cum pluribus gradibus perſona in illis comprehenſa vocantur ordine ſucceſſiuo.*

5 *Quod tamen procedit reſpectu eorum, qui omnes collectiuè ſine expreſſa nominatione quorundam vocati ſunt.*

6 *Liberis per clauſulā hanc ſubſtitutis appoſitam;* aut liberis eorū *vocatis, quomodo & quando intelligendum ſit liberos vulgariter, & non per fideicommiſſum vocatos fuiſſe?*

7 *In vulgari ratione ſaltem liberorum fideicommiſſaria haud venire, neque vllo modo comprehendi poteſt, & per conſequens ob defectum voluntatis clauſula codicillaris eo in caſu effectum producere nequit.*

8 *In fideicommiſſis cōditionalibus neceſſe eſt, vt ij, qui ſe in iis comprehenſos & vocatos eſſe, prætendunt, in natura ſint, eo tempore, quo illorum caſus per appoſitæ conditionis purificationem euenit.*

IOANNA la Farge, nobilis fœmina & vidua, ac heres defuncti Domini Guilhelmi Pelaty Doctoris, cùm in teſtamēto ſuo II. Ianuarij, Anno M.D.XIII. condito filiabus ſuis certa legata inſtitutionis iure & loco hereditariæ portionis reliquiſſet tam in propriis ſuis quàm in defuncti mariti Pelaty bonis inſtitutionem vniuerſalem hiſce verbis fecit. In omnibus autem aliis bonis ſuis propriis, atque prædicti quondam Pelaty eius, dum viueret, mariti heredes ſuos vniuerſales fecit Ioannem Pelaty, & Berengarium Pelaty eius, ac dicti quondam Pelaty, ſui, dum viueret, mariti filios legitimos & naturales pupillos æquis partibus, cùm & ſub ſubſtitutionibus, quod ſi vnus prędictorum filiorum decederet abſque libero ſeu liberis, quòd illa pars ſiue portio ipſius hereditatis dicti filij ſic decedentis pertineat & ſpectet ad alium eius filium ſuperuiuētem, & econtra, ſeu ad eius liberos abſque detractione alicuius quartæ, vnum alteri, & econtra in caſu prædicto ſubſtituendo. Quòd ſi ambo eius filij atque heredes, vt ſupra inſtituti decederent abſque liberis, quòd tunc & in eum caſum omnia prædicta bona ſua, & dicti quondam vltimi viri ſui eorundem liberorum ſuorum patris, pertineant & ſpectent ad dictas filias ſuas æquis portionibus, ſeu ad eorum liberos abſque detractione alicuius quartæ. Euenit itaque cùm poſt obitum teſtatricis in hac voluntate decedentis, ambo eiuſdem filij Berengarius & Ioannes hereditatem æquis partibus acquiſiuiſſent, eandémque diu habuiſſent, vt Berengarius ſine liberis decederet, atque eiuſdem fratri Ioanni vi factæ ſubſtitutionis reliqua paternæ & maternæ hereditatis pars accreſceret. Quam cùm per XXVIII. annos poſſediſſet, ampliſſimum ex ea prædium patri domini Bernardi Maurel, tum temporis ſecretarij curiæ, atque nunc in eadem actuarij munere fungentem alienauit. Hunc itaque tanquam prædicti patris filium & heredem, atque prædij poſſeſſorem & detētorem, poſt obitum Ioannis Pelaty, eiuſdem relicti liberi Guerin & Iacobus anno M.D.LXXXIII. coram Seneſcallo Tholoſano conueniunt, atque ob ſubſtitutionem ab auia quondam factam, qua ſe omnino com-

prehenſos eſſe contendunt auitum iſtud prædium à patre alienatum reuocāt Bernardus autem, ratione officij ſui cauſam ad libellorum ſupplicum curiam euocari curans eadem ibi retenta excipit, actores ideo non audiendos, ſed ſtatim à limine iudicij repellendos eſſe, quod hereditas illa auita ſemel ab eorum patre adita & occupata eſſet, atque ad eandem non ex propria, ſed ſaltem defuncti patris perſona ij venirent, & idcirco eius factum, quo hereditarium prædium alienarat minimè impugnare poſſent, ſed omnino ratum & gratum habere cogerentur. Quam Bernardi exceptionem actoctores tali replicatione elidere tentant, quòd ſubſtitutione illa ab auia quondam facta omnino comprehenderentur, & veluti ſubſtituti, atque ad hæreditatem auiæ iam vocati ad reuocationem auiti prædij reſtitutioni ſubiecti omnino admittēdi eſſent. Quare etiam expreſſè proteſtantur, atque animum ſuum declarant, quod in alijs bonis heredes patris haud eſſe, neque vllum hereditarium actum gerere velint. Qua replicatione tantùm impetrant, vt curia libellorum ſupplicum pronunciet Bernardum ſine præiudicio exceptionum ſuarum ad propoſitam ab actoribus petitionem reſpondere debere. Aduerſus quam ſententiam in audientia prolatam Bernhardus libellum ſupplicem exhibet, quo illam retractari, atque ſibi quoad oppoſitas exceptiones promptè ius dici petit, de quibus ex actis patere dicebat. At XI. Ianuarij, anno M.D LXXXIV. priori ſententia confirmata effectus ſupplicis libelli Bernhardo denegatus, & decretum fuit, quod ſine præiudicio oppoſitarum exceptionum ad intentatam actionem reſpondere, aut alias pro conuicto haberi deberet. A qua ſententia Bernhardus ad ſupremam curiam Tholoſanam prouocat; atque ibidem deductis vtriuſque partis iuribus totius controuerſiæ cardo poſitus eſſe videtur in interpretatione vocabulorū factæ ſubſtitutioni adiectorum; *ſeu ad eius liberos.* Qua in re allegari potuiſſent nonnulla ex iis, quæ à Doctoribus noſtris amplè & ſatis confuſè, *in l. Gallus, §. quidam rectè ff. de liber. & poſthum.* tractantur.

1 Verùm cùm illa omnia † ſaltem ad inſtitutionem neceſſariam, eiuſque neceſſitatem ex formula Galli Aquilij & circumſtantiis inde dependentibus pertineant, vt eo caſu valeat inſtitutio, qui ex verbis concipi poteſt, *d. §. quidam rectè*, nóſque hic in terminis ſubſtitutionum verſemur, quæ cum inſtitutione neceſſaria, atque eo, quod inde dependet, nihil cōmune habent; ideo illud primò in hypotheſi hac examinandum videtur, an prædicta verba tantùm operentur, vt eorundem vi Guerin, & Iacobus facta ſubſtitutione ita comprehendantur, vt vna cum patre ad bona reſtitutioni ſubiecta admittendi ſint, atque eadem coniunctim cum illo capere debeant? Quod quidem prima facie dicendum eſſe videbatur; cùm dictio Latina † *ſeu* argumentatiua ſit, 1 atque ſic ampliatiua & copulatiua, non ſecus ac cæteræ particulæ Latinæ, *ve, ſiue.* 2 Vnde etiam ex facto cùm incidiſſet quæſtio in legato facto de fundo ſeu ædibus dictionem huiuſmodi, *ſeu* diſpoſitioni appoſitam non diſiunctiuam, ſed coaugmētatiuam eſſe, illámque copulare veriùs, quam diſiungere, & propterea vtrumque ſimul comprehendere, Alexandrum ab Alexandro dixiſſe, eiúſque iudicium probatum fuiſſe legimus. 3 Quo etiam referri poterit iuris Canonici definitio. 4 Communis quoque Dd. opinio opponitur Bartolo, qui exiſtimat hoc in caſu patrem præferendum eſſe liberis ordine affectionis. Aduerſatur enim hoc expreſsè voluntati teſtatoris, quæ ex verbis factæ diſpoſitionis colligitur, atque omni affectionis & charitatis ordini præferenda eſt, 5 adeò vt veroſimile ſit in portione illa fratris, qui ſine liberis deceſſit, fratrem ſuperſtitem atque eiuſdem liberos ſimul concurrere, & in eadem æqualiter ſuccedere debere. Verùm his minimè obſtantibus aliud in noſtra hypotheſi dicendum erit. Nam ea, quæ modò dicta ſunt, tum demum procedūt, ſi liberi tempore factæ ſubſtitutionis iam nati, atque alio, quàm collectiuo nomine vocati ſint. Erga eos enim teſtator eādem affectionem habuiſſe, quam erga patrem eorum habebat, præſumitur, atque ſic de illius voluntate dubitare non licet. Quando verò liberi tum, cùm ſubſtitutio fiebat, nondum nati, atque per nomen collectiuum ſaltem vocati fuerunt, ſuperior definitio obtinere haud poteſt. Cuius. n. apparet quod maiorē teſtator affectionem habuerit, erga eos, quos in collectione illa

ADDITIONES.

1 *l. ſi quis ita legauerit, de aur. & arg. legat. l. ſi ita facta, de iniuſt. rupt. teſtam.* 2 *leg. cùm quis decedens, §. final. de legat.* 3. 3 *libr. 2. genial. dier. cap. 3.* 4 *in c. Raynutius, & c. Raynaldus, extr. de teſtam.* 5 *l. codicillis, §. inſtituto, de leg. 2.* cùm tamē alias affectionis ratio omnino habēda ſit, *ar. l. Lucius, de her. inſt. & l. gener aliter. C. de inſt. & ſubſt.*

illa primò vocauit, atque quod eos cæteris præferri voluerit, præſertim cùm eos, qui
3 † nondum nati, nec in rerum natura ſunt, vaga ſaltem & incerta affectione proſequi queamus. 6

Dubitatione item caret, quod nomine collectiuo vocati ſimul concurrere nequeât, ſed ordine ſucceſſiuo
4 † iuxta prioritatem graduum admittantur, 7 atque quod particula illa Latina *liberos* in numero vocabulorum collectiuorum ſit, omnéſque ſimul deſcendentes comprehendat, 8 adeóque ſubſtitutio ſimpliciter facta per particulam liberos cenſeatur eſſe generalis & collectiua. 9 & ſic vocati, ordine ſucceſſiuo, vnus poſt alterum veniant, vt æqualis omnium ſit determinatio. 10 Quod eo magis hic dicendum eſt, quod particula *ſuperſtes*, ſeu *ſuperuiuens* adiecta fuit. Eo ipſo enim teſtatrix ſatis innuit nepotes non admitti debere, ſi filius adhuc ſuperſit. Cùm igitur conſtet Iacobum & Guerin cum patre Iohanne in portione illa defuncti Berengarij concurrere non potuiſſe, illud adhuc amplius quæritur, an non ijdem poſt patris obitum iam vocati eſſe cenſeantur, atque ex propria perſona ad bona illa auita admittendi ſint? Et quidem reſponſionem affirmatiuam quodammodo ſuadent illa, quæ iam allata fuerunt. Nam ſi vocabulum illud, *liberos* pro collectiuo habetur, tum cõſequens eſt, quòd in diſpoſitione, cui apponitur, plures perſonæ, earúmq; gradus ita colligantur & comprehendantur, vt è vocatis vnus poſt alterum ordine ſucceſſiuo, & quaſi vnus ab alio deſcenderet, ad fideicommiſſum venire debeat. 11 Quare licet eiuſmodi in caſu affectio teſtatoris omnium omnino perſonarum, quæ indefinita illa vocatione comprehenduntur, intuitu non adeò certa ſit: eadem tamen ſatis certa eſt, quoad ipſos gradus, in quibus perſonæ illæ reperiuntur, cùm ſemper proximiores gradu in ſucceſſione potiores ille eſſe voluerit. Sufficit autem in fideicommiſſis, ſi voluntas teſtatoris etiam coniecturata appareat. 12

Colligitur item hic voluntas illa eo melius ex facta ſubſtitutione, quæ compendioſa eſt, atq; inter alias etiam fideicommiſſariam ſubſtitutionem continet. Quæ fideicommiſſaria ſubſtitutio, ideo in prima quoque diſpoſitione ſtatim comprehenſa eſſe cenſetur, vt vna teſtamenti pars per alteram eo melius declarari poſſit. 13 Quicquid verò ſit, contrarium certè veritati magis conſentaneum videtur. Nam ſuperius dicta
5 tum demum ſubſiſtunt ſi omnes † collectiuè vocati ſint, nec vllius nomen ſpecialiter expreſſum fuerit. Volũtas item teſtatoris ea eſſe cenſetur, quæ ex eiuſdem diſpoſitione & verbis conſtat, 14 atq; ad illam arguendam non quæuis coniecturę ſufficiunt, ſed eæ ſaltem, quæ neceſſariæ vel probabiles ſunt. 15 Atque vt illud, quod teſtator planè omiſit, pro omiſſo haberi debet, 16 ita quod bona conſequentia ex eiuſdem verbis elici poteſt, perinde cenſetur, ac ſi ab ipſo teſtatore expreſſum fuiſſet. Quare cùm teſtatrix duos filios ſuos inſtituerit, atque prius mortuo ſuperſtitem ſeu eius liberos ſubſtituerit, euidenter apparet clauſulam † illam, 6
ſeu ad eius liberos, fuiſſe appoſitam in forma vulgaris ſubſtitutionis, vt videlicet tum effectum ſuum conſequi deberet, ſi ſuperuiuens nollet vel non poſſet heres eſſe. Quemadmodum enim, qui alternatiuè inſtituti & vocati ſunt, ſi vnus aut alter eorum ad hereditatem peruenire nolit aut nequeat, beneficio vulgaris ſubſtitutionis ſuccedere ſolent: Ita quoque idem militat, ſi coniunctim vocati ſint, atque coniunctio illa per ordinem ſucceſſiuum accipiatur, & explicetur: præſertim verò, ſi nulla particula deprehendatur, quæ tractum, aut ſucceſſum temporis denotet. Tum enim manifeſtè colligitur,
ꝙ teſtator vulgariter † ſubſtituere voluerit. 7

17 Sta-

Additiones.

6 *l. ſi cognatiꝰ*, & ibi not. *de reb. dub.* 7 *l. cùm ita, §. in fideicommiſſo, l. peto, §. fratre, de legat. 2. l. final. C. de verbor. ſignif.* 8 *arg. l. liberorum, de V.S.* 9 Socinus & Aretin. *in l. Gallus, §. quidam recte, de liber. & poſthum.* 10 *arg. l. Titius.* vbi gl & Alex. *de liber. & poſthum. l. iam hoc iure, 4. de vulg. & pub. ſubſt.* DD. *in l. heredes mei §. fin. ad Trebell. & in c. indicante, de teſtib.* 11 *l. cùm proponeretur, ad Trebell. l. qui ſolidum, §. 1. de legat. 1.* 12 *l. qui filiabus, de legat. 1.* Decius *conſ. . 5. n. 3. conſ 270. n. 2. conſ. 416. n. 4. conſ. 480. n. 2.* Quetta *conſ. 57. n. 7. vol. 1.* Vincent. Honded. *conſil. 57. n. 7. vol. 1.* Vincent. de Franchis *dec. 52;. n. 26. & dec 153 n 3.* AD. 13 Non enim ex noſtro cerebro diuinari ea debet Cornel. *conſ. 61. num. 2* ſed ex forma verborum, quibus teſtator vſus fuit, cognoſcitur. Bartol. *in l. ſi arrogator numer. 25. de adopt. cum ſimilibus.* Adrian. Gilman. *1. rer. iud. def. 6. n. 67. arg. l. Gallus, §. 1. de liber. & poſth.* AD. 14 *arg. l. Lucius Titius. §. tres fratres, ad Trebellian.* 15 Baldus *in l. vnic. C de his, qui ante apert. tab.* 16 Quod DD. communiter teſtantur, Baldus *in d. l. cùm ita, §. in fideicommiſſo.* Decius *conſ. 205.* Alex. *conſ. 24. vol. 3.* Crauetta *conſ. 131. n. 13.*

17 Statim itaque ac Iohannes Guerin & Iacobi pater, poſt obitum Berengarij fratris, eiuſdem portionem acquiſiuit, vulgaris illa ſubſtitutio planè expirauit, vtpote quæ propriè ad perſonas Berengarij & Ioannis directa fuit, atque ad Guerin & Iacobum haud aliter pertinuit, quàm ſi eorum pater Iohannes poſt obitum Berengarij ob mortem, repudiationem, aliámve cauſam, portionem illam accipere noluiſſet vel non potuiſſet. 18 Sanè, ſi ij à teſtatrice grauati vel onerati fuiſſent, tum ſatis firmiter præſumi potuiſſet, quod honor quoque inſtitutionis, ſeu ſubſtitutionis ad eos pertinuiſſet, 19 atque ſic fideicômiſſum inductum fuiſſet. 20 Econtrà
8 vero cum liberi † non grauati, nec onerati, ſed ſaltem in conditione poſiti fuerint, omne fideicommiſſum merito excludetur, per argumentum à contrario ſenſu, quòd in toto iure noſtro, præſertim verò in materia teſtamentorum, eorundémque interpretatione, fortiter admodum ſtringit. 21 Haud etiam quicquam obſtat communis DD. reſolutio, iuxta quàm vi clauſulę codicillaris ſubſtitutio directa in fideicommiſſariam conuerti dicitur. 22

Nam illud procedit in ſubſtitutione compendioſa, quæ fideicommiſſariam comprehendit, atque ſic voluntas teſtatoris ad illam vſque extenditur, vi clauſulæ codicillaris, quæ eam ipſam quoque ob cauſam adiecta fuiſſe cenſetur. 23 Verum in ſubſtitutione vulgari ſecus eſt, vtpote quę fideicommiſſariam non comprehendit, atque ad eam extendi nequit, vt ideò voluntatis defectum clauſula codicillaris minimè ſuppleat. Quãuis enim ſubſtitutio quoad ipſus duorum fratrum perſonas compendioſa fuerit: tamen quantum eorum liberos attinet, illa pro abſolute vulgari & directa habetur, tum propter ordinem affectionis, 24 tum, quod haud alia teſtatricis voluntas fuerit, quàm quod eo ſaltem caſu fratris liberi defuncto in bonis illis ſuccedere deberent, ſi ipſemet frater ſuperuiuens heres fieri nollet, aut non poſſet: atque adeò, dum defuncti portionem accipere iuſſi ſunt, nullo modo grauari dici queant, ſed omnis ſubſtitutionis effectus ſaltem ad vnicum illum caſum, quo alteruter fratrum decederet, directus ſit. Expreſſam item liberorum mentionem propterea factam fuiſſe dici poteſt, ne ob adiectam particulam *ſuperuiuentis*, vel *ſuperſtitis* tranſmiſſionis ius impediretur, 25 ſed ſubſtitutus particula illa non obſtante, portionem vi ſubſtitutionis acceptam, veluti perpetuo, ac priuato iure, & velut domeſticam, atque materno teſtamento quæſitam ſibi habere, ſuiſque relinquere poſſet. 26 Quæ cauſa ſatis probabilis eſt, cur clauſula illa, *ſeu ad eius liberos*, adiecta fuerit. Tandem etiam in hac hypotheſi meritò attendi oportet, quod actorum pater ante XXVIII. annos portionem fratris prædefuncti acquiſierit, atque tum temporis Iacobus maior natu, qui nondum viginti quinque annos iam habet, eiúſque frater Guerin concepti vel nati adhuc non fuerint. Quare ſatis apparet, illorum intentionem, qua ſe cùm patre, in fideicommiſſo cõcurriſſe, vel ſaltem poſt eius obitum ad illud ex propria perſona admittẽdos eſſe contendunt, iure fundatam non eſſe. Illud enim requiritur, vt omnes, qui ad fideicommiſſum admitti volunt, tunc quando dies fideicommiſſi cedit, in rerum natura, atque in ea neceſſitudine ſint. Quod cum hoc in caſu factum non fuiſſet; ſatis apparebat, quàm malè Ioannis liberi in intentione ſua fundati eſſent, vt propterea meritò à limine iudicij repelli deberent, cum abſtinendi ſpem non haberent. Curia itaque arreſto ad noſtram relationem II. Septembris, anno 1584. prolato appellationem, illúdque, vnde appellatum fuerat, caſſans Bernhardum ab actorum petitione compenſatis expenſis abſoluit.

ADDITIONES.

17 Quæ clauſula tacitè ita ſubintelligitur, perinde ac ſi expreſsè appoſita fuiſſet: *arg gl. in l. ſi negotium, C. de negot. geſt.* 18 *arg. l. ab eo, C. de fideicom.* 19 *l. Titio Seio, §. Seia libertis, de legat. 2.* 20 *l. ſi legatum purè, §. legata inutiliter, de adim. legat. l. aliquando, de condit. & demonſt.* 21 Bald. *in l. verbis ciuilibus, de vulg.* 22 Bald. *alleg. loc.* 23 vt notat Raphael Cuman. *in d. §. quidam rectè.* 24 Socin. iun. *conſ.* 133. *vol.* 1. Ruin. *conſ.* 137. *vol.* 3. Curt. iun. *conſ.* 69. Alexander *conſ.* 252. *libr.* 6. 25 *arg. l. quicunque 2. C. de omni agr. deſert.* 26 *l. interuenit, de legat. præſtand.* Bald *in l. humanitatis, C. de impub.* Alex. *conſ.* 25. *in fin. libr.* 3. & *conſ.* 13. *libr.* 4. Socin. *in l. ſi cognatis, num.* 13. *de reb. dub.* Mandel. Albenſ. *conſ.* 106. *num.* 13. Ioannes Andr. *in addit. ad Speculator.*

DECISIO XXXVIII.

ARGVMENTVM.

In fauorem ſubſtitutorum à teſtatore liberorum vel deſcendẽtium alternatiua in copulatiuam mutari ſolet.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Conſtitutio Iuſtiniani quoad ſubſtitutiones factas ſub pluribus conditionibus negatiuis cum diſiunctiua poſita inter quamlibet earum iuxta opinionem Fernandi explicatur.*

2 *Mentio liberorum, corundémque parentum in allegata conſtitutione iuxta prædictam opinionem ad heredem grauatum, eiúſque liberos refertur.*

3 *Quam ob cauſam in prædicta conſtitutione eiuſdem deciſio perhibeatur, non ſolum teſtamento, ſed etiam patribus, grauatis heredibus, eorúmque liberis grata eſſe.*

4 *Præiudicium ſupremæ curiæ Tholoſanæ ea de re congregatis omnibus claſſibus prolatum.*

5. *Res tamen eo rediit, vt propter diuerſas & contrarias opiniones interpretum iuris quoad conſtitutionem illam concluſum fuerit, quod ea locum quoque habere, eiúſque vigore alternatiua in copulatiuam mutari debeat in fauorem ſubſtitutorum deſcendentium in recta linea teſtatoris.*

1 EX conſtitutione D. Iuſtiniani, quæ † de ſubſtitutione ſub pluribus conditionibus negatiuis ita facta, vt diſiunctiua in medio cuiuſlibet prædictarum conditionum poſita ſit, loquitur; DD. communiter inferunt; in fauorem liberorum & deſcendentium talem & ſimilem diſiunctiuam pro copulatiua, & cõtra copulatiuam pro diſiunctiua accipiendam & explicandam eſſe. 1 Idque propter præſumptam defuncti mentem, quam inde coniiciunt, quod inter alias conditiones teſtator etiam hanc poſuerit: *ſi heres ſine liberis decedat*, atque ideo præſumi non poſſit, eum ſenſiſſe aut voluiſſe, vt
2 conditionibus exiſtentibus, † atque grauato liberos relinquente ſubſtituti vocari, & liberos excludere debeant, cum horum eam ipſam ob cauſam teſtator meminerit, vt ſubſtitutos excluderet. Dn. Fernandus 2 prædictam conſtitutionem ita interpretabatur: quod licet Iuſtinianus eam ad extraneos extenderit; tamen cum inter plures conditiones negatiuas in ſubſtitutionibus appoſitas, vnica iſta; *ſi ſine liberis heres decedat, &c.* falſa ſit, reliquæ, vt vt veræ, officium ſuũ perdant. Pro qua interpretatione firmanda iſte textum conſtitutionis illius ita legere ſolebat: *& ipſe vel ipſa liberos ſuſtulerit, ſiue nuptias contraxerit, ſiue teſtamentum fecerit* (hic ille adiiciebat) *ſiue nõ*, id eſt, quicquid aliter contigerit, firmiter res poſſideri, & non eſſe locum ſubſtitutioni earum vel reſtitutioni: Adducebat etiam ad hoc rationem in ipſo textu poſitam (quam alias iuxta lectionem vulgatam ipſi deciſioni è diametro repugnare dicebat.) Cui enim ferendus eſt intellectus, ſi forſitan teſtamentum quidem nõ fecerit, poſteritatem autem habuerit propter huiuſmodi verborũ anguſtias liberos eius omni penè fructu paterno defraudari. Idem enim eſt, ac ſi Imperator generaliter dicere & definire voluiſſet; ſi inter conditiones negatiuè & alternatiuè poſitas, atque ſubſtitutioni, cuicunque etiam perſonæ factæ adiectas, & illa deprehendatur; *ſi heres ſine liberis decedat*, eadémque per exiſtentiam liberorum deficiat, tum ſiue reliquæ conditiones impleantur, ſiue fallant, ſubſtitutionem & reſtitutionem locum nõ habere nec ea liberos excludi poſſe, cum tum demum conditionalis diſpoſitio (quam Imp. ſimpliciter cõditionem vocat) effectum ſuum conſequatur, ſi mihi l ex iis fuerit ſubſecutum, vt incertus ſucceſſionis morientis exitus, videatur certo ſubſtitutionis vel reſtitutionis fine concludi. *Sola itaque* (dicebat Fernandus) *exiſtentia liberorum facit, vt deficiente hoc in loco conditione omnes reliquæ deficiant, atque ſic ſubſtitutio, quæ ſub iis concepta erat, euaneſcat.* 3 Nec curandum eſt, poſtquam liberi ſuperſunt, quid cum aliis conditionibus contigerit, quæ ſi non purificentur, ſubſtitutio procul dubio locum non habebit, earundẽ vero purificatio ſine effectu erit, ſi appoſita conditio liberorum per eorundem exiſtentiam defecerit, cum hac deficiente reliquæ omnes deficiant, & diſiunctiuæ vim ac effectum alternatiuarum perdant, atque ſingulari metamorphoſi in copulatiuas mutentur. Suppletio item illa duarum particularum, *ſiue non*, qua Fernandus *in dicto textu* poſt verba; *ſiue nuptias contraxerit, ſiue teſtamentum fecerit*, vtebatur, non adeò incõueniens videtur, præſertim propter naturam & proprietatem particulæ *ſiue*, quæ inter conditiones poſita, talem in iure ſignificationem & ſenſum habere ſolet. 4 Atque ſi prædicta conſtitutio ita accipiatur, † tum 3
hoc in caſu non immeritò ſingularis, notatúque admodum eo digna videbitur in fauorem liberorum heredis grauati, quos teſtator

ADDITIONES.

1 *l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſt.* 2 *in ſuis lecturis manu ſcriptis.* 3 *l. legata ſub conditione, de cõd. & dem. l. 1. C. de indict. vid. toll.* 4 *arg. l. Iulianus, in 3. reſp. de cond. indeb. l. huiuſmodi, quando die. leg. ced.*

teſtator æquè dilexiſſe præſumitur, atque eorum patrem dilexit,ita vt prudens conſilium teſtatoris animaduertatur, qui non ſolum ipſum heredem ſubſtitutis prætulerit,ſed etiam eius liberos.5 Quod enim cõſtitutio ad liberos heredis grauati referenda ſit,inde facilè colligi poteſt,quod ad perſonas extraneas extendatur, quæ heredes inſtitutæ, atque ſub iiſdem conditionibus grauatæ fuerunt. Vnde infertur, quod,ſi inter plures conditiones negatiuè poſitas, ſola conditio liberorũ impleatur, atque poſt obitum heredis nulli amplius liberi ſuperuiuant, tum eorundem fauore, veluti cauſa principali conſtitutionis ceſſante, effectus etiam eius ceſſet,atque ſic reſpectu aliarum conditionum coniunctio alternatiua, nunquam in copulatiuam conuertatur. Etſi enim DD. communiter contrarium ſtatuerunt,eo quod in conſtitutione ſaltem † dicatur,
4 *liberos ſuſtulerit*, non verò adiiciatur:*Et reliquerit*: tamen adiectio hæc pro deciſione caſus in ipſa conſtitutione minimè neceſſaria fuit,cùm ſemper, niſi contrarium dicatur, liberos ſuperuiuere præſumi ſoleat.Imo licet hoc non eſſet,tamen vocabulum illud,*reliquerit*,facilè ſuppleri atque interpretationem recipere hæc conſtitutio poſſet ex iis,quæ alias expreſſo iure definita ſunt.6 Atque ſic ſubſtitutione ſub prædictis conditionibus concepta ſi conditio liberorum priuatiuè impleatur, ſubſtitutioni locus erit, vtpote quæ potiſſimum in fauorẽ grauati liberorum facta fuit, qui cùm non exiſtant,meritò ceſſabit effectus cõſtitutionis,per quam in eorum fauorem alternatiua mutabatur in copulatiuam, quæ cùm ij in medio non ſint, naturam ſuam obtinebit,7 præſertim cùm conſtitutio ſaltem loquatur de eo caſu,quo heres grauatus liberos reliquit. Contrarius ergo caſus nempe non exiſtentium liberorũ habebitur pro omiſſo,& remanebit in diſpoſitione iuris cõmunis,quo ſubſtitutus admittetur. 8 Quibus & hoc accedit,quod alternatiua ſemper naturam ſuam obtineat,niſi appareat de cõtraria voluntate teſtatoris, quæ communiter ex perſona exiſtentium liberorũ coniicitur, cum eorum contemplatione haud aliter ſenſerit, quàm quod alternatiua vim copulatiuæ habere deberet.9 Qua præſumpta teſtatoris voluntate propter liberos,qui
5 † illam inducere poterant, non exiſtentes ceſſante,locum habet voluntas expreſſa,atque intelligitur & explicatur iuxta naturã alternatiuæ, ſi alternatiuè concepta ſit, vel etiam iuxta naturam copulatiuæ,ſi copulatiuè facta fuerit,cùm nulla ratio ſit, cur alternatiua in copulatiuam vel ecõtra copulatiua in alternatiuam hic conuerti debeat. Magna.n.differentia eſt inter reliquas conditiones,atque inter conditionẽ *ſi ſine liberis*, cũ hæc ſola ſubintelligatur in ſubſtitutione à patre filio facta,10 ſed reliquę *ſi ſine teſtamento,&c.* minimè ſuppleantur. Quare conſtitutio iſta meritò fauorabilis eſt non quidem reſpectu teſtamẽti, ſed contemplatione patris grauati heredis, eiúſq; liberorum,in quorum fauorem (vt ſæpius iam dictum eſt)ſi in medio exiſtant alternatiua in copulatiuam conuertitur, quæ alias genuinam ſuam ſignificationẽ & naturam obtinet. Cõuerſio ergo iſta tũ demum fieri ſolet, quando ſubſtituti ſunt deſcendentes teſtatoris in linea recta veluti magis dilecti, 11 quã omnes alij heredes & ſucceſſores primi heredis grauati. Atq; ſic cùm ciuis quidam de Leyctoure duos liberos ex matrimonio ſuo habens maiorem natu in teſtamento heredem vniuerſalem inſtituiſſet,eique, ſi ſine liberis decederet, aut teſtamentum non faceret, iuniorem fratrem ſubſtituiſſet,mortuo poſt obitum teſtatoris,inſtituto herede ſine liberis,qui prius teſtamentum condiderat,inque eo vxorem heredem ſcripſerat, reſponſum fuit hac diſpoſitione fratris minimè obſtante caſum ſubſtitutionis in fauorem filij iunioris à primo teſtatore relicti eueniſſe. 12 Quod reſponſum † 6
etiam poſtea parlamenti Tholoſani arreſto menſe Iulio, Anno 1566. confirmatum fuit. Idemque etiam antea menſe Maio, an.1531. à prædicto parlamento iudicatum,ſemperque conſtitutio Iuſtiniani † ita accepta fuit, 7
quòd in fauorem ſubſtitutorum deſcendentium teſtatoris,alternatiua in copulatiuam conuerti deberet. 13

ADDITIONES.

5 *l.Lucius,2.de her.inſtit.* 6 *l.ex facto,§.pen.ad Treb.* 7 *l.quod vero,& l.ius ſingulare,de LL.* 8 *l.ſi heredi plures,de condit.inſtit.* 9 *l non aliter,de legat.3.* 10 *d.l.generaliter,§.cùm autem.* 11 *l.cùm acutiſſimi,C.de fideicom.l.tale pactum,§.fin.de pact.* 12 Ita conſultus reſpondit Fernandus contra omnes Italos, atque ipſum etiam Iaſonem *conſ.38.vol.1.* 13 Atque huc etiam pertinent ea,quæ tradit Charondas *lib.7.reſponſ.cap.162.*

DECISIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Iuxta ſtylum ſupremæ curiæ Tholoſanæ*

extraneæ

extranei grauato ea lege ſubſtituti, ſi ſine liberis decedat, vel teſtamentum non faciat, ſtatim excluduntur, ſi grauatus ſine liberis decedens teſtamentum fecerit.

1. QVAMVIS in præcedenti deciſione dictũ ſit, quod allegata conſtitutio † D. Iuſtiniani expreſſè & in terminis ad extraneos quoque heredes inſtitutos & grauatos extendatur, omnéſque illæ rationes, ob quas Iuſtinianus conſtitutionem hanc ſuam & parentibus & liberis gratam apertè profitetur, non minus contemplatione extraneorũ heredum inſtitutorum, & fideicõmiſſo grauatorum, quàm ipſorum teſtatoris liberorũ militent, & minimè ad ſubſtitutos, eorúmq; deſcendentes pertineant: attamen illud à parlamento Tholoſano non receptum eſt, ſed ita obſeruatur, vt quoties ſubſtituti extranei, nec in numero teſtatoris deſcendentium ſunt, 1 tum alternatiua ſine vlla conuerſione in ſuam naturam obtinere debeat, atq; ſi grauatus teſtamentum fecerit, ſubſtituti excludantur, licet altera conditio, *ſi ſine liberis*, exiſtat & impleatur. Atque ſic à prædicto parlamẽto iudicatum fuit ad noſtram relationem 17. Auguſti, anno 1587. in cauſa Pauli de Rouiengous contra Franciſcum de Rouiengous, atq; aliis ſimilibus arreſtis, tam anteriori, quam poſteriori tempore à parlamento iſto prolatis eo porrectum id fuit, vt locum habere deberet, licet à grauato planè extranei, qui nec primũ teſtatorem nec heredẽ grauatũ vlla ratione attingunt, inſtituti fuerint, & econtra ſubſtituti in numero propinquorũ teſtatoris, vel etiã heredis grauati ſint. Ita n. iudicatũ fuit 19. Maij, an. 1599. in cauſa D. Antonij præpoſiti, iudicis & magiſtratus præſidialis in Seneſcallatu de Rouergue, qui planè extraneus & neutri teſtatori ſanguinis vinculo iunctus erat, contra Marcũ & Petrũ Raynaldos, nepotes ex fratre teſtatoris primi & ſecũdi conſobrinos. Vnde colligi poteſt, quod in parlamento iſto pro certa & indubitata regula habeatur; extraneos à teſtatore heredi ea lege ſubſtitutos, ſi is ſine liberis decederet vel teſtamentũ nõ faceret, ſtatim excludi, quãdo grauatus teſtamentum fecit, licet liberos nõ reliquerit: quódq; indiſtinctè illud procedat, ſiue grauat⁹ propinquos ſuos, ſiue planè extraneos inſtituerit. Probãt quoque eiuſmodi præiudicia, ſupremas Frãciæ curias ſeu parlamenta diſpoſitioni legũ Romanarum non tam arctè adſtricta eſſe, quin ab iis interdum recedere, atque talem interpretationem introducere poſſint, quæ in poſterum pro iure obſeruetur, 2 vtpote quę procedit ab auctoritate eorum, qui pro re nata liberã cauſarum diſceptationem hãbẽtes æquo & bono ita vti debent & ſolent, vt cæmentarij fabri & alij ſtructores Lesbya norma vtentes. 3 Vnde etiam eſt, quod licet ſumma laude dignæ ſint nouellæ & exactæ illæ interpretationes iuris Romani, quas ex antiquiorum interpretum monumentis Alciatus, Conanus, Duarenus, Cuiacius, aliiq; recentiores DD. eruerunt; tamen minimè conueniat, aut etiam ad propagationem iuſtitiæ proſit, vt ex antiquis & certis illis regulis, quæ in parlamentis, aliiſue curiis receptæ ſunt, & ſanctè cuſtodiuntur, quicquam immutetur, niſi prægrauante æqui, boniq; lance ob peculiares temporis qualitates & circumſtantias conſulto principe & præuia ſufficienti cauſæ cognitione aliter in poſterum ordinatum fuerit. Nam alias maxima confuſio, exiſtere, atque haud immerito videri poſſet, iuſtitiam non à ſeipſa dependere, nec eius voluntatem conſtantem & perpetuam eſſe, cùm non ſemper idem omnibus ius dicat, ſed per eius ſententiam hoc tempore à nonnullis perdatur, quod alij ſeculo anteriori in cauſa ſimili, & eaſdem planè circumſtantias habente obtinuerunt.

ADDITIONES.

1 qui nimirum extranei vocantur, *in d. l. vnic. in §. extraneum, Cod. de re vx act.* 2 *arg. l. minimè mutanda, iuncta l. non ambigitur, de LL.* 3 Baldus ex Ariſtotele *libro 5. moral.*

DECISIO XL.

SVMMARIVM.

1 *In fauorem teſtatoris deſcendentium copulatiua etiam in alternatiuam in fideicommiſſis mutari, atque legari poteſt à grauato vſusfructus rerum reſtitutioni ſubiectarum, ſi fideicommiſſarius heres inſtituatur.*

ANTONIVS Londus in teſtamento ſuo heredem inſtituit † Bernhardum Londum, filium ſuum primogenitum, ea lege, vt ſi is ſine liberis decederet, & teſtamentum non faceret, & heredes non relinqueret, eidem frater germanus Petrus, alter teſtatoris filius, ſuccedere deberet. Euenit, vt poſt obitum Antonij patris, qui in voluntate illa 1

deceſſerat, teſtamentum quoque filius Bernardus conderet, atque in eo fratrem Petrũ, qui ſibi in paterno teſtamento ſubſtitutus fuerat, heredem inſtituens vſumfructum omnium bonorum ſuorum vxori & matri legaret, ita vt quoad vnum ſemiſſem mater, quoad alterum verò vxor, quamdiu in viduitate maneret, vſufructuaria eſſet, ſi verò hæc denuo nuberet, plenus vſusfructus ad matrem pertinere deberet. Mortuo ſine liberis Bernhardo, hæres eius Petrus, matri quidem non aduerſatur, ſed relictæ à fratre viduæ vſumfructum in teſtamento mariti conſtitutum præſtare recuſat. Hæc igitur coram Seneſcallo de Lauragois eo nomine litem mouet, atque ſibi ſemiſſem vſusfructus in vniuerſis & ſingulis defuncti mariti bonis adiudicari petit, tantúmque impetrat, vt per ſententiam Seneſcalli ſub ſolita iuris cautione in ſemiſſe vſusfructus etiã frumẽto, quod in bonis mariti, poſt eius obitum repertum fuerat, non excepto ſeruetur. Ab hac ſententia Petrus ad parlamentum Tholoſanum prouocat, & grauaminum loco potiſſimum deducit, quod frater Bernardus non potuerit, & multo minus præſumatur voluiſſe relinquere matri & vxori vſumfructum in aliis bonis, quam quæ ad ipſum ſpectarint, & de quibus diſponere ei licitum erat, nempe de quartis, legitima & Trebellianica de vniuerſis bonis defuncti patris deducendis in quibus etiam liberè vſumfructum tam fratris viduæ, quàm matri ſe cõcedere paratum eſſe Petrus dixit. Verum vidua actrix replicauit, quod Petrus teſtamẽtò patris, relictóque in eo fideicommiſſo minimè niti poſſet, cum fratri Bernhardo ita ſubſtitutus fuiſſet, *ſi is ſine liberis decederet, & teſtamentum non faceret.* At poſtquã Bernardus teſtamentum fecit copulatiuam verificatam ſeu impletam non fuiſſe, & per conſequens nec fideicommiſſi caſum eueniſſe; tamen Petrum fratri Bernardo ſimpliciter, & ſine inuentarij beneficio ſucceſſiſſe, & propterea factum eius in dubium vocare, aut eiuſdem voluntati aduerſari nõ poſſe, cùm is non ſolum heredis, ſed etiam aliorum bona licitè legare potuerit, matri præſertim & vxori tam arcto neceſſitatis vinculo ſibi coniunctis. Hæc itaque lis cùm à parlamento Tholoſano definienda iam eſſet, primo dubitatum non fuit, ob præiudicia in prioribus deciſionibus adducta caſum ſubſtitutionis fideicommiſſariæ eueniſſe, propter conſeruationem voluntatis teſtatoris intentionem tacitam & verosimilem, cuius gratia (vt ſupra dictum eſt) non minus copulatiua in alternatiuam, quàm alternatiua in copulatiuam frequenter in iure mutari ſolet. 1 Nam etſi copulatiua regulariter coniungere, & in vnum quaſi cum iiſdem qualitatibus ſociare ſolet, 2 ex mente tamen pronunciantis aut teſtatoris nonnunquam pro diſiunctione illam accipi Labeo reſpondit, cùm vna dictio commodè pro alia accipi queat, quando ita expedit, 3 præſertim, vt abſurditas euitetur, quæ ex rigore copulæ exactius obſeruato ſequi poterat. 4 Atque ſic in materia diſpoſitionis teſtamentariæ conſultus reſpondit Alexander, 5 quem Paulus de Caſtro ſequitur, 6 & quidem in hypotheſi, quæ multo minorem fauorem, quam noſtra meretur, vbi de fauore liberorum deſcendentium teſtatoris in linea recta agitur, cuius contemplatione ſemper ad eiuſmodi interpretationem propendere, & inclinare debemus, vt extranei non admittantur. Referri item huc poſſe videntur rationes, & præcipua fundamenta tam prædictæ conſtitutionis alternatiuam concernentis, quàm illius, quod alibi Vlpianus in paribus terminis reſpondit, 7 quemadmodum Accurſius notat 8 Et quamuis dici poſſet Petrum ſaltem ratione ſubſtitutionis à patre factæ, vt quendam ex filiis, aut deſcendentibus primi teſtatoris conſiderari poſſe, non verò quatenus heres inſtitutus à fratre Bernardo fuit, cùm huic liberum omninò fuerit planè extraneum inſtituere, atque ideò etiam Petrus ratione inſtitutionis iſtius pro extraneo habendus ſit: attamẽ propter rationis identitatem, quæ in eo cõſiſtit, vt præferantur extraneis liberi in bonis, quæ iis à parentibus acquiſita, & præparata fuerunt, etiam hoc in caſu facilè concedendum eſt, vt copulatiua in alternatiuam, & viciſſim alternatiua in copulatiuam conuertatur, ne alias ominoſa veluti quadam interpretatione ſubſtitutiones, & inducamus, & earum conditiones interpretemur. Atque ſi quis dicat de conuerſione alternatiuè in copulatiuam expreſſam iuris deciſionem

Additiones.

1 *l.coniunctione, de V. S.* 2 *l. ſi heredi plures, de condit.inſtit.l.quòd vulgo, de manum.teſtam.* 3 *l.Seia, §.Caio,* & ibi Bart. *de fund.inſtr.* 4 gl. & ibi Bartol. *in l. eas cauſas, de condit. & demonſtrat* Bartol. *in l.Gallus, §.etiam ſi viuente parente, de liber. & poſthum.* 5 *conſ.* 130. *in fin. vol.* 2. 6 *conſ.*43.*part.*2. 7 *l. ſi is, qui ducenta, §.fin. de reb.dub.* & ibi Socin. 8 *in d.l. ſi is, qui ducenta.*

ſionem extare, de conuerſione & copulatiuæ in alternatiuam minimè, is quidem cũ Labeone verborum figuram ſequetur, ſed qui ſtatuit idem ratione copulatiuæ receptum eſſe, cum Proculo mentem teſtantis ſectabitur, 9 & non immeritò Vlpianus docet, 10 quod verbũ *ex legibus*, ſic accipiendum ſit, tam ex legum ſententia, quàm ex verbis, ſi etiam dicatur, teſtamenta confici ſolere prudentioribus conſultis, aut iuriſperito vocato, 11 atque ſic exactè voluntatem teſtatoris explicari formulis & ſolemnitatibus iuris, quaſi ille in teſtamenti ſui factione rationẽ animi ſui ſecutus appellabat nimiam & miſeram diligentiam, 12 & propterea maximè ſpectandam & retinendam eſſe propriã, & geminam vim ac ſignificationem copulatiuarũ diſiunctiuarũ, aliarúmque eiuſmodi particularũ, præſertim ſi de propria voluntate & intentione finali teſtatorum appoſitæ, & adiectæ fuerint tum rectè reſponderi poteſt, Franciæ mores hodie ita ferre, vt teſtamenta plerunque concipiantur & conficiantur à notariis admodum imperitis, qui minimè accenſeri poſſunt iis ICtis, qui tenere valeant libros ſexaginta βασιλικῶν, quemadmodũ ij, de quibus Imperator Leo loquitur, 13 quíque rerum peritia, moribúſque conſpicui ad pontificatum prouehi poſſe aliquo modo ſperarentur, ſed qui tam indocti ſunt, vt ferè de iis vſurpari queat, quod alibi Baldus dixit, 14 eorum ignorantia totum mundum perire Nec infrequens eſt, vt ij naturam vocabulorum minimè intelligentes, vnum pro alio temerè, & peruerſè vſurpent, & *ſi* pro *quia*, aut alternatiuam pro coniunctiua vel econtra ponant. Quare non abs re faciunt ij, qui interdum neglecto cortice verborũ, quibus ſubſtitutiones conceptæ fuerunt, eas, accuratius perpendunt & examinant, atque illud ſequuntur, quod veroſimiliter & probabiliter fieri debet, ex præſumpta teſtatoris voluntate, quæ colligitur ex affectione naturali, quam is erga inſtitutos heredes, vel ſubſtitutos habuit, aliiſve circumſtantiis & coniecturis adeò vt haud inconueniens ſit, ſi ea ratione in fauorem liberorum & deſcendentium teſtatoris in recta linea alternatiua mutetur, in copulatiuam, atque econtra copulatiua in alternatiuam, prout æquum bonúmque viſum fuerit, ex voluntate legis, & teſtatoris. Atque ſic fieri poteſt, vt conſtitutio illa, quemadmodum Iuſtinianus *in præfatione illius* loquitur, & patribus, & filiis grata ſit: illis quidẽ, dum ſciunt, ſubſtitutiones ſibi à parentibus factas nõ iuxta corticẽ verborum, & rigorẽ literæ, ſed iuxta æquitatem, atque in benigno ſenſu accipi, & per conſequens cum maiori effectu coniunctas eſſe: his verò, dum ea ratione certi ſunt, quòd extraneis omnino præferentur, neque vllo modo fraudabuntur iis, quæ ad parentes vigore inſtitutionis peruenerant, atque iis acquiſita fuerant. Porrò quòd ſecundum huius controuerſiæ dubium attinet, nempe quo Petrus à Bernardo fratre heres inſtitutus relictum vſumfructum reſtringere conabatur, prima fronte eius intentio iure fundata eſſe videbatur. Nam primo legatum vniuerſorum & ſingulorum bonorum, ſaltem bona teſtatoris continet, non verò extenditur ad bona reſtitutioni ſubiecta, aut ſi expreſsè etiam de iis loquatur teſtator ius ſaltem legaſſe cenſetur, quod in iis habuit. 15 Deinde nota iuris regula eſt, quòd res alienæ, quæ in hominum cõmercio ſunt, quęque alienari poſſunt, licitè legari queant, dummodo teſtator ſciuerit eas alienas eſſe, 16 quódque legatario probatio incumbat teſtatorem, tempore teſtamenti conditi ſciuiſſe, rem, quam legabat alienam eſſe, & nihilominus promta & libera voluntate eam reliquiſſe. Quo caſu heres cogitur rem illam à domino redimere, atque legatario præſtare, vel ſi non poteſt eam redimere, puta quia dominus eam relinquere non vult, aut pro ea immodicum precium exigit, veram aut iuſtam pro arbitrio iudicis, vel etiam legatarij æſtimationem dare. Nec ſemper audiendus erit legatarius, dum dicit, rem ipſam ab herede redimi poſſe, dummodo petitum domino precium ſoluat. Paria.n. ſunt, rem planè non habere, & non niſi immodico precio habere poſſe. 17 At regulæ iam deductę declarationem tradidit Iuſtinianus, dum per peculiarem conſtitutionem, ea, quæ iam diximus, limitauit, vt locum habere

Additiones.

9 *l.quiſquis, de V.S.* 10 *l.nominis & rei, de V.S.* 11 *l.in bonorum poſſeſſionibus. de bon.poſſ.*iunct.*l.cum ex filio*, & ibi Bald. *in pr. de vulg.* 12 *l.Scæuola aliàs codicillis, de legat.2.* 13 *in Nou.de publicar.tabular.ordinat.ſeu tabel. ſtatut.* 14 *conſ 10.in princ. libr.3.* 15 *arg.l.ſi domus, §.fin.de legat.1. l.ſi ſub conditione, quib.mod.vſufr.amitt.l. ſerui electione, §.fin.de legat.1.* 16 *§.quod autem diximus, Inſt.de legat.* 17 *l.non dubium, de legat.1.l.qui quatuor pocula, de lega.3.l.Titia teſtamento, §.1.de aur.& arg.legat.*

non debeant, ſi legatum perſonæ coniunctę, puta vxori, vel alijſimili relictum fuit. Nam legatum rei alienæ, quam teſtator putabat ſuam eſſe, iis relictum validum eſt, cùm teſtator his perſonis legaturus eſſet, etſi ſciuiſſet rem alienam eſſe. 18 Quare actrici, quæ defuncti vxor fuit, obiici non poteſt, quod teſtator ius ſaltem, quod in rebus reſtitutioni ſubiectis habuit, legaſſe, atq; ſic legitimam ſaltem & Trebellianicam reliquiſſe credatur, quódque melius fuiſſet actrici, ſi nihil omninò iuris in rebus iſtis defunctus habuiſſet; cùm eo caſu tutius vſumfructum, vel eiuſdem compenſationem ab herede petere potuiſſet, argumento eorum, quæ alibi Vlpian. notat. 19 Nam vltra ea, quæ modo adducta fuerunt, rectè hic conſiderari poteſt non res alterius, ſed proprias ipſius heredis legatas fuiſſe, de quibus iuxta vulgatam iuris regulam, teſtator, æquè ac de ſuis propriis diſponere poteſt, 20 ſiue illas heredis eſſe ſciuerit, ſiue ignorauerit, 21 etiam tum quando eiuſmodi res ſunt (in quibus terminis noſtra hypotheſis verſatur) quæ heredi per fideicommiſſum reſtitui debent. Dum n. is pro herede ſe gerit contra factum teſtatoris venire nequit, 22 ſed voluntatem eius impleat, neceſſe eſt, à quo hereditatis commodum accepit. Atque huc non ineptè referri poterit illud, quòd alibi Papinianus diſſerit & concludit rationem cęteros admittentem, eam tacitè induxiſſe penſationem. Perinde n. eſt, ac ſi dixiſſet, quemadmodum rectè explicat Cuiac. 23 quod heres, cuius ibi mentio fit, eiuſdem familiæ, inſtitutus ab herede fideicommiſſo grauato poſſit caſu fideicommiſſi eueniente, (dum reliqui fundum, qui fideicommiſſo affectus, atque à ſecundo teſtatore alicui extraneo legatus erat, integrũ petunt) retinere & compenſare portionem, quæ ſibi competit, atque vigore primi teſtamenti & fideicommiſſi in eodem comprehenſi debetur. Nam quamuis nequeat partem ſuam petere, ſeu efficaciter eius nomine agere, cũ heres ſit eius, qui legauit, atque ea ratione alienatio rei reſtitutioni ſubiectę in extraneum facta, ſeu potius reuocatoria actio eo nomine competens per aditionem hereditatis confundatur, & penitus perimatur: tamen retentio & compenſatio illius ſalua & integra manet, quemadmodum & aliàs in iure frequenter euenire ſolet. Atque hinc etiam inferri poteſt, heredem impugnare nõ poſſe legatum tertiò relictum in re, quam teſtator ei per fideicommiſſum reſtituere tenebatur. Idémque alibi Papinianus in terminis reſpondiſſe videtur: *Dominus*, inquit, *herede fructuario ſcripto, fundum ſub conditione legauit, voluntatis ratio non patitur, vt heres ex cauſa fructus emolumentum retineat, diuerſum in cæteris prædiorum ſeruitutibus, quas heres habuit, reſponſum eſt, quoniam fructus portionis inſtar obtinet.* 24 Nã ſi fundus legatus ſit, tum legato continetur dominium, poſſeſſio & commoditas fructuum fundi, vtpote quibus tribus vocabulis omne illud denotatur, quod noſtrum dicere poſſumus. At quando ſeruitutes, quę reales appellantur, legatæ fuerunt, ſecus ſe res habet, cùm aliunde illę oriantur, quàm à natura fundi, dominio & poſſeſſione eiuſdem, nempe à conſtitutione vel impoſitione. Cui conſequens eſt, quòd heres fundum ſuum, quem teſtator alij legauit, legatario pleno iure, vt ipſemet eum habuit, præſtare teneatur.

Quod quidem ſufficit, nec requiritur, vt heres fundum prius liberet à ſeruitute, vel etiam ipſemet eam dimittat, ſi vlla antea in eiuſmodi fundo ſibi conſtituta fuerit, vtpote, quæ pleno iuri legati nihil derogat, vt rurſus hoc à Papiniano ſatis copioſè quodam in loco explicatur. 25 Quæ cùm ita ſe habeant, apertè patet exceptionem Petri, qui heres vniuerſalis à fratre Bernhardo inſtitutus fuerat, atque pro tali heredę ſine inuentarij beneficio & ſeparatione bonorum ſemper ſe geſſerat infirmam eſſe, & econtra intentionem viduæ prædicti Bernhardi, cui ſemis vſusfructus in omnibus mariti bonis, nullis omnino exceptis, legatus fuerat validè ſubſiſtere. Atq; ſic etiam ob prædictas cauſas parlamentum Tholoſanum 4. Auguſti, Anno 1576. in ſecunda claſſe inquiſitoriali ad relationem Domini Vinhaux in fauorem viduę iudicauit.

ADDITIONES.

18 *l. cùm alienam, C. de legat.* 19 *l. Iulianus aliàs teſtatorem, de legat. 3.* 20 *l. proprias, C. de legat. l. vnum ex familia, §. ſi rem, de legat. 2.* Canoniſtæ *in c. filius noſter, de teſtam.* 21 *l. filiusfamiliàs, §. cùm pater, de legat. 2.* 22 *c. ex qua perſona, de R. I. in 6.* 23 *libr. 15. obſ. cap. 10.* 24 *in l. cùm filius, §. dominus de legat. 2.* & ibi Bartol. Caſtrenſ & alij. 25 *in l. Meuius, §. fundo, eod tit.*

DECISIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *In fauorem quoque Eccleſiæ conuerſio alternatiuæ in copulatiuam, atque econtra fieri ſolet.*

VVLGATA ſatis & communis quæſtio inter Dd. & interpretes iuris eſt, nunquid † Eccleſia Ptochotrophia, aliáque eiuſmodi loca, quæ verè pia dicuntur, ſemper locum liberorum & deſcendentium in recta linea obtineant, eorundemque priuilegia mereantur adeò, vt quòd liberorũ contemplatione contra ordinarias & generales regulas iuris receptum eſt, idem etiam indiſtinctè ad loca pia porrigi & extendi debeat? Sunt, qui negant, cùm vel D. Auguſtino teſte, 1 multo maior ſit fauor liberorũ, quam cauſæ piæ, atque docent, quòd vulgatum illud, quo dicitur, Eccleſiam liberorum loco haberi, procedat ſaltem in caſu ſpeciali & ſingulari, nempe in ingreſſu religionis, ídque in fauorem grauati, vt ſubſtitutus excludatur, ſed minimè obtineat, ſi præteritis liberis Eccleſia inſtituta & honorata fuerit. 2 Verùm eo non obſtante fauor piæ cauſæ præualuit, atque à pluribus DD. traditum eſt 3 donationem factam Eccleſiæ, ſuſceptis poſtea liberis non reuocari, niſi vſque ad legitimam, & quæ dicuntur de clauſulis derogatoriis, codicillaribus, aut aliis fauore liberorum iure ipſo introductis & intellectis, eadem generaliter porrigi ad Eccleſiã, & aliam cauſam piam. 4 Atque ſic etiam ratione prædictæ conuerſionis disiunctiuæ in copulatiuam in fauorem liberorum, & deſcendentium receptæ. in gratiam quoque Eccleſię a ſuprema curia Tholoſana ad relationem Domini Maynier XXVI. Februarij, Anno 1575. iudicatum fuit. Quo etiam arreſto decernebatur, quòd liberi ad reſtitutionem Eccleſiæ ab aſcendentibus grauati, vnicam ſaltem quartam, nimirum legitimam detrahere deberent.

ADDITIONES.

1 *c. quicunque 17. quaſt. 4.* 2 *arg. l. ſi quis ita, § ea lege, de V. O.* Cynus *in l. 1. C. de inoffic. donat.* Bald. *in auth ſi qua mulier, & l. cùm acutiſſimi, Cod. de fideicom.* Calcan. *concl. 7.* gl. *in auth. niſi rogati,* & ibi Salicetus *Cod. ad Trebellian.* Decius *in d. l. generaliter, Cod. de inſtitut. & ſubſtitut.* 3 ex *c. in preſ de probat. & d. auth. niſi rogati, & d. auth. ſi qua mulier, c. cùm eſſes, c. relatum, de teſt. auth. ſimiliter, C. ad l. Falcid. l. ſi quis ad declinandam, C. de Epiſcop. & Cleric.* 4 gl. *in d. c. quicunque.* Archidiacon. & alij *ibid.* Bartol *in l. Titia Seio, §. Imperator, de legat. 2.* Raph. Cuman. An. Saly. Paulus Alex. *in l. 1. C. de inoff. donat.*

DECISIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *In reciproca ſubſtitutione pupillaris contineri nequit, quando perſonarum diſparitas eſt, ita vt quædam impuberes, reliqua vero puberes ſint.*

IC. Modeſtinus *in libro ſuo ſingulari de eurematicis*, differens de ſubſtitutionibus vulgaribus & pupillaribus, mentionẽ quoq; facit ſubſtitutionis illius, quæ reciproca † 1 vocatur, 1 nempe per quam is ipſe, qui alteri ſubſtitutus eſt, reciprocè eundem, cui ſubſtitutus eſt, ſibi ſubſtitutum habet. Eadẽ ſubſtitutio etiam breuiloqua dicitur, haud aliã ob cauſam, quam quòd ad eam inducendã longo verborum apparatu non opus ſit, ſed breuia ſufficiant, veluti ſi dicatur: Petrum & Antoniũ heredes meos inſtituo, atque eoſdẽ ſibi inuicem ſubſtituo. Hæcque ſubſtitutio contra doctrinã Bartoli & aliorum, merito pro peculiari & tertia ſpecie ſubſtitutionis habetur, generéque, forma, nomine & effectu a vulgari & pupillari differre, atque introductam eſſe, cũ potiſſimũ creditur 2 propter caduca, vt remedio talis ſubſtitutionis reciprocę valeret inter coheredes ius accreſcendi antiquum potius, quàm ius caduci. Sanè, quòd effectũ ſucceſſionis attinet, duę ſaltem ſubſtitutiones ſunt, nempe vulgaris & pupillaris, ſed quoad modos & formulas ſubſtituendi vulgariter aut pupillariter, aut vulgariter & pupillariter ſimul, plura genera, vel potius ſpecies ſubſtitutionis ſunt, vt DD. præſertim recentiores ex allegato Modeſtini reſponſo inferunt.

Nam poſtquam ibi IC. prius expoſuiſſet morem tũ ex D. Marci & Veri conſtitutione, vt, cùm pater impuberi filio in vtrumq; caſum ſubſtituiſſet, in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intelligeretur, ſiue filius heres non extiterit, ſiue extiterit, & impubes deceſſerit; tandem hanc concluſionem ſubiicit: *quòd ius ad tertium quoque genus ſubſtitutionis tractum eſſe videtur.* Nã ſi pater duos filios impuberes heredes inſtituat, eóſque inuicem ſubſtituat, in vtrumque caſum reciprocam inſtitutionem factam videri D. Pius reſcripſit: ſalua tamen exceptione, quã Modeſtinus ibidem affert, quęque imperiali conſti-

ADDITIONES.

1 *l. iam hoc iure, de vulgar.* Cuiacius 12. *obſ. cap. 32.* 2 Cuiac. *in d. l. iam hoc iure.*

conſtitutione confirmata fuit, 3 nempe ſi pater faciat reciprocam ſubſtitutionem inter ſuos liberos, quorũ quidam adhuc impuberes ſunt;alij verò non. *Tum enim*, inquit, *in vulgarem tantummodo caſum factam* videri ſubſtitutionem Seuerus & Antoninus conſtituit.Incongruens enim videbatur,vt in altero duplex eſſet ſubſtitutio,in altero ſola vulgaris;cùm teſtator reciprocè ſubſtituens veroſimiliter nil aliud ſenſerit, quàm ſubſtitutiones vniformes facere, per quas heredes mutuo & reciprocè, eadémq; omnino ratione vocentur. Quod cùm in diſparitate ætatis, dum quidam impuberes ſunt,alij verò non,fieri nequeat,ſed propter incongruitatem,vt loquuntur,perſonarum ſubſtitutio claudicet;conſequens eſt in eiuſmodi caſu pupillarem ſubſtitutionem locũ non habere. Atque ita iudicatũ fuit à parlamento Tholoſano in ſecunda claſſe inquiſitoriali ad relationem Domini de la Beſſede pridie Calend. Aprilis, Anno 1583. in cauſa concernente viduam Arnoldi Payſoleni ex vna parte, atque tutores liberorum Guilhelmi &Bertrandi Payſolenorum ex altera parte;quamuis teſtamento dicti Arnoldi inſerta eſſet clauſula codicillaris,quæ alias etiam à iure ſubintellecta aut ſuppleta fuiſſet, cúmque effectum habere creditur, vt ſubſtitutionem directam & obliquam in fideicommiſſariam vertat, 4 tunc eius virtute coniiciatur teſtatorem diſpoſitionem ſuam aliquo pacto valere voluiſſe.5 Opinio tamẽ Decij,6 quamuis ſingularis atque à quibuſdam ſugillata, 7 in prædicto præiudicio præualuit, deficiente nempe voluntate teſtatoris, clauſula codicillari non obſtante, quæ nihil ideò operari debet, tum quod de tabellionum more magis,quam de teſtantis voluntate adiiciatur,8 tum quòd huiuſmodi clauſula acceſſoria ſit,atque ob id primæ principalis diſpoſitionis naturam immutare,neque poſſit,neque debeat. 9 Ex eodem etiam arreſto notandum venit,quòd mater in medio exiſtebat, quemadmodum etiam in ipſa hypotheſi dictæ legis imperialis, 10 iuxta quam propter diſparitatem perſonarum reciprocè ſubſtitutarum iudicatum fuit vulgarem ad pupillarem non porrigi. Vnde à contrario ſenſu præiudicatum fuiſſe videbatur, diſparitate eiuſmodi ceſſante vulgarem ad pupillarem extendi poſſe etiã contra matrem. Cui conſequenter, vt occurrerent nonnulli,docuerunt, mulierem cuius in conſtitutione iſta imperiali mentio fit,non matrem,ſed nouercam fuiſſe,atque ſic vanam, & ſine effectu conſtitutionẽ illam reddiderũt, cùm alias nouerca ex hereditate & bonis priuignæ nihil capere queat. Quare non immeritò parlamentum commotum fuit,vt iſto arreſto approbaret & confirmaret opinionem eorum, 11 qui tradiderunt in eiuſmodi hypotheſi ſubſtitutum duplici ratione repelli, primò ob matris exiſtentiam, deinde propter perſonarum diſparitatem.Idem videtur exprimi in vltimis conſtitutionis illius verbis (*manifeſtum eſt*)quòd duabus rationibus ita cõſtituendum fuerit, quarum potiſſima in diſparitate perſonarum conſiſtit, & præualet alteri infirmiori,quæ à matris exiſtentia dependet,quæque ſola non impediret,quo minus ſub vulgari expreſſa pupillaris contineretur,quanquã ſine effectu, propterea quòd contra matrem inefficax ſit. Atqui perſonarum diſparitas, quibus reciproca facta inuenitur, efficit, ne aliquo tempore ſub ea aut vulgari, pupillaris comprehendatur.

ADDITIONES.

3 *l.quamuis,C.de impub.* 4 Accurſius *in l.ex teſtamento,Cod.de fideicomm.& in* §. *maſculo,de pup.ſubſt.* Bald. Ang.& alij *in l. verbis ciuilibus,de vulg.* 5 *l.pater Seuerinam,*§.*conditionum de condit.& demonſtr.* 6 *in l.precibus*, *C. de impub.* 7 Lancel. Gall.*in l.centurio,de vulg.* 8 Bart. *in l.1. de iur.cod.* 9 *Clem.1.. in fin. de prabend.* 10 *in d.l quamuis.* 11 In quorum numero eſt Coraſ.*ad d.l.quamuis,nu.9.*

DECISIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Reciproca ſubſtitutio à patre etiam firmiter fieri poteſt inter liberos, quos ex diuerſis matrimoniis is procreauit.*

NOn incommodè quoque hic tractari poterit illa quæſtio, quam Bartolus & poſt eum alij mouerunt,ſi pater † ex primo
matrimonio duos, atque ex ſecundo toti- 1
dem liberos ſuſceperit, eóſque omnes in teſtamento ſuo inſtituat, & inuicem ſubſtituat,nunquid vni ex iis poſt obitum patris decedenti reliqui tres ſuperſtites omnes, an verò ſolus frater ex vtroque latere coniunctus ſuccedere debeat? Poſterius dicendum eſſe videbatur propterea,quòd in ſucceſſione inteſtati vtrinque coniunctus præferatur.

1 Atque

1 Atque ita tenuit Dynus, tum propter ſpecialem, quem ad hoc allegat, textum, 2 tum quod non diſſimilis eſſet teſtantis & ſanguinis coniunctio. 3 Verùm eo non obſtante contrarium iudicatum, atque per arreſtum parlamenti Tholoſani, communis DD. opinio confirmata 4 fuit, iuxta quam traditur, fratres eiuſmodi omnes, æqualiter ad ſucceſſionem admittendos eſſe, præſertim cùm in ſubſtitutionibus conſiderari ſoleat illorum affectio, qui ſubſtituunt, non quibus ſubſtituitur, 5 omnium autem filiorum patrem æquam voluiſſe facere conditionem credendum ſit. 6 Quare etiam corruit tertia quorundam de hoc caſu opinio, qui diſtinguendum eſſe exiſtimant inter bona, vt nimirum in bonis patris teſtatoris fratres omnes æqua lance ſuccedere debeant, in reliquis verò defuncti fratris bonis, ſolus frater vtrinque coniunctus admittatur. 7 Cũ enim hic omne à prædicta voluntate & affectione teſtatoris, qui ita diſpoſuit, dependeat; ideò etiam iſta affectio meritò ſanguinis coniunctione calcata indiſtinctè præeminere debet. Atque ſic à prædicta curia in prima claſſe inquiſitoriali ad relationem Domini Ambez iudicatum fuiſſe ex eiuſdem ore percepimus.

ADDITIONES.

1 *auth. itaque, C. commun. de ſucc.* 2 *l. coheredi, §. qui diſcretas, de vulgar.* 3 *l. teſtamento, de her inſtit.* 4 *in l Lucius, de vulg. & l. ſinal. ad Trebell.* 5 *l. qui liberis. §. hec verba, de vulg.* 6 *l. ſi ita legatum, de cond. & demonſtr.* 7 Coraſ. *in l. 1. nu. 26 C. impuber.*

DECISIO XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Reciproca ſubſtitutione etiam pupillaris continetur, quando illa non puris & ſimplicibus reciproca terminis concepta fuit, ſed etiam alios admixtos habet, quibus vulgariter, &c. ſubſtitui ſolet.*

1 QVæ autem ſupra de vniformitate ſubſtitutionis † reciprocæ dicta ſunt, ita accipi debent, ſi eadem terminis puris & ſimplicibus reciprocæ concipiatur. Aliud verò obtinet, ſi termini compendioſæ ſubſtitutionis adiiciantur, veluti ſi poſt inſtitutionem duorum aut plurium dicatur; eos reciprocè ſubſtitutos eſſe debere, ſi quidam ex iis ſine liberis decedat. Cùm enim eo caſu ſubſtitutio obliqua, quoad ipſam etiam quoad perſonam comprehendatur, multo magis quoad eius perſonam comprehendetur pupillaris 1 quæ eiuſdem quoque fauorem concernit. 2 Atque hoc etiam ſatis ex voluntate teſtatoris apparet, qui non cõtentus fuit, vt terminos reciprocæ vſurparet, (quibus omnes ſubſtitutionis ſpecies, niſi inter eos, qui ætate & cæteris qualitatibus pares ſunt, contineri nequeunt:) ſed ad ſubſtitutionem compẽdioſam recurrit, qua omnes illæ ſpecies, nulla habita prædictæ paritatis ratione, ſemper comprehendunduntur, quemadmodum Paulus de Caſtro tradidit, 3 qui etiam refutat rationes eorum, qui contrarium defenderunt; adeò vt communis ferè hodie deciſio ſit, reciproca ſubſtitutione etiam pupillarem contineri, quando poſt terminos reciprocæ, vſurpati etiam ſunt alij, quibus vulgariter pupillariter & per fideicommiſſum ſubſtitui ſolet. Nàm eo caſu data videtur ſubſtitutis facultas veniendi ex qua ſubſtitutione voluerint. 4 Atque ita ſæpius à ſuprema curia Tholoſana iudicatum fuit.

ADDITIONES.

1 Bartol. & Alexander *in l. Lucius, de vulg. & in l. hereditatem, Cod. de impub.* 2 *l ſi pupillus, de acquir. hered.* 3 *in l. in teſtamento. Cod. de teſta. milit.* 4 *l. recuſare, §. Titius, ad Trebellian.*

DECISIO XLV.

SVMMARIA.

1 *Nunquid in fideicommiſſis liberi in prædefunctorum parentum locum ſuccedant, atque vna cum patruo, qui gradu propior eſt, in bonis reſtitutioni ſubiectis ſuccedant?*
2 *Accreſcendi ius iunctum ſubſtitutioni tranſmiſſionem operatur.*
3 *Quare ſucceſſio ab inteſtato dicatur legitima?*
4 *Accurſius malè intelligitur quoad illud, ad quod communiter allegari ſolet.*
5 *Differentia ſucceſſionis ab inteſtato à teſtamentaria.*
6 *Quando plures vocati ſunt nomine collectiuo, quale eſt deſcendentium, propior ſemper præfertur remotiori. ſi diuerſitas graduum exiſtat.*

FRANCISCVS Maynaguet ciuis Tholoſanus Ann. M.D.XLV. extrema † ſua or-

dinans filios Petrum & Iacobum, heredes vniuerſales inſtituerat, cóſque ſibi inuicem, ſi fortè alter ſine liberis decederet, ſubſtituerat: vtroque verò ſine liberis mortuo hereditatem filio tertio, cui Simoni nomẽ erat, vel hoc amplius non exiſtente, eius deſcendentibus reſtitui voluerat. Poſt obitum teſtatoris viuis adhuc Petro & Iacobo, Simon deceſſit, atque duos liberos Franciſcum & Claram reliquit. Cúmque Clara Ioanni nupſiſſet, ex eóque filiũ Grego. ſuſcepiſſet, diẽ ſuum & ipſa obiit. Tandem cùm poſt obitu Petri & Iacobi caſus eueniſſet, quo fideicõmiſſum reſtitui deberet, Franciſcus integrũ ſibi hoc præſtari petijt. Cui Ioannes, tanquã legitimus curator & adminiſtrator filij ſui contradixit atque adhuc prædictum fideicommiſſum pro ſemiſſe pertinere contendit. Huius intentionem iuuare videbatur, quod à quibuſdã traditur 1 in eiuſmodi fideicommiſſis, liberos in prædefunctorum parentum locum ſuccedere, atque bona reſtitutioni ſubiecta cum ſuperſtite patruo ſeu auunculo, qui gradu iis propior eſt, æqualiter accipere. Nam præſumitur, teſtatorem diſpoſitionem ſuam conformare voluiſſe iuri communi 2 quo conſtitutum eſt, quod filius in locum patris tranſire, perſonam illius in eodem illo gradu repræſentare, atque tantum accipere debeat, quantum pater accepiſſet, ſi ſuperuiſſet 3 adeò vt licet fideicommiſſum illud accipiatur pro collectiuo, ſucceſſiuo, ſeu eo, de quo alibi Modeſtinus loquitur 4 tamen Franciſcus haud prætendere queat, ſe in propiori gradu eſſe, quàm ſit ſuus ex ſorore nepos, cùm matrem ſuam hic repræſentet, atque ideò vnum eundémque cum ipſo auunculo gradum obtineat. 5 Si etiam, vt nonnulli voluerunt, 6 ſtante ſtatuto excludente fœminas à ſucceſſione, diſpoſitionem teſtatoris etiam ſtrictam ita interpretari debemus, vt ex filio natus nepos tacitè vocatus eſſe cẽſeatur, inque patris ſui locum tranſire atq; amitam ſuam teſtatoris filiam excludere debeat, vtique multo magis hic nepos prędefunctæ matris locum obtinebit, atque illam fideicommiſſi partem accipiet, quam citra omne dubium ipſa fuiſſet acceptura, ſi ſuperuixiſſet; vtpote cũ hac ratione neminem ille à iure ſuo excludat, ſed ſaltem id acquirat, quòd ipſa mater ſuperſtes acquiſitura fuiſſet, non quidem ob factam trãſmiſſionem, ſed quòd in illius locũ tranſierit, eiúſque perſonam repręſentet. Quamuis item vulgò dicatur ſpem fideicommiſſi cõditionalis haud tranſmitti, ne ad deſcendentes quidem; 7 tamen longè aliud obtinet, ſi de contraria teſtatoris voluntate appareat 8 quæ facere poteſt, vt tranſmittatur etiam id, quòd ſua natura tranſmiſſibile non eſt, & contra ne tranſmittatur, quod alias trãſmitti poterat. 9 Nec requiritur, vt voluntas illa clarè exprimatur, ſed etiam tacita ſufficit, quæ ex coniecturis probabilibus colligi poteſt. 10 Inter quas fortiſſima & maximè vrgens hęc eſt, quando teſtator non ſolum mentionem fecit liberorum, quos inſtituit vel ſubſtituit, ſed etiam ex iis natorum nepotum vel deſcendentium. Tum enim firmiter cõiicitur, hanc teſtatoris voluntatem fuiſſe, quòd pars fideicommiſſi pertinens ad eum, qui prædeceſſit, ad eiuſdem liberos peruenire deberet. 11

Nec dici poteſt, id tum demum obtinere, ſi ex liberis nati, vel nepotes aut deſcendentes in diſpoſitione expreſſè fuerint comprehenſi. Hoc etenim caſu ij non veniunt iure tranſmiſſionis, propter tacitam, & coniecturatã teſtatoris voluntatẽ, & ſic iure alieno, ſed admittuntur iure proprio tanquã vocati & ſubſtituti. 12 Negari etiam omnino nequit, quòd Simone ante euenientem fideicommiſſi caſum decedente, eius liberi diſpoſitione illa ſub nomine collectiuo deſcendentium comprehenſi fuerint, atque adeò ad relictum filium portio, quam

eiuſdem

Additiones.

1 Accurſ. *in l. cùm ita, §. in fideicommiſſo,* vbi Imola & Caſtrenſ. *de legat.* 2. Corneus & Caſtrenſis *in l. fin. Cod. de V. S.* Bald. *conſil.* 484 *vol.* 3. Alex. *conſ.* 88. *libr.* 1. Iaſon *conſ.* 215. *lib.* 2. Pariſius *conſil.* 76. *lib.* 2. 2 *auth. ceſſante C. de legit. here.* 3 Bart. *in l. 1. §. ſi ſit nepos, de collat. dot. & in l. 1. § ſi filius de coniung. cum emanc. liber.* 4 *in d. §. in fideic.* 5 *authent. poſt fratres, ibi, cùm pares ſint C. de legit. here* Iaſon plenè *conſ.* 215. 6 Bart. *in l. liberorum, verſ. præterea nepos de verb. ſignif.* 7. Bald. *in d. l. 1. C. de his qui ante ap. tabb. & in l. 1. C. vt act. ab hered. contra hered.* Durand. *de arte teſtand. tit. 6. n.* 38. 8 *l. in conditionibus §. 1. de cond. & dem.* Soc. *in l. heredes mei §. cùm ita, ad Trebell.* Alciat. *in l. 1. de legat.* 1. 9 Bald. *vbi ſuprà conſ.* 118. *li.* 2. *Pariſien. conſil.* 76. *n.* 13. *li.* 2. Iaſon *in l. Nemo poteſt in 1. lectur. de legat.* 1. Bald. *in l. ſi pater Cod. de inſtitut. & ſubſtitut.* quem refert & ſequitur Decius *conſ.* 397. *n.* 6. *& conſ.* 515. *n.* 1. *& conſ.* 54. *n.* 4. Crauetta *conſ.* 306. 11 Proue declarat Decius *conſ.* 154. Ruinus *conſ.* 178. *n.* 5. *libr.* 2. 12 *l. qui patri, de acquir. hered.* Bart. *in l. re coniuncti qu. 4. princ. 3. part. verſ. vtrum de legat.* 3.

eiuſdem mater capere debebat, tranſmittatur, vt huiuſmodi ſpem coniungi maternæ hereditati & accreſcendi iure acquiri cuicunque matris heredi exiſtimandum ſit. 13 Qua ratione plurimi Interpretes vtuntur, 14 qui etiam ferè communiter tradere ſo-
2 lent, quod virtus iuris † accreſcendi ab initio cum ſubſtitutione coniuncti tranſmiſſionem operetur, ſeu quòd tranſmiſſioni ius accreſcendi, tanquam reale, obnoxium ſit. 15 Quicquid verò ſit, vt omnia hominum facta ob maximam illam varietatem certis iuris definitionibus comprehendi haud potuerunt, nihilque ferè definitum eſt, cui à quibuſdam contradici nequeat, 16 ita cùm idem planè in hac quæſtione contingat, diligenter conſiderari & expendi conuenit, quæ in vtramquè partem pro reſolutione eiuſdem afferri ſolent.

3 Sanè maximi † nominis DD. 17 affirmatiuam, quod ex ſorore nepos cum auunculo ad eiuſmodi fideicommiſſum admittendus ſit, tuentur, atque auctoritate nituntur gloſſæ 18 quæ etiam communiter recepta videtur. 19 Verum Baldus eiúſque aſſeclæ gloſſam illam nihil minus dicere aſſerunt, quàm hoc ipſum, cuius gratia in vulgo quæſtione hac allegari ſolet. Imò licet, gloſſa expreſſè hoc diceret, tamen eius auctoritas non minus ac reliquorum, DD. ſaltem probabilis eſt, & tum demum recipiendi, ſi iuri, quod allegat, conformis ſit. 20 Haud rarò enim à iure illa aberrare & peruerſè id allegare ſolet. 21 Quare exiſtimant negatiuam defendentes opinionem, quod Accurſ. in gloſſa illa † minimè illud tradiderit,
4 ad quod vulgo allegari ſolet, & per conſequens, quod ij, qui ſe ſequi illum dicunt, nullum habeant ducem, quem ſequantur. Quando enim poſt vocabulum *primo*, aut, vt alias legitur, *proximo*, Accurſ. ita inquit, quandoque qui ſunt impari gradu æqualiter admittuntur, vt filij fratrum cum fratribus, atque pro huius dicti ſui confirmatione diſpoſitionem iuris communis de ſucceſſione ab inteſtato loquentem affert, certè nihil aliud dicit, quàm quod magna
5 † inter fideicommiſſum familiæ relictum, de quo idem textus ibidem loquitur, atque inter ſucceſſionem ab inteſtato differentia ſit, cùm in hac fratrum prædefunctorum liberi, cum fratribus ſuperſtitibus concurrere poſſint, in illo verò admittantur ſaltem ij, qui primo & proximo gradu ſunt, & per conſequens, ſoli fratres.

Particula ſiquidem *QVANDOQVE*, quæ idem ac *ALIQVANDO* ſignificat, alio referri nequit, quàm ad materiam, cui ab allegante applicatur & accommodatur, veluti *in iſto* Accurſij *loco* 22 ad ſucceſſionẽ ab inteſtato, in qua repræſentatio loci habet cum iure ita definitum & conſtitutum ſit, non verò in teſtamentis & fideicõmiſſis.

Nam, vt idem Baldus ait, in illa, cùm ſuccedatur iure hereditario, attenditur iuris diſpoſitio, qua filius ſubintrat locum Patris: in his verò conſideratur affectio, quam natura debet magis habere ad filios, vtpote proximiores, quàm ad filios filiorum, qui ſunt remotiores. 23 Quibus etiam hoc addi poteſt, quòd illud, quo in fauorem relictorum à fratribus liberorum conſtitutum fuit, eos cum propriis vocari thiis ſeu patruis maſculis, in ſuorum parentum iura ſuccedere: illorúmque portionem ferre debere, ius ſit ſingulare, & priuilegium ſeu beneficium ſpeciale 24 atque ideo, quod iure ſingulari, conſtituentium auctoritate introductum eſt, (qua contra tenorẽ legis) ad conſequentias produci haud conueniat. 25 Nam eiuſmodi priuilegium & ius ſpeciale præſupponit ius commune & generale eſſe in contrarium, atque ipſemet Iuſtinianus *in d. Nouella* ſæpius particulis vtitur excluſiuis, quib. cæteros, præter fratrum liberos, omnes à ſanctione illa excludi vult. 26 Poſito

ADDITIONES.

13 Socin. *d.* §. *cum ita, nu.* 13. *& conſ.* 6. *nu.* 13. *li.* 3. quem refert ac ſequitur Paul. Pariſius *conſ.* 26. *lib.* 2. *& conſ.* 50. *n.* 30. *lib.* 3. 14 Quamuis nonnulli contrarium ſtatuant, prout videre eſt apud Franciſcum de Ripa, *in d.* §. *cùm ita, n.* 66. 15 *l. non poſſunt, l. nam vt ait, de LL.* 16 Decius *conſ.* 217. Gozadin. *conſ.* 455. Petr. Paul. Pariſ. *cõſ.* 38. *li.* 2. *cõſ.* 42. *lib.* 3. Curt. iun. *in l.* 2. *C. de ſucc. edict.* Alciat. *in d.* §. *in fideicommiſſo*, qui alios allegat. 17 *in d.* § *in fideicom. quam ſequitur* Alex. *conſ.* 147. *lib.* 5. Deci. *in l. vt vim, n.* 34. *inſt. & iure & in c.* 1. *nu.* 43. *de conſtitut.* Bald. *in l.* 1. *de ſenator. & in l. quanquã. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. profer.* 18 Prout DD. modo allegati ferè omnes teſtantur. Gloſſæ autem communiter receptæ auctoritas magna eſt, adeò vt illa alter textus vocetur. 19 Bart. *in l. non ſolum*, §. *Liberatio, de liberat. legat.* 20 Haud minus enim bonus interdum Accurſius, quàm bonus Homerus dormitat. 21 vt inquit Dec. *in l.* 2. *C. de ſuc. ed.* 22 Bald. & Raphael Cuma. *in d.* §. *in fideic.* 23 Quod ſatis euidenter apparet ex §. *ſi autem defuncto*, *verſ. huiuſmodi v. priuilegium & verſ. ſed & ipſis fratrum filij? Nou.* 118. 24 *l. non poſſunt, l. nã vt ait, de legib.* 25 *d.* §. *ſi autẽ defuncto.*

26 Poſito etiam, quod Accurſius *in dicto loco* ita ſenſerit, quemadmodum vulgò accipi ſolet: tamen gloſſæ auctoritas facilè corruit. Huc enim accommodari illud poteſt, quòd olim S. Aug. D. Hieron. de auctoribus qui Canonici non ſunt, ſcripſit: *Alios autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate & doctrina polleant, non ideò verum putem, quia ipſi ita ſenſerint. ſed quia mihi per alios auctores, vel Canonicas vel probabiles rationes quod à vero non abhorreat, perſuadere potuerunt*; adeò *vt gloſſa nullam Iuris auctoritatem allegans, vel eam minus accommodatè allegans, ex capite loqui dicatur*, vt alibi Baldus inquit. 27 Quare ſemper eam ſobriè atque ita accipi oportet, ne ſocietas publica vel ius commune violetur. Atque hinc quidam ex recentioribus 28 ait: *Error eſt, & quidem periculoſus Accurſio tantùm tribuere, quantũ conſpirata DD. factione ei tribuitur, qui etſi fuerit vir doctus & omni veneratione dignus: tamen & errare potuit & iuris condendi auctoritatem non habuit.*

Nihil igitur Accurſius *in ſæpius allegato loco* tractat, quod ad reſolutionem noſtræ quæſtionis faciat, ſed potiùs tacitè innuit, quod in caſu fideicommiſſi in fauorem familiæ per nomen *deſcendentium* proximus vocatus eſſe intelligatur, quamuis, inquit ille, quandoque & ab inteſtato fratrum liberi cum fratribus vocari ſolent, per priuilegium & ius ſingulare, quod ſimul ipſe ibidem allegat. Quo ſitis demonſtrat, quod in caſu textus illius, cui ſuam ibi gloſſam apponebat, præferantur ob proximitatem gradus fideicommiſſarij illi, qui primi & proximi in gradu ſunt. Quod etiam pandectarum iuri conuenit, quo ſemper filius tanquàm propior præfertur nepoti tam in tutelis 29 quàm in ſucceſſionibus. 30 Ipſius etiam noſtræ hypotheſis circumſtantiæ ſi penitius inſpiciantur, maximè veroſimile ſit, quòd in illa negantium hæc opinio obtinere debeat. Nam cùm auus hic paternus in teſtamento ſuo filias dotarit, atque à reliqua ſucceſſione eas excluſas eſſe voluerit; neceſſariò quoque dicendum erit, quod ei minimè placuerit, factam heredibus ſuis ſubſtitutionem Simonis eiúſque deſcendentium ita accipi, vt eadem etiam ſubſtitui filiæ vel ex his nati nepotes comprehendi deberent: cùm is, qui propriam filiam excluſit, multò magis ex filio neptem natam excluſiſſe cenſeatur.

6 Nam quando plures † vocati fuerunt, vt hoc caſu 31 tum prioritas gradus ita conſiderari ſolet, vt propior ſemper præferatur remotiori, vbi graduum diuerſitas occurrit, præſertim quando fideicommiſſum relictum fuit in fauorem perſonarum certi gradus & poſteà collectiuè, ita vt proximus quiſque primo loco inuitatus videatur. Qui ferè ipſi termini ſunt, de quibus pro opinione negatiua militantes olim locuti fuerint licet interdum iidem in aliis terminis contrarium pro nepotibus contra eorum auunculos defenderint. Quibus omnibus probè examinatis tandem, à ſuprema curia Tholoſana ad relationem Domini Bonot. III. Septemb. Anno M.D.LXXXIII. *in ſecunda claſſe inquiſitoriali*, iudicatum fuit; quòd ius accreſcendi tranſmiſſionem hoc in caſu, minimè operari poſſet, ſed quod Franciſcus ſolus excluſa nepte ex ſorore Clara, fideicommiſſum habere deberet.

ADDITIONES.

26 gl. & DD. *in c. ex parte 10. de offic. deleg.* Dec. *conſ. 10. nu. 5.* 27 Zaſius *in l. Reſpubl. C. ex quibus cauſ. maior & ſingul. reſp. lib. 1. c. 7.* 28 *l. 3. §. ſi duo, de legit. tut.* 29 *l. ſi libertus præterito, §. fin. de bon. libertor.* 30 Vocabulum enim deſcendentium collectiuum eſt, quo filij, nepotes, pronepotes, atque alij ex his procurati comprehenduntur, *l. ſi. ibi, vel deinceps aliis deſcend. C. de ſuis & legit. here.* Alexand. *conſ. 161. vol. 2. conſ. 24. libr. 4.* Decius *conſ. 584. & 635.* 31 Iaſon & Dec. *in l. 2. C. de ſucc. edict.* & idem Deci. *in l. 1. C. de ſec. nupt.* Alex *conſ. 204. lib. 1.* Dec. *conſ. 10. & 428.* not. Molin. ex Alex. *conſ. 26. lib. 3.*

DECISIO XLVI.

ARGVMENTVM.

Heredes in vſufructu cum onere legata præſtandi atque in proprietate proximum ſuum agnatum inſtituens cenſetur ſenſiſſe de eo, qui poſt obitum fructuariorum proximus erit.

SVMMARIA.

1 *Ignorantia notariorum admodum pernitioſa eſt, & multa abſurda parit.*

2 *Qualitas inſtar cauſæ finalis appoſita, neceſſe eſt, vt exiſtat atque interueniat eo tempore, quo diſpoſitio effectum ſortiri debet.*

Petrus

PEtrvs Bariaudus, mercator Narbonenſis, emancipatus atq; diu à patre ſeorſim habitans 9. Iunij, An. 1572. teſtamentum condidit, in quo cuilibet ſororum ſuarum, Ioannæ Galhardæ & Margaritæ, mille libras Turonenſes pro omni iure quod in hereditate ſua prætendere poterant; totidem libras eadem ratione fratri Bertrando, atque inſuper M M. librarum Petro Bariaudo & ſemiſſem omnium mobilium, quæ in domo ſua habebat; alterúmque ſemiſſem Catharinæ vxori legauit. Quibus legatis ita relictis heredes vnierſales in vniuerſis & ſingulis fructibus bonorum ſuorum inſtituit prædictum Petrum patrem ſuum & Catharinam vxorem ſuam, vt eoſdem per tempus vitæ haberent: in proprietate v. bonorum ſuorum heredem vniuerſarum eſſe voluit proximum nominis ſui in linea maſculina, atque deficiente gradu maſculino proximum in gradu fœminino. Diſpoſuit item, quòd duo iſti heredes nominati relicta legata intra biennium poſt obitum præſtare deberent. Cúmque in voluntate iſta perſeuerans deceſſiſſet, euenit, vt paulò pòſt etiam eius frater Bertrandus ſine liberis & poſt eum vna ex ſororibus Ioanna, moreretur. Hæc liberos reliquit ex Ioanne Cabrolo marito ſuſceptos, qui veluti pater & legitimus adminiſtrator eorum ſolutionem legati mille librarum defunctæ vxori ſuæ quondam à fratre Petro relicti vrget, eóque nomine litem coram Seneſ. de Beaucaire mouet contra prædictum Petrum ſocerum ſuum, cui Cathar. teſtatoris vidua interueniente certa pecuniæ ſumma omne ius ratione prædictæ hereditatis ſibi competens ceſſerat, réſque eo deuenit, vt prædictus Petrus teſtamentum filij impugnaret, atque ſucceſſioni ab inteſtato locum dari peteret. Quæ controuerſia per appellationem à ſententia quadam interlocutoria iudicis inferioris, ſiue Seneſ. ad parlamentum Tholoſ. deuoluta fuit, ibidémque potiſſimum inter litigantes diſceptari cœpit de ea teſtamenti parte, quę inſtitutionem in proprietate concernebat. Hanc enim Petrus Bariaudus defuncti Petri teſtatoris pater pleno iure in perſona ſua impletam fuiſſe dicebat, per obitum alterius filij ſui Bartrandi, qui teſtatoris frater germanus & proximus in linea maſculina fuerat, atq; vi factę inſtitutionis proprietatem omnium à fratre relictorum bonorum acquiſierat, eandémque ad ſe vel vigore teſtamẽti à Petro fratre conditi, vel etiã per ſucceſſionem ab inteſtato deuoluerat, adeò vt ampli' de vocatione proximi ad proprietatẽ cõtrouerti nõ deberet, cùm ea ſemel effectũ ſuum quoad perſonam Bertrandi filij ſui, & teſtatoris fratris conſecuta fuiſſet. Cui Petri petitioni nempe, vt ſucceſſioni ab inteſtato locus daretur Ioannes Cabrolus nõ admodum contradixit, cùm exiſtimaret ea ratione fieri poſſe, vt amplior quoque portio ad liberos ſuos, quã iis legata erat, perueniret, vtpote cum vxor ſua eorum mater Bertrandi ſoror ex vtroque latere coniuncta fuiſſet atque poſt eum ſuperuixiſſet, & ideò ei æqualiter cùm patre Petro ſuccedere debuiſſet. Parlamentum itaque Thol. 17. Mar. An. 1576. per arreſtum appellationẽ à ſententia Seneſc. interpoſitam, atque illud, vnde appellatum fuerat, caſſauit, & reformata ſententia Petrum Bariaudum ad præſtationem legati mille librarum Cabrioli vxori quondam relicti condemnauit.

Præterea etiam quoad quaſdam facti circumſtantias, quæ ad cauſam principalem non pertinebant, certa quædam inſtructio decreta fuit cum clauſula ne per hoc arreſtum vocationi proximi maſculi in teſtamẽto Petri 9. Iun. An. 1572. factæ poſt mortem Petri patris præiudicium fieret. Contra quod arreſtum prædictus Petrus diploma regium in forma ſupplicationis ciuilis quidem impetrauit ſed poſtea confirmati priori arreſto in expenſas & emẽdam condemnatus fuit Tandem poſt obitum huius Petri denuo noua lis coram eodem Seneſ. cal. hereditatis illius nomine mouetur inter Ioannem Bariaudum filium Ioannis, qui modo d. Petri frater fuerat, & ſic fratrẽ patruelem ſeu conſobrinuum Petri filij teſtatoris ex vna parte, atque inter Paſchalem alióſque heredes & bonorum poſſeſſores Petri patris liberos & deſcendentes eiuſdem ex filia Petri, filij teſtatoris ſorore germana, atque ſic ex linea fœminina deſcendentes ex altera parte. Hi enim prætendebant per obitum auúculi ſui Bertrandi inſtitutionem quondam ab altero auunculo Petro factam in perſona patris Petri impletam, atq; ei vigore inſtitutionis omnia Petri teſtatoris bona irreuocabiliter, iámque poſt eiuſdem aui materni mortem, ſibi veluti heredibus vniuerſalibus acquiſita fuiſſe: nec obſtare clauſulam arreſti ſuperius memorati, cùm illud inter alias partes & quidem incidenter ac indirectè, pronunciatum fuerit, atque ideò cauſam principalem, de qua minimè tum diſceptabatur, definire non potuerit. At contra Ioannes Bariaudus arreſtum illud, ſeu firmiſſimum præiudicium in hac cauſa allegauit, dixítque ſuam intentionem, veroſimili defuncti Petri teſtatoris voluntate ſatis fundatam & contrarias aduerſę patris prætẽtiones planè

friuolas eſſe. Cùm itaq; Seneſcal. rurſus ſententiam tuliſſet atque ab ea ad parlamentum Tholoſ. prouocatum fuiſſet, Dn. iudices qui controuerſiam dirimere debebant primo omnium deprehenderunt, ſi vlla vnquam in cauſa, certè in hac, notariorum imperitia quem conqueri poſſe, quod maxima eorum pars haud intelligat, quid dicāt, quidve ſcribant, 1 eáque ratione plurimis controuerſiis & litigiis occaſionem prębeant. 2 Nam quamuis ratione teſtamentariæ huius controuerſię duo iam arreſta prolata fuerāt: tamen non parum dubij adhuc reſtabat, & quidem nullam aliam ob cauſam, quā quòd loco certæ & clarę diſpoſitionis extremę, hominis mercaturæ & negotiationibus dediti, (cuius intentio facilimè comprehendi & explicari potuiſſet) facta fuerit tam obſcura & intricata implicatio ac inuolutio clauſularum & verborum, vt etiam peritiſſimo explicatio difficilis ſit. Certum quidem eſt, atque ex teſtamenti tenore colligi poteſt, teſtatorem hoc voluiſſe & principaliter eo reſpexiſſe, vt tam pater quàm vxor in vniuerſis & ſingulis bonis heredes eſſent, iiſque per tempus vitæ fruerentur, ſed poſt eorundem obitum illa ad proximum cognatum in gradu maſculino vt hoc deficiente ad proximum in gradu fœminino peruenirent. Idque potiſſimum inde patet, quod teſtator patrem & vxorem iuſſerit legata pręſtare, aliáque facere, quæ regulariter heredi incūbunt. Aliàs enim inſtitutio in vſufructu, pro legato eiuſdem haberi potuiſſet, 3 atque inſtitutio vniuerſalis quoad reliquum in fauorem proximi in gradu maſculino ſeu agnati pura nec vllo modo ſuſpēſa fuiſſet, cùm proximo agnato altera inſtitutio puram ſucceſſionem minimè impediiſſet, vtpote cum ob finem potiſſimum facta, vt enixam teſtatoris voluntatem quoad legata illius efficaciam declararet, quòd nimirum iſte patrem & vxorem ſuam perinde vt inſtitutos propria auctoritate legatum capere atque eo frui vellet, 4 adeò vt non opus haberent inſtar aliorum legatariorum illud à manu heredis demum accipere, ſed quòd eam ipſam ob cauſam inſtituti fuerint, vt ab iſto onere immunes eſſent. 5 Verùm in noſtra hypotheſi teſtator, dum legatorum à ſe relictorum præſtatione patrem & vxorem grauauit, notiſſimos legati terminos exceſſit, nihilque aliud ſenſit, quàm quòd pater & vxor heredes eſſe, & hereditatem per tempus vitæ habere, poſt obitum verò eandem proximo in gradu maſculino ſeu proximo agnato reſtituere deberent. Hæc itaque cùm expreſsè ſcribi debuiſſent, loco eorum ſcripta fuit inſtitutio patris & vxoris in vſufructu per tempus vitæ, atque proximi agnati in proprietate. Ex quo apparet † confuſionem illam verborum potius à craſſa notarij teſtamentum conſcribentis ignorantia, quàm ab imperfecta & incerta teſtatoris voluntate ortam fuiſſe, præſertim cùm heres in proprietate inſtitutus non expreſsè nominatus aut ſpecialiter deſignatus, ſed ſaltem collectiuè vocatus fuerit, & certitudo qualitatis ſub qua vocatus fuit, dependeat a tempore futuro, eueniátque in fauorem eius aut eorum, qui tum temporis reperientur. Cùm itaque hic in vſufructu inſtituti pro hæredibus habeantur & legata præſtare, atque alia onera hereditaria ferre cogantur, certè inſtitutio in proprietate poſt eorum obitum in fauorem proximi agnati in effectu vera ſubſtitutio & demum poſt obitum inſtitutorum efficax erit, cùm alias ſi vis & energia vocabulorum proprietatis & vſufructus præcisè examinarentur, craſſiſſimus error committi poſſet, atque ſcriptura in propriis & nudis ſuis terminis accepta veræ teſtatoris intentioni, voluntati ac diſpoſitioni præualeret. 6 Quam etiam ob cauſam parlamentum Thol. prioribus ſuis arreſtis ita iudicauit, quod nullum præiudicium vocationi proximi maſculi poſt obitum patris fieri deberet. Satis enim eo ipſo innuit, quod fructuarij heredes eſſe, atque heredum inſtar ad præſtationem legatorum & poſt obitum ad reſtitutionem hereditatis proximo teſtatoris agnato grauati eſſe deberent: atq; conſequenter, quod qualitas agnati in

ADDITIONES.

1 Odofredus *in l. ſi frater Cod. de fideicomm. cap. 1. de nou form. fidel. in vſib. feud.*
2 Angelus *conſil.* 292. 338. 342. 364. *num. 6.*
3 Carolus Molin. *ad Alex. conſ. 162. libr. 2.* Paulus de monte pico *in l. Titia, §. cùm nuberet, quæſt. 26. cum ſeq. ad legem Falcidiam.*
4 Bald. Salicet. & Iaſon *in l. extraneum, Cod. de hered. inſtitut.* Bald. *in l. filius à patre. de liber. & poſthum.* gloſſ. *in d. l. Titia, §. Lucius, de legat. 2.* 5 Bald. *in l. id, quod pauperibus, quæſt.* 14. *Cod. de epiſcopis & cleric. argum. l. Quintus Mutius, §. Pomponius, de annu. legat.* Guilh Benedicti *in c. Raynutius, ſuper verb. reliquit, num. 7. de teſt.* Matheſilan. *ſingul.* 4. Ioan. de Imola *in dict. l. filius à patre*, Dilectus *de arte teſtand. libro* 5. *cap. 5.* 6 *argu. l. ſi alij, de vſu & vſufruct. legat.* iuncta *l. 1. § ſi decem, vt legat. ſeu fideicomm. nom. cau.*

ti in teſtamento expreſſa referenda eſſet ad tempus mortis heredum fructuariorum, id eſt, vt heres in proprietate intelligeretur is, non qui tempore obitus teſtatoris, ſed qui poſt mortem heredum fructuariorum proximus agnatus deprehenditur. Quod ipſum etiam expreſſè voluntati teſtatoris conuenit. Iſte enim ſatis certus de agnatis ſuis, quódque inter eos omnes, quos tum habebat, proximus eſſet frater germanus, Bertrandus; huic quidem legatum reliquit, ſed eundem in inſtitutione nominare noluit, indicaturus voluntatem & intentionem ſuã eſſe, vt qualitas proximi agnati referatur ad tempus mortis heredum in vſufructu inſtitutorum. 7 Vlterius etiam illud eo confirmatur, quòd teſtator tractus ſucceſſiuos graduũ maſculini & fœminini expreſſerit, atque deficiente vno alterum attendi & admitti voluerit. Nam etiam eo ipſo ſignificauit ſe exitum ſpectaſſe 8 atque reſpexiſſe ad gradus parentelæ ſuæ, qui poſt obitum inſtitutorum heredum in vſufructu futuri erant, non verò ad perſonas, quas nominauerat aut ſpecialiter deſignarat, 9 cùm eas, quoad effectum inſtitutionis non principaliter, quales tempore conditi teſtamenti eſſent, conſiderarit, ſed qualitates earum remiſerit ad tempus futurum, nempe, vt admitti deberent ij, qui poſt obitum patris & vxoris proximi in parentela ſua deprehenderentur: 10 ad quam parentelam tota diſpoſitio refertur, cùm deficiente proximo cognato in linea maſculina vocetur proximus in linea fœminina, & per conſequens proximitatis qualitas conſideretur tempore contingentis caſus ſubſtitutionis, et non attento eo, quod anteà vel poſteà accidere potuerit: eo quòd vocatus, tanquam proximus, deficiente vel in ſuſpenſo manente proximitatis qualitate, ſub qua vocatus eſt, omnino non vocatus, ſed præteritus eſſe cenſeatur. 11 Quibus & hoc accedit, quod iuxta iuris diſpoſitionem, proximitatis qualitatem, ad quam hic inſtitutio teſtatoris in proprietate ſe refert, adeſſe & apparere oportet eo tempore, quo caſus ſubſtitutionis euenit, atque ea effectum ſortitur, 13 cùm facilè contingere poſſet, quemadmodum in noſtro caſu contigit, vt quis qualitatem à teſtatore requiſitam & deſignatam habeat quidem tempore conditi teſtamenti, ſed eandem tum non obtineat, quando teſtamentaria diſpoſitio ad effectum perduci debet, 14 & per conſequens diſpoſitio irrita fieret ob deficientem qualitatem eo tempore, quo neceſſario requi-
2 rebatur. 15 Cùm ẽnim qualitas iſta † loco cauſę finalis appoſita fuerit; ideò adeſſe eam oportet illo tempore, quo diſpoſitio ad effectum peruenire debet. 16 Si etiam hæc Petri diſpoſitio aliter accipiatur, tum inutilis & quaſi fruſtratoria erit, cum rebus in tali ſtatu manentibus effectum ſuum conſequi non poterit, niſi in perſonis eorum, qui & tempore conditi teſtamenti & obitus eius proximi fuiſſent, nimirum in fauorem patris & ſororum, quibus in eadem diſpoſitione teſtator ſatis quidem proſpexerat, eas verò non in inſtitutione vniuerſali nominare & per conſequens comprehendere, ſed pro præteritis haberi voluerat, niſi aliis defunctis poſt obitum heredum fructuariorum proximitatis qualitatem obtinerent. Dubitari itaque non debet hic de clara volũtate teſtatoris, qui per verba collectiua indefinitè concepta & prolata non comprehendit, multóque minus comprehendere voluit eos, quibus ſpecialiter & nominatim iã proſpexerat, 17 niſi fortè mortuis fructuariis ſui proximi eſſent. Haud igitur teſtatoris frater Bertrandus antè patrem decedens præiudicare potuit ei, qui teſtatoris proximus agnatus poſt heredum in vſufructu inſtitutorum mortem deprehenditur, qualis eſt Ioannes iſte Braiaudus, teſtatoris frater patruelis, ſeu conſobrinus. Huius enim intentio clara & expreſſa teſtatoris voluntate nititur. Deinde quemadmodum in ſucceſſione ab inteſtato inſpicitur tempus

ADDITIONES.

7 *argum. l. interuenit*, & ibi Bart. *de legat. præſtand.* Socin. *in l. ſi cognatis nu.* 30. *de reb. dub. & conſ.* 51. *n.* 40 *li.* 4. gloſſ. *in l. peto. § fratre, de legat.* 2. 8 *arg. l.* 3 *§. quando, de iure fiſc.* 9 *arg l. qui habebat, in fin. de reb. dub.* Anchoran. *conſ.* 27. *num.* 1. Ludouic. Roman. *conſ.* 438. *nu.* 20. *cum ſeq.* 10 *argu c. requiſiſti, de teſtam. & l. tutor, §. qui tutoribus, de excuſat. tut.* 11 *l. cum, qui poſt.* & ibi Caſtrenſ. *de condit. & demonſtra.* Mandel Alb. *conſ.* 106. Graſſus *in tract. de ſucceſſ in §. ſideicommiſſum, quæſtion.* 17. 12 *argument. l. commodiſſimè*, & ibi Aretin. *de liber. & poſthum.* 13 Alexan. *in l. ſi rem meam, in fin. de V. O.* 14 *l.* 2. *§ proximus, de ſuis & legitim. hereditat. §. proximus, de legit. agn. tut.* 15 *l. tutelam, in princ. de cap. diminut. l. ſi vſuſfructus, quib. mod. vſuſfru. amitt.* Crauetta *conſ.* 202. *numero tertio,* 16 Bald. *in l. humanitatis. Cod. de impub. numero* 28. 17 Ægid. de Bellamera *concl* 72. *l cùm in teſtem, §. fin. de her. inſtitu.* Cephal. *conſ.* 262. *n.* 14. *lib.* 2.

tempus delatę ſucceſſionis 18 ita quoque in teſtamentaria diſpoſitione idem fieri ſolet. 19 Tertio certum eſt, quòd omnis diſpoſitio, quantumuis generalis ad vnum dirigatur, quemadmodum noſtro in caſu ad eum, qui defunctis fructuariis teſtatoris proximus eſſet. Nã etſi prima facie videtur eiuſmodi generalẽ, diſpoſitionẽ includere & cõprehendere illud omne, quòd ſubiectum eſt generalitati, ceu declarationi cuidam eius, quod iã eſt, atque aliquando fieri poteſt, 20 quemadmodũ optione ſerui data, quodammodo ſinguli ſerui ſub conditione legati videntur: 21 attamen verũ eſt, quòd non omnes certè & indeterminate in eiuſmodi diſpoſitione generali contineantur, 22 ſed is ſaltem ad quem euentus diſpoſitionis, vt ea effectum ſuum conſequeretur, ſpecia iter directus fuit, qui etiam eueniẽte caſu diſpoſitionem tã certam & determinatam reddit, tanquam ſi ab initio ſtatim ita facta atque in eadem ille nominatus & expreſſus fuiſſet, 23 adeò vt ſi quidam ex iis, qui ab initio in diſpoſitione comprehendi videbantur, ante certitudinem vel conditionis euentũ per mortem aut ſtatus mutationẽ deficiat, perinde ſit ac ſi nunquam ſub generalitate iſta comprehenſus fuiſſet, cùm inſtar abortus ante tempus excludatur. 24 Quare licet Bertrandus frater teſtator indeterminatè in inſtitutione illa generali & incerta fuerit comprehenſus: tamen quia teſtatoris ad eum ſpecialiter illam direxit, qui poſt obitum fructuariorum ſuus proximus eſſet, atque antè hunc Bertrandus deceſſit; ideò non ad eum amplius ſed ad Ioannem diſpoſitio pertinet, iſque ſaltem in ea comprehendi cenſetur. Atque pro eo etiam parlamentum Tholoſanum pronunciauit.

ADDITIONES.

18 *d.l.proximus & §. proximus.* 19 *arg d. l.cum ita, §. in fideicommiſſo.* 20 *l Mauius, §. duobus, de legat. 2.* 21 *l.3.qui & à quib.manum.* 22 *l.ſi duo, l.inter ſtipulantem, §.ſacrã, l.continuus, §.illud de V.O.l.cum incertus, de legat.1.* 23 *argu.cap.paſtoralis, in fin.extr.de reſcript.* 24 *l.cùm quis, §.qui hominem, de ſolut.l.qui hominem, de alim.legat.clem.ſi de beneficio, de prabend.*

DECISIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Aſcendentes non minus, quàm deſcendentes in fideicommiſſo conditionali duas quartas detrahere poſſunt, ita tamen vt illi perceptos fructus in eas imputare teneantur, hi verò ab ea imputatione immunes ſint.*

HAc igitur cõtrouerſia ita definita mox alia ratione legitimæ & Trebellianicę oborta fuit. Haſce enim heredes † defuncti 1 Petri patris in omnem euentum ex bonis Petri teſtatoris ſibi deberi cõtendebat. Quibus Ioannes reſpondit ſe quidem nõ refragari, vt legitima detrahatur dummodò in eam imputentur omnia, quæ iure imputari debent; ſed Trebellianicã peti non poſſe, tũ propter tenorem ipſius teſtamenti, tũ quòd aſcendentibus duas quartas detrahere minimè permittatur, aut certè ad minimũ imputandi in eam ſint fructus à patre ex bonis defuncti filij Petri percepti & collecti. Sanè ſi res probè perpendatur, verum eſt, quod iuxta diſpoſitionem iuris ciuilis ne liberi quidem duas quartas detrahere poſſint, quẽadmodum à DD.tam *in conſiliis*, 1 quam *in lecturu* traditur. Verùm præualuit interpretatio & declaratio Canoniſtarum, qui docẽt atque expreſſis decretalium textibus probant, 2 filium non ſaltem legitimam iure naturæ ſibi debitam, ſed etiam Trebellianicam de bonis reſtitutionis ſubiectis detrahere poſſe dummodò fideicommiſſum cõditionale ſit, iuxta antiquam Azonis diſtinctionem, 3 quæ fundata videtur *in dictis textibus*, atque à tempore Azonis huc vſque inſtar Euangelij, vt nonnulli loquuntur, obſeruata fuit; Conſequens igitur eſt, quòd in iis fideicommiſſis, quæ conditionalia non ſunt, ſed in quibus reſtitutio purè atque ſine conditione fit, alterutra ſaltem quartarum pro libero arbitrio eius, à quo detractio fideicommiſſa vniuerſalia cõprehenſa, ſubintellecta aut ſuppleta in ſubſtitutionibus directis cenſentur, conditionalia,

ADDITIONES.

1 Oldrad.*conſ.*205. Alexander *conſ.*44.*&* 142.*libro* 2.*conſ.*·*num.* 10.11. *& ſeq. libro* 6. & ibi Molin. Angel.*in l.Papinianus, §.meminiſſe, de inoffic. teſtam.* Graſſus, qui alios allegat, *de ſucceſſ. quaſt.*4. Tiraqu. *in tract. Primogen.quaſt.*40. *numero centeſimononageſimooctauo*, & Bellam.*in concl.*702.*numero ſexageſimoctauo*, 2 *c. Raynutius, & c. Raynaldus, extr. de teſtam.* 3 *in ſumm. nouell.*1.gloſſ.*in l.quanquam, C.ad leg. Falcid.& in l.Papinianus, §.meminiſſe, de inoffic. teſtam. & in §.ſi verò non implens, d. nou.* gloſſ.*in d c.Raynutius.*

lia, 4 cum quælibet ſubſtitutio directa obliquam in ſe continens conditionalis ſit, atque econtra fideicommiſſa ſucceſſores ab inteſtato grauantia vi clauſulæ codicillaris dicuntur & exiſtimantur eſſe pura: 5 ita quoque de illis duæ quartæ detrahi poſſint, de his vna tantùm, iuxta communem & in praxi receptam opinionem. 6 Quæ licet nonnullis abſurda viſa, tamen ab aliis defenſa fuit, 7 atque ita obtinuit, vt non, niſi temerè contra eam diſputari amplius poſſit. Imò eo vſque hanc opinionem DD. extenderunt, vt etiam procedere debeat, licet legitimæ loco ſemis omnium bonorum detur, non obſtante eo, quòd Baldus contrarium defendit, 8 quem nonnulli & quidem celeberrimi ex recentioribus ſequuntur, 9 cùm præualuerit Accurſij opinio, veluti communius recepta & verior 10 ſi modò DD. qui hoc tradunt & atteſtantur, fidem merentur. 11 Quæ cum ita ſe habere conſtaret, ſupererat quæſtio, an idem de aſcendentibus dicẽdum eſſet, nempe vt ij quoque duas quartas in fideicommiſſo conditionali detrahere poſſent; atque ita earum ratione heredum Petri intentio contra Ioannem in principali cauſa victorem iure fundaretur? Et quidem opinionem à longo tempore præiudicatam arreſtis parlamenti eſſe deprehendebatur, quòd aſcendentibus non minus quam deſcendentibus detractio duarum quartarum competat, ita tamen, vt in eas aſcendentes perceptos fructus imputare teneãtur, à qua imputatione deſcendentes immunes ſunt. Quæ etiam communis DD. & interpretum iuris opinio eſt. 12 Cúmque in noſtra hypotheſi euidens eſſet, quòd defunctus Petrus pater fructus per longum tempus percepiſſet, qui etiam quantitatem Trebellianicæ longè exceſſerant, vtpote cùm circiter nouem vel decem annos tam proprio nomine quam veluti ceſſionarius Catharinæ habuiſſet: ideò iudicatũ fuit, quod eius heredes legitimam ſaltem detrahere, atque in eam legatum mille librarum & ſemiſſis mobilium imputare deberent: ita tamen vt iis quoque Ioannes refunderet id, quod Petrus ipſe viuus reliquorum legatorum nomine ſoluerat ac præſtiterat.

Additiones.

4 gloſſ. *in rub. de vulg. l. ſub conditione*, & ibi Bartol *de her. inſtit.* 5 Fernand. *in l. in quartam, præfat. 4. ad l. Falcid.* 6 Bartol. Bald. & Angel. *in d. §. meminiſſe*, Decius *conſil.* 320. Guido Papæ *deciſ.* 52. *&* 583. Curt. iun. *conſil.* 248. Graſſus, *in §. Trebellianica, quæſt.* 4. 7 Coraſ. *in l. filium quem habentem, num.* 43. *Cod. fam. erciſc.* 8 *conſ.* 94. *num.* 2. *lib.* 2. 9 Molin. *ad Alex. conſil.* 3. *lib.* 7. 10 *in § ſi quis autem, ſuper verb. auferri in Nouell. de hered. & Falcid.* 11 Emanuel à Coſta *in cap. ſi pater ſuper verb. abſque deductione, num.* 9. *de teſt. libr* 6. Hieron. Cagno. *in d. § meminiſſe.* Strachas ad Craucttam *conſ.* 50. Ang. *conſ.* 307. quem refert & ſequitur Graſſius *in d. § Trebellianica, quæſt.* 4. *n.* 2. 12 Ang. & Cumã. *in l ſi à milite, §. ſi de teſtam. milit* Fernand. *vbi ſupra, nu.* 9. refert & ſequitur Graſſus *vbi ſupra, numer.* 4. Roland. à Valle *conſil.* 39. *num.* 9. *vol.* 3. Coraſ. *in d. l. filium quem habentem*, *num.* 44. Bartol. Angel & moderniores *in l. fideicommiſſaria, ad Trebell.* Guido Papæ *quæſtion.* 478. A D.

DECISIO XLVIII.

Argumentum.

Legata vt plurimum à fideicommiſſario, nonnunquam verò ab herede grauato præſtantur.

Summaria.

1 *Ex quadrante legata non delibantur, ſed quadrans delibatur ex legatis.*

2 *Vidua defuncti intra annum luctus ab herede ali & exhiberi debet.*

3 *Annua legata alimentorum, quæ immodica non ſunt, hæredem grauatum de hæreditatis fructibus ſoluere oportet.*

NOtabiliter in arreſto allegato dictum fuit, quòd prædictus Ioannes tanquam fideicommiſſarius condemnatus fuerit refundere legata, quæ dictus defunctus pater hæres inſtitutus præſtiterat, nulla mentione facta debitorum & impenſarum funebrium. Nam legitima portio hæredibus defuncti patris adiudicata (quæ licet haud diſertè exprimatur, tamen ſemper in tali adiudicatione ſubintelligi & ſubaudiri ſolet) iis quoque affecta erat, quemadmodum etiam Trebellianica, quæ eſt quarta vniuerſorum bonorum detractis prius legitimis. Legata itaque fideicommiſſarius, ſubſtitutus, ex bonis reſtitutioni ſubiectis quæ ſibi remanent, præſtare eorúmque onus ferre debet, nõ verò hæres, in cuius præiudicium legata prædictam quartam haud imminuunt. 1 Idque illud eſt, quod eru-

Additio.

1 *l. 1. in fi. & l. 2. ad Trebell.*

aut alias eorum præſtatione illum grauauit. 13 Nam priori caſu ne dupliciter fideicommiſſarius oneretur, debebit aut deductionem non pati ab hærede, aut cauere illi hæredem defenſum iri eum aduerſus legatarios, cæteróſque: poſteriori verò voluntati teſtatoris parendum erit. 14 Qua quidem in re hæredem cautè, prudenter & circumſpectè agere oportet, ne temerè difficultatum tricis ſe implicet. 15 Atque quod præſtatio legatorum annuorum prædicto modo fieri debeat, ſuprema Curia Tholoſana ſemper, inprimis verò anno 1586. ad relationem defuncti Domini Maynial, in cauſa D. Balthaſaris de Laurens contra eius fratrem Claudium iudicauit, de qua cauſa infra hoc ipſo in libro, quoad alios articulos prolixius agemus. 16

ADDITIONES.

13 *l. Marcellus, §. qui quadringenta, ad Treb.* 14 *l. cogi, §. inde quæritur, eodem tit.* 15 Odofred. *in l. fin. Cod. ad Treb.* Guid. Pap. *conſ.* 8. 16 *l. 1. C. ad Treb. §. ſi quis vna, Inſt. de fideicom. hæred.*

DECISIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Detractio Trebellianica etiam liberis primi gradus, & quidem per codicillos prohiberi poteſt.*

Coram Seneſcallo Tholoſano Maria de Lugduno, domina de Bidonet ſucceſſionem ab inteſtato fratrum ſuorum vterinorum, veluti proxima eorum cognata, & propterea manuteneri ſe petiit in vniuerſis & ſingulis bonis domus de Caſtanhac atque aliis, quæ ad defunctos fratres ſuos, filios Ioannis de Lordat, Dn. de Caſtanhac, & Miramondæ de Rochefort, quæ Mariæ actricis mater erat, eámque ex ſecundo matrimonio poſt obitum Ioannis de Lordat, cùm Dn. de Bidonet contracto procrearat. Huic actricis petitioni contradixit Iacobus de Lordat, Dn. de Donzens; qui aſſeruit, fratrem ſuum defunctum Dn. de Caſtanhac extremam & validam diſpoſitionem feciſſe, in qua ipſemet omnibus eius liberis fratribus vterinis actricis, hæredibus inſtitutis eo caſu, quo ſine liberis ij decederent, ſubſtitutus, atque ad hæreditatem & ſucceſſionem domus de Caſtanhac, tanquam proximus deſcendens ex ea vocatus fuiſſet: atque ideò cùm prædicti ſui ex fratre nepotes ſine liberis omnes deceſſiſſet, petiit pronuntiari ſubſtitutionis caſum euenisſe, & ſibi vniuerſa & ſingula prædicta bona adiudicari, ſalua quidem in gratiam Mariæ legitimæ prædictis nepotibus ſuis competentis detractione, ſi in eam imputaret illa, quæ de iure imputanda ſunt, non verò Trebellianica, quæ hîc locum habere non poſſet, cùm eam teſtator per codicillos eodem anno factos qui ſimul producebantur, expreſſe prohibuiſſet. Cui Maria de Lugduno replicabat, quòd iſta ſubſtitutio, quæ fideicommiſſaria erat, non poſſet porrigi ad bona fratribus vterinis per donationem in pactis dotalibus parentum factam, acquiſita. Cùm enim ij longo antè tempore donatarij fuiſſent, ideò eos à patre fideicommiſſo grauari non potuiſſe: imò licèt hoc factum fuiſſet: tamen Trebellianicam† nihilominus locum habere, cùm inter liberos primi gradus non ſolemni teſtamento, ſed ſaltem codicillis prohibita fuerit. Super qua controuerſia, cùm ſententiam Seneſcallus tuliſſet, atque ab ea vtraque pars reſpectiuè ad Parlamentum Tholoſanum prouocaſſet, de hac ſola quæſtione diſceptatum fuit: nunquid prohibitio per codicillos facta, tantum operaretur, vt Trebellianicæ detractionem impedire poſſet? Nam quod alteram Mariæ exceptionem à donatione fratribus vterinis facta petitam attinebat, de eius eliſione acta ſatis teſtabantur, atque in promptu erant præiudicia prædicti Parlamenti in caſibus ſimilibus, quòd eiuſmodi exceptio non admittenda ſit, præſertim cùm fratres illi vterini, patris hæredes teſtamentarij, eiuſdem teſtamentum per omnia approbarint, nec ei vllo modo cõtradicere potuerint, vt ideò multò minus Maria ſucceſſionis iure, atque ex eorum perſona, veniens audienda ſit. 1 De eo etiam non dubitabatur, quòd liberis prioris gradus Trebellianicæ detractio expreſsè prohiberi poſſit. Nam & hîc tot Parlamenti præiudicia extabant, vt pro certiſſima regula haberetur, contra quam omnis diſputatio inanis & ſine effectu eſſet. Etſi enim Baldus atque alij nonnulli, qui eum ſequuntur, contrarium docent: 2 attamen opinio Corſeti & aliorum, 3 tanquam æquior & multis præiudiciis Curiæ Mediolanenſis

ADDITIONES.

1 *argum. l. Lucius Titius, de fideicom. libert.* 2 *in l. iubemus, Cod. ad Trebellian.* Paul. de Montepico *in l. in quartam, ad leg. Falcid.* 3 *in tract. de poteſtat. reg. in materia Trebellian.*

22 ſicque declarat & exprimit plenè & integrè qualitatem fideicommiſſi, quam antea in teſtamento ſuo omiſerat. Qualis declaratio non ſolùm per codicillos, ſed etiam coram duobus teſtibus, citra vllam aliam ſolemnitatem, fieri poteſt, vt alibi Vlpianus reſpondit. 23 Hæc itaque opinio affirmatiua etiam Parlamento Tholoſano placuit, eandémque id arreſto ſuo confirmauit.

ADDITIONES.

22 *l. pater, cum ſeq. de his, quæ in fraud. creditor.* 23 *l. hæredes palam, §. ſi quid.* & ibi gloſ. & Doct. *de teſt.*

DECISIO L.

SVMMARIVM.

Hæres fideicommiſſo grauatus impenſas funeris, ſolutionem debitorum, atque alia hæreditaria onera ſaltem ratione quadrantis, ceu hæreditariæ portionis, ſuſtinet.

INTER illa, quæ hæres grauatus, de hæreditate, quam fideicommiſſario reſtituit,
1 detrahere poteſt, † meritò etiam teſtatoris debita & funeris impenſæ referuntur: Si enim hæres prædicta debita ſoluerit, vel in funus teſtatoris quid impenderit, tum eorũ omnium refuſionem à fideicommiſſario rectè petere poteſt, vt hic ea vel de reſidua portione, quam recipit, reſtituat vel ſaltem detrahi ſinat, de maſſa totius hęreditatis. 1 Nam res eodem recidit, cùm onera creditorum diuidantur inter hæredem & fideicommiſſarium pro quadrante & dodrante, 2 vel ſi quadrantem non retineat hæres, omnia transferantur in fideicommiſſarium. Hæres quippe ſaltem propter quartam hæreditatis portionem tenetur & obſtrictus eſt. Quare ſi idem à teſtatore iubeatur, vt reſtituta hæreditate certam quandam rem ex ea retineat, tum licèt res illa Trebellianicam excedat, tamen actiones paſſiuæ aliáque onera hæreditaria ad ſolum fideicommiſſarium transferuntur, quoniam hæres rem illam particularem ex voluntate teſtatoris retinens inſtar legatarij habetur, atque ideò ad ſolutionem debitorum; quæ non res particulares, ſed vniuerſum defuncti patrimonium, atque totam hæreditatis maſſam afficiunt, haud obligatur. 3 At ſi grauatus Trebellianicã ceu hæreditatis portionẽ, atque ſic nõ in re, ſed in iure, vt Iuriſc. loquitur, 4 retineat, tum debitorum ſolutio aliáque onera hæreditaria non ſoli hęredi incũbunt, ſed ratione portionum hęreditariarum diuiduntur. Idem quoque de impenſis funeris dicendum eſt, quæ & ipſæ debitorum loco habentur, 5 imò omne creditum præcedunt, 6 dummodò factę & expoſitæ fuerint pro dignitate defuncti & bonorum eiuſdem facultate. 7 Vnde etiam illæ iuxta prædictam qualitatem & facultatem æſtimari ſolent, vt tanquam æs alienum detrahantur. 8 Ob quas potiſſimum cauſſas Parlamentum Tholoſanum in controuerſia, cuius in præcedenti concluſione mentio facta fuit, per aliud arreſtum iudicauit, quod Mariæ de Lugduno Iacobus de Lordat, vigore ſubſtitutionis fideicommiſſarius, hæres teſtatoris Domini de Caſtanhac, omnia & ſingula legata ab eodẽ relicta, refūdere deberet, quę grauati hæredes prædicti de Caſtanhac, quibus Maria ſucceſſerat, prius præſtiterant, quæque iuxta factam liquidationem nõ exigua pecuniæ ſumma æſtimabantur. Eodem quoq; arreſto decretum fuit, quòd onus debitorũ & funeris impenſarum pro ratione portionum adiudicatarum, vtraque pars ferre & detrahere deberet: ita tamen, vt Maria in portionem ſuam imputaret alienationes, ſi quæ à fratribus vterinis, quibus ſucceſſerat, & à quibus ius ſuum & cauſam habebat, factæ fuiſſent. 9

ADDITIONES.

1 *l. 1. C. ad Trebellian.* 2 Cuiac. *ad rubric. d. tit.* ex *l. 1. eiuſdem.* 3 *l. 1. §. ſi hæres præcepto fundo, ad Trebellian.* iuncta *l. fideicommiſſum*, & ibi notat. *de iudic.* 4 *l. ſi legatus, §. ſi filiofamilias, verſic. multum intereſt, eod. tit.* 5 *l. Papinianus, §. 4. de inoffic. teſtam.* 6 *l. impenſa, de religioſ. & ſumpt. funer. l. fin. §. in computatione*, & ibi gloſſ. *C. de iur. deliber.* 7 *l. ſi quis ſepulchrum § ſumptus & l. at ſi quis, § æquum, de religioſ. & ſumpt. funer.* 8 *l. 1. §. fin. ad legem Falcid.* 9 Gerard. de Mainard. *deciſ. lib. 5. cap. 50.*

DECISIO LI.

SVMMARIVM.

1 *Liberi quoque in ſecundo vel vlteriori*

tutione limitetur & reſtringatur 3 ad liberos primi gradus, vt ad eos, qui in vlteriori gradu ſunt, quemadmodum Guilhelmus iſte fuit, porrigi & extendi nequeat. Quam limitationem & reſtrictionem etiam Connanus, 4 atque ante eum Accurſius & alij Dd. notarunt, 5 qui exiſtimant ibidem, ius ſingulare conſtitui, & ſpeciale liberis primi gradus priuilegium concedi, ad remotiores minimè extendendum, vtpote quorum contemplatione ius antiquum, quoad imputationem incorrectum manſerit. 6 Quorum opinio etiam propterea veroſimilior videtur, quod in priuilegiis, iuriſque ſingularibus, per quæ a regulis communibus receditur, nulla extenſione quidem de filio ad nepotem admittatur, 7 eò quod iſta, quæ contra iuris rationem in fauorem certarum quarundam & ſpecialiter deſignatarum perſonarum recepta ſunt, ad conſequentiam quoad alias trahi nequeant. 8 Verùm enimuerò re accuratius conſiderata aliud dicendum erit. Nam ſi ſenſus potius & finis conſtitutionis, quam cortex verborum in eadem vſurpatorum attendatur, negari nequit, quod etiam pertineat ad eos, qui tempore natiuitatis quidem in ſecundo gradu erant, propter ſuperſtites parentes, qui primum gradum occupabant, ſed poſt eorum obitum in eundem gradum quaſi ſuffecti & & ſurrogati fuerunt, quoniam primo gradu ſublato, primi nomen & ius obtinet, qui proximus eſt: adeò, vt quicquid diſpoſitum ſancitum & introductum eſt in gratiam eorum, qui primum gradum tenent, accipiendum ſit tam de iis, qui ſtatim tempore natiuitatis, in primo gradu reperiuntur, quàm de aliis, qui demum poſt parentum obitum eundem occupare ſolent, ſiue de ſucceſſione ex teſtamento ſiue ab inteſtato agatur 9 cùm ij vtique in primo & proximo gradu ſint, qui nullum ſe priorem habent. 10 Conſtitutio itaque illa extenſionem paſſiuam recipiet, 11 non ſolùm quoad deſcendentes in ſecundo gradu, ſed etiam quoad omnes reliquos, qui in vlteriori conſtituti ſunt, & quibus ex parentum ſucceſſione legitima aut Trebellianica debetur. Eadem enim interpretatione augmentum legitimariæ portionis iure nouellarum, vel etiam ſtatuto introductum ad quoſlibet pertinere dicitur, qui legitimam petere poſſunt. Sic quoque Falcidia per interpretationem paſſiuam porrigitur & extenditur ad teſtamenta, quæ per fictionem ſaltem ſubſiſtunt & confirmantur, atque propter fictionem iſtam omnes leges teſtamentariæ ad illa pertinere cenſentur, quæ modò in iis locum habere poſſunt. 12 Indéque interpretes inferunt diſpoſitum in caſu vero etiam ad caſum fictum, ſi non actiuè, ad minimum paſſiuè extendi poſſe. 13 Quæ regula indiſtinctè vſurpatur, dummodo de pari effectu appareat. Cum ergo res ita ſe habeat, vt nepos poſt obitum patris eiuſdem locū & gradum occupare cenſeatur, & iuris fictione pro tali filio habeatur, qualis prædefunctus pater fuit, adeo vt non per transmiſſionem, ſed remotionem, quemadmodum interpretes loquuntur, veniens neceſſariò inſtituendus vel exheredandus ſit, 14 atque ab inteſtato eandem capiat portionem, quam pater capere potuiſſet, ſi ſuperuixiſſet, certè nihil omnino cauſæ apparet, cur denegari ei debeant, priuilegia cęteraq; ſingularia & fauorabilia iura, quę patri, in cuius locū intrant, conceſſa & indulta fuerunt. Sic etenim ille, qui per fictionē ſtatuti ꝓ ciue habetur, cùm

ADDITIONES.

3 *d.l.liberorū,§.toties,l.honor, C. de pœn. l.moris,§.liberos,ff.eod.* iuncta *l.D. Marco,C. de quaſt.* 4 *libr.1.comment.iur.ciuil.cap.1.* 5 Bart. *in l. quod de bonis,§.quod autem,ad l. Falci.* Alexan.*ibid.& in l.mulier,§.cùm proponeretur.ad Trebell.* Bald.*in d.l.iubemus,& in l.filium quem habentem, C.famil. hereiſcund.* Paul.de Monte Pico *in dict.l.in quartam num.94.* Rebuff. *in d.l.liberorum §.fin.* Anton. Faber. *ad tit.Cod. ad Senatuſconſ. Trebellian. definit.4.* vbi dicit, liberorum primi gradus priuilegium in eo eſſe, quòd non ſolùm iis prohiberi detractio Trebellianicę à teſtatore non poſſit, quomodo aliis poteſt, ſed & ſaluos ac pręcipuos habeant fructus, quotquot ante cedentem fideicommiſſi diem perceperint, vt nec in Trebellianicam iis imputentur, qui aliis omnibus, licet nepotibus, etiam tacēte teſtatore haud dubiè imputantur. A.D. 6 *d.l. quod de bonis, §. fructus, & in l.filiusfamilias, ad leg.Falc.* 7 *arg.l.ſed etſi milites, de excuſat.tut.* 8 *l.quod verò, de LL.cap.quæ à iure communi de reg.iur.lib.6.* 9 *§.ſui,Inſt. de hered.qualit.& differ. Nouel.118. c.1.* Fernand.*in d.l.in quartam,in præfat. num.5. ad leg.Falcid.* 10 *argum. l. qui duos, de rebus dubiis.* 11 Carol.Molin.*ad conſil.Alexand.165. libr.5.* & idem in conſiliis ſuis, *conſil.29.num.8.* 12 Iuxta illud Pauli *in l.1. § lex Falcidia ad leg.Falcid.* 13 Imola *in d.§. lex Falcidia.* 14 *l.Gallus,§.1. de liber. & poſthum.d.§.1.de hered.ab inteſt. venient. §.poſthumorum, Inſtitut.de exhered.liberor.*

cùm verus ciuis non ſit, omnibus priuilegi s,immunitatibus, & iurious fruitur,quibus veri ciues gaudent, dummodò illa ab iis dependeant,qui ſtatuti auctores sũt.15 Et quamuis aliud fortè ob vim vocabulorum dicendum ſit,tamen mens & intentio ſtatuentium ac fictionem introducentium vnicè ſpectanda & attendenda erit. 16 Sanè ſi in teſtamentis & contractibus fictio eiuſmodi,quoad ea, quæ ad ſimilem & eundem effectum tẽdunt,admittitur, 17 multò magis locum habebit in legibus & conſtitutionibus,in quibus aliàs res ſimiles, vel quæ pro ſimilibus habentur, eiuſdémque effectus ſunt,facilè inuicem conuerti & immutari ſolent. 18 Nec obſtant dictiones illæ taxatiuæ, & limitationes generaliter appoſitæ, cùm non pertineant & referendæ ſint,ad caſum principalem, qui planè ſimilis atque eiuſdem effectus eſſe cenſetur per fictionem & interpretationem paſſiuam. Quæ fictio & interpretatio, ſi propriè loqui velimus,non tam extenſio eſt,quam intrinſeca & inhærens quædam comprehenſio,cùm tendat ad idem, de quo principaliter in conſtitutione diſpoſitum fuit:adeò vt ſi in eo caſu, quo in primo gradu verè exiſtentes adhuc viuunt, atque ad eos,qui in ſecundo gradu reperiuntur, hereditas fideicõmiſſo grauata deferatur,eius modi quippiã ij prætendere nequeãt, cùm in primo gradu eſſe haud fingantur, ſed omnino in ſecundo ſubſiſtant: vt ideò nec actiuè nec paſſiuè ad eos applicari poſſit illud, quòd Iuſtinianea conſtitutione quoad deſcendentes in primo gradu fuit introductũ,ſed ij penitus à diſpoſitione iſta excludantur. Porrò à nonnullis tradi quoque ſolet, dictam conſtitutionem in vtroque hoc caſu ſaltem procedere, quãdo vna tantùm quarta detrahitur. Nam ta. quando duæ quartæ detrahuntur,fructus omninò in eas imputandos eſſe dicunt, cùm in conſtitutione apertè dicatur, tres hæreditatis partes ſiue dodrantem aſſis reſtitui debere, quemadmodum Paulus de Caſtro notauit. 19 Præſuppoſito itaque eo,quod hodie iuxta diſpoſitionẽ iuris Canonici de fideicõmiſſo cõditionali deſcendentibus relicto, (quale etiam in noſtra hypotheſi eſt) detrahi duę quartę poſſint,nimirum primò legitima, in quam nulla imputatio fructuũ fit,& deinde Trebelbellianica: conſequens etiam eſt, quod in eandem deſcendentes quoque imputare fructus teneantur: præſertim cùm nõnulli aſſerant, nulla lege imputationem illam imputationem illam impediri poſſe, quoniam ius vetus eandem fieri iubens, 20 nullibi correctum reperiatur.Quam opinionem magni nominis Dd. defendunt. 21 Verùm eorum, qui contrarium docuerunt,nempe deſcendentes primi gradus in neutram quartam fructus imputare teneri,ſentententia æquior & receptior eſt: qui etiam dictam conſtitutionem, qua dodrans aſſis reſtitui iubetur, ita accipiunt, vt as intelligatur detracta legitima, adeò vt reſidui tres partes quarta retenta liberi reſtituere debeant. Nam aliàs conſtitutio illa planè inanis & inutilis eſſet, cùm ſatis antea iure prouiſum fuerit,quòd fructus in legitimãm non imputentur. 22 Atque ita auditores Rotæ iudicarunt, & ſimiliter adhuc hodie iudicari ſolet. 23 Quas etiam ob cauſas Parlamentum Tholoſanum in prædicta contiouerſia 16. Aprilis anno 1585.ita pronunciauit, quod caſus ſubſtitutionis ab auia Anna in teſtamento ſuo 16. Aprilis anno 1535. factæ tam quoad Annam de Puy, quàm quoad Ramondam Maurellam veluti matrem & adminiſtratricem filiæ Annæ eueniſſet,& proptea Anna de Puy,& Maurelrella eo nomine in vniuerſis & ſingulis Guilhelmi de Ayrolles bonis, quæ ex dicto teſtamento ad eum peruenerãt,detracta tamen de bonis illis in Maurellæ grariam tali legitima, qualis de iure iure Guilhelmo ex Annæ auiæ maternæ bonis debebatur, atque inſuper etiam Trebellianica: ita tamen vt in

ADDITIONES.

15 *argum. l lege Cornelia,in fin* & ibi gl. *de teſtam.*Bart.*in l.ſi maritus ſit in magiſtratu,ad leg.Iul.de adul.& in l.ſacrilegij,ad leg. Iul.peculat.* 16 *l.3.§. hæc verba,de negot. geſt.* 17 ex notat.*in l.ex ea parte, §. inſulam,de verb.oblig.& in l. Deo nobis, C.de epiſc.& cler.* 18 arg notat. *in l.ſi.C.qui pot. in pig.hab.& in l.rem,§ item quæcumque,de rei vind.l.ſi vnus, §.ſi acceptilatio.*cùm ibi notat.*de pact* 19 *in d l.iubemus, & in l. quod de bonis, §.fructus,ad leg. Falcid.& in l.mulier,§ cùm proponeretur, ad Trebellian. & in l.ſcimus,in princ.num.* 8.*Cod.de inoffic. teſtament.& conſil.*188.*lib.*2. 20 *l.in fideicommiſſaria,ad leg.Falcid.* 21 Alexand.*in dict. §. cùm proponeretur,& conſil.*165.*libr.*5. Raph.Cuman. *in dict.leg.in fideicommiſſ. & & in l.cohæredi, §.cùm filia,de vulga.*Iaſon. *conſi.*231.*nume.*8.*libr.*2.Anton.Gabr.Roman. *libr.* 4. *commun.opin.titul.ad Trebellia. concluſ.*4.*numer.*1. 22 Alexand. *in d.l.quod in bonis, §. quod auus, & l in ratione, §. quod vulgò,ad legem Falcid.* Caſtrenſ.*in d.l. iubemus,*Iaſon.*conſil.*99.*libr.*4.Bald.*in d.l.ſilium quem habentem,* Gabr.Biel. *commun. opinion. libr.*4. *concluſ.*12. *numer.*1. *titul. ad Trebell.* 23 Caſſiodor. *deciſ.*2.*de teſtamen.*

vt in hanc minimè imputarentur fructus, quos Guilhelmus iſte poſt obitum auię vſque ad mortem ſuam percepiſſet. 24

ADDITIO.

24 Cuius arreſti etiam meminit Chacondas *lib. 7. reſpon 152.*

DECISIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator proximiorem in parentela ad fideicommiſſum vocans, eum, qui ſibi, nō verò, qui inſtitutis hæredibus proximior eſt, vocaſſe cenſetur.*

VXOR Petri Merle in teſtamento Anno M.D.LXIII. cōdito, trientem vniuerſorum & ſingulorum bonorum prædicto marito ſuo legarat, vt iiſdem pro libitu & voluntate ſua frueretur, atque in reſiduo omnium bonorum hæredes vniuerſales ſcripſerat filios ſuos Guilhelmum, Ioannem & Petrum ex Petro marito ſuſceptos, ſubſtitutionem reciprocam faciens, atque ſi omnes decederent, proximum in parentela ſubſtituens. Euenit, vt poſt obitum teſtratricis in voluntate iſta decedentis omnes quoque inſtituti hæredes ſine liberis (vtpote qui nunquam vxores duxerant) morerentur, atque tandem etiam eorundem pater Petrus diem ſuum obiret, relicta Anna de Roquoles, ſecunda coniuge. Hæc, ceu mater atque legitima adminiſtratrix liberorum ſuorum, quos cum prædefuncto marito quondam procrearat in poſſeſſione bonorum, quæ ex teſtamento prioris vxoris Petri de Merles ad defunctum maritum eiúſque liberos peruenerant, perſiſtens, turbatur à Guilhelma Andreæ, quæ prætendebat caſum ſubſtitutionis in teſtamento illo factæ per obitum hæredum Petri ſine liberis, quoad ſuam perſonam iam eueniſſe, cùm teſtatricis ſoror vterina atque ea ratione eius proxima in parentela eſſet. Cùm itaque partes litigantes primam inſtantiam coram iudice ordidario de Moyſſac habuiſſent, indéque ad Seneſcallum de Quercy atque hoc ſententiam quandam interlocutoriam ferente ad Parlamētum Tholoſanum prouocaſſent, vtrinque petierunt, vt cauſa ibidem retineretur, atque de ea iudicaretur. Nam de facto nullum reſtabat dubium, & facilè concedebatur, quòd Petrus Merles poſt obitum liberorum ſuorum à prima vxore hæredum inſtitutorum proximus eorundem in parentela fuiſſet, nec itidem negabatur, Guilhelmam teſtatricis ſororem vterinam, atque ſic eiuſdem poſt liberorum mortem proximam in parentela eſſe: at de meritis facti ſeu quid iuris de eo eſſet, ſaltem quærebatur: nempe an verba illa † in ſubſtitutione adiecta: *Proximus in parentela*: referenda eſſent ad Guilhelmam teſtatricis proximam, an verò ad Petrum Merles, qui proximus hæredum inſtitutorum fuerat; & per conſequens ius ſuum ad liberos ſecundi matrimonij iam tranſmiſerat. Quæ quidem quæſtio facillimè definiri potuiſſet, ſi teſtatrix pronomen *Mea*, adieciſſet. Tum enim euidens fuiſſet, eam de ſua propria, non verò inſtitutorum hæredum parentela ſenſiſſe. 1 Verùm cum hoc non fecerit, diſputationi illa locum reliquit, adeò vt ad parentelam hæredum reſpexiſſe, atque iis, & quidem nouiſſimo eorum, ſubſtitutionem illam facere voluiſſe cenſeatur, vt ius legitimarum hæreditatum conſeruaretur, 2 cùm ſemper præſumi ſoleat, quod teſtator iuris communis diſpoſitioni ſe conformare, & quaſi ſubmittere, 3 atque iuxta illam eos vocare voluerit, qui aliàs ab inteſtato ſucceſſuri erant. 4 Nam in articulis dubiis teſtamenti alicuius teſtator creditur cogitaſſe de eo, quod ius ſanxit & diſpoſuit. Quare & noſtra teſtatrix poſt inſtitutos hæredes liberos atque nouiſſimum eorum, vocans proximum in parentela, vocaſſe exiſtimabitur eum, qui iuxta iuris ordinem nouiſſimo ſucceſſurus ab inteſtato erat, 5 præſertim cùm ſit ſubſtitutio inter liberos reciproca purè & ſine

ADDITIONES.

1 Iuxta ea, quæ de alio relatiuo, *Suus, Sua, Suum,* docet Accurſius, & qui eū ſequuntur, *in l. ex facto in princ. ad Trebellian. & in l. ſi Attio. de vſufruct. accreſ.* Bart. *in l. cùm in teſtamento, de auro & argen. legat. in l. debitor, in princ.* ibi *filia ſua, ad Trebellian.* 2 *l. vel ſingulis, de vulgar.* 3 Bart. *in l. hæredes mei, §. cùm ita, ad Trebell.* 4 Alexand. *conſil. 4. num. 2 vol. 4.* Cornæ. *conſil. 22. volum. 2.* Decius *conſil. 382.* 5 Pet. Ancharan. *in l tres fratres, de pact.* quem refert Alexand. *conſil. 15. libr. 4. & in d. l. hæredes mei, §. cùm ita.* ex Bald. *in l. precibus, Cod de impuber.* ex *l. ſi duo. de acquirend. hæredit.* Iaſon, *conſil. 41. numer. 15. & conſil. 84.* Bart. *in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi, de oper. libert.*

T

& ſine vlla conditione facta, in tantùm, vt ne vulgaris quidem & ordinaria, ſi vnus aut nonnulli ex inſtitutis hęredibus ſine liberis decederent, quæ tamen à iure ſuppletur & tacitè ſubintelligitur, 6 expreſſa, ſed planè omiſſa, vel ſaltem illis verbis: *Proximus in parentela*, incluſa fuerit. Quo caſu verba illa referri ad parentelam hæredum inſtitutorũ tradit Bartholomæus Socinus, 7 quẽ ſequitur Socinus iunior, 8 qui dicit, hanc eſſe puram veritatem, atque pro confirmãda ſua ſententia multas auctoritates & rationes adducit. Inter quas etiã hæc eſt, quod, quando de bonis nondum alteri acquiſitis, aut hæreditate à nemine adita, vt in vulgari, quæritur, certum ſit conſiderari coniunctionem & proximitatem reſpectu ipſius teſtatoris ſecundùm ordinem ſuccedendi, ſed quando agitur de bonis ipſius iam alteri ex diſpoſitione quæſitis, & ſic de hereditate quæſita & adita ab altero, à cuius manu peti aut accipi debeat, conſiderandam venire perſonam morientis, à cuius manu reſtitutio eſt facienda, non teſtatoris, cuius ſucceſſio ceſſauit in totum, per ſucceſſionem, quæ ſemel habuit locum ex teſtamento: ideò ad illam dici non poteſt teſtatorem reſpexiſſe. Atque hoc ipſum prædicti DD. colligere poſſe videntur, ex doctrina Bartoli, *de iure accreſcendi* diſſerentis. 9 Imò ex reſponſo ipſius Modeſtini, dum inquit: *Aut poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerunt, eo tempore, quo teſtator moreretur.* 10 Nam inprimis (aiunt) vocantur, quos teſtator nominatim vocauit, illiſque, ſe viuo defunctis ſecundo loco inuitati videntur, qui ſanguine teſtatori proximiores fuerint mortis eius tempore, poſt quorum deceſſum inuitati tertio loco intelliguntur, non qui teſtatori, ſed qui vltimo grauato proximiores fuerunt. Communiter etiam DD. ex Modeſtini illo reſponſo inferunt, in fideicommiſſo familiæ teſtatoris derelicto poſt expreſſè inuitatos admitti proximiores, 11 ſed non adiiciunt, quinam proximiores illi ſint. Quare ſi doctrina eorum referatur ad textum, vnde deſumpta eſt, quod iuxta Bartoli doctrinam 12 neceſſariò fieri debet, apparebit, eos de proximis grauati hæredis, non verò de proximis teſtatoris ſenſiſſe. Nec mutat, quòd vulgò obiici ſolet, per fideicommiſſum non heredi grauato, ſed teſtatori, à quo fideicõmiſſum relictum fuit, ſuccedi, 13 cuius perſona hoc in caſu haud minus quàm in ſubſtitutione vulgari attendi debeat. 14 Nam in ſubſtitutione fideicommiſſaria, ſi ipſum effectum ſpectemus, ſucceſſio & hæreditas immediatè pertinet ad hæredem inſtitutum licet mediatè à teſtatore procedat. Cauſa autem immediata mediatæ præualere debet. 15 Quod eò magis in hoc caſu locum habebit, cùm de fauore patris agatur, qui per vocabula iſta, *Proximus in parentela*, expreſsè vocatus intelligitur, cùm verbum *Parentelæ*, vtriuſque ſexus parentem ſignificet vſque ad tritauum. 16 Ex quibus atque aliis, quæ mox dicentur, ſatis colligi poteſt, quæſtionem hanc difficultate non carere. Quam etiam Tiraquellus, 17 atque poſt eum quidam ex recentioribus Italis, 18 poſt adductas ex vtraque parte auctoritates & rationes definire noluerunt, ſed ſatius eſſe duxerunt, vt iudicium ſuum ſuſpenderent, atque prudentioribus deciſionem relinquerent. Immeritò itaque Alciatus milites leuioris armaturæ vocat eos, qui modò dictæ & deductæ opinioni ſubſcripſerunt, 19 ſed potius cogitare debebat, nullum conſtantis doctrinæ ſignum eſſe, quod antea eãdem *conſiliis ſuis* ipſemet defenderit. 20 Cui excuſationem fortaſſe præbebit illud, quod dici ſolet, cogitationes *in lecturis & interpretationibus* meliores, ſaniores & ſynceriores eſſe quàm *in cõſiliis*, cùm parti, quæ conſilium expoſcit, plerunquè magis ij fauere ſoleant. 21 Modeſtius tamen de tantis viris loqui debuiſſet, cum quibus idem antea ipſemet ſenſerat. Ob quam etiam difficultatem quęſtio hęc haud indigna eſt, vt in vtranque partẽ plenè examinetur. Cúmque ea à prędicto Parlamento definiri deberet, Domini iudices quaſi in diuerſas partes abierunt. Nam & ſoror vterina auctoritatibus & rationibus haud carebat, quibus intentionem ſuam firmare poterat. Primò enim fundamentum illud, quod ex Modeſtino adducebatur, DD. qui contrariam ſententiam defendunt, contra primam illam opinionem retorquere ſolent, vtpote cùm ex ipſis

ADDITIONES.

6 l.cũ auus, de conditio. & demonſt. 7 *cõſ.* 249.*vol.*2. 8 *cõſ.*126.*vol.*1. 9 *in l.re cõiunctis* dũ Dyni deciſ. allegat *in l.cohæredi, §.qui diſcretas, de vul.* 10 *d. §.in fideic l.cũ ita, de leg.* 2. 11 Bart. Alb. Odof. Imol. Caſtr. *in d. § in fideicom.* 12 *in l.nõ ſolum, §.liberatio, de lib. leg.* 13 *d.l.cohæredi, §.cum filia.* 14 iuxta notata per Bart. *in l.Lucius, q.pe.de vulg.* 15 *l. ſocium qui, §.*10.*pro ſoc.* Soc. *in l.*1.*in prin.n.*1. *de verb.oblig.l.ſed ſi plures, §. in arrogato, de vulg.* 16 Ang. *cõſ.*208. 17 *in tract. de retract. lignagier. §.*2.*n.*10. 18 Zanchus *in l.hær.met, §.cũ ita, ad Treb.* 19 *in d.§.in fid.* 20 *cõſ.*204. *lib.*1. 21 *in d.§.in fid. ſuper v. qui in vlt. interp.*

ipſis ICti verbis conſtet, eum voluiſſe & intellexiſſe, vt ad fideicommiſſum in fauorem familiæ relictum admitterentur ij, quos teſtator expreſsè nominauerat & vocauerat, atque iis defunctis proximiores nō quidem hæredum inſtitutorum & grauatorum, ſed ipſius teſtatoris, quos tempore obitus haberet. Illud autem inde probant, quod ICtus expreſsè dixit, poſt eos omnes extinctos venire eos, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo teſtator moreretur. Quod ſanè de teſtatoris proximioribus iuxta doctrinam Accurſij 22 atque aliorum 23 accipi debet: nō verò de hæredū inſtitutorum & grauatorum proximioribus, qui primo gradu procreati ſint. Nam illi teſtatori multò propiores adhuc quàm hi ſunt, quoniam deficiētibus iis, qui in primo gradu erant, atque ad fideicōmiſſum primò vocabantur, ipſi in eundem gradum recipiuntur, atque ſic pro proximis habentur. Quare firma concluſio eſſe videtur, ſemper attendi perſonam teſtatoris, non autem ipſius vltimi poſſeſſoris vel grauati. 24 Quę etiam per illud Papiniani confirmatur, quo reſpondebat, ita rem temperari debere, vt proximus quiſque primo loco videatur inuitatus. 25 Omnino enim illud referendum eſt ad proximum familiæ teſtatoris, de qua paulò antè ICtus locutus fuerat, ne alioquin dicendum eſſet, Papinianum acutiſſimi ingenij virum modò de vna familia, nempe teſtatoris, modò de altera, hoc eſt, hæredis locutum fuiſſe, quod minus rectè dictum, & eius verbis non conueniret. Vanúmque planè illud effugium eſt, quo nonnulli vtuntur, dum dicunt, 26 prædicta locum habere, quando nullus adhuc ad fideicommiſſum admiſſus eſt, atque præſupponunt in hypotheſi Papiniani, fratrem hæredem inſtitutum, de quo IC. loquitur, non habuiſſe domum, cuius ibidem mentio fit, ex fideicommiſſo, ſed ex inſtitutione hæreditaria: atque ideò abſurdum non eſſe, vt vocabulum proximiorū referatur ad propinquos teſtatoris, cùm tamen aliud dicendum ſit, ſi caſu fideicommiſſi contingente ſemel quis admiſſus fuerit, nempe quòd tum proximi hæredum veniant & vocentur. Nam rectè reſponderi poteſt, quod etiam in iſta IC. hypotheſi frater vna & prima vice admiſſus fuerit, & pro hærede ſe gerens domum, quam acceperat, contra teſtatoris mandatum alienauerit. Ex quo ſatis colligi poteſt, hæredem non directè, vt illi exiſtimarunt, ſed cum fideicommiſſi onere domum accepiſſe. Nam ſi directè eam accepiſſet, propter alienationis prohibitionem caſus ſubſtitutionis haud euenire potuiſſet, quia hæreditas adita deſinit eſſe hæreditas, & efficitur patrimonium adeuntis, 27 Imò è diametro hoc ſenſui & verbis Papiniani aduerſaretur, qui reſpōdit hęredem reſtituere teneri propterea domum, quod eam contra voluntatem teſtatoris alienauerit. Verius ergo dicendum & præſupponendum fratrem illum accepiſſe domum iure fideicommiſſi ſub reſtitutionis nempe onere, ſi alienaretur, & cum alienatione facta reſtituenda ſit domus, reſtitui debere ei, qui proximus eſt teſtatori. Alias enim abſurdū non leue, & teſtatoris voluntati planè aduerſum ſequeretur. Pone enim patri domū eiuſmodi ſub tali conditione & onere relictam fuiſſe, vt eandem, ſi alienaret, proximiori reſtituere teneretur: certè ſi proximior grauati, non verò teſtatoris hîc intelligendus eſt, prohibitionem grauatus non admodum curabit, ſed illa ſúſque dèque habita ad alienationem propenſus erit, cùm ſciat, alienatam domum filium, qui ceu proximior ei ſubſtitutus eſt, facilè recuperare poſſe. At veroſimile non eſt, teſtatorem tale quippiam cogitaſſe aut vlla ratione voluiſſe, ſed potius eum tam patrem quàm filium odio proſequi, voluntatem eius fruſtraneam & eluſoriam reddere conantur. Vnde ſatis apparet, quòd ij, qui proximitatem, cuius Papinianus in allegato loco mētionem facit, ad hæredem grauatum referre volunt, turpiter hallucinentur, & veluti in obſcuræ noctis tenebris palpitent. Porrò ad illud, quod obiiciebatur, voluntatem teſtatoris iuri communi conformem eſſe, & iuxta huius diſpoſitionem ſucceſſionem accipi debere, reſponderi poteſt, ſucceſſionem eiuſmodi ſemper referendam eſſe ad perſonam teſtatoris, cui fideicommiſſarius ſucceſſit, & per conſequens ad proximū teſtatoris, non verò vltimi poſſeſſoris admittendum, quemadmodum & in fideicommiſſo familiæ facto, 28 cùm mares appellatione *Familiæ*, contineantur, &

grada-

ADDITIONES.

22 Oldrad. Bald. Alberic. Raph. Bald. Caſtrenſ. & nouiſſimè Alciat. *in dict. §. in fideicommiſſo.* 23 Didac. Couarru. *practicar. quæſtio. cap.* 38. Menoch. *conſil.* 123. *num.* 5. 24 *in l. peto, §. fratri, de legat. ſecundo.* 25 Socin. iun. *conſil.* 126. *lib.* 1. 26 *l.* 1. *§. veteres,* & ibi gloſſ. ac Iaſon copioſè, *num.* 14 *de acquir. poſſeſſio.* 27 *dict. l. fin. C. de verb. ſignificat.* 28 Accurſ. *in d. l. fin ſuper verb. poſt eos,* quem ſequuntur Bald. & Iaſ. *ibid.*

gradatim ad ſucceſſionem admitti debeant, 29 primò vocantur proximiores ipſi teſtatori, vtputa liberi, deinde propinqui alij. Neque obſtat itidem ſuperiorum reſponſio, vt hoc intelligatur, quando prima perſona non eſt admiſſa, quia ſemel vnà ad fideicommiſſum admiſſa, alia dicitur ſimpliciter excluſa, & fideicommiſſum finitum aut potius extinctum. Nam in conſtitutione Iuſtiniani 30 apertè agitur & tractatur de fideicommiſſo familiæ relicto, in quo neceſſariò præſupponendum eſt, quod vnus ex familia, ſiue primus ſiue ſecundus ſit, fideicommiſſum ſemel acceperit, & conſequenter caſu eueniente alteri reſtituerit. Alias enim vanum eſſet, appellare fideicommiſſum, ſi nunquam aliqua, ſaltem vna fieret reſtitutio. Certum itaque & indubitatum manet, quod in talibus & ſimilibus fideicommiſſis cuſtodiri debeat ordo à iure in ſucceſſione ab inteſtato præſcriptus, ita tamen, vt ſemper principalis & originalis cauſa, quæ eſt perſona ipſius teſtatoris, reſpiciatur, à quo, non verò ab hærede grauato, bona, in quibus ſuccedi debet, proueniūt. Etſi enim grauatus vltimus poſſeſſor, & teſtatoris immediatus hæres eſt: attamen haud aliter, quàm cum onere fideicommiſſi eſt, cuius caſu eueniente voluntas teſtatoris, quę principem locum obtinet, magis fauere & proſpicere cenſetur ei, qui ipſi teſtatori proximus eſt, quàm alij, qui teſtatorem prope non attingit, licet grauati hęredis propinquus ſit. Negari item nequit, fideicommiſſarium in effectu hæredem vtilem eſſe ipſius teſtatoris, & non hæredis grauati, ita vt electus non cenſeatur ab eo electus, cuius fideicommiſit teſtator, vt eligeret, ſed ab ipſo teſtatore. 31 Sic enim & is, qui emit ab hærede, cui teſtator venditionem iniunxit, ab ipſo potiùs teſtatore vendere iubente, quàm ab hærede grauato emere cenſetur, 32 cùm actus potius tribuatur illi, qui eum ordinat & diſponit, quàm alij, qui eiuſdem executioni committitur. 33 At in noſtro caſu grauatus inſtar exequentis eſt, atque hæreditatem, tanquam æs alienum, reddere tenetur, 34 adeò vt nihil ipſi exequenti tribuendum ſit, tanquam cauſæ immediatæ, quia nihil hæc ipſa operatur, abſente cauſa mediata, id eſt, perſona teſtatoris, & tunc cauſa remota venit conſideranda, quando ſine ea effectus ſequi non poſſet, vt in vſucapione, quæ cum ſine poſſeſſione procedere non poſſet, magis poſſeſſio in ea conſideratur, quàm cauſa proxima, quæ eſt dominium, 35 & rurſus, quando cauſa immediata nihil agit in abſentia primæ, & ita remotæ, illa remota attenditur. 36 Accedit & hoc, quòd teſtator licèt valde dilexerit fideicommiſſarium: tamen eum, qui huic defuncto proximus eſt, non æquè diligat, eúmque ſuo proximo præferri velit. 37 Semper autem affectio teſtatoris, præſertim verò in fideicommiſſis attendi debet, quæ teſtator æquè ac legata reliquiſſe cenſetur legatariis & fideicommiſſariis propter affectionem, qua eos proſequebatur. 38 Atque ſi proximitatem in parentela æſtimaremus ex perſona grauati hæredis & eiuſdem affectionem conſideraremus, (quam proculdubio ſemper in ſuos quàm teſtatoris proximos ille propenſiorem habet, tum facilè fieret, vt ad fideicommiſſum admitteretur is, quem teſtator minimè diligebat, ſed extremè oderat. Quod iuri haud conueniens eſt. Imò in terminis, quòd in fideicommiſſis perſona & affectio teſtatoris, non verò hęredis grauati ſpectanda ſit, Paulus tradidiſſe videtur. 39 Haud enim aliam ob cauſam in hypotheſi iſta victo Phœbo Polycrates obtinuit, atque pronuntiatum fuit, verba *Ei*, vel *Eis*, vtroſque fratres complecti, quam quod exiſtimaretur, parem patris affectionem erga duos iſtos fratres conſanguineos in eodem gradu conſtitutos fuiſſe, cùm materna bona pater expreſsè excepiſſet. At ſi perſona & affectio defunctæ ſororis Heracliæ, tanquam hęredis grauatæ conſiderata fuiſſet, tum vtique Polycrati Phœbus præferri debuiſſet, cùm ille frater eius ſaltem ex vno, hic verò ex vtroque latere, & per conſequens maiori fauore dignus eſſet. Hæc autem prima ratio pro Phœbo adducta minimè attendebatur, vtpote quæ tum demum locum

ADDITIONES.

29 *dict. l. fin. Cod. de verbor. ſignificat.* 30 *l. vnum ex familia. §. 1. & §. ſi duos, de legat.* 2. 31 *l. ſi hæres teſtamento, de act. empt.* 32 *l. pater in prouincia, in fin. de manum. vindict. l. item eorum. §. ſi decuriones, quod cuiuſque vniu. nom.* 33 *l.* 1. *Cod. de bon. auctorit. iudic. poſſid* iuncta *l.* 1 *de legat.* 1. Bald. *conſ.* 79. *libro* 1. 34 Bartol. *in l.* 1. *numero* 2 *verſi. iſta ſolutio, de conſtitut. princ.* 35 Bald. *in l. non eo minus, numero* 3. *Cod. de accuſat.* Menoch. *libr.* 2. *de arbitr. iudic. caſ.* 287. 36 Carolus Ruynus *conſil.* 142. *num.* 16. *volum* 3. Anton. Rubæus *conſil.* 26. *numer.* 3. *& in l. Gallus, §. quidam rectè, de liber. & poſthum.* 37 *l. nec adiecit pro ſocio.* 38 *l. final. ad Trebellian.* 39 Bait. *in d. l. fin. ad Trebellian.* Decius *conſ.* 304. *num.* 2.

locum habere poſſet, ſi de ſucceſſione in bonis ipſius ſorororis ageretur, non verò hîc, vbi de bonis ex fideicommiſſo patris profectis quæſtio erat. Vt enim priori caſu ſororis, ita poſteriori patris affectio ſpectari debet. Eodem quoque modo altera ratio pro Phœbo allata in hypotheſi iſta ſimiliter non militabat, quod nimirum duos tantùm Phœbum & Heracliam inuicem teſtator ſubſtituerat. Nam & hæc tum demum validè probat, quando teſtator dilectum & prælatũ in inſtitutione æquè dilexit & prætulit in fideicõmiſſo poſtea adiecto, atque ſic nullæ præſumptiones ſunt, aliam fuiſſe teſtatoris volutatem in fideicommiſſo, quàm fuit in ipſa principali inſtitutione. 40 Præſumptiones autem de diuerſa teſtatoris voluntate ſufficientes hic ſuppeditabat exceptio, quæ in ſubſtitutione reciproca minimè habebatur, ſed in fideicommiſſaria bona materna & auita expreſſè eximebat. Ex quo etiam error Socini patet, qui tradidit, 41 in prædicta hypotheſi fratrem conſanguineum per particulam *Aut eis*, vocatum fuiſſe, quæ ſi non adiecta fuiſſet, tum Phœbum, ceu potiorem Polycrati præferri debuiſſe, atque exiſtimauit ea ratione, reſponſum illud Pauli retorqueri poſſe contra eos, qui vltimam hanc ſententiam defendunt. Nam quamuis verba illa, *Aut eis*, in hypotheſi adiecta fuerint tamen minimè tam clara, euidentia & certa ſunt, vt neceſſariò inferant, vtrumque fratrem Phœbum, & Polycratem ſorori Heracliæ ſubſtitutum fuiſſe, ſed cum obſcuritate non exigua coniuncta maximam dubietatem patiuntur. Cùm tamen de ſola patris ſucceſſione controuerſia ſit, ideò ad eiuſmodi interpretationem recurritur, qua patrem vtrumquè vocaſſe dicitur: adeò vt omnino firmum maneat in ſucceſſione, quando agitur de bonis patris, voluntatem & affectionem non grauati hæredis, ſed ipſius patris, inſtar Cynoſuræ certiſſimæ ſpectandam eſſe. Atque ea etiam ratione videtur reſponderi poſſe ad illud, quod ſupra ex doctrina Bartoli obiiciebatur, 42 nempe in bonis nondum acquiſitis perſonam teſtatoris, in acquiſitis verò perſonam hæredis inſtituti conſiderandam eſſe. Nam bona reſtitutioni ſubiecta hæredi grauato irreuocabiliter haud acquiruntur, nec abſolutè bona eius dici poſſunt, cùm eueniente ſubſtitutionis caſu ab eodem auferantur: adeò, vt quamuis eadem conditione adhuc pendente ille vendicare poſſit, 43 tamen hoc ſaltem procedat, rebus ſic ſtantibus, cùm illud, quod pendet, habeatur pro eo quaſi ſit. 44 Poſtquam verò dies fideicommiſſi ſemel venit, aut conditio ſubſtitutionis impleta fuit, tum omne grauati hæredis ius ſoluitur, 45 omnéque, quòd in præiudicium ſubſtituti interim in rebus reſtitutioni ſubiectis factum fuit, pro infecto habetur, & penitus caſſatur in tantum, vt fideicommiſſarius nõ modò proprietatis iure eas petere & vindicare poſſit, iuxta D. Iuſtiniani conſtitutionem, ſed etiam continuatione illa poſſeſſionis, quam Frãciæ mores approbant, & cuius contẽplatione mortuus ſaginare viuum dicitur, gaudeat, vtpote cùm principaliter teſtatori ex eius diſpoſitione, & conſequenter ſaltem ac verborum ſubſtitutionis intuitu hæredi grauato ſuccedere intelligatur. 46 Quæ quidem omnia indubitatè procedunt, atque ſine omni difficultate locum habẽt in fideicommiſſis collectiuis & ſucceſſiuis, atque ad familiæ conſeruationem deſtinatis, cùm eorum caſus ſemper æſtimentur ex perſona teſtatoris, qui familiæ ſuæ prouidiſſe videtur, iuxta interpretationem ſuperius iure tam Pandectarum quàm Codicis confirmatam, niſi teſtator expreſſè hæredis grauati proximos vocarit, aut alias de contraria voluntate eius appareat, quæ in huiuſmodi fideicommiſſis omne ferè facit, 47 à qua ſola etiam ipſa dependent, atque ad quam vnicè exiſtente dubio recurri oportet. 48

Tandem pro hac opinione magni nominis D.D. atque in frequentiori numero militant, quam ii, qui contrariam defendunt. 49 Noſtra tamen hypotheſis in aliis terminis conſiſtere & fideicõmiſſum, cuius in ea mẽtio fit, neque collectiuũ neque ſucceſſiuum eſſe

ADDITIONES.

40 *d. conſil. 126. nu. 47.* 41 *in d. l. re cõiuncti* 42 *l. non ideò minus, de R. V.* 43 *l. 15. §. quod pendet, de reg. iur.* 44 *l. ſi debitor, de diſtr. pignor. l. lex vectigali fundo, de pignor. l. fin. C. commun. de legat.* 45 Socin. iun. *conſi. 34. lib. 6.* 46 *L. ex facto proponebatur, de hered. inſtit.* 47 Bart. *in l. cùm pater, §. fidei heredũ, de leg. 2.* 48 Dec. *cõſ. 204.* Alexand. *conſil. 30. libr. 2.* Iaſon *conſil. 21 libr. 2 conſil. 159. libr. 4.* Curtius ſen. *conſil. 40.* Crotus *in l. filiusfamilias, §. Diui*, & ibi Ripa *de legat. 1.* Ioan. Dilectus *de art. teſtam. tit. 5. cap. 21.* Alciat. *in d. §. in fideicommiſſo*, Bald. *ibid.* Graſſus *in tract. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum, quæſtion. 18.* 49 *in d. l. Gallus, §. quidam rectè, de liber. & poſthum.*

eſſe videtur, vt propterea ceſſent omnes rationes, quæ in contrarium allatæ fuerunt. Verba enim illa, *Proximior in parentela*, nihil aliud ſignificant, quàm proximiorem de familia aut genere. Imò licet in plurali numero efferãtur, atque dicatur, proximiores in parentela; tamen verba collectiua dici nequeunt eo modo, quo Dd in hac materia collectiua accipiunt, 50 nimirum comprehendentia plures gradus, primum, ſecundum, tertium, quartum, atque ſequentes, veluti ſunt verba, familię, deſcendentium atque alia ſimilia, quæ quaſi congregant, & in vnum colligunt omnes prædictos gradus collectiuè acceptos & intellectos, eóſque vocant & inuitant æqualiter, vt ynus tantùm accipiat, quantum alter accipit, ſiue propior ſiue remotior ſit iuxta propriam ſignificationem nominis, cuius virtute coniunctim, atque ad portiones æquales vocati cenſentur, arctiúſque coniuncti, quàm ſi ipſæmet copulæ interueniſſent. 51 Verùm cùm non veroſimile ſit, teſtatorem voluiſſe commodum fideicommiſſi in tot partes diuidi, inter omnes videlicet, qui ſunt diuerſorum graduum, idcirco lex interpretationem recipit, contra verborum proprietatem, quod teſtator voluerit fideicommiſſum peruenire ad ſingulos ex comprehenſis dicto nomine collectiuo, ſed per modũ ſucceſſionis ab inteſtato, & ideò dicuntur ordine ſucceſſiuo vocari, ſed æqualiter, vnitè & ſemel tãtùm. Vnde patet, quod cùm vocẽtur proximiores, non poſſunt dici plures gradus collectiuè vocati, cùm nunquam diſpares in gradu poſſint dici proximiores æqualiter. 52 Et licet poſſint eſſe plures in eodẽ gradu æquales, qui omnes proximiores pariter dicẽtur, nõ ideò tamen collectiuè minúſque ordine ſucceſſiuo vocati cenſebuntur, ſed æqualiter, quod non poſſit dari in vno & eodem gradu ordo ſucceſſionis, ſed tãtùm inter gradu diſpares. Iuxta quam communem doctrinam interpretum 53 caſu ſubſtitutionis fideicommiſſariæ ſemel in gratiam proximioris eueniente, fideicommiſſu eiuſmodi ſtatim expirat, nec vlterius progreditur, cùm minimè collectiuum aut ſucceſſiuum ſit. 54 Vocatus tamen eſſe intelligitur is, qui teſtatori loquenti & diſponenti proximior eſt, niſi de cõtraria eius voluntate manifeſtè appareat. Tãtùm verò aberat, vt in hypotheſi, de qua hîc agimus, de contraria teſtatoris voluntate apparet, quin potius facti quædam circumſtantiæ Guilhelmæ ſororis vterinæ intentionem non parum iuuarent. Conſtabat enim, quòd Petrus Merle, in cuius, tanquam liberis ſuis inſtitutis heredibus proximioris perſona Anna de Roquoles, ſe potiſſimum fundabat, legati titulo trientem vniuerſorum & ſingulorum teſtatricis, prioris vxoris bonorũ acceperat, atque ſic in eius teſtamento comprehenſus, nominatus & honoratus fuerat, vt ſic ſubſtitutio fideicommiſſario in teſtamento comprehenſa, licet intelligatur de proximiori hæredibus inſtitutis tamen ad eorum patrem referri non poſſit, cùm veroſimile non ſit, de eo cogitaſſe teſtatricem, cui alias ſatis proſpexerat. Haud igitur pater denuò petere poterit id, quod alio titulo iam accepit, quemadmodum ratione vſusfructus, quem iſte in bonis ſuorum liberorum habet, alibi definitum eſſe legimus. Ob quas potiſſimum cauſas Parlamentum Tholoſanum 4. Septembris, anno M.D.LXXXV. in prædicta controuerſia ita pronunciauit, vt appellationem & illud, vnde appellatum fuerat, ſententiámque iudicis ordinarij de Moyſſac & Seneſcalli caſſaret, ac retenta cauſæ cognitione ſubſtitutionis caſum in teſtamento vxoris Petri factæ in fauorem Guilhelmæ ſororis vterinæ teſtatricis eueniſſe, atque ideò eam manuteneri debere in vniuerſis & ſingulis bonis defunctorum Ioannis Guilhelmi & Iacobi Merleorum à matre hęredum inſtitutorum, quę ad eoſdem ex materno teſtamẽto peruenerant, ſaluis tamen quartis, legitima & Trebellianica, quas prædicti hæredes ex materna hæreditate petere potuiſſent. In quibus & cæteris eorum bonis Parlamentum prædictam Annam de Roquoles itidẽ manuteneri, atque omnes reliquas imputationes & detractiones, quę iure requiruntur, ſaluas eſſe voluit.

ADDITIONES.

50 *l. qui quartam. §. fi.* & ibi Bart. *de leg.* 1. 51 *§. ſi plures, Inſt. de legit. agnat ſucceſſ. l. 2. C. de ſucceſſ. edict. l. conſanguinitatis, C. de legit. hæred.* 52 Vide Tiber. Decian. qui alios citat, *conſil. 10. lib. 3.* 53 Aymon Crauetta *conſil. 161. nu. 4. & conſ. 180. nu. 3.* ex *d. §. ſi plures, verſ. & quamuis, & l. 1. §. quamuis, de aſſign. libert.* iuncta *l. in vſu iuris, de verbor. ſignif. l. placet, de liber. & poſthu.* 54 *in Auth. item hæreditas, C. de his quæ liber.*

DECISIO LIII.

ARGVMENTVM.

Pater vſumfructum non habet in bo-

in bonis liberorum, quæ ij ex ſucceſſione ab inteſtato prædefunctorum fratrum acquiſiuerunt.

SVMMARIA.

1 *Accurſius ex iure nouo exceptionem tradens regula generalis, qua ex allegata conſtitutione deprompta eſt, ab aliis reprehenditur.*

2 *Opinio Fernandi, docentis & defendentis poſteriorem conſtitutionem Imperialem eſſe veram, certam & generalem.*

3 *In contrarium tamen à ſuprema Curia Tholoſana iudicatum fuit.*

SVPERIVS veluti in tranſcurſu, mentionẽ fecimus iuris noui, iuxta quod vſusfructus patri denegatur in liberorum, etiam adhuc in poteſtate exiſtentium, bonis, quæ iis acquiſita fuerunt ex hæreditate vel ſucceſſione fratrum & ſororum, quibus etiam pater ſimul cum illis ſucceſſit: nullum vſum, (inquit Imperator) ex filiorum aut filiarum portione in hoc caſu valente patre ſibi penitus vindicare. 1 Quod, vt nobis videtur, recta aduerſatur alij cõſtitutioni Imperiali, 2 per quam nominatim & generaliter ſancitur, vſufructuario ſuperſtite, licet dominus proprietatis rebus humanis eximatur, ius vtendi, fruendi non tolli. Idque
1 animaduertens Accurtius † ex iure nouo exceptionem tradere voluit generalis illius regulæ, quæ ex prædicta conſtitutione depromitur. At reprehenditur ille hac in re ab aliis, 3 qui exiſtimarunt, illud haud magis pro limitatione & reſtrictione haberi debere, quàm alios caſus ab eodem Accurſio adductos, eò quòd in illis vſusfructus finiri & extingui ſoleat, non modò per mortem proprietarij, ſed etiam per conſolidationem proprietatis, quæ proprietario obuenit, qui poſtea amplius habere nequit vſumfructum formalem, vtpote qui ſeruitus eſt, non cadẽs in rem propriam, quæ nemini ſeruire poteſt. 4.

2 Verùm inter alios, qui ſuperiori in † caſu nulla ex parte communem Dd. noſtrorum opinionem ſequi voluerũt, etiam defunctus Dn. Fernandus fuit, quem, cum ſub eo operam legitimæ ſcientiæ daremus, in hac materia & defendere audiuimus: quòd prædicta poſterior conſtitutio Imperialis 5 vera, certa & generalis eſſet, atque pater vſumfructum, quem in bonis defuncti filij habuit, ſeu iure ad eum pertinuit, ex ea ſola cauſa, haud amittat, quod vnà cum ſuperſtitib⁹ liberis defuncto ſucceſſerit, ſicque prædictorum bonorum portio hiſce acquiſita fuerit: ſed ſi is, aut ij, quibus communiter & ſimul ſucceditur, bona quædam ab vſufructu paterno exempta reliquerint, veluti ſunt illa, quæ à Iuriſconſultis Caſtrenſia & quaſi caſtrenſia appellantur, tum atque eiuſmodi in caſu talia bona inter patrem & defuncti fratres, iuxta quotam ſucceſſionis diuidenda ſint, neque pater prętendere queat, vſumfructum quoad portiones, quas liberi ſui ſiue defucti fratres, etiam in poteſtate patris adhuc exiſtentes, acceperunt, cùm ius alias generale, hoc in caſu reſtringatur & limitetur iure nouo & conſtitutione Iuſtiniani, quę ea ratione referenda ſit ad acquiſitionem nouam vſusfructus, quem pater prius non habuit, non verò ad retentionem illius, quem iam habebat, ſeu qui anteà ad eum ſpectabat. Hàncque ſuam interpretationem prædictus Fernandus confirmabat gloſſa ordinaria ad dictam conſtitutionem, 6 & proprietate vocabuli, quod in illa vſurpatur, *Vindicare.* Nam aliàs, inquiebat Fernandus, ſi iuxta cõmunem Dd. intellectum, conſtitutio accipienda eſſet, non *vindicare*, ſed *retinere*, dici debuiſſet. Idque procedere ille exiſtimabat, non ſolùm in bonis aduentitiis, in quibus pater vſumfructum non habet, ſed etiam in hæreditate & ſucceſſione filij emancipati, cui pater & frater ſimul ſuccederent, ex eo inferens vſumfructum nouiter acquiſitum in portionibus, quæ prædicto modo liberis obueniunt, à patre non prætendi, neque etiã retentioni & continuationi vſusfructus, quẽ antea habebat, iuxta conſtitutionem Imperialem poſteriori loco allegatam præiudicari poſſe.

Quibus ita pręmiſſis, † ad peculiaris cuiuſdam caſus definitionem progrediamur. 3
Euenit itaque, vt cùm mulier quędã in parte bonorum ſuorum maritum, atque in reliqua & maiori parte communes liberos, hæredes ſcripſiſſet, quidam ex iis poſt obitum matris, ſuperſtite adhuc, & permittente ac conſentiente patre, multa bona,

ADDITIONES.

1 *d. Authent. item hæreditas.* 2 *in l. 3. C de vſufruct.* 3 Paul. Caſtrenſ. *in d. l. 3.* 4 *l. vtifrui, in princ. ſi vſusfruct. petat.* 5 *l. 3. C. de vſufruct.* 6 *in §. ſi verò cum aſcendentibus, Nouell.* 118. *de hæred. ab inteſt. venient. ſuper verb. vſum.*

Tt 4

na,quæ ei obuenerant tam vigore teſtamẽti materni,quàm ex ſucceſſione ab inteſtato reliquorum fratrum,quibus ipſe & pater ſimul ſucceſſerant,diuerſis emptorib. alienaret.
4 Cùm autem alienationum † ab eo ita factarum caſſatio & reuocatio coram Seneſcallo Tholoſano aut eius vices gerente, peteretur,atque per appellationis viam cauſa ad ſupremam Curiam Tholoſanam deuolueretur,iámque definiri deberet ad relationem defuncti Domini Topinhon , *in prima claſſe inquiſitionum*,quoad illud ſaltẽ (cauſæ enim caſſationis & reuocationis ſatis vrgentes & ſufficienter probatæ deprehendebantur) ambiguo Marte diſceptatu,& partitione facta in diuerſas æquali numero itum fuit ſententias: nempe,ſi iuxta id,quod communiter ab Accurſio,Saliceto,& aliis,*in allegatis locis* traditur,alienationes eiuſmodi bonorum maternorum,quæ filius ex teſtamento matris acquiſiuit,in quo etiam pater ſeu defunctæ maritus ad certam bonorum partem vocatus fuit,reuocandę eſſent,(quẽadmodum reuocationem omnes vnanimiter cõcedebant) quidnam fieri aut ſtatui deberet,quoad bona,quæ prædicto filio per obitum fratrum ab inteſtato decedentium obuenerant,quibus tam ipſe,quam pater ſimul ſucceſſerat? Tandem *in ſecunda claſſe inquiſitionum*,hoc dubium definitum & prędicta partitio diſcuſſa fuit , dum arreſto 15. Maij anno M.D.LXXVIII.prolato iuxta opinionẽ Domini correlatoris Ambes pronuntiaretur,prædictas alienationes tã proprietatis quã vſusfructus ratione reuocãdas eſſe,quoad portiones,quas alienator ab inteſtato,ex prędictorum fratrum ſucceſſione accepiſſet,quibus pater pro quota ſua ſimul ſucceſſerat:quoad illud vero,quod filius vẽditor ex teſtamento matris acceperit, reuocationes ſaltem,quoad proprietatem , fieri poſſe,non verò quoad vſumfructum , patre adhuc viuente,etiamſi is reuocationi conſenſerit cum tertiis,nempe emptoribus,qui de damno vitando certant, minimè præiudicare poſſit. Quod arreſtum aduerſatur iis, quæ Accurſius atque alij communiter *in locis ſuperius allegatis*,tradiderunt,neque conuenit nouę illi Fernandi interpretationi, quam hic ob honorificam præceptoris noſtri memoriam ſilentio prętерire noluimus.

DECISIO LIV.

ARGVMENTVM.

Alienationes & hypothecæ rerum reſtitutioni ſubiectarum, donec caſus ſubſtitutionis eueniat , in ſuſpenſo hęrent.

SVMMARIA.

1 *Alienationes & hypotheca ab hæredibus grauatis facta , pendente ſubſtitutionis fideicommiſſaria caſu,& donec conditio eueniat,in ſuſpenſo harent.*

2 *Irregulare & planè iniuſtum eſt ſi ſimpliciter ac ſine praeuia liquidatione & detractione ſubſtitutionis caſum eueniſſe pronuntietur.*

SVpra in deciſione,† quam proximè præcedens immediatè ſequitur,de verbo ad verbum recenſuimus arreſtum prolatum in cauſa,cuius ibidẽ mentio facta fuit quoad euenientẽ caſum ſubſtitutionis in teſtamẽto de Proyſſe Cadoule comprehẽſæ. Quod arreſtum ordinariam formulam continet,qua prædicta Curia in eiuſmodi caſibus vtẽs ſubſtitutos in bonis reſtitutioni ſubiectis manutenere,atque grauatis detractionem quartarum,ſi vllæ debeãtur,& ſeparationem bonorum,quæ iis aut eorum hæredibus & ſucceſſoribus aliunde debentur,permittere,ſicque quoad bona reſtitutioni ſubiecta , conditione impleta,aut die incerto adueniente, cauſam ab initio in irritum deuocare conſueuit, 1 tribuens ea ratione fideicõmiſſariis ius,quod iis debetur,dum eos bonorum reſtitutioni ſubiectorum veros & reales poſſeſſores reddit,atque viciſſim conſeruãs grauatis eorundẽmque hæredibus & ſucceſſoribus omnia illa,quæ in reſtitutionem non veniunt. Quare ſicut pendente conditione aut die incerto,qui tali conditioni æquipollet,ſubſtitutionis fideicõmiſſariæ, alienationes & hypothecæ ab hæredibus grauatis factę,quoad bona reſtitutioni ſubiecta in ſuſpẽſo hęrent,donec aliquãdo aut eueniente cõditione retrotrahantur,aut eadẽ deficiente firmæ maneant,ſi tandem appareat , quid actum ſit 2 ita econtra quantum bona reſtitutioni non ſubiecta,atque ea , quæ de fideicommiſſo in fauorem grauatorum eorumdẽmque hæredum detrahuntur , nec non quæ aliunde illi acceperũt,attinet: minimè in ſuſpenſo hærent , ſed ſtatim ab initio 1

ADDITIONES.

1 *l fin.§.ſin autem, C. commun.de legat.*
2 *l quadam ſunt,de reb.dub.*

initio firmę, validę & irreuocabiles fuerunt, cùm prædicti hæredes plenam illorum diſpenſationem & moderationem habeant, haud ſecus ac quilibet in re ſua propria habet. 3 Vnde eſt, quod in executione eiuſmodi arreſtorum eadem Curia decernere conſueuit ęſtimationem bonorum, de quibus quæſtio eſt, vt ea viſa & factis, quas fieri conuenit, detractionibus, ex vniuerſali maſſa tam illud, quod aliarum detractionum, quàm ipſius quartæ nomine debetur, hęredibus grauatis, aut qui ab iis cauſam habent, iuxta proportionem dictę ęſtimationis, adiudicari queat. Atque ſic nominatim inter Dominos fratres de la Baſlide les Montauban ratione legitimarum, quas iuniores à maiori natu petebant, ad relationem defuncti Domini de la Coſte *in 2. claſſe inquiſitoriali*, nobis præſentibus & cenſentibus iudicatum fuit. Eadem ratione, ſi ius quartarum aut alia prædicta, ab hæredibus grauatis fuerint alienata, aut hypothecæ ſuppoſita, interuenientibus, vocatis & auditis, emptoribus aut creditoribus, vſque ad quantitatem ſeu ſummam, quàm quartæ illæ aut alia iura conſtituunt, alienationes & hypothecæ confirmari ſolent, in fauorem eorundem emptorum, & creditorum, nempe eorum, qui tempore priores ſunt. Sicque itidem à ſuprema Curia Tholoſana *in 2 claſſe inquiſitoriali* ad noſtram relationem anno 1582 in cauſa des Pons contra defunctum Greffier du Tournoir, ratione villæ cuiuſdam de la Croze Size dictæ, & prope ſanctum Porquier les Montauban ſitæ iudicatum fuit. Idque certum ordinarium & indubitatè receptum eſt in dicta Curia, & quidem in tantùm, vt ſi quis ex iudicibus ſubalternis, à quibus ad Curiam illam prouocatur, vel ex ignorantia vel alia ex cauſſa, contrarium pronuntiauerit, ſententia illius interpoſita appellatione, caſſari & prædicto modo reformari, atque appellatus in expenſas condemnari ſoleat. Idque obſeruatum non ita pridem fuit in cauſa appellationis Frãciſci de Cayrõ, ciuis de Figeac, contra Dominum de Sonnac, cùm reformaretur ſententia quędam Seneſcalli de Quercy la Combe dicti, aut eius vices gerentis, qui a recta illa ſemita & recepto Curiæ more deflectens dictum Cayron condemnarat, vt quorundam bonorum ſibi ab hęrede grauato venditorum, poſſeſſionem ſubſtitutis fideicommiſſariis reſtitueret, antequàm vllam æſtimationem, aut etiam aliam liquidationem detractionum, quæ in fauorem ipſius hæredis grauati eiuſve ſucceſſorum locum habere poterant, fieri curaſſet. Quare haud ſatis mirari poſſumus quęrã arreſtã ab aliis ſupremis regni huius curiis prolata, quibus ſtatim atque fideicommiſſariç ſubſtitutionis caſum euenisse pronuntiatum fuit, † ſubſtituti abſque vlla præcedente liquidatione vniuerſæ hæreditatis poſſeſſores declarati, atque vigore talis declarationis poſſeſſionem non modo bonorum reſtitutioni ſubiectorum, ſed etiam aliorum, quæ extra reſtitutionis aleam ſunt, & in quibus nihil omnino iuris prętendere poterant, adepti fuerunt: adeò vt facta iam executione, & reali in poſſeſſionem immiſſione hæredes grauati, aut qui ab iis ius & cauſam ex titulo ſiue vniuerſali ſiue particulari habent, demum ratione quartarum, aut aliorum, quæ iure petere poſſint, audiri debeant. Nec pro confirmatione arreſtorum illorum rectè allegatur, quòd alienationes ab hæredibus grauatis factæ in detractiones iiſdem debitas imputandæ ſint. Semper enim præuia cauſæ cognitio requiritur, perquàm ęſtimatio fiat vniuerſorum & ſingulorum teſtatoris bonorum, tam eorum, quæ tempore obitus grauatorum, exiſtente conditione aut die incerto aduenient: reliqua, quàm quæ ab iiſdem alienata, & hypothecæ ſuppoſita fuerunt, vt nimirũ facta tali ęſtimatione bona alienata & hypothecæ obnoxia detrahi queant de eo, quod grauatis quartarũ aut aliorum eiuſmodi iurium nomine debetur, per imputationem, vt vocant, iuris reſeruata ſemper emptoribus & creditoribus hypothecam habentibus prioritate & prælatione contractuum illorum ratione in prædictis hypothecis, quemadmodum iuris eſt. Si item alienationes illę aut hypothecæ excedant quartas aliaque eiuſmodi iura: tum ita declarandæ reſeruandę aut inſtruendæ ſunt, vel etiam ius de iis dici debet, ſi materia ita ferat, atque partes ſuper indemnitate aut euictione emtorum vel creditorum concluſerint. Ob cuius euictionis metum & caſum Imperator Iuſtinianus *in loco ſuperius allegato*, hæredi grauato conſuluit, vt in his caſibus ab omni venditione vel hypotheca caueret, ne ſe grauioribus oneribus euictionis nomine ſupponeret. Vnde ſatis apparet, quòd iuſta admodum fuerit querela nonnullorum ciuium de Figeac, qui longo tempore, nempe vltra quinquaginta annos ius & cauſam

Additio.

3 *l. in re mandata, Cod. de mandat.*

cauſam ſuam habentes ab hærede grauato, cuius tamen qualitatem ignorarant, tandem ſubſtitutionis caſu quoad bona cuiuſdam d'Aubreſpy eueniente, ad petitionem d'Eſtrouua itidem ciuis de Figeac & nobilis fœminę Ioannę de Bramaric per remedium quoddã euocationis (quod ab initio antidoti loco introductũ poſtea per frequẽtem abuſum in merum & purum venenum cõuerſum fuit) ab aliis, quàm à naturalibus ſuis iudicibus & quidem in vltima inſtantia ab alia ſuprema curia, quàm ab ea, cuius iuriſdictioni regulariter ſubiecti erant, ſe iudicari, eáque ratione iuſta poſſeſſione ſua cedere coacti fuerunt: cum ſimpliciter pronunciaretur ſubſtitutionis caſum eueniſſe & proptereà fideicommiſſarios aut eorundem heredes & ſucceſſores in realem poſſeſſionẽ immitti atque in ea manuteneri debere, ſine vlla detractione, de qua non minùs atque de quartis & Trebellianica, partibus plenius auditis, ius dici deberet; interim verò ſportulas, quarum ſumma ſatis magna erat à poſſeſſione deſtitutis exoluendas eſſe. Dn. Ludouicus de Peyruſſe Iugemaige in Seneſcallatu de Quercy, qui arreſtum illud executioni mandauit, locuples ea de re *in commentariis ſuis* teſtimonium perhibere poterit. Nos nihil aliud hic adiicimus, quàm quod veritas, quàm ſilentio ſupprimere haud poſſumus, adiici iubet; nempe noſtrorum arreſta verè togatorum eſſe, at alia & contraria Palatinorum, ne dicam palliatorum & aulicorum: Dij meliora.

DECISIO LV.

ARGVMENTVM.

Legitima non pars hereditatis ſed quota bonorum eſt, atque ideò detracto demum ęre alieno debetur.

SVMMARIA.

1 *Inſuper habita iuris ſubtilitate vſus communis quoad detractiones legitimarum defenditur.*

2 *Vſum illum in duobus potiſſimum modis ſeu remediis à ſuprema curia Tholoſana approbatis conſiſtere demonſtratur.*

1 SVPRA, veluti † in tranſcurſu, notauimus; quod facta bonorum æſtimatione, cuius modo mentio facta fuit, illud, quod quartarũ nomine deberi deprehenditur, de bonis reſtitutioni ſubiectis detrahendum ſit, ſicq; detractionis, quæ pro re nata locum habere poſſunt fieri oporteat. Inter eas autem meritò referuntur legitimæ, & per conſequens etiam Trebellianica, quæ demum detractis legitimis, ære alieno, & impenſis funerum capi poteſt, argumento eorum, quæ vtriuſque iuris interpretes ex vulgatis iuris locis adducunt, ex quibus etiam communiter inferunt, legitimam portionem quotam eſſe bonorum non hereditatis, nihilominus exiſtimantes audiendum eum, qui pro eadem portione petat tertiam partem hereditatis, ſi modo pro ea parte paratus ſit repromittere de indemnitate, ob æs alienum, itémque ob funeris impenſam. At interpretum hæc doctrina ab erudito quodam temporis noſtri IC. pro errore iuris habetur, 1 eo quod quamuis legitimaria portio iuxta ſucceſſionem ab inteſtato æſtimari debeat, tamen hæc differentia ſit, quod omne æs alienum ante legitimæ computationem deduci & detrahi oporteat, illæ autem ex hereditate ipſa deduci neque debent neque poſſunt. Inconueniens item illud, quod tardè admodũ legitima præſtetur, ſi ius ita conſtituatur, vt non prius teneatur heres ad eius ſolutionẽ, quàm totius æris alieni ratio ſubducta ſit, auctor ille nullum verum & peritum IC. mouere debere exiſtimat, cùm huic rei ſatis proſpici poſſit, à bono prudentique iudice, qui pro eo, quod probabilius ſuſpicabitur, certam quantitatem decernet, quę lite pendente & in ſingulos annos ſoluatur legitimatio poſtea imputãda in ęos fructus, quos pro legitima deberi cõſtabit, ſi ſufficere poterunt, ſi non ſufficient, in ipſius quoque legitimæ diminutionem. Quod tanquam temperatam quandam moderationem ille curiam ſuam ſequi teſtatur, adiiciens aliam rationem, qua occurri queat tergiuerſationibus quibus heres fortè hac in re vti poſſet, nempe vt per modum prouiſionis quota illa adiudicetur, perinde ac ſi nullum æs alienum nulláve alia onera ſubeſſent, dummodo idonea & ſufficiens cautio præſtetur, non quidem ſoluendi, quemadmodum communiter exiſtimatur, æs alienum & ferendi onera hæreditaria pro rata quotæ adiudicatæ aut alterius, quæ iuſto arbitrio æſtimabitur, ſed potius reddendi & reſtituendi, ſi quid amplius, quàm ex legibus dari debuerit, acceptum eſſe, quandoque apparebit ad exemplum remedij à prætore in legatis introdu-

ADDITIO.

1 Anton. Faber, *de error. pragmatic. decad.* 15. *error.* 9.

introducti. Atque ſic fieri poſſe prædictus auctor cenſet, vt ipſa legitimaria portio nõ verò vlla hereditatis pars præſtitur, & adiudicetur, & nihilominus iuris rationi in eo ſatisfiat, quod in computanda & æſtimanda legitima æris alieni deductio, perinde facienda ſit ſolutione ſola repreſentata in pœnam & odium heredis moræ occaſionẽ inde vltro captantis: alioqui ſi inculpata ſit heredis cunctatio obſeruari debere illud quod prius à curia ſua temporata quopiam modo iudicari dixerat; & nunquam fore credendum, (inquit ille ſub concluſionem) vt is cui legitima duntaxat debetur, quique nulla ex parte heres eſt, admittatur ad petendam pro legitima partem hereditatis, tametſi per idoneam offerat ſatiſdationem. Cui facilè ſubſcriberemus, ſi remedia hæc apta nota eſſent, vt omnibus ſymptomatibus morbi illius mederentur, atque imprimis maximæ & infelici liti inter perſonas adeò coniunctas, quales regulariter ſunt illæ, inter quas de legitima quæſtio eſt, quæ plerunque ad tertiam aut quartam generationem protrahi ſolet.

Atque alias etiam prædictæ & ſimiles cõſiderationes potius ex ſubtilitate quapiam ſeu ſcrupuloſa formalitate hauſtæ ſunt, quã ex vera & non ſimulata philoſophia Chriſtiana, cui in palatiis ſupremarum Chriſtianiſſimarum & Catholicarum curiarum locus eſt. Vnde eſt quod ſuprema curia † Tholoſana in caſibus adiudicationis legitimarũ, quando à commiſſario ad id deputato executio fieri debet, receperit & approbarit duos potiſſimum principales modos & remedia, quorum vnum eſt; vt debita & impenſas funebres liquidari & legitimè probari, eóque facto antè realem adiudicatarũ quotarum detractionem ex vniuerſa bonorum maſſa viliora bona extrema licitatori vendi curet, vt de precio inde redacto æs alienum impenſæ funebres ſoluantur, atque deinde, purè & ſimpliciter quotarum adiudicatarum de corporibus bonorum, quæ reſidua ſunt, detractio fiat: alterum verò eſt, vt ab initio ſtatim detractionem illam fieri ſinat, ſub ea conditione, vt pro illorum rata qui eaſdem accipiunt, æs alienum & impenſas funebres ſoluere debeant, atque ad eum finem quotas illas hypothecæ iure obſtrictas eſſe declaret, tam heredi, quã creditoribus, donec prædicta ſoluta fuerint. Et prius quidem remedium adhibitum fuit, cùm fratres de la Grange de Roquomadour. en Quercy à fratre grandiore natu & defuncti patris herede legitimam peterent, per ſententiam arbitralem quorundam dominorum curiæ Tholoſanæ, atque ex eiuſdem auctoritate & permiſſione cùm litigantes tanquam fratres germani obortæ controuerſiæ nomine in illos compromiſiſſent, atque ſupplici libello à curia, vt arbitri darentur, petiſſent; eorundémque arbitrium, laudum, & ſententiam arbitralem acceptaſſent. Alterum verò remedium ab eadẽ curia ad noſtram relationem in cauſa des Pons contra defunctũ Greffier du Tournoir, cuius ſuperius mentionem fecimus, vſurpatum fuit. Idémque ſæpius eadem curia tam anteà quam poſteà iudicauit, ne videlicet dominia & proprietates rerum in incerto 2 eſſent atque citra ſecuritatem in manibus poſſeſſorum conſiſterent, ſicque eos in perpetuo dubio iurium ſuorum verſari oporteret. 3 Prætereà etiam difficulter cautiones reperiri poſſunt quoad incertas illas & perpetuas obligationes, aut etiamſi reperiãtur, tamen fragiliores ſunt, cùm iuxta vulgatam iuris regulam melius ſit rei quàm perſonæ incumbere.

Additiones.

2 *arg. l. 1. de vſucap.* ordinatio regis Ludouici XI. *art. 46. in princ.* 3 *arg. Nou. de temp. non ſolut. pecun.* §. 1. & ibi gl. *ſuper verb. diligentia.*

DECISIO LVI.

Argumentum.

In reſtitutionem fideicommiſſi etiam veniunt illa, quæ non hereditati, ſed ipſi teſtatoris heredi accreuerunt.

Summaria.

1 *Supplementum dotium, quas filiæ hereditati paternæ renunciantes, acceperunt, non hereditati ſed defuncti patris heredi accreſcit.*

2 *Supplementum tamen eiuſmodi in vniuerſam bonorum reſtitutioni ſubiectorum maſſam in fauorem fideicommiſſariorum conferendum eſt.*

3 *Subſtituti vniuerſaliter defunctum repræſentant ſicq; in omnia eius iura ſuccedunt.*

4 *Puellæ religioſæ ordinis Ciſtercenſium partem in legitimis non faciunt, multóque minus ad illas admittuntur, ſed pro mortuis habentur.*

Cvm inter dominam Paulã de Viguier, viduam defuncti Dn. Petri de Maynaguet theſaurarij Franciæ ab eodem herede ex aſſe in teſtamento ſcriptam;& Simonem de Maynaguet nepotem d. defuncti Petri eidem in teſtamento paterno ſubſtitutum, ſi ipſe eiúſque frater Iacobus heredes inſtituti ſine liberis,quemadmodum etiam euenerat,decederẽt;lis oborta atque per appellationem à ſententia Seneſcalli aut eius vices gerentis,ad curiam Tholoſanam deuoluta fuiſſet;eadem arreſto ſuo XX. Iulij, Anno M.D.LXXXIII.ad relationem defuncti Dn. Ioſſe prolato citra omnem difficultatẽ ſubſtitutionis caſum in fauorem Simonis eueniſſe declarauit,atque inſuper tres notabiles iuris articulos definiuit. Primus eſt,
1 quòd ſupplementum dotium † quas filiæ hereditati paternæ renunciantes acceperant,ſi modò vllum ratione legitimę iis debitę locum habere queat, heredi ſeu heredibus defuncti patris, non verò hereditati accreſcat; adeò vt de illo liberi, qui defuncti patris heredes non ſunt; ſed legitimam ſaltem accipiunt,nihil omnino participent, quemadmodum etiam in ſuperioribus libris dictum eſt. Quo ita præſuppoſito difficultas ex iſtebat, nunquid ſupplementum
2 illud veniret † in fideicommiſſi reſtitutionem vigore ſubſtitutionis,quę caſu eiuſdem eueniente,&Petro grauato ſine liberis mortuo pro compendioſa habebatur, atque ſic ſupplementum illud, quòd dotes filiabus hereditati paternæ renunciantibus conſtitutas atque ab iiſdem acceptas excedebat, in vniuerſam maſſam bonorum reſtitutioni ſubiectorum in fauorem fideicommiſſarij conferri deberet?Et quidem negatiuè reſpondẽdum eſſe videbatur, propterea quòd iuxta regulam modò allegatam ſupplemẽtum illud heredi accreuerit, ſicque propriũ eius factum fuerit, neque in fideicommiſſum veniat,præſertim cùm ipſæmet res ex iudicio & prouidẽtia teſtatoris prouenientes fideicommiſſis haud contineantur. 1 Quam potiſſimum ob cauſam atque propter alia fundamenta, quæ apud DD. quæſtionem hanc ex profeſſo tractantes habentur, nonnulli ex dominis cenſentibus exiſtimarunt,ſupplementum illud in vniuerſam bonorum reſtitutioni ſubiectorum maſſam haud conferri, ſed in quartam Trebellianicam heredis grauati imputari debere. Verùm poſt longam & maturam deliberationem ſententia contraria demũ obtinuit,nempe quòd in fauorem Simonis fideicommiſſarij ſupplementum illud in hereditatis maſſam conferendum eſſet. Idque iuxta doctrinam Bartoli,2 quam DD.communiter ſequuntur,cùm ipſamet prælegata quoque in reſtitutionem fideicommiſſi veniant,quæ tamen portiones hereditariæ nõ ſunt, quemadmodum Alexan. quodam in loco notauit. 3 Cui etiam adiici poteſt ratio ab Vlpiano adducta de iudicio patris, quo facultates eiuſdem ex ſubſtitutione ad ſubſtitutum perueniunt. 4 Præterea in teſtamento d.Dn.Petri aut Simonis illius generaliter diſpoſitum idémque ſubſtitutus vocatus fuerat.Quo caſu fideicommiſſarius † ita vocatus defunctum repræſentat,eáque 3
ratione in omnia eiuſdem iura ſuccedit,cuiuſcunque naturæ & conditionis illa ſint, quæ cenſentur propria & acquiſita heredi ex prouidentia & facto teſtatoris ſicque exempta ſunt ab hereditate, quantum ius accreſcendi attinet,& quoad eos, qui alias de illis participare potuiſſent, quales ſunt legitimarij,non verò quoad reſtitutionem ab eodem teſtatore ordinatam in fauorem fideicõmiſſarij, qui iuxta vulgatos iuris textus effectu quodammodo heres eſt. Idque ſufficere videtur loco reſpõſionis ad ea quæ eximius quidam ICtus in contrarium adducit, qui etiam alteram opinionem erroris arguens, pro ſua confirmanda nonnulla arreſta allegat. 5 Porrò eodem arreſto ſecundus iuris articulus deciſus fuit; nempe quòd puellæ religioſæ † ordinis Ciſtercenſium,teſtatoris filiæ & ſorores dicti domini 4
Petri,partem non facerent in portionibus illis legitimis, multóque minus ad eas admittendæ eſſent;cùm pro mortuis atque iis haberentur,quę nunquam extiterint,quemadmodum etiam ſuperius quodam in loco dictum eſt.

ADDITIONES.

1 *l.coheres,§.cùm filia, de vulg.l.ſi Titius ex parte,de legat.3.* 2 Bart.*in l. Marcellus,§.quidam,n.9.& in l.heredes mei,§.cùm ita in 2.notab.& in l.Scæuola, circa fin. ad Trebellia.* 3 *in d §.quidam.* 4 *l.qui fundum,§.qui filios,ad leg Falcid.* 5 Anthon. Faber.*de error.prag.*

DECISIO LVII.

SVMMARIVM.

1 *Quòd ad grauatos ex ſubſtitutione pupillari peruenit, reſtitutioni in fauorem fideicommiſſariorum obnoxium eſt.*

1 IN eodem teſtamento prædictus teſtator certa quæpiam bona† filiabus ſuis inſtitutionis titulo & tanquam hereditariam portionem pro dote legans, iiſdem, ſi ante nuptias aut nubilem ætatem, decederet, inſtitutos heredes vniuerſales dominum Petrum theſaurarium eiuſque fratrem Iacobum hóſque ſibi inuicem, atque iis ſi ſine liberis decederent, Simonem ſubſtituerat. Euenit, vt poſt obitum Iacobi teſtatoris filia Anna de Meynaguet in impuberi ætate decederet, ſicque eius legatum ad ſuperſtitem Petrum perueniret. Cùm autem & eo mortuo fideicommiſſum Simoni reſtitui deberet, quæſitum eſt, (quæ quidem quæſtio inter prædictos articulos tertium locum obtinet,) vtrum bona illa, quæ inſtitutus heres vigore ſubſtitutionis pupillaris, ſiue expreſſæ ſiue tacitæ, tanquam in compendioſa comprehenſæ, accepiſſet, reſtitutioni in fauorem fideicommiſſarij ſubiecta eſſent? Quod enim in reſtitutionem non veniant, Iulianus reſpondiſſe videtur, argumento à ſpeciali ſumpto, 1 eo quòd grauatus ſaltem illud reſtituere teneatur, quod ex hereditate teſtatoris, aut ex propria eiuſdem diſpoſitione accepit. 2 At pro eiuſmodi re patrimonium pupilli haberi nequit, ad quod pupillariter ſubſtitutus vocatur. 3 Alia quippe eſt hereditas impuberis, & alia patris. 4 Vnde in reſtitutione fideicommiſſi non veniunt propriæ filij facultates. 5 Præterea veroſimile non eſt teſtantem duplici præſtatione & onere heredem grauare voluiſſe, 6 omniſque præſumptio fideicommiſſi odioſa & minimè fauorabilis habetur, 7 præſertim in articulo, de quo hîc quæſtio eſt, vbi agitur de ſubſtitutione pupillari, quæ eſt teſtamentum pupilli, cuius ordinatio data eſt patri, ſucceſſio vero filio, 8 adeò vt ſubſtitutus omne, quod ita acquirit & lucratur, ex teſtamento pupilli, non verò patris, qui ſubſtitutionem fecit, habeat. Atq; hæ præcipuæ rationes ſunt, ob quas Baldus, 9 quem nõnulli ex recentioribus ſequũtur, exiſtimauit ſubſtitutionem pupillarem nõ includi in fideicommiſſo. Illud tamen ab iis ipſis limitatur, ſi heres inſtitutus & grauatus adire & reſtituere coactus fuiſſet. Tum enim æquum eſſe exiſtimant, vt ad diſtinctionem Iuliani recurratur. 10 Præterea etiam opinionem ſuam reſtringunt, eo caſu quo per teſtatoris verba expreſſa aut legis interpretatione adeò generaliter ſumpta, vt etiam ad bona pupillaria extendi queant, apparet, teſtatorem etiam bona illa pupillaria comprehẽdere, neque à fideicommiſſo quicquam excipere voluiſſe, de quo in teſtamento ſuo diſpoſuerit. Quam etiam ob cauſam communis opinio in contrariũ eſt, cuius aſſeclæ defendunt in reſtitutione fideicommiſſi etiam venire bona pupillaria ſponte herede adeunte, ſi primo teſtator ſubſtituit pupillariter, deinde grauauit. 11 At præcipua item fundamenta pro altera ſententia ſuperius adducta illi reſpondent, quoad ſubſtitutionem pupillarem patri plenam & liberam poteſtatem competere, cùm impubes neque voluntatem, neque diſcretionem habeat, & propterea deſtituatur fundamento, quo plena & perfecta diſpoſitio vtitur. Quare rectè alibi dicitur, pupillarem ſubſtitutionem valere, quia eam pater fecit. 12 Et quamuis pater ipſum filium impuberem grauare nequeat, quemadmodum ſupra diximus, tamen eius ſubſtitutus rectè ab illo grauari poteſt, quemadmodum Alexander docuit 13 & probauit. 14 Conſtat item quod in eiuſmodi caſibus capienda ſit interpretatio, per quam magis & plenè conſulatur fideicommiſſario, 15 præſertim quando ei ius commune aſſiſtit, iuxta quod in caſu, de quo hic quæſtio eſt, ex duabus hereditatibus vigore aditionis à ſubſtituto factæ per confuſionem 16 vna tantum fit, atque ex vtraque vna ſaltem Falcidia detrahitur. 17 Atque ſic prædicto arreſto in fauorem Simonis fideicommiſſarij iudicatum fuit, cùm in teſtamento dicti Meynaguet legatum Annæ, quæ deinde prædeceſſit, cum ſubſtitutione pupillari relictum

Additiones.

1 *In l. ita tamen, §. qui ſuſpectam. verſ. ſi vero ad Trebellian.* 2 *l. in fideicommiſſaria, eodem tit.* 3 *l. ſed etſi plures, §. ad ſubſtitutos, de vulg.* 4 *l. 2. §. illud, de her. vel act. vend.* 5 *d. l. coheredi, §. cum filia.* 6 *l. Titia cum teſtamento. §. qui inuita, de legat. 2.* 7 *l. Lucius, §. tres heredes, ad Trebellian.* 8 *in l. ex tribus, C. de inoffic. teſtam. conſ.* 103. *volum.* 4. 9 Coraſ. *in l. cùm virum, nu.* 50. *C. de fideic.* 10 *in d. §. qui ſuſpectam.* 11 *l. apud Iulianum §. idem Iulianus, ad Treb.* 12 *l. cum pater, §. fidei tuæ, de legat. 2. l. Lucius, § tres hered. ad Trebellian* 13 Bald. *conſ* 97. *volum.* 4. quem alij communiter ſequuntur ex *l. qui fundum, §. qui filios, ad leg. Falcid.* 14 *l. Papinianus, §. ſed nec impub. l. de inoff. teſt.* 15 *in d. §. qui ſuſpectam, nu.* 6. 16 ex *l. ſi fundum, §. fin. cum ſeq. de legat.* 1. iuncta *l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſta.* Bart. *in l.* 1. *§. fin. de vulg. & pup.* 17 Carol. Ruin. *conſ.* 21. *nu.* 12. *vol.* 3. *& conſ.* 115. *nu.* 10. *eod. vol.*

relictum ac poſteà fideicommiſſum in vniuerſis & ſingulis teſtatoris bonis per ſubſtitutionem compendioſam vtrique fratrum Iacobo & Petro, ſi ſine liberis decederent, ita fictam;vt prædefuncto ſuperſtes,aut eius liberi heredes ſuccedere deberent, ſubiectum fuiſſet,atque Petro ſine liberis mortuo Iacobi prędefuncti filius ſuperuixiſſet,ſicque non tantum in conditione, ſed etiam in diſpoſitione comprehenſus eſſet, adeò vt quamuis quæſtio de eo fuiſſet, quòd ad heredem grauatum ex ſubſtitutione compendioſa peruenìſſet: tamen illud nihilominùs reſtitutioni ſubiacere debuiſſet, iuxtà communem opinionem DD.quam adducit & rationibus Alexander firmat. 18 Haud etiam eſt,vt communibus opinionibus & diſtinctionibus interpretum inhærentes prætendant ob circumſtantias,quæ in hac facti ſpecie occurrebant, & ſupra expoſitæ ſunt, arreſtum hoc nullam conſequentiam parere poſſe, quoad quęſtionem generalem,cùm illud limitationibus,& reſtrictionibus communibus,atque Iuliani diſtinctione ſuperius allegata nitatur. 19 Curia enim eo minimè reſpexit,ſed ſaltem conſiderauit,voluntatẽ patris teſtantis, qui ita voluerat, & ordinarat. Idémque procul dubio pronunciaſſet,etiamſi heredibus iam grauatis ſubſtitutio pupillaris demum ſubiecta fuiſſet. 20 Id verò ſtylus notariorum noſtrorum haud facilè ferret,cùm iuxta eum ſubſtitutiones fideicommiſſariæ poſtremo loco,& demum poſt omnes inſtitutiones,aliáſque ſubſtitutiones tam generales quàm particulares poni ſoleant,quemadmodum in ſequenti decisione dicetur 21.

Additiones.

18 *l.paterfam* ibi, *at cum*, *&c. de bon. auct.iud.poſſid.* 19 *l.in ratione, ad leg.Falcid.* 20 *in d.§.quidem,n.4* & ibi Roman.& Raph.Cuman.& ſequiturRuinus dilucidius quęſtionem explicans *in conſ.*120.*n.6.&ſeq. vol.3.* Guido Papæ *quæſtion.*303. 21 *in d.§. qui ſuſpectam.*

DECISIO LVIII.

Argvmentvm.

Prælegata in reſtitutionem fideicommiſſi regulariter veniunt.

Svmmaria.

1 *Exacta obſeruatio ſolemnitatem teſtamentariarum vocatur diligentia teſtamentorum.*

2 *Ignorantia notariorum noſtrorum admodum magna & pernitioſa eſt.*

3 *Fruſtra apud nos recurritur ad antiquas formulas fideicommiſſorum quoad reſolutionem quæſtionis:an legata in reſtitutionem fideicommiſſi veniant.*

4 *Suprema curia Tholoſana in reſtitutionẽ fideicõmiſſi etiam præceptiones ſeu prælegata venire pronunciare ſolet,niſi de contrariâ teſtatoris voluntate appareat.*

SÆpivs vel apud Ciceronem legimus, 1 quando ſolemnitatum † teſtamentariarũ mentio fit,quod earundem exacta & ſtricta obſeruatio diligentia teſtamentorum appelletur. De qua antiquiores Romani admodum curioſi & ſolliciti erant, adeò vt nullum teſtamentum ſine iuris perito facere auderent, cùm ignorantia iuris illos in materia ſucceſſionum excuſare non poſſet, atque ſcientia quoad hanc rem requireretur,non quæ iuris prudentibus eſſet, ſed quàm quis per ſe habere aut conſulendo prudentiores adſequi poterat. 2 Quam rem nonnulli negligentes,atque à diligenti illa obſeruatione abhorrentes, haud conſideratis inconuenientibus, quæ inde ſequi poterant, nomen illius in nomen nimiæ & miſerabilis diligentię conuerterunt,tentantes ea ratione,vt quantum in iis eſſet(quod tamen facere nõ poterant)efficerẽt ne leges in teſtamentis ſuis locum haberent,ſed negligerentur,atque quoad hunc potiſſimum articulum effectu ſuo carerent. 3 Idque temporis tractu eo proceſſit, vt hodie maior teſtamentorum pars apud nos non ex voluntate teſtatorum dependeat,ſed ex ſcriptura quapiam confuſa & ſuperficialiter † 2
congeſta,a notariis adeò rudibus,vt propriũ ferè ſuum nomen ignorent,quibus etiam impimet apud nos pagi repleti ſunt, creſcẽtque eorum numerus indies cùm talia officia vendi atque hereditaria reddi ſoleant,vt fieri nequeat,quin tandem in iis miſeri idiotæ ſuccedant, qui tanquam cœci aliorum cœcorum ductum expetunt,atque in tenebris palpitantes & manib. iter prætentantes exactã ſibi eruditionẽ pollicẽtur,ſi duas aut tres maiuſculas literas exarare doceantur. Quæ notariorũ ignorantia maximũ damnũ dare ſolet,in cõtrouerſiis teſtamẽtariis, atq; inter a-

Additio.

1 *In Tuſcul. quæſt.* 2 *l. in honorum poſſeſ. de bon. poſſ.* 3 *l. codicillis*, *§.fin. de legat.2.*

inter alias etiam in illa quæſtione, an prælegata veniant in reſtitutionem bonorum, quæ factæ ſubſtitutionis iure fieri debet? Quæ quidem quæſtio ingenia interpretum iuris tam ciuilis, quàm Canonici admodum
3 torſit. Nonnulli enim formulas, † quibus fideicommiſſa concepta eſſent, prudentioribus conſultis inſpici, ſicque diſtingui 4 inter hoſce duos caſus voluerunt, nimirum vtrum heres iubeatur reſtituere hereditatem aut illius portionẽ, an verò omne id, quod ex hereditate reſtitutioni ſubiecta ad ipſum peruenerit: & priori quidem caſu, prælegata in reſtitutionem fideicommiſſi haud venire exiſtimant, cùm ea grauatus hereditario iure non acceperit, 5 poſteriori verò eadem fideicommiſſo contineri & heredi reſtitui debere tradunt, cùm grauato ex hereditate obuenerint etiam pro portione, quam habet à coherede cũ de portione eius hereditaria capiat. 6 Eſt enim legatum delibatio hereditatis. Aliud eſt autem hereditas, & aliud, quod ex hereditate obuenit. 7 Alij verò aliter diſtinguunt, & ordinem ſcripturæ in teſtamento expendi voluit; ita vt prælegatum, ſi non prius, ſed demum poſt fideicommiſſum relictum fuerit, reſtitutione ſubiacere non debeat, 8 cùm veroſimile non ſit teſtatorem fidei heredis reſtitutionem committentem cogitaſſe de eo, quod nondum dederat, ſeu reliquerat, ſed poſteà demum reliquit. 9 At ſi prædictæ formulæ & modò allegata diſtinctio obſeruetur examinentúrque iuxta ſtylum communem notariorum noſtrorum, qui maiorem partem teſtamenta pro libera capitis ſui phanthaſia expediunt; tum plurima dubia quemadmodum quotidiè oboriri videmus, oborirentur, ad quæ definienda tot leges & conſtitutiones Imperatorum, nec non interpretationes, deciſiones & conſulationes noſtrorum interpretum iuris tam ciuilis quam Canonici minimè ſufficerent. Nam quòd prædictam diſtinctionem ordinis inter prælegata & fideicommiſſum obſeruati attinet; illa in iure haud fundatur, cùm in hac atque aliis materiis ſimilibus ICti & Impp. ordinem ſcripturæ non adeò ſcrupuloſè & exactè perpendere, ſed ex iure ſumere ſoleant id, quod agi videatur, 10 atque alibi à ICto reſponſum ſit 11 in coniunctionibus nullum ordinem eſſe, nec quicquam intereſſe vtrum eorum primum diceretur. Textu item, ex quo hæc quæſtio principaliter decidenda eſt, 12 talis diſtinctio haud probatur. Prætereà conſtat in reſtitutionem fideicommiſſi etiam illa legata venire, quæ codicillis poſteà factis relicta fuerunt, 13 atque clauſulam; *quas pecunias ego legaui, quibus dies appoſitus non eſt, annua, bima, trima die dato*, ſcriptam à teſtante in aliqua parte teſtamenti non ſolum ad præcedentia legata, ſed etiam ad futura & vniuerſa, quæ teſtamento adſcripta ſunt, extendi. 14 Vnde etiam quidam è Dd. noſtris, 15 qui hoc in caſu communem deſeruit, infert, eodem modò fideicommiſſum comprehendere futura legata. Nec quicquam iuuari poteſt prædicta diſtinctio textu, quem auctores illius in terminis militare putant. 16 Non enim ideò Titium prælegata integra retinere debere dicitur, quòd hæc poſt fideicommiſſum demum relicta ſint, ſed quòd rogatus fuerit Secundæ & Proculæ reſtituere hereditatem, cuius nomine ex formulis ICtorum prælegata non veniunt. 17 Nam alias ſi non hereditatem, ſed portionem ſimpliciter reſtituere fuiſſet grauatus, prælegatum, quamuis poſt fideicommiſſum relictum fuiſſet, in reſtitutionem veniſſet. 18 Verùm prædicti notarij noſtri omni quoad caſum hunc difficultati occurrere videntur, dum ex ſtylo ſuo certo & ordinario inſtitutionem in vltimo teſtamenti loco ponere & immediatè poſteà ſubſtitutiones tam directas quàm fideicommiſſarias ſubiungere, ac prætereà in teſtamentis aſcendentium inter deſcendẽtes poſt legata aut prælegata talem clauſulam adiicere ſolent: *Idque pro omni iure, actione & hereditaria portione*. Quæ clauſula ſola ſufficiens erit, vt omnis prædicta difficultas ceſſet portionis hereditariæ commemoratione facta. 19 At eadem repullulat, & denuò ſub incudem reuocatur, per clauſulas generales & vniuerſales, quas ij inſtitutionibus, præſertim

ADDITIONES.

4 Paul. Caſtrenſ. *in l. cùm virum, Cod. de fideicom.* 5 *in l. fideicommiſſaria, §. fin. ad Trebell.* 6 *l. legatum 3. in pr. de legat. 1.* 7 *l. 2 §. in hac actione, vi bon. rapt.* 8 *in d. l. cùm virum, ſuper verb. comprehenſum eſſe, C. de fideicomm.* ex *l. Titia*, & ibi Accurſ. *ad leg. Falcid.* Alex. *conſ num.* 8. *vol* 1. & Iaſ. *conſ.* 175. *num.* 1. *vol.* 4. & Accurſ. *in l. Marcellus, §. quidam liberis, ad Trebellian.* 9 *argum. l. in lege. de contr. emt.* 10 *l. ſi finita, § ſi plures, de damn. infect. l. moribus, §. fin. de vulg. l. nec enim, de ſolut.* 11 Alph. *in l. quidam, de pecul. legat.* 12 *in d. § quidam liberis,* 13 *in l. cũ pater, de legat. 2.* 14 *l. talis ſcriptura. §. fin. de legat. 1.* 15 Cuma. *in d. § fi.* 16 *d. l. Titia, ad legat. Falcid.* 17 *l. ſi Titius ex parte, de legat. 3.* 18 *d. l. ſi Titius ex parte*, Ioã. Coraſ. *in d. l. cũ virũ. n. 9.* 19 *d. §. quidã liberis.*

ſertim vniuerſalibus, apponere conſueuerunt, in quibus comprehendunt & regulariter exprimunt vniuerſa & ſingula bona, iura, nomina & actiones, vbicunque ſint aut eſſe poſſint, iiſque deinde ſubſtitutiones adeò vniuerſaliter & generaliter miſcent, vt per ipſas Doctorum noſtrorũ limitationes & reſtrictiones prælegata procul omni dubio illis comprehendantur. Fideicommiſſa enim ex voluntate teſtatoris æſtimantur, adeò vt ſi conſtet teſtatorem vel expreſſè vel tacitè prælegata illis contineri atque reſtitutioni obnoxia voluiſſe, quin voluntas eius iuſta ſit, minimè dubitari debeat. 20 Vnde etiam regulæ inſtar traditur fideicõmiſſa ampliari, extendi & declarari per rationes & cauſas, quibus teſtator motus fuit ad faciendum fideicommiſſum ita vt in his ratio & cauſa potius, quàm verba expreſſa attendi debeant, 21 niſi verba ipſa alioqui ex profeſſo menti repugnarent. 22 Quæ præcipuæ cauſæ ſunt, ob quas ſimúlque propter terminos communes noſtrorum te-
4 ſtamentorum, curia † noſtra pronunciare conſueuit, quòd prælegata & præceptiones caſu ſubſtitutionis fideicommiſſariæ in teſtamento adiectæ eueniente reſtitui ſimul fideicommiſſario debeant, niſi de contraria teſtatoris voluntate appareat.

Sicque prædicta curia ſæpius iudicari vidimus & intelleximus, atque inprimis in cauſa de Laran contra heredes defuncti generalis de Cheuerry atque alios conſortes ad relationem domini Chaumels cancellarij in vniuerſitate Tholoſana Anno M. D. XCII. Eadem quoque quæſtio ſimili modo in ſecunda claſſe inquiſitoriali anteà pluribus arreſtis nobis præſentibus & conſentibus definita fuit. 23

Additiones.

20 *d. l. cùm virum, & ibid.* Iaſon *num.* 7. & Caſtr. *numero* 6. Idem Iaſon. *d. conſ.* 175. 21 *l. Lucius, §. maritus, ad Trebell. deciſ.* 38. *num.* 1. *& ſeq. & conſ.* 288. *num.* 5. Iaſon *in l. ſi quis filium, de liber. præter.* 22 *d. l. cùm virum, & l. cùm pater, §. dulciſſimis, de legat.* 2. 23 *l. ſi quis in fundi vocabulo, §.* 1. *de legat.* 1. iuncta *l. in ambiguo, de reb. dub.*

DECISIO LIX.

Argumentum.

Teſtatoris voluntate fieri poteſt, ne prælegata in reſtitutionem fideicommiſſi veniant.

Summaria.

1 *Voluntas teſtatoris in quæſtione, de qua in præcedenti deciſione actum eſt, magis attenditur quàm vlla alia cauſa & ſubtilitas etiam in ipſius heredis fauorem.*

2 *Prælegata vni coheredum ita relicta vt is pro libitu ſuo liberrima voluntate & ſine cuiuſquam contradictione frui debeat, non ſunt ſubiecta reſtitutioni, veluti alia ſub fideicommiſſo comprehenſa.*

3 *Idémque obtinet, ſi res prælegata teſtator alienari prohibuerit.*

4 *Admonitio quoad correctionem & lectionem textus, qui pro confirmatione ſuperioris doctrinæ allegari ſolet.*

Notabiliter diximus prædicta præiudicia † locum habere, ſi de con- 1
traria teſtatoris voluntate non appareat, quæ hoc in caſu magis attẽdenda eſt, quàm quælibet alia cauſa & ſubtilitas, præſertim in fauorem heredis. 1 Quare cùm teſtator quidam † vni & tribus heredibus fideicom- 2
miſſo grauatis prædium ita prælegaſſet, vt illud pleniſſimo iure haberet, déque eodem pro liberrima ſua voluntate & ſine cuiuſdã contradictione diſponeret: caſu fideicommiſſi deinde eueniente eo, prælegatum prædium haud contineri arreſto curiæ in ſecunda claſſe inquiſitoriali ad noſtram relationem in cauſa de Farnier contra Farnier XXVI. Auguſti Ann. M.D.LXXXVII. prolato declaratũ fuit, propter verba prædicta prælegato appoſita, quæ excludũt reliquos coheredes inſtitutos ab omni prætenſione quoad prædictum illud, multóque magis ſubſtitutos, qui plus iuris habere & melioris conditionis eſſe nequeunt, quàm ipſi heredes.

Idémque Dd. obtinere † communiter 3
tradunt in caſu, quo teſtator res prælegatas alienari prohibuit, nempe quòd & eæ in reſtitutionem fideicommiſſi vniuerſalis haud veniant, cùm voluntatem teſtatoris eam fuiſſe coniiciatur, quòd prædium illud ad coheredem peruenire atque apud eum remanere voluerit in cuius fauorem prohibitionem illam fecerat. Pro cuius rei confirmatione

Additio.

1 *l. eum, qui, §. pro parte, de his, quib. vt indign.*

matione textus in terminis facere videtur 2 dummodò ille emendetur, ita vt aut deleatur particula *non*, & pro *non reſtituere*, *reſtituere* aut illa retenta pro *reſtituere*, *deducere* legatur. Alias enim ratio deciſionis cum ipſa deciſione non adeò conuenire videretur. Idq; aliquando impoſuit nonnullis curiæ noſtræ ſenatoribus, cùm ij, tanquam candidati, vt in ſenatum reciperentur, pro ſolito more coactis in vnum omnibus claſſibus examini ſe ſiſterent. Nam cùm ad fortuitam librorum apert ram prædictus textus occurreret, atque pro examinis materia ſeligeretur; candidati in hypotheſi paraphraſin rationis in textu adductæ explicaturi planè contrarium eius, quòd deciſum erat, intulerũt, atque deinde examinatorum argumentis preſſi prædictam rationem cum deciſione conciliare fruſtrà conati fuerunt. Et quidem non immeritò, cũ
4 lectio † corrupta etiam eruditiſſimos fallat. Deinde verò in editione noua corporis iuris ciuilis prædicta negatiua ſublata atque ad marginem poſita fuit, vt antiqua lectio retineretur, quam tamen quidam ex defunctis curiæ noſtræ dominis ſenatoribus 3 melius correxiſſe videtur, dum loco verbi, *reſtituere* ſubſtituit *deducere* quemadmodum modò dictum eſt.

ADDITIONES.

2 *l. Lucius*, §. *pluribus*, & ibi Bart. *ad Treb.* Roman. *ſing.* 174. 3 Ioan. Coraſ. *in d. l. cùm virum*, *n.* 7.

DECISIO LX.

ARGVMENTVM.

Ob ſeparationem in ſola inſtitutione factam neque in ſubſtitutione repetitam prælegata à fideicommiſſi reſtitutione haud excluduntur.

SVMMARIVM.

1 *Prælegata in reſtitutionem fideicommiſſi etiam tum veniunt, quando poſt ea relicta inſtitutio in vniuerſis & ſingulis bonis reliquis facta, & deinde fideicommiſſum ſimpliciter ſubiectum, neq; vocabulum* reliquorum *repetitum fuit.*

Ex eodem quoque fonte aliud dubium promanat ex eo potiſſimum dependẽs, quod modò de tacita, coniecturata aut expreſſa teſtatoris voluntate diximus, pro cuius confirmatione Imp. adminiſerunt probationes vltra & præter illud, quòd ſcriptũ aut in teſtamẽto expreſſum eſt hiſce verbis; *ad commendandã hanc patris voluntatẽ quã fuiſſe aſſeueras*, reſcribẽtes ad fideicommiſſariũ 1 atq; accipientes vocabulũ Latinũ *cõmendare* pro *confirmare*, quemadmodũ etiã IC. alibi illud ita accipit. 2 Quę cũ ita ſe habeant; quidã † in teſtamento ſuo nonnullas 1
villas prælegauit, quas acquiſierat, atq; à reliquo patrimonio ſuo antiquo ſepararat; deinde in eodẽ teſtamẽto tres ſuos ex ſorore nepotes heredes vniuerſales ſcripſit, inter quos etiam fuit ille, cui præceptiones reliquerat, quẽ dilectum ſuũ in illis appellauit, atq; in inſtitutione vniuerſali hæc verba ſcripta erant: in vniuerſis & ſingulis reliquis bonis ſuis heredes vniuerſales inſtitu t prædictos, quos nominabat, atq; eo caſu ſi ſine liberis decederent, ſubſtituit vnum alteri è prædictis tribus heredibus, ſi verò omnes ſine liberis morerentur, quendã propinquum ſuũ ſubſtituit, quamuis in remotiori gradu cõſtitutum, quàm inſtituti heredes erant. Qui cùm omnes ſine liberis deceſſiſſent, ſicque ſubſtitutionis caſus in fauorem propinqui ſubſtituti eueniſſet, quæſitum eſt, an per hęc verba, *in reliquis bonis* inſtitutioni heredũ appoſita prælegata à fideicommiſſo excluſa eſſent, adeò vt teſtator fideicommiſſo prælegata comprehendi noluerit, cùm ea coheredi relinquens ab inſtitutione & ſubſtitutione reliquorũ bonorum atque ab antiquo ſuo patrimonio ſeparauerit, neque veroſimile ſit teſtatorem prælegata huiuſmodi etiam generali ſermone, nedũ quaſi expreſſo, transferre ad fideicommiſſum voluiſſe 3 per regulã generalẽ, qua dicitur; generi per ſpeciẽ derogari. Deciſum item alias eſt, generalem diſpoſitionem non referri ad ea, de quibus ſpecialiter eſt prouiſum. 4 Multo minus ergo referretur diſpoſitio, quæ non tã generalis quam limitata & taxata videtur per verba illa, *reliquis bonis*, quæ exceptionem quandam conſtituunt à bonis, de quibus antea diſpoſitum fuit, quemadmodũ vulgaris loquendi vſus teſtatur, iuxta quem diſpoſitio facta de reliquis bonis omnibus, præter hæc vel illa, eadem excludit, perinde ac ſi

ADDITIONES.

1 *In d. l. cùm virum*, 2 *in l. ſi ex re domini*, §. *fin. de ſtipul. ſeru.* 3 *l. vxorem*, §. *feliciſſimo*, *de legat.* 3. 4 *l. alimenta*, §. *Baſilica*, *de alim. & cibar. legat.*

Vu

ac ſi diceretur, excepto tali aut tali fundo. Verùm nihilominus in cauſa de Canayers contra Roupeyroux ad relationem defuncti Dn. prçſidis d'Affis, qui tũ temporis adhuc ſenatoris munere in curia fungebatur, Anno 1551. contrariũ pronunciatum atque haud obſtantibus verbis eiuſmodi prælegata fideicommiſſo contineri & reſtitutioni in fauorem fideicommiſſarij totum ſubiecta eſſe declarata fuit. Præterquam enim quòd verba illa notarij ſaltem eſſent, qui teſtamentũ expedierat, neque à voluntate teſtatoris dependerent per ea, quæ ſuprà adducta ſunt; conſtabat etiam eadem inſtitutioni ſaltem appoſita, & ſubſtitutionem ſimpliciter factam neq; verba illa repetita fuiſſe, vt propterea in ſubſtitutione omnia illa, quæ alias eidem iure ineſſent, & per conſequens etiã prælegata, continerentur, atq; ſubſtitutionis conceptio generalis & minimè taxata aut limitata referretur ad præcedentia & vniuerſa, quæ teſtamento adſcripta in reſtitutioné veniebant, 5 Quo etiam facit, quòd inſtitutio in teſtamẽtis peculiare diuerſum atq; à ſubſtitutionibus ſeparatum caput cõſtituat, 6 adeò vt minimè abſurdũ ſit in ſubſtitutionibus ſimpliciter factis includere illud, quod in prædictis inſtitutionibus exceptum & ſeparatũ erat. Atque ſic conſultus reſpondit Alexander, 7 cuius opinio in dicto arreſto approbata, & deinde ad noſtram relationem in Camera maiori 2. Apr. Anno 1594. inter Annam du Puy contra de Mompeyroux heredes & ſucceſſores prędictorũ confirmata fuit, quoad iudicium ſupplicationis ciuilis contra prædictum arreſtum impetratæ, vbi inter alia etiam articulus prædictæ quæſtionis diſcuſſus fuit. Effectu enim ſupplicationis impetranti denegato arreſtum illud effectum ſortiri atque impetrantem expenſas, nullam verò mulctam ſoluere debere & quidem ex cauſa pronunciabatur.

ADDITIONES.

5 *argum. l. talis ſcriptura, in fin. de legat.* 1. *& d. §. quidam liberis.* 6 *l. 3. §. filius,* & ibi Bartol. *de liber. & poſthum.* 7 *conſ.* 25. *in fin.*

DECISIO LXI.

ARGVMENTVM.

Ob peculiarem quoque ſubſtituti fauorem interdum prælegata reſtitutioni obnoxia ſunt.

SVMMARIA.

1 *Quando quis fratrem, cui præceptiones reliquit heredem ſcribit, eidémque filiam ſuam ſubſtituit, caſu ſubſtitutionis eueniente præceptiones quoque reſtitui debent.*

2 *Idque potiſſimum ob ſubſtitutæ fauorẽ fit.*

CIvis quidam (cuius nomen tacebimus) 1 filiam † vnicam, eámque valetudinariam habens, cùm extrema ſua ordinaret, fratri germano certa quædam bona prælegauit, atque deinde eum vna cum filia æquis ex partibus heredem ſcripſit, obnixè rogans, vt ille filiæ coheredi ſe patrem præbere, omniaque ipſius bona fideliſſimè administrare vellet. Eidem, ſi ſine teſtamento decederet, filiam vel huius liberos ſubſtituit. Quo eueniente, cùm poſt teſtatoris mortem tam frater ſine teſtamento, quàm filia ſpiritum poſuiſſent, atque ab hac relictorũ impuberum filiorũ tutores nõ modò cętera aui materni bona, ſed etiam auunculo magno prælegata reſtitui pupillis ſuis ſubſtitutionis iure peterent, prædicti auunculi magni heres iis obiecit ſe ad prælegatorum iſtorum reſtitutionem haud teneri, cùm ea † defuncto propter compenſatio- 2 nem benè meritorum atque gratiſſimorum officiorum, quæ fratri exhibuerat, & in paterna filiæ valetudinariæ cura ac educatione vlterius exhibiturus ſperabatur, atque ſic ob cauſam potius oneroſam, quàm lucratiuam, ſeu ex mera liberalitate vel donatione relicta fuiſſent. At tutores replicarunt apertè conſtare, quòd prædictus auunculus magnus ſaltem heres fiduciarius eſſet, erga quẽ tantam frater habuiſſet fiduciam, quòd omnia relicta aliquando filię vel nepotibus reſtituturus eſſet: ſummam item affectionem, qua auus nepotes proſequi cenſetur, haud pati vt extraneus, 1 quid præ iis præcipuum habeat, vtpote cùm iſta propriã etiam verborum ſignificationẽ mutare dicatur, 2 ita vt indiſtinctè (iuxta communem interpretum iuris traditionem relatam à quibuſdam, qui tamen eam non ſequuntur, 3 ſed maximè notabilem eſſe 4 & ICti Scæuo-

ADDITIONES.

1 *in l. vnic. §. extraneum, C. de re. vx. act.* 2 *arg. l. cùm auus, de cond. & dem. l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſt.* 3 Ripa *in l. heredes mei, §. cùm ita, ad Treb.* 4 Alexan. *in d. §. quidam liberis, num. 2.* Alciat. *in d. §. cùm ita, nu. 7.*

Scæuolæ 5 deciſioni appropinquare dicunt) prælegata fideicommiſſo cõtineantur, quibuſcunque verbis teſtator vtatur, præſumptione voluntatis, quæ colligitur ex affectione perſonarum cæteris potentiore. 6 Quare cùm prædicta cauſa per appellationem à ſententia Seneſcalli de Carcaſſonne aut eius vices gerentis ad curiam deuoluta fuiſſet, arreſto ad relationem defuncti Dn. Gilbert *in ſecunda claſſe inquiſitoriali* anno 1578. prolato, prædicti tutores victoriam obtinuerunt, atque prælegata reſtitutioni ſubiecta eſſe declaratum fuit, ita tamen, vt heredi ſeu ſucceſſori ab inteſtato dicti fratris petitæ impenſæ, quæ tam litium hereditariarum, quàm aliorum negotiorum hereditatem concernentium nomine factæ prætendebantur, ius dici deberet. Additum in arreſto etiam hoc fuit, detractionem quartæ hîc locum non habere, cùm inſtitutio pro fiduciaria haberetur, tum propter ea, quæ ſupradicta fuerunt, tum propter cõditionem ſubſtitutionis, ſi inſtitutus ſine teſtamento decederet, quæ arguit, quod veroſimiliter teſtator teſtamentum condens cogitarit pleniore officio fidei præſtandæ fratrem functurum, veréque fidem exoluturum voluntatem teſtatoris ſecutum, neque de ſuo putaturum proficiſci, quod de alieno plenius reſtituturus erat. Nec immerito ſæpe credimus aliquid defunctum voluiſſe, & tamen non cogitaſſe. 7

ADDITIONES.

5 *in l. liberto, §. filium, de annu. legat.* & ibi Bart. *num.* 5. Roman. *ſing.* 175. Iaſon *in d. l. cum virum.* 6 Socin. ſen. *conſ.* 23. *num.* 21. *volum.* 1. *& conſ.* 26. *num.* 4. *vol.* 4. 7 *in l. ſi ſponſus, §. ſi quis rogatus, de donat. inter vir. & vxor.*

DECISIO LXII.

ARGVMENTVM.

Ob inuentarij omiſſionem Trebellianica non amittitur.

SVMMARIA.

1 *Trebellianicam non amittit heres grauatus, qui nullum rerum reſtitutioni ſubiectarum inuentarium confecit.*

2 *Auctoritates & rationes pro opinione contraria adducuntur, atque ad eas reſpondetur.*

3 *In ſuprema curia Tholoſana extra omne dubium poſitum eſt, quod inuentarij omiſſio detractioni Trebellianicæ non noceat.*

4 *Idque indiſtinctè obtinet, ſiue heredes teſtatoris deſcendentes ſiue extranei ſint, qui tamen omnes coercentur, ſi eos ex hereditate quid ſubtraxiſſe vel amouiſſe probetur.*

MEntio Trebellianicæ, quam † ſupra veluti in tranſcurſu fecimus, occaſionem præbet, vt paulisper hic diuertentes, ad quæſtionem quandam in materia Trebellianicæ progrediamur, tam ancipitem & dubiam, vt in eius deciſione noſtri interpretes iuris tam ciuilis, quàm Canonici nõ modo expreſsè ſibi contrarij, ſed etiam planè confuſi fuerint, & ſententiam ſuam ſubinde recantantes modò huic modò alteri parti acceſſerint, vſque adeò, vt quidam ex illis tradiderint, 1 neceſſe eſſe, vt ſummi principis manus admoueatur, atque certa & publica lege declaretur, Trebellianicam an amittat non conficiens inuentarium? Nonnulli enim in quæſtionis huius reſolutione diſtingui voluerunt inter liberos ſeu deſcendentes teſtatoris, atque alios extraneos, 2 adeò vt his ſaltem, quia tr[illegible] [illegible]t de lucro captando, 3 non verò illos, quia certent quaſi de damno vitando, Trebellianicam perdere dicerent. Alij verò, qui tamen ipſimet ſibi non ſatis conſtant, exiſtimarũt, atque quodam in loco audacter & pertinaciter defenderunt generatim, atque ſine vlla diſtinctione modo dictarum perſonarum, heredem grauatum, qui inuentarium non confecit, procul omni dubio Trebellianicam amittere. Nonnulli quoque ex iis aſſeruerunt, in Italia & ducatu Ferrarienſi ita iudicatum fuiſſe. 4 Quorum præcipuæ rationes † ſunt, quod ſub nomine Falcidiæ etiam Trebellianica veniat & intelligatur. 5 At expreſsè deciſum eſt, quod heres

ADDITIONES.

1 Caſſiodor. *deciſ.* 3. *ſub tit. de teſtam. nu.* 8. *in fin.* Iaſon *in l. Marcellus, nu.* 57. *& n.* 58. *ad Treb.* 2 Guido Papæ *quæſt.* 93. 3 Cynus, Baldus, & Salycetus *in auth. ſ d cum teſtator, C. ad legem Falcid.* Dec. *conſ.* 480. *nu.* 16. *& conſ.* 136. *num.* 5. Oldrad. *conſ.* 134. Molin. ad Alex. *conſ.* 67. *num.* 2. *vol.* 4. 4 Angel. *in §. extraneis, numer.* 4. *Inſt. de hered. qual. & differ.* 5 *l. pater filiam, ad leg. Falcid* glo. *in auth. vnde ſi pares, ſuper verb. Falcidia, C. de inoff. teſtam.*

heres inuentarium non conficiens Falcidiam perdat, 6 propter præſumtam videlicet fraudem & malitiam,quaſi heres omiſſo inuentario tantùm ſubtraxerit,quantum Falcidia valeat.Quare idem omnino de Trebellianica dicendum erit. Deinde conitat, quod heres fideicommiſſo vniuerſali grauatus,quaſi rationes reddere fideicommiſſario teneatur,quę rationum redditio ſine inuentario ritè & legitimè fieri nequit, 7 cùm hoc illius initium & fundamentum ſit.8

Tertiò,cùm Falcidia legata,& Trebellianica fideicommiſſa vniuerſalia reſpiciat,atque per omnia exæquata ſint legata fideicommiſſis, 9 ideò quod de Falcidia dicitur,etiam de Trebellianica accipiendum eſt. Verum hiſce rationibus omnibus haud obſtantibus,eorum,qui ſimpliciter & generaliter contrarium ſtatuunt,nempe illud, quod hoc in caſu de Falcidia dicitur ad Trebellianicam non referri & per conſequens ab huius detractione heredem ſummoueri non poſſe, quod inuentarium non confecerit; haud minor numerus,neque minor, quàm prędictorum auctoritas eſt. 10 Rationes item pro eorum ſententia ſatis vrgentes adducuntur, quarum prima hæc eſt; quòd de iure heredi grauato Trebellianica conceſſa ſit,quæ non reperiatur, expreſsè prohibita propter omiſſionem inuentarij, prout in Falcidia expreſsè deciſum legitur: ideo non debet induci legum correctio in caſu non expreſſo,cùm illa nunquam præſumatur facta,niſi expreſsè appareat, 11 nec ex identitate quidem rationis, ſi Bartolo credere dignum eſt, 12 qui legem illam Iuliani,qua ad ſimilia procedendum, atque ita ius dicendum alibi exiſtimauit, 13 in correctoriis non procedere ſingulariter docuit. Cui ſecundo loco adiici poteſt,quod in pœnalibus benigniorem partem ſequi,& odia non ampliare, ſed potius reſtringere debeamus. 14 Cur enim ſtare prohibeatur, quod expreſsè prohibitum non reperitur. 15 Nec quicquam faciunt rationes pro ſententia contraria adductæ,cùm nimis longè petitæ ſint,præſertim illa,qua dicitur,ſub generali nomine Falcidiæ venire etiam Trebellianicam. Illud n.impropriè & largo modo fit, non verò propriè & ſtrictè,quemadmodum verba in correctoriis accipi debent.16 Porrò à rationum redditione ad inuentarij confectionem argumentum infirmum ducitur, cùm res ſeparatæ atque planè diſtinctæ ſint, & propterea ab vna ad alteram, iuxta vulgares iuris regulas inferri nequeat. Pari ratione euaneſcit, quod ab exæquatione legatorum & fideicommiſſorum petebatur. Haud enim legata particularia, de quibus Falcidia detrahitur, neque econtra hæc illis exæquata ſunt. 17 Quare hanc opinionem negatiuam tanquam rationi & æquitati magis conuenientem non ſolum maior interpretum pars amplectitur, 18 ſed & quicquid etiam nonnulli ex recentioribus in contrarium afferant, 19 Camera imperialis atque ſupremæ regni huius curiæ in contradictoriis iudiciis ſecutæ fuerunt. Vnde etiam eſt, quod in ſuprema curia † Tholoſana fideicō- 3
miſſarij rarò admodum tale quippiam prætendant,aut ſi hoc faciant,ſemper eorum petitio inſuper haberi ſoleat,quemadmodum ſæpius,& citra omnem difficultatem ita iudicatum fuiſſe meminimus. Idque procedit, & generaliter intelligitur, tam † de deſcen- 4
dentibus,quàm de extraneis,cùm quoad hos maior difficultas ſubeſſe videatur. Si tamen allegetur,probetur,& legitimè doceatur heredes grauatos, aut eorum ſucceſſores hereditatem expilaſſe,ſeu aliquid, quod in ea erat,celaſſe,ſurripuiſſe aut amouiſſe, vt eo fideicommiſſarios fraudarent,tum quo omni fraudi & expilationi hereditatis occurratur, prædicti heredes aut ſucceſſores ita coërceri ſolent, vt non ſolum Trebellianica, ſed ipſa etiam legitima, ſi vlla debeatur, obſtricta maneat, donec refundatur valor earum rerum, quæ amotæ, celatæ, aut ex hereditate conſiderato tempore, quo teſtator deceſſit, ſubtractæ fuerunt. Imò ſi vtraque quarta non ſufficeret, tum ij vſque ad plenam & integram ſatisfactionem condem-

ADDITIONES.

6 *§.ſi verò non fecerit, in Nou. de her. & Falcid.d.authent.ſed cùm teſtatur.* 7 *l.cum tale,§ fin.de condit.& demonſtr.* & ibi gloſſ. *ſuper verb.non interponenda, & in l.mulier, §.ſed enim, ad Trebellian.* Bald. *in l. filium, quem habentem,num.*43.*C.fam. erciſc.* 8 *in l.*1.*§.officio,de tut.& rat.diſtrah.* 9 *l.*1.*de legat.*1.*l.*2 *§* 1.*C.comm.de legat.* 10 Bart.*in d. authen.ſed cum teſtator, & in d.l.Marcellus, num* 8.Iaſ.& Alex.*ibid.num.*10.& idem Alex. *in d.conſ.*67.*num.*2. plenius atque in vtramque partem Caſſiodor. *deciſ.*3.*de teſtam.* 11 *l.præcipimus,§.final.C.de appell. l.ſancimus, C.de teſtam.* 12 *in auth.quas actiones,C.de ſacroſ.Eccleſ.* 13 *l.non poſſunt,de legib.* 14 *c.odia,de R.I.* 15 *d.l.præcipimus,§.fin.* 16 *l.* 3.*§.hæc verba de negot. geſt. l. non aliter, de leg.* 17 DD.*in d.l.*1.*de legat.*1. *& in d.l.*2. *C.com.de legat.* Alex.*in dict.l. Marcellus,numero* 2.*in fin.* 18 Aymon Crauetta *conſ.*17. Caſſiod.*d.deciſ.*19. 19 Molin. ad Alexand. *d.conſ.*57.

condemnari ſolent, quemadmodum ſæpius à dicta curia, & quidem iuſtiſſimè iudicatū fuiſſe meminimus. 20 Ex quibus colligi poteſt, quàm durum, crudele & inhumanum, atque, vt breuiter dicamus, iniuſtum ſit præiudicium, quod vulgò allegari ſolet, ſecundæ claſſis inquiſitorialis in ſuprema curia Pariſienſi (ſi tale eſt, quale eruditus quidam eiuſdem curiæ aduocatus 21 XII. Decembris, anno M. D.XCVIII. prolatum fuiſſe teſtatur) quo iudicatum fuit filium ob omiſſionem inuentarij, neque Trebellianicam, neque legitimam detrahere poſſe. Etſi enim de illa quidem multi in prædicta quæſtione dubitarunt: tamen de hac pauci admodum controuerſiam mouerunt, quemadmodum videri poteſt ex iis, quæ à recentioribus allegantur. 22

ADDITIONES.

20 *arg. l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, l. videamus, tot. tit. de in lit. iur.* 21 Peleus *in action. forenſ. lib. 4. act. 6.* 22 Philippus præſes des Aides à Montpellier *reſp. 26. num. 42.* Anton. Gabr. *commun. opin. libr. 6. de legit. concl. 7.*

DECISIO LXIII.

ARGVMENTVM.

Heres grauatus de Trebellianica, quam detrahit, teſtamentum condere, atque in eo inſtitutos heredes denuò grauare poteſt; quibus itidem Trebellianicæ detractio haud denegatur.

SVMMARIA.

1 *Quomodo intelligenda ſunt duo vulgaria brocardica.*

2 *Iuxta mores Franciæ res etiam maximè perſonales, atque ex natura & qualitate ſua non tranſmiſſibiles per diſpoſitionem & tranſmiſſionem ad reliqui patrimonij & iurium ei acquiſitorum ſimilitudinem rediguntur.*

3 *Ius detrahendæ quartæ & ſupplementum legitimæ tranſmitti poſſunt.*

4 *Pro ratione & numero ſtirpium plures cenſeri debent hereditates.*

1 DVo brocardica† ſunt (haud immeritò à vulgo iudicum & pragmaticorum in iudiciis ordinariis vicorum, pagorum, aliorúmque agreſtium locorum ita indigitari ſolita) quibus etiam peritiſſimi, ne dicamus ſupremi, & qui nouiſſimi ſententiam ferunt, interdum abuti conſueuerunt, quæ nos adhuc aliquantulum in digreſſione noſtra detinebunt, quorum vnum eſt, quod heredes, qui per fideicommiſſum tertio hereditatem reſtituere grauati ſunt, teſtamentum facere nequeant: alterum verò, quod Trebellianica de altera Trebellianica detrahi non poſſit. Prius itaque è duobus hiſce brocardicis à Caſtrenſi 1 attingitur, atque optimè explicatur, quod verum ſit, & locum habeat quoad bona & iura, quæ reſtitutioni ſubiecta ſunt, vt de iis ab herede grauato in præiudicium fideicommiſſarij diſponi non poſſit. Nam alias fideicommiſſo ille haud impeditur, vt teſtamentum faciat de aliis bonis & iuribus, quæ aliunde ad eum pertinent, ſi modo vlla habeat, atque iis deficientibus cenſebitur ad minimum hereditatem habere, quæ ſine vllo corpore iuris intellectum habebit, 2 illámque relinquere, cui velit, non prohibebitur: adeò vt ſi hoc in caſu in eodem teſtamento per aliud fideicommiſſum heredem ſuum alij cuipiam tertio hereditatem reſtituere grauet, tum heres ita grauatus, aut alij, qui ab eo ius & cauſam habent, caſu inſtitutionis euenſente quartam detrahere poſſint de alia quarta Trebellianica, quæ detracta fuit ratione primi fideicommiſſi, quo auctor ſeu ſecundus teſtator grauatus erat. Trebellianica enim illa cum bonis & reliquo teſtatoris patrimonio confuſa fuerat, & mutatione perſonæ iam Trebellianica eſſe deſierat 3 Atque hoc illud eſſe videtur, quod Dominus Præſes ſupremæ curiæ Gratianopolitanæ tractans hanc quæſtionē veluti in tranſcurſu poſt illam, quam in præcedenti deciſione attigimus, atque remittens lectores ad conſtitutiones imperiales, quas allegat, 4 ſignificare voluit. Certum ſiquidem eſt, atque aliunde conſtat illud, quod generalis regulæ loco traditur Trebellianicam non detrahi ex Trebellianica, intelligendum eſſe de eodem teſtamento, de eadem hereditate, & de eodem fideicommiſſo. Nam alias in hereditate planè noua, qualis eſt ea, quę ab herede grauato relinquitur, nulla

ADDITIONES.

1 *l. irritum, Cod. ad legem Falcidiam.* 2 *l. hereditas, de petitione hereditatis.* 3 *l. per procuratorem, in fin. de acquirend. hered.* 4 *l. irritum, & l. quanquam, Cod. ad legem Falcid.*

prætendi poteſt detractionem Trebellianicæ factam fuiſſe,ratione illius,quā ſecundus teſtator ex alio planè teſtaméto,atq; alia & ſeparata hereditate,nempe primi teſtatoris, qui primo heredem fideicommiſſo grauarat, deduxit, ex qua fideicommiſſum debitum ęris alieni loco deduci oportebit,inſuperque in reſiduo legis Falcidiæ beneficio inuocato,quòd grauato ex ea debitum fuerit in fideicommiſſo à grauato factum veniet, & ſi quid aliud prætereà ei debitum fuerit;ex quibus quarta in fauorem heredis grauati caſu reſtitutionis eueniente,atque ſi aliàs prohibita non fuerit, deducetur. Sicque,ad noſtram quoque relationem,à curia noſtra ſæpius iudicatum fuit. At ſuprema curia Pariſienſis arreſto XXVIII. Maij,anno M.D.LXVI.inter dominum Monmartin,& dominum du Gayet prolato contrarium pronunciaſſe videtur,cùm Trebellianicā ei haud adiudicarit,cui debebatur. Idq; occaſionē præbuit cōſultoribus domini du Gayet,vt cogitarent,quomodo principali ſuo per modum prouiſionis, aut alias proſpici poſſet,vel ſaltem ſuccurri per eadem remedia,quæ conſultores partis aduerſæ,ſiue domini Monmartin,cui itidem nō ſatisfactum videbatur, vſurpare ſtudebant. At poſteà tranſactione, quæ ſemper, quamuis iniqua ſit,tamen optimè inſtructæ liti præferenda eſt,controuerſia illa finita fuit,quemadmodum intelleximus ex iis,qui ipſimet tranſactioni interfuerunt,eámque opera ſua iuuerunt, qui etiam nobis communicabant tenorem prædicti arreſti, quod poſtea Paponem *in quinta editione* collectioni arreſtorum inſeruiſſe deprehendimus; apud quem illud ab vlteriorem expetente cognitionem videri, 5 ſimúlque examinari poterit, an ratio illa, quam peculiarem deciſionem confirmaturus adducit,vllo modo ſubſiſtere poſſit,præſertim cùm illi ipſi aduerſetur, quod antea tradiderat,atque ipſa iuſtitia diſtributiua,per ſe requirat,vt ſuum cuique ad extremum vſque obolum reddatur, licet ſaltem de teruncio quæſtio ſit, ſicque ſuum cuique tribui ab antiquis iubeatur. Planè non ignoramus,quòd pro defenſione arreſti illius adhuc nonnihil afferatur,dum nempe præſupponitur in hypotheſi illa Trebellienicam haud detractam fuiſſe ab eo,qui detrahere debebat,atque teſtatoris filius erat, & per conſequens ius detractionis nondum factæ haud tranſmitti à grauato potuiſſe in extraneum, talem nimirum, qualem ſæpe iam definiuimus, & qualis in hac hypotheſi defuncti ſoror erat: vt propterea detractio hoc in caſu cenſeatur caduca facta,vel potiùs omiſſa ab herede grauato, qui plenè & integrè fidem ſibi commiſſam exoluere voluit.

6 Verùenimuerò,quęcunque etiam ratio-
nes,auctoritates & arreſta ſupremę curię Pa-
riſienſis in cauſa dominæ d'Arpaion contra
comitem de Suſe,& ducis d'Vſez contra do-
minam dicti loci prolata allegentur;illud re- 2
cta aduerſatur Francię noſtrę † moribus,iux-
ta quos res etiam maximè perſonales,ſicque
ex qualitate & natura ſua non tranſmiſſibi-
les per diſpoſitionem inſtar reliqui patri-
monij & iurium ei acquiſitorum tranſmitti
poſſunt. Imò interpretum quoque noſtro-
rum reſolutioni aduerſum eſt, iuxta quam
non ſaltem ius detrahendi † quartam,ſed et- 3
iam ſupplementum legitimæ, quod multo
magis,quàm quarta,perſonale eſt,tranſmiſſi
bile cenſetur de perſona illius,ad quem im-
mediatè pertinet, ad eiuſdem heredes non
ſaltem deſcendentes, ſed etiam extraneos,
quemadmodum Dn. Boërius teſtatur,atque
aliquot pro hac ſententia auctores allegat 7
In ſimilibus quoque controuerſiis curiam noſtram velo leuato & tacito omnium ſuffragio ita iudicaſſe intelleximus & meminimus, atque præſertim prædicto arreſto in cauſa Paulæ de Viguier contra Simonem Maynaguet prolato, per quòd ius quartæ eiuſmodi ad defunctum Iacobum vnum ex coheredibus grauatis pertinētis pro eius ſemiſſe ſeu contingente portione ab inteſtato ad ſucceſſores illius legitimos tranſmiſſum fuit, contra quos in poſſeſſione talis quartæ atque aliorum iurium iuxta conſuetudinem Francię ipſo iure conſtitutos nulla reſtitutio prætendi poteſt,ad hoc vt non tam reſtituiſſe,quàm pleniorem fidem exhibuiſſe videretur. 8

Præterea conſtat,quod in cauſis eiuſmodi, vbi de quarta quęſtio eſt,ſæpiùs illa,imò ferè regulariter poſt obitum demum grauatorum detrahatur,ad quorum mortem adiectę fideicommiſſo conditiones plerunque referuntur,atque ſic detractiones eiuſmodi in fauorē grauati heredum & ſucceſſorum, ſiue deſcendentes,ſiue extranei ſint,atque ſine vlla diſtinctione fiant.Quare ſi prædicti heredes & ſucceſſores ex fideicommiſſo, quo eorum

ADDITIONES.

5 *libr. 20. tit. 4. arreſt. 3.* 6 *l. debitorem, de his, quæ in fraudem creditorum* 7 *deciſ. 250. n. 5. 3. & 6.* 8 *d. l. debitorem, & dict. l. ſi ſponſus, §. ſi rogatus.*

eorum prædeceſſor & auctor grauatus erat, quartam detraxerint, atque in eiuſdem teſtamẽto viciſſim alio fideicommiſſo grauati fuerint, nihil omnino obſtat, quo minus caſu reſtitutionis eueniente, & ipſi aut eorum heredes vel ſucceſſores ſimilem detractionem faciant de bonis eius, qui illos ita grauauit, in quibus etiam prima Trebellianica reperietur, quam ipſorum auctor ex primo fideicommiſſo detraxit. Sic enim & cum iure primogenituræ comparatum eſt, vt quamuis primogenitus inter grādiores natu omnium ſtirpium præcipuũ quiddam, atque prærogatiuam quampiam habeat: tamen nihilominus & primogenitus, ſeu grandior natu in quolibet ſtirpe prærogatiua ſua gaudeat quoad bona & iura, quæ ſtirpi illi obuenerunt. Hocque ideò, quòd
4 pro ratione † & numero ſtirpium plures cenſeri debeant hereditates. 9 Quoad prædictæ quæſtionis articulum relato, ſimilis quoque quoad eius reſolutionem ſequetur deciſio.

ADDITIO.

9 Imbert. *in ſuo enchir. in c. ſucceditur quandóque in ſtirp. & quandóque in capita.*

DECISIO LXIV.

ARGVMENTVM.

Bona, quæ teſtator ſub pacto de retrouendendo, & deinde poſt eius obitum heres grauatus purè emit, quatenus fideicommiſſario reſtituenda ſint.

SVMMARIA.

1 *Num bona, quæ teſtator, ſub pacto de retrouendendo acquiſiuit, ſi poſt eius obitum heres grauatus ipſum pactum emat, in reſtitutionem fideicommiſſi veniant, an verò ſolum precium à teſtatore expoſitum reſtitui, & fundi proprietas heredem, aut eius ſucceſſores manere debeat.*

2 *Rationes & fundamenta pro herede & prædictis ſucceſſoribus.*

3 *Sententia curiæ libellorum ſupplicum in fauorem heredis prolata.*

4 *Rationes pro fideicommiſſario, qui à ſententia illa appellarat.*

5 *Si in emtione poſteriori ab herede grauato facta augmentum quoddam fundi ſit quoad illud, pro rata precij detractionem heres rectè petere poteſt.*

6 *Quando iuxta mores alicuius loci ea, quæ conſtante matrimonio acquiruntur, inter coniuges communia ſunt, quidnam ſtatui debeat, quoad bona à marito antè matrimonium ſub pacto de retrouendendo, & deinde conſtante matrimonio ſimpliciter empta.*

NVNC priſtinum, à quo paulò digreſſi fuimus, viæ noſtræ tramitem repetentes ad ea reuertemur, quę heres grauatus ex hereditate fideicommiſſaria detrahere poſſit, & viciſſim quæ in reſtitutionem illius neceſſario veniant: cùm in fideicommiſſarios iuxta generalem Franciæ morem ſupremarum curiarum arreſtis firmatum poſſeſſio ipſo iure tranſeat, quemadmodum ſupra monuimus. Et primo quidem loco illud examinabimus, ſi pater teſtator certa quædam bona † acquiſierit, & emerit ſub pacto de retrouendendo intra certũ tẽpus, eóque durante vnum vel plures heredes fideicommiſſo reſpectiuè grauatos relinquẽs deceſſerit, atque ij vel quidam eorum mentione prioris emtionis à teſtatore ſub pacto de retrouendendo factæ haud omiſſa, pactũ illud vel maiorem bonorum æſtimationẽ pro certo, quòd primis venditoribus exoluunt, precio emerint, nunquid eorum ſucceſſores ſeu cauſam ab iis habẽtes, propterea caſu ſubſtitutionis euenjẽte bona ita emta à reſtitutione fideicommiſſi eximere, atque reſtituto precio, quòd teſtator, à quo grauati fuerunt, exoluit, proprietatem illorum retinere queant? Et quidem affirmatiuè hoc dubium videtur decidendum eſſe, cùm acquiſitio poſterior facta ab heredibus grauatis alia & noua venditio ſit, 1 in qua nouum precium & res emptæ peculiaris ſeparatæ, & diuerſæ conditionis habentur. 2 Sic enim ſi minor vigintiquinque annis fundum vendens emtori cauerit, quòd venditioni ſemper ſtare velit, deinde verò ſupplementum iuſti precij petat: emtor quidem aduerſus fideiuſſorem, qui datus à minore fuit, regreſſum habet, ſed ratione ſupplementi fundum nihilominus retinet, cùm eum quaſi ex ſecunda emptione, non ex præcedenti habere cenſeatur, 3 ſi illud ita ſe

ADDITIONES.

1 *l. pacta nouiſſima, §. Paulus notat, de contrahend. empt. l. 2. de reſcind. vend.* 2 *l. qui fundum, § 1. pro emptor.* 3 *l. ſi ſeruus, §. 1. de euict.*

ita ſe habet, quod nonnulli tradiderunt. 4 Idque confirmari ex eo poteſt, quod alibi traditur, rem auctam vel diminutam tali augmento vel diminutione nouam fieri. 5 Præterea etiam cõſiderari oportet, quod effectus primæ emptionis a teſtatore factæ, vt ſciri poſſit, an talia bona mobilia vel immobilia ſint, ſicque eorum, vbi conſuetudo requirit, ſeparatio fiat, & vel ipſamet, aut eorũ precium fideicommiſſariis reſtituatur, durante tempore ad retrouendendum conceſſo ſaltem a futuro euentu dependeat. Si enim intra illud tempus non redimantur, pro immobilibus habentur, 6 ſicque acquiruntur iis, ad quos immobilia pertinent, & propterea etiam ipſamet in reſtitutionem fideicommiſſi veniunt, adeò, vt ſi heres bona, quę
2 † teſtator cum pacto de retrouendendo alienauit, vigore pacti illius redemerit, eadem fideicommiſſario precium, quod heres pro redemptione impendit refundenti omnino cum reliqua hereditate reſtituenda ſint. 7 Heres ſiquidem redimens ea ex hereditate & ſucceſſione fundatoris habet, atque illa ad priſtinam ſuam naturam rediiſſe, 8 & potius reddita, quàm de nouo tradita aut tranſlata eſſe cenſentur, omnéſque, quas interim emptor in iis conſtituit, hypothecæ expirant & extinguuntur, 9 cùm præcedens & neceſſaria earum cauſa expiret. 10 Multo magis itaque bona acquiſita à teſtatore ſub pacto de retrouendendo, eidemque eo tempore, quo teſtator deceſſit, adhuc obnoxia pro mobilibus ob precium ſaltem in emtione comprehenſum habenda ſunt. At eadem immobilia eſſe cenſentur, dum à venditoribus redemta teſtatoris heredi denuò venduntur, ſeu quando iſte pactum illud, ſeu maiorem taliũ bonorum valorem emit. Venditores enim talem contractum cum alio quouis, etiam planè extraneo celebrare potuiſſent, qui precium principale iuſtas impenſas & meliorationes, ſi quæ factæ eſſent, fideicommiſſario refundens liberatus fuiſſet. Heredem autem hac in re deterioris conditionis, quàm extraneum, qui facere vellent, nihil aliud agere viderentur, quàm vt ei ſub prætextu qualitatis hereditariæ acquiſitiones & rei familiaris augmentum inuiderent, 11 ſicque contra omnem diſpoſitionem iuris propria heredis bona & acquiſita fideicommiſſo miſcentes 12 eius diligentiam vitio verterent. 13
3 Atque ſic curia † libellorum ſupplicum palatij Tholoſani pro Gailharde de Punhet vidua Petri de Laurens ciuis de Figeac, eiuſdémque herede vniuerſali iudicauit contra Dominum Balthazarem de Laurens vices gerentem Seneſcalli de Quercy in ſede de Figeac, qui fratri ſuo grandiori natu Petro, ſi ſine liberis decederet à patre, domino Petro de Laurens ſubſtitutus fuerat, & cuius ſubſtitutionis caſus iam euenerat. Verùm nihilominus pro † domino Balthaſare fideicommiſſario fortiter admodum militabat, 4
quod venditio pacti de retrouendendo, ſeu maioris valoris & æſtimationis, quamuis poſt obitum patris, à Petro facta eſſet, lapſo iam tempore, quod pacto illi præfinitum erat, atque quod primi venditores pactum Petro, tanquam filio & heredi patris vendidiſſent. Nam prima cum patre celebrata venditio pura & perfecta erat, licet intra tempus pacto conceſſum facta precij & impenſarum reſtitutione reſolui poſſet, vel etiam eo tempore lapſo in caſu læſionis vſque ad annos triginta, quemadmodum à curia noſtra iuxta doctrinam Baldi ab aliis notatam 14 regulariter pronunciari conſueuit. Precio autem principali prioris huius venditionis ſecundus emptor filius Petrus nihil addidit, ſed inter eum atque venditores de alio precio principali conuenit, quod ſolueretur pro iuribus pacti de retrouendendo & maioris ęſtimationis. Hęc enim ſaltem iura in ſecundo contractu emebantur, atque fundi antea venditi in teſtatoris, qui eos emerat, patrimonio remanebant. Quare ij à Petro denuò emi non poterant, ſed duæ diſtinctæ emptiones, venditiones erant, 15 quarũ vna ipſos fundos, altera verò prædicta iura

Additiones.

4 Cyn. poſt Petr. *in l.1 Cod. de fideiuſſor. minor.* 5 *l. ius ciuile*, & ibi Bartolus Baldus & Alber. *de iuſt. & iur. l. cùm in plures, §. lege dicta, locat.* 6 Tiraquellus *tit. de retractu lignagier, in fin. quæſt. 3. & 20.* 7 Decius *conſil. 228. in 5. quæſt.* refert & ſequitur Tiraquellus *in loco ſuperius allegato, quæſt. 2.* Bartolus *in l. in diem, de aqua pluuia arcend.* 8 *argu. l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, de pact.* 9 *argumen. l. filio, quem pater, de liberis & poſthum. l. voluntate, § 1. quibus modis pign. vel hypothec. ſolu. l. peculium, §. ſi ære alieno, de pecul.* iuncta *l. qui id, quod, de dona. l. item veniunt, §. ſenatus, in fin. de petit. hered.* 10 *l. ſi ex duobus, §. final. de in diem addict.* Bartolus *in d. l. in diem.* Molineus *ad conſuetud. Pariſ. § 22. numero 45.* 11 *l. quæſt. pro ſoc. l. qui res, de act. empt. l. huiuſmodi. §. qui ſeruum, de legat. 1.* 12 *l. coheredi, §. cum filia, de vulgar.* 13 contra *l. ſi defunctus, Cod. arbitr. tutel.* 14 Chaſſan. *ad conſuetud. Burgun. §. 1. des rentes vendues à rachapt.* 15 *l. cùm res*, & ibi gloſſ. Cynus & Baldus, *C. de contrah. ar. l. ſi domus, §. fin. de legat. 1.*

iura concernebat, quorum intuitu prior vēditio reſolui poterat. Atque eam ob cauſam talia iura empta fuerunt, vt prior & præcedens fundorum venditio irreuocabilis redderetur. Et quamuis diceretur precium poſterius ideò numeratum fuiſſe, vt suppleretur primum pro ipſis fundis exolutu: tamen inde inferri non poſſet primæ & principali venditioni derogatum fuiſſ., niſi ſaltem quoad precij ſupplementum.16

Cùm enim illud in augmētationem prędictorum iurium, atque vt prior venditio irreuocabilis redderetur, ſolutum fuerit, diminutionem inducere non debet,17 quemadmodum econtra quòd ad diminutionem tendit, effectū augmentationis habere haud poteſt.18 Quo argumento Alexander in ſimili materia vſus eſt, expreſſè differens de ſupplemento aut augmento precij. Idē quoque antè eum alij, quos tamen haud nominat, tenuerunt & collegerunt.19 reſpondentes ad primam rationem in contrarium ex Paulo allegatam 20 quòd eà procedat & locum habeat, quando per poſterioris contractus verba prior tollitur, aut in huius locum alius ſubſtituitur. Nam alias ſi talia veluti in præſenti quęſtione ad informationem & cōfirmationem irreuocabilem pręcedentis & primi contractus directa ſint, etiamſi augmentatio precij aut aliud acceſſorium interueniat: tamen prior contractus firmus manet, & poſteriori irreuocabilis redditur, néque alius & nouus inducitur, ſed perinde eſt, ac ſi per poſteriorem minimè contractum fuiſſet.

In noſtra quoq; hypotheſi nouus & alius cōtractus firmiter celebrari prius haud potuiſſet, quàm ſi venditores iurium illorū facultatis de retrouendendo antè omnia vigore pacti illius primam venditionem reſolui curaſſent, & poſt factam precij & impenſarum reſtitutionem recuperato feudo (quemadmodum olim in nouis feudis dicebatur) aliam & nouam venditionem cum ipſo herede celebraſſet.

Tum enim eum ſaltem principale prioris vēditionis precium reſtituere oportuiſſet, eáque ratione res in integro ſuo ſtatu fuiſſent, retraditione quemadmodum appellatur, cùm noua poſteà acquiſitio & traditio in fauorem heredis aut alterius cuiuſcūque facta fuerit. Atque ſic intelligi oportet rationes, quæ in contrarium adducūtur, quemadmodum etiam colligi poteſt ex ipſis auctoribus, ex quibus illæ petitæ & deſumtæ ſunt. Alias ſiquidem adiectio nihil innouat, multóque minus primam formam & ſubſtantiam mutat, vt propterea idem Paulus alibi reſponderit dignitatem, adiectionem domicilij potius dediſſe, quàm permutaſſe videri,21 atque alibi dicatur, ſi proprietati nudę in dotem datę vſusfructus acceſſerit, incrementum videri dotis non aliā dotem, quemadmodum ſi quid alluuione acceſſiſſet, 22 adeò vt ſupplementum & augmentum precij eodem iure cenſendum ſit cum ipſo precio principali. 23 Vnde eſt, quòd tam legitimæ, quam alterius cuiuſque rei ſupplementum naturam aſſumit principalis ſui, cui acceſſit ſeu adiectum fuit. 24 Quòd ſi vlla in re procedit; certè in facto, de quo hîc quæſtio eſt, maximè locum habere debet, per quam venditio pacti de retrouendendo & maioris æſtimationis ipſi heredi facta, atque eius qualitas expreſſa fuit, vt propterea acceſſionem maioris precij priori venditioni potius adiectam eſſe, quam quicquam innouare aut alterare credatur. Quemadmodum itaque cùm acceſſerit aliquid rei iudicatæ, propterea à re iudicata non receditur, 25 eadem ratione heredes prædicto modo grauati, ſi præcedentibus venditionibus auctorum ſuorum & teſtatorum aliquid adiecerint, haud quicquā mutaſſe vel innouaſſe, ſed potius confirmaſſe cenſentur, ita vt (inquit idem Paulus 26 alibi) ex hoc edicto non transferatur actio, ſed adiiciatur.

Planè hoc negari nequit, ſi in poſteriorem † contractum non modò prędictū ius, ſed etiam augmentū quoddā fundi veniſſet, ſimúlque cum iure illo emtū fuiſſet heredes ſatis fundatos dici poſſe, vt fundum ita emtum & acquiſitū pro rata precij, quod exoluerunt, retineant, neque reſtituere fideicōmiſſario teneantur. Atque ſic loquitur, & intelligi debet ICtus Vlpianus, quando inquit: *Partes, quæ emtioni fundi adijciuntur, propriam*

Additiones.

16 *l.2. C.de reſcind.vend.* 1 *l.ſi municipia, de fund.inſtruct.l.ſi ita fuerit, §.fin.de manum.teſtam.l.cùm vinum, de trit.vin.& oleo leg.* 18 *l.legata inutiliter, de adim legat.* 19 Angelus poſt Bartol. *in l.iuriſgētium, §.adeò de pact.* 20 *d. l.pacta nouiſſima, §. Paulus notat.* 21 *l. pen. de ſenator.* 22 *l.ſi proprietati,* & ibi Bald. *de iur.dot.* 23 Bald. *in l.etiam, Cod.de iur.dot.l.inter, §.cùm inter* & ibi Alber. *de pact.dotal.* 24 Corn. *conſil.302.numero decimotertio, libro tertio,* 25 *l.ſi non obtulit, §.ſi ex conuentione, de re iudic.* 26 *l.ſi eum, §.final. de exercit. act.*

propriam ac ſeparatam conditionem habere, & ideò poſſeſſionem quoque earum ſeparatim nanciſci oportere. 27 Ratio eius rei inde deſumitur, quod licet communiter tradatur 28 conſenſum, precium & rem, tria ſubſtantialia emptionis, venditionis requiſita eſſe, ſine quibus contractus eiuſmodi ſubſiſtere non poſſet: tamen res, quæ venditur, tanquam verum & ſolum totius huius actus ſubiectum, multò magis conſideranda eſt, quàm ipſum precium. Nam precium ſi iuſtum & integrum non ſit, ſed vltra dimidium deficiat, facilè ſuppleri poteſt, & contractus nihilominus in priſtino ſuo vigore permanet. 29 At econtra ſi res vendita pro maiori parte amplius non exiſtat, ſed amiſſa, combuſta, aut aliter conſumpta fuerit tempore contractus, emptor cogi nequit, vt impleat & perficiat contractum iuxta precij proportionem, ſed planè repetere poteſt illud, quod iam exoluit & prorogauit. Immò licet domini prædictæ curiæ libellorum in ſententia ſua exactiſſimè ſtrictum iuris rigorem ſecuti fuiſſent: tamen haud aliter pronunciare debuiſſent, quàm vt æſtimatione bonorum illorum facta iuxta proportionem precij à teſtatore primo ſoluti, & deinde ſupplementi ab herede adiecti eadem diuidi, atque ſic pro rata ab herede in fauorem dictæ de Punhet heredis defuncti mariti Petri à fideicōmiſſo detrahi & eximi deberent. Haud ſiquidem inconueniens eſt, vt vna eadémque res ex accidenti, & per conſequens, atque ob diuerſos reſpectus diuerſo iure cenſeatur. 30 Sic enim in prælegatis hoc contingere videmus, quæ partim hereditario, partim legatorum iure debentur, cùm diuerſę conſiderationes, quæ interueniunt, hunc effectum habeant, vt ex vna, eadémque re duas etiam contrarias producant, 31 atque vt duæ opiniones planè contrariæ ſubſiſtant & tolerentur. Et quamuis commentator *ad conſuetudines Burgundiæ* ea de re conſultus, quemadmodum inquit, reſponderit, 33 quod in
6 patria, cuius † mores requirunt, vt ea, quæ conſtante matrimonio acquiruntur inter coniuges communia eſſe debeant, in communionem eiuſmodi veniant etiam illa, quæ maritus ante initum matrimonium ſub pacto de retrouendendo acquiſiuit, & demū conſtante matrimonio, pactum quoque illud emit, atque reſponſi ſui cauſam alleget, quod augmentatio precij in poſteriori emptione, quæ conſtante matrimonio facta fuit, comprehenſa conſiderari debeat: tamen ab eius opinione Dn. Tiraquellus haud immeritò diſcedit, 34 atque tandem concludit talia bona iuxta prioris precij proportionem ad ſolum maritum pertinere, pro rata autem pretij in poſteriori venditione comprehenſi inter vtrumque coniugem communia eſſe. Idque omne illud eſt, quod iuſtè quoad augmentationem aut diminutionem perpendi poterat, qua tum demum res noua fieri ſolet, quando mutatio vniuerſalis contingit, non verò quando eſt mutatio ſaltem particularis, eadémque, vt dicitur, carina manet. 35 Atque in omnem euentum illud procedit & locum habet quoad illud, quod alio quàm ipſius corporis intuitu augetur & diminuitur, cùm alias corpus per confuſionem, vbi illa locum habet, attrahere ſoleat illud, quoad auctionis loco adiicitur. 36 Hæcque & alia, quæ inde dependent, occaſionem D. Balthaſari præbuerunt, vt à ſententia, quæ in curia libellorum ſupplicum, tam quoad prędictum articulum, quàm quoad aliud caput detractionem bonorum à teſtatore ante teſtamentum conditum defuncto filio Petro donatorum concernens contra eum prolata erat, prouocar. Sed & prædicta de Punhet, vt eadem appellatione iuuaretur, diploma regium impetrauit, cum eo ſe grauatā eſſe exiſtimaret, quod priores iudices Balthaſari opinionem permiſerant, vt ter mille & quingentas libras ſoluens bona, quæ pater teſtator alteri filio Claudio in eodem teſtamento legarat, atque hîc prædicto Petro heredi fratri ſuo ceſſerat, retinere poſſet. Aliud quoque diploma prædictus Laurens cum in finē impetrauit, vt admitteretur conclu-

Additiones.

27 *d.l. qui fundum, §.1.* 28 DD. *in l.1.2. & 3. & tot. ti. ul. ff. & C. de contr. empt.* 29 *d. l.2. Cod. de reſcind. vend.* 30 *l. miles. §. pro parte, de lega.2.* Baldus *in l. filium, quem habentem, C. famil. erciſc.* 31 glo. *in c.2. extr. de colluſ. deteg.* 32 gl *in cap.2. ſuper verb. lex ciuilis extr. de arbitr.* not. *in l. Pomponius, de neg. geſt. & in l.3. §. fi. rem rat. haber.* 33 Chaſſand. *au tit. des droicts appartenans à gens mariez, §.2. in fin.* 34 *tit. de retract. conuent. in fi. quæſt.* 35 *l ſeruitutes, quæ in ſuperficie, §. ſi ſublatum, de ſeruit. vrb. præd. l. qui res, §. aream, de ſolut.* 36 *l. eum, qui ædes. l. rerum mixtura, de vſucap. l. in rē, § item quæcunque, de rei vind. l. quicquid, §. cùm partes, de acquiren. rer. dom.* Rauchinus *concluſione tertia.*

concluſio eius tanquam appellantis à priorum iudicum ſententia, atque ius diceretur ratione appellationum à ſe interpoſitarum quoad illud, quod conſiliarij & commiſſarij curiæ libellorum ſupplicum detraxerint à ſubſtitutione, cuius caſum in ſui fauorem euenisse declaratum fuerat, bona, quæ pater communis D. Petrus Laurens pactis dotalibus Petro Laurens Balthaſaris fratri donarat, nec non ea, quæ idem pater prius ſub pacto de retrouendendo emerat, & deinde Petrus Laurens filius acquiſierat. Curia itaque in ſecunda claſſe inquiſitoriali arreſto ſuo ad relationem dn. Maynial. 2. Auguſti, ann. 1593. comprobans diploma prædicti Laurens, & nulla habita ratione diplomatis à Punhet impetrati, appellationem, atque illud, vnde appellatum fuerat, caſſauit, & reformans priorem ſententiam Balthaſarem ſeruauit in poſſeſſione bonorum, quæ tempore prædictæ donationis extiterant, & quæ defunctus Dn. Petrus Laurens filio ſuo Petro Laurens donarat, nec non illorum, quæ Dn. Petrus ſub pacto de retrouendendo emerat haud obſtante emptione, qua Petrus filius ipſum quoque pactum poſtea acquiſiuerat: ſub ea tamen lege & conditione, vt Balthaſar prædictæ de Punhet, tanquam heredi dicti Petri filij redderet pro prato de Sornac id, quod iuxta relationem peritorum, qui ab ipſis eligi, aut ratione officij dari deberent pratum valere appareret, ſummam item in contractu IV. Iulij, anno M.D.LXXVI. celebrato expreſſam, tam pro emptione prætenſi pacti de retrouendendo, quàm pro aliis bonis ibidem expreſſis, & prædio illo, quod la Saffraniere dicebatur: niſi dicta de Punhet mallet, vt dictus Laurens retineret omnia bona in prædicto contractu expreſſa, iſque precium integrum in eodem contractu comprehenſum, ac à marito de Punhet ſolutum refunderet, atque penes eundem reſtituentem precium pro pacto de retrouendendo numeratum omnia reliqua bona ſub tali pacto à patre empta remanerent. Idque omne curia præiudicare noluit legitimæ, quæ in priori ſententia dictæ de Punhet adiudicata fuerat, quam declarauit ſextam dicti domini Petri bonorum partem eſſe, in cuius poſſeſſione itidem ſeruauit dictam de Punhet, cum reſtitutione fructuum bonorum iuxta quotas & portiones, in quibus poſt obitum dicti Petri Laurens filij quilibet eorum ſeruatus fuerat. Quoad reliquum autem curia appellationem caſſauit, atque decreuit, vt illud, vnde appellatum fuerat, compenſatis expenſis effectum ſortiri deberet.

DECISIO LXV.

ARGVMENTVM.

Quinam fructus ab heredibus grauatis percepti fideicommiſſariis conditione fideicommiſſi eueniente reſtitui debeant?

SVMMARIA.

1 *Fructus eo tempore, quo teſtator deceſſit, percepti atque à ſolo ſeparati patrimonio defuncti accedunt, atque vna cum eo reſtitui fideicommiſſario debent.*

2 *Fructus autem medio tempore, inter obitum teſtatoris & euentum conditionis adiecta fideicommiſſo percepti pleno iure ad heredes grauatos pertinent.*

3 *Heredes tamen extranei fructus prædicto tempore medio perceptos in Falcidiam & Trebellianicam imputare tenentur.*

4 *Si heredes grauati extranei vltra viginti annos hereditatem reſtitutioni obnoxiam poſſederint, Trebellianica planè conſumi ſolet, vt amplius ab herede grauato detrahi nequeat.*

PORRO quæri etiam poteſt, an fructus ab heredibus † fideicommiſſo grauatis pendente fideicommiſſi conditione percepti fideicommiſſariis reſtitui debeant, atque de illis prædicti heredes, eorúmve ſucceſſores, rationes reddere, & reliquam præſtare teneantur? Ad quam quidem quæſtionem plana reſponſio eſt, ſi inter fructus diſtinguatur. 1

Nam ſi fructus eo tempore, quo teſtator fideicommiſſum heredi iniungens deceſſit, percepti, atque à ſolo ſeu re, vnde prouenerunt, ſeparati iam fuerint, tum certum & indubitatum eſt, eiuſmodi fructus, qui in horreis teſtatoris aut alibi reperiuntur, accreſcere bonis & patrimonio teſtatoris, augeréque ipſius hereditatem, ſiue ante, ſiue poſt aditionem hereditatis acceſſe-

rint. 1 Vnde etiam cauti fideicommiſſarij nonnunquam propriis ſuis ſumptib. inuentarium fieri curant, in quo omnia mobilia & fructus,qui tempore obitus teſtatoris in hereditate ſunt,deſcribantur, ne quid ex illis heredes grauati,aut eorum ſucceſſores celare queant, ſed omne, inſtar reliquæ reſtituere teneãtur, niſi quid inde in teſtatoris funus impenſum fuerit cùm onus funebrium impenſarum caſu reſtitutionis eueniente fideicommiſſariis, aut eorum ſucceſſoribus incumbat.

2 Quod autem reliquos † fructus attinet, qui medio tẽpore,quod inter teſtatoris obitum & euentum conditionis fideicommiſſo adiectæ intercedit,ab hæredibus grauatis percepti fuerunt,ij plenè ad heredes pertinent,neque ipſi aut eorum ſucceſſores fideicommiſſariis quicquam de illis reſtituere tenentur,quia tali caſu fructus iudicio teſtatoris percipere intelliguntur, 2 adeò vt non hereditati, ſed ipſis rebus accepto ferantur, niſi expreſſè teſtator reſtitutionem fructuum quoque iniunxerit, aut hæredes quoad reſtitutionem bonorũ in mora fuerint,& moræ illius occaſione fructus quoſdam poſt contingentem iam fideicommiſſi caſum perceperint. 3

Quam ob cauſam ſupremæ curiæ Franciæ, inter quas etiam præcipuè prædicta Tholoſana eminet,quando de eo litigatur, an fideicommiſſi caſus euenerit, atque appareat fructus quoque reſtituendos eſſe, & horum nomine fideicommiſſarium in bonis à teſtatore relictis, & reſtitutioni ſubiectis manuteneri conſueuerunt,non obſtante longiore principalis litis protelatione, niſi ob certas cauſas ex actis emergẽtes, aut aliter prædictas curias commouentes aliud pronunciandum eſſe videatur.

3 Præterea,ſi grauati † heredes,vel quidam ex iis extranei ſint, atque vel legatariorum intuitu Falcidia, vel contemplatione fideicommiſſariorum Trebellianica vti velint,tũ fructus, quos ab obitu teſtatoris vſque ad conditionis euentum perceperunt,in Falcidiam & Trebellianicam imputare obſtricti ſunt. 4

Quare ſi de euentu cõditionis,ſub qua fideicommiſſum relictum fuit, inter heredes grauatos & fideicommiſſarios extraneos quæſtio ſit, atque ex actis vel aliunde ſatis appareat,heredes eiuſmodi hereditatem re-
4 ſtitutioni † ſubiectam vltra viginti annos, aut eius ſemiſſem vltra decennium habuiſſe,fructúſque ex ea percepiſſe,ſuprema curia Tholoſana detractionẽ Trebellianicæ haud permittere ſolet: cùm eo caſu heredes nihil habeant,quod querantur, quoniam facilè potuerũt debitam portionem, eiúſque fructus medio tempore cogere, quemadmodũ ab Vlpiano *quodam in loco* infertur. 5 Præſumptio ſiquidem iuris & de iure eſt viginti annorum reditum iuxta proportionem valoris fundi,ex quo perceptus fuit 6 ipſa Trebellianica ampliorem eſſe. At econtra ſi heredes breuioris temporis ſpacio hereditatem reſtitutioni ſubiectam tenuerint,iuris modulo ſeruato illa detractionem quartæ adiudicare conſueuit, ea tamen lege, vt huiuſmodi fructus medio tempore perceptos in quartam illam imputare debeant. Illud verò ſaltem quoad extraneos,de quibus hîc loquimur,procedit. Nam deſcendentes primi gradus,immò etiam ſecundi, quemadmodum ſupra dictum eſt, prædictos ſuos proprios ſine vlla diminutione faciunt, neque in Trebellianicam imputare tenentur, cum iis pro liberrima voluntate frui potuerint, 7 etiamſi teſtator voluiſſet fructus in Trebellianicam computari, 8 quemadmodum in ordinaria praxi iudiciorum, quæ iuriſdictionem ſupremæ curiæ Tholoſanæ agnoſcunt,receptum eſt, atque ab eadem regulariter approbari & confirmari ſolet.

ADDITIONES.

1 Iacobus Butrigar.*in l.iubemus*, *C. ad Trebell.* referente Petro de Rauenna *ſing.* 211.Franc.Marc. *quæſtio.* 229.*l.*2.*§.fructibus, C.de pet.her.l.item veniunt,§.fructus,ff.eod.* Alexand.*in l.centurio,nu.*39.*cum ſequent. de vulg.* 2 *l.in fideicommiſſariam,ad Trebell.* iunct.gloſſ.*ibid.l.quod his verbis,de legat.*3. 3 *dict.leg.in fideicommiſſariam,*& ibi gloſſ. & DD. *ſuper verb. accepto.* 4 *dict.leg. in fideicommiſſariam,*& ibi glo.*l.quod de bonis,§.fructus.ad l.Falcid.* & ibi Alexand. *nu.* 2.*& in §. quod auus.* 5 *l.Papinianus*, *§. vnde ſi quis,de inoff.teſtam.* 6 *auth.perpetua,*& ibi gloſſ.*ſuper verb. iuſta,C.de ſacroſ. Eccleſ.* 7 *l.iubemus,Cod.ad Trebell.* & ibi DD. 8 Baldus Salicetus, Caſtr.*in d.l.iubemus,*& ibi gl. *ſuper verb.hæreditarius.* Pariſ.*conſil.*47.*nu.*16.

DECISIO LXVI.

ARGVMENTVM.

Liberi in conditione poſiti,ad fideicommiſſum haud vocati cenſentur.

SVMMARIA.

1 *Sub conditione vulgari ſubſtitutionum compen-*

compendioſarum,ſi heres ſine liberis deceſſerit,liberi non diſpoſitiuè,ſed conditionaliter ſaltem comprehenduntur.

2 *Rationes & fundamenta in vtramque partem adducuntur.*

3 *Scæuola haud attenta Accurſii reſponſione explicatur.*

4 *Similis Papinianei reſponſi explicatio fit.*

1 CONDITIO † illa, *ſi heres meus ſine liberis decedat*, admodum frequens eſt in ſubſtitutionibus fideicommiſſariis, & adhuc frequentior in compendioſis, quam nos regulariter vſurpamus, atque notarij noſtri omnibus ferè teſtamentis inſerere ſolent.

De eius autem interpretatione, atque potiſſimum, de illo, vtrum ea liberi conditionaliter, an diſpoſitiue comprehenderentur, inter ipſos etiam antiquos diuerſæ & contrariæ altercationes fuerunt, quas moderni quidem reſuſcitarunt, ſed haud plenè diſcuſſerunt.

Alij enim ſtatuerunt liberos ſub tali cõditione comprehendi diſpoſitiuè, adeo, vt eiuſmodi conditio ipſorum commodum concernat, nonnulli verò tradiderunt, quod ſaltem in conditione poſiti ſint, nullúmque eos commodum inde maneat, cùm quemadmodum canes præſepe cuſtodientes, alia quidem animalia, ne pabulum auferant, abigere ſolent, ſed ipſimet eodem minimè fruuntur: ita quoque illi inter patrem grauatum, & ſubſtitutos interuenientes, hos quidem excludant, ſed ipſimet, ſiue pater teſtatus, ſiue ab inteſtato decedat, nullum ex iſta conditione commodum habeant, niſi fortè quoad augmentum legitimæ, quæ iis haud tolli, neque vllo modo alterari poteſt.

2 Rationes † autem, quibus primæ opinionis auctores vtuntur, quatuor aut quinque potiſſimum ſunt, quarum prima eſt, quod liberi in dicta cõditione comprehenſi, eadem deficiente excludant ſubſtitutos, qui alias excluſuri fuiſſent eos, in quos pater grauatus bona reſtitutioni ſubiecta alienarat, ſi iſte ſine liberis deceſſiſſet. 1 Per conſequens itaque eoſdem excludent etiam ſuperſtites liberi, iuxta vulgatam illam regulam: Si vinco vincẽtem te, à fortiori vincam te. 2 Deinde in prædicta conditione mentio facta fuit liberorum, non verò heredis, 3 qui eorundem pater erat, & hereditate per omne tempus vitæ ſuæ frui debebat.

Quod cùm ita ſit, liberi quoque aliquem ex conditione illa fructum habere debent. At nullum omnino habere poſſent, ſi vocati non eſſent. Tertiò ſi per hanc conditionem, *ſi filius moriatur me viuo*, filius inſtitutus cenſetur, (iuxta Bartoli doctrinam) cur non & ſuperiori conditione *ſi ſine liberis*, iidem liberi vocati cenſebuntur? præſertim, cùm in iure nouum non ſit, oratione conditionali diſpoſitionem induci.

Quibus adiicitur illud quod Iuriſconſultus Scæuola reſpondit de prudente conſilio teſtantis, qui non fratrem ſolum prætulerat ſubſtitutis, ſed & eius liberos, 4 atque quod Papinianus reſpondit per hanc cõuentionem, vt in matrimonio ſine liberis defuncta filia dos patri reſtitueretur, id actum inter contrahentes intelligi debere, vt liberis ſuperſtitibus defuncta filia dos retineatur. 5

Verum econtra, vt euidenter appareat liberos in conditione illa nominatos haud vocatos cenſeri, neque vllum vigore illius ius pretendere poſſe, quemadmodum communiter receptum eſt, primò conſiderari oportet conditionalem diſpoſitionem nihil ponere. 6

Quare, ſi ita dictum fuerit, *ſi hæres meus ſine liberis deceſſerit* liberi illi haud magis vocati cenſentur, ac ſi illa conditione adiecta, *ſi nauis noſtra ad hunc vel illum portum non appulerit, Titius heres eſto*: nauis, quę ad eiuſmodi portum appulit, vel etiã ipſe portus vocat' eſſe intelligitur. Nec excipi poteſt hoc propterea fieri, ꝙ nauis ſeu portus per ſe ſubſtitutionis capax non ſit. Idẽ enim planè obtinet quoad eos, qui ſubſtitutionis capaces ſunt, adeo, vt ſi teſtator ita diſpoſuerit: *ſi Titius ex peregrinis oris non redierit, Sempronius heres eſto*, Titius rediens haud vocatus intelligatur. Præterea textus videtur eſſe expreſſus *in illo Marciani reſponſo*, quo dicit 3 eiuſmodi conditionem ſtatim deficere, ſi patri ſuperuixerint liberi, neq; vlterius inquiri debere, an herędes extiterint. 7

Vnde colligitur, eos exheredes à patre rogato.

ADDITIONES.

1 *l.final.§.pen.& §.fin.C.commun de legat.* 2 *l.de accurſionibus, de diuerſ.& tempor.praſcr.* 3 *l.generaliter, C de inſtitut. & ſubſtitut.* 4 *l.Lucius Titius, de her.inſtitu.* 5 *l.inter, §.cùm inter de pact.dotal.* 6. *l.ſi quis ſub conditione.ſi quis omiſſ.cauſ. teſt. l.ex facto, §.1.de her.inſtit.* 7 *l.ſi filiusfam.§.cùm quis, de legat.2.*

rogato ſub hac conditione fieri poſſe. Idem quoque apertè Vlpianus, 8 *in libro ſecundo fideicommiſſorum* innuit, dum de eo dubium mouet, ſi heres, cui ita ſubſtitutum fuit, deportetur,&poſt deportationem liberos procreet, vtrum ij faciant, vt adiecta cōditio deficiat, an verò ea ob liberorum eiuſmodi interuentum non deficiente præiudicare queat ſubſtitutis fiſcus, cui bona heredis grauati applicata fuerunt?

Fruſtra autem de eo dubitaretur, ſi per adiectam conditionem vllum liberis ius quæſitum fuiſſet, quamuis ij nominati in illa fuerint. Repugnaret item reſolutio Vlpiani ita diſtinguentis, conceptos quidem ante deportationem, licet poſtea edantur, efficere, vt conditio deficiat, poſt deportationem verò ſuſceptos, quaſi ab alio, non prodeſſe. Similiter quoque DD. Seuerus & Antoninus Philino hiſce verbis reſcripſerunt: *Cū igitur verbis fideicommiſſis petitū à patre tuo profitearis, vt ſi vita ſine liberis decederet hereditatem Licinio Frontoni reſtitueret: pactum eo tempore de ſextante Licinio Frontoni dando, cùm liberos Philinus non ſuſtulerit interpoſitum, non idcirco poteſt iniquum videri, quod facta (ſicut placuit) diuiſione diem ſuum, te filio eius ſuperſtite functus eſſet.* 9

Ex quo reſcripto colligitur, quod ſextantem, quem grauatus ſubſtituto dedit, vt ob incertum conditionis omni iuri ſuo & fideicommiſſi ſpei renunciaret, ſuperſtes grauati filius repetere nequeat, quem tamen omnino repetere potuiſſet, ſi ab auo ad hereditatem & ſucceſſionem, quam defuncto patri ſub prædicta conditione relinquebat, vocatus fuiſſet. 10 In alia item conſtitutione imperiali, qua dicitur liberos ſuperſtites præiudicare ſubſtitutis ſub conditione alternatiua, cuius ibi mentio fit, hæc ratio adijcitur, ne propter verborum anguſtias contingat liberos eius omni penè fructu paterno defraudari. Si ergo fructus paternus ſit, eius ſcilicet, cui eſt facta ſubſtitutio, vtique eius liberi nomine vocati intelliguntur, quia aliter eſſet fructus filiorum & non patris. Tandem etiam, vt rem breuiter contrahamus, ex eo, quod Imperator Zeno dixit; 11 *in quæſtione, in qua hic verſamur, ſuperſtitibus liberis deficere petitionem fideicommiſſi, euidenter apparet aliud obtinere, ſi ſub conditione illa liberi diſpoſitiuè comprehenſi eſſent.* Tum enim ij fideicommiſſum petere poſſent, neq; fideicōmiſſi petitio deficeret. Si itē aliud diceretur, tū nullum hic conditionis incertum eſſet. Heres enim grauatus nulla ratione liberari fideicommiſſo poſſet, ſempérque vnum ex altero fideicōmiſſum generaretur. Nam liberis non exiſtentibus eum ſubſtitutis hereditatē reſtituere oporteret, ſi verò liberi exiſterent grauato patre nolente volente fideicommiſſum acciperent, ſicque fieret, vt pater de liberis procreandis parum ſollicitus eſſet. Imò hoc etiam ipſi teſtatoris voluntati aduerſaretur, quæ minimè ea fuit, vt duplici heredem onere grauare vellet. Atque ob has potiſſimum cauſas ſuprema curia Tholoſana in contradictoriis iudiciis poſteriorem hanc opinionem ſequi & exactè obſeruare ſolet. Nec firmiter obſtant argumenta, quæ in contrarium adducta fuerunt. Ea enim, quantumuis ſpecioſa, ſolida iuris & æquitatis ratione carent. Nam etſi ſuperſtites liberi ſubſtitutos excludunt: tamen hoc non propterea fit, ac ſi illi ex adiecta conditione ius aliquod ad agendum vel excipiendum efficax acquiſiuiſſent, ſed quod inſtar repaguli cuiuſdam interiecti efficiant, vt deficiente conditione ad fideicommiſſum ſubſtituti venire non poſſint. 12

Sic enim, ſi quis ſub conditione vocatus eſſet, *ſi nauis ex Anglia non rediret*, tum naue redeunte non ob ipſam nauem, ſed potius propter defectum conditionis ſubſtitutus excluderetur. Illud quoque malè prætenditur, quod in proprium liberorum fauorē, eorundem in tali conditione mentio facta fuerit, qui, niſi vocati intelligantur, nullum ex eiuſmodi nominatione commodum percipere queant. Quamuis enim liberi in diſpoſitione non ſint, neque ad fideicommiſſum vocentur: tamen nihilominus ex tali nominatione aliquod eos commodum & emolumentum manet. Pater enim, qui fideicommiſſo grauatus fuit, dum liberorum natiuitate conditio fideicommiſſi extincta eſt, liberam facultatem nanciſcitur diſponendi de bonis illis, quæ alias conditione deficiente eum fideicommiſſario reſtituere oportuiſſet, & veroſimile eſt, quod ea haud aliis, quàm liberis ſuis relicturus ſit. Imò patre ab inteſtato decedente filiis in eiuſmodi bonis ſucceſſio competit. Et quamuis pater in vltimo ſuo elogio in alios illa tranſ-

ADDITIONES.

8 *l. ex facto, ad Trebel.* 9 *l. 1. Cod. de pact.* 10 *l. final. § ſin autem, Cod. commun. de legat.* 11 *dict. l. generaliter, Cod. de inſtitut. & ſubſtitut.* 12 *in dict. l. iubemus, Cod. ad Trebellian.*

transferret: tamen liberorum legitima, quæ tolli, grauari, aut alterari nequit, ob talia bona ſemper eo amplior foret. Atque alias etiam liberorum haud parum intereſt diuites & opulentos parentes habere, qui multa bona poſſideant, de quibus diſponere poſſint; tum ob ſpem futuræ ſucceſſionis, tum ob alia emolumenta, quæ interim liberi percipiunt, quemadmodum hoc cuiuis citra vllam probationem & demonſtrationem notum eſſe poteſt. Porrò quantum illud attinet, quod ex Iuriſconſulto Scæuola
3 adductum † fuit, vt hic non recurramus ad illud, quod Accurſius reſpondit, optima ratione dicere poſſumus Iuriſconſultum, de ſubſtitutione vulgari loqui, non verò de alia, quemadmodum formula teſtamenti ibidem inſerta ſatis hoc arguit. 13 Haud igitur ex eo euinci poteſt liberos ad fideicommiſſum vocari, cuius nulla omnino ibidem mentio fit. Et quidem non exigua inter vtramque ſubſtitutionem diuerſitatis ratio eſt. 14 Nam quando pater, cui liberi vulgariter ſubſtituti fuerunt; hereditatem repudiat, eandemque ſubſtituti adeunt, nullum ij patri repudianti præiudicium faciunt. Maximum autem illi præiudicium fieret, ſi eo in caſu, quo ſi ſine liberis decederet, alios ſubſtitutos habet, ipſis liberis, quos ſuſcepit, hæreditatem reſtituere teneretur. Sed & illud, quod Papinianus
4 † reſpondit, 15 quando eiuſmodi conditio à patre quoad reſtitutionem dotis, eiuſdémque augmenti adiecta fuit, liberis ſuperſtitibus dotem retineri: à Iuriſconſulto ſimpliciter prolatum, neque expreſsè adiectum fuit, à quonam dos retineatur. Quare intelligi debet dotem eo caſu retineri ab illo, quem eandem habere voluit, cui dos conſtituta fuit, filia liberata à viribus ſtipulationis propter ſuperſtites liberos, qui licet faciant conditionem deficere, non ideò tamen vocantur. Doctrinam quoque Bartoli quoad alteram cōditionem prædictam DD. communiter non ſequuntur, quemadmodum eodem in loco Iaſon expreſsè notauit. Intelligenda item illa eſt de alia hypotheſi, in qua nepos filio ſubſtituitur. At quoad hanc, in qua hîc verſamur, tantùm abeſt, vt ſubſtitutio ad liberos pertineat, vt potius ſubſtitutio propter eos euaneſcat. In ſuprema curia Tholoſana itaque generalis & indubitata iuris regula eſt, quod per ſimplicem hanc conditionem appoſitam fideicommiſſis teſtamentariis liberi quamuis nominati, tamen minimè vocati & inuitati cenſeantur, ac propterea patrem hæredem, & prædicto modo grauatum, impedire nequeant, quominus vendat, alióve modo alienet bona, quæ aliis conditione non deficiente reſtituere debuiſſet, multóque minus factas à patre alienationes reuocare poſſint. Emolumenta autem & cæteræ commoditates, de quibus ſupra dictum eſt, eo caſu liberis magis à fortuna, quam defuncti iudicio, quemadmodum Bartolus dicebat, obueniunt. Haudque prædicta curia attendit ea, quæ vtriuſque iuris interpretes hoc in articulo plerumque ipſi non ſatis ſibi conſtantes in contrarium allegare & inferre voluerunt, 16 neque etiam coniecturas voluntatis, quas alij commenti fuerunt, quorum tamen opinio à pleriſque exploditur, quicquid etiam colligatur ex eo, quod in eodem teſtamēto fœminis relictum fuit. 17

Additiones.

13 *in d. §. cùm quis.* 14 *in d. l. Lucius.* 15 *d. §. cùm inter.* 16 plenè Anton. Gabr. *concluſ. 4. de fideicomm.* Ioannes Coraſ. *lib. 2. miſcell. cap. 19.* Guido Papæ *quæſt. 39.* & ibi per Apoſtil. moder. Generatim quoque de materia liberorum in conditione poſitorum videri poſſunt Ludouicus Roman. *conſil. 32. num. 8.* Crauetta *conſil. 208.* Cardinal. Pariſ. *conſil. 14. nu. 10. volum. 2.* Roland. à Valle *conſil. 56. nu. 9. vol. 3.* Camill. Borell. *conſil. 33. n. 23.* Sichard. *conſil. teſtam. 8.* Nicolaus Euerh. iun. *conſil. 4. vol. 1.* Iohannes Vincentius Hond. *conſil. 60. vol. 1.* Ioannes Vincentius *Ann. alleg. 137. nu. 29.* Purpurat. *conſil. 596.* Elbertus Leoninus *conſil. 98. nu. 3. cent. 1.* Fabius de Anna *conſil. 52. num. 12.* Andreas Geil. *lib. 2. obſ. 119.* Antonin Theſſaur *dec. 60.* Borgnin. Caualcan. *deciſ. 5. part. 3.* Cacheran. *dec. 35.* Petrus Anton. de Petra *de fideicomm. quæſt. 9.* Peregrin. *de fideicommi. articul. 28 n 28. & 30.* And. Tiraq. *de reuoc. donat. in verb. ſi ſceperit liberos, nu. 241.* AD. 17 *conſil. 495. & 514.* ex Ranchino *part. 5. concluſ. 295.*

DECISIO LXVII.

Argumentum.

Liberi conditione poſiti, in contractibus vocati cenſentur.

Summaria.

1 *In fideicommiſſis conuētionalibus, ſeu, quæ in contractibus fiunt, liberi in conditione poſiti intelliguntur vocati eſſe diſpoſitiuè.*

2 *Trebellianica non detrahitur de fideicommiſſo conuentionali.*

NOTABILITER autem regulam præcedentis deciſionis reſtrinximus ad fideicommiſſa teſtamentaria. Nam ſi fideicõ-
1 miſſa † facta fuerint in contractibus, (in quibus, præſertim in fauorem matrimonij, ſubſtitutiones, excepta pupillari, locum habere ab interpretibus noſtris communiter traditur) liberi ſub tali conditione comprehenſi cenſentur vocati & inuitati diſpoſitiuè, & propterea res à patre eorum per contractum ita grauato alienatas reuocare poſſunt. Hancque reſolutionem, tanquam certam & indubitatam aliquot interpretes tradiderunt, & rationibus firmarunt, 1 atque inter alios illam plenius Dominus Præceptor noſter Fernandus tractauit, 2 adducens ea occaſione aliquot differentias inter fideicommiſſum conditionale, & fideicommiſſum teſtamentarium.

Inter quas etiam hæc eſt, quod de fideicõ-
2 miſſo † conuentionali, ſeu in contractibus facto, Trebellianica non detrahatur. Idem quoque antea Accurſius, 3 Baldus & Iaſon, 4 quos Fernandus allegat, docuerunt. Idque ſenſiſſe nonnulli exiſtimant Iuriſconſultum Caium, 5 dum reſpondit, de his rebus, quæ mulieris cauſa emptæ paratæ eſſent, vt hę quoque extra modum legis eſſẽt, Falcidiam detrahi non debere, cùm maritus animum donandi habuerit.

Intelligi tamẽ illud debet de donationib. quæ ſtatim, vt ſunt, validę ſunt. non verò de reliquis, quarum effectus vſque ad donatoris mortem in ſuſpenſo hęret, cùm de his quartam detrahi poſſe alibi Imperatores reſpõderint. 6 Et quamuis auctoritates, quibus prædicta communis concluſio nititur, difficultati quodammodo expoſitæ videantur, præſertim illa Papiniani, 7 quam *in deciſione præcedenti* planè alio & contrario modo explicauimus, iuxta ea, quæ viua voce Dominus Fernandus nos docuit: tamen illam reſolutionem à ſuprema curia Tholoſana cuſtodiri, & exactè obſeruari vidimus, multaque iuxta illam, vel ad noſtram relationem, arreſta proferri.

Cuius curiæ arreſtis altera quoque controuerſia regulariter definiri ita ſolet, nempe quod de fideicõmiſſo conditionali Trebellianica detrahi non debeat.

ADDITIONES.

1 Marian. iun. *conſil.* 108. *vol.* 3. 2 *in c. vnic. de fil. nat. ex matr. ad morgan. contr.* 3 *in l. in donationibus, Cod. ad leg. Falcid.* 4 Baldus *in rub. C. de his, quæ in fraud. cred.* Iaſon *in l. poſt mortem, num.* 5. *C. de fideicomiſſ.* 5 *l. ſed vſuſfructus, §. final. ad legem Falcid.* 6 *d. l. in donationibus, C. ad legem Falcid.* 7 *in d. §. cùm inter.*

DECISIO LXVIII.

ARGVMENTVM.

Liberi in conditione poſiti ob maſculinitatis adiectionem interdũ vocati videntur.

SVMMARIA.

1 *Si prædictæ conditioni adiiciatur qualitas liberorum maſculorum, tum per eam fœminis excluſis maſculi incluſi, atque inter ipſos etiam extraneos diſpoſitiuè vocati cenſentur.*

2 *Dubitatur tamen adhuc, vtrum liberis maſculis ita vocatis fideicommiſſũ mutuum inducatur, an verò ij ita vocentur, vt pater grauatus vnum, qui in eius locum ſuccedat, è pluribus eligere poſſit. Quæ quidem quæſtio, nullo adhuc certo præiudicio deciſa, neque ab interpretibus ſatis definita eſt.*

3 *Poſterior opinio Guidoni Papæ placuit.*

4 *Priorem Fernandus defendit.*

5 *Auctor certam hypotheſin & ſupremæ curiæ Tholoſanæ arreſtum expectans doctioribus anſam cogitandi præbet.*

SIMILITER prędicta generalis regula, qua dicitur liberos † poſitos in conditione non cenſeri eſſe in diſpoſitione, ſaltem procedit & locum habet in conditione ſimpliciter, qualis ſuperius expoſita fuit, adiecta. Nam ſi conditioni adiecta fuerit qualitas quædam, ex qua colligatur teſtatorem vel expreſsè vel tacitè liberos in cõditione poſitos vocare voluiſſe: tum voluntas eiuſmodi præualet, atque haud ſecus, quàm in aliis conditionibus omnibus, ſupremum locum obtinet, 1 etiamſi hoc ſaltem per coniecturas quaſdam, dummodo probabiles, fiat, argumento *vulgatorum iurium*, quæ ſuprà à nobis ſæpius allegata fuerunt. Quare ſi in tali conditione qualitas maſculorum expreſſa, ſicque nominatim dictum fuerit: *ſine liberis maſculis*, tum expreſſio illa facit, vt per eam fœminis excluſis maſculi includãtur, ſicque vocentur & inuitentur non modo in diſpoſitionibus inter deſcendentes, atque in eorum fauorem factis, ſed ob eandem 1

ADDITIO.

1 *d. l. in conditionib.* Iaſ. *conſ.* 108. *n.* 9. *vol.* 4.

dem & parem rationem etiam in iis, quæ inter extraneos fiunt, cùm liberi maſculi prædicto modo in conditione politi tacitè ſubſtituti, atque ob expreſſam maſculorum qualitatem vocati intelligantur ipſo teſtatoris iudicio. Idque Fernandus *in prælectionibus ſuis* ſequenti modo probare ſolebat. *Dum dicitur*, (inquiebat) *ſi heres moriatur ſine liberis maſculis, filiæ non excludent ſubſtitutum, ſed maſculi dumtaxat.* Vnde ſic argumenteris: filius maſculus excludit ſubſtitutum, & ſubſtitutus excludit filias: ergo multò magis eas ipſas maſculus excludit, quia ſi vinco vincentem te, à fortiori vincã te. Filius autem non excludit filias ab inteſtato, quia ſublata eſt ſexus differentia, ergo ex teſtamento & ex diſpoſitione. 2

Illa igitur expreſſio, qua altera tacitè cõtemnitur, facit eos liberos cenſeri vocatos, ita vt ſi mater filium inſtitueret, & ſi moreretur ſine filia bona, ad alterum peruenerint, filia grauari eſſet in diſpoſitione, quoniam ea ſubſtitutum excluderet, & ſubſtitutus maſculum; ergo filia maſculum, non quidem ab inteſtato, ſed ex diſpoſitione & defuncti iudicio. Atque ſic prædicta curia Tholoſana ſemper iudicare conſueuit haud obſtantibus opinionibus, auctoritatibus, & arreſtis, quæ iis nituntur, atque ab aliis ſupremis regni huius curiis prolata fuerunt 3 contrariis. In eo ſaltem quoad quæſtio-
2 nem hanc † difficultas adhuc hæret, vtrum liberi maſculi prædicto modo vocati & inuitati cenſeantur vocati & inuitati eſſe per fideicommiſſum mutuum, nempe de primo ad ſecundum, de ſecundo ad tertium, & ſic deinceps, an verò pater grauatus ſub tali conditione; *ſi ſine liberis maſculis decedat:* è pluribus liberis maſculis, quos ſuperſtites habet, vnum, qui in locum eius ſuccedat, eligere poſſit; adeò vt per eiuſmodi electionem ſatisfiat voluntati teſtatoris, qui fideicommiſſum ſub tali conditione reli-
3 quit. Et quidem poſterius hoc † Domino Præſidi Gratianopolitano *in deciſionibus ſuis* propter auctoritates & rationes, quas allegat, verius videtur, 4 quamuis contrarium planè à potioribus iuris ciuilis interpretibus deciſum ſit, 5 & iuxta eorum opinionem apoſtillator ad deciſiones prædicti domini Præſidis, menſe Decembri, anno M.D.XXIX. inter partes, quarum nomina ibidem exprimit à ſuprema curia Gratianopolitana iudicatum fuiſſe teſtetur. Quan-
4 tum verò priorem † opinionem de fideicommiſſo mutuo inter prædictos maſculos attinet Dominus Fernandus *in ſuis prælectionibus* tradere ſolebat, tale fideicommiſſum neceſſariò ſubintelligi & ſuppleri debere ob præcipuam rationem, quemadmodum ille dicebat, quæ inter alia peti poſſet ex illa deciſione, per quam liberi maſculi politi in conditione cenſentur vocati & inuitati eſſe conſeruandæ agnationis gratia, propter cuius conſeruationem certò & citra omne dubium præſumitur teſtatorem omnem intentionem ſuam eo direxiſſe & firmiter voluiſſe, vt familia & agnatio ſua in familia heredis grauati conſeruaretur, atque ſi iſte ſine liberis maſculis deceſſerit, illa integra & illibata manere deberet, & expers eſſe omnis diminutionis, præſertim talis, quæ, quemadmodum alibi Imperator inquit, per particulas ſuas in tot capita & portiones diducitur, vt tandem earum maxima planè diſpareat & euaneſcat. Idque ſæpius in eiuſmodi partitione euenire poteſt. Hinc Cyrum diuiſionis incommoda demonſtraturum fluuium quendam admodum magnum & rapidum deriuaſſe legimus in tot riuos, vt tandem ipſemet fluuius inſtar minimi riuuli lentè admodum fluere cœperit. 6

Vt tamen ingenuè fateamur neutram ex prædictis duabus controuerſiis in hypotheſi definiri & iudicari vidimus. Nam in ſpeciebus facti, in quibus nos quæſtionem principalem tractatam fuiſſe meminimus, aut vnicus ſaltem maſculus erat, aut ſi plures eſſent, omnes vnanimiter petebant, vt in eorum fauorem ſubſtitutionis caſum & adiectam fideicommiſſo conditionem eueniſſe declararetur, neque ad vlteriorem controuerſiarum illarum diſceptationem progrediebantur. Quare etiam curiæ minimè conueniebat, vt ipſa eas introduceret & ſuppleret. Nec cogitanda † hæc relinquimus 5
iis, qui acutius & ſyncerius iudicare poſſunt, atque interim expectamus hypotheſin, in qua definienda & iudicãda curia noſtra certum arreſtum proferat, aut ſi aliquod prolatum iam ſit, de quo nihil nobis conſtet: vt de eo doceamur, atque certam prædictarum controuerſiarum definitionem & deciſio-

ADDITIONES.

2 Iaſon *d. conſil.* 108. 3 Guido Papæ *quæſt.* 184. *&* 599. Decius *in l.* 1. *num.* 16. *C. de pact. & conſil.* 207. Antonin. Gabr. *d. concluſ.* 4. 4 *d. quæſt.* 184. 5 Bartol. Caſtrenſ. Imola, Alexand. *in l. heredes mei, §. peto à te, circa princ. ad Trebell.* 6 quemadmodum de Gynde fluuio refertur apud Herod. *libro primo.*

dit,ſi illa conditio *: ſine liberis* concipiatur per ablatiuos abſolutos,quemadmodum ſi dictum fuiſſet,*non extantibus liberis* : quod tum liberi ſimpliciter & per ablatiuos abſolutos in conditione poſiti,videantur eſſe in diſpoſitione,ſeu diſpoſitiuè vocati & inuitati,vt non ſaltem ſubſtituti excludantur, ſed etiam includantur prædicti liberi, tanquam tacitè per fideicommiſſum ſubſtituti. Et quamuis multi eximiæ auctoritatis viri ſint qui huic opinioni ſubſcripſerunt: 2 tamen de eadem alij celebriores dubitarunt, 3 cùm nulla ratio appareat, ob quam conditio per ablatiuos abſolutos concepta magis diſponere poſſit,quam conditio ſimplex quæ aliter inducitur. Haud enim ex textu qui ad cõfirmandam opinionem illam vulgò allegari ſolet, 4 neque etiam ex Bartoli doctrina firmum argumentum peti poteſt.

Nam in dicto textu verba conditionalia per ablatiuos abſolutos poſita concernunt executionem facti & propterea diſponunt. Illud autem minimè facere poſſent ſi non ad eiuſmodi executionem referrentur, ſed ad caſum quempiam fortuitum, qui non dependet à facto eius, ad quem refertur, quemadmodum in eo articulo,de quo hîc quæſtio eſt. Tum ſiquidem nullum diſpoſitionis effectum haberent. 5 Et quantum attinet argumentum, quod à ſtatuto atque ex Bartoli doctrina deſumptum fuit,ablatiui abſoluti quidem per neceſſariam conſequentiam excluſionis ibidem includere ſolent. At illud minimè noſtro in caſu fit,in quo ob excluſionem ſubſtituti haud neceſſariò ſequitur, quod liberi in conditione poſiti tanquam ſubſtituti ſuccedant,cùm patri ab inteſtato ſuccedere poſſint.

Præterea aliud planè eſt excludere quempiam, ſi tales ſint in natura atque affirmatiuè poſiti,cùm ſubſtitutum eſſe cenſeantur, quemadmodum Bartolus de caſu ſtatuti loquitur,atque longè aliud,vocare quempiam poſt mortem tertij alicuius,ſi nullos iſte liberos reliquerit,qui propterea negatiuè in cõditione poſiti ſunt,quo caſu liberi ſuperſtites haud cenſentur ſubſtituti,quamuis efficiant vt conditio, ſub qua fideicommiſſum relictum fuit,deficiat, quemadmodum planè Paulus de Caſtro *in quopiam conſilio ſuo* hoc expoſuit. 6 Quare cùm notarius quidam ſubſtitutionem fideicommiſſariam eiuſmodi verbis concepiſſet,vt poſt vniuerſalem inſtitutionem filij natu grandiori ſcriberet : nullis autem ex prædicto filio meo herede liberis exiſtentibus ſubſtituo filiam meam natu grandiorem ,atque ei,nullis itidem liberis exiſtentibus,filiam tertiam,& poſtea eueniret, vt filius heres inſtitutus, qui peſſimè res ſuas adminiſtrans omnia ferè diſſiparat alienarat & vendiderat,plures poſt ſe liberos relinqueret, a quibus prætendebatur, quod & ipſi vocati & diſpoſitiuè comprehenſi eſſent in dicta conditione concepta per verba ablatiuis abſolutis æquipollentia,& propterea alienata à patre bona reuocare vellent ab emptoribus & cauſam ab iis habentibus, iique regerent quod liberi ſuperſtites ſaltem effecerint, vt conditio fideicommiſſi deficeret, minimè verò vocati aut diſpoſitiuè inuitati fuerint, quicquid etiam ex Grammatica aut philoſophia in contrarium afferatur:cauſa per appellationem ad curiam deuoluta ad noſtram relationem in ſecunda claſſe inquiſitoriali arreſto menſe Februario, Anno M. D. LXXIV. inter les Arbans contra Sigal prolato,prædicti emptores & tertij poſſeſſores ab herede cauſam habentes à petitione liberorum abſoluti fuerunt.Curia enim vltra ea, † quæ modo expoſita fuerunt,conſiderauit illud,quod ſupra ſæpius monuimus 2 nempe formam teſtamentorum, qua nos vtimur,non compilari adhibitis iuriſperitis,multóque minus iuxta modum ab antiquis Romanis præſcriptum, ſed potius ſecundum phantaſiam notariorum, qui ea expediunt, atque non modò ignorantes admodum ſunt, ſed etiam probè officio ſuo ſe functos eſſe putant, ſi nouam quandam phraſin Gallicam excogitent, & talia teſtamentis,contractibus,aliiſque,quas expediunt,diſpoſitionibus inſerant,quę ipſimet non intelligunt.

Quapropter haud immeritò ſedulam prædicta curia operam dat, ne malitioſa & callida

ADDITIONES.

2 Roman. *in l.ſi cùm dotem,§.ſi mulier, numer.*18.*ſol.matr.*Ioann. de Anania, *conſ.* 68.*numer.*2. Alexandr. *conſil.* 185. *numer.*25. *volum.*2. Mantica planè *de coniect.vltim. volunt.libr.*2.*tit.*3. *numer.* 17. 3 Ripa *in d.l.centurio,numer.*161. Alciat. *in rubr. ſol. matrim. numer.* 12. *& in dict. leg. Lucius, numer.* 38.*de heredit. inſtitut.* 4 *in l.fideicommiſſa, § cum eſſet, de legat.* 3. 5 Baldus *in dict. §.cùm eſſet,* 6 *conſil.* 359.*numer.*1.*vol.*2.planè Mantica *vbi ſupra num.*17.

& callida & interpretatione fiat, vt tum quando iuſtitia adminiſtrari, & ſuum cuique tribui debet, iniuſtitiæ & coloratæ alienorum bonorum rapinæ fores pandantur.

DECISIO LXXI.

SVMMARIA.

1 *Lectio in loco Bartoli, qui allegatur, corrupta videtur.*

2 *Si prædicta conditio vlterius progrediatur, atque etiam libros liberorum comprehendat, tum ob duplicem hanc vocationem, liberi non modò in conditione, ſed etiam in diſpoſitione intelliguntur.*

CÆTERVM & illud ex coniecturata & præſumpta teſtatoris voluntate deſumitur, quod alibi Bartolus † ex auctoritatibus (quamuis literam lectionis corruptam eſſe appareat) quas allegat, concluſit 1 in ſubſtitutione fideicommiſſaria quæ ſub conditione non modò liberorum, ſed etiam ab iis denuò procreatorum liberorum, per hęc aut æquipollentia verba concipitur, *ſi heres ſine liberis deceſſerit, aut eius liberi ſine liberis*: vocari prædictos liberos. 2 Eo enim casu liberi reſtituere vltimo ſubſtituto ſi ſine liberis deceſſerint, grauati tacitè vocati cenſentur, cùm aliàs reddere & reſtituere haud poſſent illud, quod nunquam acceperunt ſeu adepti fuere. Tralatitium item eſt, quod onus reſtitutionis præcedentem inſtitutionē præſupponit. 3 Nec obiici poteſt, ſi ex ipſo grauamine honor conijciatur & præſumatur, quod nunquam cōtingere poſſit illud, quod tam crebrò ex conſtitutione imperiali 4 allegari ſolet: eum grauari nō poſſe, qui honoratus non fuit. Rectè enim reſpondetur, quòd conſtitutio illa imperialis loquatur de re aliena, vel quantitate, quæ non eſt in patrimonio teſtatoris, allegata autem Bartoli deciſio accipienda ſit de reb⁹ proprijs teſtatoris grauantis aliquem de dādo aliquid, quod eſt in hereditate vel patrimonio ipſius, quemadmodum Aretinus ſubtiliter admodum notauit. 5 Et quamuis hæc opinio non ab omnibus æquè approbata, ſed à multis atque ab ipſo etiam Iaſone refutata fuerit vſque adeò, vt ex eius diſſertatione appareat, illius tempore opinionem contrariam magis communem fuiſſe: tamen hodie prædicta Bartoli deciſio præualuit, atque ita obtinuit, vt iuxta eam non modò parlamentum Gratianopolitanum, ſed etiam aliæ ſupremæ regni huius curiæ, atque inter eas noſtra Tholoſana, in primis vero arreſto iudicialiter à defuncto domino præſide Bertrando ad relationem defuncti Dn. Caumels in cauſa de Dardenne contra Bonnet prolato pronunciarint. Idque deinde alio arreſto ad noſtram relationem confirmatum fuit, quoad iudicium libelli ſupplicis, quem cōtra prius arreſtum prædictus Bonnet impetrarat, cuius fructu denegato modo dictum arreſtum effectum ſortiri debere pronunciabatur.

ADDITIONES.

1 *In l. centurio, num. 57. de vulg. & pupill.* 2 *l. decem, de V. O.* 3 *l. deniq; §. interdum, de pecul. legat.* 4 *l. ab eo, C. de fideicomm. l. planè, §. fin. cum l. ſequ. & in l. ciuitatibus, §. final. de legat. 1.* 5 *in d. l. centurio, & conſ. 35. vol. 3.*

DECISIO LXXII.

SVMMARIA.

1 *Qui à liberis ad eorum liberos & deſcendentes atque ad extraneos vſque progreditur, liberos in conditione poſitos vocare præſumitur.*

2 *Idque iuxta opinionem Bartoli multis Tholoſanæ & aliarum ſupremarum Franciæ curiarum arreſtis firmatam.*

EX eodem quoque fonte promanat, quod liberi poſiti † in conditione vocati intelligantur ſi teſtator à liberis ad alios eorum liberos & deſcendentes atque tandem ad extraneos progreſſus fuerit. Cùm enim liberorum in conditione poſitorum toties ille mentionem fecerit, præſumitur eum illos adeò amaſſe & dilexiſſe, vt ex probabili coniectura vocare & ſubſtituere voluerit, quemadmodum interpretes iuris communiter tradiderunt. 1 præſertim ſi plures ſubſtitutionum gradus ſint itidem expreſſi 2 & fideicōmiſſi onus nominatim ac ſpe- 1

ADDITIONES.

1 Anchor. *conſ. 74. num. 2. in fin.* Alexand. *conſil. 64. libr. 5.* & Curt. ſen. *in l. 1. num. 6. Cod. de pact.*

ac ſpecificè inducentes. 3 Quo pertinet illud, quod IC. Paulus alibi reſpondit, 4 teſtatricem videri in eo fideicommiſſo, de quo quærebatur ad hypotheſin noſtram relato, duos gradus ſubſtitutionis feciſſe, vnum vt is, qui ex duobus prior moreretur, alteri reſtitueret (vt hîc liberis primo nominatis) alterum, vt nouiſſimus (quales ſunt liberi liberorum & reliquis ſequentes) his reſtitueret, quos nominatim poſtea enumerauit. Vnde à noſtris communiter infertur: fideicommiſſum relictum ab vno ex heredibus, qui vltimus deceſſerit facere videri heredes inuicem ſubſtitutos, cùm nouiſſimus non potuerit facere reſtitutionem totius fundi, de quo ibi agebatur, niſi eſſet tacitè ſubſtitutus in portionibus aliorum præcedentium, quemadmodum Bartolus alibi declarauit, vbi etiam auctoritas illa Pauli ab Accurſio allegatur. 5 Quare licet Iaſon, & qui eum ſequuntur, alium ſenſum ex verbis illis Pauli elicere, eáque alio quàm ad confirmationem opinionis Bartoli quæ etiam Baldo *in reſponſis ſuis* probatur accommodare conati fuerint: 6 tamen prædicta opinio Bartoli ſupremæ curiæ Gratianopolitanæ arreſto confirmata fuit, cuius non modo Dn. præſes Grationopolitanus 7. ſed etiam Papon mentionem facit, 8 qui illud menſe Martio, Anno M. CCCC. LIII. prolatum fuiſſe teſtantur.

Idem quoque deinde ſecutæ fuerunt aliæ † ſupremæ regni huius curiæ, atque inprimis Tholoſana in prædicto arreſto in habitu curiali contra Bonnet prolato. Hæc ſiquidem opinio magis fundata magiſque iuridica, atque à potioribus iuris interpretibus approbata videtur. 9 Idque illud eſt, quod inſigniores curiæ noſtræ aduocati progreſſum appellare ſolent, vt pote quo inducitur ſubſtitutio tacita in fauorem eorum, qui ſaltem nominati non verò expreſſè vocati fuerunt. 10

ADDITIONES.

2 Alciat. *in l. Lucius, nu. 49. de hæred. inſtitut.* 3 Imola *in d. l. centurio & cap. Raynutius, extr. de teſtam.* Molin. ad Alexand. *d. conſil. 64. lib. 5.* 4 *in l. Titia Seio, §. libertis, de legat. 2.* 5 *in l. vel ſingulis, de vulg.* 6 *in d. conſil. 35. nu. 21. vol. 3.* 7 Iaſon *in d. conſil. num. 7. in fin.* 8 *quæſt. 39.* 9 *en ſon recueil au tiltre des ſubſtitut. arreſt.* 10 Ripa *in d. l. centurio, num. 166.* qui alios allegat.

DECISIO LXXIII.

ARGVMENTVM.

In ſubſtitutione plurium graduum ſub conditione ſi ſine liberis, ſi is, qui in medio gradu eſt, relictis liberis ante heredem inſtitutum præmoriatur, conditio interdum deficit.

SVMMARIA.

1 *Semel tantùm Trebellianica, & quidem à primo grauato aut eius heredibus detrahi poteſt.*

2 *Quando plures ſubſtitutionis gradus sũt ſub conditione,* ſi ſine liberis, *atque ille, qui in medio gradu eſt, ante heredem inſtitutum præmoriatur relictis liberis, qui poſt heredis obitum ſuperſtites ſunt, nũquid ſubſtitutio quoad gradum illum caduca fiat?*

3 *Opinio quorundam de hac cõtrouerſia vna cũ eiuſdem rationibus adducitur.*

4 *Suprema tamen curia Tholoſana in hypotheſi propoſita præiudicium contrarium protulit.*

5 *At peculiaris in hypotheſi illa circumſtantia fuit.*

6 *Regula iuris ad hanc rem allegatur.*

7 *Aliæ circumſtantia peculiaris in prædicta hypotheſi expenditur.*

CERTA & communis DD. reſolutio eſt; quod in ſubſtitutionibus † fideicommiſſariis, quæ plures gradus habent ſub prædicta conditione conceptis caſu earum eueniente ſi primus inſtitutus ſine liberis decedat, hereditatem ſecundo atque eodem ſine liberis poſtea mortuo illam tertio reſtitui debere, ita tamen vt Trebellianicam detrahat ſaltem primus aut eius heres, non verò ſecundus vel in vlteriori gradu ſubſtitutus cum Trebellianica ſemel tantùm detrahatur. 1 Atque illud etiam procedit & locum habet, licet ſecundus, qui in medio ſeu inter duos eſt, ante primum inſtitutum ſine liberis deceſſerit, cùm ſubſtitutio per hanc interruptionem caduca non fiat, 2 quia ſubſtitutus ſubſtituto eſt ſubſtitutus inſtituto, quemadmodum ſupra dictum eſt, præſertim omnibus conditionibus veris. Verùm de eo † caſu adhuc dubitari poteſt, ſi ſecundus aut alius ſequens, qui in medio ſeu inter duos eſt, liberos reliquerit,

ADDITIONES.

1 *l. 1. §. deniq; ad Treb.* Bart. *in l. Marcellus, §. quidam liberis, eod. tit.* Caſtr. *in l. quãdiu, 3. de acq. hered.* 2 Guido Papæ *quæſt. 355. & 550. & conſ. 18.* Iaſ. *cõſ. 148. vol. 2.* vbi latiſſimè.

iudicia: Imò etiamſi hoc ceſſaret, quod tamen dictus Punhet vocatus eſſet eo ſaltem caſu, quo omnes de Leyge ſine liberis deceſſerint, quæ conditio minimè impleta fuerit, cùm ipſemet ſuperſtes in liberorum illorum numero haberetur, atque præterea quod Ioannes heres teſtamentum condiderit (quod ſe acceptaturum eſſe, eiúſque heredem fore declarabat) ſicque defecerit conditio ſub qua Franciſcus vocatus & quæ alternatiuè concepta erat, ſi reliqui ſine liberis aut ſine teſtamento decederent, cùm non ſolum Ioannes heres inſtitutus teſtamentum fecerit, ſed etiam Petrus liberos reliquerit.

Quibus ita coram Seneſc. deductis Franciſcus ſuccubuit atque ab eius petitione Ioannes ſententia Seneſcalli abſolutus & præterea in bonis & hereditate d. de Combes auiæ ſuæ maternæ ſeruatus fuit. A qua ſententia prædictus de Punhet ad curiam prouocauit, in qua cùm controuerſia illa definiri deberet, partitio in vtraque claſſe inquiſitoriali, quoad prædictum iuris articulum & tranſmiſſionem ſpei ſubſtitutionis facta fuit. Quod alternatiuam enim ſine liberis aut ſine teſtamento domini cenſentes parum dubij habuerant ob præiudicia, quæ hac in re in fauorem deſcendentium prolata & ſupra à nobis relata fuerũt. Tandem in Camera maiori partitio illa diſcuſſa & præualente ſententia correlatoris Dn. comitis prior Seneſcalli ſententia in fauorem Dn. Ioannis de Leyge relicti a Petro filij compenſatis expenſis confirmata fuit. Nos quidem, cùm arreſtum illud conciperetur, deliberationi haud adhibebamur, cùm antea recuſati fuiſſemus. At domini antiquiores cenſentes, quibus iã quodammodo cõſtabat, quòd præſens opus publico vſui adornaremus, nobis ſignificabãt, quòd in Camera magna rationes factę partitionis pro leuioribus & irreleuantibus habitæ fuerint, cùm multa præiudicia extent, quibus curia controuerſos hos articulos tã quoad tranſmiſſionem in fauorem liberorum & deſcendẽtium in recta linea, in quorum numero Ioannes erat, quàm quoad caſum hunc, quo heredi ſubſtitutus prę moriens liberos relinquit, qui tum in viuis adhuc ſunt, quando conditio fideicommiſſi herede ſine liberis decedente aut aliam ob cauſam euenit, ſatis definiiſſe videatur.

5 Inter quæ præiudicia † meritò refertur illud, quod XXVII. Aprilis, Anno M.D. XLVIII. prolatum fuit, atque Papon recenſet. 7 Maxima enim illud æquitate & iuſtitia nititur, quemadmodum etiam cætera omnia, quæ ei conformia ſunt, & ſequenti tempore prolata fuerunt, atque ſic etiam illud, quod pro dicto Ioanne de Leyge, filio Petri pronunciatum fuit.

Nam etſi ille cortice † verborum inſpecto in diſpoſitione non erat: tamen in eadem eſſe cenſebatur conſiderata, quemadmodum ſæpius hoc fieri oportet, voluntate teſtatricis, quæ eum prætulerat dicto Punhet, qui non erat vocatus niſi demum deficientibus maſculis tam dicti heredis inſtituti quàm aliorum, qui heredi in gradibus prioribus ſubſtituti fuerant. Nec rectè dici hîc poteſt, (quæ quidem fortiſſima in contrarium militans ratio videtur) quamuis conditio ſecundi gradus ſubſtitutionis defecerit neque impleta fuerit, quod nihilominus fideicommiſſum manſerit quoad perſonam primi & præcedentis heredis inſtituti & ſuperſtitis, ea lege, vt eueniente reſtitutionis caſu illa fieri deberet in fauorem eius, qui poſtea & conſequenter ſubſtitutus fuit. Illud ſiquidem haud procedit, ſi conditio ſecundi aut præcedentis gradus in fideicommiſſo defecerit, quia conditione extante tunc non nocet conditionem primæ in ſecunda non repetitam defeciſſe, quemadmodum apoſtillator Gallicus optimè ad conſilium quoddam Decij notauit, 8 vbi ait Decium, dum pro ſubſtitutis poſterioribus contra liberos prædefunctorum reſpondit Sophiſtam potius, quàm verum Ictum egiſſe. Idque ad omnes accommodari poteſt, qui eum ſequuntur. Præterea in hac hypotheſi heres, † qui nouiſſimè deceſſerat, teſtamentum condidit, atque in eo heredem ex aſſe ſcripſit Ioannem de Leyge nepotem ſuum ex fratre Petro, qui Petrus ſubſtitutus erat Dn. Ioanni natu grandiori, ſi in viuis eſſet, atque dictus Dn. Ioannes ipſi heredi inſtituto ſub eadem conditione, ſicque reliqui ſubſtituti ſequentes haud petere poterant fideicommiſſum, quod tamen heres extraneus implere & reſtituere coactus fuiſſet. 9 Huic enim patris filio non repugnat voluntas eius, qui illum poſuit in conditione, & quodammodo prætulit ſubſtitutis, 10 qui etiam ab inteſta-

6 and 7 (margin numbers beside "Nam etſi…" and "Præterea in hac hypotheſi heres…")

ADDITIONES.

7 en ſon recueil au titr. des ſubſtitutions arreſt. 13. 8 d. conſ. 427. 9 l. peto, §. prædium, l. cùm pater, §. cum inter, de legat. 2. 10 arg. l. Lucius de her. inſtit.

ab inteſtato vna cum patruis admiſſus fuiſſet. Quæ conſideratio, ſi non neceſſaria, certè probabilis eſt, quam etiam Dn. du Val *in tract. ſuo de rebus dubiis* hac in re adduxit,
11 quamuis non omnino idem ſentire ille videatur, ſed potius hoc dubium attingere, quam plenè definire & reſoluere maluerit.

ADDITIO.

11 *lib. de reb. dub. tit. de ſubſt. & reſtitut.*

DECISIO LXXIV.

ARGVMENTVM.

Conditio ſi ſine liberis ſtatim deficit, ſi grauatus relictis liberis moriatur, etiamſi ij mox decedant.

SVMMARIA.

1. *In conditione*, ſi ſine liberis, *ſufficit, quod liberi eo tempore quo pater heres grauatus decedit, ſuperſtites ſint, vt deficiat & plenè ac perpetuo extinguatur fideicommiſſum ſub tali conditione iniunctum.*
2 *Per quæcumque verba & quomodocunq; conſtet de voluntate defuncti fideicommiſſum inducitur.*
3 *Caſus omnino omiſſus habetur pro omiſſo & de perſona nullatenus comprehenſa ad perſonam non fit extenſio.*
4 *In teſtamentis & aliis extremis diſpoſitionibus non modò abſurdum, ſed etiam planè iniquum eſt inquirere cauſas & rationes teſtatorum & diſponentium voluntatis, ob quam ad eorũ teſtamenta & diſpoſitiones, non verò ad ſepulchra recurrimus.*
5 *Conditio, quæ ſemel defecit, non amplius inſtauratur.*
6. *Conditio voluntaria intra limites & terminos ſuos coercenda, neque ad alios caſus porrigenda eſt.*
7 *Natura conditionis*: ſi heres ſine liberis deceſſerit.
8 *Voluntas teſtatoris nõ expreſſa pro ea, quæ in lucem nunquam producta fuit, atq; abortiua habetur.*
9 *Iudicium Curianum ad pupillarem ſubſtitutionem pupillo fauorabilem refertur.*
10 *Rhetorum & oratorum eſt ex coniecturis & veroſimilibus arguere.*
11 *Suppletio ab interpretatione differt, & quomodo?*
12 *Arreſtum ſupremæ curiæ Gratianopolitanæ ad ſuam hypotheſin relatum.*
13 *Priuilegia deſcendentibus in recta linea conceſſa eatenus procedunt, quatenus ſcripta, approbata, confirmata & recepta deprehenduntur.*
14 *Ex reuocato teſtamento declaratio ſeu ſuppletio voluntatis fieri non poteſt in vltimo valido teſtamento ſcripta.*
15 *Voluntas humana per duodecim diei horas variè mutari poteſt.*

QVOAD aliam quæſtionem † ab eadem conditione dependentem, nempe an ea ſtatim deficiat & perpetuò extinguatur, ſi heres grauatus liberos reliquerit, etiamſi ij ſtatim poſt obitum patris grauari deceſſerint? haud inconueniens nobis viſum fuit, ſi diſſertationem hic adduceremus, quoad arreſtum, quod in ſequenti hypotheſi prolatum fuit. 1

Petrus Vinhaux, mercator de Tarauel, tres filias ex matrimonio habens teſtamentũ in ſcriptis & manu ſua ſignatum IX. Maij Anno M.D.LXX condidit, in quo declarauit ſe tres illas filias habere, quarum vni Lyzette dictæ, quam Bertrando Mandemen in matrimonium elocarat, dotẽ ter mille librarum conſtituerit, aliáque ornamenta & iocalia dederit, atque quod vellet, vt, quando reliquæ duæ nuberent, cuilibet, earum tantundem dotis ornamentorum, veſtium & iocalium præſtari deberet, quantum prædicta Lyzette accepiſſet.

Deinde haſce tres filias ſuas ex æquis partibus heredes ſcripſit, eoque caſu, quo vna ex iis ſine herede decederet, reuerti de vna ad alteram, atque ſic ad earum liberos, quos Maynages appellabat, ſi modo vllos relinquerent, aut eo caſu, quo nullum heredem haberent, ad proximum agnatum familiæ de Vinhaux, qui nomen eius gereret, peruenire voluit. Hócque teſtamentum à teſtatore ſaltem ſcriptum, eiúſque manu ſignatum fuerat, nullis adhibitis teſtibus, quemadmodum illud ex facta probatione ſatis patebat. Eodem autem anno menſe Octobris prædictus teſtator Tholoſæ coram notario & iuſti numeri teſtibus aliud teſtamentum condidit, in quo heredes ex æquis partibus inſtituit memoratas tres filias, cum tali ſubſtitutione, quod ſi vna ex iis ſine liberis aut filiabus ex legitimo matrimonio ſuſceptis aut ſine teſtamento decederet,

hereditas ſuperſtiti, aut eius liberis & filiabus reſtitui deberet. Quo teſtamento poſteriori etiam prius expreſſè reuocauit. Teſtatore defuncto ſecunda ex prędictis filiabus, cui nomen Franciſcæ erat, mercatori Tholoſano Ioanni d'Irles nupſit, & tertia itidem Lyzette dicta, natu grandior, ſine liberis deceſſit, poſt cuius obitum etiam Franciſca mortalitatis debitum perſoluit, cùm filium reliquiſſet Ioannem d'Irles, qui & ipſe poſt matris fata in tenera adhuc ætate ſpiritum poſuit. Idque occaſionem prębuit Bertrādo Mandemen, cuius vxor iam antè filiū Franciſcæ deceſſerat, vt tanquam pater & legitimus adminiſtrator liberorum ſuorum ex prædicta Lyzette vxorē ſua procreatorum Anno M.D.LXXXIV. litem coram Seneſcallo Tholoſano contra prædictum Ioannē d'Irles mercatorem moueret, declarari petens ſubſtitutionis conditionem in fauorē liberorum ſuorum dicti Ioannis d'Irles in impuberi ætate defuncti conſobrinorum eueniſſe, iiſdémque vniuerſa & ſingula bona prædefuncti teſtatoris de Vinhaux adiudicari.

Excipiendo autem defenſor Ioannes d'Irles concedebat teſtamentum poſterius & qualitatem liberorum dicti Mandemen, atque allegabat, (quod itidē à Mandemen cōcedebatur) quòd ex matrimonio ſuo cum prædicta Franciſca vna ex dictis heredibus filium procreaſſet, qui poſt matris obitum ſuperſtes deinde deceſſiſſet, cui ipſe, tāquam pater, ſucceſſerit; cùm ſubſtitutio in teſtamento comprehenſa nil magis operaretur, quàm ſimplex conditio *ſine liberis*, quæ defecerit ſuperſtite poſt matris obitum filio: & propterea ſe abſolui, atque, quantum neceſſe eſſet, in vniuerſis & ſingulis defuncti filij bonis manuteneri petebat. At replicationis loco prædictus Mandemen prætendebat ſubſtitutionem ad liberos ſuos pertinere, atque in eorum fauorem fideicommiſſi conditionem eueniſſe, nec non d. d'Irles ſucceſſione filij poſt matrem defuncti indignum ſe reddidiſſe, cùm eum ægrotum in prædium quoddam ablegarit, nullámque eius curam gerēdo occaſionem morti prębuerit. Supplicem item libellum exhibuit, quo tabulas teſtamenti à communi ſocero prius conditi cum poſteriori eius teſtamēto conferri, atque hoc ex illo declarari petiit. Quam replicationem reus Ioānes d'Irles elidens inprimis ſucceſſione filij ſe indignum fuiſſe redditum negauit; de calumnia contra d. Mandemen proteſtans, minimé que locum habere poſſe petitam collationem dixit, cùm hic teſtamentum poſterius exiſteret, atque ab ipſo Mandemen productum eſſet. Cúmque calculus iudicādi quoad omnes hoſce articulos porrectus fuiſſet, Seneſcallus ſententia ſua pronunciauit, petitam à Mandemen collationem locū non habere, atque vlterius declarauit, conditionem ſubſtitutionis in poſteriori teſtamento Vinhaux appoſitę in fauorem liberorum actoris prædefuncto filio rei eueniſſe, ſalua legitima & Trebellianica, quæ reo compenſatis expenſis & ſine reſtitutione fructuum adiudicatę fuerunt. A qua ſententia prædictus d'Yrles ad curiam prouocauit, in qua actor Mandemen prædicto nomine diploma regium impetrauit, vt & ipſe interpoſita appellatione vti poſſet, quoad illud, quòd prædicta ſententia quartæ appellanti adiudicatæ fuiſſent. Aliud item teſtamentum produxit à ſocero Vinhaux coram notario & teſtibus 9. Nouemb. An. 1563. conditum, in quo poſt inſtitutionem vniuerſalem prædictarum ſuarum filiarum atque alterius, quam tum temporis habebat Serenes dictā, iis, ſi ſine generatione ex matrimonio aut ſine teſtamento decederent, ſubſtituerat Ioannem Vignaux filium fratris & Guilhelmum nepotem, cui anteà in eodem teſtamento quantitatem quingentarum librarum legarat. Atque cū in cauſa concluſum iam eſſet, hæcque controuerſia definiri deberet, videbatur Seneſcallum benè pro dicto Mandemen pronūciaſſe, propter tacitam & veluti expreſſam teſtatoris voluntatem, quæ ſi tacitis nobis intelligi poſſet, verbis omnino non vteremur, quemadmodū Cicero *in orat. pro Cæcinna* inquit; præſertim cum ſubſtitutio, de qua quæſtio eſt, videatur proximè accedere ad reciprocam compendioſam, qua ſub conditione ſi ſine liberis aut filiabus, ſuperſtes aut eius liberi & filiæ ſubſtituuntur, atque ſic cùm indefinitè, & non nominatim concepta ſit, tam reſpectu filiorum quàm liberorum totius eſſe teſtamenti & ad omnes gradus referri videtur, *l. qua conditio, de condit. & demonſtr.* vt cenſeatur conditio repetita à ſubſtituto, quæ ab inſtituto fuerat relicta, *l. licet Imperator, de legat.* 1. Et veroſimiliter teſtator ſi de tali caſu interrogatus fuiſſet, ita ſe velle & diſponere, ſine omni cunctatione reſpondiſſet. gl. *in l. tale pactū, § fin. de pact.* Cùm enim filiabus aut vni ex illis ſuperſtitem ſeu ſuperſtites aut earū liberos & filias ſubſtituerit, quomodo veroſimiliter quæſo dubitari poteſt, quin idem intellexerit, ſi ſuperſtites liberi ſine liberis deinde decederent, quòd ij, qui adhuc ſupereſſent, vocari deberent? Sanè vul-

garis regula obſtare videtur, quòd teſtator illud in teſtamentô ita non ſcripſerit. At eius voluntas conſideranda eſt, quæ ſecoma ſeu æquipondium hic præbet, atque ſi negligatur, non ex æquo & bono, ſed ex callido verſutóque iure res iudicabitur, & ex vno captionis ſcalmo centumuirale iudiciũ efficietur, imò potius prudens cõſilium teſtatoris nõ animaduertetur, contra *l. Lucius, de rer. inſtit.* eiúſque diſpoſitio ſapientum obiurgationi ſubiicietur contra *l. Saluius Ariſto, de legat. præſt.* Quare licet in hypotheſi hac cortex verborũ in teſtamẽto poſteriori vſurpatorũ videatur fideicõmiſſum claudere: tamẽ ex altera parte volũtas teſtatoris illud veluti aperit, in fauorẽ liberorũ dicti Mandemen cum planè veroſimile nõ ſit, quòd intentio teſtatoris vnquam fuerit ſuperſtitem filiam magis dilectam grauare, eiuſdem filiæ liberos nunquam viſos ac minus dilectos alleuare, *l. Publius, § final. de cond. & demonſtr.* Et quamuis olim ſolemnes fideicommiſſorũ formulas fuiſſe legatur *§. fin. Inſt. de ſingul. reb. per fideicom. relict.* tamen conſtitutionibus imperialibus poſteà introductum fuit, per quæcunq; ver-
2 ba † & quomodocunque conſtaret de voluntate defuncti, fideicommiſſum induci, *l. 2. C. com. de legat. l. mulier, in pr.* & ibi Alex. *ad Trebellian.* De voluntate autem teſtatoris vltra ea, quæ modò diximus, ſatis conſtare videtur ex progreſſu ſubſtitutionis, ex nominatione liberorum in diſpoſitione & in altero extremorum, iuncta quaſi conſuetudine teſtandi ex tenore teſtamẽti præcedentis, *argument. l. ſi ſeruus, §. final de legat. 1.* Deinde etiam conſiderari alias ſolet, quod ideò liberi in conditione ponantur, vt ſi conditio fideicommiſſi deficiat, ad eos ſuperſtites ex auito deſiderio bona medio patris peruenire poſſint. gloſſ. *in d. l. filiusfam. § cùm quis de legat. 2.* Verba item hæc: *te fili rogo, vt prædia, quæ ad te peruenerent, pro tua diligentia diligas, & curam eorum geras, vt poſſint ad filios tuos peruenire.* licet non ſatis exprimant fideicommiſſum, ſed magis conſilium quam neceſſitatem relinquendi: tam ea prædia in nepotibus poſt mortem patris eorum, vim fideicommiſſi videntur cõtinere, *l. fideicommiſſi, §. hæc verba, de legat. 3.* Cur ergo ſimilem interpretationem in hac hypotheſi non faciamus, ne fruſtranea reddatur voluntas teſtatoris, qui hãc fiduciam erga quamlibet filiarum ſuarum geſſit, quòd proprios liberos naturali affectione proſequerentur, ſicque affectionem illarum erga eos benè perſpectam habuit; quia & in ſimili ſpecie D. Marcus Imperator hoc conſtituit *l. Pamphilo in princ. de legat. 3.* atque ita etiam iudicauit ſuprema curia Gratianopolitana, cuius arreſtum ſæpius allegatus à nobis dominus præſes, *Guido Papæ quæſtion.* 531. refert. Idque eo magis procedit, quòd hic quæſtio ſit inter deſcendentes in recta linea, in quorum fauorem tot priuilegia introducta ſunt, quę meritò operari debent, vt porrecta ſubſtitutione impediatur, ne bona ad extraneos perueniant, in quorum numero etiam dictus d'Irles erat. Vnde alibi ſancitum legimus caſum non exiſtentium liberorum protrahi ad caſum exiſtentium, & poſteà deficientium, *authent. ſed & ſi quis Cod. de ſecund. nupt.* Præterea teſtamentum immediatè præcedens voluntatem hanc ſatis probat. Alterum enim & poſterius, quo reuocatur, illi hac in re aduerſum non eſt, húncque potiſſimum effectũ habet, vt voluntas priuata, in qua antea teſtator proprio motu in lingua vernacula, nullo alio extrinſecus adhibito, ſubſtitutionem ampliori progreſſu vſque ad agnatos poſtremo loco poſito declararat, in ſolemnem & publicam formam redigatur. Quare licet caſus omiſſus † haberetur pro omiſſo 3
& de perſona ad perſonam non fieret extenſio: tamen hoc procederet & verum eſſet in caſu omnino omiſſo & in perſona nullatenus comprehenſ., Baldus *in l. vnic. Cod. de his, qui antè apert. tab.* at ſecus ſi ex expreſſo aliquid ſequeretur, aut quando perſona, ad quam fit extenſio, aliquo modo comprehendi poſſet ſub verbis & mente teſtatoris propter aliquam qualitatem ſibi inhærentem, licet de ea non fuerit indiuidualiter actum, quemadmodum ex iuris textibus probari poſſe *Angelus in d. l. tale pactum, §. final.* docet.

Vtut igitur noſtro caſu expreſſè nepotibus ſubſtitutio facta non fuerit: nihilominus, dum teſtator in ſequenti progreſſu agnatos ſeu propinquos vocauit, ſatis cauta intelligitur, quandoquidem iſte caſus non eſt omiſſus, ſed ſequitur ex eo, quod eſt expreſſum.

Quod itaque alias dicitur non ſufficere vt teſtator voluerit, niſi etiam diſpoſuerit, Baldus & alij *in l. quidam cùm filiusfam. de hered. inſtit.* intelligendum eſt de diſpoſitione non modò expreſſa, ſed etiam tacita, cùm hæc ſufficiat in tali caſu, in quali hic verſamur, vbi per vocationem propinquorum & conſequenter per excluſionem extraneorum multò magis alios nepotes deſcendẽtes teſtator vocaſſe videtur, argumẽto illius, quod in ſimili ferè hypotheſi ICtus *in l.*

Digitized by Google

in l. vnum ex familia, § fin de legat. 2. reſpõdit, adeò vt regulæ communes, quæ in contrarium allegari poſſunt, ſaltem in ſuis terminis procedant, nempe quando nullus eiuſmodi progreſſus & excluſio extraneorum interuenit, quemadmodum in terminis Curtius iunior *conſ.* 121. tradit. Haud quoque inconueniens admodum eſſet, ſi duo teſtamẽta poſteriora eodem anno & ſaltem ſex mẽſium interſtitio facta ſimul iungerentur, quia eadem mens hominis cenſetur durare, & mentis mutatio non facilè præſumitur, *l.* 3. *§. eum qui, de probat.* declaratúrque voluntas teſtatoris ex teſtamento poſteriori & reuocato, *l. final. de reb. eor. qui ſub tutel.* imò & contractus inter viuos per vltimam voluntatem declarationem recipit, maximè in teſtamentis modico interuallo inter ſe diſtantibus, veluti rectè tradiderunt Corneus *conſilio* 275 *libro* 4. Decius *conſilio* 515. Tandem etiam prædictus Mandemen allegabat, quod conſtante matrimonio Ioanni d'Irles malè cum vxore ſua conuenerit, atque quod ſuſceptum ex ea filium haud iuſtè curarit, ſed eum in lethali morbo, ex quo etiam deceſſiſſet, planè deſeruerit, vt propterea ex ſucceſſione vxoris & filij non modo nullum commodum referre debeat, ſed etiam pœnam adhuc mereatur, ſicque cùm ob hoc ipſum damnandus ſit, abſurdum eſſet ex eo quicquam illum conſequi, *l. ſine hereditaria, de negot. geſt. c. etſi neceſſe, de donat. inter vir. & vxo.*

Verum hiſce omnibus haud obſtantibus econtra ſors & varia fortuna teſtamentorum conſiderabatur, atque quod non ſaltem
4 abſurdum, † ſed etiam planè iniquum eſſet rationes & cauſas voluntatis alienæ ſcrutari, eáſque per extenſiones, interpretationes aut potius phantaſticas ſpeculationes inducere & diuinare, velle vt earum intuitu ferè ad teſtatores in ſepulcro quieſcentes recurri videatur, ad terrenáque deſideria veluti eorum manes euocentur, Quintilian. *declam.* 332. Illud autem maximè iniquum eſt, ſed quando quæritur de actu adeò fauorabili, qualis eſt extrema diſpoſitio actorum hominis & præcipuæ curę & vltimi temporis, *Valer. Maxim.* tum quoad eius effectum & executionem recurrere debemus ad teſtamentum, & non ad ipſius teſtatoris monumentum. *Optat. Mileuit.* At hîc tria teſtamenta occurrunt eiuſdem teſtatoris, in quibus voluntas, præſertim quoad ſubſtitutiones planè diuerſa continetur, atque diuerſitatis haud alia ratio reddi poteſt, quàm quod teſtator ita voluerit, & diſpoſuerit, quemadmodum etiam ei iure illud licitum & permiſſum erat. *Quid ſcriptũ* (inquiebat Quintilianus *in loco ſupra allegato*) *in tabulis ſit potius quàm à quo, qua mente, aut quo caſu conſiderandum, alioqui nedum captioſum, ſed inutile populo, quod ſcriptum eſſet, negligi, opinione quæri voluntates atque opinione diſertorum, ſcripta ſimplicium hominum peruertere, vbi verba clara & manifeſta ſunt, eam tutiſſimam eſſe interpretationem, quæ ex verbis colligi poteſt.*

Cùm itaque factum ita ſe habeat, quemadmodum ex vtriuſque partis confeſſione conſtat, vtriq; negari nequit ſubſtitutionem prædictis tribus filiabus factam defeciſſe & extinctam fuiſſe per obitum vxoris Ioannis d'Irles, cùm ea filium, quamuis in impuberi ætate poſtea extinctum, reliquiſſet. Nam primo loco certum & vulgatum eſt, ſubſtitutionem conceptam his verbis: *ſi ſine liberis*, ipſis exiſtentibus deficere *dicta l. filiusfam. §. cùm quis, de legat.* 1. (quaſi præcisè in tempus mortis inſtituti diſpoſitione fideicommiſſi à teſtatore collata Onciac. quæſt. *Academ.* 57.) ſuperuiuentibus conditionem extingui, *l. ex facto, §. ſi quis autem, verſic. aut igitur, ad Trebellian.* vel nepote ex filia ſuperſtite, aut vno nato tantum, *l. 1. Cod. de condit. incert.* etſi octauo menſe, *l. non eſt ſine liberis, de V. S.* quo certum eſt ex phyſicorum traditionibus eum non victurum: Baldus *conſil.* 113. *vol.* 1. *& conſil.* 57. *vol.* 2. quia indefinita priuatiuè poſita æquipollet vniuerſali negatiuæ, perindéque habetur ſuperior conditio, ac ſi ita concepta fuiſſet: ſi ſine vllo libero deceſſerit.

Sed & ex verbis id defendi poteſt, vt de filio ex libro Sempronij Azellionis apud A. Gell. relatum extat *lib.* 2. *cap.* 13. & de filia apud Terentium dicitur his verbis: *cui liberos committas tuos*, quicquid in contrarium quidam voluiſſe videantur, nempe hic pluralitatem reſolui in ſuas ſingularitates interpretatione legis potius, quam vi verborum, quemadmodum Graſſus tradit *in §. fideicommiſſum quæſtion.* 38. Vnde apparet quòd filius Ioannis d'Irles poſt obitum matris ſuperſtes, quamuis deinde in impuberi ætate deceſſerit, viam fideicommiſſi planè clauſerit, vtpote cui reſtitutio minimè iniuncta fuit, multóque minus aliis, qui ſaltem in conditione, non verò in diſpoſitione erant, *Oldradus in term. conſ.* 21. qui alios allegat.

Nam quemadmodum conditio, quæ ſemel extitit vel extitiſſe intelligitur, non reſumitur, *l. quidam in teſtamento, de fidei-commiſſ. libertat.* ita & conditio, † quæ 5
ſemel defecit, non ampliùs inſtauratur

l.cùm vxori, Cod.quand.di.legat.ced.l.ſi quis heredem,C.de inſtit.& ſubſt. gl. *in d.l.ex facto,§.ſi quis rogatus ſuper verb. ex voluntate.* Parilius *conſ 66.vol.3.*

Idque locum maximè habet in prædicta conditione ita ſimpliciter poſita, quæ iuxta communem opinionem Doctorum noſtrorum non ideo adiecta videtur, vt liberi vocentur aut etiam fideicommiſſo grauentur, ſed potius contemplatione heredis inſtituti, qui alias purè & ſimpliciter grauaretur, niſi conditio filiorum adiecta eſſet, Alciatus *lib. 9.reſp.conſ.79.*

Quare conditio illa ſtatim cenſetur deficere, ſi patri inſtituto ſuperuixerint liberi, adeò vt nec quæratur an heredes extiterint, *dicta l. filiusfam.§. cum quis* quaſi tantummodo tacitè commendati. Aliud autem eſt perſonam commendare, aliud voluntatem ſuam fideicommittentis heredibus inſinuare, *l.fideicommiſſ. §. 1.de legat.3.* illud quandam congratulationem, hoc diſpoſitionem inducit *l.ex verbo,* & ibi Baldus *C.de fideicomm.libert.*

Nam in conditionibus merum factum inſpicimus an verbis congruat, *d. §.cùm quis.* neque curandum an ſortiantur iuris effectum. Prout enim ruditer accipiuntur: ita ruditer & ad literam impleri debent; Ioannes de Anania *conſ.12.* ex *l.non aliter, de legat.3.* Præſertim in conditione voluntaria, qualis eſt illa, de qua hic loquimur. Ab ortu enim liberorum non ſumit eſſentiam neceſſariam ſubſtitutio, in qua teſtator formam cogitare cenſetur, non effectum: ſicuti in neceſſaria, qualis eſt in vulgari, *ſi heres eſſe noluerit,* vel, *non potuerit* Socin. *in l 1.de vulgar.* Bartol. *in l.Gallus, §.& quid ſi tantum, de lib.& poſth.*

In eiuſmodi † itaque facto, quale eſt prædictum, talem conditionem, tanquam voluntariam intra limites & terminos ſuos coërceri neque ad alios caſus extendi oportet, & quando ſemel ea defecit, haud amplius diſputandum eſt, vtpote quæ finem ſuum ita accepit, & nulla omnino ſpes ſit eam amplius reuiuiſcere poſſe. Bartolus *in dict.§.& quid ſi tantum. & conſilio 63.*

Cuius rei rationem quandam quaſi philoſophicam Baldus *in l.precibus.Cod de impub.* affert, quod in conditionibus attendamus principium primæ exiſtentiæ, nec poſtea ſucceſſum eius curemus. Idem quoque auctor *in cap.quin etiam Epiſcop.vel abbat. in vſib.feud.* in ſimili ferè hypotheſi tradit, ſufficere vel momento filium ſuperuixiſſe, tanquam ſatis ſupérque ſit conditionem ſemel fuiſſe impletam, quamuis non duret implementum ſeu, vt alibi dicitur, quicquid etiam poſtea contigerit *l. ex facto,* & ibi Bartolus *in princip.* Idque tanquam ſingulare Iaſon ſecutus fuit *in l. inter ſtipulantem, § ſacram, de verb.obligat.*

Atque rurſus Baldus *in authent. ſed & ſi quis Cod.de ſecund.nupt.* tradidit naturam† 7
ſuperioris conditionis hanc eſſe, vt non requirat veritatem actus permanentis, ſed ſufficiat veritas actus tranſeuntis, adeò vt ſaltem perſpiciendum ſit, an tempore mortis ſuperuiuant liberi, ſicque qualitas adiecta verbo intelligatur, ſecũdum tempus verbi, Paulus Caſtrenſ. *in dicta l.ex facto,§ penult. ad Trebellian.*

Et quamuis iidem liberi poſteà moriantur, ſufficiet eos ſemel extitiſſe, Angelus *in §.quoniam infirmus,* & ibi gloſſ. *in Nouella, de nupt.* quia ſi cauſa ſemel effectum produxerit, ea ceſſante non tamen effectus ceſſat, *l ſi ita l. in princip.de ſolut* ita vt excuſatio tutelæ ob numerum liberorum non ideò minus ſubſiſtat, ſi poſteà morte liberorum numerus decreſcat, *argumen. l.ſciendum.§.fin.* & ibi Iaſon, *qui ſatiſd cog.* latè Tiraquell. *in tract.ceſſante cauſa ceſſat effect.limitat.4.*

Cùm igitur illa conditio ſaltem tempus & momentum obitus heredis ſub eadem grauati reſpiciat, quoniam eo momento filius aut liberi extiterunt, illud, quod ſub contraria conditione reſtitutioni ſubiectum erat, ſub alia & contraria retentioni ſubiectum fuit, *l.ſi alij, verſ ſi legat.purè, de adim.legat.l.quod purè, quand. dies leg.ced.* adeo, vt non ſolum prima ſubſtitutio facta ſub hac conditione dicatur expirare, ſed etiam omnes aliæ ſubſtitutiones ſucceſſiuè factæ poſt primam, à qua ſequentes dependent, *l.cum in teſtamenta, de heredi.inſtitut. l.ſi mate ,§.fin.*& ibi Iaſon, *de vulg.*

Et quamuis per obitum dicti d'Irles filij hereditas, quoad eius portionem patri d'Irles obuenerit, qui modò extraneus planè videtur: tamen hoc nulla ratione conſiderari poteſt, quia non poſſidentis perſona, quamuis extranei, reſpicienda eſt, ſed filij defuncti, qui ſecundum voluntatem teſtatoris ex illis erat, quibus permiſſum erat liberè diſponere, nec conditio extiterat dati fideicommiſſi filiabus *argument.l. pater filium, §.quindecim, in fin.de legat.3.*

Si verò dicatur liberos aut filias hic in diſpoſitione eſſe, tum fateri quidem oportet illud verum eſſe vulgariter, non verò per fideicommiſſum, Decius plenè *conſil. 206.*

nempe

nempe ſi Franciſca mater defuncti d'Irles tum temporis, quando quędam ex coheredibus ſororibus ſine liberis aut ſine teſtamento decederet, amplius in viuis non eſſet, ſicque fructum fideicommiſſi percipere non poſſet, quod eius liberi ſuperſtites hoc ſaltem caſu, qui ſubſtitutionem vulgarem ſapit, vocati & in diſpoſitione eſſe deberent. At poſtquam Franciſca ſemel fideicommiſſum adepta & ſuperſtes adhuc fuit, eo tempore quo caſu ſubſtitutionis euenit, vtique vulgaris illa ſubſtitutio, per quam eius liberi ſucceſſiuè vocati erant, expirauit, cuius effectus eo ſaltem tendebat, vt fideicommiſſum conditionale tranſmitteretur ad deſcendentes ſubſtituti, ſi is diem ſuum obiret, antequam ſubſtitutio & fideicommiſſum locum haberent; vtque ea ratione via præcluderetur diſputationi, de fideicommiſſi tranſmiſſione, quam interpretes tam variè agitarunt, atque admodum intricatam reddiderunt, quamuis ea multis curiæ arreſtis, quemadmodum ſuprà dictum eſt, pro liberis deciſa fuerit.

Superioribus item addi poteſt, quod filius poſtremò mortuus in conditione ſaltem fuerit, nō verò in diſpoſitione per fideicommiſſum, cùm poſt matris ſuæ obitum ſuperſtes ſucceſſionem ab inteſtato nec quicquam ex teſtamento aui materni habuerit. Mater enim adhuc viuens quotam ſeu portionem ſuam irreuocabiliter ex prę dicto teſtamento acquiſierat, illáque ad eius filium ex legitima ſucceſſione poſteà peruenerat, vt propterea, hoc fortuito contingerit, & non iudicio teſtatoris *l. ſi quis ſub conditione. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtament.* iuncta gloſſa approbata *in l. Lucius*, & ibi Bartolus & alij, *de hered. inſtituend.* ſicque fideicommiſſo onerari non poſſe videatur *argumentum l. ſed etſi ſic. §. final. de legat. 3.* Imò etiam onerari potuiſſet: tamen hoc factum non fuit, cùm alias neceſſario ex vna conditione, & quidem ſimplici atque reſtricta ad tempus mortis certę perſonh, duplicem & geminam nos facere eámque vltra reſtrictionem, quàm continet Carol Molin. *tom 1. conſil. 51 numer. 27.* extendere oporteret.

Quod quidem perquam abſurdum foret tum quod ea ratione extenderetur abſque vlla cauſa onus, quale eſt fideicommiſſum, quod tamen arctari & ſtrictè intelligi debebat; tum quod magna vi opprimeretur & penitus tolleretur heredi greuato libertas diſponendi in caſibus ſub conditione fideicommiſſaria non comprehenſis, neque in eadem expreſſis *argument. l. final. §. ſed quia, Cod. de iur. deliber.*

Nec teſtatoris voluntas in contrarium hic prætendi poteſt, cum ea ad eiuſmodi finem allegari nequeat, vt teſtatoris verbis quicquam addatur aut detrahatur Baldus *in l. cùm virum, Cod. de fideicommiſſ.* Sed iis firmiter inhærendum ſit, † etiamſi conijciatur aliam teſtatoris voluntatem fuiſſe, eo, quod eiuſmodi voluntas in lucem non producta haberetur tanquam abortiua, & ideo tanquam corpus exiſtens in vtero, & in lucem non prodiens nihil eſſet, *argument. l. final. Cod. de poſthum. hered. inſtitu.* quemadmodum Baldus *in l. 1. Cod. qui admit. ad bon. poſſ. & in tract. ſchiſm. ante titul. ſi quis aliqu. teſtar. prob.* dicebat. 8

Quare communiter traditur propoſitum in mente nihil operari ex *l. ſi repetendi, C. de condict. ob turp cauſ.* vt non alio caſu valeat, quam eo, qui ex verbis concipi poſſit. *dicta l. Gallus, §. quidam rectè, de liber. & poſthum.* nec quiſquam exiſtimari debeat nuda voluntate conſtituti teſtamentum *l. penult. §. final. de bon. poſſ. ſecund. tab. argument. l. ſi alij. de vſufr. legat.*

Atque inde etiam à quibuſdam interpretibus docetur caſum contingentem pręter ordinationem teſtatoris non includi ſub diſpoſitione, etiamſi maior eſſet ratio. Cynus *in l. quod fauore, Cod. de leg.* Dec. *conſ. 89. & l. in his, quæ de condit. & demonſtr.*

Quod ſi ad caſum hunc accommodetur, ſatis abundè demonſtrabit ius prædicti d'Irles patris, qui etiā iuuari poterat vulgari illo iuris brocardico: Iſta perſona nō apparet ſubſtituta, ergo nec admitti: atq; ſic contra dictum Mandement obiicere: liberi tui meis non ſunt ſubſtituti. Ergo nec admitti debent. Etſi enim teſtamenta a iure lum fauorabilia ſunt: tamen hoc intelligendum eſt de executione rerum, de quibus apertè ex illorum tenore apparet, neque ipſimet imaginari nobis debemus teſtatorem hoc vel illud voluiſſe, niſi ita ordinarit & diſpoſuerit *dicta l. quidam cùm filium.* cùm quod non loquitur. nec velle præſumatur Baldus *in l. vnic §. ſin autem, ad deficientis, Cod. de cad. tollendis.*

Si itaque de interpretatione voluntatis defuncti quæſtio ſit aliam quam quæ ex iure ſcripto, legibus & conſtitutionibus depromitur afferre perniciosum admodum & malæ conſequentiæ foret, quia cum huiuſmodi voluntas aliter à nobis ignoretur, cùm animum non videamus teſtatoris fortaſſe recti, callidi, verſipellis & ſæpe numero teſtamentum ſic ſcribentis tanquam illud ad eius vitam pertineat. Quintil. *declam. 325.* cauendum eſt nobis, ne ignorantes aut cęcutientes ſicut longè diſtantes ſpeculemur, vt ex Ariſt. Bald. *in d. l. precibus. C. de impub.* dicebat. Pre

ſertim in hac quæſtione, ex alia indubitata iuris regula, per quam in ſubſtitutionibus non fit extenſio de perſona ad perſonam, etiamſi in eadem perſona militaret eadem ratio cum præſumta mente teſtatoris, qui in caſu interrogatus idem veroſimiliter ſtatuiſſet, quemadmodum à noſtris interpretibus iuris ciuilis communiter traditur *in l. ſi quis ita, §. pen. de teſtam. tutel* Iaſon. *in l. cùm res, in 7. notab. de legat.* 1. gloſſ. *in l. Lucius in princ. de liber. & poſthum.* iunct. *l. 3. Cod. de inoffic teſtam.* Aret. *in d. §. & quid ſi tantum* contra illud, quod ſupra ex Angelo in contrarium allatum fuit. In puncto itaque iuris, de quo hic quæſtio eſt, intentioni dicti Mandement prodeſſe nequit, omne illud, quod pro eius liberis ex coniecturis tacitæ & vniuerſalis voluntatis teſtatoris ex Dd. & interpretibus vtriuſque iuris, præſertim vero Oldrado *conſil.* 21. Decio, *in l. illam*, & ibi Molin. *Cod. de collat.* Canoniſtis *in capit. ſanè, extraord. de priuileg. dict. l. quidam cùm filium*, Bartolo *in l. ambiguo, de rebus dub.* gloſſ. *in l. cùm virum, Cod. de fideicommiſſ* adduci poſſe videbatur. Nam eiuſmodi voluntas, quæ verbis teſtatoris deſtituitur, haud attendi ſolet, & propterea nullius efficaciæ ac momenti habetur, præſertim quando quæſtio eſt de extenſione, quæ de perſona ad perſonam fit, quemadmodum plenè Decius *conſil.* 218 expoſuit, atque etiam Panormitan. *conſil.* 40. *lib.* 1. notauit. Eo ſiquidem caſu, quo perſonas aut tempus teſtator omiſit, nulla præſumptio voluntatis, etiam tacitæ ſaltem, eſſe poteſt, veluti rectè Baldus *conſilio* 167. *volum.* 5. ex *l. militis, codicillis, §. veteranus, de militar. teſtament. & in l. cùm proponebatur, de legat.* 2. docuit. Imò teſtator eiuſmodi, qui vlterius progreſſus non fuit, quoad reliqua conformare ſe voluiſſe videtur illi, quod iuxta diſpoſitionem iuris communis euenire poterat, Baldus *in dicta l. precibus, arg. l. ſi duo, de acq. hered.*

Quemadmodum enim ſi omnino nihil taciti ſubſit, ſed ad ius commune teſtator ſe remiſerit, cenſetur vocare voluiſſe proximos ſuos ſucceſſores ab inteſtato, *argumen. l. conficiuntur, de iur. codicill. l. 1. Cod. de teſtament. militar. l. ſi duobus, l. ſi miles vnum, dicta l. miles ita, ff. eod.* itaque quoq; ſi quoad partem atque in certis caſibus perſonarũ & temporis illud contingat, idem cenſeri & iudicari debet ſiue tales caſus, qui à teſtatore omiſſi fuerũt, perſonas, ſiue tempus ſiue etiam alia concernant, quemadmodum in ſimili quæſtione optimè Accurſius *in l. ſi à Titio, §. final. de legat.* 1. obſeruauit. Atque ſi quis obiiceret iudicium Curianum, † in quo Lu- 9
cius Craſſus facilè iudicio centumuirali contra Scæuolam obtinuit Cicero *pro Cæcinna* probauitque omnibus M. Curium, qui heres inſtitutus eſſet mortuo poſthumo, cùm non modo non mortuus ſed ne natus quidem eſſet, heredem eſſe oportere, ille longè excederet cancellos, intra quos hic verſari nos oportet; cùm illud iudicium pertinuerit ad ſubſtitutionem quandam pupillarem, fauorabilem pupillo, quam eo non nato vulgarem tacitam continere pronunciatum fuit. Idque poſtea à ICtis & Imperatoribus in corpus iuris relatum, ac generalis regulæ inſtar traditum fuit; quemadmodum etiam econtra quòd vulgaris expreſſa contineat tacitam pupillarem, *l. iam hoc iure, de vulg. l. quamuis, Cod. de impub.* At hoc ad noſtrum caſum accommodari nequit. Præterea huc etiam facit illud, quod Molineus *conſ.* 51 tradidit; vbi de extenſione ſubſtitutionum de vno caſu ad alium, aut de vno tempore ad aliud loquens tandem cum Dd. noſtris infert, illam fieri non poſſe, niſi in caſibus ſimilibus, qui ſint de materia dictarum ſubſtitutionum, veluti ſimiles caſus ſunt in vulgari non velle & non poſſe heredem eſſe, *l. 1. in fin. de procurat.* atque in pupillari pupillum decedere & planè non naſci. *l. final. Cod. de inſtitut. & ſubſtitut.* Atque ſic etiam Baldus *in l. humanitatis, quæſtio. 4. Cod. de impub.* decidit, exemplarem factam ad vnum ſpecialem caſum furoris extendi ad alium ſimilem, & hoc ex præſumpta mente teſtatoris, propter quam in ſimilibus & ſuperioribus fit extenſio, ſed non vbi agitur de extenſione de perſona ad perſonam, quia non fit etiam ex tacita mente, Raphael Cuman. *in l. commodiſſimè*, & ibi Iaſon, *numer.* 8. *de liber. & poſthum.*

Quantum verò veroſimiles † voluntatis 8
coniecturas attinet vltra illud, quod ex Plutarcho afferri poteſt rhetorum & oratorum eſſe ex coniecturis atque a veroſimili arguere, rectè reſpondebitur illud, quod ex iure allegatur, ex coniecturis induci fideicommiſſa non adeò crudè & generaliter intelligendum eſſe, ac ſi ſufficeret cogitare & imaginari, quòd teſtator ita voluerit, ſed requiritur, quod eius voluntas verbis ipſius tranſierit in diſpoſitionem, Baldus & Imola *in d. l. quidam cùm filiam.* Et poſito, quod coniecturæ ad inducendum fideicommiſſum ſufficientes ſint: tamen eas concludentes neceſſarias & probabiles eſſe oportet, *l. Lucius, §. tres heredes*, ibi, *non proponi rogatum, ad Trebellian.* gloſſ. *in di-*

cta

ſta l. cùm proponebatur, de legat.2. Iaſon *in l.poteſt.de vulgar.*atque quòd tales ſint, probari debet ab eo, qui illarum vigore fideicommiſſum prætendit. Iaſon.*conſ* 228.*lib.*2. Paulus de Caſtro *conſ.*28.*li.*2. & quidem in tantum, vt ſi eiuſmodi coniecturæ probentur & demonſtrentur, quæ fideicommiſſum inducere & non inducere poſſint, talis interpretatio fiat, quod nullum fideicommiſſum ſubſit. *l.ſi ita ſcriptum, de legat.*1. *Deciſ. rota* 63.*circa fin. in antiqu.* Multò magis itaque, cùm hic ex tenore teſtamenti poſtremi nulla coniectura peti queat; nihil aliud inquiri debet, niſi quod in tenore teſtamenti ſcriptum eſt, Baldus *in l.final.Cod.de falſ.cauſ. adiect.legat.*

Haud quoque dici poteſt, hanc ſubſtitutionem reciprocam & compendioſam eſſe inter perſonas coniunctas verbali coniunctione. Si enim verba, quibus concepta fuit, examinentur, facilè deprehendi poterit eam minimè reciprocam eſſe, cùm ſaltem per ſe ſimplex ſit ſine vllo progreſſu, & tantum inter perſonas principaliter inſtitutas, neq; vlterius progrediatur: tantùm abeſt, vt illa facta ſit in vniuerſali hereditatis, aut coniũctim poſt obitum omnium inſtitutorum vltimo ſuperſtiti, aut etiam cum prohibitione alienationis aliiſue clauſulis, ex quibus reciproca ſubſtitutio vltimo ſuperſtiti facta de iure intelligitur, & præſumitur per ea, quę notari ſolent *in d.§.Seia libertis, & in d l.vel ſingulis.*

Similiter ſuperioribus non obſtant argumenta, quæ ex eo deſumuntur, quòd reſponſum & conſtitutum fuit: filium iam natum atque in lucem editum pro non nato ſeu eo, qui adhuc in vtero matris ſit, haberi *l.Titius.§.Lucius, de liber. & poſthum. & l. final.Cod.de poſthum.hered.inſt.* Nam vltra ea, quæ à quibuſdam interpretibus reſpondentur: rectè dici poteſt diſpoſitionem & deciſiones iuris ad hanc rem allegari ſolitas ceſſare & locum nõ habere, quando quęſtio eſt, de inducendo fideicommiſſo inter perſonas eodem non grauatas. Auctoritatum enim illarum finis, ſi rectè accipiatur, longè alio tendit, quemadmodum doctores ICti noſtri temporis notarunt, in quorum numero Cuiacius eſt, *ad d.§.Lucius,* & antè Fernandus *in l.final Cod.de inſtitut.& ſubſtitut.* Idem Cuiac. *ad l.commodiſſimè, & poſthum.* Prætereà in vtroque caſu tam reſponſi ICti in pandectis relati, quàm conſtitutionis imperialis ſuppletio quædam continetur adiecta ab eo, qui ſupplendi poteſtatem habebat.

Quæ ſuppletio, veluti extenſio & emendatio quædam eſt §.1.*Inſt.de bon.poſſ.* plurimum differens † ab interpretatione, quę 11 minimè extendit aut emendat, atque ſine lege & conſtitutione fieri poteſt, vtpote, quę ſaltem circa generalitates verſatur; cùm econtra ſuppletio ſpecialitates concernens ſine lege aut conſtitutione fieri non poſſit, qualis eſt prædicta Imperatorum, per quam, veluti dictum eſt, in vulgari pupillarem & viciſſim in hac illã ſupplemus. Ex quibus, atque aliis, quæ *in locis ſuperius allegatis* plenius Dn. Cuiacius confert, facilè iudicari poterit, an nobis talem ſubſtitutionem, qualis præſupponitur, in præiudicium libertatis diſpoſitionum & ſucceſſionum legitimarum ab inteſtato ſine vlla ratione & cauſa ſuppleri licitum ſit.

Libenter tamen fateremur, quod ob alias rationes pro memorato progreſſu in duobus prioribus teſtamentis dicti Vignhaux facto adductas, induci potuerit eiuſmodi quædam ſubſtitutio, ſi modò in poſtremo teſtamento, ex quo cauſa hæc decidenda eſt, proximi agnati ſimiliter, quemadmodum in teſtamento immediatè præcedenti vocati fuiſſent. Tum enim probabiliter defendi poſſet non omnino omiſſum eſſe; quòd ex expreſſo conſequitur, iuxtáque illud nõnulli Dd. conſulti reſponderunt, Curtius iunior *conſil.*121.& Aymon. Crauetta *conſ.*98. At hoc in caſu omni progreſſu deficiente, cùm nihil de eo, quod diſpoſitum erat, euenerit; concludi oportet caſum omnino omiſſum eſſe, eo quòd defunctus teſtator ſe conformaſſe cenſeatur diſpoſitioni iuris communis, quemadmodum ſupra dictum eſt.

Parum item officit præiudicium ſeu arreſtum † ſupremæ curię Gratianopolitanę 12 quod etiam à Papone *en ſon recueil, au tiltre des ſubſtitutions arreſt.*8. refertur. Hypotheſis enim arreſti illius nulla ex parte referri poteſt, ad hanc, de qua hîc quæſtio eſt, haud obſtante illa, qua Papon vſus fuit, epitome arreſti. Eo ſiquidem ſaltem deciditur ſubſtitutionem in perſonam vnius ex coniunctis, (qualis in hypotheſi arreſti illius erat Stephanus) factam ſub conditione, *ſi deceſſerit ſine liberis maſculis,* repetitam cenſeri in perſona alterius ſibi coniuncti quales erant liberi dicti Stephani, ad quos nominatim prædicta ſubſtitutio non referebatur, ſed ſaltẽ ad eorũ patrem, quæ tamen in illorum perſona repetita cenſebatur propter identitatẽ gradus & perſonarũ, aliáſq; rationes, quas Dn. præſes Gratianopolitanus *in*

ſuis deciſionibus affert.

Verùm quòd nihil noſtram quæſtionem concernens tali arreſto definitum aut pronunciatum fuerit, peritiores iudicare poterunt. Imò etiamſi illud, quòd prædicto arreſto deciſum fuit ad noſtram hypotheſin, quam proximè accederet: tamen progreſſus plurium graduum cum adiecta ibidē maſculorum qualitate, quæ in facti ſpecie non deprehenditur, ſufficientem reſponſionem præberet argumento eorum, quæ ſuprà dicta ſunt.

Et poſito, præiudicium illud, quemadmodum ab aduocatis dicti Mandemen vrgebatur, huic facti ſpeciei planè conforme eſſe; nihilominus conſtat curiam noſtram arreſta aliarum ſupremarum curiarum haud ſequi ſolere, quam quatenus ea iuſta & æquitati exactè conſentanea ſunt.

13 Quòd verò vlterius allegabatur † multa in fauorem liberorum & deſcendentium in recta linea priuilegia conceſſa eſſe; conceditur quidem quòd ea procedant & locum habeant quoad illud cuius ratione ſcripta, approbata confirmata & recepta fuerunt: ſed alias contra iuſtitiam non eſt eis fauor, ne quidem Eccleſiaſticis, concedendus *cap. nuper. de donat. int. vir. & vxor.* Quantum autem collationem illam teſtamentorum attinet, qua vt factum hoc magis coloretur, atque prætenſæ ſubſtitutionis effectus elici poſſit, teſtamentum primum cum ſecundo confertur & vtriuſque clauſulæ coniungūtur: primò conſiderari oportet, quòd quamuis ex teſtamento irrito, imperfecto aut nullo plerumque declarari videatur voluntas teſtatoris *l. final.* & ibi Bartolus *de reb. eor. qui ſub tutel. l. qui à patre, de confirm. tutel.* Bartolus *in l. gerit, de acquir. hered.* atq; hinc Caligulam Imperatorem legamus irrita Tiberij voluntate legata ex teſtamento eiuſdem, quanquam abolito, cum fide ac ſine calumnia repræſentata perſoluiſſe apud Sueton. *in Calig. capit 14. & 16.* attamen ex

14 reuocato † teſtamento declaratio ſeu suppletio voluntatis fieri non poteſt, ad voluntatem teſtatoris in vltimo valido teſtamēto ſcriptā: tū quia ſupremā voluntatē teſtamētum reuocatum non habet, *l. cùm quidam, de his, quib. vt indign.* (Vltima enim iudicia tantùm rata ſunt ad hoc ſolum, vt id teſtamentū valeat, poſt quod nullum teſtamentum eſt, Quintil. *declam 301.*) tum quia teſtamento reuocato omnia in eo contenta, etiam clauſulis acceſſoriis haud exceptis, gl. *in l. ſi patroni, §. patronum, ſi quid in fraud. patron.* reuocata cenſentur, *l. ſi iure, de legat. 3. §. poſteriore, Inſtit. quib. mod. teſt. infirm.*

Vnde eſt, quod Bartolus poſt Cynum *l. ſtatus Florus, in princ. de iure fiſc.* tradit, legatum fundi cuiuſdam ſimpliciter & ſine conditione in teſtamento poſteriori factum haud recipere conditionem ſeu onus, quod in alia teſtamento præcedenti eiuſdem teſtatoris, legato, quo idem fundus relinquebatur, adiectum fuerat. Teſtamentum enim legis inſtar eſt, adeò vt qui teſtatur legem ferre & condere dicantur. *l. verbis, de V. S.* *diſponat, in Nouella, de nupt.* atque verba teſtamenti vt verba legis ſint intelligenda, *l. ita fuerit, §. quæſtio,* & ibi Bartolus *de* [illegible] *num. teſtam.*

Quemadmodum itaque ex lege reuocata & correcta argumentum ſumi non poteſt, Gloſſa *in l. 1. ſuper. verb. imaginem C. de Lat. libert. toll.* ita etiam ex teſtamēto reuocato argui voluntas teſtatoris non debet, veluti Decius *in cap. 1. extra de conſtitut.* argumentatus fuit. Idque propterea, quòd licet ex teſtamento nullo imperfecto, aut quòd executionem & effectu non habet, ob ſolemnitates fortè omiſſas, aut quòd heres inſtitutus defecerit, quòd eius vigore hereditatem non agnouerit, ſicque voluntas teſtatoris minimè mutata fuit; eiuſdem declaratio rectè peti queat, *l. fin. C. fam. erciſc. l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, Cod. de teſtament:* tamen ſecus ſe res habeat ſi teſtamentum reuocatum, & mutata fuerit teſtatoris voluntas quæ ſtat pro omni ratione, vt vlterior ratio minimè indaganda ſit. *l. quia poterat, ad Treb.* Variis enim de cauſis mouentur teſtatores, quæ vlterius ſcrutari difficile eſſet vt Alciatus dicebat, *conſil. 101. numero 18. libro 9.* & propterea ab huiuſmodi voluntatibus propter rationes extrinſecus excogitatas nō eſſe facilè recedendum, idem etiam conſultus reſpondit *conſil. 104. numero 14. libro 3.* *Neque inficias ire poſſumus* (dicebat *in loco ſuperius allegato* declamator) *ſi iure factum ſit teſtamētum potentiſſimam eſſe defuncti quámque proximā voluntatem.* Ex quibus etiam Accurſius nō ineleganter infort fideicommiſſa pluribus ita relicta vt heres grauatus, quibus reſtituantur, eligere debeat, ſi nullum iſte eligere debeat, ſi nullum iſte elegerit æqualiter ad omnes, qui vocati fuerunt atque eligi poterant pertinere: Idémque dicēdum eſſe, ſi heres quidem in teſtamento priori quendam elegerit, ſed poſteà voluntatem ſuam teſtamento poſteriori aut alio legitimo modo reuocarit, eóque caſu illum, qui alias reuocatione non facta integrum fideicommiſſum ſolus petere potuiſſet contentum eſſe teneri portione ſeu quota, quæ ei inter

plures

plures fideicommiſſum petentes obuenit, neque ex interpretatione aut ſuppletione prioris teſtamenti reuocati vllum vlterius emolumentum aut commodum conſequi poſſe, gloſſ. *in l. vnum ex familia in princ. ſuper verb. & mutetur, nu. 17. in fin.* iuncta *l. cùm quidam in 3. reſponſ. de legat. 2.*

Idque citra omne dubium procedere videtur. Cur enim alias volũtates teſtatorum ambulatoriæ dicerentur? cur tot ij teſtamẽta, tótque codicillos, & quidem vnum poſt alterum facerent? Certè nulla alia ex cauſa
5 hoc fit, quàm per duodecim † dici horas voluntas hominis ſępius mutetur. At curioſius cauſam cauſæ ſcrutanti reſponderi poterit cum illo, qui calceum ſuum oſtendens ſatis aptum eum videri dicebat, ſed neminem præter ſe noſſe, quanam parte ille pedem maximè offenderet.

Tantùm quod ex Nouella, *de ſecundis nuptiis*, atque ex *authent. ſed & ſi quis Cod. eodem titul.* pro confirmatione prioris illius ſententiæ adducebatur, deciſionem peculiarem atque ad proprios ſuos terminos reſtrictam continet, quæ propterea, tanquã contra communes iuris regulas recepta, ad conſequentiam trahẽda non eſt. Alias enim rationi hoc aduerſaretur, quemadmodum Baldus & alij *in d. auth. ſed & ſi quis*, tradũt aut potius admirabile vel voluntarium foret, veluti Accurſius *eodem in loco* notauit.

Super quibus omnibus, cùm cauſa iam inſtructa eſſet, vt definiri deberet, in ſecunda claſſe inquiſitoriali ad noſtram relationem partitio facta fuit, cùm pars dominorum cenſentium in noſtram ſententiam iret: altera verò pars numero æqualis correlatoris domini Maynial, quem poſteà curia noſtra præſidem habuit, votum calculo ſuo approbaret. Cúmque ſimilis partitio in reliquis etiam claſſibus oborta fuiſſet, tandem coactis, ex ſtylo & ſolito curiæ more in vnum omnibus claſſibus, cauſa denuò relata, diſcuſſa atque in vtramque partem diſceptata tertium quoddam votum, quemadmodum in generali congregatione omnium claſſium optimè fieri poterat (etiamſi eiuſmodi votum antea in ſecunda claſſe inquiſitoriali aliquot in dominis cenſentibus dediſſent, & reliqui illud ſecuti non fuiſſent) obtinuit, atque iuxta illud IV. Aprilis Anno M.D. LXXXV. pronunciatum fuit, quod antequam plenè tam quoad appellationem dicti d'Irles quàm quoad diploma dicti Mandemen atque alias litigantium controuerſias ius diceretur, prædictus Mandemen admitti deberet, vt plenius & articulatim exponeret & probaret illud, quod tam coram Seneſcallo quàm poſteà in curia prætenderat dictum Ioannem d'Irles ſucceſſione ſe indignum reddidiſſe, eo quòd tam vxorem quàm natum ex ea filium indignis modis tractarit, eáque ratione mortis occaſionem vtrique præbuerit: itaque econtra prædictus Ioannes d'Irles intra menſem proximum ad probationem contrariam admittendus eſſet.

Intra quem menſem, aliáſque dilationes nouiter conceſſas cùm vtraque pars probationem ſuam adornaſſet, & cõtra teſtes productos obiectationes mutuò propoſitæ fuiſſent, atque tandem ad noſtram relationem denuò de cauſę meritis deliberaretur, apparuit cauſam principalem iudicari poſſe ſine vlteriori inquiſitione veritatis oppoſitarum obiectationum atque probationem prædicti Mandemen adeò infirmam & debilem eſſe, vt ex eadem contrarium in fauorem d. d'Irles liquerer, qui etiam intentionem ſuã nõ modò ſufficienter probarat, ſed & firmã præſumptionem pro ſe habebat ex affectione naturali, propter quam communio ſanguinis iſtiuſmodi ſuſpicionibus reclamitare videbatur, quemadmodum Cicero *in orat. pro Q. Roſcio Amerino* dicebat.

Quare vnanimi voce & communi ſuffragio prędicta prior opinio reſumpta fuit, atque arreſto XIX. Iunij, An. M.D.LXXXVI. prolato curia impetratum à Mandemen diploma admittens appellationes, atque illud vnde appellatum fuerat caſſauit, & reformans priorem ſententiam prædictum d'Irles à petitione actoris Mandemen compenſatis expenſis abſoluit. Ex quibus colligi poteſt curiam haud reſpexiſſe qualitatem liberorum dicti Mandemen, qui teſtatoris deſcendentes in recta linea ex filia erant, multóque minus voluiſſe, vt ſub nomine liberorum comprehenderentur liberi liberorum quemadmodum Charondas *libro 7. reſp. iur. ca. 61.* autumat conciliaturus duo arreſta ſupremæ curiæ Pariſienſis, quæ ſi nõ contraria: tamen ad minimum diuerſa & diſcrepantia ſunt, quorum vnum pro liberis & deſcendentibus in recta linea, alterum pro extraneis, ſeu qui non liberi & deſcendentes ſunt, prolatum fuit.

Quæ diſtinctio ex rationibus & auctoritatibus, quas auctor ille allegat, apertè conuincitur. Præterea hypotheſes illæ non ſatis aptę ſunt quoad deciſionem ſimplicem quæſtionis, cùm in vna ſubſtitutio ſine liberis facta fuerit in contractu matrimonij, in quo ſimplex conditio in fauorem liberorũ diſpoſitionem operatur: in altera verò qualitas maſculorum adiecta ſit, vt inde fa-

cilè differentia & diuerſitas iuris colligi queat, argumento eorum, quæ ſuprà à nobis hac de re adducta fuerunt.

DECISIO LXXV.

ARGVMENTVM.

Heres grauatus monaſterium ingrediens atque profeſſionem religionis faciens efficit vt conditio ſi ſine liberis deficiat.

SVMMARIA.

1 *Prædicta conditio*, ſi ſine liberis *deficit ſi heres inſtitutus monaſterium ingreſſus & religionem, quæ in eo obſeruatur, profeſſus fuerit, dummodò monaſterium ſucceſſionis capax ſit.*

2 *Quando verò monaſterium ſeu ordo, in quo heres grauatus profeſſionem facit, ſucceſſionis incapax eſt, veluti ſunt quatuor ordines mendicantium, tum talis profeſſio haud impedit, quo minus fideicommiſſi caſus in fauorem ſubſtitutorum euenire queat.*

3 *Nec obſtat priuilegium, quòd pontifices fratribus prædicatoribus concesſerunt.*

4 *Fauor liberorum in bonis paternis eorundémque ſucceſſione potior eſt fauore Eccleſiæ.*

5 *Fratres à teſtatore patre ſubſtituti fratri, qui in monaſterio etiam ſucceſſionis capace profeſſionem fecit, præferuntur Eccleſiæ in caſu fideicommiſſi.*

1. CVm in deciſione † præcedenti è præcipuis modis quendam explicauerimus, per quem prędicta conditio ſimplex ſine liberis deficere ſolet, ne caſus ſubſtitutionis compendioſæ & fideicommiſſariæ euenire queat: mox alium admodum notabilem hîc ſubiiciemus, per quem etiam nullis liberis ſuperſtitibus eadem conditio deficit, nempe quando heres inſtitutus atque ita grauatus monaſterium ingreditur profitendæ, quæ in eodem obſeruatur, religionis ergo. 1 Facta enim poſt annum probationis profeſſione talis conditio deficere cenſetur, ſeu potius in fauorem religionis remitti de iure tam Canonico, 2 quàm ciuili. 3 Idque communiter recipitur & approbatur, ſi monaſteria ſucceſſionis capacia ſint. Alias enim ſi vel in genere † vel
2. in ſpecie incapacia ſint, veluti ſunt in Francia quatuor ordines mendicantium, heredis grauati in monaſterium ingreſſus & profeſſio haud impedit, quo minus caſus ſubſtitutionis in fauorem ſubſtitutorum eueniant. Imò qui talia monaſteria ingrediuntur & profeſſionem inibi faciunt, quoad mundum réſque ſeculares inde dependentes perinde habentur, ac ſi naturaliter mortui eſſent; vt proptereà ſubſtitutionis caſus tali ingreſſu & profeſſione haud ſecus ac naturali grauati obitu contigiſſe cenſeatur, móxque ad fideicommiſſum ſubſtituti admittantur. 4 Hancque eſſe opinionem communem maior pars Dd. atteſtatur, 5 illámque nonnulli ex iis 6 contra interpretes contrarium ſtatuentes fortiter defendunt: adeò vt illud procedat & locum habeat non obſtante priuilegio † à pontifice fratribus prædicatoribus conceſſo, cui derogatum eſſe cenſetur conſuetudine, quemadmodum alibi notauimus atque Dn. Boërius *in ſuis deciſionibus* tradidit. 7 Caſus tamen ſubſtitutionis per ingreſſum in monaſterium atque profeſſionem religionis ita euenire intelligitur, vt ſolita iuris onera à ſubſtitutis præſtari & rata haberi debeant ea, quæ heres grauatus antequam monaſterium ingrederetur, quemadmodum communiter fieri ſolet, diſpoſuit, aut etiam aliter in fauorem proximorum ſucceſſorum ab inteſtato fecit, ſi talia ſint, vt facere quoque ea potuerit, etiamſi mors naturalis interueniſſet. 3

Cæterùm vt ad illa monaſteria reuertamur, de quibus ab initio locuti fuimus, & quæ ſucceſſionis capacia ſunt in dubium aliquando vocatum fuit vtrum per profeſſionem in eiuſmodi monaſteriis factam à fratre herede grauato, reliqui eius fratres exclu-

ADDITIONES.

1 *auth. ingreſſi.* & ibi Bartol. *Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. §. ſed & hoc præſenti, Nou. de ſanct. Epiſcop.* Ruin. *conſ.* 153. *numero* 3. *vol.* 1. 2 *l. in præſentia, de probat.* 3 *in authen. niſi rogati, Cod. ad Trebell.* 4 Bartol. *in tract. minoricar. ver. item iſti heredes, in* 3. *part. & in l. cùm pater, § hereditatē, de legat.* 2. Alexand. *conſ.* 13. *vol.* 3. *numero* 4. Dec. *conſ.* 419. *numero* 2. 5 Decius *d. conſ.* Par. *conſ.* 65. *numero* 10. *& ſeq. volum.* 2. Ruin. *conſ.* 132. *numero* 18. *vol.* 1. 6 Fort. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, numero* 51. *de liber & poſth.* 7 *dec.* 354. *numero* 80. Ranchin. *part.* 3. *concl.* 354.

excludantur à ſubſtitutione, quæ in eorum fauorem ſub prędicta conditione facta fuit? Et quidem eos excludi neque regulam generalem hoc in caſu limitari aut reſtringi debere celeberrimi ICti exiſtimarunt, 8 eo quòd liberorum fauor non maior quàm Eccleſiæ ſit, excepta ſola legitima, extra quam cauſa animę & religionis pręſtantior & fauorabilior eſt omnia alia perſonarum & rerum, quę in mundo ſunt, iuxta auctoritates & rationes plures, quæ ab iiſdem allegantur.

Verum hæc eorum opinio haud obtinuit, ſed communiter ferè reiecta fuit, cùm ſimpliciter atque in omnibus fauor † liberorum maior ſit, quemadmodum iidem au-
4 ctores ipſimet alibi docuerunt, 9 hancque rationem aſſignarunt; quòd iura abſolutè dicant hereditatem parentum, ex eorum communi voto & naturali deſiderio deberi filiis. 10 Idque ij non ſemel tantum & perfunctoriè tradiderunt, ſed aliquoties tam *in lecturis*, quam *in conſiliis ſuis* repetiiſſe leguntur. 11 Cui rationi à reliquis Dd. qui poſteriorem hanc opinionem ſemperdefenderunt, etiam alia additur, nempe quod fauor liberorum, præſertim ſubſtitutorum, naturalis, Eccleſiæ vero ſaltem ciuilis, vtpote ex conſtitutionibus humanis procedens & propterea alter minor ſit; adeò vt fauor Eccleſiæ collatus cum fauore liberorum, tanquam maiori potius odium quàm fauor eſſe cenſeatur: 12 nempe quoad bona caduca & temporalia, de quibus hîc agimus.

Atque eo ſpectat conſideratio Socini, 13 quam ex patre ſuo adducit, quod ſicuti mo-
5 naſterium † non excludit aliud monaſterium, cum cauſa pia hoc in caſu nominatim excepta ſit: 14 ita quoque idem dicendum ſit, vt monaſterium contra alium filium hanc conditionem deficere non faciat. Vnde etiam Iaſon in quodam conſilio ſuo 15 tradidit omnes communiter ita ſentire, vt ne vnum quidem, qui in terminis contradicat, reperire potuerit.

Cui opinioni etiam tum antiqui quàm recentiores adſtipulati fuerunt 16 exiſtimantes, patrem qui in primo gradu liberos inſtituit & deinde in ſecundo alios ſubſtituit ſatis apertè innuiſſe, quod liberos non modo monaſteriis ſed etiam omnibus aliis præferri vellet. Atque ſic pro prædictis liberis in ſecunda claſſe inquiſitorali ſuprema curia Tholoſana ad noſtram relationem in cauſa Franciſcæ de Guilhory contra dominum Petrum de Noalhes iudicauit, quemadmodum videri poteſt ex arreſto à nobis ſuperius relato, cuius diſſertationem quoad articulum hunc reſeruare huc voluimus, coronidis loco adiicientes, quòd quemadmodum protectio & tutela Eccleſiæ, atque Eccleſiaſticorum in manu, & poteſtate ſupremi noſtri principis eſt, quibus dû ęquabilia pręſtantur, miſericordia diuinitatis acquiritur: ita quoque Eccleſiaſticos quoad iudicium rerũ ſeculariũ ſtare oporteat corã regia maieſtate, ſupremis curiis aliiſq; à rege conſtitutis iudicibus & iuſtitiæ adminiſtratoribus, & quidem in cauſis tam publicis, quam priuatis, & quæ tam pro iis, quam contra eos mouentur & intentantur. Rectè enim prudens ille & magnanimus Rex apud Caſſiodorum dicebat: 17 ſicut nolumus eos ab aliquo prægrauari: ita exemptos à tramite iuſtitiæ non patimur inueniri. Cui regi principem noſtrum in virtute ſucceſſiſſe vſus Franciæ noſtræ euidens & perſpicuũ teſtimonium præbere poteſt.

ADDITIONES.

8 Decius *conſ.* 236. 426. 480. 9 Decius *in l. libet, n.* 5. *C. de pact.* 10 *l. ſcripto, vnde liber. l. cum ratio, in fin. de bon. damn.* 11 Idem Decius *in l. generaliter, C. de inſtitut. & ſubſtitut. & conſ.* 391. Corne. *conſ.* 31. *libr.* 1. 12 *l. ſi apud, de minor.* ex Baldo *in d. l. in præſentia, de probat.* 13 *in l. cùm auus, num.* 42. *in fin. de condit. & demonſtr.* 14 *d. §. ſed & hoc præſenti* 15 *conſ.* 212. *vol.* 2. 16 Ripa *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus,* 1. *num.* 41. *ad Trebellian.* Boerius *deciſ.* 354. *num.* 7. Tiraquell. *in l. ſi vnquam. ſuper verb. libertis, num* 74. *in fin. C. de reuocand. dona-.* 17 *varior. libr.* 2. *cap.* 29.

DECISIO LXXVI.

ARGVMENTVM.

Herede grauato ad ſacros ordines pro moto conditio, ſi ſine liberis neque deficere, neque expleri intelligitur.

SVMMARIA.

1 *Clerici, Diaconi, Subdiaconi, atque Sacerdotes ſeculares ſucceſſionum capaces ſunt, & priuilegium monaſterium conceſſum ad Eccleſias ſeculares extendi nequit.*

2 *Cõditio in ſubſtitutionibus,* ſi heres ſine liberis decedat, *compoſita eſt è*

duabus rebus in facto conſiſtentibus, quas expectari oportet, nempe granati obitum, & deinde defectum liberorum.

3 *Qui ad ſacros ordines promotus fuit, propterea inhabilis dici, & ſucceſſione, aliove ſimili emolumento priuari nequit.*

4 *Patrem filio impuberi, qui propter dignitatem ſuam à patria poteſtate liberatus fuit, pupillariter ſubſtituere poſſe interpretes quodam in loco tradiderunt.*

5 *Iuriſconſulti antiqui hypotheſin quæſtionis huius tractare non potuerunt, cùm quid ſacerdotes eſſent, ipſis ignotum fuerit.*

QVæ autem in præcedenti deciſione de
1. † monachis, religioſis, profeſſis & monaſteriis bonorum temporalium ac ſucceſſionis capacibus diximus, referri nequeunt ad clericos, diaconos, ſubdiaconos & ſacerdotes ſeculares, cùm ſolum ſacerdotium haud præiudicet perſonæ ſacerdotis quoad ius ſubſtitutionis, quod alias ei competit. 1 Per conſequens itaque priuilegium monaſteriis conceſſum non poteſt extendi ad Eccleſias ſeculares. 2 Sacerdotium enim ſatisfacere nequit conſtitutionibus, quæ hoc in caſu de monaſteriis promulgatæ fuerunt. Quare ſi heres grauatus ſacerdos fiat, ſubſtitutio eiuſmodi nihilominus firma manet atque in ſacerdotis fauorem irrita fit, ſi ſubſtitutus prædeceſſerit. 3 Talis enim conditio. † *ſi heres ſine liberis decedat,*
2. conſtat è duabus rebus in facto conſiſtentibus, quarum euentum expectari oportet, nempe heredis mortem, & deinde defectū liberorum: adeò vt vnam ex iis euenire, alteram verò deficere minimè ſufficiat. Nam vtramque concurrere oportet, iuxta regulas iuris ſatis vulgares, cùm non exigua differentia ſit, vtrum duæ conditiones diſpoſitioni alicui coniunctim, an verò diſiunctim adiectæ fuerint. Priori ſiquidē caſu vtramque exiſtere oportet, poſteriori verò alterutram extitiſſe ſatis eſt. Haud itaque ſufficit, quod heres ſacerdos factus, ſicque in eo ſtatu fuerit, vt liberos habere non poſſet, ſed eius mortem quoque interueniſſe neceſſe eſt, cùm teſtator ſubſtitutos haud aliter vocarit, quàm ſi ij herede ſine liberis mortuo ſuperſtites eſſent. 4

Quare etiam ad quæſtionem illam, qua
3 quæritur. ſi in pactis dotalibus † gradatim primus, & deinde ſecundus ex liberis, qui habiles eſſent, vocati fuerint, atque primus ſacerdos fiat, eáque ratione habere nequeat liberos legitimos & naturales, de quib. vox *liberorum* in pactis dotalibus accipienda eſt,
5 vtrum per hanc promotionem ad ſacerdotium primus reddatur inhabilis, & propterea ius ſecundo acquiratur? Dominus Fernandus ita reſpōdere ſolebat; quod quamuis ſacerdos liberos legitimos & naturales ex corpore ſuo deſcendentes habere & ſperare non poſſit: tamen cū hoc ex ardenti zelo melioris partis, quā elegit, dū ſacerdos factus fuit, contingat, tantum abeſſe, vt propterea priuatione ſucceſſionis, aut alio modo puniri debeat, vt potius inde laudem, precium & remunerationem mereatur. 6 Eādem quoque ob cauſam interpretes iuris ciuilis *quodam in loco* 7 tradiderunt, patrem † poſſe 4
ſubſtituere pupillariter filio impuberi, qui ob dignitatem ſuam patria poteſtate liberatus fuit: quod etiam tum contingere ſolet, ſi filius extra ordinem & iure ſingulari, atque, vt vulgò loquuntur, ex diſpenſatione Epiſcopus creetur. Quibus prędictus Dn. Fernandus adiiciebat; quod quemadmodū ingreſſus in monaſterium & religionis profeſſio locum liberorum & deſcendentium obtinebat; ita quoque ſacrorum ordinum ſuſceptio liberorum loco haberi debeat. Quod verum eſſe intelligitur, quamdiu ad ſacros ordines promotus vixerit, quoad eius alimenta & ſuſtentationem, atque ſubuentionem pauperum, quemadmodum bonus paterfamilias facere conſueuit.

Tamdiu enim fauor dignitatis durat, quamdiu durat is, qui eadē honoratus fuit. 8 At poſt ſacerdotis obitum bona reuertuntur ad eum, qui ſacerdote in medio non exiſtente in pactis dotalibus vocatus fuit, quod à ceſſante ratione & paciſcentium mente colligendum eſſe idem exiſtimauit. Atque ita ſæpius à prædicta curia ad relationem dominorū de Babut, Maynial, Doniat & Ioſſe iudicatum fuiſſe meminimus, idémque obſeruari vidimus in celebrioribus familiis reſortitionis huius, adeò vt ſi natu grandiores habiles ſine liberis morerētur, iuniores vocati ſuccederēt ita vſufructu,

ADDITIONES.

1 Corne. *in d. authent. niſi rogati.* & Anchor. *in d. c. in præſentia.* 2 Panorm ex glo. *in d. c. in præſentia, numero* 43. & Salicet. *in d. auth. niſi rogati, nu.* 4. 3 Boer. *deciſ.* 354. *nu.* 12. 4 Stephan. Ranchin. *concl.* 354. *artic.* 3. & *concluſ.* 188 *part.* 4. Alciat. *conſ.* 90. 5 *arg. l. planum, §. equitij, de vſu & habit.* 6 *arg. l. ſi. ut hereditaria, in fin. de negot. geſt.* 7 *in l. 2. de vulgar.* 8 *tit. de fil. nat. ex matr. cap.* 10. *num.* 14.

ctu, etiamſi ſacerdotes imò cardinales eſſent, neque viui efficerent, vt ſequentis gradus habiles ad fideicommiſſum admitterentur. 5 Planè † libenter fatemur ICtos veteres hac de re locutos non fuiſſe eo, quod ipſis ſacerdotium incognitum fuerit. Et quamuis illud Imperatoribus Chriſtianis innoteſcere cœperit: tamen tum temporis ſacerdotibus quoque vxores ducere licitum erat, vſque ad pontificatum Calixti, à quo cœlibatus inductus fuit. Illud quidem verum eſt, quod hæc quæſtio tractari potuerit à Iuriſconſultis & Imperatoribus ſub articulo legis, qua nuptię prohibitæ fuerunt iis, qui propter effœtam ætatem amplius generare non poterant. 9 Quod cùm factum non fuerit, videtur rem omni dubio caruiſſe. Quare ſicut heres ad ſacerdotium promotus ſpe procreandi legitimam ſobolem cadit, atque quod ſine liberis moriturus ſit ſubſtitutũ ſuũ ſecurũ reddit: ita quoq; ſenex ſeptuaginta annorũ, qui anteà nullos liberos habet, ſiue maritus ſit, ſiue nõ, eandẽ ſpẽ, quod ſine liberis obiturus ſit, ſubſtituto excitat. Idem quoque fit, ſi heres grauatus ex neceſſitato, aliòve caſu fortuito caſtratus, aut aliàs ad generandum inhabilis redditus fuerit. Nam & tum ſpes illa ſtatim oriri ſolet. 10 De quibus quidem omnibus Iuriſcõſulti locuti fuerunt, 11 minimè tradentes, quod propterea vllum ius ſubſtitutis acquiratur. Imò contrarium potiùs docuerunt; nempe ſubſtitutos poſt heredis obitum ſuperſtites eſſe debere, neque viuente adhuc herede quicquam prætendere poſſe. 12 Ex quibus apparet, quæſtione hac ſimpliciter ad decidendum & iudicandum propoſita, quàm iuſtè & æquè, prout Boërius præſes ſupremæ curiæ Burdigalenſis teſtatur, 13 multi ex dominis, qui tum in Camera Tornellę erant, murmurarint contra arreſtum quoddam pro contraria ſententia III. Iulij, anno M.D. XXIII. contra heredem ſacerdotis pro liberis ſororis ſubſtitutæ prolatum, ſi illud in ſimplicibus terminis ſuis dictæ quæſtionis, atque ad quos propriè refertur, accipiatur: nempe quòd conditio ſine liberis purificetur antè mortem heredis, qui ſacerdos factus fuit. Vnde etiam memoratum arreſtum, tanquàm ſingulare, in propriis ſuis terminis perſtitit, neque id reliquæ ſupremæ curiæ in Francia ſecutæ fuerunt. Imò ſuprema curia Pariſienſis anno M. D. LXVI. contrarium planè iudicauit, cuius arreſtum alteri prædicto Papon immediatè ſubiicit. 14 Et quantum noſtram curiam attinet, nos hanc quæſtionem in pluribus & diuerſis cauſis ſubſtitutionum occurriſſe vidimus, ſed nunquam intelleximus, quòd litigantes, aut eorum aduocati hunc articulum diſputare voluerint. In ſpecie itèm, cùm in ſimili controuerſia & cauſa ciuium quorundam de Velay, Seneſcallus du Puy contra ſubſtitutum, pro herede grauato, qui adhuc viuebat, & ſacerdos factus fuerat, pronunciaſſet, atque ab hac ſententia ad curiam ſubſtitutus prouocaſſet, ſcimus appellantem ex cõſilio defuncti Babut, & de Borderia celeberrimorum tum temporis curiæ noſtræ aduocatorum priori ſententiæ acquieuiſſe. Cæterùm hæc quæ de curia noſtra Tholoſana dicta ſunt, intelligi debent nullo extrinſecus adhibito, atque ſic contra extraneos ſubſtitutos, qui non ſunt deſcendentes in linea recta teſtatoris ſubſtituentis. Deſcendentium enim reſpectu trãſmiſſio locum habet, de qua ſuprà dictum fuit, quę facit vt tali in caſu allegatum arreſtum curię Burdigalenſis 3. Iulij, annò 1513. prolatum ſequi poſſimus, tanquam iuſtum, ęquũ & conforme ei, quod aliàs in eiuſmodi controuerſiis curia noſtra iudicare conſueuit, quicquid etiam murmuretur aut allegetur in contrarium. Illud enim tum rectè attenditur, atque pro certa & vera iuris regula non immeritò obſeruatur, quando tranſmiſſio in fauorem prędictorum deſcendentium in recta linea locum non habet. 15 Nec mutat, quòd quidam ex eruditioribus ſcripſit hanc conditionem, *ſi ſine liberis deceſſerit*, ſacerdotio expleri, vt & Theodorum *in Nou.* 22. notaſſe dicunt. Illud enim ſaltem procedit quoad conditionis principale, quod in eo conſiſtit, *ſi heres grauatus nullos liberos haberet*. Verùm cùm nihilominus obitus adhuc heredis, qui alteram & finalem partem conditionis conſtituit, conſiderandus & expectandus ſit, ideò ante eum ſubſtituti nihil prętendere poſſunt, vt propterea generalis prędicti arreſti Burdigalenſis cõſequentia de iure communi ſubſiſtere nequeat. Idque recentiores etiam in allegato loco ſignificare voluerunt, dum de conditione illa in propriis terminis loquentes dixerunt illum caſum, liberorum ſcilicet, in quæſtione, quam tractant, non expectari, quia (aiunt) ſolam legatarij mortem non etiam eum caſum teſtatorem ſpectaſſe conſtat.

Additiones.

9 *arg. l. à filia, §. alumno, ad Trebell.* 10 *l. ſancimus, 2. C. de nupt.* 11 *in l. ſi quis poſthumos, & l. ſed eſt quæſitum, de liber. & poſth.* 12 Boer. *in ſuis dec. q.* 354. 13 *en ſon recueil, tit. des ſubſtitut. arreſt. 1. in fin.* 14 Mantica, *de coniect. vlt. volunt. libr.* 11. *tit.* 7. *in fin.* 15 Cuiac. *lib. 5. obſ. cap.* 1.

DECISIO LXXVII.

ARGVMENTVM.

Liberos, vt conditionem, ſi ſine liberis deficere efficiant, perfectè viuos natos eſſe oportet.

SVMMARIA.

1 *Quando liberi vitam habuiſſe cenſendi ſint, vt efficiant deficere conditionem, ſi ſine liberis, aut heredes fiant, vel aliter ſuccedant?*

2 *Deciſio generalis D. Iuſtiniani dubium, quod hac de re exiſtit, radicitus tollere non potuit.*

3 *Quoad definitionem dubij illius, nonnulli adhæſerunt opinionibus medicorum & philoſophorum, quæ breuiter declarantur.*

4 *Alij verò recurrerunt ad opiniones vtriuſque iuris interpretum, & quæ iis conformia ſunt, præiudicia ſupremarum curiarum.*

5 *D. Iuſtin. perfectionem natiuitatis requirens id intellexiſſe cenſetur, in quo perfectio illa maximè conſiſtit, nempe ætatem.*

6 *Præiudicium ſupremæ curiæ Tholoſanæ.*

IN eadem materia prædictæ conditionis nonnulli interpretes aliam quæſtionem mouerunt, nempe quando cenſendum ſit li-
1 beros † vitam habuiſſe, vt efficiant conditionem deficere, aut etiam heredes fiant, vel aliter ſuccedant, & per conſequens vtrum quoad effectum hunc is, qui per inciſionem ex vtero matris extractus fuit, & viui ſignum edidit, pro viuo habendus ſit? Et quãuis in quæſtionis huius reſolutione videa-
2 tur D. Iuſtinianus † radicitus omnem vlteriorem dubitandi occaſionem amputare, omnéſque veterum de ea contentiones & cõcertationes plenè terminare voluiſſe, quemadmodum ipſemet ſub initium conſtitutionis ſuæ inquit, qua generaliter decidit ſufficere, ſi eiuſmodi liberi viui perfectè nati ſint, licet ilicò poſtquam in terram cecide-
rint, vel in manibus obſtetricum deceſſerint: 1 tamen quoad deciſionem hanc generalem ij, qui poſteriori tempore ſecuti fuerunt, multo magis quàm prædeceſſores ſui dubitarunt, quinam liberi ex vtero matris egredientes pro viuis & perfectè natis haberi deberent? Et quidem nonnulli † medicorum & philoſophorum latius hanc quæſtionem tractantium opinioni adhęrẽt, iuxtà quam non attentis quibuſcunque motus & reſpirationis ſignis, quæ recens natus edidit, perinde eſt, aut omnino viuum, quem non naſci, aut ita naſci, vt viuere nequeat, ſed ſic diſpoſitus ſit, vt eum mox expirare oporteat. Atque vt hæc opinio & doctrina eo certior eſſet, iidẽ ad ætatem nuper editi infantis, & tempus conceptionis eiuſdem recurrerunt tradentes, ſi ſeptimo menſe, aut poſt octauum & duos noni menſis dies à conceptione talis infans naſcatur, cúmque ſpiritum aut vitam habuiſſe deprehenſum fuerit, quod pro viuo & ſucceſſionis capace habendus ſit, atque efficiat, vt deficiat fideicommiſſum ſub conditione *ſi ſine liberis* relictum: quemadmodum econtra ij, qui ante ſeptimum menſem aut intra octauũ, vel etiam duobus primis noni menſis diebus naſcuntur, cenſendi ſint, quaſi nunquam exiterint in viuis, quia vitales ſpiritus diu protrahere nequirent. Hæcque multorum interpretum iuris opinio fuit, 2
qui exiſtimarunt † nullum rectum & tutum 4
hac de re iudicium haberi poſſe, niſi conſilium & ſententia medicorum imploretur & exquiratur. Atque ſic conſilium Neapolitanum aliquando ſtatuiſſe Matthæus de Afflictis teſtatur, 3 qui etiam aliquot rationes & auctoritates allegat, quas licet Dn. Boërius ex ea potiſſimum cauſa impugnare & refutare voluerit, 4 quod certum partus tempus haberi nequeat, atque tam difficulter de eo iudicari poſſit, vt ferè pro impoſſibili habeatur: 5 tamen res eò ſemper redit, quod in allegata conſtitutione imperiali ob memoratum effectum neceſſariò requiratur, vt partus perfectè viuus ſit. At pro perfectè viuo non habetur, qui vitalis non eſt, & vitalis eſſe nequit, qui ante ſeptimum menſem, vel hoc lapſo ante tertium noni menſis diem natus fuit. 6 Nec mutat, quod eruditus quidam aduocatus Pariſienſis 7 arreſtum ſupremæ curiæ Pariſienſis affert, quod etiam à Charonda allegatur, 8 atque intra arreſta

ADDITIONES.

1 *l.3.C.de poſth.* 2 Socin. *in l.cùm auus, verſic. ſed quæritur, quid ſi grauatus, de condit. & demonſt.* Paul. Caſt. *in d.l.3.C.de poſth. her. inſtit.* 3 Matth. de Afflictis, *deciſ.236.* 4 *dec.206.* 5 *arg.l.continuus, §.illud inſpiciendum, de V.O.* 6 *l.ſeptimo menſe, de ſtat. hom.* Plin. *natur. hiſtor. lib.7.cap.5.* 7 Choppin. *lib.3. de priuil. ruſtic. cap.8.num.5.* 8 *lib.7.reſp.cap.78. & cap.98.*

arreſta iudicialiter circa feſtum purificationis Mariæ, ann. 1535. prolatum fuit pro patre herede filij, qui quinto poſt conceptionem menſe ex vtero matris exactus fuerat: atque ex eo infert ætatem plenam vitæ partus cõſiderandam non eſſe, & quidem eo minus, ſi iſte per aliquod temporis ſpacium vixerit, cùm ſufficiat eum vel momento ſuperſtitẽ fuiſſe atque ſigna motus & reſpirationis edidiſſe, quemadmodum Bartolus docuerit.

9 Nam idem aduocatus deinde alio in loco,
10 aliud arreſtum in ſimili hypotheſi 2. Decembr. ann. 1594. ab eadem curia prolatum, & planè contrarium adduxit; quò infantem poſt quartũ menſem & dimidio quinti natũm vitam non habuiſſe, pronunciatum fuit, licet brachium, pedem, mentum & labia mouiſſet, & alias poſt matrem in partu decedentem ſuperſtes ſucceſſionem mobilium ad patrem tranſmiſiſſet. Atque hoc arreſtum, quòd ea, quæ anteà & antiquìtus de hac quæſtione à curia illa iudicari ſolebant, mutauit iuſta ratione non carere, colligi poteſt ex interpretibus iuris tam ciuilis, quàm Canonici, qui etiam ſupra partem allegati fuerunt, & quibus Chaſſaneus *in conſiliis ſuis* 11 addi poteſt. Motus enim brachiorum & pedum, immò etiam apertio oculorum haud indubitata vitæ ſigna præbent, cùm ea etiam à mortuo edi queant: atque ideò firma ex iis peti nequit probatio, ſed potius interpretatio fit contra eum, cui illa incumbit, & qui eam facere conatur, 12 quemadmodum Chaſſaneus *in allegato cõſilio* optimè atque appoſitè admodum explicuit, adiiciens facilitatem teſtium noſtri temporis, qui ob factam extenſionem retractionem neruorum aut quandam exhalationem aëris à pulmonibus procedentem, deponere non verentur viuum fuiſſe eum, in quo nihil omnino vitale fuit. Et quidem prædicta opinio magis tuta, æqua & iuſta videtur, præſertim cùm Imperator in alle-
5 gata conſtitutione † perfectionem natiuitatis requirens cenſeatur intellexiſſe illud, in quo perfectio illa maximè cõſiſtit, nempe ætatem, quemadmodum fructus ratione temporis maturus dici ſolet; adeò vt non inquirendum ſit, an eiuſmodi infans ſe mouere potuerit. (Reliqua enim verba, quę Imperator adiicit ad priſcorum morem referenda eſſe quidam ex eruditioribus Iuriſcõſultis noſtris 13 rectè obſeruauit) ſed potius ſpectari debeat, nunquid ad iuſtum tempus perueniens, quemadmodum ipſęmet mulieres loquuntur, functiones viui in partibus & mẽbris ſuis edidiſſe viſus fuerit. Qua de re obſtetrices, dummodo corruptæ aut ſubornatæ non ſint, aut ipſemet etiam chirurgus, qui eum caſu ita ferente, ex vtero matris extraxit, verè aut ſaltem maximè veroſimiliter iudicare poterunt, ſi etiam medicorum ſententia exquiratur, atque ſtatus & ſigna partus referantur. Quam etiã ob cauſam cùm olim curia noſtra † ſtatu con- 6
trouerſiæ in eiuſmodi cauſis inter partes conſtituto & probatione vtrique iniũcta, ſi poſteà cauſa definitiuè iudicari & decidi deberet, multoties deprehendiſſet ex mutuis litigatorum inquiſitionibus probationẽ admodũ contrariã, diuerſam & infirmã oriri, maximáq; ex parte fundatã in eo, infantẽ ita natum ad Eccleſiam, vt baptizaretur, portari non potuiſſe, ſed ſacro lauacro ab obſtetrice ablutũ fuiſſe in præſentia plurium aliarum mulierum, quarum nonnullæ audituræ depoſuerant illum oculos aperiiſſe, aliæ brachia aut pedes mouiſſe, cæteræ eum ſe mouiſſe & reſpiraſſe; haud vlterius deponentes de eius ſtatu, an iuſto & maturo tẽpore editus, atque ad viuendum diſpoſitus & habilis fuerit: tandem illa tempore poſteriori, quando ſtatum controuerſiæ conſtituens, probationem iniungeret, adiicere conſueuit, intra eundem terminum partibus faciendæ probationis ergo præfixum, obſtetrices quoque, quæ parienti affuerunt, chirurgos, qui adhibiti fuerunt, nec nõ medicos, qui hac de re ſententiam ſuam dicere poſſent vocari, atque ex officio diligenter examinari debere ad perſecutionem eius, qui partum ſuperſtitem fuiſſe prætendit, & propterea ius aliquod petit (veluti in hypotheſibus, quas tractamus, ſunt heredes aut ſucceſſores heredis ſub prędicta conditione grauati, cùm ſubſtituti fundatam habeant ſuam intentionem in iuris præſumptione, & per conſequens ſucceſſoribus probatio incumbat 14 prædictos liberos, aut ad minimum ex iis vnum perfectè natum fuiſſe & ſuperuixiſſe.) Quem etiam ob finem extrahi & notari ſolent ex actis omnes circumſtantiæ, ſuper quibus tales perſonæ de qualitate natiuitatis, ſtatu & diſpoſitione infantis ita nati interrogari & examinari queant.

ADDITIONES.

9 *in l. quod dicitur, de liber. & poſthum.* 10 *lib. 3. de mor. Pariſ. tit. 1. numero 3. in fin.* 11 *conſ. 19. numero 6. 7. 8. & ſeq.* 12 arg. gl. *in d. c. in præſent.* 13 Cuiacius *libro 11. obſe. capit. 30.* 14 *in l. ex facto, §. ſi quis autem ſuſceperit.* & ibi gloſſ. Bart. & Angel. *ff. ad Trebell.* Alex. *conſ. 20. in fin. & conſ. 39. vol. 1.*

queant, vt poſteà iunctis omnibus rationibus & fundamentis, atque iis, quæ ex inquiſitionibus illis elici potuerunt ius dicatur. Atq; ſic prædicta curia nominatim in ſecũda claſſe inquiſitoriali, ann. M.D.LXXXVI. ad relationem defuncti Domini Marion inter ſocerum & generum reſſortitionis de Carcaſſonne, quorum nomina nobis iã non occurrunt, iudicauit. Quod cùm factũ fuiſſet, partes dubiũ litis euentũ metuentes trãſegerunt, quemadmodum ex ore domini relatoris accepimus, qui anteà nobis arreſtum interlocutorium in hac controuerſia prolatum communicarat, quemadmodum & alias in difficilioribus controuerſiis ſæpius nobis arreſta communicare ſolebat.

DECISIO LXXVIII.

SVMMARIA.

1. *Conditio negatiua, ſi liberos non habeat natiuitate liberorum deficit, etiamſi ij ſuperſtites non ſint, defuncto eo, poſt quem vocati fuerunt.*
2. *Diſtinctio conditionum & modorum, quibus illa concipiuntur.*
3. *Quæ tamen diſtinctio non modò in dubiũ reuocata, ſed etiam arreſtis ſupremæ curiæ Pariſienſis & Tholoſanæ reiecta fuit propter ignorantiam noſtrorum notariorum.*

SVPRA diximus prędictam cõditionem,
1 † *ſi heres meus deceſſerit ſine liberis* compoſitam eſſe coniunctim ex duabus rebus in facto cõſiſtentibus, quas expectari oporteat, nempe obitum heredis, & defectum liberorũ. Cui conſequens eſſe videtur, ſi in ſimili conditione alterutra ſaltem prædictarum rerum ſit, veluti quæ liberos concernit, reiecta altera, quæ ad õbitum ſpectat, quòd ſufficiat vnam ſaltem è duabus illis rebus eueniſſe, vt adiecta ſubſtitutioni conditio deficiat, neque neceſſe ſit expectare, vtrum euentus ille duraturus ſit, quemadmodum eo caſu, quo vtraque prędictarũ rerum in cõditione continetur, ſufficere diximus, ſi liberi poſt heredis obitũ ſuperſtites ſint, etiamſi poſteà ſtatim decedant. Quæ ſi ita ſe habent, conditio negatiua ſimpliciter ſubſtitutioni fideicommiſſariæ, aut aliæ diſpoſitioni, in qua locum habere poteſt appoſita, veluti ſi liberos non habeat, ſtatim deficiet, natiuitate liberorum, etiãſi ij amplius ſuperſtites non ſint, defuncto eo, poſt quem inuitati aut vocati fuerunt, quemadmodum econtra affirmatiua conditio, ſi liberos habeat, ſtatim eueniet, ſi liberi nati fuerint, etiamſi non ſuperuixerint. Idque in terminis deciſum in iure eſſe videtur, de hiſce & ſimilibus conditionibus; *cùm liberos habuerit*, 1 *quandoque liberos habebit*, 2 *cùm liberos habuiſſet*, 3 ſublatis liberis 4 ad tempus liberorum 5 in tempus liberorum. Vnde etiam procedit cõmunis Dd. noſtrorum reſolutio, 6 iuxta quam ij diſtinguere ſolent † 2
inter conditiones & modos, quibus eę concipiuntur, nempe inter prædictam, *ſi ſine liberis deceſſerit*, atque alias poſteriores: *cùm filios habuerit*, aut *ſi cõtigerit filios ex ſe natos habere*: exiſtimãtes in illa liberos neceſſario tempore obitus ſuperſtites eſſe debere, cùm qualitas iuncta verbo quemadmodũ loquuntur, ad eiuſdem tẽpus referenda ſit: 7 in hac verò ſufficere, quòd heres liberos ſemel habuerit, etiamſi ſuperſtites non mãſerint. 8 Quæ diſtinctio, † ſi ita crudè acci- 3
peretur maximum periculũ foret, vt ignorantia noſtrorum notariorum iuncta cum peruerſitate & mala conſcientia quorundã omnia turbaret & confunderet, atque interdum teſtamentum conderet contra intentionem teſtatorum, atque in fauorem eorum, erga quos liberalitatem exercere teſtatoribus minimè propoſitum erat.

Vnde non immeritò quidam DD. inconueniens illud ex ſeculi huius miſeria proficiſcens perpendentes 9 de diſtinctione illa ex præſumpta teſtatoris voluntate dubitarunt, omnéſque prædictas conditiones eadem nota cenſuerunt; vt ſemper neceſſe ſit in omni illarum caſu liberos vnum aut plures ſuperſtites eſſe tempore obitus, ad quem diſpoſitio refertur. Liberi ſiquidem illi in conditione ideò poſiti ſunt, vt excludant & impediant ſubſtitutos. Quare neceſſe eſt, vt ſuperſtites ſint tempore obitus, quo declarari debet, vtrum caſus diſpoſitionis fideicommiſſariæ euenerit, nec-ne? cùm tum demum ſubſtituti à fideicommiſſo excludantur: ſi eodem tempore heredis grauati liberi ad illud venire impediant. Idque

ADDITIONES.

1 *l. cùm vxori, C. quand. dies leg. ced.* 2 *l. cùm vir vxori, de cond. & dem.* 3 *l. maritus, de vſur.* 4 *l. legatum ſub conditione, de adim. leg.* 5 *d. l. ſi vir vxori, de cond. & dem.* 6 Decius *conſ.* 8 5. Alex. *conſ.* 101. *vol.* 5. *l.* 7. Ranchin. *conſ.* 121. *in* 2. *part.* 7 *l. in delictis, §. ſi extraneus, de noxal. act.* 8 Angel. *conſ.* 364. *nu.* 1. 9 Raphael Cum. *in l. in ſubſtitutione, nu.* 2. *verſic. per hoc videtur, de vulg ar. & pup.*

Itaque illud eſt, quod *quodam in loco* Bartolus, quamuis in aliis planè terminis docere voluit. 10 Atque ſic iudicatum fuit arreſto ſupremæ curiæ Pariſienſis 4. Auguſt. anno M.D.L. inter illuſtrem fœminam Suſannam Borboniam viduam defuncti Domini du Rieux ex vna atque heredes dicti domini ex altera parte. 11

Idem quoq; planè à ſuprema curia Tholoſana ſæpius & citra omnem difficultatem pronunciare meminimus, atque nominatim ad relationem defuncti domini Vinhaux menſe Ianuario, anno M.D.LXXIV. in cauſa cuiuſdam fœminæ Bonnedard dictæ contra nonnullos d'Agenois, quorum litigatorũ etiam ſupra mentionem fecimus.

ADDITIONES.

10 *in l. liberorum, n.18. in fi. de verb. ſign.*
11 Papon *en ſon recueil tit. des ſubſtitut. arreſt.* 18.

DECISIO LXXIX.

ARGVMENTVM.

Liberi illegitimi efficere nequeũt, vt cõditio, ſi ſine liberis deficiat.

SVMMARIA.

1 *Vlpianus quodam in loco religionem noſtram Chriſtianam ſuperſtitionem Iudaicam appellauit, & propterea eius qualitas, atque ſeculum conſiderari debet.*

2 *Chriſtiani, præſertim Galli, neceſſitudines, quæ medio baſtardorum conciliantur, haud attendunt.*

3 *In Francia itaque, atque alias etiam in vniuerſo Chriſtiano orbe baſtardi, etiã à principe ritè legitimati ſubſtitutis ſub prædicta conditione,* ſi ſine liberis *præiudicare nequeunt.*

4 *Idem quoque quoad baſtardorum liberos naturales & legitimos obtinet.*

CÆTERVM in hac materia etiam aliam
1 quæſtionem † ſilentio præterire non poſſumus, quæ Dd. & interpretum iuris ciuilis ingenia mire torſit, (cùm illi potiſſimum ad Vlpiani reſponſum reſpexerint,
1 haud animaduertentes, quod Vlpianus ethnicus fuerit, noſtramque religionem alibi ſuperſtitionem Iudaicam appellarit, atque ij, qui eius tempore naturales vocabãtur, & de quibus ipſe loquitur à baſtardis noſtris multum differant) nempe ſi ſubſtitutio ſub prædicta conditione, ſi heres ſine liberis decedat, facta fuerit, atque baſtardi in medio ſint, an ij ſubſtitutos excludere debeant? Vlpianus enim reſpondit ex Papiniano etiam naturalem filium efficere, vt deficiat conditio: adiiciens ſibi quod ad naturales liberos attinet voluntatis quæſtionem eſſe videri, de qualibus liberis teſtator ſenſerit, ſed hoc ex dignitate, & ex voluntate, & ex conditione eius, qui fideicommiſit, accipiendum eſſe. Ex quo Vlpiani reſponſo interpretes inferunt perpendendum eſſe, vtrũ in conditione dictum fuerit, non modò ſine liberis, ſed etiam adiectum legitimis & naturalibus, aut ex legitimo matrimonio procreatis, 2 vel etiam quando nulla liberorum qualitas expreſſa eſt, an teſtator nobilis, aut aliàs in dignitate conſtitutus ſit cùm hæc dignitas ſola ad excluſionem naturalium ſufficiat. 3 Iidem etiam interpretes plures alias illationes, limitationes & reſtrictiones excogitarunt, quæ minimè
à † Chriſtianis, præſertim Gallis obſeruari 2
poſſunt, vtpote qui haud attenderere ſolent neceſſitudines, quæ baſtardorum medio conciliantur, atque à ſucceſſione procul arcent omnes è legitimo thoro non procreatos. Noſtri ſiquidem baſtardi multum differunt ab iis, qui olim naturales appellabantur, cùm hi ex cõcubinatu, tanquã permiſſa quapiam (quamuis poſtea interdicta fuerit) ſicque honeſtiore coniunctione naſcerentur. Imò ipſemet etiam Iuſtinianus ſuo tempore inter liberos naturales & ſpurios diſtinctionem fecit. 4 Vnde colligi poteſt illud quod Vlpianus de liberis naturalibus *in allegato loco* reſpondit, ad baſtardos, ſpurios; aliósve, qui ex licita & permiſſa coniunctione nati non ſunt, referri haud poſſe.
5 Quod etiam fecit, vt in Frãcia † noſtra, & 3
vbique ferè honor matrimonij & caſtitas Chriſtiana adeò obtinuerit, vt baſtardi quoque à principe, conſenſu & voluntate patris naturalis, atque ad eius preces legitimati, etiamſi diploma legitimationis comprobatum fuerit: tamen nullum præiudicium facere poſſint ſubſtitutis ſub prædicta conditione, quibus ius quæſitum fuit, ſi heres nullos alios liberos, quàm illegitimos relinquat: cui iuri princeps derogare nõ potuit, præſertim cõtra teſtamẽtũ, & expreſſam

ADDITIONES.

1 *Lex facto, § ſi quis rogatus, ad Trebellian.* 2 Ripa *in §. ſi quis rogatus.* 3 glo. *in l. generaliter, §. cùm autem Cod. de inſt. & ſubſt.* Paul. Caſtr. *in d. §. ſi quis rogatus, nu. 6.* Alex. *n.* 3. 4 *l. ſi qua illuſtris, C. ad Orſician.*

Digitized by Google

preſſam teſtatoris voluntatem: 6 Idque et-
4 iam verum eſſe intelligitur, † quoad ipſos liberos legitimos& naturales baſtardorum. Termni. n.conditionis illius tales sũt,vt eos in propria ſua ſignificatione accipi oporteat, quæ eſt, quod liberi quoad hunc effectum dicantur,& cenſeantur ij, qui ex vero & legitimo matrimonio natiſunt : atque quod de baſtardis dicitur & deciſum eſt,etiã de eorum liberis, quamuis legitimis & naturalibus, intelligi debet, cùm rami ſint ex infecta & corrupta radice procedentes, & propterea auo ab inteſtato haud magis ſuccedere poſſint,quàm pater eorum,quemadmodum rectè nonnulli obſeruarunt, 7 atque duobus arreſtis ſupremæ curiæ Pariſiẽſis à Charonda relatos iudicatum fuit. 8

Et quantum curiam noſtram Tholoſanam attinet,tantùm abeſt,vt ea baſtardos eiuſmodi ſucceſſionis capaces eſſe exiſtimet, vt potius à patribus naturalibus vocatos, qui eos liberis naturalibus & legitimis, vni aut pluribus ſubſtituerunt, planè excludat, atque à ſucceſſione repellat, quemadmodum colligi poteſt ex arreſto in cauſa de Botteuin contra Furno prolato, atque ſupra à nobis relato, vbi etiam auctoritates & rationes adduximus, quas, ne eandem crambem denuò apponere videamur, & citra neceſſitatem prolixi ſimus, minimè hic repetere volumus.

ADDITIONES.

5 *Nou.89.quibus mod.nat.effic.ſui,§.finali.* 6 *l ſi teſtamentum,C.de teſta.* 7 Pyrrh. *ad conſuetud. Aurel.* Curt. iun. *conſil.* 157. 8 *lib.5 reſp.cap.44.& lib.9.cap.38.*

DECISIO LXXX.

ARGVMENTVM.

Si à patre duo fratres tertio, ſi ſine liberis decedat,ſubſtituti fuerint, atque ſubſtitutorum vnus perpetuò ad triremes condemnetur,fideicommiſſum integrum ad alterum excluſo cõdemnati filio pertinet.

SVMMARIA.

1 *Damnatio ad triremes etſi in iure ciuili ſpeciatim non exprimitur: tamen in multis regionibus & locis minimè noua eſt.*

2 *Reſponſum Vlpiani de ſeruo deportati iuxta interpretationem Pauli de Caſtro explicatur.*

3 *In locum damnationis in metallum, aut aliud opus publicum, vel etiam ipſius deportationis apud nos pœna, quæ corporis afflictiuæ vocantur, ſuffectæ fuerunt.*

4 *Tranſmitti nequit ſpes fideicommiſſi etiam ad deſcendentes in recta linea teſtatoris,ſi is,à quo tranſmitti debet,adhuc in viuis ſit,vel etiam vox ſuperſtitis ad ſubſtitutos relata ſubſtitutioni adiecta fuerit.*

5 *In Francia etiam Albiniorum liberi ſuccedunt.*

6 *Perpetuò ad triremes condemnatus pro naturaliter mortuo habetur, & propterea eius portio,quam ex fideicommiſſo habere potuiſſet, reliquis ſubſtitutis, aut eorum prædefunctorum liberis accreſcit.*

7 *Aliud tamen eſt, quoad ea,quæ ad condemnati filium ex propria,non verò ex patris perſona pertinent.*

8 *Diploma gratiæ & reſtitutionis non refertur ad bona,quæ fiſco applicata,vel etiam tertio acquiſita fuerunt.*

IOANNES Barriere † notarius Tholoſa- 1
nus,tres ex matrimonio ſuo filio habens, Ioannem,qui notarius,Arnoldum,qui ſacerdos,& alium Ioannem,qui apparitor regius erat,anno 1505. teſtamentum condens in eo prædictos tres filios heredes vniuerſales ex æquis partibus ſcripſit cum tali ſubſtitutione, vt ſi Arnoldus decederet, eius portio ad reliquos duos fratres peruenire, atque ſi ij,vel quidam ex iis ſine liberis,aut ſine teſtamento morerentur, ſuperſtes eiúſve liberi ſubſtituti eſſe deberent. Euenit, vt poſt obitum teſtatoris in hac voluntate decedentis Ioannes natu grandior vxorem duceret Margaritam de Charantus,atque ex ea multos liberos ſuſciperet. Sed & Iohannes iunior matrimonium contraxit, qui deinde ob commiſſum aliquod delictum perpetuò ad triremes arreſto curiæ, anno 1562.condemnatus fuit, eiúſque bona fiſco applicata fuerũt,excepta tertia parte, quam eius vxor & liberi,ſi quos haberet, detrahere deberent.Aduerſus quod arreſtum ille diploma impetrauit, vt in integrum reſtitueretur ſperans abolitionem delicti, ob quod condemnatio illa ſecuta fuerat. Aſt alio arreſto anno 1566. prius illud confirmatum fuit. Cùm autem executioni non mandaretur condemnatus Iohannes anno 1578. aliud diploma impetrauit, quo iubebatur, vt ei apparitoris regij officium committi deberet,cuius vigore cũ ſubſtitutus procuratoris regij generalis cõſenſiſſet,atq; in Ioãnis

mores & vitam inquiſitū fuiſſet, ille ad prædictum officium admiſſus fuit, idque quietè ſemper & vſque ad tempus illud exercuit, quo anno 1580. eius frater Arnoldus ſacerdos decederet, qui ei in teſtamento ſuo nonnulla mobilia legarat, atque eiuſdem filium Iacobum Barriere, qui poſt condemnationem ex matrimonio tamen antea contracto cōceptus & natus fuerat, heredem aſſe inſtituerat. Quod teſtamentu, cùm poſt obitum Arnoldi nullum declaratum fuiſſet, eius frater Ioannes notarius coram Seneſcallo Tholoſano litem mouit, pronunciari petens nō modò in ſui fauorem ſubſtitutionis caſum eueniſſe, ſed etiam ſe tam in legitima & Trebellianica, quæ ad defunctum ſpectarant, quàm in aliis bonis ab eo acquiſitis, aut aliundè obuenientibus manuteneri debere. Cuius petitioni Ioannes apparitor tam ſuo proprio, quàm filij Iacobi nomine contradixit, prætendens vigore factę ſubſtitutionis ſemiſſem defuncti bonorum ſibi deberi, & propterea ſe in eadem portione, aut ad minimum filium ſuum manuteneri debere. Verum Iohannes notarius replicabat fratrem hunc ſuum Ioannem apparitorem ad triremes perpetuò condemnatum ex ſubſtitutione illa nullum omnino ius prætendere poſſe. Quamuis enim pœna hæc triremium in iure ciuili ſpeciatim non exprimatur: tamen eius apud multos probatos auctores mentio fit, 1 illámque nonnulli ex eruditioribus damnationi in metallum æquiparant. 2 Conſtat autem, quod ipſo eodem iure damnatus in metallum ſeruus pœnæ fiat, & ſi quid ei teſtamento datum fuerit pro non ſcripto cēſeatur, 3 huiuſmodi pœna adimente libertatem, 4 conſumtam nimirū maxima capitis diminutione. 5 Quare cùm dictus Ioannes apparitor incapax ſit, atque condemnatus deprehendatur eo tempore, quo ſubſtitutionis caſus per obitum Arnoldi euenit, eius portio dicto Ioāni notario accreſcet, eidemque accreſcendi iure debebitur, quemadmodum ſupra diximus, & pro Verger contra Maret argumentati fuimus, neque fiſcus, aut potius generalis procurator regis nomine regiæ maieſtatis quicquam petere aut prętendere poterit, 6 eo quòd nunquam in confiſcatione iura futura veniant, 7 quanquam in deportatione ſecus eſſe alibi legatur, 8 vtpote quam ſequitur omnium bonorum publicatio, vt doctiſſimus Cuiacius exiſtimauit, dum ita leges conciliat, quæ pugnare inter ſe videbantur. 9 Nec † Vlpiani de deportati ſeruo reſponſum quicquam obſtare poteſt, ſi iuxta veriorem Pauli de Caſtro in-

2

terpretationem rectè accipiatur & intelligatur, 10 nempe de legato facto ſeruo deportati acquiſito poſt deportationē, ex cōtractu iuriſgentium, vt valeat & acquiratur fiſco, niſi tempore, quo dies legati cedit, reperiatur ſeruus alienatus vel deportatus reſtitutus fuerit: Nam deportatus cùm iure gentium vtatur, emit & vendit, locat, conducit, permutat, fœnus exercet, & cætera ſimilia, quæ iuriſgētium ſunt, agit: & poſtea quęſita pignori dare poteſt, niſi in fraudem fiſci qui ei mortuo ſucceſſurus eſt, ea obliget. 11 At neque hereditas, neque legatum, neque fideicommiſſum contra mores & ius publicum huiuſmodi perſonis relinqui poteſt, nec ius publicum mutari debet, quemadmodum expreſsè in legibus è baſilicis in recentiorem pandectarum editionem relatis deciſum eſt. 12 Itaque poſt deportationem, ſi fideicommiſſum ſeruo deportati relinquatur, ad fiſcum pertinet, ſpe ſcilicet, quia cùm deportatus heredem habere non poſſit, ad fiſcum peruenire ſperatur poſt mortem deportati poſtquam bona huiuſmodi publicabuntur, 13 non attenta incapacitate deportati, quæ attenderetur, ſi nullus alius eſſet Dominus in peculio, 14 & quemadmodum quando relinquitur ſeruo duorum, quod vni eorum non poteſt acquiri, acquiritur alteri, 15 ita quando vnus eſt ſolus dominus in re, & alter in ſpe, ſi non poteſt acquiri primo, acquiritur ſecundo, neque in ſpecie ſuperioris Vlpiani reſponſi obtendi poteſt.

ADDITIONES.

1 Suet. *in Aug c.16.* Valer. Max. *de his, qui ex inſim. loc.* Ioſeph. *Iudaic. antiquitat. li.17. cap.14. & de bell. Iudaic. cap.2.* Suid. *in verbo, Semiramis.* Xenoph. *de vocab. antiqu.* Felyn. & alij plerique *in c. ita quorundam, de Iud.* 2 ex Diod. Sicul. V. C. Pet. Fab *lib.1 ſemeſt.* 3 *l. quidam ſunt, de pœn.* 4 *l. aut damnum, §. eſt, pen. eod.* 5 *l. penult. §. conſumitur, de var. & extraord. cognit.* 6 *l. in metallum, de iur. fiſci. l.3 de his quæ pro non ſcript. hab.* 7 *l. ſi mandauero tibi, §. ii cuius, mandat. cap. felicis, §. verum, de pœn. libro ſexto* gloſſ. *in leg. non ad ea, de conditio. & demonſtratio.* 8 *in leg. 1. Cod. de bon. proſcript.* 9 *in l.8. de teſt.* 10 *l. ſi deportati ſeruo, de legat. tertio.* 11 *l.5. de inſtit. & iure.* 12 *l.15. & 16. de interdict. & releg.* 13 *l.3. C. de bonis damnat.* 14 *l. ſi debitor, §. ſeruo, verſic. 1. de legat. 2.* 15 *l. verum, §. final. pro ſoc.*

poteſt alienationem in fraudem fiſci factā,
cum viuo teſtatore,qui mutare poterat te-
ſtamentum,facta proponatur. Cęterum hęc
adducere voluimus pro felici recordatione
Domini Præſidis,qui arreſtum,quod infra à
nobis referetur,pronuntiabat, vt dubia ra-
tione reſponſi illius 16 Vlpiani com-
muniter moueri ſolita decideret. Nunc
autem omiſſa hac digreſſione † ad Io-
3 annis natu grandioris replicationem reuer-
tentes ſubiicimus,rectè ab eo addi potuiſſe,
quamuis condemnationes in metallum,vel
ſimilem rem aut etiam deportationes,qua-
les apud Romanos in vſu erant, amplius a-
pud nos receptæ non ſint: tamen in earum
locum alias ſuffectas eſſe,quæ in noſtris or-
dinationibus pœnæ afflictiuæ corporis vo-
cantur, 17 inter quas expreſsè recenſen-
tur relegationes perpetuæ & ad tempus,
damnationes ad opera & ſeruitia publica,
atque haud immeritò ad eas referentur cō-
demnationes ad triremes tam perpetuæ
quàm temporales, cùm illæ confiſcatio-
nem ſecum attrahant. In confiſcatione
itaque hac, quæ ex Ioannis condemnatio-
ne perpetua ad triremes ſequebatur, haud
venire poterat illud, quod Ioannes adhuc
exſpectabat, eique ſola ſpe ex teſtamento
præcedenti debebatur,& demum poſt con-
demnationem realiter eueniebat, vt pro-
pterea ad nullum alium,quàm ad Ioannem
natu grandiorem in medio exiſtentem per-
4 tinere potuerit. Tranſmiſſionis † quo-
que ius à Iacobo prætendi haud pote-
rat,cùm eius pater Ioannes viuus adhuc, &
quemadmodum diximus, condemnatus
eſſet. Tranſmiſſio enim eiuſmodi in caſu
planè odioſa eſt, atque etiam per vocabu-
lum *Superſtes*,impeditur, argumento eo-
rum,quæ alibi notauimus, & præterea ta-
lis perſona in medio exiſtit,quæ magis di-
lecta cenſetur, 18 & cuius contempla-
tione contra dictam tranſmiſſionem inter
deſcendentes quoque in recta linea præiu-
dicia Curiæ exiſtere alibi diximus. Multò
minus etiam Iacobus ex ſucceſſorio edicto
venire poterat,cum edicto hoc accreſcendi
ius multò fortius ſit, quemadmodum ne-
mine contradicente Baldus docuit. 19 Si
item prætendatur, Iacobum nominatim
vocatum cenſeri,tum reſpondebitur, hoc
verum & accipiendum eſſe de vocatione
ſubordinata & vulgari, quemadmodum ſu-
prà demonſtratum eſt,atque cum tali clau-
ſula & determinatione, quæ comprehendit
& determinat poſteriorem: 20 adeò vt
quicquid etiam pro Iacobo afferatur, cùm
extenſio de perſona ad perſonam,& de gra-
du ad gradum recepta non ſit,per iura vul-
garia,omninò dicendum videatur, dictum
Ioannem natu grandiorem obtinere, atque
non modò ad fideicommiſſum,ſed etiam ad
reliquam defuncti Arnoldi ſucceſſionem
ab inteſtato ſolùm admitti debere, cùm Ia-
cobus poſt condemnationem, & ſic tanquā
ab alio conceptus & natus fuerit, 21 & per
conſequens haud minus quàm pater ſuc-
ceſſionis incapax ſit, 22 nec mereatur di-
ci filius ad inſtar eius,qui patre ſenatu mo-
to filius ſenatoris dici non poteſt. 23

Verùm ad hæc à Ioanne apparitore reſ-
pondebatur,quòd condemnatio illa inter-
ueniſſet ſuper crimine per abolitionem iā
ſublato, quódque illis lapſis quindecim an-
nis iam præſcriptum eſſet, 24 præſertim
cùm ipſe poſtea aduerſus condemnationem
veluti reſtitutus fuerit, per prouiſionem
officij apparitoris,quam à rege impetraſſet
ad inſtar Archyppi illius Philoſophi, qui
apud Plinium 25 pro reſtitutione alle-
gabat, & libellum à ſe Domitiano datum
& epiſtolas eius ad honorem ſuum perti-
nentes,& decretum Pruſſentium, quale e-
tiam eſſe haudque minorem auctoritatem
habere videtur receptio ad officium appa-
ritoris à Seneſcallo facta, cuius vigore etiā
ipſe officium illud exercuerit,honeſtè vixe-
rit,atque ad ſenilem ætatem iam peruene-
rit,adeò vt quemadmodum idem auctor ad
Imperatorem Traianum ſcripſit, 26 red-
dere pœnæ poſt longum tempus iam ſe-
nem,& quantum affirmatur,frugaliter mo-
deſtéque viuentem, nimis ſeuerum exiſti-
mandum ſit. Imò etiamſi damnatio ad tri-
remes deportationi Romanorum æquipa-
raretur:tamen certum eſt, deportatum ex
teſtamento militis capere potuiſſe, 27 &
per conſequens etiam ex teſtamento pa-
tris, quod teſtamento militis æquiparaba-
tur.28 In ſpecie etiam,quoad filiū Iacobum

diceba-

ADDITIONES.

16 *dict.l.ſi deportati ſeruo.* 17 Franciſci 1. de anno M.D.XXXVI. *artic.* 2. & de anno M.D.XLII. 12. Februarij. 18 *dict. leg.hæredis mei*, §. *cum ita*, *ad Trebellian.* 19 *in l.vnic.Cod.quand.non pet.part.* 20 *argum.l.qui liberis, de vulgar.* 21 *d.l.ex facto,§.ſi quis rogat.* 22 *argum.l.*:*.C.de liber.& eor.* 23 *l.emancipatū, in fin.de ſenator.* 24 *l.querela,C.ad l.Corn. de falſ.l.cogniturus,ad Syllan.* 25 *lib.10.epi.* 59. 26 *lib.10.epiſt.32.* 27 *d.l.ſi deportati ſeruo,in 2.reſponſ.* 28 Bald.*in l.hac conſultiſſima §.ex imperfecto,C.de teſtam.& in l. militis codicillis,de milit.teſtam.*

dicebatur, quod etſi pater factus fuiſſet ſeruus pœnæ: tamen matrimonium cum matre ſua antea contractum diſſolutum non erat; 29 atque ſic cùm ipſe ex hoc matrimonio deſcenderit,ei, tanquam filio legitimo & naturali,iura naturæ tolli,& ſine cauſa violari non poſſent. 30 præſertim cùm per conſtitutionem imperialem filij etiam poſthumi damnatorum in metallum parẽ-
5 tibus ſuccedant, 31 atq; in Francia † liberis Albiniorum quoque ſucceſſio competat, ſicque Albinagij ius ſaltem exerceatur, ſi nulli legitimi & naturales liberi extent,adeò vt eiuſmodi liberi pro peregrinis nõ habeantur:& per cõſequens diſpoſitioni iuris haud obnoxij ſint, 32 ac tandẽ ea,quę in contrarium allegata ſunt,aut vlterius allegari poſſint, partim de indignitate propter ingratitudinem, partim etiam de aduentitiis liberorum emolumentis accipiantur. Et quidem contra hæc,quæ quoad ſucceſſionem ab inteſtato pro Iacobo afferebantur, Ioannes nihil amplius adducebat, ſed quoad dictum Ioannem fratrem condemnatum regerebat,quod contra eum rationes ex Plinio allegatæ retorqueri poſſent.Si enim Ioannes apparitor iuſtas petẽdæ reſtitutionis in integrum cauſas habuiſſet, tum eas Principi legitimè exponere, & literas gratiæ impetrare debuiſſet. At hoc ab eo factum haud fuit, ſed ſaltem is tale quippiam moliens conceſſum diploma iudici, ad quem reſcriptum erat, haud exhibuit,multóque minus eius comprobatio ſecuta fuit. Quòd verò argumentationem illam à teſtamento militari ad teſtamentum paternum ductam attinet, reſpondebatur, inter vtrumque hoc teſtamentum diuerſitatis rationem eſſe, cùm ex hoc nulla perſona extranea, quæ liberis mixta fuit,emolumentum capere poſſit, ex vllo verè indiſtinctè tam liberos quam extraneos relicta cõmoda maneant; & rurſus in hoc Trebellianica & Falcidia locum habeant, in illo verò minimè. Sed & allegata præſcriptio aut lapſus temporis locum hîc habere non poterat,cùm condemnatio illa duobus prædictis arreſtis confirmata fuerit,eorundémque arreſtorum executionem & Ioannis apparitoris ad triremes ablegationem Procurator regius generalis, cui acta communicata fuerant,in Curia ſedulò vrgeret. Ad quam, cùm cauſa per appellationem à ſententia Seneſcalli interpoſitã deuoluta fuiſſet,& in ſecunda claſſe inquiſitoria iudicari deberet,ad relationem Domini Maynial, qui poſtea Præſes effectus fuit,Curia declarauit Ioannem condemnatum haud legitimam in iudicio ſtandi perſonam habere, nec tanquam patrem filij Iacobi nomine experiri poſſe, ſed huic curatorem dans illum, qui eius Procurator erat,arreſtó ſuo 12. Septembris in habitu curiali per Dn. Præſidem Durandum circa feſtum natiuitatis Domini prolato appellationem, illúdque vnde appellatum fuerat,caſſauit,& retinens cauſæ cognitionem nulla habita ratione prætenſionum Ioannis condemnati declarauit caſum ſubſtitutionis in teſtamẽto patris litigatorum comprehenſę in fauorem Ioannis Notarij eueniſſe, & propterea dictam Charantus, tanquam matrem & legitimam adminiſtratricem liberorum ſuſceptorum ex Ioanne Notario, qui pendente lite deceſſerat, ſeruauit in poſſeſſione omnium bonorum, quæ defuncto Arnoldo ex teſtamento paterno obuenerant, ita tamen vt legitima & quarta de iis detrahi deberent, in quibus & aliis bonis,quæ ad defunctum Arnoldum aliunde pertinuerant, & de quibus ipſe tempore obitus diſponere potuerat, itidem ſeruauit tam matrem Charantus prædicto nomine,quàm curatorem Iacobo Ioannis condemnati filio datum ex æquis partibus, ſine reſtitutione fructuum & compenſatis expenſis. Quo arreſto Curia euidenter præiudicauit, con-
demnatum † perpetuò ad triremes pro na- 6
turaliter mortuo haberi, & accreſcendi iure portionem, quam ille in fideicommiſſo aliis accipere potuiſſet, ad eius fratrem & liberos pertinere, neque hanc portionem à condemnato tranſmitti potuiſſe ad filium Iacobum,quamuis is ex numero teſtatoris deſcendentium in recta linea eſ-
ſet. Nam pater, † ex quo deſcendebat, 7
condemnatus ei abſtulerat & præciderat, quod ab ipſo peruenturum erat ad eum, hoc eſt, hæreditatem eius & ſpem ſubſtitutionis paternæ, & ſi quid aliud in hoc genere reperiri poſſet: quæ verò non à patre, ſed à genere,à ciuitate, à rerum natura tribuerentur illa ei incolumia reſeruata fuere, 33 quemadmodum erat ſucceſſio illa defuncti patrui Arnoldi,quæ Iacobo ab inteſtato ex propria, non vero patris perſona obuenerat. Idq; principale arreſti illius, cuius

ADDITIONES.

29 *Authent. ſed nouo iure, C. de donat. inter virum & vxor.* 30 *l.3 de interdict. & relegat.* 31 *l.fi. C. de bon. damnator. & tot. eod. tit. in C. Theodoſ.* 32 *in l.1. C. de hered. inſtitut.* 33 *d. l.3. de interdict. & relegat.*

cuius conceptioni & nos intereramus, fundamentum fuit, in quo Curia † haud attendit cõcluſiones Procuratoris generalis executionem prædictorum arreſtorum petentis, ſed eas ſilentio præterit, cùm minimè ad hoc principaliter actum, neque lis intentata fuiſſet, & propterea haud conſultum videretur, vt ea ratione præiudicium fieret, diplomati, quod condemnatus, qui in ſenili & decrepita ætate conſtitutus iam erat, impetrarat. Si enim generalis Procurator regius aut alius, qui hoc facere poteſt principaliter, quemadmodũ hoc decebat, ad executionem arreſti illius ageret, tum condemnatus, ſi conceſſo diplomate vti vellet, eius renouationem facilè conſequi poſſet. Haud tamen vllum propterea prædicto arreſto aut Ioanni Notario eiuſque liberis præiudicium fieret. Condemnatus enim honori ſaltem & famæ, iiſque bonis, quæ confiſcata non erant, reſtitueretur, quemadmodum in conceſſo diplomate expreſsè dicebatur. Præterea arreſta illa condemnatoria, Ioanne audito, & cum cauſæ cognitione prolata fuerant, atque poſt eorum pronunciationem caſus ſubſtitutionis euenerat, & ius acquiſitum fuerat Ioanni Notario: vt ideò de intereſſe tertij ageretur, quod ſemper expreſsè aut etiam ſine expreſſione tacitè reſeruari ſolet, ad quod conceſſa gratia haud refertur, multóque minus contra tertios acquiſitores, cùm nimirum res amplius in priori ſtatu non ſint,
34 quemadmodum Papon alibi notauit.
35 Ex quibus etiam facilè colligi poteſt, quàm imperfecti fuerint commentarij Dn. Charondæ tranſmiſſi, quorum occaſione prædicti arreſti mentionem facit, 36 quemadmodum ipſemet facilè iudicare poterit, ſi fortè exiguus hîc labor noſter publicæ vtilitatis gratia ſuſceptus, in eius manus inciderit.

ADDITIONES.

34 *l.1.C de ſent.poſſ. & reſt.* 35 *lib.24. de ſon recueil. tit.17. arreſt.12.* 12 *libr.7. cap.168.*

DECISIO LXXXI.

ARGVMENTVM.

Mors ciuilis, præſertim quoad fideicõmiſſa, æqualem ſæpius cũ naturali effectum habet.

SVMMARIA.

1 *Mors ciuilis eundem, in fideicommiſſis præſertim, cum naturali effectum habet.*

2 *Damnatio ad triremes perpetua confiſcationem bonorum in reſortitione ſupremæ Curiæ Tholoſanæ infert.*

3 *Expedit omnibus, qui ius ratione temporis tam præſentis, quàm futuri in bonis occupatis prætendunt, vt occupationi & ſequenti ſubhaſtationi ſe opponant.*

4 *Condemnatus ad exilium tẽporale haud efficit, vt fideicommiſſi caſus ante mortem ſuam naturalem eueniat.*

5 *In omni caſu condemnationis oppoſitio ſubſtitutis vtilis & veluti neceſſaria eſt.*

EX hiſce autem ſequi videtur, † quod eodem prædicto arreſto præiudicatum fuerit, mortem ciuilem in fideicommiſſis præſertim, parem & eundem effectum habere cum morte naturali: adeò vt in caſu contrario, ſi hæres reſtituere grauatus perpetuò ad triremes condemnetur, eiúſque bona fiſco applicentur, ſubſtitutionis fideicommiſſariæ caſus in fauorem vnius aut plurium ſubſtitutorum eueniſſe cenſeatur, neque vlterius expectanda ſit mors naturalis, ad quam tamen caſus & dies fideicommiſſi relatus fuit. Et quamuis contrarium ſcripſiſſe videatur Iuriſconſ. Paulus *in libr. 2. decretorum,* 1 atque aliàs tradatur in donationibus cauſa mortis inter coniuges & aliis, quæ morte confirmantur, mortem naturalem ſaltem exſpectari & attendi: 2 tamen iis haud obſtantibus prædicta conſequentia valida eſt. Haud etiam neceſſarium videtur, vt hîc multi † ſimus in explicanda deportatione antiqua, atque ex illa materia argumentum petamus, multóque minus, vt demonſtremus in quibuſnam caſibus pro mortuo habitus fuerit deportatus aut relegatus, & in quibus nõ, cum optimo iure aſſerere queamus, quemadmodum ſupra attigimus, quòd damnatio perpetua ad triremes apud nos ſuffecta fuerit in locum damnationis antiquæ & Romanæ in metallum, aut ſimile opus publicum, 3 vel

ADDITIONES.

1 *In l.Statius Florus, §.Cornelio Felici, de iure fiſci.* 2 *l.ſed ſi mors, §.1.de donation. inter virum & vxor.* iuncta *lex ea parte, §. Inſulam, de verb.oblig. l.cùm pater, §.hæreditatem, de legat. ſecundo.*

3 vel quam condemnati ſerui pœnæ efficiuntur, & pro naturaliter mortuis habentur, 4 præſertim quando confiſcatio bonorum accedit, quemadmodum in reſortitione ſupremæ Curiæ Tholoſanæ eiuſmodi confiſcatio damnationes perpetuas ad triremes regulariter comitatur: quę confiſcatio locum facit conditioni mortis naturalis: cúmque talis confiſcatio defecerit, quoad perſonam mulieris, de qua Paulus *in allegato loco*, reſpondet, vtique non immeritò Iuriſconſultus ita reſpondendi & decidendi, quemadmodum fecit, cauſam habuit. Atque ſic iudicatum fuiſſe in fauorem ſubſtitutorum, Charondas *in reſponſis ſuis* teſtatur, 5 qui etiam quorundam ſubſtitutorum nomina & arreſtorum dies refert, apud quem illa vna cum eorum rationibus latius videri poſſunt. Aduocatus quoque Choppinus 6 aliud arreſtum magni conſilij adducit, XVII. Februarij anno M.D.LXXX. pro Claudio de Fauergues ſubſtituto Ioanni de Fauergues condemnato ad triremes, prolatum contra Perrette Mechin accuſatricem, & vigore condemnationis, quam contra dictum Ioannem obtinuerat, petitricem ſubhaſtationis. Bona enim illa reſtitutioni ſubiecta hęrede grauato quidem adhuc viuente, ſed ad triremes, quemadmodum dictum eſt, perpetuò condemnato adiudicata fuerunt Claudio ſubſtituto, qui ſe quoad bona hæc ſubhaſtationi oppoſuerat eo modo, quo expedit & fieri ferè neceſſe eſt ab omnibus illis,
3 † qui ius aliquod in rebus occupatis ſeu captis, quæ haſtæ exponi debent, non modò præſens, ſed etiam futurum prætendunt, cùm quoad poſterius hoc ipſemet citatus auctor hypotheſin ſeu exemplum alleget damnati ad exilium
4 † (per quod nos temporale intelligimus) in cuius bonis frater eius à patre communi ſubſtitutus fuerat, quæ haſtæ ſubiici, & nouiſſimis licitatoribus, vt ea prætoris auctoritate plenè & irreuocabiliter poſſideant, addici poſſunt, niſi frater ſecundus hæres oppoſitionem, quoad iura ſua, fundet: eò, inquit ille, 7 quòd cùm condemnatus fuerit ad exilium hæres grauatus reſtituere hęreditatem fratri poſt mortem ſuam, fideicommiſſi conditio non dicatur ante exulis obitum eueniſſe, referens atque vſurpans eo modo rationes & auctoritates à Charonda contra ſubſtitutos adductas, aliáſve, quæ vlterius adduci poſſent contra hæredem grauatum ſaltem, qui ad exilium, & quidem temporale, quemadmodum dictum eſt, condemnatus fuit, cùm in condemnatione ad exilium perpetuum præſertim in reſortitione ſupremæ Curiæ Tholoſanæ regulariter confiſcatio bonorum comprehendatur, ſaluis detractionibus ſolitis, quæque argumento eorum, quæ modò diximus, facere poteſt, vt mors ciuilis eundem cum naturali effectum habeat. 8

Cuius rei occaſione notandum eſt † 5
in omnibus prædictis caſibus condemnationis oppoſitionem admodum vtilem & veluti neceſſariam eſſe ſubſtitutis, nempe vt in caſu priori & principali iis adiudicentur bona, in quibus fuerunt ſubſtituti: 9 in altero verò & poſteriori futura iura conſeruentur, ne ſubſtitutionis die cedente, ſubſtituti aduerſus licitatores agentes, ſubmoueantur, addictionis fundorum perpetua exceptione oppoſita, quemadmodum idem auctor optimè conſuluit iis, qui eiuſmodi lites & cauſſas haberent. 10 Deinde nos idem magni conſilij arreſtum ab alio erudito Aduocato Pariſienſi referri legimus, ciúſque rationes examinari, tam pro ſubſtituto, quàm pro Procuratore generali Regis, in dicto magno conſilio, quem ille ſimul partem litigantem facit, (nempe in cauſa principali, quemadmodum veroſimile eſt, cum alias alter prædictus auctor eius, ſaltem mentionem faciat quoad executionem prædicti arreſti,) & quoad reliqua appoſitè admodum & eruditè pro more ſuo prædictam ſententiam exponat. 11

DECIS.

ADDITIONES.

3 Anton. Capic. *deciſ. Neapolitan.* 135. *num.* 3. ex Imola *in leg.* 2. *de publ. iud.* 4 *l. ſi quis filio*, §. *irritum, de iniuſt. rupt. irrit. teſtament. l. res tuas*, *Codic. de donat. inter virum & vxor.* 5 *l. actione*, §. *publicatione*, *pro ſoc. l. Imperator*, *de fideicommiſſ. libert.* 6 *libro octauo reſponſ. capite quinquageſimo.* 7 *libro tertio de moribus Pariſ. titulo quarto, numero ſeptimo* 8 Ioann. Fab. *in l. ſi eo tempore, C. de remiſſ. pign.* Ægid. Magiſter, *lib. deciſ. cap.* 32. *tract. de ſubhaſt.* 9 *leg. antepenultim.* §. *vltimo de iure fiſc. leg. ex facto*, §. *ſi quis rogatus*, *ad Trebellian.* 10 *libro tertio de morib. Pariſ. tit.* 4. *nu.* 7. 11 Annæ. Robert. *lib.* 4. *rer. iudic. c.* 16.

DECISIO LXXXII.

Argvmentvm.

Fideicommiſſum prætendi nequit à filiis ab inteſtato decedentis, qui ab auunculo hæres ita inſtitutus fuerat, vt aliquando hæredes, quos ſcripturus eſſet, nomen ſuum ferre iuberet.

Svmmaria.

1 *Inſtitutio hæredis vniuerſalis ea lege facta, vt aliquando hæres extrema ſua ordinans hæredes, quos inſtituturus ſit, grauare debeat, vt nomen ſuum ferant, nullum fideicommiſſum inducit in fauorem hæredis inſtituti filiorum, aut cuiuſdam ex iis.*

2 *Rationes, quæ pro filiis militare videntur.*

3 *Rationes contrariæ, quæ contra filios faciunt.*

4 *Iuxta poſteriores pronuntiatum fuit.*

1 Svprà diximus, † liberos in conditione poſitos, & deinde ſuis aut aliis reſtituere grauatos propter impoſitum hoc onus vocatos ſicque in diſpoſitione eſſe cenſeri, argumento eorum, quæ ibidem allegauimus, cùm nouum non ſit, vt ex onere iniuncto poſitis in conditione, iiſdem collatus honos ſubſtitutionis colligatur, quemadmodum Bartolus eleganter admodum docuit.

2 Cùm itaque ciuis quidam ex tractu de Quercy nullos ex legitimo matrimonio liberos habens hæredem vniuerſalẽ quendam ex ſorore germana nepotem ſuum inſtituiſſet ea lege, ſi aliquãdo moriturus extrema ſua ordinaret, vt hæredes, quos inſtituturus eſſet, grauaret, iiſque iniungeret, vt nomen ſuum ferrent: euenit, poſtquam nepos hæres inſtitutus, vigore teſtamenti illius hæreditatem auunculi admodum amplam acquiſiuiſſet, inteſtatus decederet relictis pluribus liberis, tam maſculis quàm fœminis. Maſculi ergo prætenderunt ſibi, vtpote, qui ſoli nomen illud ferre poſſent, omnia auunculi magni bona, quæ defunctus eorum pater accepiſſet, deberi, cùm pater eorum ſub tali conditione inſtitutus fuerit, quæ fideicommiſſum arguat, cui ipſi ſatisfacturi ſint, & propterea fideicommiſſi caſum in eorum fauorem eueniſſe declarari petierunt. At fœminæ excipiebant, nullam in fauorem maſculorum illorum aliorúmve patris ſucceſſorum prædicti oneris adiectione fideicommiſſum inductum fuiſſe.

Verùm econtrà maſculi † replicabant, ab eorum auunculo magno liberam quidem defuncto patri facultatem relictam fuiſſe, vt in bonis controuerſis hæredem, quem vellet, inſtituere poſſet: nihilominus tamen hoc onus adiectum eſſe, vt hæredes inſtituti nomen ſuum ferrent, cuius oneris contemplatione ſucceſſores patris ab auunculo magno inſtituti hæredis vocati & patri ſubſtituti videantur, & quidem ij ſaltem, qui ad ferendum nomen habiles & capaces ſint, 2 quales conſtet, ſolos maſculos, non verò fœminas eſſe, cùm perinde hîc ſit, ac ſi eorum auunculus magnus teſtator hæredem inſtitutum patrem ita grauaſſet, vt id, quod ad ſe ex bonis ſuis perueniſſet, peruenire faceret ad filios ſuos maſculos, eoſdémque ſolos capaces ſui nominis ferendi, quę conditio ferendi nominis inſtitutioni, qua pater inſtitutus fuit, adiecta videatur, vtpote cui cohæreat, aut ſaltem ab ea dependeat, ſicque in effectu huc ſpectet illud, quo alibi ex ſimilibus ferè verbis Iuriſconſultus in fauorem liberorũ maſculorum fideicommiſſum collegit, 3 nec non id quod itidem ICtus *quodam in loco* ad inducendum fideicommiſſum ſufficere exiſtimauit, 4 ſi præſertim conſideretur, conditionem ferendi nominis & inſignia, honeſtam admodum & fauorabilem eſſe familiis antiquis & celebrioribus, 5 vt ideò teſtator exemplum antiquorum Romanorum & Baſilij illius imitari voluerit, qui, teſte Cicerone, 6 M. Satirium ſororis filium nomen ſuum ferre iuſſit, eúmque fecit hæredem.

3 Ad hæc autem † fundamenta fratrum ſorores reſpondebant, quòd earum pater liberam de prædicta hæreditate diſponendi facultatem habuerit, neque eius fideicommiſerit, aut eum cogere voluerit teſtator, vt inter liberos ſuos, quos natura æquales eſſe voluit, inæqualitatem induceret, ſed potius liberam facultatem conceſſerit, vt hæreditatem ſuam iuxta paternum iudicium liberis ſuis liberè, & quemadmodum ei maximè

Additiones.

1 *In l. centurio, de vulgar.* 2 *argumen. l. Titia Seio, §. Seia, de legat. 2.* 3 *l. epiſtolam, §. mulier, verb. rogo te, ad Trebell.* 4 *in l. Lucius, §. vlt. ibi, peto, vti velis, de legat. 3.* 5 *l. facta, §. ſi verò nominis ferendi, ad Trebell.* 6 *lib. 3. offic.*

ximè æquum & commodum videretur, relinqueret, cùm hoc verba in teſtamento auunculi magni poſita ſatis arguant, qui modeſtè veritus fuerit, hæredi ſuo tales præſcribere ſucceſſores., qui ei fortè minus placerent, 17 præſertim cùm fideicommiſſum aut alia ſubſtitutio haud præſumatur, niſi de teſtatoris voluntate euidentèr appareat.

4 Cúmque de hac re prædictæ † partes coram Seneſcallo de Quercy au ſiege de Martel, per Procuratores ſuos litigaſſent, & tandem in arbitros, qui hanc controuerſiam dirimerent, compromiſiſſent, eóque nomine præcipuos officiarios de Limoges & Briue: atque nos etiam elegiſſent, omnéſque ij in domo noſtra à Sainct Cere conueniſſent: auditis tam ipſis partibus, quam earum Aduocatis pronuntiauimus, nullum in teſtamẽto illo fideicommiſſum contineri: & prętertea litigatores in ęquales partes inter ſe diuidere debere tam hæreditatem defuncti auunculi magni, quàm alia bona defuncti patris, quorum ipſe tempore obitus ſui dominus & poſſeſſor fuerit, collatis & imputatis iis quæ de iure conferenda & imputanda eſſent. In quo laudo partes vtrimque acquieuerunt, & ſtatim coram Notario & teſtibus in noſtra præſentia ſolemnem tranſactionem conſcribi curarunt. Quod cùm factum fuiſſet, prędictorum maſculorum actores & ſollicitatores multa nobis conſilia à celebrioribus ſupremæ Curiæ tam Tholoſanæ, quàm Burdigalenſis aduocatis conſcripta monſtrabant, ex quibus patebat, maiorem illorum partem contra illud, quod maſculi prætenderant, & iuxta laudum noſtrum reſpondiſſe. Deinde etiam legimus & deprehendimus conforme arreſtum ſupremæ Curiæ Pariſienſis exſtare. quod in pronuntiatione ſolemni circa feſtum Paſchæ XVI. Aprilis anno M. D. LXXXV. quoad appellationem à ſententia Seneſcalli Lugdunenſis interpoſitam pro filiabus contra maſculos, quemadmodum dictum eſt, prolatum fuit, quod refert eiúſque rationes expendit Dn. Choppinus, 8 à quo maiorem adductorum fundamentorum partem mutuati fuimus, vt illa in vſum publicum hîc adhiberemus, cùm illud arreſtum tanquam notatu admodum dignum minimè omittere voluerimus, multóque minus obliuiſci, vt honorem debitum redderemus ei, qui arreſtum illud retulit, in commentariis ſuis publicis, pro quibus poſteritas grata erit, quemadmodum & alteri celeberrimo Aduocato Dn. Roberto, qui ſimiliter pro more ſuo arreſti illius rationes eruditè in vtramque partem examinat, illúdque à Dn. Præſide Briſſonio inter partes, quas nominat, pronuntiatum fuiſſe teſtatur. 9

ADDITIONES.

7 arg. l. in bello, § medio tempore, de capt. & poſtlim. reuerſ. l. apud Iulianum, § ſcio, de legat. 1. 8 lib. 9. de leg. And. tit. 4. num. 17. & 18. 9 lib. 4. rer. iudic. c. 4. in 1. part.

DECISIO LXXXIII.

ARGVMENTVM.

Conditio, ſi ſine liberis, tacitè ſubintelligitur in ſubſtitutione, quam teſtator deſcendentibus ſuis in recta linea non verò quam propinquis ſibi in linea collaterali coniunctis fecit.

SVMMARIA.

1 *Conſtitutio Imperatoris Iuſtiniani reſponſum Papiniani cum maxima auctoris commendatione confirmans ad lineam collateralem non pertinet.*

EADEM materia † prædictæ conditionis, de qua in præcedentibus deciſionibus egimus, facit vt antequam ab ea planè recedamus, nobis hîc in memoriam reuocemus conſtitutionem D. Iuſtiniani, 1 1 qua præmiſſo maximo auctoris elogio comprobauit reſponſum Papiniani, 2 cui placuit, ſi pater filium hæredem inſtituat, cúmque poſt obitum hæreditatem alteri reſtituere grauet, hoc intelligendum eſſe, *Si filius & heres nullis relictis liberis deceſſerit*, non verò aliter, etiamſi nulla liberorum mentio facta fuerit. Quæ interpretatio adeò Imperatori arriſit, vt non modò eam minimè limitandam & reſtringendam, ſed etiam ampliandam & extendendam

ADITIONES.

1 in l. cùm acutiſſimi, Codic. de fideicommiſſ. 2 l. cum auus, de condit. & demonſtrat.

dam eſſe duxerit, de patre ad auum aut alios aſcendentes in fauorem filiorum, filiarum, nepotum, neptium & reliquæ: deinceps poſteritatis, cùm exiſtimaret, ſuppletionem hanc admodum neceſſariam eſſe, ne fortè teſtator pro crudeli & inhumano haberetur, dum proprios & naturales ſuos ſucceſſores repellens extraneos admitteret. Imò Iuſtiniano aut potius eius Triboniano prædicta interpretatio tam grata fuit, vt ampliationem vllam in alia conſtitutione 3 repetierit, eáque denuò confirmata, nouam hanc addiderit, quod humanitatis intuitu idem dicendum ſit, ſi quis naturales filios habuerit, & partem eis reliquerit vel dederit, vſque ad modum, qui conſtitutionibus Imperialibus definitus eſt, & ſubſtitutioni eos ſubiugauerit nulla liberorum eorum mentione facta, nempe vt & hîc intelligatur euaneſcere ſubſtitutio, ſi inſtituti liberos reliquerint. Ex quibus ſatis colligi poſſe videtur, quod reſponſum illud Vlpiani minimè limitandum & reſtringendum, ſed potius ampliandum ſit, cùm conſtitutio per ſe ſatis loquatur. Et quoad vtramque hanc conſtitutionem, nec non quæ ex illis dependent, Dd. admodum laborarunt, cùm nonnulli ampliationes & extenſiones, alij verò limitationes & reſtrictiones adduxerint. Hiſque DD. traditis ex parte etiam nitebitur celebris illa controuerſia hæredum & ſucceſſorum domus de Monpeyroux definita arreſto prædictæ Curiæ anno M. D. LI. ad relationem defuncti Domini d'Affis, qui poſtea ob merita ſua primarius præſes effectus fuit, & deinde ad noſtram relationem ratione executionis arreſti & diplomatis in forma ſupplicationis ciuilis contra illud arreſtum ab alterutro litigatorum impetrati in Camera maiori anno M.D.XCIV. inter Annam du Puy & Tholoſanum contra hæredes & ſucceſſores dicti Monpeyroux: Conuertebatur enim an prædictæ conſtitutiones etiam in linea collaterali procedere & locum habere poſſent: veluti, ſi teſtator fratrem ſuum hæredem ſcribens eidem poſt obitum ſuum alium ſubſtituerit, an in tali ſubſtitutione ſubintelligenda eſſet conditio, Si ſine liberis: Et propterea ſi hæres inſtitutus liberos relinquat, ſubſtitutus nihil petere aut prætēdere poſſet? Et quidem prædicta Curia inter memoratas partes præiudicauit allegatas & ſimiles conſtitutiones ad ſolos teſtatores aſcendentes, atque in fauorem ab iis deſcendentium, de quibus nominatim & expreſsè loquūtur, referendas eſſe, haud attēto eo, qđ quidam ex DD. noſtris in contrarium adducere voluit. 4 Vnde etiam liquet, quàm vana ſit opinio quorundam recentiorum, qui exiſtimarunt, conſtitutiones illas locum quoque habere, ſi ab amico amicus intimus inſtituatur, cùm & hîc ex numero liberorum teſtatoris eſſe cenſeatur, quemadmodum ex gloſſa Accurſij 5 & aliorum coniecturis euincere conati fuerunt. 6 Omnia enim hęc nimis infirma ſunt, neque conquiſitis illis munimentis ſatis fulciuntur. Quod tandem quidam ex iis ipſimet etiam deprehendentes 7 vanitate illa relicta veriori & communiori interpretum opinioni adſtipulari maluerunt, quæ etiam à quodam ex recentioribus plenius exponitur. 8

ADDITIONES.

3 *l. generaliter, §. cùm autem, C. de inſtit. & ſubſtit.* 4 Barbatias *in d. l. cùm acutiſſimi, & conſ. 18. in 2. part.* 5 *in l. 2. C in quibus cauſ. colon. cenſ. dom. acc. poſſ.* Guilhem. Benedict. *in cap. Raynutius, ſuper verb. abſque liberis, 1. num. 3. 4. 5. 6. extr. de teſtamen.* 6 Anton. Fab. Sebuſ. *coniect. 7. cap.* 14. 7 Idem Faber *error. pragmatic. li.* 10. *decad.* 10. 8 Ranchin. *part.* 5. *concluſ.* 206. Illud hîc non incommodè quæri poſſet, ſi liberos quis habens, cuilibet eorum legitimam inſtitutionis titulo relinquat, vxorémque hæredem vniuerſalem ſcribens eidem, prædicto modo ſubſtituat, an diſpoſitio conſtitutionum illarum eo caſu locum habere debeat? Et quidem affirmatiuè reſpondendum eſſe mihi omnino videtur, propter rationem in illis expreſſam, licèt quoad liberos ex alio deinde marito procreatos ob ſecundarum nuptiarum odium carúmque pœnas in ſuperioribus liberis expoſitas, aliud dicendum ſit A.D.

DECISIO LXXXIV.

ARGVMENTVM.

Fauor pauperum haud impedit, quò minus prædicta conditio in ſubſtitutione deſcendentibus facta ſubintelligatur.

SVMMARIA.

1 *Ob fauorem pauperum vel alterius cauſa pia nullum priuilegium hoc in caſu contra*

contra prædictos liberos prætendi poteſt.

2 *Verba finalia allegata conſtitutionis poſterioris intelligenda ſaltem ſunt de legatariis & hæredibus particularibus grauatis, quibus nihil aliud, quàm legata illa & fideicommiſſa ſpecialia relicta fuerunt.*

EX eodem quoque fonte promanauit illud, quod alij ex DD. noſtris tradiderũt, 1 ſi
1 pauperes † in hypotheſi prædictarum conſtitutionum ſubſtituti ſint, ſubſtitutionis caſum euenire, etiamſi hæres grauatus liberos habeat, eo quòd in fauorem pauperum & aliarum cauſarum piarum conſtitutiones illæ & ſuppletiones in eiuſmodi caſu locum non habeant neque attendantur. Suprema tamen Curia Pariſienſis contrarium arreſto ſuo menſe Nouembri anno M.D.LXIII. contra Xenodochium magnum Lugdunenſe ſubſtitutum pronunciauit, ſicq́ ſecuta fuit opinionem Baldi, eiúſque aſſeclarum, qui fauorem pauperum & cauſæ piæ eo haud extendi poſſe autumant, vt priuilegium adeò exorbitans & extrordinarium operetur, quemadmodum rectè Ioannes Papon teſtatur. 2 Sic quoque contra cauſam piam, quantumuis fauorabilem, in fauorem liberorum inſtitutorum & prædicto modo grauatorum ſæpius à ſuprema Curia Tholoſana iudicatum fuit: & quidem in cauſis æqualis, aut etiam maioris mo-
2 menti & ponderis. Quorum † præiudiciorum cauſas & rationes ſuperius expoſuimus, atque huc, ne idem ingeminare nos oporteat, repeti volumus, hoc ſaltem quoad continuationem diſſertationis, in qua verſamur, adiicientes: illud, quod in poſteriori conſtitutione dicitur, prædicta in legatis & fideicommiſſis ſpecialibus quoque locum habere: intelligendum eſſe de iis, quibus nihil aliud quàm legata & fideicommiſſa ſpecialia relicta fuerunt, non verò de hæredibus vniuerſalibus, quibus vltra ius inſtitutionis vniuerſalis res quædam particularis præcipui ſeu prælegati titulo relicta fuit, vt eam poſt obitum alteri reſtituere deberet, neque etiam de iis, qui heredes quidem vniuerſales, ſimpliciter & ſine ſubſtitutione ſcripti, ſed rem quandam hereditariam particularem: veluti certum fundum aut prædium decedentes reſtituere iuſſi fuerunt. Ij enim, ſiue liberos habeant, ſiue non habeant, teſtatoris præcepto parere tenentur. Atque ſic à prædicta Curia in ſecunda claſſe inquiſitoriali ad relationem Domini Lucij menſe Martio anno M.D. LXXIV. in cauſa appellationis quorundam ciuium de Monfaucon en Velay iudicatum fuit, & quidẽ iuxta illud, quod Dn. Guilhelmus Benedict. eiuſdem Curiæ quondam Senator *in repetit. ſua d. cap. Raynutius* notauit. 3

ADDITIONES.

1 *Iaſ. in l. licet, C. de pact.* 2 *lib. 9. part. 1. notar. cap de fideicommiſſ. ſubſtit.* 3 *vbi ſupra in deciſ. præced. nu. 15.*

DECISIO LXXXV.

ARGVMENTVM.

Conditio, ſi ſine liberis, ita demum in ſubſtitutione tacitè ſubintelligitur, ſi heres poſt mortem ſuam reſtituere grauatus fuerit, neque ſubſtitutus ex numero deſcendẽtium in recta linea teſtatoris ſit.

SVMMARIA.

1 *Prædictæ conſtitutiones locum non habent, quando heres ſimpliciter & ſine vlla conditione, aut ad certam diem, ſed viuus adhuc reſtituere iuſſus fuit, cùm ſaltem procedant in fideicommiſſis poſt obitum deſcendentium heredũ inſtitutorum relictis.*

2 *Idem quoque dicendum eſt, quoad fideicõmiſſa ad diem certam relicta, quæ conditionem non facit, neque in fauorem hæredis grauati, ſed potius fideicommiſſarij ſubſtituti adiecta fuit.*

3 *Tres circumſtantiæ requiruntur, vt heres fiduciarius, & quaſi depoſitarius hereditatis eſſe cenſeatur.*

4 *Præiudicium ſupremæ Curiæ Tholoſanæ in Camera edictali prolatum.*

VT leges & conſtitutiones † ciuiles ad 1
certum & ſobrium vſum redactæ extra ſenſum & intentionem diſponentium minus vagari videantur, illarum terminos, in quibus conceptæ fuerunt, probè conſiderari, & deinde terminorum virtutem ac ſignificationem ſeu potius effectum examinari, atque ad illos referri oportet illud, de quo quæritur, ne fortè contra intentionem auctorum, qui eiuſmodi conſtitutiones promulgarunt, aut etiam contra verum earum finem illas extendamus, ſeu conſequentiam ex iis ducamus. Quare † ſi 2
quæſtio ſit de fideicommiſſo, quo inſtitutus hereditatem non demum poſt obitum ſuum, ſed ſtatim & ſine vlla conditione, aut etiam ad certum diem viuus adhuc, reſti-

tuere grauatus fuit, prædictæ conſtitutiones, quæ de fideicommiſſo pòſt obitum hæredis demum reſtituendo loquũtur, haud locum habent, neque ex illis ſuppletio illa in fauorem poſteritatis ad memoratos caſus referri poteſt. Nam in prioribus illis caſibus, quando hereditas ſtatim vel ad certum diem ab hærede viuo adhuc reſtitui debet, pater teſtator ſatis apertè innuit, quod magis dilexerit ſubſtitutum, quem filio ſuo viuo, & per conſequens poſteritati ſuæ prætulit. 1 At in caſu ſecundo & poſteriori, quo heredes deſcendentes poſt obitum demum reſtituere hereditatem iuſſi fuerunt, præſumitur, atque à prædictis conſtitutionibus ſuppletur, quod quemadmodum teſtator magis dilexit deſcendentes ſuos heredes inſtitutos in eorum vita: ita quoque eo ſolo caſu eorum poſteritatem dilexerit, ne propriis ſuis liberis extraneos prætuliſſe videatur, vt ideò ſuadente æquitate plus à teſtatore dictum & minus ſcriptum cenſeatur.

Quæ tamen præſumptio haud adeò valida eſt, quin ab aliis firmioribus & fortioribus rectè elidi queat, quales ſunt prædicto in caſu, ſi inſtituti adhuc viui hæreditatem ad certum diem reſtituere iuſſi fuerint. 2 Idem quoque omnino dici debet de fideicommiſſo relicto ad certum diem, qui conditionem non facit, veluti quando adiectus fuit in fauorem & gratiam, non quidem heredis grauati, ſed ipſius fideicommiſſarij ſubſtituti. Quod quidem apparebit & legitimè æſtimabitur (tam quoad reſtitutionem fructuum, quàm quoad impediendam fideicommiſſi caducitatem, ſi fideicommiſſarius ante adiecti diei aduentum decedat, 3 ex qualitate ſubſtituti, nempe ſi is teſtatoris filius, atque ab eo matris vel etiam alterius propinqui aut amici tutelæ commendatus, & eiuſmodi tutor integram hæreditatem, nullo retento ad certum diem reſtituere grauatus ſit. Hæ † enim tres circumſtantiæ requiruntur, vt inſtitutus ſaltem heres fiduciarius & quaſi depoſitarius hereditatis, in qua inſtitutus fuit, eſſe cenſeatur in fauorem eius, cui reſtituere grauatus fuit, propter rationes, quæ *in allegatis textibus* habentur. Quare cùm pater quidam teſtator vnicum ſaltem ex vxore iam prædefuncta filium ſuperſtitem habens in teſtamento ſuo fratri germano certa quædam bona prælegaſſet, cúmque heredem vniuerſalem ſcripſiſſet, ſub ea tamen conditione, vt poſt obitum ſuum prædicto filio vniuerſam hereditatem, exceptis prælegatis, de quibus liberam diſponendi facultatem ei dederat, reſtituere, atque interim filium, quem ei commendabat, ex fructibus bonorum illorum alere deberet: euenit, poſtquam teſtatore mortuo, eius frater heres inſtitutus extrema ſua ordinans teſtamentum, & ipſe condidiſſet, atque in eo proprium ſuum filium heredem ſcripſiſſet, & multa legata reliquiſſet, vt filius primi teſtatoris in maiore ætate iam conſtitutus heredem patrui ſui conueniret, vt rationes redderet, & reliquam præſtaret adminiſtrationis, quàm defunctum patruum in bonis à patre relictis habuiſſe dicebat, exceptis tamen iis, quæ patruo prælegata fuerant, in quibus ſe nihil iuris prætendere declarabat, eáque ſufficere debere dicebat pro compenſatione laboris in adminiſtratione relictorum patris bonorum, à patruo impenſi, quem pater veluti heredem fiduciarium fecerit, & cui nullum aliud ius ex teſtamento paterno acquiſitum fuerit, cùm pater eius tutelã magis patruo tanquam heredi fiduciario permiſiſſe, quàm incertam diem fideicõmiſſi conſtituiſſe videretur, atque ex verbis fideicõmiſſi, per quæ ſubſtitutus patruo commendatus fuerat, euidenter appareret, patruum ideò inſtitutum à patre fuiſſe, vt prædicta adminiſtratio non tutoribus, ſed neceſſitudini committeretur, & propterea etiam patruus fundum retinere iuſſus fuerit: 4 ſicque heres euitare nequeat reſtitutionem fructuum, quos poſt obitum patris teſtatoris ex bonis illis perceperit, ſiue quòd fundum ei pater tantùm prælegauerat, ſiue ꝓ lubrico tutelæ fideicommiſſi remedium pater prætulerat. 5 At hæres dicti patrui excipiebat, quòd ille haud defuncti patris actoris hæres fiduciarius ad eum finem dici queat, vt priuandus ſit iure, vigore teſtamenti illius acquiſito. Quamuis enim ille teſtatoris frater germanus & fideicommiſſo in fauorem actoris grauatus fuerit: tamen huic fideicommiſſo certam diem haud adiectam, neque illud ad vniuerſam hæreditatem relatum fuiſſe, vtpote prælegatis à reſtitutione nomi-

ADDITIONES.

1 Bart. *in d. l. cùm auus*, gl. *in d. l. cùm acutiſſimi*, & ibi Salic. & Bart. refert & ſequitur Guil. Benedict. *in d. c. Raynutius, ſuper verb ſi abſque liberis*, 1. *nu* 11. 2 Alciat. *reg 1. præſump. 9. præſ.* 3 *in l. fideicõmiſſi, §. cùm Pollidius, de vſur. l. ſi ita relictum, §. Pegaſus, de legat.* 1. *l. Seius Saturninus, ad Trebell* 4 *d. l. Seius Saturninus, in fi.* 5 *d. §. cùm Pollidius.*

nominatim exceptis. Quare is ſe abſolui petebat quæſtionem hanc extra terminos iuris ab actore prætenſos verſari dicens, cùm tãtùm abſit, vt ipſe defuncti nomine de fructibus ex prædictis bonis ab ipſo viuo, tanquam herede perceptis rationem reddere, & reliquam præſtare teneatur, vt potius illius loco quartam ex bonis reſtitutioni ſubiectis detrahere poſſit, ad quam detractionem etiam concludebat, niſi prædicti fructus, & bona prælegata in quartam imputanda eſſent. Hanc itaque litem Seneſcallus de Beaucaire, coram quo agitabatur, ſententia ſua ita definiit, vt hæredem dicti patrui à petitione actoris à patre ſubſtituti, quoad rationum redditionem de perceptis fructibus, & reliquæ præſtationem abſolueret, atque actorem in vniuerſis & ſingulis bonis patris ſui, quæ is tempore obitus ſui poſſederat, & quæ ad patruum inſtitutum vigore teſtamenti peruenerant, cum ſolitis iuris oneribus, & ſine detractione quartæ ſeruaret, & inſuper litigantes foro & lite cõpenſatis expenſis eximeret. A qua ſententia actor ad Curiam prouocauit, ex qua ob qualitatem litigantium, cauſa ad Cameram edictalem, quæ tum in inſula d'Albigeois ſedebat, & cui nos etiam, vigore mandati, intereramus, euocata; ad relationem defuncti Domini de la Myeuſſens, menſe Iulio anno M.D.LXXXV. prior ſententia confirmata fuit. Etſi enim ab initio haud leuis ea de re difficultas exiſtebat: tamen ea tandem reſoluta, idque potiſſimum conſideratum fuit, quòd in hypotheſi hac patruus ſiue teſtatoris frater ab eo grauatus fuerat, non vſque ad certam ætatem, ſed vſque ad mortem ſuam: ſicque non hîc militent textus iuris, ex quibus appellans fundamenta ſua petebat: atque præterea teſtator in teſtamento ſuo fratrem ſuum inſtitutum hæredem non in tota hæreditate grauarit, ſed bona prælegata exceperit, quæ tanquam ſolitum iuris onus, iuxta ſententiam Seneſcalli detrahi deberent, quemadmodum etiam vtraque pars litigans in ipſa appellationis concluſione in eo conſentiebat: vt propterea quoque Curia vlteriori declaratione aut reformatione, quoad bona prælegata vti noluerit. Præterea etiam conſtabat, hæredem illum patruum à teſtatore grauatum fuiſſe, vt eius filium aleret, quemadmodum fecerat: ſicque impenderat, non modò tertiam fructuum partem, quæ legitimæ fructibus reſpondere poterat, ſed etiam eorum reſiduum, & præterea bona legitimè conſeruarat, omniáque grata officia præſtiterat, prout etiam ab actore haud negabatur, qui nullam ea de re querelam mouere poterat. Atque hoc in arreſto † prædicta Camera ſecuta fuit opinionem DD. tam antiquorum quàm recentiorum, qui de hoc articulo ſcripſerunt, & cùm exiſtimaret, iniquum & inhumanum eſſe, vt eiuſmodi in caſu exactè in voluntatem alterius, ſeu prædicti patris inquireretur, argumento eius, quod quidam ex antiquis notauit, & ſupra à nobis relatum fuit. 4

ADDITIO.

6 Paul.Caſtr. *in dict. l. Seius Saturninus.*

DECISIO LXXXVI.

ARGVMENTVM.

Reſtitutiones fideicommiſſi vſque ad quartum gradum conſiſtunt.

SVMMARIA.

1 *Per ordinationes regias ſubſtitutiones ſaltem ad duos gradus, excluſo inſtitutionis gradu, reſtringentes, & deinde vſque ad quartum extendentes, ſubſtitutiones, quarum caſus nondum euenerat, diſpoſitioni iuris communis relictæ fuerunt.*

2 *Gradus ſubſtitutionis in regia ordinatione expreſſi, ſecundũ capita perſonarũ in ſubſtitutione comprehenſarum computantur.*

3 *Suprema tamen Curia Tholoſana non obſtantibus regiis conſtitutionibus interdum gradum quarto vlteriorem in fauorem deſcendentium attendere ſolet.*

4 *Libertates Prouinciæ iuris ſcripti violãdæ non ſunt.*

NOVELLA D. Iuſtiniani † conſtitutio CLIX. à quibuſdam ita inſcribitur, 1
1 vt reſtitutiones fideicommiſſi vſque ad quartum gradum conſiſtant. Quæ inſcriptio vera & ſincera declaratio eſt ſubiecti, quod ſub illa conſtitutione comprehenditur, ex qua apparet, ſubſtitutiones fideicommiſſarias, & prohibitionem alienandi, non poſſe vlterius prorogari neque extendi, quàm vſque ad quartum gradum. Hancque conſtitutionem defunctus Rex Carolus IX. in comitiis Aurelianenſibus anno M.D.LX. interpretans ordinauit, vt in poſterum intra ſubditos ſuos ſubſtitutiones vltra duos gradus (gradu inſtitutionis excluſo) non admit-

ADDITIO.

1 à Balduino.

admitteretur, ſicque vnum gradum ſuſtulit,
cùm in prædicta conſtitutione quatuor,
connumerato inſtitutionis gradu, permitte-
rentur. Deinde alia conſtitutione Molineis
promulgata, cùm in priori nihil dictũ fuiſ-
ſet de ſubſtitutionibus antea factis, & qua-
rum caſus nondum euenerant, hoc additum
fuit, quod ſubſtitutiones ſub quibuſcunque
etiam perpetuitatis terminis ſcriptæ & con-
ceptæ eſſent, reſtringi deberent vſque ad
quartum gradum vltra inſtitutionem, atque
illæ, quarum caſus nondum eueniſſent, di-
ſpoſitioni iuris communis relinqui debe-
rent. Qua occaſione partes remitteban-
tur ad dubium antiquum de terminis, qui-
bus ſubſtitutio concepta erat, vtrum ij o-
mnes perpetuitatem inferrent, necne: 2 I-
mò per poſteriorem hanc ordinationem in
dubium reuocatum eſſe videbatur, vtrum
2 conſtitutio Iuſtiniani in Francia † obſer-
uanda ſit, necne, atque vlterius, quoad inter-
pretationem graduum, quorum in ordina-
tionibus illis mentio ſit, eorúmve compu-
tationem, vtrum ea iuxta ſtirpes generatio-
nis & familiarum, an verò ſecundùm capita
perſonarum fieri debeat? Nonnullis enim
viſum fuit, gradus computandos eſſe iuxta
ſtirpes generationum & familiarum, quod
eſt, veluti dictum fuit, κατὰ τὰς γενεάς. 3 Ve-
rùm alij exiſtimarunt, in fideicommiſſis
gradus & ordines continuos à teſtatore fa-
ctos ſpectandos eſſe, cùm teſtatoris volun-
tas certæ & indubitatæ legis loco eſſe, ne-
que vllo modo infringi debeat. 4 At-
que hi pro confirmatione ſententiæ ſuę ra-
tiones, & auctoritates & ſupremarum Cu-
riarum regni huius præiudicia adducunt. In
Francia enim tum propter allegatas ordi-
nationes, tum propter arreſta ſupremæ Pa-
riſienſis, & magni Conſilij, gradus ſubſtitu-
tionis iuxta capita perſonarum in eadem
comprehenſarum computandos eſſe vide-
tur, cùm perſona adiecta perſonæ gradum
conſtituat, quemadmodum celebris ille Ad-
3 uocatus Choppinus, mentionem huius rei
faciens, argumentatur. 5 Verùm † Curia
noſtra Tholoſana hoc, quantumuis plauſibi-
le haud attendere ſolet, quæ etiam quoad
hunc caſum prædictas ordinationes non re-
cepit. Sed iis non obſtantibus, ſubſtitutionis
gradus etiam quartum excedentes, appro-
bare conſueuit, præſertim in fauorem de-
ſcendentium in recta linea, quod in linea di-
recta vſu receptum eſſe in Inſubria & Gal-
lia, quæ iure ſcripto regitur, Molinæus ali-
cubi teſtatur, vbi clarè de mente & verbis
conſtat. 6 Quamuis autem auctor ille
eodem in loco, 7 exiſtimet, hoc à teſtato-
ris prouidentia dependere, eiúſque deſi-
derium eſſe, vt velit bona ſua per tempus a-
liquod in manibus ſuorum remanere: ta-
men eidem haud conuenit, perpetuum
quendam ſtatum expetere & ſtabilire, cùm
in Deum ipſum & naturæ reuolutiones gi-
ganteo more contendant, qui ſeipſos vel
nomen ſuum in perpetuum victuros ſta-
tuunt, vt fecit Nimrodus de turre Babel,
contra legem diuinam, 8 quæ prohibet,
vt noſtra nomina adſcribamus in terris,
ſed potius in cœlis æternitatem ſpectemus,
non vt noſtram memoriam æternitati con-
ſecratam putemus. Idque etiam præcipui
fundamenti loco eſſe poteſt, quo Iuſtinia-
nea illa conſtitutio, atque leges & de-
creta nituntur, quæ conſanguinitatem ex-
tẽdi prohibent vltra certum gradum, nem-
pe ſeptimum. 9

Atque hac in re Curia noſtra iudicare &
pronunciare ſolet, iuxta illud, quod iure
ſcripto deciſum & definitum eſt, neque con-
tra eius diſpoſitionem, iuxta prædictas or-
dinationes: atque in earum hypotheſibus
vnquam illam iudicaſſe meminimus, quam-
uis illas ſæpius litigantes pro implenda in- 4
tentione ſua allegarint. Curia † enim
tales allegationes haud attendere conſue-
uit, ne in prouincia iuriis ſcripti, cuius illa
protectrix eſt, & à quo prouincia nomen
habet, illud, quod & in more prouinciæ,
& in legibus poſitum eſt, vt quoties fieri po-
tuerit, defunctorum teſtamento ſtetur, 10
violari poſſet, vna cum libertatibus & pri-
uilegiis Prouinciæ, quæ inter alia etiam in
eo conſiſtunt, quod ſolo iure ſcripto regi
& gubernari debeat. Et certè ſi vnquam
in vllo loco aut prouincia publicæ vtilitatis
cauſa commodum viſum fuit, vt ſuprema
hominum iudicia exitum haberent: il-
lud in Prouincia & reſortitione dictæ Curię
erit, in qua ſemper in publicis actis nihil fuit
grauius, in priuatis teſtamentum fortiſſi-
mum. Idque ſub finem deciſionis huius no-
tare voluimus, cùm à quibuſdam, vt eos
hac de re certiores redderemus, rogati fue-
rimus.

Additiones.

2 Decius *conſil.* 321. & Paul. Pariſ. *conſil.*
39. *libr.* 3. 3 Andr. Sicul. *in dict. l. cùm acu-
tiſſimi.* & Iaſon *in l. finali, Cod. de hæred. inſtit.*
4 Molin. *conſil.* 1. *numer.* 46. *&* *conſil.* 51. *in
princ.* 5 *de moribus Pariſ. libr.* 2. *tit.* 4. *nu.*
15. 6 *conſil.* 51 *in princ.* 7 *Geneſ.* 10. *&*
11. 8 *l. non facilè, de grad. affin.* 9 Quin-
til. *declam.* 308. 10 Cicero *in Phi-
lipp.*

timus. Atque quod per tempus illud XXV. annorum, quo Senatoris munere in Curia functi fuimus, ita obſeruatum & iudicatum fuerit, verè teſtari poſſumus, non verò certò polliceri, quod & in poſterum ſemper ita iudicabitur, cùm tempus & & periodus infelicioris ſeculi rerum viciſſitudinem ſecum attrahere ſoleat. Quod etiam de aliis materiis, de quibus in hoc opere diſſeruimus, dictum volumus.

DECISIO LXXXVII.

ARGVMENTVM.

Legatario vſusfructus mortuo vſusfructus ad eos redit, apud quos proprietas eſt.

SVMMARIA.

1 *Hypotheſis Scæuolæ, quam antiquiores ab alio Iuriſconſulto correctam eſſe exiſtimant, iuxta placitum recentiorum & eruditiorum interpretum explicatur.*

2 *Diſtinctio multorum iuris interpretum adducitur, & breuiter explicatur.*

3 *Alia hypotheſis conueniens facto, quod à ſuprema curia Tholoſana iudicatū fuit.*

4 *Trebellianica non poteſt locum habere, quoad inſtitutionem in ſimplici vſufructu factam.*

5 *Prædicta hypotheſis præiudicata nullo modo referri poteſt ad Scæuolæ reſponſum.*

6 *Collatio ſaltem locum habet inter liberos eius, cuius hæreditas diuidi debet.*

7 *Eandem inter extraneos, collaterales & aſcendentes locum non habere indubitatum eſt.*

IVRISCONSVLTVS Scæuola, *quodam in loco digeſtorum ſuorum*, hypotheſin quandam propoſuit, & de ea reſpōdit, quam Tribonianus in Pandectas iuris retulit cum eiuſmodi ambiguitate & perplexitate, vt nonnulli ex antiquioribus Accurſium ſequentes exiſtimarint illam ab alio iuriſcōſulto, qui ibidem nominatur, correctam fuiſſe, 1 alij verò ex recentioribus & eruditioribus interpretibus tradant illis verbis, quæ reliqui correctoria eſſe putant, ſaltem deciſionis rationem, nullam verò mutationem ſeu alterationem contineri.

Hypotheſis autem talis eſt. Mulier quædā filios ex primo marito, filiámque ex ſecundo, & matrem prædictorum liberorum auiam, ſuperſtitem habens, in teſtamento ſuo filios & filiam hæredes æquis portionibus inſtituerat, & matri vſumfructum omnium bonorum ſuorum, quoad viueret, legarat, ita vt poſt obitum eius ad prędictos liberos, aut ad eū, qui ex his viueret, pertinere deberet. Cùm autem filij poſt aditam hęreditatē deceſſiſſent, quæſitum eſt, mortua matre vtrū vſusfrųctus ad ſolam ſuperſtitem filiam, an verò proportione hæreditatis pertinere deberet? Ad quam quæſtionem Scæuola reſpōdit, vſumfructum ad eos redire, apud quos proprietas eſſet. Quod Accurſius refert ad veram naturam vſusfructus per mortem vſufructuarij (verum omnis iuris perſonalis finem) conſolidati cùm proprietate in fauorem dominorum & eiuſdem proprietariorum. Deinde in eodē textu adiicitur: *Claudius non credidit ipſum vſumfructum in vicem portionum hæreditariarum poſt mortem auiæ inter ipſos datum: eò magis, quod æquis partibus hæredes erant ſcripti.* Quæ quidem verba nōnulli correctionis loco adiecta putant, atque vt plenius examinaretur ſubſtitutio in vſufructu facta: alij verò rationem deciſionis continere exiſtimant, 2 quemadmodum maximè verò ſimile fit, ſi prædicta verba, *Non credidit*, referantur ad Scęuolam, qui deciſionem ſuam fundauit in efficacia verborum in teſtamēto teſtatricis cōprehenſorum: *Aut ad eum, qui ex iis viuet, pertineat*, præſertim cùm alias ſubſtitutio planè inutilis foret. Liberi enim inuicē hæredes æquis portionibus inſtituti erāt. Quæ inſtitutio alias dictam ſubſtitutionem ſuperfluam redderet, ſi conſolidatione vſusfructus ad filiam hæredem, & hæredes reliquorum liberorum à teſtatrice inſtitutorū, atque ante vſumfructuarium prędefunctorum pertineret.

Quare ſi hoc ita, quemadmodum deciſum eſt, intelligeretur † tum multos Doctores ſatis celebres, atque alias à litera textuali non facilè recedentes, ſed eam hac in parte minus ſequentes, haud ſe ita torquere oporteret in reſolutione nonnullarum quæſtionum, quas hoc in caſu in conſequentiam proponere ſolent. Inter quas etiam hæc eſt, verum inſtitutiones, legata aut fideicommiſſa iurium temporalium aut etiam perſonalium, quale ius vſusfructus quoque eſt, conditionalia, an verò talia ſint, 2

vt Per

ADDITIONES.

1 *In l. generali, §. 1. de vſu & vſufr. legat.* 2 Cuiac. *obſeruat. c.* 39.

plici vſufructu facta fuiſſet, tum certum eſſet, Trebellianicam locum habere non poſſe. Aliàs ſiquidem portio fructuum detraheretur in fauorem illius, aut hęredum eius, qui fructus ipſemet percepit: atque ſic ex vno ſacco, quemadmodum in communi diuerbio dicitur, bis pro molitore caperetur, quod nullo iure permitti aut tolerari poteſt. Si verò obiiciatur, inſtitutionem hæredis actum eſſe legitimum, qui non recipiat diem aut conditionem, 8 tum reſpondebitur, inſtitutionem hæredis permiſſam eſſe ſub conditione aut die incerto, qui conditionem facit, qualis eſt tempus vitæ & mortis, non verò eam fieri poſſe de certo quodam tempore, vſque ad aliud tempus certum, per textus & rationes ſatis vulgares. Quare licet in prædicto facto inſtitutio ſimplex in vſufructu facta in fauorem defuncti Ioannis Sacerdotis, de iure valere & ſubſiſtere potuiſſet: 9 tamen Curia in hypotheſi illa inſtitutionem eiuſmodi eſſe, haud iudicauit, cùm aperta teſtatoris verba repugnarent, atque ſubſtitutio nominatim concepta eſſet de portione dicti Ioannis, quæ in ſextante conſiſtebat; eodémque iure, quo aliæ portiones cenſebatur, 10 in quibus reliqui fratres inſtituti fuerant. Nec vſusfructus pars dominij eſt, ſed ſeruitutis, aut potius ius quoddam temporale, cuius finis & futura corruptio exſpectatur per conſolidationem aut ſimilem modum, 11 adeò vt prędicta ſubſtitutio, ſi probè examinetur, potius inſtitutionem quandam inferat in dicta quota, deducto vſufructu, in fauorem ſubſtitutorum, qui propterea ius acquiſiuerunt per tranſmiſſionem, quę iure communi fieri dicitur, rerum iam quæſitarum, ſi fortè non concedatur, quod hîc locum habeat tranſmiſſio rerum nondum quęſitarum aut delatarum iure ſingulari introducta in fauorem deſcendentium in recta linea, & multis prædictę Curiæ arreſtis firmata, quę eadem in allegato arreſto ſecuta fuit in fauorem prædictorum liberorum, qui ſaltem hanc anchoram adhuc ſiccam habebant. Atque ex prædictis etiam facilè colligi poteſt, allegatum † ab initio reſponſum Scæuolę ad prędictam hypotheſin minimè referri, neque eius deciſionem ex illo peti potuiſſe, cùm in facti ſpecie, quę in reſponſo illo habetur, 5
poſt inſtitutionem filiorum & filię æquis portionibus: atque ſic in proprietate hęreditatis factam, vſusfructus ſaltem illius aliis, quàm prędictis hęredibus legatus fuerit, ſub ea conditione, vt iſte poſt vſufructuarię obitum ad teſtatricis liberos, aut vnum ex iis, qui viueret, pertinere deberet. Hac itaque diſpoſitione de ſolo vſufructu facta, cùm poſt obitum filiorum ſola filia ſuperſtes eſſet, deciſum & reſponſum fuit, vſumfructum redire & pertinere ad eos, apud quos proprietas eſſet. Quod cùm in hypotheſi illa arreſto Curiæ definita non deprehendatur, neque hęc facti ſpeciei in reſponſo Scæuolę expoſitę ſimilis ſit, haud neceſſarium videtur, vt in conciliatione reſponſi illius cum Curiæ noſtrę arreſto diutius hic immoremur. Interpretationem autem ipſius legis ſeu reſponſi ad commodiorem locum & tempus reſeruantes, illud ſaltem hic ſubiicimus, dum Charondas aſſerit, ſe per tranſmiſſos prędictos commentarios edoctum fuiſſe, quod in prędicta hypotheſi diſputatum fuerit de collatione bonorum inter hęredes ab inteſtato defuncti Ioannis, qui maximam bonorum ſuorum partem Antonio fratri inter viuos donarat, & quorum collationem reliqui fratres petebant: nos exiſtimare, niſi commentarij tranſmiſſi contra veritatem actorum, vt potius Domino Charondæ occaſio rationes arreſti inquirendi pręberetur, quam ſimplex & pura veritas ſignificaretur, aucti fuerint, allegatam diſputationem tam leuem & exiguam fuiſſe, vt eam ſtatim eo ipſo tempore, quo primò orta fuit, euaneſcere oportuerit, cùm certa & generalis iuris regula ſit, quam etiam iuria nunquam in dubium vocauit, quòd collatio ſaltem locum habeat † inter liberos eius, de cuius hæreditate diuidenda agitur: 12 quemadmodum ex iuris textibus etiam Baldus 13 & Bartolus notarunt. 6
Ex quibus item firma & indubitata conſequentia ducitur, quod collatio nunquam † inter extraneos, neque etiam collaterales, imò ipſos aſcendentes locum habeat, cum nulla lex neque conſtitutio collationem inter eiuſmodi perſonas fieri pręceperit, & paria ſint contra legem aut ſine lege loqui, quemadmodum idem Baldus *alio in loco* tradidit. 7

Additiones.

8 *l. actus legitimi, de regul. iur. §. heres, Inſtitut. de heredum inſtitut.* 9 *in dict. §. final. l. Titia, de legat. ſecundo.* 10 Lucas de Penna *in l. 1. ſuper verbo partes, C. de metat.* ex Iſidori auctoritate. 11 *l. rectè dicimus, &* ibi gloſ. & DD. *de verborum ſignification.* 12 *l. illud, Cod. de collation.* 13 *l. quoniam nouella, C. de inofficioſ. teſtament.*

tradidit. 14. Quæ quidem hoc loco dicta ſufficiant. 15

ADDITIONES.

14 *l.pater filium,de collat. dot.* 15 *cap. in Gen. ſi,extr.de elect.*

DECISIO LXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Quando ſubſtituti hæredes ad fideicommiſſum vocantur,etiam hęredes particulares vocati cenſentur.

SVMMARIVM.

1 *In ſubſtitutione fideicommiſſaria vocabulo,* Hæredum eius *nõ modò vniuerſales, ſed etiam particulares hæredes comprehendi arreſtis ſupremæ Curiæ,tam Gratianopolitanæ quàm Tholoſanæ iudicatum fuit.*

1 INTEGRITAS † & candor dicti Domini Charondæ facit, vt nobis polliceamur, eum in malam partem accepturum non eſſe, ſi ex zelo & affectione,qua publicæ vtilitati & ſupremæ Curiæ Tholoſanæ obſtricti ſumus,mentionem hîc faciamús alterius arreſti ab illa prolati, quod memoratus auctor breuiter admodum reſponſis ſuis inſeruit, 1 in facti ſpecie,quæ ab eodem recenſetur, & talis eſt:

Pater quidam filiam ſuam hæredem inſtituerat ea lege, vt ipſa hæreditatem filiæ ſuæ, (quæ teſtatoris neptis in recta linea erat)aut eius hæredibus reſtitueret deberet. Teſtatoris filia hæreditatem adierat,& deinde eius filia ei ſubſtituta,Clauelly vxor,ante matrem deceſſit,cùm filium Petrum Clauelly hæredem vniuerſalem,& Ioannam ac Catharinam filias ſuas in legitima,titulo inſtitutionis particulari,hæredes prius ſcripſiſſet. Filia autem teſtatoris, ſeu auia materna dictorum Clauellys,ab inteſtato mortua, quæſitum eſt, vtrum Petrus ſolus,tanquam hæres vniuerſalis,ad fideicommiſſum vocatus eſſet, an verò ad illud vnà cum Petro etiam prædictæ ſorores venire poſſent,tanquam hæredes particulares?

Et quidem Petrus pro intentione ſua allegab it,quòd hæres vniuerſalis à matre,primi teſtatoris nepte,inſtitutus fuerit,quæ eligendi facultatem habuerit. Et quamuis pro ea ſententia Charondas quoque auctoritates & rationes alleget,2 tamen eas ipſemet in allegata hypotheſi admodum infirmas eſſe agnoſcit:cùm certum ſit,quòd vltima teſtatrix non elegerit, aut,ſi vniuerſalis inſtitutio pro electione habenda ſit,quod eligere haud potuerit, cum nihil adhuc tempore obitus ei delatum eſſet, ſed decederet ante matrem, à qua fideicommiſſum nonniſi poſt ipſius mortem relictum erat. Nec enim ante aditam hæreditatem optari poteſt, iuxta illud, quod Iuriſconſ. Iulianus alibi reſpondit. 3 Atque hanc controuerſiam à prædicta Curia poſtridie Calendarum Februarij anno M.D. XCVI. idem auctor ita definitam fuiſſe teſtatur,quòd filię vnà cum earum fratre Petro ad fideicommiſſum admitti deberent.

Cardo autem ipſius quæſtionis in potiſſimum vertebatur,vtrum in ſubſtitutione eiuſmodi fideicommiſſaria per hęc verba,*Hæredes eius*,non modò vniuerſales, ſed etiam particulares hæredes vocati cenſerentur. Et quamuis is verè hæres dicendus ſit,qui recto iure,id eſt,directis ciuilibúſque verbis inſtitutus eſt,4 atque ſic propriè loquendo is appelletur hæres, qui eſt hęres re & nomine, non qui ex re certa aut particulari, 5 eò quod ex commodo & emolumento, quod conſequitur, hæredis nomen non habeat,aliòqui pater ſuccedens filio in caſtrenſi peculio & fideicommiſſarius hęreditate reſtituta hęredes dicerentur,quod Dd.noſtri abſurdũ eſſe exiſtimãt:attamẽ prędicto arreſto contra communem hanc opinionem pronuntiatum & approbata fuit ſententia eorum,qui nullum inter prędictos hęredes diſcrimen ſtatuunt,& doctrinam ſuam potiſſimum fundant in eo,quod Vlpianus alibi dixit, *Hæredis* appellatione omnis ſignificari ſucceſſores credendum eſſe, 6 eóſque ſucceſſores appellari, qui, ſiue per vniuerſitatem,ſiue in rem ſucceſſerint. Simile quoque arreſtum ſupremę Curię Gratianopolitanę ab eiuſdem prẹſide D. Guidone Papę 7 refertur,ad quod fortaſſis Domini Curię Tholoſanę reſpexerunt, cuius maior pars tum temporis à Caſtel Sarrazy erat.Imò & alię circum-

ADDITIONES.

1 *lib.9.cap.71.* 2 *argum.l. filiusfamil. § cùm pater,de leg.1.l. vnum ex familia,§.ſi de Falcidia,de leg.2.*Guid.Pa. *deciſ.*184. 3 *l. Iulianus,de leg.1.* 4 Hotom.*lib.1 amicab.reſp.* 5 Alexand.*in l.ſi non ſpeciali.C.de teſtam.* 6 *l. hæredis appellatione, de verbor. ſignif.* 7 Guid.Pap.*quæſt.*457.*&* 458.

circumſtantię Dominos Cenſentes, vt in filiarum partem inclinarent, mouerunt: contra quas quidem earum frater hæres vniuerſalis multas rationes & auctoritates allegabat. Verùm re omni probè conſiderata, & accuratè diſcuſſa, quemadmodum in Curia noſtra regulariter fieri ſolet, prædictum arreſtum prolatum fuit.

DECISIO LXXXIX.

ARGVMENTVM.

In donationibus ſpectandum eſt, cuiuſnam contemplatione donatum fuerit.

SVMMARIA.

1 *Quando pater in pactis dotalibus filij vxorem ducentis certam bonorum portionem ei, qui ex matrimonio illo primò naſcetur, donat: tum de portione illa reliqui liberi ſupplementum legitimæ petere nequeunt, neque portio illa ob eius, qui vxorem duxit, debita hypothecæ iure affecta eſſe poteſt, niſi eius contemplatione principaliter donatum fuerit.*

2 *In dubio autem donationem intuitu ipſius filij, qui vxorem duxit, factam fuiſſe præſumitur.*

3 *Præiudicia aliquot ſupremæ Curiæ Tholoſanæ.*

1 PRæclarus iſte philoſophus † Seneca *in libr. ſuis de beneficijs,* 1 tractans quæſtionem, vter magis ex beneficio obligetur, iſténe, cui beneficium exhibetur, an verò ille, cuius amore & contẽplatione confertur, poſt intercalationem quãdam dialogorum, tandem concludit, exſpectandam eſſe mentem dantis, vt ei beneficium datum intelligatur, cui datum voluit, adiiciens deinde hæc verba, quaſi exẽpli loco: *Sicut ſi in patris honorem fecit, pater accepit beneficium, ſed pater beneficio in filium collato non obligatur, etiamſi fruitur.* Quod tanquam ICtũ ſe reſponſurum Seneca ab initio proteſtatus fuerat, atque ſic ICti inſtar præiudicium protulit conforme noſtrorum iuris interpretum opinioni, 2 iuxta quam ſemis aut alia quota bonorum in fauorem matrimonij, atque in pactis dotalibus à patre, cuius filius vxorẽ ducat primogenito, qui ex matrimonio illo naſcetur, donatorum ſi deinde plures ex matrimonio illo liberi extent, poſt obitum aui & patris in communem bonorum ab eo relictorũ maſſam haud venire cenſetur, neque reliqui liberi legitimæ aut cuiuſlibet alterius iuris prætextu quicquam exinde petere poſſunt. Atq; cùm DD. noſtri ad diſtinctionem illam recurrunt, vtrum eiuſmodi donatio † facta fuerit fauo- 2
re & contemplatione ipſius matrimonij, & primò ex eo nati, ſicque auus aliter nõ donaſſet, an verò intuitu patris, qui matrimonium contrahebat, ac priori quidem caſu reliquos liberos excludi, poſteriori verò ſimul admitti tradunt, 3 in effectu accedere videntur per aliam reſolutionem (iuxta quã docent in dubio, donationem eiuſmodi factam præſumi in fauorem patris, qui matrimonium contrahebat, 4) prædictæ Senecæ opinioni, ſaltem ab illo diſcrepantes in eo, quòd patrem obligari velint, vt eius bona obnoxia reddantur, cùm Seneca patrem haud obligari exiſtimet, etiamſi ille fruatur. Quibus optimè conuenire videtur illud, † quod prædicta Curia in Camera magna, quoad partitionem in prima claſſe in- 3
quiſitoriali ortam, & deinde in ſecunda cõtinuatam, ac demum in prædicta Camera magna, in qua nos etiam eramus, diſcuſſam ad relationem Domini Bourret, in cauſa filiarum Ioannæ de Deymes, iudicauit.

Hypotheſis autem eiuſmodi erat: *Prædicta Ioanna de Deymes hæres vniuerſalis à patre ſuo inſtituta fuerat ea lege, vt poſt obitum hæreditatem primogenito ex liberis ſuis, aut, hoc mortuo, ſecundo ſine quartæ detractione reſtituere deberet. Euenit verò, vt Ioanna defuncta eiuſdẽ filius primogenitus Antonius Cat, Dominus de Bilhorques, hæreditatẽ illã auitam vigore factæ ſubſtitutionis acquireret, & deinde eius bona in diſcuſſionem generalẽ venirent. Oppoſuerũt itaque ſe relictæ à Ioanna filiæ, Dn. Antonij ſorores, ſupplementum legitimæ petentes ex bonis prædefunctæ matris, in quorum maſſa etiam hæreditatem aui materni fidei matris commiſſam contineri volunt.*

At creditores dicti Antonij Cat contra illas exceperunt, quòd fideicommiſſum principaliter in fauorem Antonij debitoris factũ fuerit. Poſt factam itaque partitionis diſcuſſionem arreſto Curiæ in dicta Camera magna prolato 26. Ianuarij anno 1594. pro creditoribus contra filias iudicatum fuit. Quòd quidem arreſtum aliis eiuſdem Curiæ præiudiciis, quæ antiquiores referunt, ipſiq; iuris diſpoſitioni conforme eſt, iuxta quam

ADDITIONES.

1 *li 5. ca. 19.* 2 Fernand. *in l. in quartã, 2. præfat. n. 14. ad l. Falcid.* 3 *arg. l. ſed ſi plures §. in arrogato, de vulg. l. auus neptẽ, de iur. dot.* 4 *l. dedit dotem, de collat. bon.* gl. *in d. l. cùm auus, de cond. & dem.*

quam fideicommiſſum debitum æris alieni loco deductum, inſupérque in reſiduo legitimæ beneficium vindicatum legimus. 5 Dn. Charondas tamen poſt arreſtum in præcedenti deciſione allegatum aliud refert, quòd 4. Februarij anno 1596. prolatum fuiſſe tradit, 6 quo iudicatum fuerit, legitimam accipi debere de vniuerſis bonis, quæ ad Petrum Lacain, communem litigatorum patrem, pertinuerant, etiam iis non exceptis, quæ fideicommiſſo ſubiecta, atque ab auo ita relicta fuerant, vt primogenito instituti filio reſtitui deberent, & ſemiſſem omnium bonorum aui conſtituebant. Et certè ſi cõmentarij Charondæ transmiſſi veri ſunt, atque eiuſmodi arreſtum à curia prolatũ fuit, procul dubio in alia hypotheſi illud contigit, nempe in caſu donationis ibidem nominatæ à patre in fauorem filij donatarij, eiúſque contemplatione factæ. Præterea etiã ex die, quæ arreſto illi adſcripta fuit, apparet illud æquè, ac arreſtum in præcedenti deciſione relatum tum temporis, cùm curia abeſſet, atque ob excitatas Tholoſæ turbas à Caſtel Sarrazy ſederet, pronunciatum fuiſſe. Vtrumque enim illud arreſtum intra octiduum, nempe prius poſtridiè Calend. Febr. an. 1596. alterum verò d. 9. eiuſdẽ menſis & anni publicatum fuit. Vnde etiam cõiicimus, quòd aliud & ſimile arreſtum, quod idem Charondas ſub finem allegati capitis refert, atque à prædicta curia menſe Septẽbri anno 1593. cùm prius ſenatus ſciſſus, ſeu partitio, vt loquuntur, facta fuiſſet, prolatũ fuiſſe tradit; illud ipſum ſit, quod nos ſuprà tanquam 26. Ianuarij, anno 1594. pronunciatum, & quidem diuerſum ac contrarium retulimus. Tantum ergo abeſt, vt illud ſimile & conforme ſit, quemadmodum Charondas præſupponit. Idque nos proceſſiſſe exiſtimamus ex commentariis Dn. Charondæ transmiſſis, qui ei vitio multoties iam notato laborantes ſæpius impoſuerunt, eiúſque laudibilem conatum fruſtrati fuerunt, & irritum reddidere. Imò illum ipſum, qui Charondæ exemplar arreſti tranſmiſit, tum in die partitionis in claſſibus inquiſitorialibus factę tum in eiuſdem diſcuſſione, quæ poſt tres menſes aut circiter in Camera maiori contigit, erraſſe ex prædicta dierum aſſignatione ſuſpicamur. Et certè curia ſemper in eiuſmodi hypotheſibus arreſta conformia communi diſtinctioni Doctorum proferre ſolet; adeò vt pro patre & bonorum eius augmentatione, ſi illius intuitu donationem factam eſſe appareat; aut pro filio ſi conſtet eius contemplatione, donatum fuiſſe; aut denique in dubio ſi ignoretur, vtrius perſonam donator potiſſimum reſpexerit; itidem pro patre pronunciet, cùm ab eo, tanquam vera ſcaturigine reliqui liberalitatum riuuli promanare præſumantur. Cæterùm quòd factum prædicti prioris arreſti attinet, concernens filias petentes ſupplementum legitimæ ex bonis maternis, facilè colligi poteſt fideicommiſſum matri iniunctum fuiſſe in fauorem prædictorum liberorum iuxta ordinem primogenituræ, vt bona in familia eorum conſeruarentur. Quod autem hoc ex voto teſtatoris non ſucceſſerit, certè haud alio referri poteſt, quàm ad rerum humanarum viciſſitudinem, quæ quouis tempore maxima eſſe ſolet. Haud verò propterea creditores primogeniti, cui hereditas reſtituta fuit priuandi ſunt eo, quod iis legitimè debetur, & quod credere veriti non fuerunt ea ſpe freti, quod vel ex fideicommiſſo aui materni ſolutionem aliquando habere poſſent. 7

ADDITIONES.

5 *l. irritum, C. ad leg. Falcid.* 6 *li. 9. cap. 72.* 7 *d. l. dedit dotem.*

DECISIO XC.

ARGVMENTVM.

In contractu matrimonij inſtitutiones heredum & ſubſtitutiones fieri poſſunt.

SVMMARIA.

1 *Pactiones de ſuccedendo, & inſtitutiones heredum in contractu matrimonij facta iuxta Franciæ mores tolerantur.*

2 *Diſpoſitiones tamen eiuſmodi in continẽti iuxta contractum matrimonij, ſiue antè, ſiue poſt. fieri oportet.*

3 *Quamuis autem tales diſpoſitiones per verba futuri temporis concipiantur: tamen perinde effectum ſuum ſortiuntur, ac ſi per verba temporis præſentis concepta fuiſſent.*

4 *Inſtitutiones verò & ſubſtitutiones extra matrimonij contractum & ſeparatim facta, tanquam iuri communi aduerſa, haud ſubſiſtunt.*

DEFVNCTVS Dn. Fernandus, Doctor † 1 & regeus Vniuerſitatis Tholoſanæ, atque

que verus eiuſdem pater, quem ob cauſas ſu-
perius expoſitas nunquam ſine præfatione
honoris nominare poſſumus, in prælectioni
bus ſuis docere ſolebat, & deinde etiam pu-
blicè in ſcriptis defendit; 1 valere eiuſmodi
conſuetudinem, qualis in vniuerſa ferè Fran-
cia viget, iuxta quam pactiones de ſucceden-
do, atque inſtitutiones heredum, quæ per
contractum fiunt, admitti & tolerari ſolent:
adeò vt licitum ſit in contractu matrimonij
ſeu pactis dotalibus inſtituere heredes (qui
propterea conuentionales vocantur) vel et-
iam irreuocabiliter futuram ſucceſſionem
alicui dare, veluti, exempli cauſa, liberis, qui
ex tali matrimonio naſcentur, vel etiam pri-
mogenito, qui ex illo deſcendet, nec non
prædictos liberos ſibi inuicē ſubſtituere, ve-
luti primo ſecundum, ſecundo tertium, & ſic
deinceps, perinde ac in teſtamentis, aliiſve
extremis diſpoſitionibus illud facere licitum
eſt. Cuius rei rationes & auctoritates prædi-
ctus Dn. Fernandus adducit, & prolixè diſſe-
rit de ſolemnitatibus, aliiſve circumſtantiis,
quas exiſtimat æquè neceſſarias eſſe in pactis
dotalibus ad eorum effectum & validitatem,
ac illas, quas leges ciuiles quoad teſtamenta,
corúmque validitatem præſcripſerunt. Inter
2 alias autem & † præcipuas ſolemnitates et-
iam hęc eſt, quod prędictis donationes, inſti-
tutiones & ſubſtitutiones cōuentionales fieri
oporteat incōtinenti iuxta cōtractū matri-
monij, ſiue ante, ſiue poſt; quod idē eſt 2 Idq;
propterea, quod fauor cōtractus matrimonij,
cui iunctæ & veluti annexæ ſunt, eas legiti-
mas reddat, cùm aliàs iniuſtæ & iure repro-
batæ eſſent. 3 Quod quidem adeò procedit,
3 † vt quamuis verba futuri temporis vſur-
pentur, veluti, ſi quis promittat heredem ſe
inſtituturum eſſe, aut dicat, erit heres aut
ſuccedet, manebit aut erit ſubſtitutus hoc vel
illo caſu: tamen nihilominùs donationes, in-
ſtitutiones & ſubſtitutiones eiuſmodi plenū,
integrū, & talē effectū ſortiātur, ac ſi cōceptę
fuiſſent per clauſulas & verba de præſenti, ar-
gumento eorū, quæ Accurſius *quodam in lo-
co* docuit, 4 cuius doctrina hoc in caſu cō-
muniter recepta & approbata, multiſq; præ-
iudiciis supremę curię Tholoſanæ, etiam no-
bis votum noſtrum dantibus, confirmata
fuit. Verum hoc omne, quemadmodum di-
ctum eſt, procedit, ſi eiuſmodi diſpoſitiones
de futura ſucceſſione in cōtinenti iuxta cō-
tractum matrimonij, vel ante, vel poſt, factæ
fuerint. Aliàs enim, ſi fiant extra illum ſepa-
ratim, iuri communi locus erit, iuxta
quod nullum illę effectum habent, cùm non
publicè in eodem contractu præſentibus,
ſcientibus & intelligētibus iis, qui vocan-
tur & aſſiſtunt factæ fuerint, 5 haud ſecus ac
à quibuſdam Dd. traditum eſt, a filia iam
nupta patrem ad dotandum cogi non poſ-
ſe, cùm neceſſitas hoc faciendi, poſtquam
filia maritum inuenit, ceſſare videatur. 6
Quare cùm in contractu matrimonij pater
filio donatario, qui vxorem ducebat, nemi-
nem ſubſtituiſſet, ſed deinde conſtante ma-
trimonio eiuſmodi ſubſtitutionem adie-
ciſſet, vt donatario filius, qui ex matrimo-
nio illo primo naſceretur, & huic ſecundus,
atque ſic deinceps ſubſtitutus eſſe deberet,
mortuóque donatario, qui maximam do-
natorum bonorum partem alienarat, eius
liberi ſubſtituti bona alienata reuocare vel-
lent vtpote, quæ in præiudicium iuris ex
ſubſtitutione quæſiti alienata eſſent, cauſa
per appellationis viam ad curiam Tholo-
ſanam deuoluta arreſto ſolemni emtores &
detentores bonorum illorum à ſubſtituto-
rum liberorum petitione abſoluti fuerunt,
eo quòd ſubſtitutio † extra cōtractum ma- 4
trimonij ſeparatim facta fuiſſet, & propter-
ea tanquam extraordinaria & iuri commu-
ni aduerſa haud perferenda eſſet, cùm illæ
demum ſubſiſtant, quæ iuxta contractum
matrimonij fiunt, cuius contemplatione
receptæ & vſu approbatæ fuerunt. Idem au-
ctor ſe cùm arreſtum illud pronunciare-
tur, tanquam Doctorem regentem vniuer-
ſitatis Tholoſanæ præſentem fuiſſe teſta-
tur Moris enim eſt, vt Dd. regentes, niſi ob
alia negotia impediantur, quando ſolemnia
arreſta proferuntur, præſentes ſint, atque
inferiora ſubſellia occupent in Camera
palatij, in qua pronunciatio iudicialis arre-
ſtorum fieri ſolet, ſibi deſtinata. Deinde e-
tiam aliud eiuſdem curiæ arreſtum 6. Iulij,
anno 1596. prolatum Charondas refert, 7
quo iudicatum fuit, quòd eiuſmodi dona-

tio

ADDITIONES.

1 *in d. c. vnic. de fil. nat. ex matrim. ad morgan. contr. c. 6. numero 9.* 2 *l. petens, C de pact. l. 3. C. de adil. edict.* 3 *argum. d. l. petens & l. in bonæ fidei, Cod. de pact. l. pacta conuenta, de contrahend. empt.* 4 *in §. alia autem, ſuper verb. manifeſtauerit, Inſtit. de donat.* 5 *argum. l. Dini, verſic. pactis, quæ matrimonij tempore. Cod. de natural. liber. & c. quamuis ibi, dum nuptui tradebatur, de pact. libro 6.* 6 Bartol. *in l. obligamur, de O. & A.* Panorm. *in c. pen. ext. de raptor.* 7 *lib. 9. reſp. c. 73.*

tio haud cenſeri queat in fauorem matrimonij facta, niſi fiat in contractu matrimonij, & eius contemplatione. Quod quidem omni dubio carere videtur, cum allegata conſuetudo ſtrictè intelligenda ſit, neque vllo modo extra terminos ſuos vagari debeat.

DECISIO XCI.

ARGVMENTVM.

Vox *ſuorum* diſpoſitioni adiecta fideicommiſſum non inducit.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutiones fideicommiſſaria non modo verbis expreſſis fieri poſſunt, ſed etiam tacitis & implicitis, qua teſtatorem ſubſtituere voluiſſe arguunt.*

2 *Vox Gallica* ſiens, *id eſt,* ſui *ex vſu communi omnes deſcendentes comprehendit, ſicque tam ad matrem, quàm ad patrem refertur.*

3 *In Gallia itaque per eiuſmodi voculam intelligitur quilibet, qui ex lege aut conſuetudine hæres eſt.*

4 *Arreſto ſuprema curia Pariſienſis iudicatum fuit, tale vocabulum in diſpoſitione inter viuos, vel etiam vltima voluntate poſitum nullam ſubſtitutionem, vel fideicommiſſum inducere.*

5 *Quidnam ſuprema curia Tholoſana pronunciare ſoleat?*

CErti iuris eſt, atque ex eiuſdem regulis conſtat, ſubſtitutiones fideicommiſſarias † fieri, induci, præſupponi, & effectum nancíſci non modo per clauſulas & verba expreſſa ac formalia, ſed etiam per clauſulas & verba tacita, implicita, & intercalata, per quæ voluntas teſtatoris, quoad hoc, veluti declaratur, conijcitur & manifeſtatur. Exemplum eius rei inde depromi poterit, ſi ita ſcriptum ſit. Sufficiunt tibi vineæ, vel fundus, contentus eſto illa re 1 item ſi heredem teſtari teſtator prohibuerit, 2 aut patrem rogarit, vt filium heredem inſtitutum emancipet, 3 atque ex aliis eiuſmodi diſpoſitionibus. In dubium itaque ea occaſione vocatum fuit, vtrum in inſtitutione vniuerſali facta in fauorem cuiuſdam cuius nomen expreſſum fuit, & ſuorū, aut alia donatione & diſpoſitione ita concepta liberi deſcendentes aut alij extranei heredes & ſucceſſores principalis inſtituti aut donatarij hiſce ſubſtituti cenſeantur, & propterea eos, ne diſponant, impedire, aut etiam alienationes ab iis factas reuocare queant? Et quamuis videatur *ſuorum* appellatione eos tantummodo contineri, qui in poteſtate morienti tempore mortis fuerint, vt nemo eos præcedat ſuitate (à qua *ſui* dicuntur) tam nobili & generoſa exiſtimata, vt prior ſemper eſſe velit, 4 atque ſic in tali ſignificatione & proprietate vocabulum † illud Latinum *ſuorum*, Gallicè redditum per voculam *Siens* ſuperfluum ſit quoad alias perſonas, quàm patres & auos, qui ſoli liberos in poteſtate habent, imò liberi viuis adhuc parentibus impropriè & ſaltem contemplatione futuræ ſucceſſionis ſui dicantur: tamen iuxta communem vſum linguæ noſtræ Gallicæ haud ſecus ac vox *heredis* comprehendit omnem ſucceſſorem vniuerſalem in bonis alterius, & ſic in quolibet ſucceſſore verificari poteſt: 5 ita quoque vocabulum *ſiens*, id eſt, *ſuorum*, comprehendit nepotes, pronepotes, alióſque deſcendentes, & indiſtinctè tam ad matrem, quam ad patrem refertur. 6 Atque prædictus communis & vulgaris loquendi vſus maximè attendi debet à notariis, quos, cùm perſonæ publicæ ſint, in actuum expeditione aliis, quàm vſu approbatis vocabulis vti non decet, præſertim cùm vſus ille etiam iure communi nitatur, & ipſimet Iuriſconſulti vocabulis illis in pari ſignificatione vti ſoleant, 7 adeò vt in Francia, ſi † mentio fiat, *de ſes ou ſiens heritiers*, id eſt, *heredum ſuorum*, illud intelligatur de quolibet herede, quem quis habet à lege vel conſuetudine. Idque aduocatus Pariſienſis ſignificare voluit, quando ſcripſit 8 Gallico idiotiſmo *ſuos* pro *heredi-*

ADDITIONES.

1 *l. fideicommiſſa, §. ſi quis ita ſcripſerit, de legat. 3.* 2 *l. qui filium, ad Treb.* 3 *l. quamuis, C de fideicom.* 4 DD. *in l. ſi filius, qui patri, de vulg. l. in ſuis, de liber. & poſth. l. 1. de ſuis & legit. hered.* 5 Soc. *conſ. 22. verſ. 15. lib. 3.* 6 Guid. Pap. *q. 230. 548. & conſ. 133.* 7 *l. Labeo de ſuppel. legat.* 8 *l. pen. de precar. l. ſed cum fructuarium, de vſufr. l. plenum, §. idem Nerua, de vſu & habit.* gl. *in l. ſi fœmina, C. ad Tertyl.*

redibus quibuſuis vſurpari, & quouis ex ſtemmate propagatis, ſiue hi recto, ſeu tranſuerſo limite defunctum contingant. Idémque in prouinciis etiam iuris ſcripti receptum eſſe obſeruari. & vulgari praxi comprobari quoad donationes, teſtamenta, ſubſtitutiones, & alias diſpoſitiones teſtatur ſæpius à nobis allegatus, Dn. præſes Gratianopolitanus. 9 Deinde verò idem aduocatus Pariſienſis infert, quòd vocabulum illud *ſiens*, id eſt, *ſuorum*, in prædictis & aliis ſimilibus diſpoſitionibus adiectum haud inducat vllam ſubſtitutionem, per quam primus inſtitutus aut donatarius impediatur, quo minus pro liberrima ſua voluntate de bonis in donatione comprehenſis diſpoſitionem vniuerſalem vel particularem facere poſſit, atque ſic iudicatum fuiſſe
4 ſe teſtatur arreſto ſupremæ † curiæ Pariſienſis, cuius diem aſſignat, & denuò ab eadem curia, quoad fundum filiæ ita donatum, vt eius & ſuorum eſſe deberet, quemadmodum etiam Dominus du Val *in tractatu ſuo de rebus dubiis* aſſerit; hanc addens rationem, quòd per eiuſmodi clauſulam liberi gradatim non cenſeantur inuitati, nec perſona aliqua in ſubſtitutione aut fideicommiſſo ſubaudiatur. 10 Illud tamen ſuprema curia Tholoſana haud ita crudè & indiſtinctè accepit, ac ſi vocabulum illud *ſuorum* adiectum ſubſtitutionibus non comprehendat vulgarem, eo caſu, quo heres inſtitutus prædeceſſerit, aut aliter heres eſſe non poſſit, vel etiam non operetur tranſmiſſionem fideicommiſſorum conditionalium in fauorem eiuſmodi heredum; aut ſaltem caducitatem, quæ alias contingeret, impediat, quemadmodum colligi poteſt ex iis, quæ ſuprà à nobis de hac materia expoſita fuerunt. Cui materia etiam affinia ſunt duo illa eiuſdem curiæ arreſta, quorum vnum pro Mauran contra Iohannem de Gleyze Cibault, & alios ad noſtram relationem menſe Maio, anno 1578. alterum verò in cauſa Domini Vinhaux, Senatoris, Ferrier & aliorum itidem ad noſtram relationem prolatum, & hoc quidem donationem factam filio fauore matrimonij & filiis ſuis deſcendentibus ex matrimonio intelligi ordine ſucceſſiuo, 11 illo verò, filium donatarium nihilominus eligere poſſe vnum ex ſuis filiis deſcendentibus (cùm donatio ei atque ſuis deſcendentibus facta eſſet) iudicatum fuit. 12

ADDITIONES.

9 Choppin. *de mor. Pariſ. libro tertio, numero. centeſimoprimo*, 10 Guid. Pap. *q.* 230. *&* 306. 11 *l. qui habebat, de vulg. l. cùm ita*, §. *in fideicommiſſo, de legat.* 2. 12 ex notat. per Stephan. Bertrand. *conſilio centeſimoſeptuageſimoſexto. vol.*3.

DECISIO XCII.

ARGVMENTVM.

Teſtamenta iuxta conſuetudinem loci alicuius facta, etiam quoad bona extra illum ſita valent.

SVMMARIA.

1 *Articulus conſuetudinem ſcriptarum vrbis & vicaria Tholoſana teſtamenta concernens.*
2 *Cuius conſuetudinis effectus porrigitur ad vniuerſa & ſingula bona teſtatorum in vrbe & vicaria illa iuxta eiuſdem mores teſtantium, ſiue illa eo ipſo in loco, ſiue alibi ſita ſint.*
3 *Exemplum adducitur domini d'Arlay, qui ex Burgundia iuſſu regis & ducis Lutetiam veniens ibidem teſtatus fuerat.*

INTER alias conſuetudines † ſcriptas 1
vrbis & vicariæ Tholoſanę etiam ea eſt, quæ teſtamenta concernit, atque in cuius articulo quopiam cauetur; quòd teſtamentum factum ab eo, cui alias teſtari de iure permiſſum eſt, adhibitis duobus vel tribus teſtibus, vel quatuor, vel amplius, præſente capellano, ſubcapellano, vel etiam abſente, ſeu etiam non vocato, valeat & obtineat roboris firmitatem, tanquam ſi in numero teſtium eſſet iuris ſolemnitas obſeruata. Idque ita obſeruatur, & vſu receptum eſt

in vicaria Tholoſana, vt teſtamenta regulariter coram duobus teſtibus, adhibito tamẽ notario regio ſeu publico fiant, qui maioris firmitatis ergo curionis aut eius vicarij loco requiritur. Hæcque conſuetudo, atque aliæ, quæ ſimul cùm ea ſcriptę fuerunt à defuncto Franciæ rege Philippo Pulcro approbatæ, & publica auctoritate firmatæ in vim priuilegij ſpecialis, quo iuris obſeruatio relaxari poteſt, 1 valere & ſeruari cenſentur. Et quidem eo magis, quòd hæc relaxatio fundamentum ſuum in iure Canonico, atque hoc viciſſim in lege diuina & ſanctorum patrum inſtitutis, ac generali conſuetudine Eccleſiæ, aut potius diuini verbi elogio habeat. 2 Quare de iuſtitia, veriſque & ſolidis conſuetudinis illius fundamẽtis, minimè dubitare licet, quamuis ea ſaltem in ipſa vrbe & vicaria vigeat, & reliquus ferè tractus omnis regatur iure cõmuni ſcripto, iuxta quod ſub nullitatis pœna ſolemnitates præſcriptæ obſeruari debent, etiam quoad numerum teſtium, quos à notariis, qui teſtamenta excipiunt, vocari & adhiberi oportet. Quibus ita præſuppoſitis euenit, vt nonnulli in tractu Tholoſano, qui iure ſcripto regitur, habitantes Tholoſam expediendorum quorundam negotiorum gratia venientes, & morbo correpti teſtamenta ſua iuxta oppidi conſuetudinem corã notario & duobus ſaltem teſtibus facerent. Quę teſtamenta deinde † poſt teſtatorum obitũ
2 ab eorum legitimis heredibus & ſucceſſoribus impugnata fuerunt, prætendentibus eiuſmodi conſuetudinem nullum effectum habere quoad bona extra territorium, in qua vigeret, ſita 3 præſertim cùm iuxta Dd. quorundam placitum 4 forenſes ſeu extranei Tholoſam venientes, & qui veri ac legitimi ciues non ſunt, priuilegio talis conſuetudinis haud frui poſſe videantur, & per cõſequens iuxta illam teſtari nequeant. Sic enim olim non omnes, qui Romę erant, proinde facultatem & poteſtatem teſtandi iure & more ciuium Romanorum habebant, niſi accepto vſu togæ Romanæ 5 veri ciues Romani facti, ſicq; omnium iurium, libertatum & priuilegiorum ciuibus Romanis competentium capaces redditi fuiſſent. Verum hiſce & aliis, quæ vlterius hic adduci poterant, haud obſtantibus; communis Dd. noſtrorum opinio eo tendit, quòd eiuſmodi conſuetudo aut ſtatutum effectum quoque ſuum porrigit & extendat extra territorium, ita vt heres ſuccedere poſſit in omnibus bonis vbicunque ſitis, & in vniuerſum ius teſtatoris, quia quoad ſolemnitates attẽditur conſuetudo loci, in quo actus celebratur. 6 Ratio etiam generalis opinionis illius inde depromi poteſt, quòd eiuſmodi ſtatutum & conſuetudo non afficiat res teſtatoris, neque eius perſonam, ſed ipſam diſpoſitionem, quæ fit in loco ſtatuti aut conſuetudinis, qui ob id attendi debet, ſicut & contractus celebratus cum ſolemnitate requiſita in loco contractus porrigitur etiam ad cætera bona, licet in loco eorundem bonorũ maior ſolemnitas exigeretur. 7 Sic enim & teſtamentum in militia factum de de iure vbique valet, 8 & acta coram vno iudice facta, fidem quoque apud alium faciunt, 9 atque adminiſtratio tutoris etiam extenditur ad bona pupilli extra territoriũ illius, à quo tutor datus fuit, ſita, iuxta ea, quæ Bartolus docuit. 10 Ex quibus etiam interpretes iuris generaliter inferunt; quòd quamuis eiuſmodi cõſuetudo vel ſtatutum, ipſam perſonam principaliter concerneret: tamen nihilominus ad bona extra territorium illius diſpoſitio porrigeretur. 11 Atq; ita ad noſtram relationem à prædicta curia in ſecunda claſſe inquiſitoriali bis aut ter & nominatim in cauſa de Solerge cõtra Puiol anno 1598. atque deinde ad relationem Dn. Ioſſe & Doniat ſæpius, citráque omnem difficultatem iudicatum fuit. Sed & ſimilia aliarum ſupremarum curiarũ arreſta & præiudicia extant, veluti Gratianopolitanæ, quemadmodum Dn. præſes illius *in deciſionibus ſuis* refert, 12 nec non Pariſienſis ob ſpecialem ibi conſuetudinem quoad teſtamenta, corúmque executiones introductam.

ADDITIONES.

1 *l. ſi non ſpeciali, C. de teſtam.* 2 *c. cùm eſſes, c. relatum, extr. de teſtam.* 3 *arg. l. fi. de iuriſd. omn. iud.* 4 Oldr. *conſ. 248. n. 2.* 5 *l. ſed ſi accepto, de iure fiſc. & d. l. ſi non ſpeciali, C. de teſt.* 6 *l. ſi fundus, de euict. l. 2. C. quemad. teſt. aper. l. 1.* & ibi gl. *C. de emanc. liber. ſuper verb. duumuiri*, Bartol. & Iaſon *in l. omnes populi, de iuſt. & iur. in l. cunctos populos, C. de ſumma trin. & fid. Cathol. & in l. 1. §. fin. de ventr. inſpic.* 7 DD. *in l. 2. de eo, quòd cert. loc. & in d. l. ſi fundus.* Bald. *in l. 1. C. de ſumma trin. & fid. Cathol.* Alex. *conſ. 128. n. 2. vol. 1.* Pariſ. *conſ. 12. n. 45. vol. 3.* 8 *l. fin. C. de teſt.* & ibi Iaſon, Caſtr. & alij. 9 *l. 11. apud quem*, & ibi DD. *C. de edend.* Bartol. pleuè *in l. cum lite, nu. 4. cum ſeq. iudic. ſolu.* 10 *in l. legitimos, n. 5 de legit. tutor.* 11 *l. fideicommiſſum. § tractatum, de iud.* Ludou. Rom. *conſ. 39.* refert & ſequitur Dec. *conſ. 207.* 12 *q. 262.*

ctam. 13 Eiuſdem quoque rei vir quidam egregius, cùm viueret, Cardinalis & auditor ſacri palatij Apoſtolici mentionem facit, & aliquot doctrinę huius rationes exponit. Atque vigore prędictæ conſuetudinis† Pariſiẽſis cùm Hugo de Chalõs Dn. d'Arlay in comitatu Burgundię, à quo principes Auraici orti ſunt, Lutetiã iuſſu regis & Burgũdię ducis veniſſet, ibidémque morbo correptus, ex quo etiã deinde deceſſit, iuxta Pariſienſium mores teſtatus fuiſſet, pronuntiatũ fuit, conditum teſtamentum valere, & effectũ ſortiri debere quoad omnia bona teſtatoris, in quocunque loco ea ſita eſſent. Iuxta quam item opinionem conformem cõmuni Dd. placito, & allegatis arreſtis eadem curia Pariſienſis ann. 1566. pridie Kal. Iunij, cùm circa feſtũ Pentecoſtes ſolemniter arreſta pronunciarentur, ſecundum teſtamenti tabulas pronũciauit, quas viator ac præteriens aliquis pro more hoſpitalis pagi, in quo decubuerat æger, confeciſſet, tametſi longè alia teſtamẽti ſolemnia poſtularet lex domicilij ſitúſque bonorũ teſtatoris, quemadmodũ aduocatus Pariſienſis, quem ſæpius allegauimus in cõmentariis ſuis de moribus Pariſ. teſtatur, 14 ad quem vlteriorem expetentes diſſertatione recurrere poterunt. Nihil etiã moramur illud, quod quidam ex eruditioribus noſtri tẽporis *in obſeruationibus ſuis* ex iure Romano afferre voluit, 15 niſi quis communẽ illam patriam, Romam, quam idem auctor orbem Romanũ appellat, accipere velit pro præcipuis oppidis reſortitionũ regni huius. Verùm ea ratione allegata pręiudicia nimis reſtringerentur, atq; ex regula generali reſtrictio & limitatio planè contraria efficeretur. 16 Illud itaque non modò certũ & prædictis præiudiciis firmatũ, ſed etiam ex communi opinione & ſententia interpretũ iuris concluſum & definitum manet, quod teſtamenta iuxta eiuſmodi conſuetudinem aut ſtatutum condita vires ſuas etiam quoad bona alibi ſita obtineant. 17

ADDITIONES.

13 *art. conſuet.* 289. 14 Bellamer. *conſ.* 42. 15 Choppin. *lib. 2. de mor. Pariſ. tit. 4. n. 1. &* 2. 16 Cuiac. *lib. 14. obſ. c. 12.* 17 Ranchin. *part. 3. concl. 136.*

DECISIO XCIII.

ARGVMENTVM.

Militis extrema voluntas duobus teſtibus probari poteſt.

SVMMARIA.

1 *Teſtamentis militaribus multa priuilegia conceſſa ſunt, quæ veluti in tranſcurſu explicantur.*

2 *Poſt ordinationes Aurelianẽſes anno 1560. & Molinenſes anno 1566. promulgatas, de eiuſmodi teſtamentis militaribus & nuncupatiuis difficultas in ſuprema curia Pariſienſi oborta fuit.*

3 *A ſuprema autem curia Tholoſana iudicatum fuit ad eiuſmodi teſtamenta ordinationes illas non pertinere.*

EX prædictis autem, atque ordinatione† regia Molineis promulgata concernẽte probationes, quæ per teſtes fieri ſolẽt, articulo eiuſdem ordinationes denegatas dubium promanauit, quod ſuprema curia Pariſienſis feciſſe videtur, quoad continuationẽ vſus antea indubitatè recepti ratione teſtamentorum militarium in caſtris ſeu expeditione à militibus, aut eorũ miniſtris factorum, in quibus non requiruntur ſolemnitates iure communi teſtamentis aliorũ præſcriptæ, ſed multa militum teſtamenta priuilegia habent, ac proinde milites in expeditione degentes quomodo poſſint ac velint, teſtantur, illúdque, quod in vagina aut clypeo literis ſanguine ſuo rutilantibus adnotauerint, aut in puluere inſcripſerint gladio ſub ipſo tempore, quo in prælio vitę ſortem derelinquunt: tanquam ſtabilem vltimã voluntatem firmiter cuſtodiri oportet. 1 Sufficit item hac in re probatio duorum teſtium, qui deponant ſe audiuiſſe, quòd teſtator vltimã voluntatem ſuam de bonis ſuis tã quoad inſtitutionẽ heredis, quàm quoad alias res declararit, aut etiã vidiſſe, quod ſanguine ſuo in puluere, in vagina, aut clypeo heredis nomẽ adnotauerit, atque in acie deinde vulneratus aut interemtus fuerit. Idq; iuxta doctrinã Accurſij, 2 cũ legitima probatio de iure communi in prędicto numero conſiſtat, 3 íſque numerus hoc in caſu ſufficiens ſit, permagno ſanè humanitatis argumento in fauorem eorum, qui in acie occũbere dicũtur, quos loco tabularũ teſtamẽtariarum vagina, clypeo, puluere vti poſſe cõſtitutum legimus. Quamuis enim nonnulli tradiderint ad noſtros milites non pertinere priuilegia olim Romanorum militibus, eorúmque miniſtris cõceſſa: tamen alij in praxi Gallica optimè verſati aſſeruerunt ſe poſt diligentem eius rei inquiſitionẽ compertũ habere, quod teſtamenta minus ſolemnia viua voce à militibus in aciẽ prodeuntibus coram

ADDITIONES.

1 *l. milites, §. proinde, C. de teſtam. milit.* 2 *in d. l. milites, & in l. Lucius, ſuper verb. probationibus, & in l. D. Traianus, ff. eod. tit.* 3 *l. vbi, de teſta. d. l. milites, & Nou. Leon. 40.*

coram commilitonibus ſuis declarata & nũcupata ab omnibus ſupremis Franciæ curiis approbentur. 4 Hiſce verò haud obſtantibus cùm poſt ordinationes † Aurelianenſes an. 1566 promulgatas, quarum artic. 83. ſignatio teſtatorum expreſsè requiritur, atque aliàs Molineis anno 1566. publicatas, quarum articulo LIV. omnis probatio per teſtes in rebus ſummam centarum librarum vna vice præſtandarum excedentibus reiicitur; ad prædictam curiam per appellationem à ſententia Bailliui de Foreſts, aut eius vices gerentis à Chaufour, cauſa quædam teſtamentum militare concernens deuoluta fuiſſet, illud ex prędictis ordinationibus regiis defuncti heredes legitimi & ſucceſſores ab inteſtato impugnarunt. 5 Heres autem inſtitutus defenſionis loco excepit, quod in prouincia de Foreſt, in qua litigatores erant, ius ſcriptum ſeruaretur, & propterea ordinationes regię iſtę generaliter conceptæ, etiamſi iuri communi derogarent: tamen minimè pręiudicare poſſent priuilegiis & iuribus ſingularibus in corpore iuris comprehenſis, qualia ſunt prædicta militaria, cùm eorum nulla ſpecialis in ordinationibus mentio facta fuerat. 6 Planè Iulius Cęſar primus fuit, qui in hoſtico militibus, quomodo vellent & poſſent ſine ſolemnitate teſtari permiſit, ſi in aciem ij iam prodire, aut munus aliquod ſeu functionem quandam ſuſcipere deberent, atque ſic non ſemper neque indiſtinctè in omnibus locis, actibus & temporibus belli. Deinde Veſpaſianus Imp. priuilegium illud paulò amplius reddidit Titus autem & Nerua idem obtinere voluerunt omni tempore, quo milites in caſtris commorarentur, ſiue in aciem prodirent ſiue non, & ſiue munus aliquod gererent, ſiue eodem carerent, dummodo in expeditione ſeu caſtris eſſent. Id quoque D. Traianus confirmauit: quemadmodum prædictorum Imperatorum edicta promulgata fuiſſe *in pandectis* legimus. 7 Inter priuilegij autem huius capitula non minimum illud eſt, quod ipſam allegatam probationem concernit: adeò vt veroſimile haud ſit legislatorem noſtrum ſupremum, cũ de eo neq; expreſsè, neq; tacitè, neq; directè, neque indirectè egerit, per ordinationes ſuas ad finẽ longè aliũ tendentes priuilegiũ illud tollere voluiſſe militibus ſuis, eorúmque miniſtris, eo præſertim tempore, quo forti ipſorum manu, pectore, & ope maximè indigebat. Quæ potiſſima cauſa fuit, vt prædicta curia Pariſienſis, quæ ad reliqua teſtamẽta nuncupatiua allegatas ordinationes regias pertinere iam prędiudicarat, arreſto ſuo Februarij, anno 1582. quoad teſtamenta militaria litem in confidentium miſerit conſilium. 8 In curia autem noſtra † Tholoſana 3 controuerſia eiuſmodi ſtatim & ex tempore definita fuiſſet, cùm illa prædictas ordinationes haud referat ad teſtamenta, ſed ea approbet, etiãſi iuxta ſolemnitates iuris cõmunis facta, à teſtatore ſignata nõ fuerint, dummodo doceatur iuſtam omiſſæ ſignationis cauſam extitiſſe, atq; in teſtamentis militaribus iuxta priuilegia in corpore iuris comprehenſa factis prædictam priuilegiatam probationem omnino admittat, vt rata ſit eiuſmodi teſtatorum voluntas, nec ad obſeruantiam & diligentiam legum reuocetur. 9 Atque ſic ſæpiùs à prædicta curia iudicatum fuiſſe meminimus, inprimis verò ad relationem defuncti domini Ioſſe in ſecunda claſſe inquiſitoriali, anno 1580. pro teſtamento quopiam militis, quod iſte coram commilitonibus ſuis ad oppugnationem de Puylaurens ſe accingens nuncuparat, & deinde ſtatim in oppugnatione obierat.

ADDITIONES.

4 *in §. illis autem, Inſt. de milit. teſtam.* Bened. *in d. c. Raynutius, ſuper verb. matrem inſuper Cleram, n.* 10. 5 Ioan. Faber *in rubr. Inſt. de milit. teſta. & in l. 1. C. de iur. & fact. ign.* 6 Faber *in l. 1. C quæ ſit long. conſ.* Bar. *in l. 2. §. legatis, & in l heres abſens, de iud. c. cùm ordinem, de reſcrip.* 7 *l. 1. & fi. de milit. teſt. l. 1. de bon. poſſ. ex teſtamen. mil. §. planè, Inſt. de mil. teſt.* 8 Choppin. *de LL. And. li. 3. tit. 4. n. 3.* 9 *l. 1. de teſtam. mil.*

DECISIO XCIV.

ARGVMENTVM.

Diuerſitas inſtrumẽtorum ex protocollo ſeu matrice ſcriptura iudicatur.

SVMMARIA.

1 *Arreſtũ ſupremæ curiæ Tholoſanæ quoad duo inſtrumẽta teſtamẽti cuiuſdã diuerſa à modernis allegatum defenditur.*

2 *Veritas facti quãdo de ea legitimè apparet, ſemper locum habere debet in actibus, præſertim diſpoſitionũ & voluntatũ extremarum, quoad earundem fauorem.*

3 *Quãdo inſtrumẽta in ſolemnẽ formã redacta non inuicẽ ſibi conueniunt, ſed diuerſa ſunt, ad matricem inſtrumenti ſcripturam ſeu protocollum recurri debet.*

4 *Simplicitas notariorũ interdũ excuſatur, præſertim ſi nullũ eorum dolum fraudem aut malitiam interueniſſe conſtet.*

5 *Ordinationes Aurelianẽſes & Molinenſes minimè referẽdæ ſunt ad teſtamẽta militaria & nũcupatiua, quæ iure communi aut priuilegio in corpus iuris relato nituntur.*

QVæ cũ ita ſe habeant Charondas dubitare nõ debuiſſet de iuſtitia alterius ab

eadem curia prolati arreſti, quod ſummatim in reſponſis ſuis exponit. 1 Rationes enim dubitandi, quas ex regiis ordinationibus deprompſit per modo allegata præiudicia non ſolùm impugnantur, ſed ēt planè confutantur & eliduntur. Hypotheſis autē,
1 in qua arreſtum † illud prolatum fuit eiuſmodi erat: Notarius quidam, quem vtraque pars litigans bonæ & probatæ famæ virum eſſe concedebat, ex protocollo ſuo ſeu matrice teſtamenti ſcriptura duo inſtrumenta in ſolemnem formam redegerat. In eo protocollo à teſtatore & teſtibus ſignato clauſula ſubſtitutionis ab eodem notario ſcripta erat, non verò ab eo, neque à teſtatore, aut etiam teſtibus ſignata. Sub finem tamē clauſulæ dies adſcriptus fuerat, atque ſub eius initium ſignum poſitum exprimens locum teſtamenti, in quo clauſula illa ſubſtitutionis propriè poni deberet, quemadmodum à notariis quoad clauſulas ex incuria omiſſas regulariter fieri ſolet. At cùm inſtrumenta viuus adhuc ex protocollo extraheret in eorum vno clauſulam ſubſtitutionis omiſerat: in altero verò adiecerat, & illud quidem heredibus inſtitutis, qui etiam clauſulam ſubſtitutionis haud requiſierant, atque de ea, tanquam parum pro iis facientē, non admodum ſolliciti erant: hoc verò ſeu alteram clauſulam ſubſtitutionis habens ſubſtitutis, qui illam tanquam eorum ius continentem ſpecialiter petierant, inſerti tradiderat. Curia itaque cùm controuerſiam hanc appellatione ad eam deuolutam
2 † inter heredes cuiuſdam, qui à teſtatore inſtitutus fuerat, alióſve ab inſtitutis cauſam & ius habentes, atque inter ſubſtitutos definire deberet, neceſſarium eſſe duxit, vt exactam cauſæ cognitionem ſuſciperet pro indaganda facti veritate, quę ſemper locum habere debet, ſi de ea legitimè appareat, prę ſertim in actibus teſtamentorū, aliarúmve vltimæ voluntatis diſpoſitionū propter earundem fauorē. Hanc aūt indagationē curia cōmodius haud fieri poſſe exiſtimauit, quā ſi ea de re teſtes numerarios audiret, qui cū adhuc viui eſſent, & ſeparatim ſeu ſeorſim examinarētur, omnes vnanimiter depoſuerūt teſtatorē, poſtquā ei teſtamentum à notario prælectum fuerit, eūdē iuſſiſſe, vt clauſulā ſubſtitutionis adiiceret, quā ēt teſtator in ipſorū præſentia dictarit, cuius adhuc optimè memores eſſent & exiſtimarent illam tam à ſe, quàm à teſtatore ſignatā fuiſſe. Quę teſtium depoſitio potiſſimùm fecit, vt ſubſtituti victoriā cauſæ obtinerent, & clauſula ſubſtitutionis in ſuo ſtatu permaneret, & ꝓ principali quapiā teſtamenti parte habetur, relata per prædictū ſignū ad ipſū teſtamenti corpus, atq; ad locū, in quo principaliter poni debebat, vt ideò teſtamento ſignato, oēs quoq; partes ex eo dependentes ſignatę crederentur, præſertim illæ, quas ante teſtamēti perfectionē ſcriptas eſſe appareret, qualis erat prędicta ſubſtitutio, infra quā dies actus adſcriptus fuerat, ſine quo alias actus imperfectus, & nullius momenti fuiſſet. Quæ vna cū inſtrumento à notario ſignato & clauſulā ſubſtitutionis habēte, atq; ſubſtitutis tradito ſufficere poterūt loco reſpōſionis ad fūdamenta ex regiis ordinationib. Aurelianēſib. de ſignatione teſtamentorū & præiudiciis ſupremæ curiæ Pariſiēſis deprōta. 2 Nec obſtat, ꝙ in altero inſtrumēto talē clauſulā notarius omiſerit. Nā quoties inter eiuſmodi inſtrumēta diuerſitas † quędā occurrit, ad 3
originale ſeu ꝓtocollum ſēper recurri debet, ꝙ tamē & ipſū poſtponitur iis, quę viua voce dicūtur & iureiurādo, ſi fortè inter teſtiū depoſitionē & tale ꝓtocollū aliqua diuerſitas occurrat, cū teſtis deponētis fides literæ ſcriptæ ꝓferatur, præſertim in prędicta hypotheſi, in qua veritas planè euidēs erat & inſtrumēto ſubſtitutis tradito cōueniebat.
Et veroſimiliter ea notarij † ſimplicitas fuerat, vt exiſtimaret, quēadmodū licitū eſt in fauorē legatariorū clauſulā legatorū ex teſtō excerpere & peculiare de vtralibet clauſula inſtrumētū cōſcribere, nec nō emptorib. inſtrumentū venditionis puræ & ſimplicis vēditoribus aūt aliud pacti de retrouendendo ſtatim adiecti, tanquam diuerſorum & ſeparatorum contractus capitum tradere: ita quoque liceret tam inſtitutis, quàm ſubſtitutis peculiare inſtrumentum conſcribere, & in horū quidē fauorē ſubſtitutionis clauſulam adiicere, in illorū verò gratiā eādē omittere. Quare ſēper nobis viſum fuit, præ- 4
dictam ordinationem † Aurelianenſem nō 5
poſſe, neq; debere referri ad hypotheſin allegato arreſto prę iudicatā, multóque minus alteram Molinenſem quoad res excedentes ſummā centū librarū argumento eorū, quæ à nobis modo, atque ſuprà etiā dicta fuerūt, quæ huc, ne citra neceſſitatem multi & prolixi ſimus, repetere nolumus. Illud tamē adhuc monendum eſt, ſi quæſtio ſit de probatione teſtamenti & vltimarū voluntatū per teſtes quoad accidentia, quæ regulariter euenire queunt, & quibus homines implicātur, quod ea non proſpexerint, neque de iis cogitarint, atq; heredes inſtituti aut ſubſtituti adeò ex negligētia & ſocordia talia teſtamēta nūcupatiua ante adiectarū cōditionū, per

ADDITIONES.

1 *lib. 7. cap. 169.* 2 *§. ſi verò tale, in Nou. de fide inſtrum.* & ibi Gothofr. *in ſuis annot.*

per quas ius iis acquiſitum fuit, euentum nō publicari curarint: quod curia eiuſmodi probationem haud admittere, neque eā factam attēdere ſoleat, ne effectus cauſam anteuertere videatur. Atq; ſic cùm ſubſtitut⁹ in teſtamento nūcupatiuo ante decēniū facto ſubſtitutū ſe fuiſſe, iamq; ſubſtitutionis caſū eueniſſe contendens, teſtes ea de re examinari peteret, petitio ei denegata, atque pro heredibus & ſucceſſoribus defuncti, quos ille grauatos eſſe dicebat haud attentis articulis, ad quorum probationem ſe offerebat, iudicatum fuit. Quod arreſtum ad relationem defuncti Dn. d'Affis proferebatur, qui deinde aduocatus generalis creatus atque in locum Dn. d'Affis fratris ſui primarij iam præſidis Burdegalenſis, viri eloquentiſſimi, & auguſta ſua functione maximè digni ſuffectus fuit, cuius etiam ſuperius cum præfatione honoris mentionem fecimus, cùm hoc eximia tanti viri virtus requirat.

DECISIO XCV.

ARGVMENTVM.

Heredes inſtituti & ſucceſſores vniuerſales ſubſtitutionem eo nomine impugnare nequeunt, quod inſinuata non fuerit.

SVMMARIA.

1 *Abuſus euocationum ordinariarum.*
2 *Euocationes eiuſmodi habentur pro tali aëris mutatione, quæ morbo non medetur, ſed eundem maximè auget.*
3 *Lis ſeu cauſa locum mutans definiri & terminari debet iuxta regulas territorij ſeu loci illius, ex quo euocatur.*
4 *Vſus verus legum interpres eſt.*
5 *Heredis inſinuationem ſubſtitutionis omiſſam fuiſſe obiicietis exceptio doli replicatione à ſubſtituto dici poteſt.*
6 *Contra tertios autem detentores, creditores, alióſque poſſeſſores ſingulares tali replicatione ſubſtituti haud vti poſſunt.*

1 EX diuerſitate itaque † aut potius contrarietate præiudiciorum à duab. præcipuis regni huius curiis, nempe Pariſienſi & Tholoſana prolatorum apparet, quod diuerſitas tractuū, & prouinciarū, in quib. curiæ illæ ſtabilitæ ſūt, diuerſas imò è diametro cōtrarias regulas producere ſolet. Quod quidem ſæpius infeliciter admodū contingit ob abuſū euocationū ordinariarū, quib. miſerum hoc ſeculum ſcatet, ſatis frequentem, quæve vt plurimum nulla alia ex cauſa, quàm ſolo regis motu fiunt. Et quamuis
† periti medici in morbis chronicis aëris 2
mutationem ægrotis ſuadere conſueuerint, vt eo citius conualeſcant: tamen euocationum illarum, per quas lites aerem mutare, atque ex vna ſuprema curia ad aliam trahi ſolent, finis longè alius eſt, cùm illæ non eo ſpectent, vt mutatio ipſi cauſæ mederi, ſed eam, cùm bona ſit, deteriorem reddere, imò planè perdere debeat. 1 Si enim eiuſmodi cauſæ, de quibus *in deciſionibus præcedentibus* egimus, ad ſupremam curiam Pariſienſem euocentur & perueniant, tum ad quāſcūque probationem litigator ſe offerat, vel licet euidentiſſimè doceat in teſtamētis nūcupatiuis, hanc teſtatoris volūtatem expreſſam, ſiue viua voce declaratam, ſiue etiā certis & indubitatis ſignis denotatam fuiſſe, vt ipſe heres eſſe deberet, tamen ob præiudicia ſuperius allegata ſuccumbet, cùm ecōtra victoriam certiſſimè reportaſſet, ſi lis in curia Tholoſana aut Burdigalenſi permanſiſſet.

Quare cùm cauſa † locum mutans ni- 3
hilominus iuxta ius & regulas territorij, ex quo euocatur definiri & terminari deberet, econtra abuſus ille facit, vt aëris mutatio fiat, quo cauſa iuxta remedia in territorio, ad quod trahitur, adhiberi ſolita purgetur & euacuetur. Qui abuſus facilè præcaueri poſſet, neque euocationes tam frequentes fierent, ſi iudicibus ſeuerè iniungeretur, vt leges, regulas & deciſiones locorum, ex quibus cauſæ euocantur, ſequi deberent, aut alias litem ſuam facerent & litigantibus, quoad damna & intereſſe ſatisfacere tenerētur, atque contra hoc præceptum peccantes rigidè plecterentur. Imò etiamſi iudicibus hoc præciperetur, ipſíque ſedulò id efficere ſtuderent: tamen adhuc opus & labor eſſet, vt ad optatum effectum peruenire poſſent. Verè enim aduocatus generalis Cameræ rationum Pariſienſ. in Epiſtol. quadam ad Dn. aduocatum Chopp. ſcripſit: quemadmodum vrſus lambendo demum catulis ſuis formā dat: ita quoque leges interdum ruditer populo ab initio propoſitæ temporis tractu
poliuntur, vt verè dicatur vſum † ſeu con- 4
ſuetudinem verum legis interpretem eſſe. Idem quoq; aduocatus eius rei exemplū de teſtamentis adducit, quæ iure ſcripto & propterea in vrbe Thol. eiuſdémq; reſortitione ex omni parte fauorabilia eſſe dicit, eámq; ob cau-

ADDITIO.

1 Stephanus Paſquiet *lib. 6. Epiſt.*

ob cauſam ibidem plures vſu introductas fuiſſe regulas, quæ Pariſiis non attendantur, neque ibi teſtamenta ęquè fauorabilia ſint, ſed potius iis præferantur ſucceſſiones ab inteſtato, ob quas itidem vſu multa in prouinciis conſuetudinariis contra teſtamenta degnerarint. Ad cuius rei probationē ſufficere poterunt præiudicia, quæ ſupra adduximus, atque à ſuprema curia Thol. pro teſtamentis à Pariſ. verò contra ea pronunciari ſolent. Vlteriorem autem diſſertationem omittentes interim expectabimus iuſtā huius rei reformationem, vt iuſtitia purè & ſāctè in locis in quibus degimus, aut in quib. bona noſtra ſita ſunt; adminiſtrari queat. Idque prædictus auctor *vne charge fonciere*, id eſt, onus quoddam reale quod coronę regis noſtri annexum ſit, appellitat. Illud ſaltē quoad materiā huius deciſionis ſubiicimus, quòd prædictæ curiæ ſupremæ in præiudiciis ſuis non adeò diuerſæ & contrariæ ſint, quoad hypotheſes aliarum ordinationū regiarum itidem materias teſtamentarias cōcernentiū. Etſi enim regia ordinatione Molineis promulgata expreſsè ſancitur, quòd ſubſtitutiones intra ſex mēſes inſinuari aut aliàs nullæ & ſine effectu eſſe debeant: tamē nihilominus ſuprema curia Tholoſ. defectu inſinuationis haud obſtante ſubſtitutiones in fauorē ſubſtitutorū cōfirmare cōſueuit, ſi eę ob defectū hunc ſaltem ab heredibus inſtitutis aut ſucceſſoribus vniuerſalibus impugnentur aut procuratæ eſſe dicantur.
5 Præſumitur enim, quòd heredes † & ſucceſſores eiuſmodi ſciuerint & intellexerint, imò ipſimet ſtatim poſt obitum teſtatoris ad ſe receperint teſtamentum in iuſta forma, vt propterea heredum omiſſæ inſinuationis exceptio doli replicatione vtpote ꝙ heredes teſtamētum occultarint, à ſubſtitutis elidi queat. Idem quoque ſuprema curia Pariſ. in ſequenti hypotheſi pronunciauit: *Quidam in teſtamento ſuo nonnullos fundos vni ex liberis ſuis natu minoribus legarat, eidémque alios liberos itidem minores, legatarij fratres ſubſtituerat. Quæſitum eſt, cùm ea ſubſtitutio inſinuata non fuerit, vtrū poſt legatarij obitum eiuſdem ſubſtituti à fratre natu grandiore primi legatarij repelli poſſent, cùm ille inſinuationis in ordinatione requiſita omiſſionē obiiceret? Et quidem ſubſtituti reſponderunt hanc fratris natu grandioris obiectionem releuantem non eſſe.* Cùm enim legatarius ſemper habuerit codicem poſtremæ teſtationis defuncti, eius numeri incubuit publicè promulgandam curare ſubſtitutionem teſtamētariam, aut quo minus promulgaretur dolo fecit, ne eius heres primarius ſubſtituto bona reddere cogeretur, 2 ac proinde iure ciuili receptum eſſe, vt quoties per eū, cuius interſit tactus ſolemnia non impleri ſit, quo minus impleātur, perinde habeatur ac ſi expleta fuiſſet ſolemnia. Idque IC. etiam ad inſtitutiones heredum & legata extendit. 3 Quare arreſto d. curiæ Pariſ. menſe Sept. An. 1587. prolato iudicatum fuit pro ſubſtitutis haud attēto inſinuationis defectu, quem etiam curia Thol. in eiuſmodi hypotheſi haud attendit, quamuis alias hoc in caſu regiam ordinationem obſeruet, ſi inter ſubſtitutos † atq; tertios detētores, creditores alióſve ſingulares 5 poſſeſſores ius & cauſam ab herede aut legatario grauato habentes lis verſetur. Veroſimiliter enim præſumitur, quod eiuſmodi perſonæ cū ſubſtitutis verè aut quaſi haud contraxiſſent aliáve negotia celebraſſent, ſi inſinuatione legitimè facta ſubſtitutionis notitiam habuiſſent. Quę etiam vna ex pręcipuis cauſis eſt, ob quas inſinuatio ordinata fuit, quemadmodum ſupra quodā in loco docuimus adducentes ſimile quoddā curiæ noſtræ præiudicium quoad comprobationem diplomatis reſtitutionis in integrū: qualia diplomata nonnunquam minores impetrare ſolent aduerſus omiſſam donationis inſinuationem.

ADDITIONES.

2 *l. 3. quemad. teſt. aper. l. locum, §. ſolēt & §. fi. l. 5. de tab. exhib.* 3 *l. iure ciuili, de iuſt. & iur.*

DECISIO XCVI.

ARGVMENTVM.

Renunciatio ſubſtitutioni fideicōmiſſariæ facta ſubſtitutos impedit ne ad fideicommiſſum admittantur, dummodo expreſſa fuerit.

SVMMARIA.

1 *Inter heredes inſtitutos & reciprocè ſubſtitutos mutua reuocationes fieri poſſunt, quibus ſpes iuris futuri remittatur.*

2 *Quod etiam tum obtinet ſi teſtator hereditarias portiones alienare prohibuerit, atque ſimul interdixerit, ne voluntati ſuæ vllo modo contraueniatur.*

3 *Haud tamen renunciationes & remiſſiones eiuſmodi ex diuiſione bonorum inter fratres heredes inſtitutos facta eliciuntur, etiamſi in inſtrumenti diuiſionis præfatione teſtamenti, inſtitutionum & ſubſtitutionum reciprocarum mentio facta fuerit.*

4 *Renunciationes enim eiuſmodi,poſtquàm teſtamenti verba inſpecta & cognita fuerunt , verbis apertis & expreſſis fieri oportet.*

1 HActenus de ſubſtitutionibus † fideicom. potiſſimum locuti fuimus. Antequam autem ab hac materia diſcedamus, prius in hac deciſione enodabimus dubium , quod ratione remiſſionum & renunciationum ſpei,quæ ex fideicom. ſubſtitutionibus oritur,moueri poterat. Idq; in terminis à DD. DD. DD. Seuero & Antoni. 1 Diocl. & Maxim. 2 Galieno & Valeria. 3 deciſum videtur qui etiam ſpecialem rationem adducunt, nempe ſi tales remiſſiones aut renunciationes inter fratres ſibi inuicem ſubſtitutos factæ fuerint , quod nulla omnino inæqualitas,ſed potius euidens æqualitas libertatis fraternæ inter duos fratres exinde oriatur, cùm ij tali tranſactione ſe inuicem liberos reddere ſtudeant, ne ob conditionis incertum amplius in dubio & ſuſpenſo hærere cogãtur, ſed potius vtrinque omne captandę alterius mortis improbabile votum remoueatur , neque vnum alterius obitum (quæ res plena periculi eſt triſtémque euẽtum comitem habet) præſtolari oporteat. Quare tranſactio eo nomine inter fratres inita non immeritò commendatur, adeo ipſimet Impp. Seuerus & Antoninus reſcripſerint : conditionis incertum inter fratres non iniquis rationibus conuentione finitũ fuiſſe. 4 Et quamuis fideicommiſſum non reciprocum eſſet,ſed perſonam concerneret ſaltem vnius veluti ſi è duobus aut pluribus fratribus vnus ſaltem reliquis grauatis ſubſtitutus fuerit: tamen nihilominus idem dicetur & obtinebit, cùm eiuſmodi remiſſio aut renunciatio, qua fideicommiſſarius ſpei quàm ratione fideicommiſſi habet, renunciat,rem ad æqualitatem reducat inter liberos, admodum fauorabilem , quemadmodum ex reſponſo Papiniani 5 nec non reſcripto Imperatoris colligitur. 6

2 Euenit itaque, vt pater † trium liberorum eoſdem æqualibus partibus heredes ſcriberet, atque vnum alteri ſine liberis decedenti ſubſtitueret , expreſsè prohibens ne relicta bona alienarent neque etiam alias (nam hæc verba notarius teſtamentum expediens vſurparat) quicquam facerent aut procurarent quo teſtamento vlla in re contraueniretur. At prædicti heredes teſtatore mortuo hereditatem in tres æquales partes diuidentes in inſtrumento ſolemniter confecto,cùm prius in præfatione inſtitutionis & ſubſtitutionum reciprocarum in teſtamento poſitarum mentionem feciſſent, & cuiuſlibet portio peculiariter deſcripta fuiſſet,remiſſiones mutuas adiecerunt,cum tali promiſſione,quòd vnus alterum quoad partem acceptam indemnem ſeruare neque quicquam amplius ſub quocunque etiam prætextu petere vellet. Cùm autem deinde vnus ex prædictis tribus fratribus heredibus ſine liberis decedens in teſtamento ſuo vxorem heredem inſtituiſſet:inter eam, eiúſque duos affines,ſeu defuncti mariti ſuperſtites fratres coheredes lis oborta fuit rationeſubſtitutionis,cuius cõditionẽ prędicti duo fratres , cùm tertius ſine liberis deceſſiſſet,euenisse dicebant. At defuncti vidua † & heres reſpondebat diuiſione bonorum 3
inter eos & defunctum maritum facta ſubſtitutioni renunciatum fuiſſe , & propterea actores,argumento vulgatarum iuris regularum, audiendos non eſſe, præſertim cùm in præfatione contractus diuiſionis expreſſa mentio ſubſtitutionis facta fuerit , ſicque ea in diſpoſitione repetita cenſeatur,quia in præfatione dicta fuerant in ſequentibus repetita intelligebantur. 7 Fratres autem ſubſtituti replicarunt, quod haud obſtantibus iis , quæ in contractu illo diuiſionis haberentur,nihilominus ſubſtitutio reſeruata eſſet,cùm ei expreſſè , quemadmodum fieri debebat, renunciatumnon fuerit, præſertim cùm tranſactio illa non inſpectis neque cognitis verbis teſtamenti interuenerit.

Nulla enim inſpectionis illius in ipſa diſpoſitione mentio fit : quod tamen omnino neceſſarium erat, 8 cùm narratio ſeu præfatio ſaltem ad eum finem tendat, vt diuiſionis fundamenta exprimat , neque clauſulæ generales diſpoſitionis , tanquam appoſitæ ſaltem in actus executione,eo extendi queant. 9 Imò etiamſi expreſſè inſpectis cognitíſque verbis teſtamenti fratres ſubſtitutioni renunciaſſent : tamen hoc facere haud potuiſſẽt, cùm pater in teſtamento ſuo alienationem atque ne vlla in re voluntati ſuæ contraueniretur,prohibens prędictam renunciationem prohibuiſſe videatur.

Quare

ADDITIONES.

1 *In l.1.C.de pact.* 2 *in l cùm proponas, C.eodem.* 3 *l.fideicommiſſo, C.de tranſact.* 4 *d.l.1.C.de pact.* 5 *l.cùm pater filios, §. euictis prædiis, de legat. 2. & in l.ſi paterfamilias,famil. erciſcund.* 6 *l.final.C.comm. vtr.iud.* 7 *l.Titia,§.1.de V.O.* 8 *l. de iis,de tranſact.l.1. §.ratio,quemadmod.teſtament.aper.* 9 *Clem.1.in fin.de prob.*

Quare cùm hac in controuerſia iudex d'Appeaux de Pamies ſententiam protuliſſet,(per quam reformans placitũ Seneſcalli dicti loci de Pamies pronunciarat ſubſtitutionis caſum in fauorem fratrum ſubſtitutorum eueniſſe,ita tamen,vt defuncti fratris coheredis vidua legitimam & quartã detrahere poſſet)atque ab ea ad curiam prouocatum fuiſſet,eadem ſententiam illam arreſto ſuo ad relationem defuncti domini Ioſſe ANNO M.D LXXVI.prolato confirmauit. Qua quidem in re curia non tam ad rationes Accurſij, quas *in gloſſa ſua magna ad l. 1.Cod.de fideic.dot.dent.*adducit, neque ad illud,quod Baldus *in l.1.Cod.de pact.*de prohibita à teſtatore remiſſione ſeu renũciatione tradit,quã ad doctrinam Papiniani, 10 Scæuolæ, 11 atq; ea,quę interpretes inde inferũt, reſpexit:ad quos recurrere poterũnt vlteriorem huius rei explicationem deſiderantes. Nos arreſtum hoc ex ore& viua voce domini Ioſſe percepimus,cui id libenter acceptũ fuerimus, haud ſecus ac reliqua, quæ ſupra paſſim ex eius cõmentarijs retulimus,&quã tum fieri potuit, integerrimè explicuimus. Dn.Papon 12 mentionem facit alterius† arreſti à conſilio magno contra ſubſtitutos,in contraria tamen hypotheſi prolati, in qua fideicõmiſſarij non modo expreſſam mentionẽ teſtamenti & clauſularum fideicõmiſſariarum fecerant,ſed etiã ſubſtitutioni,omniq; iuri futuro apertis verbis ex certa ſciẽtia renũciarant. Dn. præſes Gratianopolitanus ſimiliter *in deciſionibus ſuis* 13 hãc quæſtionem tractat,atq; ad prædictum ſupremæ curiæ Tholoſanę præiudiciũ inclinat,quamuis ille planè cõtrarium parlamenti Gratianopolitani alleget. Ranchinus itẽ huius rei mentionẽ facit allegãs inter alios Dn. Boërium *in deciſionibus ſuis* 14 Sed &alibi idem Ranchinus de hac quæſtione plenius & latius egit. 15

ADDITIONES.

10 *in d.l.cùm pater,§.hereditatem* 11 *in l. qui Roma,§.duo fratres*,& ibi Bart. Iaſ. & alij DD.*de V.O.* 12 *en ſon recueil, tit.de ſubſt. art.*25. 13 *queſt.*232. 14 *deciſ.* 147. *in princ, & num.*10. 12. *&* 13. 15 Ranchinus *part.*3. *concl.*492.

DECISIO XCVII.

ARGVMENTVM.

Mutuum coniugum teſtamentum poſt vnius obitum ab altero quoad ſuam diſpoſitionem reuocari poteſt.

SVMMARIA.

1 *Maritus & vxor,præſertim inter alios,ſimul teſtamentũ eodem actu coram eodem notario & teſtibus facere poſſunt.*

2 *Vnus tamen poſt alterius obitũ ſuperſtes teſtamentũ eiuſmodi, quãtũ ſuum in eo diſpoſitionem attinet,reuocari poteſt.*

3 *Præiudicium ſupremæ curiæ Tholoſanæ cõforme ſententiæ Cameræ imperialis.*

4 *Suprema tamen curia Pariſienſis contrarium pronunciauit, nempe pro primo teſtamento mutuo inter cõiuges facto,nulla habita ratione reuocationis ab alterutro eorum ſuperſtite factæ.*

IVXTA regulam † iuris indubitatam maritus & vxor,præſertim inter alios,codem actu,coram iiſdem notariis & teſtibus teſtamentum facere poſſunt.Verùm de eo dubitatum aliquando fuit,ſi poſt teſtamenta† ita condita vnus eorum decedat ſuperſtite altero, nunquid ſuperſtes reuocare queat eiuſmodi teſtamentum quantum ſuã in eo diſpoſitionem attinet? Et quidem affirmatiua reſponſio viro cuidã doctiſſimo,qui de mutuis coniugũ teſtamentis ſcripſit,probatur 1 qui etiam eius rei rationes aliquot adducit, atque ex eo potiſſimum depromit,quod tali in caſu veluti duo teſtamenta duarum perſonarum ſint,cùm quælibet pro ſua parte teſtamentum facere videatur, atque talis reciproca diſpoſitio perinde habeatur,ac ſi quilibet coniugum ſeparatim de ſuo patrimonio diſpoſuiſſet,& propterea cuilibet corum licitum ſit pœnitere & voluntatem ſuã mutare. 2 Imò voluntas eiuſmodi libera & ambulatoria ad mortem vſque eſſe propterea non deſinit,quod in teſtamento adiectũ fuerit,ne poſteriora valerent,niſi vtriuſque cõſenſu.Nam eo haud obſtante nouiſſimã ſcripturam in hac re nihilominus potiorẽ eſſe Bartolus alibi docuit, 3 cùm teſtamenti factio non debeat ex alieno nutu arbitrioque pendere. 4 Atque ita à Camera imperiali, pro libertate ſcilicet mutui cõiugũ teſtamẽti à ſuperſtite, quoad res ſuas,reuocãdi teneri ex Mynſingero colligi poteſt. 5 Cui ſententię cõforme eſt prçiudiciũ † ſupremæ curiæ 3

ADDITIONES.

1 Petr.Peck.*de teſtament.coniug.* 2 Oldrad. *conſ.*174. 3 *in l.ſi quis, in princ. de legat.*3. 4 *l. illa inſtitutio, de teſtament.l. captator. Cod. de teſtament.* 5 *cent.* 1. *obſ.*8.

mitti haud potuerint, quib. etiã propterea nulla iam actio ſeu petitio legatorũ competeret. Quod enim legata neptibus relicta attinet, dicebat non modò eorum præſtationem ſeu ſolutionem ad diem nuptiarum dilatam ſed etiam adiectum fuiſſe, dummodo nobili nuberent: ex quo manifeſtè colligeretur teſtatorem haud legare vel donare voluiſſe, ſine iſta contemplatione & principali cauſa, quæ eum ad relinquenda legata eiuſmodi commouit, nempe vt neptes eo facilius tales maritos reperire poſſent, quales illæ deſiderabat: quæ quidem vera & pura cauſa finalis atque in forma & modo conditionis adiecta & appoſita eſſet. Imò etiamſi ſimpliciter adiecta fuiſſet: tamen eodem iure cenſeretur, quo ipſa cõditio, nempe vt non minus illi, quàm huic ſatisfieri deberet. Vnde etiam Papinianus reſpondit legatum centum aureorum Titio ita relictum, vt Mæuiam, quæ vidua eſt, vxorem ducat, haud aliter deberi, quàm ſi Titius Mæuiam vxorem duxerit. 1 Et ratio eius reſponſi eſt, quòd cauſa finalis talis legati ſit matrimonium. Illud tamen ex conſtitutione quapiam imperiali 2 hanc interpretationem ſeu limitationem recipit, ſi Titius quo minus matrimonium ſequeretur, in cauſa non fuerit. Si enim Titius Mæuiam ducere paratus ſit, ſed huic illa nubere nolit, legatum nihilominus debetur. Sed

2 & idem dicendum † eſſe heres contendit de legato nepoti relicto, cui ideò illud teſtator tum demum præſtari voluerit, ſi 25. ætatis annum attigiſſet, quod ſatis perſpectam haberet eius ætatem adminiſtrationi bonorum nondum ſufficere, atque ſic illi tanquam minus induſtrio, adhuc proſpiciendum & ſuccurrendum eſſe duceret: quemadmodum Papinianus in ſimili hypotheſi reſpondiſſe videtur 3 tandem concludens, quòd conditionem impleri oporteat aut legatum in fauorem heredis inſtituti annihiletur.

Verum econtra actores replicabant,

3 quod legatum † neptibus die nuptiarum præſtandum planè purum & ſaltem eius exactio ad diem nuptiarum dilata eſſet, idque inde conſtare, quod eiuſmodi legatum veluti clauſulas diſpoſitiuas, vt loquuntur, habeat, quarum vna ipſam legati ſubſtantiam concernit, & ab omni conditionis ſuſpicione aliena eſt, præſentémque obligationem parit 4 altera verò ad legati ſolutionem ſeu præſtationem pertinet. & cui in gratiam heredis dilatio adiecta fuit.

5 Vnde D. Alexander *in conſtitutione ſua* tanquam verus ICtus reſpondit: ex his verbis; *do, lego Seuerinæ filiæ meæ & Secundæ deceni, quæ legata accipere debebit, cũ ad legitimũ ſtatum peruenerit,* non conditionem fideicommiſſo vel legato inſertam, ſed petitionem in tempus legitimę ętatis dilatam videri: 6 Idque deſumptum videtur ex eo, quod alibi Papinianus dixit, 7 ſi certa ſumma alicui ita legata fuerit, vt cùm ad certam ætatem peruenerit, legatum ei pręſtetur, tale legatum purum & minimè conditionale eſſe.

Cui etiam conuenit illud Iuliani, † referente Vlpiano 8 quod in eiuſmodi legato: 4
Seia decem aut ſi peperit fundum heres meus dato, duæ diſpoſitiones contineantur, nempe vna pura decem concernẽs, altera verò conditionalis, ad ipſum fundum ſpectans, atque hac illa minimè mutetur aut alteretur Vnde facilè colligi poteſt terminos ad ſoluẽda ſeu pręſtanda hęc legata heredi conceſſos eadem illud mutaſſe vel corrupiſſe, multóque minus obligationem puram, ex qua debebantur, alteram fuiſſe ſequenti clauſula præſtationis ad certum diem, quę ſaltẽ ipſam ſolutionem † concernebat, pręſertim ratione prędicti nepotis, cuius cauſa argumento eorum, 5
quæ dicta ſunt, tam per reſponſa ICtorum quàm per conſtitutiones Impp. deciſa videtur.

Quare cum prędicta controuerſia per vim appellationis ad curiam deuoluta fuiſſet eadem arreſto ſuo 11. Februarij anno M. D. LXXXIV. ad relationem domini Topignon in ſecunda claſſe inquiſitoriali, quoad detractiones de hereditate fideicommiſſaria familię de Capmortaires, legatum neptes concernens conditionale eſſe declarauit, & propterea heredem inſtitutum a petitione heredum & ſucceſſorum legatariarum abſoluit, ſed eundem heredem, vt alterum legatum nepoti relictum eius heredibus pręſtaret, ſi viginti quinque ætatis eius anni lapſi fuerint perinde ac ac ſi ſuperſtes manſiſſet, condemnauit.

Atque ſic prædicta curia † quoad nepotem 6
ſecuta fuit communem reſolutionem iuris interpretum atque auctoritates ex iure ſuperius adductas, quemadmodum etiam quoad legatum ipſarum neptium idem feciſſet, ſi clau-

ADDITIONES.

1 *l. Titio centum, §. Titio centum relicta ſunt, de cond. & demonſtr.* 2 *l. 1. C. de inſtit. & ſubſt.* 3 *d. l. Titio centum. in pr.* 4 *l. omnia, de legat. 2. l. in omnibus, de R I. l. eum qui Calẽdis, §. quoties, de verb. obl.* 5 *d. l. eũ qui Calendis, §. 1. & l. eum qui. de verb. obl.* 6 *l. ex his, verbis. C. quand. dies legat. vel fideicom. ced.* 7 *l. Firmio, §. pater, ff. eod.* 8 *l. ſi vſuſfructus. §. 1. ff. eod.*

vt occaſio præberetur legatariæ probãdi articulos exhibitos quibus continebatur amitam nihilominus in priori voluntate perſeueraſſe etiamſi exegerit partem quo legati ſeu debiti, legatariæ pater teſtatrici obſtrictus erat, Idq; ſententiæ Vlpiani 4 & Scæuolæ 5 conueniens eſt. qui alibi reſponderunt, quod licet alias per legati nominis exactionem à teſtatore factam ipſum legatum extinguatur, tamẽ hoc fallat, ſi probetur teſtatorem non eo animo feciſſe, quaſi vellet extinguere vel adimere legatum.

ADDITIONES.

4 *in l. fideicommiſſa, §. ſi rem ſuam, verſ. ergo & ſi nomen. de legat. 3.* 5 *in l. pen. in fin. de alim. legat.*

DECISIO C.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus omnium bonorum vxori à marito relictus liberis extantibus ad alimẽta reſtringitur.

SVMMARIA.

1 *Maritus, qui vxori vniuerſorum & ſingulorum bonorum ſuorum vſumfructũ in teſtamento reliquit, & liberos, ſeu vnum ex iis heredes inſtituit, eos legitima fructibus durante matris vita priuare nequit.*

2 *Imò talis vſusfructus vxori relictus reſtringitur ad præeminentiam quãdam in teſtatoris domo, atque ad honeſtam viduæ ſuſtentationem.*

3 *Liberis antè matrem prædefunctis ea fructus integri vſusfructus legati recuperat.*

4 *Quod dictum eſt de vxore teſtatoris id, etiam contra eius matrem & inſtitutorum liberorum auiam paternam iudicatum fuit.*

IVXTA communem & ſaniorem opinionem interpretum iuris tam ciuilis quàm Canonici extra omnem dubitationis aleã
1 poſitum eſt, quòd maritus in teſtamento † ſuo vniuerſorum & ſingulorum bonorum vſumfructum vxori relinquens, atque vnũ vel plures liberos heredes inſtituens, eoſdẽ priuare nequeat fructibus legitimæ, quamdiu eorum mater in viuis eſt, ſed potius ij ſtatim poſt patris obitum legitimam plenè petere poſſint, neque pati cogantur, vt quid inde ratione vſuſfructus in fauorem matris detrahatur, cùm in poteſtate patris nõ fuerit voluntate ſua, quantumuis deſtinata & enixa vxori ſuæ (multò minus extraneo) vſumfructum relinquere per iura ſatis vulgaria, 1 ſed legitima alimentorum vicem ſuſtineat eorũmque loco debeatur, quibus vtique liberi à patre ob conſtitutum matri vſumfructum, & interim, quamdiu ille durat, priuari nequeunt, cum alias mortuorum non viuorum parens filius dici poſſet.

Atque non modò illud in Francia † noſtra & reſortitione d. curiæ Tholoſanę ac 2
prouincia iuris ſcripti obſeruatur, ſed etiam præiudicatum fuit, quod vſusfructus ita relictus, quando liberi extant, limitandus & reſtringendus ſit ſa tem ad prærogatiuam & præeminentiam quandam vxori in domo & familia teſtatoris in honorem & memoriam defuncti mariti, quẽ illa, quamdiu vidua manet, repræſentare ſolet competentẽ, atque ad alimenta honeſtámque & conuenientem ſuſtentationem. Sicque arreſto ſupremæ curiæ Pariſ. iudicatum fuiſſe Papon teſtatur 2 atq; ſimiliter ſuprema curia Tholoſ. ſæpius iudicauit eáq; ratione per conſequentiam quandam approbauit communẽ doctrinam Dn. noſtrorum deſumtam ex gloſſa regulariter ab iis allegari ſolita 3 eóque potiſſimum nitentem, quòd verba teſtatoris, per quæ ille vxorem ſuam conſtituit magiſtram, dominam & vſufructuariã omnium bonorum ſuorum, liberorum fauore ex præſumta mente teſtatoris ad nuda tantum alimenta & ad victum & veſtitum reſtringantur, quaſi maritus voluerit vxorẽ domui ſuæ in ea præeminentia & in eodem ſtatu manere, in qua & in quo ſe adhuc viuo fuerat, ne à liberis poſt mortem ſuam contemneretur. Qui ipſimet termini ſunt, quibus Dd. antiquiores hac in re vti ſolent rectè tradentes, quod econtra, ſi nulli liberi extent, vxor relictum à marito vſumfructum integrum habere debeat. Et quoniam dictum eſt talem interpretationem fauore liberorum receptam eſſe, conſequens erit,

ADDITIONES.

1 *In §. prohibemus, Nou. de trient. & ſemiſ. & in auth. nouiſſima,* & ibi gloſſ. *ſuper verb. nec vſufr. & l. quoniam in prior. C. de inoff. teſt.* Bart. *in l. vxori meæ, n. 3. de vſu & vſufr. legat. 2. tit. de vſufr. arreſt. 1. & de morte ciuili, arreſt. 2.* 3 *in auth. hoc loc. C. ſi ſecun. nupſ. mul. cui mar. vſufr. reliqu.* Bart. Salic. & alij *ibid. & in l. Titia cum teſtamento. § fin. n. 3. cum ſequ. l. 2.* & ibi Bald. Imola & communiter, DD.

3 erit, quòd liberis prædefunctis † antè matrem, ea omnes fructus & cõmoditates integri vſufructus legati recuperet, neque à liberorũ heredibus & ſucceſſoribus, ſi fortè quidam extent, impediri aut turbari queat, ſalua tamen legitima, in qua ipſa vſufructuaria conſtitui non potuit. 4 Idémque dicendũ erit ſi hereditas ad tranſuerſales peruenerit 5 aut etiam alias à teſtatore extranei heredes inſtituti fuerint, ad quos ſingulare priuilegium liberis & deſcendentibus teſtatoris conceſſum extendi & referri nequit, cũ qualitas priuilegij, mutatione perſonarum, quæ alterius cõditionis ſunt, mutetur & per conſequens amittatur. 6 Cùm
4 itaque teſtator quidam † matri ſuæ vniuerſorum & ſingulorum bonorum vſumfructum legaſſet, atque duos filios heredes ex æquis partibus ſcripſiſſet, defuncto teſtatore inter eius liberos eorúmque auiam lis oborta fuit. Ea enim vigore teſtamẽti integrũ vſumfructum omnium teſtatoris bonorum petebat ſalua liberis heredibus legitima, quæ vtriuſque contemplatione tertiam vniuerſorum defuncti patris bonorũ partẽ conſtituebat. Verùm econtra liberi vſumfructum à patre auiæ relictũ prędicto modo limitandum & reſtringendum eſſe contendebant, perinde ac ſi prędefunctæ eorum matri tanquam patris vxori, relictus fuiſſet. Cúmque hi litigatores ob arctum, quo inuicem coniungebãtur, ſanguinis vinculum in arbitros compromiſiſſent, atque ab eorũ laudo (quo ij pronunciarant vſumfructum quoad beſſem vniuerſorum defuncti mariti bonorum ſuperſtiti eius matri, quoad reliquum autem trientem, qui prædictam legitimam conſtituebat, liberis deberi) ad ſupremam curiam Tholoſ. deuoluta fuiſſet, in Camera magna, in qua tum nos ob interpoſitas quaſdam recuſationes eramus, ad relationem defuncti Dn. Auzone menſe Decemb. An. 1576. prædictum laudum caſſatũ & auiæ adiudicata fuit prærogatiua & præeminentia in teſtatoris domo vna cum alimentis conuenientibus iuxta facultates bonorum & qualitatem perſonarum habita ratione proximorum cognatorum. Cæterum antequam hoc arreſtum proferretur res difficultate non caruit, cùm nonnulli ex dominis cenſentibus exiſtimarent talem interpretationem vſusfructus, extraordinariã & à iure exorbitantem eſſe, cùm verba *domina & vſufructuaria* eo modo, quo vxoris contemplatione communiter explicantur, haud poſſint accipi reſpectu matris, cũ rationes hoc in caſu militãtes pro vna, quoad alteram diuerſæ & ſeparatæ ſint. Tandem tamen prædicta ſententia obtinuit, qua tam mater, quã vxor allegatæ reſtrictioni, iuxta opinionem quorundam Dd. 7 & quidem etiam recentiorum quorundam optimè in Iuriſprudentia verſatorum 8 ſubiiciuntur. Nunc hac vice finem hîc imponemus laboribus noſtris, quos publico vſui ad ſedulas quorundã dominorũ fautorũ & amicorũ noſtrorum preces cõſecrare voluimus, ſub auctoritate tamẽ ſupremæ curię Thol. vt vel hac ratione occaſionem præberemus, qua alij quoq; in quorum manus opus hoc noſtrum incidet, auctoritatem, integritatem & exactam perfectionem curiæ illius mirari, honorare & colere poſſent; ſimúlque deteſtaremur peruerſum conatum eorum, qui tempore nouiſſimo, ſub velamine ſacri fœderis, illius auctoritatem infringere, tentarunt. Qui tamen eorum conatus ſingulari Dei gratia irritus fuit, cùm ij minimè maieſtatem, quam curia repræſentat, multóque minus eius officium & deuotam affectionẽ, qua religionem ſtatúmque publicum regni ſemper proſecuta & tutata fuit, labefactare aut euertere potuerint. Deus opt. max. ad immortalem nominis ſui gloriam, regiæ maieſtatis obedientiam, & communem populi vtilitatem ac ſolatium non minus hanc noſtram quàm reliquas ſupremas regni huius curias clementer conſeruare & tueri dignetur.

ADDITIONES.

4 Bart. *conſ.56.n.3.* Alex. *conſ.56.vol.3.* 5 Bald. *in d.l.Titia,§.fin.* 6 *in l. licitatio,§.fi. de publ. & vectigal.* Bart. *in l. quia tale, ſol. matr. c.1.* & ibi gloſſ. *ſuper verb. ſemeſtre, de iur. patron. in 6.* 7 Anchoran. *conſ. 237.* Angel. *in auth. hoc locum, nu.2. cum ſeq.* Bertrand. *conſ.36. libr.1.* 8 Molin. & Alexand. *conſ.57. lib.3.*

FINIS LIBRI QVINTI.

HIERONYMI BRVCKNERI LIPSIENSIS I. V. D.

COROLLARIA, ſiue RESOLVTIONES quæſtionum aliquot inſigniorum practicæ.

COROLLARIVM I.

ARGVMENTVM.

Soror in teſtamento ſuo, de bonis fratris, qui tam diu abſuit, vt de vita eius dubitetur, diſponere nequit.

SVMMARIA.

1 *Species facti.*
2 *Litis conteſtatio de ſubſtantia iudicij eſt.*
3 *Litis conteſtationi mutuo partium conſenſu renunciari nequit.*
4 *Camera Imperialis ad ſententiam procedit, etiamſi nulla litis conteſtatio in prioribus inſtantiis facta fuerit.*
5 *Litis conteſtatio tum fieri cenſetur, quando actoris petitioni reus contradicit.*
6 *De controuerſiis teſtamentariis aliter tranſigi vel iudicari nequit, quàm inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti.*
7 *In appellationis inſtantia omnes errores, qui cauſas cauſæ concernunt, purgari poſſunt.*
8 *Teſtamentum condere & diſponere quilibet de re propria tantum poteſt.*
9 *Heres inſtitui nequit in iure, quod teſtatoris morte periturum eſt.*
10 *Teſtatoris iure per mortem reſoluto etiã heredis ius euaneſcit.*
11 *Teſtamentum facere vel heredem inſtituere nemo alij poteſt, niſi pater filio impuberi, aut furioſo.*
12 *Vna hereditas aut hereditas vnum teſtamentum duarum perſonarum regulariter eſſe nequit.*
13 *De eius facultatibus, cuius incerta vita ac fortuna eſt, tranſigi, iudicari, aut alio modo diſponi nequit.*
14 *Teſtamenti maxima vis & vltima cõſummatio ab hereditatis aditione dependet.*
15 *Viuentis nulla eſt hereditas.*
16 *Abſentis hereditas adiri nequit.*
17 *Sub conditione fieri prohibetur, quod purè fieri nequit.*
18 *Conditionalis diſpoſitio prius non attenditur, neque ius tribuit, quàm ſi conditio euenerit.*
19 *Curatoris bonis abſentis dati officium.*
20 *Teſtamentum certæ perſonæ ſaltem inofficioſum dicere vel aliter impugnare poſſunt.*
21 *Proteſtatio ius proteſtantis ſaluum & integrum conſeruat.*
22 *Proteſtatio eſt ſpecies quædam defenſionis.*
23 *Curator perſonam abſentis principalis repræſentat.*
24 *Explicatio axiomatis, quo curatorẽ nomine principalis ſui actiones exercere non poſſe traditur.*
25 *Cautione aduerſarij conditio alterius deterior reddi non debet.*
26 *Cautionem præſtanti creditori pecunia à communi debitore depoſita tradi poteſt.*
27 *Cauenti mulieri binubæ bona nobilia prioris mariti relinqui poſſunt.*
28 *Cautio à Carboniano edicto introducta explicatur.*
29 *Cautionem præſtanti vni è pluribus heredibus communia inſtrumenta relinquuntur.*
30 *Cautionem heredi de legato in caſum euictionis reſtituẽdæ legatarius præſtat.*

31 *Dotis actio vtrique, tam patri quàm filiæ, communis eſt.*
32 *Cautioni locus non eſt, quando liquido conſtat alteri parti nihil omnino deberi.*
33 *Cautum ſemel eſſe in ciuilibus & criminalibus ſufficit.*
34 *Cautionibus ſuperfluis nemo onerari debet.*
35 *Teſtatore diutiſſimè abſente heredes ab eo inſtituti immiſſionem ex* l.fin.C.de edict.D.Hadr.toll. *ſub cautione impetrare poſſunt.*
36 *Abſentis bona quando inter eius propinques idoneam cautionem præſtantes diuidi nequeant?*
37 *Curatori officium ſuum, quo fideliter fungitur, ſine cauſa adimi non debet.*
38 *Abſentis bona eius propinquis cautionem præſtantibus, non vt heredibus, ſed veluti curatoribus traduntur.*
39 *Semper ea promouenda ſunt, quæ nulli nocent, alij autem prodeſſe poſſunt.*
40 *Nemo pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decedere poteſt.*
41 *Iudex pro fatuo habetur, qui in aliud, quàm quod petitum eſt, condemnat.*
42 *Mortem probare debet is, qui ſuum in ea intentionem fundat.*
43 *Immiſſionem ex* l.fi.C.de edict.D.Hadr. toll. *petens mortem non probare tenetur.*
44 *Mors in cauſis leuioris momenti rumore fama doceri poteſt.*
45 *Mortis probatio præſumptiua interdum ſufficit.*
46 *In dubio vita non mors præſumi ſolet.*
47 *Vita hominis in dubio centum annorum præſumitur.*
48 *Exempla quorundam, qui vltra centum annos vixerunt.*
49 *Explicatur doctrina eorum, qui tradunt ex abſentia per quinquennium mortem præſumi.*
50 *Ex ſola longi temporis abſentia mors conijci nequit.*
51 *In dubio pater ante filium puberem deceſſiſſe præſumitur.*
52 *Vxor ante maritum deceſſiſſe præſumitur.*
53 *In fauorem poſſeſſoris, interpretatio ordinis mortalitatis fieri debet.*
54 *Puerpera poſt infantem obiiſſe in dubio cenſetur.*
55 *Mortis tempus probare debet iſte, qui in eo intentionis ſuæ fundamentum collocat.*
56 *Vitam non agendo, ſed excipiendo allegans, ad eius probationem non tenetur.*

Titius maiorē in artificio ſuo capeſſēdorum profectuum ergo, patria relicta, in loca peregrina ſe contulerat, cúmq; tamdiu abfuiſſet, vt ætas pupillarium annorum terminum iam exceſſiſſet, tutores eiuſdem redditis rationibus à ſenatu N. liberationem à tutela impetrarunt. Ne autem abſentis interim res periclitarentur, propinquis eiuſdem placuit, vt curatorem eligerent, qui bona ipſius ad reditum vſque legitimè adminiſtraret. Cúmque ętate & auctoritate ipſis potior videretur Sempronius ſenator, &c. Eundem rogant, vt in gratiam abſentis cognati adminiſtrationē haud grauatim in ſe ſuſcipere, atque bona illius ſibi commendata eſſe velit. Is cùm annuiſſet, atque adminiſtratio ſolemniter à magiſtratu ei decreta & iniuncta fuiſſet, rerum abſentis curam gerere cœpit. Interim ſoror abſentis Caia, Mæuij coniunx, cui vna cum marito conſenſu ſenatus & tutorū nonnulla illius bona locata fuerant, teſtamentum condit, atque in eo maritum non tantum in propriis purè heredem inſtituit, ſed etiam conditionaliter in locatis aliiſque fratris abſentis bonis, ea videlicet conditione, vt ſi frater abſens verè deceſſiſſet, bona ipſius ad maritum irreuocabiliter pertinere, ſi autem in viuis adhuc is eſſet, tum maritus reduci fratri eadem reſtituere deberet. Cuius teſtamenti vigore viduus non ſolum bona affinis, quæ adhuc tenebat, reſtituere recuſat ſed etiā cętera vindicare conatur. Opponens ſe curator atq; teſtamentū illud veluti nullū coram magiſtratu loci impugnans ſuccūbit, lata eiuſmodi ſententia, quod dicto viduo omnes reditus ex omnibus abſentis affinis bonis ante vxoris obitum percepti vigore conditi teſtamenti cedere, cæteri autem, qui poſt defunctæ obitum percepti ſint aut percipi potuerint, ad curatorem cæteróſque cognatos pertinere deberent, dummodo omnes vtrinque legitimè caueant, quòd reduci omnia fideliter reſtituturi ſint. Ab hac ſententia curator, tanquam valde grauatus, ad ſuperiorē prouocat, ſed ventilata cauſa ab eodem tandem pronunciatur, quòd prior ſententia confirmanda ſit, niſi liquidò appellans probauerit, quòd abſens poſt defunctam ſororem diem ſuum obierit. Curator igitur denuò ad ſupremum tribunal appellat, atq; ſupradictas ſententias non modò nullitatis ſed etiam iniquitatis arguit. Nulliter enim eas latas fuiſſe propterea contendit. Primo, quòd in vtraque inſtantia anteriori litis conteſtatio omiſſa neque legitimus procedendi ordo exactè obſeruatus fuerit. Secundo, ꝙ ſentētia ſuper

ſuper teſtamēto fundetur, quod tamen nun-
quam productum, multò minus à iudice
perlectum aut ſufficienter perpēſum fuerit.
Iniquitatem autem in eo potiſſimū conſi-
ſtere exiſtimat. Primo, quòd conditio de re
aliena teſtamento ea à iudicibus vis tribua-
tur, vt illius vigore omnes invita teſtratricis
percepti reditus ſuperſtiti marito aſſignen-
tur. Secundo, quòd ſibi onus probādi abſen-
tē poſt defunctam demum appellati vxorē
mortuum eſſe iniunctum fuerit. Quæſitum
igitur fuit; vtrum hæc grauamina, vt rele-
uantia, admitti poſſent, an verò iis non ob-
ſtantibus priorum inſtantiarum ſententiæ
denuò confirmandæ eſſent? Primum igitur
1 quòd attinet. Et litis conteſtatio † de ſub-
2 ſtantia iudicij eſt, eáque omiſſa † proceſſum
vitiat, atque ſententiam nullam reddit 1 ad-
3 eò vt ne mutuo quidem partium † conſen-
ſu ei renunciari queat: 2 attamen in Came-
ra imperiali ad ſententiam proceditur, quā-
4 uis in prioribus inſtantiis nulla litis † con-
teſtatio facta, ſed prorſus illa omiſſa ſit, dū-
modò alias de meritis cauſæ principalis ex
prioribus actis iudici plenè conſtare poſſit.
5 3 Eo ipſo etiam litis conteſtatio † in priori
inſtantia facta eſſe cēſetur, quòd actoris pe-
titioni reus condixerit. Hoc enim iure, in-
quit Dn referens apud Meichſnerum 4 vti-
mur, vt ipſa contradictio ſeu negatio pro
litis conteſtatione habeatur. Quare omiſſa
in prioribus inſtantiis litis conteſtatio mi-
nimè ſufficit, vt propterea ſententia planè
nulla reddatur. Secunda quoque allegata
6 nullitas † exigui momenti eſt Nam quam-
uis expreſſo iure conſtitutum ſit, quòd de
his controuerſiis, quæ ex teſtamento profi-
ciſcuntur aliter trāſigi vel iudicari nequeat,
quàm inſpectis cognitiſque verbis teſtamē-
ti, 5 adeò vt etiam lata ſententia prætextu
teſtamenti nouiter reperti retractari queat,
6 dummodò pars, quæ retractationem vel
reſtitutionem petit antè latam ſententiam
teſtamentum ignorauerit, vel ſcire non po-
tuerit: 7 attamen illud hoc caſū ideò minus
attenditur; tum quòd appellans editionem
teſtamenti nunquam flagitauit, nec etiam
de omiſſione in ſecunda inſtantia conque-
ſtus fuit, 8 tum quòd appellatus ad appel-
lantis poſtulationem ſtatim illud edidit at-
que præcedentis inſtantiæ defectum repara-
uit. Quod iure omnino licitè fieri potuit, 9
7 cùm in inſtantia appellationis † omnes er-
rores, qui cauſis cauſæ concernunt, purgari
poſſint. 10 Reſtat igitur ſaltem, vt iniqui-
quitates, quibus contra omne ius & æqui-
tatem appellans ſe grauatum conqueritur,
expendantur. Primum in eo conſiſtit, quòd
iudices anteriorum inſtantiarum vi teſta-
menti, quod ipſo iure nullum arguitur, o-
mnes è bonis abſentis perceptos ante te-
ſtatricis obitu fructus & reditus appellato
adiudicarint. Cuius intuitu tria potiſſi-
mum dubia moueri poſſunt.

Primum, vtrum teſtatrix de bonis fratris, quem in viuis eſſe dubitabat, ita teſtari atque in iis maritum ſuum ea conditione heredem inſtituere potuerit, vt, ſi frater iam mortuus eſſet, bona ipſius irreuocabiliter ille retinere, ſin verò adhuc viueret, ipſi reduci eadem reſtituere deberet? Secundo, an appellans facultatē teſtamēto contradicēdi habuerit, atque eidem etiam legitimè contradixerit? Tertio, nunquid ſententia priorū iudicum in eo iuri conformis ſit, quòd marito idoneè cauenti omnes ex bonis abſētis affinis

Additiones.

1 *l.1.cùm auth.offeratur,C.de lit.cont.de cauſis,de offi.deleg c.cū cauſam,de appell.*DD. *in cap.1.de libell oblat* Vant.*de nullitat. tit. de nullit.ex def proc.nu.*28.Matth.de Afflict. *dec.*283 *n.*3.Erneſt.Cothman.*reſp.*17.*nu:* 26. 2 gl.*in c.ex cauſa,de offi.deleg.*Alex.&Iaſon *in l.ſi conuenerit, de re iudic.* 3 Idq; vigore Ord.*part.*3.*tit.*34.§.1.*verſ* vnd ſo der Cammerrichter vnd Beiſitzer *&c.* Geil. *libr.* 1. *obſ.*75.*n.*5. Mynſ.*cent.*4 *obſ.*62.*& cent.*1.*obſ.* 27.Bender.*de reuiſ.concl.*18.*per tot.*Adr.Gilman *in ſymphar.ſuppl.tom.* 4. *part.*1.*vol.*52. *n.*11.*& ſeqq.* 4 *dec.*5.*n.*21.*tom.*2.*li* 1. 5 *l.*6.*de tranſ l.*1.*quemad.teſt.aper.* Roland. à Valle *conſ.*13.*n.*27.*li.*1. Cacheran.*dec.*112.*num.*70. Menoch.*de adipiſ.poſſ.rem.*4.*n.*109.Geil.*lib.* 2.*obſ.*139.*nu.*10. Fachin. 1.*contr.c.*52.*verſ. ſecund.*Dan. Moller. *libro* 5. *ſemeſtr. diſſ.* 12. 6 Bald. *in l.* 1. §.3.*de tranſact.*Roman.*ſing.* 198.Sfortia Oddus, *de reſtit. in integ.part.*2. *qu.*73.*artic.*4.contra gl.*in l.*3.§ *ſi legatarius, in verb.euicerit ſi cui plus,quam per l.Falc.* Alex.*in l.*5.*C.de tranſact.& l.Impp.n.*2.*de re iud.* 7 Caualcan.*part.*1.*dec.*14.*num.*31. vbi multas allegationes cumulat. 8 Quod tamen fieri debuiſſet, arg. eorum, quæ tradit. Gilm.*li.*2.*rer.iud.dec.*16.*n.*1.*& dec.*40.*nu.*5. *verſ.deinde relaxatio,&c.* 9 Coler.*de proceſſ.execut part.*1.*c.*10 *n.*141. 10 Iaſ *in l admonendi,*51.*n* 26.*de iureiur.* Adr. Gilman.*in ſymph.ſupplic.tom.*4.*part.*1.*vot.*52.vbi ex hoc fundamento concludit reparationem omiſſæ litis conteſtationis in 2. inſtantia factam cum effectu interueniſſe intelligi, adeò vt etiam ad priorem inſtantiam extendatur.

affinis antè vxoris obitum percepti reditus cedere, cæteri verò ad curatorem atq; legitimos abſentis heredes, ſufficientē itidē cautionem præſtantes, pertinere debeāt? Pro reſolutione primi dubij primò illud aſſumo, quod expreſſi iuris eſt, quemlibet de re pro-
8 pria † tantum diſponere & teſtamentū cōdere poſſe, 11 de re aliena autem teſtari omnino prohiberi. 12 Secundò nemo in iure, quod habet in re morte ſua periturum, in-
9 ſtituere alium, † aut etiam alij illud relinquere poteſt, 13 cùm teſtatoris iure per mor-
10 tem reſoluto, ipſius etiam † heredis ius euaneſcere ſoleat. 14 Atqui defuncta teſtatrix permiſſione magiſtratus & cōſenſu tutorum abſentis, in nonnullis eiuſdem bonis ius quoddam habuit morte ſua periturum. Ergo de iure illo, multo minus verò de rebus, in quibus ius cōſtitutum fuit, aut etiam de aliis licitè teſtari non potuit. Tertiò ne-
11 mo alij † teſtamentum facere vel heredem inſtituere poteſt, niſi pater filio impuberi 15 aut furioſo, 16 adeò vt extra duos hoſce caſus

Additiones.

11 DD. *in l. 1. de teſt.* Barnabas Cornazzanus *dec. Lucenſ.* 178. *n.* 2. Andr. Rauchb. *part.* 2. *quæſt.* 17. *n.* 6. Michaël Graſſus *in theſaur. comm. opin. §. inſtitutio. qu.* 23. *nu.* 1. Herman. Elias à Raſacorb. *in pract. forenſ. c.* 83. *n.* 5. 12 Bar. *in l. codicillis. §. inſtituto, de leg.* 2. Vaſq. *de ſucc. creat. li.* 2. *§.* 17. *requiſit.* 26. Petr. Greg. *in ſyntag. iur. vniuerſ. li.* 42. *c.* 7. *n.* 6. Dn. Præcept. Godd. *conſ.* 25. *n.* 36. *verſ. at ſi viua, &c. vol.* 1. *int. conſ. Marp.* Planè conſenſu domini etiam de rebus alienis licitè quis diſponere & teſtari poteſt, Bart. *in l. cùm quis decedens, in pr. de legat.* 3. Bald. *in l. quoties ab omnib. verſic. quod ſi quis conſenſerit, Cod. de fideic.* Guilh. Bened. *in c. Raynut de teſt. part.* 1. *in verb. condidit, condit.* 1. *num.* 2. Vaſqu. *de ſucc. creat. §.* 17. *requ.* 26. *n.* 77. Modeſt. Piſtor. *conſ.* 8. *nu.* 10. *vol.* 1. Borgninus Caualcanus *alleg. dec.* 22. *nu.* 3. *arg. l. ſicut,* 8. *§. venditionis a.* 11. *ibi, vt & ſi legare permiſ. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* adeò vt per pœnitētiam domini conſentientis teſtamentum poſteà reuocari nequeat Guilh. Bened. & Vaſqu. *all. loc.* Didacus Couarruuias, *ad rubr. de teſt. part.* 2. *num.* 23. Valet item inſtitutio in re aliena facta, ſi is, cui relicta res eiuſmodi fuit, non ſolus ſit, ſed coheredem habeat, ſiue in rebus ipſius teſtatoris ſiue ſimpliciter inſtitutum, atque ipſe non niſi in re illa certa aliena inſtitutus ſit. Tum enim loco legatarij is habetur Michaël Graſſus *in theſaur. com. opin. tit. inſti. qu.* 23. Vaſq. *de ſucc. prog. libr.* 3. *§.* 30. *nu.* 21. Bald. *in l. humanitatis. Cod. de imp. & al. ſubſt. col. antepen. num.* 59. Gomezius *tom.* 1. *reſol. c.* 10. *num.* 16. *in fin.* Alias verò cōceſſa teſtandi facultas ita accipi debet, ne in alterius perniciem & præiudicium vergat, *arg. l.* 2. *§. merito, ne quid in loc. publ. l. nec auus.* 4. *C. de emanc. liber. cum ſimilib.* Quam veram & concludentem eſſe rationem, autumat Gomezius *d. c.* 10. *numer.* 16. ob quam inſtitutio in rebus alienis prohibita ſit, adeò vt ne à principe quidem, niſi tantundem vero domino ita reſarciat, *arg. l. quoties, Cod. de precib. Imper. offer. l. final. Cod. ſi contr. ius vel vtil. publ. l. bene à Zenone. Cod. de quadr. præſcr. l. item ſi verberatum. §. 1. de R. V.* illa fieri, nec accreſcendi iure (hoc eſt, vt rebus teſtatoris res alienæ accedant) ſuſtineri, neque earundem æſtimatio inde deberi poſſit. 13 *arg. l. quod in rerum,* 24. *§.* 1. *l. ſi domus,* 71. *§. fin. de legat.* 1. *l. vxor patrui* 20. vbi Iaſon *col.* 1. *C. de lega.* Decius *conſ.* 454. *n.* 11. Ruinus *conſ.* 25. *numero* 7. *vol.* 1. *& conſ.* 45. *numero* 9. *vol. eod. & conſ.* 114. *num.* 6. *vol.* 2. Roland. à Valle *conſ.* 71. *numer.* 18. *vol.* 2. 14 Ioan. Meichſn. *dec.* 4. *numero* 28. *tom.* 4. per *l. lex vectigali,* 31. *de pignor. & hypothec.* Sic enim de bonis fideicommiſſo ſubiectis DD. *in l. filiusfamilias, §. Diui, de legat.* 1. Cephalus *conſ.* 493 *numero* 38. *& ſeq. volum.* 4. Nicol Euerhardi iunior *conſ.* 53. *in fin. volum.* 1. Hermannus Elias à Roſacorb. *in pract. forenſ. cap.* 83. *per tot.* feudalibus aliiſue ſimilibus teſtari omnino prohibitum eſt Dn. Præcept. Vulteius *conſ.* 25. *volum.* 2. Sic etiam pater in dote materna, cuius ipſe vſumfructum ſaltem habet, liberos inſtituere nequit, Iaſon *in auth. nouiſſima, numero* 46. *verſic. adde tamen, quòd filius, Cod. de inoff. teſtam.* Celſus Hugo *conſ.* 95. *num.* 2. Nicol. Euerhard. iunior *conſ.* 29. *num.* 139. *volum.* 2. 15 *c.* 1. *§. fin. de teſtam. in* 6. *l.* 2. *de vulg. l. Papinianus, § ſed nec impuberis, de inoff. teſtam.* Vaſq. *de ſucc. creat. libro* 2. *§* 17. *requiſit.* 27. *n.* 78. Decius *conſil.* 494. 16 *l. humanitatis, C. de impuber. & al. ſubſtitut.* Petr. Gregor. *in ſyntagm. iur. cap.* 7. *nu.* 7. Adrian. Gilman. *in ſymphor. ſuppl. Camer. tom.* 4. *part.* 1. *vot.* 52. *n.* 26. *& ſeqq.* (vbi diſcrepantia Dominorum Cameralium vota refert pro elegantis illius controuerſiæ deciſione, vtrum conuentio à magiſtratu cum furioſi proximo agnato inita, qua placuit, vt hic in compenſationem oneris furioſum alendi, curandi, cuſtodiendi, quo grauabatur, in eiuſdem bonis vſumfructum habere, & eorum illo defuncto heres fieri deberet, iure valeat, atque ad heredes vel nepotes defuncti transmittatur, adeò vt licet hi poſt obitum defuncti remotiores gradu ſint, tamen à proximiore, qui heredi-

12 caſus duarum † perſonarum aut vna here-
ditas aut vnum teſtamentum omnino eſſe
nequeat. 17 Haud magis ergo à defuncta
fratri maritus atque olim à teſtatore illo,
cuius alibi Imperator meminit 18 Sempro-
13 nius Plotio heres inſtitui potuit. † Quartò
de facultatibus eius, cuius incerta vita ac
fortuna eſt, tranſigi iudicari, aut alio modo
diſponi nequit. 19 Cùm igitur incerta ac
dubia fuerit teſtatrix, vtrum frater abſens
adhuc viuus an verò mortuus eſſet, certè de
bonis eius teſtari, aut diſponere illi licitum
non fuit. Quintò vanè & inutiliter quis te-
14 ſtatur † ſi ea, de qua diſponit, hereditas iu-
re adiri nequit 20 cùm maxima ferè teſta-
menti vis & vltima conſummatio ab adi-
tione hereditatis dependeat, nec prius illud
confirmetur, quam hæc facta fuerit. 21 Cō-
ſtat autem neminem hereditatem adire
poſſe, niſi qui certus & minimè dubius ſit,
eum, cuius vult heres fieri, verè mortuum
eſſe 22 ſiquidem viuentis nulla eſt hereditas
15 23 ſed defunctum † illa repræſentat 24 at-
que non niſi mortuorum heredes fieri poſ-
ſumus 25 ad ſuperſtitum verò etiam eo-
rum, qui extremum vitæ ſpiritum ducunt,
ſucceſſionem leges neminem admittunt,
26 ſed pro improbo habent, qui de illa ſol-
licitus eſt 27 omnémque de eadem initam
pactionem, veluti bonis moribus aduerſam,
damnant. 28 Atque in ſpecie, quòd abſentis
16 † hereditas, adiri nequeat, tradit Meno-
chius. 29 Ex quibus abundè patet, quòd de-
functa de fratris ſui abſentis bonis teſtari
non potuerit. Nec mutat, quòd non purè
ſed conditionaliter ſaltem de iis diſpoſue-
rit, ea videlicet conditione, ſi ille iam mor-
tuus eſſet. Nam primò ſimpliciter de rebus
alienis teſtari prohibitum eſt, nec vſpiam
in iure reperitur, quòd conditionalis eiuſ-
modi diſpoſitio permiſſa ſit. Secundò, ap-
poſita conditio ſatis arguit, quòd teſtatrix
dubitarit, viuus-ne an mortuus frater ipſius
abſens eſſet. De bonis autem eius, cuius
incerta & dubia vita eſt, neminem teſtari
poſſe anteà probatum fuit. Tertiò, huc re-
ferri poteſt generalis illa regula, qua il-
17 lud, quod purè fieri nequit, † etiam ſub
conditione fieri prohibetur. 30 Quartò, et-
iamſi conditionalis eiuſmodi diſpoſitio
iuri non aduerſaretur, ſed ſubſiſteret: atta-
men prius effectum ſuum conſequi, aut vi
illius appellato quicquam adiudicari non
poſſet, quàm ſi legitimè is probauerit
inſertam conditionem extitiſſe, hoc eſt, ab-
ſentem affinem mortuum eſſe, & quidem
antè obitum teſtatricis deceſſiſſe. Ea enim
diſpoſitionis † conditionalis natura eſt, vt 18
prius non attendatur nec ius tribuat, quàm
ſi conditio euenerit, atque probata fuerit,
31 &

ADDITIONES.

hereditate & ipſum ſe minimè indignum reddidit, haud excludantur.) Dilectus *de arte teſtand. tit. de ſubſtit. 5. caut. 3.* 17 Anton. Faber *lib. 6. C. tit. de teſtamen. defin. 18. numero 20. in alleg.* 18 *in l. 14. C. de her. inſtit.* 19 per text. expreſſ. *in l. 4. Cod. de poſtlim. reuerſ.* Barnab. Cornazzanus *dec. 105. numero* 4. 20 *arg. l ſi nemo, 9. de teſtam. tut.* 21 Baldus *in l. 1. numero 5. Cod. commun. de legat.* Ioan. de Caſtillo Sotomayor *in tract. de vſufr. ca. 6. numero 15. & c. 8. numero 13. & ſeq.* Ccil. 2. *obſ.* 143 *numero* 2. 22 Robert. Maranta *in l. is poteſt. numero 155. de acquir. hered.* DD. *in l. ſiquidem, 5. ſol. matr. quemad. dos pet.* Dn. Sebaſtianus Næuius *ad d. l. 4. C. de cap. & poſtlim. reuerſ.* Capyc. *dec. 194. numero* 11. Cothman. *reſp. 48. numero* 20. Fichardus *conſ. 90. numero 1 volum.* 2. Goddeus *conſ. 25. numero 35. volum. 1. int. conſ. Marp.* Hieronymus Schurfius *conſ. 56. numero 23. cent.* 1. 23 Tiber. Decian. *reſp. 54. numero 22. vol.* 1. Quetta *conſ* 25. *numer.* 10. Borgnin. Caualcan. *dec. 32. numero 43 part.* 3. Anton. Faber *ad tit. C. de bon. matern. defin. 1. numer. 7. in alleg. arg. l. 1. de hered. vel act. vend l. 1. pro her l. quidam, §. 1. de donat. l. ſciendum, de acquir. hered. l. omnis hereditas, l. omnia iura, de R. I.* 24 *l. non minus, 31. de her. inſt. l. hereditas enim, 34. de A. R. D. l. heres 22. de vſucap.* 25 *arg. l. 3. Cod. de vſucap. pro her.* Meiſchn. *dec. 1. numero 90. tom.* 4. 26 Petrus Royzius *dec. 1. numer.* 171. Ludouic. de Gozadinis *conſ. 68. numero* 4. 27 *l. moribus, 2. §. interdum de vulg. & pup. l. ita tamen, §. à patre, ad SC. Trebell.* Hartman. Piſtoris *part. 2. q. 25. num.* 3. Annæus Robert. *libro 3, rer. iud. c. 6. pag.* (mihi) 29. *col.* 2. 28 *l. quidam, §. vult. de donat. cap. 2. c. deteſtanda, de conceſſ. prabend. in 6.* Andr. Fachin. *lib. 8. controuerſ. cap. 72. per tot.* 29 *de arbitrar. iud. quæſt. caſ. 150. num. decimoquinto,* Montan. *de tutel. cap. 28. numero ſeptuageſimoſecundo,* 30 *l. Seius & Angerius, ad l. Falcid.* Caſtrenſis *in l. ſeruo alieno, §. fin. de legat. 1* DD. *in l. final. Cod. de part.* Adrian. Gilman. *in ſymphor. ſupplicat. tom. 4. part. 2. vot. 52. numero quadrageſimoſexto.* Nec illa limitatio, quam Gilmannus ibidem ſubiicit, nimirum regulam iſtam non procedere, ſi appoſitio conditionis tollat rationem prohibitionis, in noſtro caſu militat.

31 & paria ſunt nihil omnino relinquere atque ſub cõditione, quæ nõ exiſtit, relinquere. 32 Ad ſecundũ primi grauaminis dubiũ, vtrum appellans teſtamentum iure impugnare potuerit, atque etiam legitimè illud impugnarit, affirmatiuè reſpondendũ erit. Cùm enim à cæteris propinquis vnanimi conſenſu bonorum abſentis cura ei delata atque à ſenatu ſolemniter decreta & confirmata fuerit: ipſius officium requirebat, vt omnia abſentis bona fideliter & ſumma induſtria adminiſtraret neque permitteret, vt appellatus ſub ſpecie factæ ab vxore inſtitutionis bona abſentis ſibi vindicaret. Cu-
19 ratoris enim, quem abſentis † bonis dari cõuenit 33 præcipuum munus eſt, vt diligenter caueat, ne ſubſtantia abſentis, cui datus eſt, pereat, detrimentum capiat, vel alio modo pericletur. 34 Quare rectè omnino fecit, quod ſtatim ac ſibi conſtitit appellati vxorem in vltima ſua volũtate de fratris abſentis bonis diſpoſuiſſe, coram ſenatu teſtamenti illius nomine legitimè proteſtatus
20 fuit. Etſi enim certæ tantum perſonę ſunt, † quibus iure conceſſum eſt teſtamentum inofficioſum dicere vel aliter impugnare, veluti ſunt liberi & parentes fratres itidem & ſorores, conſanguineæ ſi turpes & fratribus & ſororibus perſonæ inſtitutæ fuerint; & regulariter is, cui legitima non debetur, teſtamentum etiam impugnare nequit, 35 tamen hoc eo de caſu accipitur, quando teſtatores de propriis bonis teſtati fuère, atque illos, qui ab inteſtato ſucceſſuri erãt, iniquè prę- terierunt. Tunc enim facultas impugnandi teſtamentum non niſi deſcendentibus, aſcẽdentib. atq; collateralib. iam cõmemoratis, & in ſpecie ſaltem caſu allegato, conceſſa eſt. Quando verò teſtator non ſolum de propriis, ſed etiam de alienis bonis teſtatus fuit, tum vtique bonorum illorum domino, quiſuis etiam ille ſit, permiſſum eſt, vt magiſtratum adeat, atque teſtamenti illius nomine proteſtetur, quòd videlicet citra voluntatem & conſenſum ſuum de rebus quibuſdam ad ſe ſpectantibus ille teſtatus fuerit, quas minimè ad heredem inſtitutum ipſe peruenire ſed ſibi reſtitui velit. Quę
21 proteſtatio † hunc effectum habet, vt ius proteſtantis ſaluum & integrum conſeruet atque ſimul eius animum declaret, quod diſpoſitioni teſtatoris minimè ille conſenſerit, neque adhuc conſentire velit. Proteſtatio enim eſt animi noſtri declaratio iuris acquirendi vel conſeruandi vel damnum repellendi cauſa facta, 36 atque ius noſtrum
22 † nobis in tuto collocat & conſeruat 37 Imò eſt ſpecies quædam defenſionis, 38 quæ nulli auferri debet. Vt igitur ipſemet principalis, ſi præſens fuiſſet, proteſtationem hanc licitè interponere potuiſſet: ita etiam nomine principalis ſui appellans, tanquam curator iure proteſtari potuit, ſiquidem hic illius † perſonam repræſentat, atq; hoc illi 23
conceſſum eſt, huic denegari non debet. 39 Quibus non aduerſatur DD. illud axioma, quo tradũt curatorem † eiuſmodi nomine 24
principalis ſui actiones exercere ſeu mouere non poſſe. 40 Quam ob cauſam etiam hunc minus iuris quàm curatorem iacenti hereditati datum habere tradit Anthonius Faber. 41 Cùm hac enim mica ſalis id accipiendum eſt, quòd temerè ille non litigare ſed ab agendo abſtinere debeat, cùm nullum mora periculum portenditur. Multò enim conſultius eſt, vt tum abſentis reditũ is expectet, quàm vt iſtius cum detrimento dubium litis certamen ſubeat. Quando verò

ADDITIONES.

31 *arg. l. ſi ſub conditione. ſi quis om. cauſ. teſtam. l. cedere diem, de V.S.* Ludou. Molina, *de primogen. Hiſp. lib. 2. c. 2. n. 4.* Hier. Magon. *dec. Florent. 10. numero 1. & dec. 84. numero primo,* Gilman *1. rer. iud. dec. 6. numero 98.* 32 *l. Titio centum, 70. §. antè nuptias, de condit. & demonſtr. l. iubemus, §. fin. ad SC. Trebell.* 33 *l. 15. ex quibus cauſ. maior. l. 6. in fin. de tut. l. 6. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. l. 3.* vbi Bartol. Bal. & Salic. *Cod. de poſtlim. reuerſ. & redemt. ab. hoſt.* Alexand. *conſ. 4. numero 4. libro 2* 34 *d. l. 6. de tutel. in fin.* Ang. *conſ. 193.* Montanus *de tutel. d. c. 28. numero 81.* Anton. Faber *in libro 5. Cod. tit. de curat. furioſ. prod. 40. definit. 11. numero 6. per l. inter bonorum. 48. de adminiſtr. tut.* 35 Alexand. *conſ. 180. col. 2. volu. 5.* Decius *conſil. 86. numero ſecundo,* Petrus Senz Morq. *de diuiſ. bonor. c. 5. numero 2.* 36 *c. conſulti, de R. I. in 6. l. ſi duo, §. cùm inquilinus, vti poſſidet.* Alciat. *in l. deteſtatio, de V.S.* 37 *l. ſi debitor, quib. mod. pig. vel hypothec. ſol.* Iaſon, *in l. non ſolum, §. morte, de nou. oper. nunc.* VVeſenb. *conſ. 43. numero 159.* 38 Hard. à Daſſel *conſ. 2. numero 50.* 39 gloſſ. *in c. cæterum, in verb. ab vtraque, de iuram. calumn.* Bartolus *in l. creditor, §. Lucius mandat. & in l. procurator, cui libera, de procurat.* Munnoz de Eſcobar *de ratiocin. adminiſtrat. cap. 19. numero trigeſimoquarto,* Teſſaurus *dec. 16. numero quarto, per l. pen. de her. pet.* 40 Menoch. *alleg. loc.* vbi plures allegat. 41 *alleg. defin. 11.*

verò res nullam patitur moram,nec ſine ſa-
lubri actionis remedio amplius ſalua ſerua-
ri poteſt,nihil omninò prohibet quo min⁹
nomine principalis ſui curator illud legiti-
mè adhibere & vſurpare queat. 42 Quare
meritò concludendum videtur quod fa-
cultatem teſtamento contradicendi appel-
lans habuerit, atque legitimè etiam eidem
contradixerit. Tertium denique dubium,v-
trum iuri conformis ſit iudicis primæ in-
ſtantiæ ſententia, qua pronunciauit omnes
ex abſentis bonis ante teſtatricis obitum
perceptos fructus & reditus ad appellatum
veluti inſtitutum heredem legitimè cauen-
tem,cæteros verò, qui poſt obitum teſtatri-
cis percepti fuerunt;aut percipi potuerunt,
ad appellantem cæteróſque abſentis pro-
pinquos peruenire debere negatiuè defi-
niendum erit. In facto autem præſupponen-
dum eſt,quòd abſentis bona permiſſu ſena-
tus à tutoribus teſtatrici nulla contractus
ſpecie conceſſa fuerint,qua reditus illos lu-
crari & facere potuerit, ſed ſaltem vt bona
fratris nomine teneret atque omnes inde
perceptos & percipiendos fructus & reditus
eidem aſſeruaret. Fatetur item tacitè ipſa-
met in teſtamento,quòd bona hęc ad ſe non
pertinuerint,dum maritum in iis non purè,
vt in cæteris bonis ſuis, ſed conditionaliter
ſub ea videlicet conditione, ſi abſens frater
diem ſuum obiiſſet,heredem inſtituit. De
his quòd prędicto modo omnino non teſta-
ri potuerit antea deductum eſt. Quare etiã
ex teſtamento illo nihil iuris marito quæſi-
tum fuit. Is autem cui ſub cautione de reſti
tuendo, quid tradi debet neceſſe eſt vt ali-
25 quid ſaltem in eo iuris habeat,ne alias † ſola
aduerſarij cautione conditio alterius dete-
rior reddatur,atque tam opportunum iuris
auxilium fortè ad iniuriam trahatur. 43 Sic
enim,ſi dubium eſt inter creditores,quinam
26 eorum prior ſit,tum illi,qui legitimè cauet,
quod in eum euentum, quo alium ſe eſſe †
priorem conſtiterit,eam reſtituere velit,pe-
cunia à communi debitore depoſita tradi
poteſt. 44 Sic etiam fœmina ad ſecundas †
27 conuolante nuptias fieri poteſt, vt bona
prioris mariti mobilia legitimè æſtimata
aut penes matrem binubam, aut etiam li-
beros prioris matrimonij idoneè cauentes
relinquantur, cùm videlicet non minus illa
quàm hi in bonis iſtis aliquid iuris habeãt,
45 adeò vt ſi à neutra parte caueatur, ma-
tris conditio potior ſit. 46 Haud abſimilis
28 eſt,quam Carbonianum † edictum intro-
duxit,cautio cuius beneficio impuberi, cui
ſtatus quæſtio mouetur, quieta bonorum
controuerſorum poſſeſſio ad pubertatis vſ-
que tempus relinqui ſolet 47 qua alias, ſi
cautio eiuſmodi non præſtaretur, defuncti
agnati ſimul gauiſuri eſſent. 48 Sic item in-
ſtrumenta prædiorum † per fideic. relicto- 29
rum,quæ ad probationem originis eorum
pertinent, penes heredes cautionem præ-
ſtantes,quòd ea,ſi opus fuerit, legatario ſeu
fideicom. proferre velint, relinquuntur. 49
Sic legatarius † cauet heredi poſtulanti le- 30
gatum traditum, ſi hereditas euincatur, ſe
reſtituturum: 50 Eandem quoque ob cau-
ſam ſub cautione patri abſente filia & vici-
ſim filiæ abſente patre dotis nomine ſatiſ-
fieri debere Vlpian. reſpondit,51 cùm vide-
licet tam pater † quàm filia quoddam in do 31
te ius habeat atque dotis actio vtrique cõ-
munis ſit, 52 adeò vt neuter citra alterius
conſenſum ea experiri queat. 53 Sub ſimili
ferè cautione res,quæ apud hoſtes eſt, eiúſ-
ve præſtationes in familiæ erciſcundæ iudi-
cium veniunt. 54 Generatim denique ve-
rum eſt, quòd ſi duo de re aliqua conten-
dant,tum vni eorum illa tradenda ſit,dum-
modo is caueat tradenti de indemnitate, ſi
tertius fortè interueniat:55 Secus verò ſe res
habet,quando certum eſt,quòd † alteri nihil 32
omnino debeatur, ſiquidem tum cautioni
locus non datur. 56 Pręterea noſtro caſu in-
ciuile & incõueniẽs eſt appellantẽ,qui legi-
timã † antea & ſufficientẽ cautionẽ pręſtitit, 33
nouo denuò ſatiſdationis onere grauari, cũ
ſemel cautũ eſſe in ciuilibus & criminalib. ſufficiat,

ADDITIONBS.

42 Montanus *alleg.c.28.n.82.& ſeq.* Anton. Faber *alleg.tit.defin.1.n.11. & libr. 3.C. tit.22.def.13.* vbi tradit curatorem bonis abſentis datum Publiciana experiri pro bonis, quæ ex diuiſione inter alios fratres facta abſenti obtigerunt,ſi quis poſtea abſente ignorante ea vendiderit. 43 contra *l.14.§.fin.ad SC.Treb.* 44 Crauetta *conſ.267.n.7.* Meichſn. *dec.15.n.33.tom.3.* 45 *l.hac edictali, §. his illud adiungimus,C. de ſecund. nupt.* Ioan. de Caſtillo Sotomayor *in tract.de vſufr.c.3.n. 196.* 46 Anton. Gomezius *ad l.15.Tauri,in prin.* 47 *l.1.C.de edict.Carbon.* 48 *d.l.1.* 49 *l. 12.l.inſtrumenta,24.C.de fideic.* 50 *l.9.C.de legat.* Cuiac. *li.9.obſ.c.25.* 51 *in l.ſoluto matrimonio,2.§.voluntatẽ autẽ,2.ver.ſed ſi abſens, & in l.ſi cũ dotẽ,22 § ſi patri propter condemnationem,4.ſol.matr.* 52 *d.l.2.l.3.eod.* Hardevvig à Daſſel *conſ.4.n.36.lib.1.* 53 *arg.l.in inſulam 43.in pr.d tit.* Daſſel *alleg.loc.* 54 *l.item Labeo,22.in fi. & l.propter ſpem,23.fam.erciſ.* 55 *arg.l.pe.de pet.her.l.57.de R.V.l.107.de legat.1.* Franciſcus Marci *q.81.part.2.* Dn. Antonius Hering. *de fideiuſſor.c.15.n.43.* 56 ob rationem ſupra *n.43.*allegatam.

34 ſufficiat, 57 nec variis & † ſuperfluis cautionibus quiſquam onerari debeat: 58 Sanè à DD.noſtris traditur,eius,qui tādiu abſuit, vt ferè mortuus prǽſumatur,bona inter eos, qui ab inteſtato proximi heredes eſſent,diuidi poſſe, ſi legitimam ij cautionem præſtent, quod aliquando, ſi abſentem redire contingat,redditis rationibus omnia,quę ad ſe peruenerunt eidē reſtituturi ſint, 59 non
35 minus atque teſtitore † diutiſſimè abſente heredes ab eo inſtituti immiſſionem ex *l.final.C de edict.D.Hadr. toll.* ſub ſimili cautione impetrare poſſunt. 60 Verum hoc non adeò ſimpliciter & indiſtinctè procedit,ſed variè pro caſuum & circumſtantiarū diuerſitate limitari ſolet.Inprimis verò lo-
36 cum non habet,quando abſentis † bonis vel ab ipſo,antequam iter ingrederetur,vel etiā communi propinquorum voto aut à magiſtratu curator procurator vel adminiſtrator,non extraneus 61 legitimè datus fuit.
37 Tum enim illa † minimè diuidi poſſunt,ſed libera eorum adminiſtratio curatori relinquenda eſt,qui aliquando legitimam adminiſtrationis ſuæ rationem reddere,atque omne,quod adminiſtrauit vel ipſi principali, ſi tandē redeat,vel legitimis eius heredibus, ſi mortem abſentis verè probauerint, reſtituere obſtrictus eſt. Cuius rei etiam rationes euidentes ſunt. Primò,quòd is,qui procuratoris officio fideliter & integrè fungitur,eodem abſque culpa ſua minimè abdicari debet. 62 Secundo quod in dubio,quan-
38 do abſentem † nondum verè mortuum fuiſſe conſtat,bona illius propinquiorib. ſæpius dictā cautionē prǽſtantib. non vt heredib. ſed vt adminiſtratorib. ſeu curatorib. tradi ſolent. 63 Bonis autem abſentis curatorem vel adminiſtratorem habentis alium adminiſtratorem vel curatorem dari non conuenit. 64 Tertiò quod abſentis res haud magis ſaluę futurę ſunt in manibus eorum,qui inſtar vulturum, quibus cadauer expectare moleſtum eſt, 65 tanta & tam præmatura auiditate heredes illius fieri deſiderant,quàm ſunt penes eum, quem vel ipſemet abiens vel commune propinquorum votum vel magiſtratus auctoritas curatorem ſelegit & conſtituit. 66 Quartò,quod abſentem maximum periculum & incommodum manet,dum res ipſius,quæ ſedula & fideli vnius opera & ſtudio commodiſſimè adminiſtrabantur,plurium ſegnicie & incuria,vt communiter fieri ſolet, 67 admodum periclitantur & peſſum eunt, adeò vt redux aliquando multa cum moleſtia, tot qui res ſuas inter ſe partiti fuerunt, 68 conuenire

ADDITIONES.

57 Sebaſt.Medices *in tract.de R.I.reg.4.n.39.*Alex.Raud.*de analog.vniuoc.& æquiuoc.lib.1.c.11.n.21.* 58 Ioan.Lud.Bender *de reuiſion.concl.6.nu.27.* Lud. Molina *de primogen. Hiſp.c.15.n.12.lib.1.arg.l.Gracè,§ illud cōmune,de fideiuſſ.l.1.§ ſi quis ſub conditione,l.hac ſtipulatio,§.Diuus,vt legat.nom.caue.* 59 Papon *in rapſod.arreſtor.Pariſ.tit.de diuiſione, art. 6.* Geraud de Maynard *des notables & ſingulieres queſtions de droict eſcrit libr.7.c.95.* Dan. Moller *lib.2.ſemeſt.c.45.in pr.* Bald. *conſ 90.n.2.vol.2.* 60 Tileman. de Benignis *in apoſpaſ ſyndr.ſyntagm 4. dec.5.vot.3.nu.7. arg.l.2.§.4.teſt.quemad.aper.* 61 Si.n.curator extraneus à magiſtratu cōſtitutus fuerit, etiamſi per aliquod temporis ſpacium bona iam adminiſtrauerit,nihilominus eum reſtituere bona proximo agnato teneri tradit Dn.Virgilius Pingizer *quæſt.Saxon.5 n.14.* vbi ICtos Ienenſes de facto interrogatos ita reſpondiſſe teſtatur. 62 Capycius *dec.178.* Carol.Tapia *ad l.fi.de conſt.princ.part.2.c.9. n.73.* 63 Nicol.Boërius *dec.88.nu.1.*Dn.Pingizer *d.q.5.n.9.*Si enim illa,vt heredibus traderentur,ſeu inter eos diuiderentur,tum iniquiſſimum hoc foret, *argu.l.4.C.de capt.& poſtl.reuerſ.* atque abſens,ſi aliquando reuerteretur,haud immeritò iiſdem verbis, quib. pater ille apud Senecam *lib.6. contr.* exclamare poſſet: *Viuo & iam patrimonium meū diuiſum eſt.*Annęus Robertus *lib.3.rer.iud.c.6.pag.29.col.2.* Vnde etiam cautelę loco ferè eſſe poterit,vt is,qui hereditatis ex fideicommiſſo debitę reſtitutionem petit eodem libello aut iudicio, ſi mors abſentis grauati negetur, poſtulet, vt ſibi, cuius bona illius conſeruari maximè intereſt, atque proinde in caſum mortis ipſa habiturus eſt, eorundē cura deferatur,Antonius Faber *lib.4 C.tit.7. def.2.* 64 Munnoz de Eſcobar *de ratiocin. adminiſtrat.c.6.n.50.*Socinus iunior *conſ.26. lib.* Montanus *de tutel. d.c.28.n.72.* Quod adeò procedit, vt etiam tum, quando non vnus,ſed plures curatores ſunt,in locum decedentis, alius citra reliquorum conſenſum non ſufficiatur. Quod ſentētia Cameræ Imperialis 6. Martij, Anno 92. prolata firmat Anton.Hering *d.c 20.* 65 Senec.*69.epiſt.*Dn. Dionyſ.Gothofred.*ad d l.4. C. de poſtl.reuerſ.& redempt.ab hoſtib.in not.nōuiſſim.lit.n* 66 *arg.l.1.§.ſi impubere,de collat.bonor.* 67 iuxta illud vulgatum:

Segnius expediunt commiſſa negotia plures.

68 arg.eorum,quæ tradit Baldus *in l.1.col.3.verſic.extra quæro,C.de caduc.toll.& in l.2. quand.& quibus quart.pars deb.*

uenire cogatur, eaſdem autem vel maxima cum difficultate vix recuperare queat. 69 Quinto, quòd ea ratione nullus legitimorum heredum ſuo iure priuatur nec quicquam damni patitur, ſed quilibet eorum ſtatim atque de abſentis morte verè apparet curatorem eiuſmodi conuenire & quod ſibi ex hereditate debetur, exigere poteſt. 70
39 Semper autem † ea maximè ſpectanda & promouenda ſunt, quæ nulli nocent, alij autem prodeſſe poſſunt. 71 Sexto, quia nullibi conſtitutum reperitur, quod per heredum ab inteſtato deſiderium præcipitem abſentis bonorum diuiſionem fieri flagitantium officium legitimi curatoris vel adminiſtratoris finiri debeat. Septimò, quia, vt cum Vlpiano noſtro loquar, magis expedit abſenti rem ſuam ſaluam apud conſtitutum curatorem exiſtere quam ab affine bonis adeò inhiante tabulas rem ſaluam ferè cautionis dari. 72 Præterea noſtro in caſu diuiſionem eiuſmodi ſub idonea etiam cautione curatorem appellantem cęteróſque appellantis propinquos atque inter appellatum fieri euidens iuris ratio prohibet. Iure etiam conſtitutum
40 eſt, quòd nemo † pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decedere queat. 73 Ab inteſtato autem appellatus è bonis affinis ſui quicquam habere nequit, ſed omne, quod petit, in teſtamento ſibi relictum eſſe contendit, atque etiam vi illius teſtamenti à priorum inſtantiarum iudicibus ipſi adiudicatum fuit, portio verò reliqua appellato & cęteris propinquis nullius teſtamenti vigore ſed ab inteſtato tribuitur. 74 Quomodo ergo abſurditas euitari poterit, ſi vna eademque hereditas ita ſcinditur & tam vario iure cenſetur atque vnà illius portio heredi teſtamentario (cùm tamen nullum ab eo cui ſuccedi debet, teſtamentum conditum ſit) altera verò iis, qui lege heredes ſunt, tribuitur? Tandem non apparet, qua ratione ſuper diuiſione iudices pronunciare potuerint, cùm tamen à neutra parte diuiſio petita fuerit, ſed appellans interpoſita nomine principalis ſui proteſtatione teſtamentum ab appellati vxore factum nulliter conditum eſſe, appellatus verò illud iure valere pronunciari petierit. Certè nulla hîc inter libellum & ſententiam conformitas apparet, ſed alia partium controuerſia fuit, alia verò planè iudicis determinatio eſt. Quod iuri noſtro maximè aduerſatur, 75 atque pro fatuo habetur iu-
41 dex, † qui in aliud, quàm quod petitum eſt condemnat. 76 Si omnes æquè tam appellans atque eius conſortes, quàm appellatus pari ſanguinis nexu abſenti iuncti fuiſſent, atque æquam ſuccedendi ſpem habuiſſent, nulli itidē vel ab ipſis, vel ab abſente, vel etiam magiſtratu curatela bonorum delata & commiſſa fuiſſet, tum vtique ſi vnanimi conſenſu diuiſionem bonorum tam diu abſentis flagitaſſent, ſententia eiuſmodi ſub legitima cautione diuiſionem & præmaturam ſucceſſionis inteſtati occupationem permittens ferri atque ſuprà allegatorum DD. auctoritate firmari potuiſſet. Verum cùm in hypotheſi noſtra modò enarratarum circumſtantiarum ne vnà quidem, ſed planè diuerſę appareant, ſanè alia etiam deciſio adhiberi debuiſſet. Alterum denique grauamen, quo appellans iniquè ſe læſum conqueritur, quod per ſententiam in vltima inſtantia latam onus probandi ſibi iniunctum fuerit, abſentem ante teſtatricis obitum deceſſiſſe, non immeritò maximi momenti videtur. Primò enim mortem docere † atque exactè probare 42
debet is, qui ſuā in morte intentionem fundat. 77

ADDITIONES.

69 Quod ſatis iniquum eſſe exiſtimat Munnoz. de Eſcobar, *de ratioc. adm. alleg. c. 6. num. 49.* 70 *l. pen. de pet. hered.* 71 *arg. l. 2. in pr.* vbi Bartolus *nu. 13.* Alexander *nu. 6.* Iaſon & alij, *ſolut. matrimon. l. in ſumma, 2. §. item Varus 5. de aqu. & aqu. plu. arc. c. fin. 23. q. 2.* Nicolaus Euerhard. iunior *conſ. 9. nu. 43. vol. 1.* Menochius *de arbitrar. iudic. qu. lib. 2. cent. 2. caſ. 168. nume. 13.* Heigius *part. 1. quaſt. 38. nu. 46. & q. 28. num. 28.* Vincentius Carocius *de oblat. part. 2. q. 32. nu. 1.* 72 *l. ſuſpectus fieri, 5. de ſuſpect. tut. & curat.* 73 *d. cap. 95.* 74 *l. 7. de R. I. cum ſimilib.* 75 *arg. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, de V. O. l. de ætate, §. cùm præter, de interrogat. action. c. inter dilectos,* vbi glo. *in verb. petitionis, de fid. inſtrument. c. licet Hely, de ſimon. clem. ſæpe, verum quia, de V. S.* Sebaſtianus Vantius *de nullitat. ex defect. proc. num. 6.* Alexander *conſ. 17. col. 2. in fi. lib. 9.* Frideric. Petruc. Senenſ. *conſ. & q. 159. numer. 1.* Boerius *dec. 42. numer. 18.* Fabius de Anna *conſ. 39. num. 1. & 15.* 76 *ar. l. final. de fideicommiſſ. libertat.* Matthæus de Afflictis *dec. 3 num. 1.* Dn. Fridericus Pruckman. *conſ. 10. numero 34. volum. 1.* 77 Bartolus & Baldus *in l. ſiquidem 5. ſolut. matr. quemad. dos pet.* Crauetta *de antiquit. tem. part. 1. numero 1.* Ioſephus Maſcard. *de probat. concl. 1073. numero 1.* Boerius *dec. 288. numero 2.* Cacheranus *dec. 108. numero 5.* Ioſephus Ludouici *deciſ. Peruſ. 22. numero 3. & ſeq. & dec. 30. num. 1.* Antonius Gabriel Romanus *lib. 1. com. opin. tit. de probat. concl. 16. num. 6.* VVeſenbecius *conſ. 13. numer. 76.* per notata *in l. 2. § ſed ſi dubitetur, quemad. teſt. aper.*

77 Intentionem autem ſuam in abſentis
morte non appellantem ſed appellatum,
qui illius heres eſſe deſiderat, fundaſſe con-
ſtat. Qui enim hereditatem alicuius teſta-
mentariam, legitimam vel etiam fideicom.
ſibi aſſerit, is in morte illius, cui ſuccedere
vult, intentionem ſuam collocat, atque ideò,
niſi exactiſſimè eandem probet, condemna-
bitur, ſiue actor ſiue etiam reus ſit, tametſi
aduerſarius nihil omninò præſtiterit. 78 Et
43 quamuis a DD. tradatur, quod is, † qui im-
miſſionem ex *l. final. C, de edict. D. Hadr.*
toll. petit, non tenetur teſtatoris mortem
probare, ſed ſufficiat, quod teſtamentum ab
eo conditum non cancellatum neque a-
bolitum, neque nulla ſui parte læſum o-
ſtendat, 79 præſertim ſi iudicialiter ſeu au-
ctore prætore illud ſibi traditum fuerit; 80
tamen eo caſus noſter planè referri nequit,
quo appellatus teſtamentum non ab affini
ſed vxore ſua conditum profert atque ex
eodem vtriuſque heres fieri ſatagit. Secun-
dò, etſi quibuſdam † in caſibus, qui non adeò
44 magni momenti ſunt, atque exiguum præ-
iudicium afferri ſolet, rumore & fama aliiſ-
ve leuioribus coniecturis mors doceri po-
teſt, nec exactè requiritur eam recta & con-
cludenter probari, veluti per teſtes, qui ali-
quem mori viderunt, aut ipſius exequiis in-
45 terfuerunt † 81 adeò vt interdum præſum-
ptiua mortis probatio ſufficiat: 82 tamen
noſtro in caſu, ne vna quidem veriſimilium
coniecturarum ab appellato afferri neque
doceri poteſt, quod ab vllo vnquam ſigni-
ficatum fuerit abſentem mortuum eſſe,
multò minus, quòd de morte eius rumor
extiterit, vel f ma percrebuerit. Imò aliæ
præſumtiones adhuc ſatis multæ ſunt, ex
quibus vita abſentis coniici poteſt, veluti
quòd quidam ex Auſtria redeuntes affirma-
rint, quòd ante quinquennium adhuc eum
viderint cúmque eò collocuti fuerint. Id,
quod ipſemet appellans literis ſuis ad Re-
uerendiſſimum capitulum datis faſſus fuit,
atque iis abſentem affinem ſuum adhuc vi-
uere expreſsè ſignificauit. Tertiò in dubio
vita non mors præſumi ſolet, 83 cùm hæc ſit
46 facti † extrinſeci & accidentalis atque ideò
probari debeat. 84 Vnde etiam plerique
47 tradunt, quod hominis vita † in dubio cen-
tum annorum præſumatur. 85 Et quamuis
nonnulli præſumtionem hanc reiicientes
vitam humanam pauciorum annorum nu-
mero definiant: 86 tamen hi ipſi docent vi-
tam longæui hominis centum annis æſtima-
ri, atque exempla referunt quorundam, qui-
48 bus etiam vlterius vitæ terminus † proroga-
tus fuit, veluti famoſiſſimi illius in conuer-
ſatione monachi Zoſimi 87 Ioannis de
temporibus, Terent. Cicer. Clodiæ Oſelli at-
que aliorum. 88 Nullus item prædictorum
DD. aſſerit, quod in dubio quis mortuus
credatur, ſed omnes concedunt, niſi eui-
denter mors probetur, vitam præſumi.
89 Illud

Additiones.

78 latè & eleganter Antonius Faber *li-*
bro 4. Cod. titul. 14. numer. 7 8. 9. & ſeqq. per
l. ſi eius, 34. ad SC. Trebellian. & l. ſed & in
illo, 18. de reb. dub. 79 Bartolus *in d. l. fin.*
numero 11 Alexander *conſ. 101. numero 9. ver-*
ſic. quo autem ad ſecundum, volum. 5. Durant.
de art. teſtand. tit. de acquir. hered. caut. vlt.
numero 5. Maſcardus *d. concl. 1073. num. 6.* An-
tonius Sola *ad conſtitut. antiq. Sabaud. pag.*
302. *numer. 1.* 80 Menochius *remed. adipiſc.*
poſſeſſ. 4. num. 669. 81 Bartolus & Angel. *in*
d. l. 2. §. ſi dubitetur quemad. teſtam. aper. M.
Anton. Natta *conſ. 59. num. 6. vol. 1.* Dn. Pingi-
zer *d. quæſt. 5. num. 17.* 82 Tilman. de Benign.
in apoſpaſm. Syno. Syntagm. 4. decad. 5. vol. 3.
num. 2. 83 Angelus *in l. ſed etſi de ſua, de ac-*
quir. hered. & in l. ſi emancipati col. 2. Cod. de
collat. Corneus *conſ. 251. vol. 1.* Gratus *conſilio*
66. col. pen. vol. 2. Alciatus *de præſump. in 1.*
reg. præſumpt. 44. 84 Antonius Faber *libr. 4.*
C. tit. 14. def. 39. num. 9 in alleg. 85 gl. Bar. &
DD. *in l. 2 §. ſi dubitetur, quemad. teſta. aper.*
Salicet. *in 3. notab. l. fin. C. de SS. Eccl.* Maſcar-
dus *de probat. concl* 10. *num.* 1. *volu.* 1. Chaſ-
ſaneus *ad conſuetud. Burgund. rubr. 6. §. 4.* Al-
ciatus *de præſumt. reg. 1. n. 44.* Decius *conſ. 204.*
nu. 4. Pariſius *conſ. 86. in fin. l. 4.* Grat. *conſ. 66.*
col. pen. l 2. Soc. *iun. conſ. 26. n. 12. l. 2.* Dec. *reſp.*
24. n. 37. vol. 1. Thom. Gram. *dec. 105. num. 37*
Capyc. *dec. 4. num. 18.* Cardinalis de Monte *in*
lib. de produc. hom. vita vltra 120. *annos.* 86
Franc. Aretin. *in l ſed etſi, de ſua, de acquir.*
hered. Coraſius *lib. 5. miſcellan. c. 18.* Antonius
Gabriel Romanus *commun. opin. lib. 1. tit. de*
probat. concl. 16. num. 13. & ſeqq. Petr. Gregor.
Tholoſanus *in Syntagm. iur. vniu. lib. 12. cap.*
6. num 10. VVeſenbecius *conſ. 13. num. 75. &*
ſeq. Daniel Moller *lib. 2. ſemeſtr. cap. 45.* Arius
Pinel. *ad l. 2. part. 3. cap. 4. n. 33. C. de reſcind.*
vend. Additio ad Fichardum *conſil. 90. n. 1.*
lit. a. vol. 2. Caualcanus *deciſ. 22. numer. 9. &*
27. part. 2. Menochius *de præſumt. lib. 6. præſ.*
49. Alexander *conſ. 90. n. 9 lib. 6. & conſ. 27.*
col. final. in fin. lib. 7. Ludouicus de Goz ad.
conſ. 68. n. 6. arg. l. computationi, 68. ad l. Fal-
cid. 87 cuius *in Nouell. 5. cap. 2.* mentio fit.
88 Coraſius *d. cap. 18.* Dn. Bartholomæus
Muſculus *in auctar. ſeu problemat. de serm.*
vit. hum. in pr.

49 89 Illud etiam,quod à quibuſdam traditur† mortuum eſſe coniici eum,qui ex alia cauſa quàm timore ſuorũ inimicorum per quinquennium vagabundus abfuit,90 nõ ita accipi debet,ac ſi ex quinque annorum ſpacio ſimpliciter mors præſumatur,ſed tum,quãdo prius rumor de morte abſentis ſparſus fuit,atque poſteà poſt nouam de morte, vt loquitur Sebaſt. Medices 91 quinquennium elapſum fuit. Ex ſola enim longi temporis
50 † abſentia mors coniici nequit,92 ſed prædictam famam concurrere oportet. 93 Imò receptior ſententia eſt, quòd pro vita abſentis, cuius bonis curator datus eſt, ad centum vſque annos præſumatur. 94 Quæ præſumtio cum iuris auctoritate nitatur 95 conſequens eſt, quòd onere probandi grauandus ſit, non is, qui abſentem viuere,ſed alter,qui eum mortuum eſſe contendit,atq; in morte ſuam intentionem fundat. Quartò tum demum vter è duobus prius deceſſerit probari debet, cùm vtrumque verè mortuum eſſe conſtat, atque quis antè, & quis poſtea deceſſerit ignoratur; ſiquidem tum in omnibus iis caſibus,in quibus quem præmori requiritur, eum prius eſſe mortuum,clarè probandum eſt. 96 Sic enim pa-
51 tre † & filio pubere 97 ſimul mortuis, ne hic illi propter commune votum & pietatem parentum ordinémque naturæ 98 ſuperuixiſſe credatur, probatio aſſerenti incumbit,quòd filius prius, pater poſteà demum mortuus fuerit, 99 Sic etiam quan-
52 do maritus & vxor † ſimul perierunt probandum ab aſſerente eſt quòd ille prius extinctus fuerit,atque hæc ei ſuperuixerit, 100 niſi fortè de donatione inter virum & vxorem quæſtio ſit,ſi quidem tum, vt donatio valeat, prius donatorem ſeu maritum ſpiritum poſuiſſe præſumptio eſt, 101 vt & alias in fauorem poſſeſſori ordinem mor-
53 talitatis interpretandum eſſe docet †Alexã-
54 der.102 Mater item, ſi in puerperio † cum infante decedat,cenſetur vltima & poſt infantem demum mortua,niſi cõtrarium doceatur. 103 Commodè quoque huc referri poteſt illud, quod alibi 104 Papinian. reſpondit;eum, qui ita ſubſtitutus eſt, qui ex liberis meis impubes ſupremus morietur, ei Titius heres eſto, ad vtriuſque peregrè defuncti ſucceſſionem admitti, ſi vter eorũ nouiſſimè deceſſerit,ignoretur. Nam & hic de neutrius morte, ſed ſaltem de tempore illius dubitatur. Quare niſi is, qui alterutrum eorum prius diem ſuum obiiſſe contendit legitima probatione intentionem ſuã impleat,ſubſtitutus non immeritò,grato præſumtiones cõmodo gaudet. 105 Quo etiã alia Africani & Papiniani reſponſa 106 pertinent. At quando non vtrumque,ſed vnum tantum deceſſiſſe conſtat, imò alterũ adhuc viuere euidens iuris præſumtio ſuadet, tum vtique inconueniens admodum videtur, ſi ei, qui nunquam alicuius mortem allegauit, neque vllum ex ea compendium quærit, onus probandi imponatur, quod poſt alterius ille obitũ mortuus fuerit. Tandẽ ſi abſens mortuus præſumeretur atque

ADDITIONES.

89 Munnoz de Eſcobar.*de ratiocin. adminiſtr.cap.6.numero* 54. 90 Bartolus *in l.final.de his,qui not.infam.*Baldus *in c.1.tit. quo temp.mil.* Alex.*conſ.*24. *vol.*4. Corneus *conſ.*131.*vol.*4. Boërius *dec.*88. Socinus *conſ.* 26.*num.*5 *lib.*2. Menochius *de arbitrar.iud. lib.*2.*cent.*2. *conſ.*150.*num.*19. 91 *in tract. mors omnia ſoluit, part.*1.*n.* 77. 92 Bartolus *ad d.l.*2.§.*ſi dubitetur,quemad.teſt.aper.* 93 prout ex Odofredo & Alberico *in auth. hodiè,C. de repud.* docet Munnoz de Eſcobar.*de ratiocin.adm.d.cap.*6.*n.* 47. 94 teſte Antonio Fabro *in lib.*5.*Cod.tit. de curat. furioſ.prodig.& abſent.* 40.*definit.*4. 95 *l. an vſusfructus,*6.*de vſufr.l.vſusfructus,*8.*de vſufr.legat.l.final.C.de SS. Eccleſ.* 96 Petrus de Anchorano *conſ.*438.*num.* 3. Daniel Moller *ad conſt.Aug.*20.*part.*2.*nu.*56. Sebaſtianus Medices *in d.tract.mors omnia ſoluit, part.*1 *n.*57. 97 Secus enim eſt in impubere. 98 *l.nam etſi parentibus,de inoffic.teſt. l.ſcripto,vnde liberi.l.liberorum,in fin.de V. S.* 99 *l.*9.§.*fin.l.*20.*de reb.dub.l.*26.*de pact. dotal.l.*17.§.7.*ad Trebel.*Alciatus *lib.* 1. *præſumt.* 49. Cacheranus *dec.*108.*n.*4. Dn. Iacobus Sculteus *in locis commun.* Brunori à Sole *tit.mulier n.* 2. 100 *d.l.* 9.§.*ſi maritus & vxor,de reb. dub. l ſi poſſeſſor,*32.§ *ſi eodẽ, de religioſ.& ſumt.funer.* Speculator *tit.de procurat.*§.1.*verſic.*15. Decius *ad l.*2.*n.*44 *de R. I.* Andreas Tiraquellus 1. *leg. connub.* 56. 101 *arg.l.cùm hic ſtatus* 32. §. *ſi ambo* 14. *de donat.int. vir.& vx.* Couarruuias *var. reſol.li.*2.*c.*7.*n* 1.*verſic.ſic & in fauorem,& n. ſeq.tom.*2. Marſilius *in rubr.de probat.n.*416. Medices *in d.tract. part.*1.*n.* 59. 102 *in* §. *ſi quis autem,in* 4.*intellect.verſic.ſubdit tamen.* Purpuratus *in conſ.ſubiect.allegata deciſioni Cacherani,numero* 3.*verſicul.Tertio.* 103 Socinus ſenior *conſ.*197.*col.*2.*verſic.ſecunda prædicta,lib.*3 Menoch.*lib.*6. *præſ.*50. *nu.*36. 104 *in l.* 11.*in pr.de bon.poſſeſſ.ſecund. tabul.* 105 *arg.d.l.*11. 105 *in l.*34.*&* 42.*de vulg.& pup.ſubſtit.*

atque tempus mortis,nimirum an antè vel poſt ſororẽ is deceſſiſſet, probandũ foret,tũ itidem probatio hæc non appellãti,ſed appellato incumberet, cùm hic non ille in morte & tempore mortis intentionem ſuã fundet. Tralatitium autem eſt, quod tem-
55 pus † mortis docere & exactè probare debeat is,qui in eo intentionis ſuæ fundamẽtum collocat, 107 haud ſecus ac quilibet alius qui ſe in temporis qualitate fundat, atque aliquid antea vel prius factum fuiſſe dicit. 108 Non verò obiici poteſt, appellantem in vita abſentis ſe fundantem, eandem probare debere,109 ſiquidem hoc ab eo nõ principaliter ſeu agendo, ſed potius excipiendo ſiue replicando fit.Quo caſu vitam
56 † allegantem,ad eius probationem non teneri teſtatur Speculator. 110 Deinde eum à probandi hoc onere præſuptio ab ipſius officio petita ſatis releuat.Vt enim is, qui abſentis curator fieri deſiderat, antequam curatela à competenti iudice decernatur, vitã abſentis,quam allegat, tanquam intentionis ſuæ fundamentum probare tenetur, 111 ita poſtquam ſemel curatela legitimè decreta & commiſſa fuit, ad vlteriorem vitæ probationem iſte non obſtrictus eſt,ſed firmam pro ſe præſumptionem habet, quòd principalis ſuus adhuc in viuis ſit,& contrarium aſſerentem atque hereditatem abſentis petentem euidenti probatione mortem eiuſdem docere oportet. Atque ſic in terminis,quòd tum, quando inter curatorem abſentis atque eos, qui iſtius hereditatem petunt controuerſia exiſtit,non ille vitã,ſed hi mortem abſentis probare teneantur,tradit ex Baldo. 112 Montanus. 113 Quòd eo magis noſtro in caſu procedit,cùm appellati petitio teſtamento nitatur,quod aliter ſuſtineri nequit,niſi cauſa,cuius intuitu in eo ita diſpoſitum fuit,euidenter probetur. 114 Quare hæc omnia ſatis euincunt, quòd adducta ab appellante grauamina minimè irrelevantia ſint, ſed quòd iis à priorum inſtantiarum iudicibus maximè ille læſus fuerit.

Additiones.

107 Bartol. *in l.non ſolùm, §.ſed vt probari,de nou.oper.nunc.*. 108 Munnoz de Eſcobar *de ratione adminiſtr.tom.2.cap.9.n.3.* Ludouicus de Gozadinis,*alleg.conſ.68.nu.6. arg. l.ſi verò, §. qui pro re, qui ſatiſd. cog.l. quoties, C.de R.V.* 109 arg.eorum, quæ tradat Anton.Gabriel,Romanus *libr.1.com opin.tit de probat.concl.16.n.7.*Fichard. *alleg. conſ.90.nu.11.vol.2.*Corneus *conſ. 119. vol.1.* 110 *in l.ſi inter virum,col.fin.verſic.quarto infertur,de reb.dub.* Anton.Gabriel Rom. *d. concl.16.n.7.*arg.gl.*in l. 2. §. ſed ſi dubitetur, quemad. teſt. aper.* 111 Menochius *alleg. caſ.*150.Gozadinus *conſ.68.num.*5.Montanus *alleg.cap.28.nu.85.* 112 *ad l.1.C.qui admitt. ad bon poſſ.* 113 *d.cap.28.num.72.* 114 *arg. l.minor annis* 5.& eorum, quæ ibidem poſt Baldum notat Dominus Sebaſtianus Neuius *C.de fideic.libert.*

COROLLARIVM II.

Argumentum.

Nouerca priuignis ſuis ab eorundem patre tutrix teſtamento dari nequit.

Summaria.

1 *Nouerca priuignis loco matris eſt.*
2 *Mater liberorum tutela licitè fungi poteſt.*& numero ſeptimo.
3 *A tutela,tanquam virili officio, fœminæ regulariter arcentur.*
4 *Mulieres olim tam apud Romanos,quàm apud Græcos in perpetua tutela erant.*
5 *Ceſſa ſiue ceſſitia tutela vnde dicatur?*
6 *Mulieres in Italia mundual auctoritate indigent.*
8 *Exceptis teſtamentariis, mater reliquis omnibus tutoribus præfertur.*
9 *Mater liberorum debitrix ab eorundem tutela non arcetur.*
10 *Debitor impuberum creditoris tutor eſſe non poteſt.*
11 *Surrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſurrogatum eſt.*
12 *Vitricus & nouerca ad paria iudicantur.*
13 *Vitricus priuignorum tutor eſſe non prohibetur.*
14 *Liberi corporis & viſcerum pars ſunt.*
15 *Vitricos priuignorum tutores fuiſſe multis illuſtribus exemplis confirmatur.*
16 *Dn. Vulteius vitricos in eorum numero refert,qui tutores eſſe prohibentur.*
17 *Vitricus ad priuignorum tutelam inuitus cogi nequit, neque proximis impuberis agnatis in tutela præferri debet.*
18 *Notatur error eorum, qui ſtatuunt patrem ad ſecundas tranſeuntem nuptias tutela æquè ac matrem binubam priuari.*
19 *Vitrico,quod licet multò magis patri ad ſecundas tranſeunti nuptias conceſſum eſt.*
20 *Secundæ nuptiæ amorem erga liberos minuunt*

minuunt, non vero planè tollunt.
21 *Nouerca nullam in bonis priuignorum ſuccedendi ſpem habet.*
22 *Tutela onus ad eos, qui hereditatis ſpem habent, pertinet.*
23 *Teſtamentaria tutela fauorabilior eſt legitima.*
24 *Pater ſemper bonum & prudens cōſilium pro filio capere præſumitur.*
25 *In educatione maius quàm in tutela periculum eſt.*
26 *Priuignorum infirmitas, ab eorum patre nouercæ commendari poteſt.*
27 *Exempla priuignorum, qui à nouercis ſatis benignè tractati fuerunt.*
28 *Regula tam diu ſtandum eſt, donec exceptio doceatur.*
29 *Matris appellatione nouerca venire nequit.*
30 *Maternus amor ſummus & inæſtimabilis cenſetur.*
31 *Legitima coniugum coniunctio cur potius matrimonium quàm patrimonium appelletur?*
32 *Matris & auiæ tutela anomala eſt.*
33 *Nouercæ ingenium & affectio erga priuignos quomodo à Iuriſconſultis depingatur.*
34 *Nouerca nullum grauius malum eſſe dicitur.*
35 *Nouerca à priuignis ſine venia in ius vocari poteſt.*
36 *Vtilitatem pupillorum prætor ſequitur, non ſcripturam teſtamenti.*
37 *Ab educatione ad tutelam firmiter inferri non poteſt.*

CVM ex facto hæc quæſtio proponeretur,
nunquid nouerca priuignis ſuis, ab eo-
rundem patre, tutrix teſtamento dari poſſit?
affirmatiue ſequentes ob rationes reſpon-
dendum eſſe videbatur. Primo, quia nouer-
1 ca † priuignis loco matris eſt. 1 Certum
2 autem eſt, quod mater † à liberorum tute-
la non excludatur, ſed licitè ea fungi poſſit.
2 Etſi enim tutela virile munus, & vltra ſe-
xum fœmineæ infirmitatis officium eſt, 3
3 à quo † mulieres regulariter arcentur, 4
cùm in eas tantum conſilij & prudentiæ ca-
dere non præſumatur, quo pupillos ſuo
tueri & tegere poſſint, ſed ipſæ potius alio-
rum ope & auxilio indigeant, 5 & ideo in
4 perpetua olim non minus apud † Roma-
nos, quàm apud Græcos tutela fuerint: 6
atque ceſſæ ſiue ceſſitiæ tutelæ locum &
5 nomen dederint, eo quòd viri potentes †
iam factæ, ſi tutor earum teſtamentarius,
vel legitimus tutelam prorogare, ſeu am-
plius ea fungi nollet, ſed eam alij è proxi-
mis agnatis cederet, ceſſici illius tutoris po-
teſtati illæ ſubijcerentur, 7 cuius non mi-
nus atque hodie † in Italia mundualdi 8 6
in Saxonia curatoris ad litem 9 in omni-
bus earum contractibus cæteriſve actibus
auctoritatem interuenire oportebat: attamē
aliud iure noſtro conſtitutum quoad ma-
trem eſt, quam DD. Impp ſatis idoneam † 7
eſſe exiſtimarunt, cui filiorum ſuorum tu-
telam committerent. 10 Et quamuis o-
lim haud aliter hoc obtineret, quàm ſi poſt
obitum mariti tutelam à principe illa im-
petraſſet, 11 & poſtea etiam à DDD. Valen-
tiniano, Theodoſio & Arcadio cōſtitutum
eſſet, vt petendæ tutelæ ius tum demum ha-
beret, cùm tutor vel teſtamentarius vel legi
timus deeſſet, vel priuilegio à tutela excuſa-
retur, vel ſuſpecti genere remoueretur, vel
ne ſuis quidem præ animi aut corporis va-
letu-

ADDITIONES.

1. *§. affinitatis, §. ſocrum, Inſt. de nupt. l. 7. C. de obſeq. parent. & patr. præſt.* Cuiac. 9. *obſ.* 18. Couar. *de matr. par. 2. §. 10. n* 19. *verſ. verum probabilius, &c. tom.* 1. Dn. Arnold. de Reyg. *in theſaur. iuris, ver. de matre & nouerca, in pr. 2. tot. tit.* C. *quand. mul. tut. off. fung. poſſ* adeò vt teſtator matri tutela interdicere non poſſit, niſi directò de alio tutore diſponat, Bal. *conſ.* 308. *n.* 2. *vol.* 2. Quare etiam reſponſum fuit per mutua pacta gentilitia conueniri haud poſſe, vt nullis tutoribus conſtitutis teſtamento, relictis impuberibus cooptētur ex vaſallis aut agnatis illis, qui maximè res rationéſque defuncti cognitas & perſpectas habent etiam excluſa matre, Heig. *part.* 2. *q.* 13. *n.* 2. 3 *l.* 1 C. *d. tit.* 4 *l.* 16. *l fin de tut. l. quo tutela* 73. *de R. I. l.* 1. *§.* 1. *l. agnato,* 10. *de legit. tutor.* Corneus *conſ* 164 *num.* 2 *l.* 4. 5 Hinc etiam de iure Saxonico cùm mulieres ſemper curatore indigeant, *conſtitut.* 15. *par.* 2. mater nunquam ſola ratione feudalium bonorum tutela fungi poteſt, ſed ſemper ei maſculus adiungi debet. Atque ſic VVitebergæ pronunciari quotidie ſolere teſtatur Heig. *d. qu* 13. *num.* 45. 6 Mōtan. *de tut. & curat. c.* 5. *num* 46. Ierem. Sets. *l.* 1. *de iur. c.* 12. *num.* 2. 7. Montan. *d. tract. c.* 7. *numer.* 48. 8 Angel. *conſ.* 19. Bald. *in l.* 2. *quæſt.* 9. C. *de reſcind vend.* Mundualdum a. non Italica, ſed barbara voce ſic dici docet Camill. Borell. *conſil* 11 *numer.* 16. ex Zaſio *in l ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, de V. O.* contra Renatum Choppinum *de doman. Franciæ.* 9 Dan. Moller. *libr. quarto ſemeſtr. cap.* 43. *numero* 15. *verſic. etſi autem.* 10 *d. l.* 2 *& tot tit.* C. *quand. mul. tut. offic. fung.* 11 *l. fin. de tutel.*

26 teſtatur Rutger Rulant. 27 Exempla item haud pauca hiſtoriæ antiquæ ſuggerunt,quibus pupillos etiam auguſtos,& maximè illuſtres apud vitricos tutores educatos fuiſſe comprobatur,veluti Caij Octauij 28 Achillis ex filio Pyrrho nepotum Philippi Macedonum regis,Voconij, 29 P. A-
16 butij 30 atque aliorum. Mirum † igitur non immeritò videri poteſt,cur D.Vulteius 31 vitricum in eorum numero referat, qui tutores eſſe prohibentur,cùm lex illa,quam pro ſententia is allegat, minimè tam firmum argumentum ſuppeditet, quo communis DD. opinio, quæ expreſſis textibus 32 nititur,expugnari poſſit, ſed vitioſè ex illa prohibita vitrico tutela & educatio priuigni colligatur. 33 Sanè vitricus, vt in-
17 uitus tutelam † hanc ſuſcipiat, cogi nõ poteſt,neq; proximis impuberis agnatis ad illã aſpirantibus præferri debet Quod vtrumque præiudiciis curiæ Pictauienſis & Tholoſanæ firmat Geraud de Maynard. 34 Erroneum item eſſe facilè inde colligi poteſt,
18 quod nonnulli tradiderunt patrem † ad ſecundas tranſeuntem nuptias pari iure cenſendum eſſe cum matre binuba, 35 quæ prioris matrimonij liberorum tutela priuari 36 etiam teſtamentaria ſolet, 37 nec poſt obitum ſecundi mariti eam reaſſumere poteſt. 38 Quem errorem ſatis notant, atque refutant Arius Pinelus, 39 Raphael Fulgoſius, 40 Corneus. 41 Vitrico enim,
19 quod licet, multò magis † patri eiuſmodi conceſſum videtur, cùm ſecundæ nuptiæ
20 naturalem erga liberos amorem † minuere,non verò planè ei tollere queant,ſed maiorem is erga liberos ſuos, quam vitricus erga priuignos fauoris & affectionis neceſſitatem nihilo ſecius retineat. 42 Quartò
21 nouerca † eo minus à priuigni tutela arcenda videtur, quod nullam in bonis eiuſdem ſuccedendi ſpem habeat, 43 atque propterea ſiniſtra illa vitæ inſidiarum ceſſet ſuſpicio, ob quam Solonis lege olim vetitum erat,ne quiſquam eorum, ad quos fatali ſorte intercedẽte pupilli hereditas perueniret, tutelam gereret. 44 Quod licet noſtro iure mutatum & conſtitutum
22 ſit,vt legitimæ tutelæ † onus alios non concernat, quàm ad hereditatis commodum aſpirantes: 45 tamen hoc ipſum, quoad pupilli educationem adhuc æſtimari debere, vt ab ea excludãtur qui ad ſuſpicionẽ ex ſpe ſucceſſiones propiores ſunt,DD.Diocletianus &Maximianus reſcribunt. 46 Quintò etſi alias ad priuignorum tutelam haud facilè nouerca admitteretur:tamen minimè ab illa excludẽda erit, quã ipſemet eorundẽ pater in vltimo ſuo elogio illi detulit,tum,
quod maiorem † teſtamentaria tutela fauo- 23
uorem mereatur, quam legitima: 47 tum quod vltimum patris elogium in conſtituendis tutoribus ſanctè ſeruari debet, 48 cùm pater ſemper bonum & prudens conſilium pro filio capere præſu-

A D D I T I O N E S.

26 *in verb. tutela & tutores, verſ.vitricus,&c.* 27 *de cõmiſſar.& commiſſion.part.* 4.*lib.*4.*c.*16.*n.*38. 28 De quo poſt Dionem, Velleium,Paterculum& Cuiacium teſtatur Gothofr. *ad l.*1.*lit.y.in not.nouiſſ.C.vbi pup. educ.deb.* 29 Quæ exempla ex Pauſania & Plinio confert Ann. Rob. *all.loc.* 30 Quod ex Liuio *lib* 39.Paul.Mont. *d.c.*15. *nu.*21.affert. 31 *lib.*1.*Iuriſpr. Rom. c.*25.*n* 20. 32 nimirũ *l.*32.*de adopt.l fi.C. de contrar.tut.iud. l.*2.*C.de interd.matr.int.pup & tut.* 33 Cuiac.*d.obſ.*29.Menoch. *de arbi.iud.caſ* 168 *nu.* 10. 34 *alleg.c.*26. 35 Angel. *in Nou.*2.*c.*1.§. *quia verò nu.*16.*& in Nou.*22 *c.*23.Ioan.Dilect. Dur. *in tract. de caut. vlt.vol.tit.de legat.*6.*caut.*18.*nu.*5. Chaſſan.*ad conſuet.Burg. rub.*6.§.8.*nu.*2.*in fi.& num* 7.*&* 8.Emanuel Coſta *de dote.c.*6.*nu.*4.Ripa *in l.fi.q.*26.*n.*96. *C.de reuoc. donat.*Curt. iun. *conſ.* 6.*n.*1 *&* 2. 36 *arg.l.lex,quæ* 22.§.*ſerui etiam,C.de adm. tutor.Nou* 94.*& auth.ſacramentũ, C quãd. mul.tut.off.* 37 Boer.*dec.*124 *nu.*12.*& deciſ.* 266.*nu.*4. Myniing. *cent.*3 *obſ.*81.Quod tum quoque obtinet, ſi expreſ è teſtamento fuerit,quod mater ad ſecundas nuptias tranſiẽs tutela priuari nõ debeat.Nihilominus enim eam illa amittit Zobel *part.*2.*diff.*15 *nu* 1.*&* 2.Simon de Præt.*de vlti vol.inte-p. lib.* 20. *interpr.dub.*2.*fol.*2. Heig. *d.quæſt.*13.*in fi.* 38 Myniing. *alleg. loc.* Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa,limit.*10 *nu.*8.*&* 9. 39 *in l.fi.nu.*15. *&* 16.*C.de bon.mater.* 40 *in l.iubemus,n.* 6.*Cod.ad Trebellian.* 41 *ad dict. leg.iubemus,num.*4. 42 *argum.Nou.* 94.*cap.*1. 43 *arg. l.*3.*C.de commun. de ſucceſſ.* 44 Montan.*de tutel.cap.*15.*numer.*10. 45 §.*ex his, Inſtit.de legitim. agnat. tut.l.*1.*&* 3.*de legit. tit.l.quo tutela,*73.*de R.I.Nou.*118.And.Knichen.*de Sax. non prou.iure, verb.electorum, cap.*4.*num.*2. 46 *l.*2.*C. vbi pup.educ.deb.* Quo etiam pertinet, quod habetur *in l.Si vidua,*18.*Codic.de nuptiis.* 47 ex Baldo *conſil.*308.*volumin.* 2. & Crauetta *conſil.* 690.*volum.* 5. 48 Coſta *de ratione rata, q.*57.*n.*8.

24 præſumatur, 49 & præſumptio † propter
naturalem affectum omnia ei faciat conceſſa
videri, 50 vt ab eo diſpoſitum à nullo
debeat redargui. 51 Sexto, ſi patri teſtaméto
liberorum ſuorum educationem nouercæ
committere conceſſum eſt, vtique etiam
tutricem illam conſtituere filiorum
25 poterit. Multò maius enim † in educatione,
quàm in tutela periculum. 52 Quòd
verò illud fieri poſſit de facto conſultus reſpódit
Tiberius Decianus. 53 Sextò in terminis
videtur textus, 54 qui manifeſtè pro-
26 bat infirmitatem priuignorum à † patre
eorundem nouercę commendari poſſe. Hęc
autem commendatio eam potiſſimum ob
cauſam fit, vt nouerca tutricis officio fungi,
atque priuignos tueri & defendere debeat.
55 Et quidem eo fortius noſtro in caſu textus
ille militat, quia in hypotheſi IC. Scęuolæ
ibidem propoſita eiuſmodi circumſtantia
concurrebat, quę deciſionem planè contrariam
flagitare videbatur, nimirum, quia
nouerca illa ob ſucceſſionis ſpem maximè
ſuſpecta erat, cùm optimum admodum lucrum
captare, atque vniuerſæ à marito relictæ
hereditatis ſemiſſem retinere potuiſſet,
ſi priuignus ante finem commendatæ tuitionis
vel defenſionis deceſſiſſet. Tandem
exempla haud deſunt, quibus priuignos à
27 nouerca mitius † & benignius, quàm liberos
ab ipſa matre tractatos & educatos fuiſſe
doceri poteſt. 56 Verú allatæ modò rationes
non adeò vrgentes ſunt, quin contraria
negatiua ſententia verior, & iuri magis conſentanea
videatur. Vulgatum enim primo
28 eſt, quod regulæ tam diu ſtandum ſit, † donec
exceptio euidenter & dilucidè doceatur.
57 Regula autem illa, qua fœminæ à tutelis
excluduntur, citra omne dubium etiam nouerca
continetur, cùm de exceptione, qua
illa à generali regulæ ambitu exempta ſit,
non appareat. Secundò, non eſt, quod dicatur,
eo ipſo illam eximi, quo mater & auia
29 eximitur. Horridum enim † nouercæ nomen
dulciſſima matris appellatione venire
& cótineri nequit, nec maternus amor (qui
30 meritò ſummus † & inæſtimabilis cenſetur,
58 adeò vt Lyciorum lege liberi à matribus,
nó patribus nomina ſumerent, 59 &
quibuſdam etiam populis conceſſum fuerit,
vt materna potius eorum, quàm paterna
origo cenſeretur, 60 atque legitima coniugum
coniunctio matrimonium non patrimonium
à iure noſtro, indigitetur) quę-
31 quam cum † nouercali odio commune habet.
Tertiò, atque eo minus noſtro in caſu,
quo tutela matri & auiæ, ſingulari ſaltem
Impp. clementia & gratia permiſſa fuit, vt
ad fœminam, quæ propriè mater & auia nó
eſt, permiſſio hæc minimè extendi poſſit. A-
nomala enim † extraordinaria ſeu irregu- 32
laris hæc tutela eſt, 61 adeò vt Decium 62
non ſine cauſa dubitaſſe, vtrum diſpoſitio *d.*
auth. matri & auia, &c. in proauia locum
habere poſſit, aſſerat Montanus. 63 Quartò
ad tutelam admitti non debent, qui ſtatim
ſuſpecti poſtulari, atque vt ſuſpecti remoueri
poſſunt, ne contra conſilium D. Iuſtiniani
64 vulnerata demum cauſa remedium
quærendum ſit, cùm ius ab initio intactum
facilè ſeruari potuiſſet. Nouerca aút
in eorum numero eſt, qui maximè ſuſpecti
ſunt. Ita enim ingenium illius IC. Gaius 65
deſcribit, vt nihil † de ea, quod tuitionem 33
priuignorum concernat proficiſci poſſe facilè
præſumi queat. Hoc item IC. iudicium
DD. ſecuti nihil ferè de ea prædicant, quam
quod euidens priuignis periculum minetur.
Ad nomen. n. eius alludentes nouercam
dici volunt, quaſi nocentem arcum, 66 vel
nouam

Additiones.

49 *l. nec ita, ad l. Iul. de adu. l. ſi filius*, vbi gl. & Bald. *C. de patr. poteſt. & in l. 1. §. taceat, C. de rei vx. act.* Ioan. Anton. Trigona *ſing. 22. nu. 3.* Anton. Fabr. *ad tit. C. de condit. inſert. def.* 18. *n.* 6. God. l. *conſ. 27. nu.* 36. Vulteius *conſ 29. n. 46. vol. 2. int. conſ. Marp.* 50 *l. 28. §. 3. de liberat. legat.* 51 Pariſ. *conſ.* 106. *nu.* 49. 52 gl. *in d. l. 1. verſ. ſi non vitricũ. C. vbi pup. educ. deb.* Corn. *conſil.* 175. incip. *licet in præſenti, verſ. concurrit, ſiue lit. l. part. 3.* 53 *cõſ. 49. nu. 6. & ſeqq. lib. 1.* 54 *in l. liberto ſuo. 22. §. filium ex dodrante. 2. de annu. legat.* 55 *ar. l. generali capite, 32. §. duas filias, de vſu & vſufr. legat.* 56 Colet. *de alim. lib. 2. c. 13. n. 48.* Tiraq. *in 9. leg. connub. gl. 1. par. 9. num. 198. & ſeq.* 57 *l. ab ea parte, de probat. l. ſunt quoque, de here inſt.* Hard à Daſſel *conſ. 1. nu. 37. verſ. hanc regulam. lib. 1.* Vveſemb. *conſ. 7. n.* 7. Godd *conſil. 25. nu. 107. Vol. 1.* 58 Quintil. *declam.* 388. Bald. *in l. precib. col. 6. nu. 18. verſ. item dixi idoneos, C. de impub. & al. ſubſt.* Menoch. *de arbitr. iud. q. caſ. 168. nu. 3. & 8. & de præſ. lib. 6. præſ. 56. n. 21. & ſeqq.* Marcus de Mantua *ſing. 339. arg. l. ſi C. de curat. fur. l. poſſeſſionem, C. com. vtr. iud.* 59 Herod. *lib. 1.* 60 teſte Vlpiano *in l. 1. ad municipal.* 61 vt ex Decio, Corneo, Mariano, & Boerio tradit Montan. *d. c. 15. nu.* 8. 62 *conſil. 16. nu. 4.* 63 *d. c. 15. nu. 9.* 64 *in l. final. C. in quib. cauſ. reſt. in integ. nec. non ſit.* 65 *in l. 4. de inoff. teſtam.* 66 Stephan. Bertrand. *conſ. 336. col. vlt. 1 part.* Chaſſand. *ad conſuet. Burg. rubric. 6. num. 1.*

nouam arcam ſine fructu 67 nocentem a-
nū,cuius delinimentis aculei iudicij paterni
refringantur,hebetentur, & omnino retun-
dantur,68 quæ in priuignos impia, crudelis,
dira,ſæua immitis & terribilis ſit, 69 atque
naturali & mortali eos odio proſequi cen-
ſeatur.70 Quare cùm ſuſpicione adeò vehe-
menti nouerca laboret, vt nullum vſquam
grauius malum ipſi eſſe dicatur: 71 vtique
34 ſatis apparet,quòd ad priuigni† tutelā mini-
mè illa admitti debeat. Tandem in ſpecie,
quod nouercæ priuignorum tutela cōmitti
non poſſit,tradit Vulteius.72 Hinc etiam fa
cilè tolli queunt, quæ ſupra pro ſentētia con
traria allata fuerunt.Primò enim quod ma-
tri iura conceſſerunt, id minimè ad nouercā
pertinere,antea dixi. Nihil enim in hac ma-
terni erga priuignos affectus, qui anomalæ
iſti tutelæ locum dedit, deprehendi poteſt,
ſed ideò loco matris priuignus eſſe dicitur,
vt hi ſciant ſibi ab eiuſdem nuptiis abſtinē-
dum eſſe, 73 atque debita ei obſequia præ
35 ſtent. Reuerentia † autem illi tanta non de-
betur, quin à priuignis ſine venia in ius vo-
cari,atque famoſis actionibus licitè poſtula-
ri poſſit. 74 Secundum quod attinet, etſi vi-
tricus & nouerca in quibuſdam quoad paria
iudicantur, tamen hoc non ſemper & in o
mnibus procedit, ſed in multis diſpar eorū
haud ſecus ac domini à vaſalli, quos & ipſos
ad paria cenſeri Feudiſtæ prædicant,75 con-
ditio eſt.Hinc cùm noſtro in caſu tutela pri-
uigni vitrico iure expreſſo permiſſa ſit, no-
uerca verò in eorum numero deprehenda-
tur,qui ab hac tutela excluduntur, euidens
ſanè eſt, quòd brocardicum illud de æquo
parium iudicio minus dextrè hic accom-
modari poſſit. Magna item inter vitricum
diuerſitatis ratio eſt,quam tradit,& pluribus
perſequitur Montanus. 76 Tertium etiam
non admodum vrget Etſi enim nouerca ſu-
ſpicione ex ſpe ſucceſſionis orta nō laborat:
tamen ob alias cauſas haud minus graues ſu-
ſpecta eſt,vt ad tutelam admitti non poſſit.
Ad quartum reſpondetur, quod paria ſint
non dare tutorē,& malè dare,ſeu dare eum,
qui tutor eſſe non poteſt. Quare licet pater
tutricem nouercam dederit: tamen perinde
eſt,ac ſi non dediſſet. Nec rarum eſt, vt vo-
luntas patris in teſtamentis minus attenda-
tur, ſed ſúſque déque interdum a iudice ha-
beri queat, præſertim ſi nouercalibus deli-
nimentis corrupta ſit. Sic enim eadem ne-
quicquam obſtante educationem pupilli
non committi debere illi, qui vitæ, religio-
ni,moribus pupilli inſidiari præſumitur,tra-
dit Menochius atque vtilitatem pupillorum
36 †prætorem ſequi,non ſcripturam teſtamen-
ti,inquit IC.Triphoninus. Deinde ſi patris
voluntas tutorem liberis teſtamento dantis
præcisè ſequenda,nec potius ſpectandum eſt,
an voluntas illa iuri conſentanea ſit,tum ni-
hil rationis apparet, cur non ęquè hoc pro-
cedere debeat, ſi pater extraneę fœminę aut
alij perſonę quę tutor eſſe prohibetur, teſta-
mento tutelam deferat. Quod cum ſine ab-
ſurditate dici non poſſit, facilè colligitur,
tantum patris voluntati tribui non poſſe, vt
liberorum ſuorum tutelam licitè nouercę
committat.Quintum quoque argumentum
non adeò magni momenti eſt. Primò enim
Tiberius Decianus in eo ipſe ſibi non con-
ſtat', vtrum de educatione liberorum in te-
ſtamento ſuo pater ita diſponere poſſit, ſed
contrarius contrarium de eadem facti ſpe-
cie à Pancirolo datum reſponſum ſubſcri-
ptionis ſuæ calculo comprobauit. Deinde
ipſe fatetur in iſta hypotheſi matrem non
tutricem datum, ſed alios tutores conſtitu-
tos fuiſſe,atque alias etiam conſtat, quod ab
educatione ad tutelam† firmiter inferri non 37
poſſit, cùm ſæpius quis pupillum educare
queat,cui tamen eiuſdem tutela interdictum
eſt.Sextum etiam non militat. Primo,quia
aliud commēdatio illa, aliud tutela eſt,quod
vel inde patet, cùm hæc quatuordecim, illa
viginti quinque demum annis finiatur. Se-
cundò, quia IC.Scæuola de noſtra quęſtione
mini-

ADDITIONES.

67 Accurſ.*in dict.l.4. Cod. de inoffic teſtamen.* Ioh.Calu.*in lexic.iur. verb.nouerca.* 68 Gerard.de Maynard *libro* 5.*dec.*5.*num.*11. 69 Tiraq.*de LL.connubial. in leg.9. numero* 149.Menoch.*de præſ.lib.6.præſ.56.in fin.*Magon *dec.Florent.*18.*num.*6. 70 Bald.*in authen.quod locum,C.de colla:.*Alberic.*in l.penult.vbi pup educ.deb.* Maſcard.*concl.*112.*per tot.*Vincent.Caroc.*dec.*119.*num.*12.Marc.Anton.de Amatis *dec.*165.*num.*2. 71 ex Græco comico Ioſephus Lang.*in locis commun. ſeu florileg. rerum & mater. ſelect. tit. nouerca.* 72 *conſ.29.nume.66.verſ.quarto inter cæteros,volum.1.int.conſ. Marp* 73 *dict.§.affinitatis,& dict.§.ſocrum.* Fr.Pfeyl *conſilio* 8. *per totum.* 74 Andr. Alciat. *in l. prima, Cod.de in ius voc.* 75 *cap vnic.*vbi Bald. & alij,*de form fidel.* Matth. de Afflict. *deciſ.* 265.Fichard.*conſilio quadrageſimooctauo,numero tertio.* Heig.*part.1.quæſtion.decimanona,numero decimoquarto.* 76 *dict.cap.*15. *numero* 12.*verſ.equidem longo, &c. & num. ſequent.*

minimè interrogatus fuit, atque ideò eius reſponſum minimè huc accommodari poteſt. Tandem allegata quoque exempla firmam & inuictam probationem non ſuppeditant. Quare ex hiſce omnibus iam ſatis liquet, quod nouerca priuignis ſuis ab eorundem patre tutrix teſtamento dari nequeat.

COROLLARIVM III.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio & accreſcendi ius etiam in cōtractibus aliquando locum habent.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio inſtitutionem præſupponit,*
2 *Subſtitutio eſt vlteriori gradu facta inſtitutio.*
3 *Teſtamenti fundamentum eſt heredis inſtitutio.*
4 *Teſtamentum & quilibet actus, vt valeat, tria requiruntur.*
5 *Fieri aliquid non legitimè, & planè non fieri paria ſunt.*
6 *Interpretatione actus potius ſeruari, quā annullari debet.*
7 *Teſtamentum non præſumitur.*
8 *Coniecturis nō eſt locus in re certa & clara.*
9 *Teſtamentum poſt mortem demum teſtatoris effectum ſortitur.*
10 *Donatio contractus eſt.*
11 *Donationis ſpecies eſt remiſſio.*
12 *Subſtitutio etiā in cōtractib⁹ locū habet.*
13 *Subſtitutio in donatione inter viuos fieri poteſt.*
14 *Donatio quoad primū donatarium reuocata, ſalua manet quoad ſubſtitutos.*
15 *Subſtituto dominium rei donatæ abſque traditione acquiritur.*
16 *Accreſcendi ius in contractibus regulariter locum non habet, & quando hoc fallat, num. 30.*
17 *Accreſcendi ius cur introductum fuerit.*
18 *Accreſcēdi ius in donatione locū non habet, niſi illa imperialis ſit, num. ſeq.*
20 *Accreſcēdi ius in ſummis non attenditur.*
21 *Accreſcendi ius per ſubſtitutionē tollitur: etiā inutilem & effectu carentem, num. 23. & quando non, num. 24.*
22 *Accreſcēdi i⁹ eſt tacita quadā ſubſtitutio.*
25 *Accreſcendi ius inter re & verbis coniūctos locum habet.*
26 *Subſtitutio in contractibus facta, teſtamentariam imitatur.*
27 *Feudum inter contractus refertur.*
28 *Accreſcendi ius in feudo tam à Principe ſupremo, quàm ab inferiori conceſſo locum habet.*
29 *Rationē, cur ius accreſcendi in cōtractib⁹ locum nō habeat, Vaſquius explicauit.*
31 *Subſtitutionum varij modi ſunt.*
32 *Subſtitutio de perſona ad perſonam non extenditur.*
33 *Vſura ex conuentione aut mora debētur.*
34 *Poſt obitum vſufructuarij fructus ſtatim ad proprietarios pertinent.*
35 *Legatorum vindicationis vſura & fructus ſtatim à tempore mortis teſtatoris debebantur.*
36 *Legatum vſusfructus demùm à die aditæ hæreditatis debetur.*
37 *Vſufructuarius demum à die præſtitæ cautionis fructus lucratur.*
38 *Fructus pendentes ſunt pars fundi, eodémque cum fundo iure cenſentur.*
39 *Ignorans ius ſuum non remittere cēſetur.*

INTER Titium & Sempronium fratres conuenit, vt Sempronius octingentorum, quæ Titio debebat, per dies vitæ quaſi vſum fructum haberet, atque poſt obitum pleno iure ad filios eiuſdem duos natu maiores Caium & Mæuium, hiſque defunctis ad cæteros liberos eadem peruenire deberēt. Ante Sempronium Caius deceſſit, & poſt patris obitum Mæuius ſuperſtes octingenta per aliquod temporis ſpacium petere neglexit. Tandem non ſolum prædictam ſummam, ſed etiam legitimas eiuſdem vſuras poſtulanti cohæredes fratres ſoluere recuſant, atque ex diſpoſitione illa patrui ſe minimè ad id obſtrictos eſſe contendunt. Vnde tria potiſſimu in dubium vocantur. Primò: vtrum diſpoſitio patrui Titij eius momēti ſit, vt ſuperſtes illius ex fratre nepos Mæui⁹ iure ſuā in ea intentionem fundare queat? Secundò, an prædefuncti fratris portio ſuperſtiti accreſcat, adeò vt integra ei octingenta, an verò quadringenta tantùm debeātur, & reliqua pars ad ſubſtitutos pertinere debeat? Tertiò, nunquid Mæuio non ſolùm ipſa ſors, ſed etiam a tempore, quo ob iuſtam ignorantiā petere illā neglexit, vſuræ debeantur. Quod igitur primum attinet dubium, primò dicēdum videbatur, diſpoſitionem illā Titij nullius momenti eſſe. Arguit enim facta in eo ſubſtitutio, quod ille ex teſtamento aut alia quadam vltimæ voluntatis ſpecie ſummam octingentorum aureorum ad fratrem Sempronium, atque poſt huius obitum ad duos eiuſdem filios natu maiores, hiſq; defunctis ad cæteros liberos peruenire voluerit. Subſtitutio † quippe inſtitutionem præ- 1

præſupponit, 1 atque iuxta eam regula-
2 tur, 2 ſiquidem nihil aliud eſt, † quam
ſecunda, 3 vel vlteriori gradu facta inſti-
3 tutio, 4 quæ ſanè non ad † contractus a-
lióſve actus inter viuos,ſed ad teſtamenta &
vltimas voluntates pertinet, atque harum
caput & fundamentum eſt. 5 Verùm vt
4 teſtamentum aliáve ſimilis diſpoſitio † le-
gitima & valida ſit,atque vi eiuſdem inſtitu-
ti vel ſubſtituti rem à diſponente relictam
percipere queant, non ſufficit,quòd volun-
tatem & facultatem condendi diſpoſitio-
nem habuerit, atque verbis voluntatem
ſuam expreſſerit, 6 ſed prætereà requiri-
tur, vt iuris regulæ in diſpoſitione illa ritè
obſeruatæ ſint. Vt enim in actu quolibet a-
lio: ita etiam in teſtamento ſimilive diſ-
poſitione præter voluntatem & facultatem
legitimus agendi modus requiri ſolet. 7
Si verò noſtro in caſu ad regulas iuris re-
curramus,tum facilè deprehendemus,quòd
illæ neque quoad numerum teſtium, neque
quoad alias ſolemnitates obſeruatæ ſed pla-
nè neglectæ fuerint. Quare vi huius diſpo-
ſitionis ſuperſtes Mæuius à cohæredibus
ſuis quicquam petere non poterit, cùm pa-
5 ria ſint † aliquid planè non fieri & non le-
gitimè fieri. 8 Verùm hoc nequicquã ob-
ſtante contrarium magis dicendũ erit:quod
nimirum facta à Sempronio diſpoſitio vali-
da ſit, atque iuſtam Mæuio petendi cauſam
præbeat. Non enim illam pro teſtamento
ſeu vltima voluntate, ſed pro actu ſeu diſ-
poſitione inter viuos habendam eſſe,ſequẽ-
tes rationes ſuadent. Primò,in dubio ſem-
6 per † interpretatio ita fieri debet, vt actus
potius valeat & ſuſtineatur, quàm corruat
& annulletur, 9 atque quoties diſpoſitio
valere poteſt ſecundùm vnum modum &
cauſam,& ſecundùm aliam non item, tunc
debet diſpoſitio accipi & valere eo modo
quo poteſt. 10 Si autem hunc actum pro
diſpoſitione inter viuos interpretamur,vti-
que valet & ſuſtinetur:corruit autem & nul-
lus redditur,ſi eum pro teſtamento aut alia
vltimę voluntatis ſpecie accipimus,cùm ſo-
lemnitates cæteráque illius requiſita in eo
deficiant.Secundo teſtamentum aut alia vl-
7 timæ voluntatis ſpecies † non præſumitur,
ſed niſi certa, quæ ipſam arguant, ſigna &
argumenta adſint, actus pro tali habetur,
quem viui celebrare, atque inter viuos ob-
tinere voluerunt. 11 Tertiò,quando ex eo,
quod actũ eſt,deprehẽdi poteſt,agẽtes cõtra-
ctũ vel actu inter viuos celebrare voluiſſe,
ridiculum eſt,quod de teſtamẽti aut vltimæ
8 voluntatis præſumptione contendere veli-
mus,cùm in certis & claris nullus † conie-
cturis locus ſit. 12 Si autem illud, quod in-
ter duos fratres, Caium & Sempronium,a-
ctum fuit, ſpectemus: tum per ſe conſtat,
quòd neuter vltimam voluntatem condere,
ſed vterque contrahere vel potius diſtrahe-
re voluerit. Hoc enim egerunt, vt Titius
debitu,quo ſibi Sempronius obſtringebatur,
remitteret, atque Sempronius obligationis
fraternę nexu per remiſſionẽ hanc liberare-
tur. Deinde illud etiam inde patet,quod ni-
mirum non ea mens fuerit Titij remittẽtis,
vt demum poſt obitum ſuum, ſed ſe viuo
adhuc octingenta ad fratrem atque eiuſdẽ
liberos peruenirent. Hoc autem teſtamen-
to vel alia vltima voluntate fieri nequit: ſi- 9
quidem illa † poſt mortem demum diſpo-
nentis,& non prius effectum ſuum ſortitur,
nec antea in nullam conſiderationem venit,
13 adeò vt teſtamentum neque eſſentia,
neque vi & effectu, multò minus exe-
cutionis reſpectu ante mortem te-
ſtatoris perfectum ſit. 14 Quar- 10
tò inter omnes conſtat, † quod dona-
tio

Additiones.

1 Iuxta notata *in l.qui habebat.de vulg. & pupil.l.ſi mater,§.fin.eod.tit. l. cùm in teſtamento,in princ.de hered. inſtit.* Bart.*in l.1. col.10.verſ.ſed circa hoc inſurgunt. de vulg. & pupil.* 2 Tiber. Decian.*reſpon.1.nu.99. volum.2.* 3 Bald.*in rubri.*C. *de impub. & alijs ſubſtitut* Hardevvig..à Daſſel *conſil.14. nu.18.vol.1.* 4 Guid.Pap. *conſil.:37.num.2.* 5 *§.ante, Inſtit.de legat.*Vaſq.*de ſucceſſ.reſolut. lib.1.* §.8.*num.2.* 6 Addit. ad Bart. *in l.ſi.C.de codicill.verb.teſtes rogati.*Daſſel. *alleg.conſil.14. num.* 53. 7 *c.cùm ſuper,de offic.delegat. l.cùm te,*vbi Bald.*C.de donatio. ante nupt. l. multum,Cod.ſi quis alt.vel ſibi,* Decius *conſil.198.nu.*3.Surd.*decíſ.62.num.19.* 8 *l.6.qui ſatiſd.cog. l.* 4.*§.condemnatum,* cùm ibi notat *de re iudic.*Nicol.Euerh.iun. *conſil.8.num.3.volum.2.* 9 *l.quoties, l.2. de reb.dub.*Petr.de bella pertica,& Cyn.*in l. licet,C.de pact.*Rol.à Valle *conſil.8.num.22. & 23.lib...*Valent.Forſt.*conſil.8.nume.8. vol. 1.inter conſil.Marpurg.* Vinc.Caroc.*deciſ.31. nu.5.* 10 Decius *in l.ſi donatione,num.12.* C. *de collat.* Vultei. *conſil.25.num.115.vol.2. inter conſil.Marpurg.* 11 Menoch *de præſumpt. lib.3. præſumpt.*4.Mantica *de coniect. vlt.lib: 2. tit.3.* 12 *l.ille aut ille §.in certis,de leg.3.* Quetta *conſil.52.nu.2. & conſil. 78.n.2.* 13 *l.ſi alienum,§.in extraneis,de her. Inſt.§.in extraneis,Inſt.de hær. quali & diff.* Cã.Borell.*conſul.deciſ.36.n.*18.Godd.*conſ.25. 35.volu.1.inter conſil. Marpurg. arg. l.4. de alimen. leg.* 14 Dauth.*in tract.de teſtament.n* 81.Dan.Moller.*libr.5 ſemeſt.diff* 93.

tio contractus ſit. 15 Remiſſio autem nihil
11 aliud eſt, † quàm donatio quædam, atque
donationi per omnia æquiparatur. 16 Quare & ipſa inter contractus ſeu diſtractus rectè referetur. Ex quibus ſatis abundè patet, quòd Titij diſpoſitio pro actu inter viuos, non pro vltimæ voluntatis ſpecie haberi debeat. Nec obſtat, quòd ſupra pro ſententia contraria allatum fuit: ſi quidem ex ſola inſtitutione ſatis firmiter argui nequit, teſtari vel vltimam voluntatem cõdere quem voluiſſe, cùm non ſolùm in vltima voluntate,
12 ſed etiam in contractibus † ſubſtitutio locum habeat, 17 atque quod in donatione
13 inter viuos, † qualis etiam eſt in noſtro caſu, ſubſtitutio fieri poſſit probatur per textum expreſſum *in l. quoties.3. C. de donatio. quæ ſub mod. fiunt.* adeò vt etiamſi donatio,
14 † quoad primum donatarium reuocetur, tamen quoad ſubſtitutos ſalua maneat, 18 iſmò à donatore in alterius fauorem eiuſmodi ſubſtitutio regulariter tolli nequeat, 19 ſed eueniẽte & purificata ſubſtitutionis cõ-
15 ditione ſtatim tranſeat dominium † in ipsũ ſubſtitutum, abſque vlla cõditione. 20 Porrò ad ſecundum dubium itidem prima frõte reſpondendum videtur, quòd defuncti Caij portio non ad Mæuium, ſed ad ſubſtitutos peruenire debeat. Illud enim in facto præſupponitur, quòd Titius donatarios ſeu duos Sempronij filios, natu maiores, re & verbis cõiũxerit, h. e. Caio & Mæuio octingenta illa ſimul reliquerit. Quo caſu ſi defuncti partem ſuperſtes petere vult, intentionem ſuam in iure accreſcendi vel non decreſcendi eum fundare oportet. Quod autẽ in hypotheſi noſtra ob ſequentes rationes attendi nequit. Primò ob generalem illam regulam, qua proditum eſt, quòd iuri accre-
16 ſcendi † in contractibus locus non ſit, 21 ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris illi ſint. 22 Quod quidẽ uſta ratione non caret. Ius n.
17 † accreſcendi ideò introductũ fuit, ne quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus deceſſiſſe videretur, 23 ſeu potius ne arbitriũ & volũtas teſtatoris, quæ ea eſſe præſumitur, ꝙ ille portionem deficientem ad eum, quẽ ad portionem ſeu partem alteram expreſſè vocauerat, peruenire voluerit, irrita ſit, effectũque careat. 24 Qui finis in contractibus conſiderari, atque in iis locum habere
18 nequit. 25 Atque in terminis † quod in donatio-

Additiones.

15 §. 2. vbi Sneidvv. & DD. communiter, *Inſtit. de donat. §. per traditionem,* 30. *Inſtit. de R. D.* Clar. *lib. 4. ſentent. §. donatio, quæſt.*1. Gomez. 2. *var. reſolut. cap. 4. in prin.* 16 *l. ſi quis,* 12. *de nouat. l. ſed ſi vnus,* 17. *§. planè ſi præſens, de iniur.* Bart. *in l. Aurelio, §. Gallus, de liber. legat. & in l. ſub prætextu, C. de tranſact.* Sebaſtian. Medic. *in tract. de acceptilat. part.* 1. *quæſt.* 12. Vveſembecc. *in paratit. de donatio. n.* 2. Hering. *de fideiuſſor. cap.* 20. §. 28. *nu.* 2. 17 *l. Publia in princ. depoſ. l. qui Romæ, §. Flauius Hermes,* vbi Bart. & DD. communiter, *de verbor. obligat.* Crauetta *conſil.* 19. *num.* 8. *& ſeq.* Surd. *deciſ.* 144. *nu.* 6. Cacheran. *deciſ.* 85. *num.* 6. Gozadin. *conſil.* 87. Decius *conſil.* 578. *num.* 9. *&* 10. Grammatic. *conſil.* 19. *num.* 67. Bellonu *conſil.* 60. *nu.* 12. Guiliel. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. duas habens filias, n.* 190. *part.* 1. *de teſtam.* Couarru. *lib.* 1. *var. reſolu. cap.* 3. Anton. Contius *in l. pactum quod dotali, Cod. de collat.* Thilman. de Benignis *in Apoſpaſm. prodrom. ſyntagm.* 3. *decad.* 2. *vot.* 10. *num.* 46. Alexand. Raudenſ *de analog. vniuoc. & æquiuoc. cap.* 25. *numer.* 60. Andr. Knichen *de veſtitur. pactíon. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 41. 18 DD. *in d. §. Flauius.* inprimis verò Iaſon *numer.* 14. *de verb. obligat.* 19 Menoch. *conſil.* 92. *num.* 75 *lib.* 1. Duennas *reg.* 216. *verſ. eſt tamen notandum,* Couar. *lib* 1. *variar. reſolut. cap.* 14. *nu.* 7. *& ſeqq.* Fab. de Anna *conſil* 32 *per tot.* 20 Quod præ aliis hanc ſubſtitutionem in contractibus peculiare habere notat Decius *conſil.* 239. *num* 8. Tiber. Decian. *reſp.* 55. *num.* 3. *vol.* 3. 21 *l. dominus, §.* 1 *de vſufruct. l.* 1. *circa fin. de vſufruct. accreſc. l. vnquam, §. ſi quemadmod. ſeruit. amit. l. Lucius, §. Caio, ad Trebellian. l. fi. § filium, de legat.* 2. Guid. Pap. *deciſ. Gratianop.* 204. *num.* 1 Mantica *de coniectur. vltim. voluntat. lib.* 4. *tit.* 10 *nu.* 4. Vaſq. *de ſucceſſ creat. lib* 1. §. 10. *num.* 117 *& ſeqq. de ſucceſſ. pr. pr. lib.* 3. *in præfat. num.* 4. vbi omnes DD. antiquos & nouos hoc tradere teſtatur Duaren *de iure accreſcend. lib.* 1. *cap.* 15. Decius *conſil* 263. *numer.* 1. *&* 2 Knichen *de veſtitur. pact. part.* 1. *cap.* 1. *nume.* 133. 22 Cardin. Pariſ. *conſil.* 16. *num.* 2. *volum.* 4. Tiber Decian. *conſil.* 3. *num.* 3. *volum.* 2. Frideric. Pruckman *conſil.* 10. *num.* 172. *volum.* 1. 23 DD. *in l. re coniuncti, de legat.* 3. *l. tripli-ci, de verb. ſignific.* Borch *conſil.* 10. *pagin.* 133. *colum.* 1. Decian. *reſponſ.* 40. *numer.* 2. *volum.* 1. Mantica *de coniectur. vltim. volunt. libr.* 4. *tit.* 10. *numer.* 2. Mich. Graſſ. *in theſaur. commun. opin. §.* 4. *cap.* 8. 24 ex Berengario Fernando *ad l. in quartam, numer.* 7. *ad legem Falcid.* Coraſ. *in l. teſtamento, numer.* 1. *Codic. de impub. & al. ſubſtit.* Frideric Bruckman. *dict. conſil.* 10. *numer.* 178. 25 Mantica *alleg. loc.* Pruckman. *dict. conſil. numero* 181.

donatione ius accreſcendi non attendatur,
tenet Speculator. 26 Etſi enim inter ſo-
19 ſocios † imperialis donationis illud obti-
ner, 27 tamen peculiare hoc in iis eſt,atque
ad alios non facilè extendi poteſt. 28 Se-
20 cundò † ius accreſcendi in ſummis ſeu quã-
titatibus locum non habere defenditur, 29
adeò vt etiam in legatis,quando duob.certa
ſumma legata fuit,ſuperſtiti portio deficiē-
tis non accreſcat,ſed vnam tantùm ille par-
tem habeat , 30 cùm diſtincta ſint num-
morum corpora, atque cõiunctio in iis cõ-
ſiderari nequeat. Noſtrum autem caſum in
ſumma ſeu quantitate octingentorum ver-
ſari, per ſe clarum eſt. Tertiò dato,quòd ius
accreſcendi in hypotheſi noſtra conſiderari
potuerit: tamen per factam ſubſtitutionem
ſublatum ſeu prohibitum illud fuit : cùm
21 concors DD.opinio ſit, quòd ſubſtitutio †
tollat ius accreſcendi,& ſubſtituẽdo teſtator
22 illud prohibere videatur. 31 Cùm.n. ius †
accreſcendi ſit tacita quædam ſubſtitutio,
32 vtique per expreſſam meritò tollitur,
23 33 etiamſi inutilis † ea ſit , atque effectum
ſuum non conſequatur. 34 Et quamuis in-
terdum ius accreſcendi per ſubſtitutio-
nem non vincatur, ſed ea non obſtante ſub
ſiſtat : tamen hoc tum demum fieri ſolet,
24 quando ex præſumpta † ſeu coniecturata
diſponentis voluntate conſtat , quod ſubſti-
tuendo ius accreſcendi prohibere nolue-
rit. 35 In noſtro autem caſu præſum-
ptionem ſeu coniecturam eiuſmodi ex diſ-
ponentis voluntate elicere non poſſumus.
Quibus tamen non obſtantibus,iuri magis
conueniens eſt,quod ad ſuperſtitem Mæuiũ
integra octingenta peruenire debeant. Pri-
25 mò : quoties † duo re & verbis coniuncti
ſunt , tum alterutro eorum decedente por-
tionem vacantem ad ſuperſtitem iure ac-
creſcendi vel potius non decreſcendi perti-
nere, manifeſtũ eſt. 36 Secundò,quando res
aliqua cõceſſa eſt duob. vel plurib. inſolidũ,
26 pro indiuiſo , tũ ius † accreſcendi etiam in
contractibus locum habet, 37 Vt enim res
ſui natura indiuidua iuris accreſcendi in o-
mni diſpoſitione & conuentione , circa quã
illa verſatur,locum facit: 38 ita quoque i-
dem fieri ſolet,ſi res,quæ natura quidem di-
uidi poteſt,non ſeparatim,ſed inſolidum, &
pro indiuiſo conceditur , adeò vt tum ac-
creſcendi ius haud minus ſibi locum vindi-
cet,ac ſi expreſſa contrahentium pactio in-
terceſſiſſet. 39 Tertiò,ſi apertè inter con-
trahentes hoc conuenit, vel etiam ex taci-
ta eorum voluntate coniici poteſt , quod
deficientis portio ſuperſtiti accreſcere de-

beat,tum is non minus in conuentione,at-
que alia diſpoſitione gaudere accreſcendi
iure debet. 40 Quare cùm ex inita con-
uentione manifeſtè appareat , non aliam
mentem ac voluntatem Titij Sempronio
debitum remittentis fuiſſe,quàm quod duo
Sempro-

Additiones.

26 *lib.4.part.3. tit.de donat.n.2.*Alex.*cõſ.24.col.4.vol.5.* 27 *l.vnic.C.ſi liberal.Imp.ſoc.ſine hered. deceſſ.* 28 Duaren.*libr.1.de iure accreſc.c.16.* Camil.Borell.*conſ.65.n.20.& ſeqq.* 29 Vaſq.*libr.1.de ſucc.creat.§.10.nu.92.& ſeqq.*Mantica *de coniect.vltim.volunt.lib.10.tit.3.nu.29.* 30 per *l.ſi.§.Seio de legat.2.* 21 *argument.l. dominus, §.1.de vſufruct.*Bart.*in l.re coniuncti.nu.35.de iniuſt.rupt.irrit.teſtam.* Surd.*deciſ.54. & deciſ.152.nu* 13.Natta *conſ.306.n.2.*Andr.Fachin.*lib.6.controue. c.62.verſ.ſextò ſubſtitutio,*Decian.*reſp.61.nu.42.vol.2.*per *l.1.§.in primo,& §.in ſecundo,& §.ſi autem aliquid, C.de cad. toll. l.2. §.ſi duo , de bon.poſſ.ſecundum tab.l. aut hoc amplius,C.de fideicommiſſ.* 32 *l.Titius & Mæuius,cum l.ſeq.de hered.inſtitut.l.ſi Titio & Mæuio,61.de leg.2.*Vaſq.*de ſucc.progr.lib.3.in præfat.in prin.*Menoch. *de præſumptionib.lib.4.præſumpt.61.n.2.* 33 Regner.Sixtin.*conſ.17.num.7.vol.2.inter conſ.Marpurg.* Gomez.*lib.1.variar.reſol.c.3.n.26.* 34 Bart.*in l.re coniuncti,num.36.de legat.3.*Craſſus *§.ſubſtitutio,q.13.nu.3.*Surd.*deciſ.152. nu.19.* 35 Surd.*all.deciſ.54.*Vaſq.*de ſucce.progreſſ.lib.2.§.18.n.100.*per *l.quidam teſtamento.de vulg.& pupill.ſubſtitutio.* 36 *l.re coniuncti, 89.de legat.3.* Vveſembec. *in pandect.de vſufr.accr.nu.4.*Bart.*in l.ſi mihi & Titio,de verb.oblig.*Ronchegal.*in l.eandem,9.nu.131.verſi.vbi verò, de duob.reis.*Dec.*conſil.326.* Corn.163.*nu.2.* Ancharian. *conſil.245.*Guido Papæ.*conſ.137.num.2.*Sebaſtian.Medices *de definit.part.2.definit.82.nu.6.*per *l.vnic.C.quand.nõ petent.part.pet.accreſ.* 37 DD. *in l.ſi mihi & Titio, de verb.oblig.*Decian.*reſp.73.nu.7.* Crauetta *conſ.965. num.7.* Andr.Knichen *de veſtitur.pact.part.1. c.1.nu.283.* 38 Bart.& DD. communiter *in l.re coniuncti,nu.65.de legat.3.*Curt.ſen.*conſil.50.nu.14.verſ.ex quibus infertur.*Alexand.Raudenſ.*reſp.18.n.117.lib.1.*per *l.proprium, commun.præd.l.ſi.C.quibus ad libert.proclam. licit.* 39 Knichen *d.nu.283.* 40 Bolognet.*in l.re coniuncti , n.351.de legat.3.*Ruin.*conſil 159.nu.9.lib.1.*Bellon.*conſ.20.nu.1.*Tiber.Decian.*reſp.73.nu.12.lib.2.*Regner.Sixtin.*conſ.15.nu.10.vol.2.inter conſ.Marpurg.*

Sempronij filij natu maiores præ cæteris fratribus octingenta hæc præcipua habere, atque demum vtroque mortuo ad ſubſtitutos peruenire illa deberent, æquiſſimum certè eſt, quòd deficientis portio iam ad Sempronium pertineat. Nec mutant, quæ ſupr. pro ſententia contraria allata fuère. Primo enim, quòd regula illa ius accreſcendi in contractibus locum non habere perpetua non ſit, ſed ſępius fallat, antea dictum, & Dd. auctoritatibus firmatum fuit. Sic et-
27 iam feudum † inter contractus refertur, 41 & tamen multis in caſibus ius accreſcendi
28 etiam † in feudo, non ſolùm Imperiali ſeu Cæſareo, 42 ſed etiam in eo, quod à Principe ſuperiorem recognoſcente conceſſum eſt, obtinere traditur. 43 Nec item aduerſatur, quod ratio illa, ob quam ius accreſcendi introductum dicitur, ne videlicet pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus quis deceſſiſſe videatur, in contractibus conſiderari nequeat. Non enim illa perpetua eſt, neque ſemper militat, cùm etiam alij caſus ſint, in quibus ius accreſcendi ob præſumptam diſponentis voluntatem coniunctis dari ſolet, vbi non magis atque in contractibus ea attendi poteſt, puta ſi coniuncti ab inteſtato ſuccedant vel collegatarij ſint. 44 Quare ſaltem ad ius accreſcendi, quod teſtamentariis hæredibus datur, illa pertinet: in contractibus autẽ aliiſve diſpoſitionibus ſimilibus expreſſa, vel etiam tacita & coniecturata diſponentis vel promittentis mens & voluntas, interdum quoque ipſa res, natura vel qualitas, huic iuri locum facit. Inprimis verò illud noſtro in caſu procedit, quo quaſi vſusfructus ſaltem in octingentis Titio conſtitutus fuit, proprietas autem eorum etiam ipſo viuo ad filios natu maiores pertinuit.
29 Nam veram rationem, † ob quam negari poſſet ius accreſcendi, in contractibus locum habere, Vaſquius 45 hanc putat eſſe, quod in iis ante traditionem dominium nõ transferatur, atque ſic portio decedentis non vacare, & coniuncto accreſcere cenſeatur, ſed ab ipſo promiſſore vel donatore adhuc occupetur. Loquuntur item Interpp. ius accreſcendi in contractibus negantes communiter eo de caſu, quo dominium à donatore vel promittente nondum translatum eſt, ſed adhuc penes ipſum remanet. 46 Hîc autem dominium octingentorum eo ipſo tempore in donatarios tranſlatum fuit, quo patruus remittendo illorum patri debitum prædictæ ſummæ proprietarios eoſdem eſſe voluit. Quare etiam alterutro decedente portio illius vacare, atque ad coniunctos accreſcendi vel non decreſcẽdi iure tranſire intelligitur. Ad ſe- 30
cundum facilè quoque reſponderi poteſt, ſiquidem, vt Vaſquij illa opinio locum habere poſſit, ſi ſummæ illæ duobus aut pluribus ſeparatim conceſſæ fuerunt: tamen minimè illa procedit, ſi eædem inſolidum & pro indiuiſo concedantur. Denique DD. illud axioma, quod per expreſſã ſubſtitutionẽ ius accreſcendi, veluti ſubſtitutio tacita tollatur, non indiſtinctè & vniuerſaliter procedit, ſed pro vario ſubſtitutionum modo limitationem admittit. Quando enim de ſubſtitutione quæſtio † occurrit, atque vi il-
lius ſubſtituti è bonis defuncti quid petunt, 30 tum inprimis quomodo ſubſtitutio illa facta fuerit, conſiderandum eſt. Etſi autem varij ob diuerſitatem ſubſtitutionum caſus contingere poſſunt: tamen ſequentes potiſſimum pro commodiori huius dubij reſolutione expendemus. Aut enim quando duo coniuncti ſunt, ita ſubſtitutio fit, vt alterutri, puta ſecundo tantùm, aut ſingulis, tam primò quàm ſecundò ſeparatim, ſiue etiam alternatiuè, aut denique vtrique coniunctim teſtator vel diſponens ſubſtituat. Prima igitur inſtitutio hunc effectũ parit, vt ſi ſecundus, cui ſub-

ADDITIONES.

41 *arg. cap* 1. *de vſu Mediolan.* 1. *f. &* *cap.* 1. *in princ. &* §. 1. ibi, *per feudum tam* ... *libet dari poteſt. per quos fiat inueſt.* 2. F. Fichard. *conſil.* 8. *nu.* 14. *conſil.* 9. *num.* 19. *& conſil.* 13. *num.* 3. *vol.* 2. Modeſt. Piſtor. *conſil.* 9. *nu.* 4. Euerhard. iun. *conſil* 15. *numer.* 2. *& conſil.* 3. *num.* 22. *volum.* 1. Schrad. *de feud. part.* 7. *cap.* 1. Roſenthal. *in ſynopſ. feudal. cap.* 6. *concluſ.* 75. *num.* 10. 42 Bald. *in cap.* 1. *num.* 6. *verſ.* 8. *nota. de alienat. feud.* Socin. iun. *conſil.* 73. *num.* 22. *& ſeqq. lib.* 1. Clar. §. *feudum quæſt.* 77. Schrad. *de feud. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 11. contra Cynum *ad leg. vnic. Cod. quand. non petent. part.* Corneum *conſil.* 196. *lib.* 1. Zaſium *de feudis, part.* 8. *nu.* 32. Fachineum 7. *controuerſ. cap.* 63. 43 Petrus Anton. de Petra *de iur. quæſit. non toll. part.* 2. *cap.* 6. *nu.* 100. *& ſeq.* Knichen. *d. cap.* 1. *nu.* 286. contra Duarenum §. *feudum, quæſtio* 77. *nu.* 2. *verſ. & hæc quidem.* 44 Vaſqu. *de ſucc. progr. in præfat. lib.* 3. *nu.* 2. 45 §. 10. *num.* 117. *&* 121. *de ſucc. creat. lib.* 1. 46 prout videre eſt apud Vaſq. *allegat.* §. *nu.* 118.

cui ſubſtitutio facta eſt, moriatur, illius portio non primo ſiue coniuncto, ſed ſubſtitutis cedat. 47 Etſi enim iure accreſcendi ad coniũctum peruenire debebat, tamen cùm illud ſaltem tacita quædam ſit ſubſtitutio, per hanc expreſſam excluditur, & tum demum attenditur, atque illius vi portio ad coniunctum recidit, quando ſubſtitutus eam repudiat, vel aliter habere nequit. 48 Rurſus vice verſa, ſi primus, cui ſubſtitutum non eſt, ante ſecundum decedat, portio illius vtique ad coniunctum iure accreſcendi, non verò ad ſubſtitutos pertinet, ſiquidem ſubſtitutio non vtrumque, ſed ad alterutrum tantùm directa fuit, cuius perſonam egredi, atque ad ipſius coniunctum extendi
32 nequit. Subſtitutio † enim ſtrictè accipi debet, & de perſona ad perſonam haud porrigitur. 49 Secundo vero caſu, quando teſtator ſingulis, tam primo quam ſecundo ſeparatim ſubſtituit, tum itidem dubio caret, quòd accreſcendi iuri locus non ſit, ſed deficientis vel decedentis portio ad ſubſtitutos pertineat. 50 At quando ſubſtitutio vtrique non ſeparatim & diuiſim, ſed coniunctim facta eſt, tum, ne aliud fortè verborum tenor ſuadeat, 51 ius accreſcendi non ſublatum eſſe, ſed vi illius portionem decedentis alteri coniuncto acquiri, tam expreſſis textibus, 52 quàm euidentibus rationibus demonſtrari poteſt. Nam quando duobus coniunctim res legatur vel relinquitur, non duæ, ſed vna ſaltem perſona eſſe cenſetur, 53 atque ideò quãdiu vnus è coniunctis ſupereſt, ſubſtitutis locus fieri nequit. Pręterea ſubſtitutio illa non pura, ſed conditionalis eſt, ea videlicet conditione facta, ſi ambo moriantur. Quare effectum ſuum prius non conſequitur, niſi tacitè adiecta conditio impleta fuerit, hoc eſt, vterque eorum deceſſerit. 54 Dum autem alteruter eorum ſupereſt, conditio non impletur, neque decedentis portio vllo iure ad ſubſtitutos pertinet, ſed coniuncto accreſcit, prout in ſimili caſu in terminis ferè tradit Marian. Socin. 55 Cùm igitur in noſtra etiam hypotheſi Titius patruus ſuos ex fratre nepotes natu maiores, re & verbis coniunxerit, atque octingenta iis coniunctim ita reliquerit, vt demum illis defunctis, ad ſubſtitutos eorum fratres peruenire deberent, vtique firmiter concluditur, quòd alterutrius decedentis portio non ad ſubſtitutos, ſed ad ſuperſtitem accreſcendi iure pertinere, atque non quadringenta ſaltem, ſed integra ille octingenta conſequi debeat. Tandem pro tertiæ quæſtionis reſolutione dicendum eſt, quòd Mæuius non tantum ſortem octingentorum aureorum, ſed etiam à tempore mortis paternæ legitimas vſuras petere poſſit. Etſi enim illę † non- 33
niſi ex conuentione vel mora debentur: 56 hîc autem neque in conuentione inter fratres inita, de vſuris cautum ſit, neque etiam debitores in ſoluendo moram commiſerint, vtpote cùm à Mæuio nunquam antea interpellati fuerint: attamen natura huius negotij aliter non flagitat, quàm quod vnà cum ſorte vſurę, tanquam fructus à defuncti hæredibus illi reſtitui debeant. Nam primò inter dictos fratres hoc actum fuit, vt Sempronius in prędicta ſumma octingentorum aureorum quaſi vſumfructũ ſaltem haberet, proprietas autem ad filios ipſius pertinere
deberet. † Hic ergo vſusfructus per mortẽ 34
Sempronij extinctus, atque eum ipſa proprietate conſolidatus fuit, vt ſtatim iam à tempore mortis vſufructuarij fructus ad proprietarios pertineant. 57 Secundò, vt olim legatorum vindicationis vſuræ & fructus ſtatim † à tempore mortis te-
ſtatoris debebantur, cùm eiuſmodi le- 35
gata

Additiones.

47 *d.l.2.§.ſi duo, de bon.poſſid.ſecundùm tabulas.* 48 per textum expreſſum *in d.§. ſi duo.* 49 Simon de Prætis *de interpretat. vltim.voluntat.lib.2.ſolut.3.num.* 156. Crauetta *conſil.98.num.5.* Tiber.Decian. *reſponſ. 1.num.6.lib.2.* Sixtin. *conſ.17.num.31.volum. 2.inter conſ. Marpurg.* 50 *l.ſi is.14.§.fin.de condit.inſtitut.* Roland. *in tract. de commiſſar.part.4.lib.5.cap.5.num.31.* 51 De quo omnino videatur Dilectus *de art.teſtand.tit. de ſubſtitut.5.caut.16.* 52 nimirum *l.31.l. 42.de vulgar.& pupill.l.penult.C.eod.* 53 *l. planè.de legat.1 l.vnic.§.ſi verò quidam, C. de caduc.tollend* Petr. Peck. *de teſtam. coniug lib.5.cap.16.num.5.* 54 Bart.& DD. *in l. penult.C de impub.& al.ſubſtit.* Pariſ. *conſil. 44.num.9.lib.2.* Riminald.iun. *conſ.219.num. 226.& ſeqq.* Vinc.Honded. *conſult.65.num. 6.* 55 *conſ.150.num.11.*& Mantica *de coniect. vlt.volunt.lib.4.tit.10.num.25.* 56 *cap.non eſt in mora, de Reg.Iur.in 6.l.nulla intelligitur.§ eod.tit.1.l.lecta.verb. dicebam, ſi cert. petat.* Crauet. *conſ.837.num.17.& conſ.893. num.1.* Surd. *deciſ.80.num.2.* 57 *argum.l.3. quibus mod.vſufruct.vel vſ.amit.* Sebaſtian. Medices *in tract.mors omnia ſoluit, part.2. concluſ.114.* Tiraquel. *in tract.le mort ſaiſit le viſ.par.3.declarat.1.num.1.* Koppen *quæſtio. 30.num.14.*

26 teſtatur Rutger Rulant. 27 Exempla i-
tem haud pauca hiſtoriæ antiquæ ſugge-
runt,quibus pupillos etiam auguſtos,& ma-
ximè illuſtres apud vitricos tutores educa-
tos fuiſſe comprobatur,veluti Caij Octauij
28 Achillis ex filio Pyrrho nepotum Phi-
lippi Macedonum regis,Voconij, 29 P. A-
16 butij 30 atque aliorum. Mirum † igitur
non immeritò videri poteſt,cur D. Vulteius
31 vitricum in eorum numero referat, qui
tutores eſſe prohibentur,cùm lex illa,quam
pro ſententia is allegat, minimè tam fir-
mum argumentum ſuppeditet, quo com-
munis DD. opinio, quæ expreſſis textibus
32 nititur,expugnari poſſit, ſed vitioſè ex
illa prohibita vitrico tutela & educatio pri-
uigni colligatur. 33 Sanè vitricus, vt in-
17 uitus tutelam † hanc ſuſcipiat, cogi nō po-
teſt,neq; proximis impuberis agnatis ad illā
aſpirantibus præferri debet Quod vtrum-
que præiudiciis curiæ Pictauienſis & Tho-
loſanæ firmat Geraud de Maynard. 34 Er-
ron um item eſſe facilè inde colligi poteſt,
18 quod nonnulli tradiderunt patrem † ad ſe-
cundas tranſeuntem nuptias pari iure cen-
ſendum eſſe cum matre binuba, 35 quæ
prioris matrimonij liberorum tutela pri-
uari 36 etiam teſtamentaria ſolet, 37 nec
poſt obitum ſecundi mariti eam reaſſume-
re poteſt. 38 Quem errorem ſatis notant,
atque refutant Arius Pinelus, 39 Raphael
Fulgoſius, 40 Corneus. 41 Vitrico enim,
19 quod licet, multò magis † patri eiuſmodi
conceſſum videtur, cùm ſecundæ nuptiæ
20 naturalem erga liberos amorem † minue-
re,non verò planè ei tollere queant,ſed ma-
iorem is erga liberos ſuos, quam vitricus
erga priuignos fauoris & affectionis neceſ-
ſitatem nihilo ſecius retineat. 42 Quartò
21 nouerca † eo minus à priuigni tutela ar-
cenda videtur, quod nullam in bonis eiuſ-
dem ſuccedendi ſpem habeat, 43 atque
propterea ſiniſtra illa vitæ inſidiarum ceſ-
ſet ſuſpicio, ob quam Solonis lege olim ve-
titum erat,ne quiſquam eorum, ad quos fa-
tali ſorte intercedēte pupilli hereditas per-
ueniret, tutelam gereret. 44 Quod li-
cet noſtro iure mutatum & conſtitutum
22 ſit,vt legitimæ tutelæ † onus alios non con-
cernat, quàm ad hereditatis commodum a-
ſpirantes: 45 tamen hoc ipſum, quoad
pupilli educationem adhuc æſtimari debe-
re, vt ab ea excludātur qui ad ſuſpicionē ex
ſpe ſucceſſiones propiores ſunt,DD.Diocle-
tianus & Maximianus reſcribunt. 46 Quin-
tò etſi alias ad priuignorum tutelam haud
facilè nouerca admitteretur:tamen minimè
ab illa excludēda erit, quā ipſemet eorundē
pater in vltimo ſuo elogio illi detulit:tum,
quod maiorem † teſtamentaria tutela fauo- 23
uorem meretur, quam legitima: 47 tum
quod vltimum patris elogium in conſti-
tuendis tutoribus ſanctè ſeruari de-
bet, 48 cùm pater ſemper bonum &
prudens conſilium pro filio capere
præſu-

Additiones.

26 *in verb. tutela & tutores, verſ. vitricus,&c.* 27 *de comiſſar. & commiſſion. part. 4. lib. 4. c. 16. n. 38.* 28 De quo poſt Dionem, Velleium, Paterculum & Cuiacium teſtatur Gothofr. *ad l. 1. lit. y. in not. nouiſſ.* C. *vbi pup. educ. deb.* 29 Quæ exempla ex Pauſania & Plinio confert Ann. Rob. *all. loc.* 30 Quod ex Liuio *lib.* 39. Paul. Mont. *d. c. 15. nu. 21.* affert. 31 *lib. 1. Iuriſpr. Rom. c. 25. n 20.* 32 nimirū *l. 32. de adopt. l. fi.* C. *de contrar. tut. iud. l. 2.* C. *de interd. matr. int. pup & tut.* 33 Cuiac. *d. obſ. 29.* Menoch. *de arbi. iud. caſ 168 nu. 10.* 34 *alleg. c. 26.* 35 Angel. *in Nou. 2. c. 2. §. quia verò nu. 16. & in Nou. 22 c. 23.* Ioan. Dilect. Dur. *in tract. de caut. vlt. vol. tit. de legat. 6. caut. 18. nu. 5.* Chaſſan. *ad conſuet. Burg. rub. 6. §. 8. nu. 2. in fi. & num 7. & 8.* Emanuel Coſta *de dote. c. 6. nu. 4.* Ripa *in l. fi. q. 26. n. 96.* C. *de reuoc. donat.* Curt. iun. *conſ. 6. n. 1 & 2.* 36 *arg. l. lex, quæ 22. §. ſerui etiam,* C. *de adm. tutor. Nou 94. & auth. ſacramentū,* C *quād. mul. tut. off.* 37 Boer. *dec. 124. nu. 12. & deciſ. 266. nu. 4.* Mynſing. *cent. 3 obſ. 81.* Quod tum quoque obtinet, ſi expreſſè teſtamento fuerit, quod mater ad ſecundas nuptias tranſiēs tutela priuari nō debeat. Nihilominus enim eam illa amittit Zobel *part. 2. diff. 15 nu 1. & 2.* Simon de Præt. *de vlti vol. interp. lib. 20. interpr. dub. 2. ſol. 2.* Heig. *d. quæſt. 13. in fi.* 38 Myning. *alleg. loc.* Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa, limit. 10 nu. 8. & 9.* 39 *in l. fi. nu. 15. & 16.* C. *de bon. mater.* 40 *in l. iubemus, n. 6. Cod. ad Trebellian.* 41 *ad dict. leg. iubemus, num. 4.* 42 *argum. Nou. 94. cap. 1.* 43 *arg. l. 3.* C. *de commun. de ſucceſſ.* 44 Montan. *de tutel. cap. 15. numer. 10.* 45 *§. ex his, Inſtit. de legitim. agnat. tut. l. 1. & 3. de legit. tit. l. quo tutela, 73. de R. I. Nou. 118.* And. Knichen. *de Sax. non prou. iure, verb. electorum, cap. 4. num. 2.* 46 *l. 2.* C. *vbi pup. educ. deb.* Quo etiam pertinet, quod habetur *in l. Vidua, 18. Codic. de nuptiis.* 47 ex Baldo *conſil. 308. volumin. 2.* & Crauetta *conſil. 690. volum. 5.* 48 Coſta *de ratione rata, q. 57. n. 8.*

24 præſumatur, 49 & præſumptio † propter
naturalem affectum omnia ei faciat con-
ceſſa videri, 50 vt ab eo diſpoſitum à nul-
lo debeat redargui. 51 Sexto, ſi patri teſta-
mēto liberorum ſuorum educationem no-
uercæ committere conceſſum eſt, vtique et-
iam tutricem illam conſtituere filiorum
25 poterit. Multò maius enim † in educatio-
ne, quàm in tutela periculum. 52 Quòd
verò illud fieri poſſit de facto conſultus re-
ſpōdit Tiberius Decianus. 53 Sextò in ter-
minis videtur textus, 54 qui manifeſtè pro-
26 bat infirmitatem priuignorum à † patre
eorundem nouercę commendari poſſe. Hęc
autem commendatio eam potiſſimum ob
cauſam fit, vt nouerca tutricis officio fungi,
atque priuignos tueri & defendere debeat.
55 Et quidem eo fortius noſtro in caſu tex-
tus ille militat, quia in hypotheſi IC. Scęuo-
læ ibidem propoſita eiuſmodi circumſtan-
tia concurrebat, quę deciſionem planè con-
trariam flagitare videbatur, nimirum, quia
nouerca illa ob ſucceſſionis ſpem maximè
ſuſpecta erat, cùm optimum admodum lu-
crum captare, atque vniuerſæ à marito reli-
ctæ hereditatis ſemiſſem retinere potuiſſet,
ſi priuignus ante finem commendatæ tui-
tionis vel defenſionis deceſſiſſet. Tandem
exempla haud deſunt, quibus priuignos à
27 nouerca mitius † & benignius, quàm libe-
ros ab ipſa matre tractatos & educatos fuiſ-
ſe doceri poteſt. 56 Verū allatæ modò ratio-
nes non adeò vrgentes ſunt, quin contraria
negatiua ſententia verior, & iuri magis con-
ſentanea videatur. Vulgatum enim primo
28 eſt, quod regulæ tam diu ſtandum ſit, † do-
nec exceptio euidenter & dilucidè doceatur.
57 Regula autem illa, qua fœminæ à tutelis
excluduntur, citra omne dubium etiam no-
uerca continetur, cùm de exceptione, qua
illa à generali regulæ ambitu exempta ſit,
non appareat. Secundò, non eſt, quod dica-
tur, eo ipſo illam eximi, quo mater & auia
29 eximitur. Horridum enim † nouercæ no-
men dulciſſima matris appellatione venire
& cōtineri nequit, nec maternus amor (qui
30 meritò ſummus † & inæſtimabilis cenſe-
tur, 58 adeò vt Lyciorum lege liberi à ma-
tribus, nō patribus nomina ſumerent, 59 &
quibuſdam etiam populis conceſſum fue-
rit, vt materna potius eorum, quàm paterna
origo cenſeretur, 60 atque legitima con-
iugum coniunctio matrimonium non pa-
trimonium à iure noſtro, indigitetur) qu_c-
31 quam cum † nouercali odio commune ha-
bet. Tertiò, atque eo minus noſtro in caſu,
quo tutela matri & auiæ, ſingulari ſaltem
Impp. clementia & gratia permiſſa fuit, vt
ad fœminam, quæ propriè mater & auia nō
eſt, permiſſio hæc minimè extendi poſſit. A-
nomala enim † extraordinaria ſeu irregu- 32
laris hæc tutela eſt, 61 adeò vt Decium 62
non ſine cauſa dubitaſſe, vtrum diſpoſitio *d.*
auth. matri & auiæ, &c. in proauia locum
habere poſſit, aſſerat Montanus. 63 Quartò
ad tutelam admitti non debent, qui ſtatim
ſuſpecti poſtulari, atque vt ſuſpecti remo-
ueri poſſunt, ne contra conſilium D. Iuſti-
ſtiniani 64 vulnerata demum cauſa reme-
dium quærendum ſit, cùm ius ab initio in-
tactum facilè ſeruari potuiſſet. Nouerca aūt
in eorum numero eſt, qui maximè ſuſpecti
ſunt. Ita enim ingenium illius IC. Gaius 65
deſcribit, vt nihil † de ea, quod tuitionem 33
priuignorum concernat proficiſci poſſe fa-
cilè præſumi queat. Hoc item IC. iudicium
DD. ſecuti nihil ferè de ea prædicant, quam
quod euidens priuignis periculum mine-
tur. Ad nomen. n. eius alludentes nouercam
dici volunt, quaſi nocentem arcum, 66 vel
nouam

Additiones.

49 *l. nec ita, ad l. Iul. de adu. l. ſi filius,* vbi gl. & Bald. *C. de patr. poteſt. & in l. 1. § taceat, C. de rei vx. act.* Ioan. Anton. Trigona *ſing. 22. nu. 3.* Anton. Fabr. *ad tit. C. de condit. inſert. def.* 18. *n.* 6. Godd. *conſ. 27. nu. 36.* Vulteius *conſ 29. n. 46. vol. 2. int. conſ. Marp.* 50 *l. 28. § 3. de liberat. legat.* 51 Pariſ. *conſ. 106. nu. 42.* 52 gl. *in d. l. 1. verſ. ſi non vitricū. C. vbi pup. educ. deb.* Corn. *conſil.* 175. incip. *licet in præſenti, verſ. concurrit, ſine lit. l. part. 3.* 53 *cōſ. 49. nu. 6. & ſeqq. lib. 1.* 54 *in l. liberto ſuo. 22. § filium ex dodrante. 2. de annu. legat.* 55 *ar. l. generali capite, 32. § duas filias, de vſu & vſufr. legat.* 56 Coler. *de alim. lib. 2. c. 13. n. 48.* Tiraq. *in 9. leg. connub. gl. 1. par. 9. num. 198. & ſeq.* 57 *l. ab ea parte, de probat. l. ſunt quoque de here inſt.* Hard à Daſſel *conſ. 1. nu. 37. verſ. hanc regulam. lib. 1.* Vveſemb. *conſ. 7. n. 7.* Godd *conſil. 25. nu. 107. Vol. 1.* 58 Quintil. *declam.* 388. Bald. *in l. precib. col. 6. nu. 18. verſ. item dixi idoneos,* C. *de impub. & al. ſubst.* Menoch. *de arbitr. iud. q. caſ. 168. nu. 3. & 8. & de præſ. lib. 6. præſ. 56. n. 21. & ſeqq.* Marcus de Mantua *ſing. 339. arg. l. ſi C. de curat. fur. l. poſſeſſionem, C. com. vtr. iud.* 59 *Herod. lib. 1.* 60 teſte Vlpiano *in l. 1. ad municipal.* 61 vt ex Decio, Corneo, Mariano, & Boerio tradit Montan. *d. c. 15. nu. 8.* 62 *conſil. 16. nu. 4.* 63 *d. c. 15. nu. 9.* 64 *in l. final. C. in quib. cauſ. reſt. in integ. nec. non ſit.* 65 *in l. 4. de inoff. teſtam.* 66 Stephan. Bertrand. *conſ. 336. col. vlt. 1 part.* Chaſſand. *ad conſuet. Burg. rubric. 6. num. 1.*

nouam arcam ſine fructu 67 nocentem anū, cuius delinimentis aculei iudicij paterni refringantur, hebetentur, & omnino retundantur, 68 quæ in priuignos impia, crudelis, dira, ſæua immitis & terribilis ſit, 69 atque naturali & mortali eos odio proſequi cenſeatur. 70 Quare cùm ſuſpicione adeò vehementi nouerca laboret, vt nullum vſquam grauius malum ipſa eſſe dicatur: 71 vtique
34 ſatis apparet, quòd ad priuigni † tutelã minimè illa admitti debeat. Tandem in ſpecie, quod nouercæ priuignorum tutela cõmitti non poſſit, tradit Vulteius. 72 Hinc etiam facilè tolli queunt, quæ ſupra pro ſentẽtia contraria allata fuerunt. Primò enim quod matri iura conceſſerunt, id minimè ad nouercã pertinere, antea dixi. Nihil enim in hac materni erga priuignos affectus, qui anomalæ iſti tutelæ locum dedit, deprehendi poteſt, ſed ideò loco matris priuignus eſſe dicitur, vt hi ſciant ſibi ab eiuſdem nuptiis abſtinẽdum eſſe, 73 atque debita ei obſequia præ-
35 ſtent. Reuerentia † autem illi tanta non debetur, quin à priuignis ſine venia in ius vocari, atque famoſis actionibus licitè poſtulari poſſit. 74 Secundum quod attinet, etſi vitricus & nouerca in quibuſdam quoad paria iudicantur, tamen hoc non ſemper & in omnibus procedit, ſed in multis diſpar eorũ haud ſecus ac domini à vaſalli, quos & ipſos ad paria cenſeri Feudiſtæ prædicant, 75 conditio eſt. Hinc cùm noſtro in caſu tutela priuigni vitrico iure expreſſo permiſſa ſit, nouerca verò in eorum numero deprehendatur, qui ab hac tutela excluduntur, euidens ſanè eſt, quòd brocardicum illud de æquo parium iudicio minus dextrè huc accommodari poſſit. Magna item inter vitricum diuerſitatis ratio eſt, quam tradit, & pluribus perſequitur Montanus. 76 Tertium etiam non admodum vrget. Etſi enim nouerca ſuſpicione ex ſpe ſucceſſionis orta nõ laborat: tamen ob alias cauſas haud minus graues ſuſpecta eſt, vt ad tutelam admitti non poſſit. Ad quartum reſpondetur, quod paria ſint, non dare tutorẽ, & malè dare, ſeu dare eum, qui tutor eſſe non poteſt. Quare licet pater tutricem nouercam dederit: tamen perinde eſt, ac ſi non dediſſet. Nec rarum eſt, vt voluntas patris in teſtamentis minus attendatur, ſed ſuſque deque interdum à iudice haberi queat, præſertim ſi nouercalibus delinimentis corrupta ſit. Sic enim eadem nequicquam obſtante educationem pupilli non committi debere illi, qui vitæ, religioni, moribus pupilli inſidiari præſumitur, tradit Menochius atque vtilitatem pupillorum
36 † prætorem ſequi, non ſcripturam teſtamenti, inquit IC. Triphoninus. Deinde ſi patris voluntas tutorem liberis teſtamento dantis præcisè ſequenda, nec potius ſpectandum eſt, an voluntas illa iuri conſentanea ſit, tum nihil rationis apparet, cur non æquè hoc procedere debeat, ſi pater extraneæ fœminæ aut alij perſonæ, quæ tutor eſſe prohibetur, teſtamento tutelam deferat. Quod cum ſine abſurditate dici non poſſit, facilè colligitur, tantum patris voluntati tribui non poſſe, vt liberorum ſuorum tutelam licitè nouercæ committat. Quintum quoque argumentum non adeò magni momenti eſt. Primò enim Tiberius Decianus in eo ipſe ſibi non conſtat, vtrum de educatione liberorum in teſtamento ſuo pater ita diſponere poſſit, ſed contrarius contrarium de eadem facti ſpecie à Pancirolo datum reſponſum ſubſcriptionis ſuæ calculo comprobauit. Deinde ipſe fatetur in iſta hypotheſi matrem non tutricem datum, ſed alios tutores conſtitutos fuiſſe, atque alias etiam conſtat, quod ab educatione ad tutelam † firmiter inferri non 37
poſſit, cùm ſæpius quis pupillum educare queat, cui tamen eiuſdem tutela interdictum eſt. Sextum etiam non militat. Primò, quia aliud commẽdatio illa, aliud tutela eſt, quod vel inde patet, cùm hæc quatuordecim, illa viginti quinque demum annis finiatur. Secundò, quia IC. Scæuola de noſtra quæſtione mini-

ADDITIONES.

67 Accurſ. *in dict. l. 4. Cod. de inoffic teſtamen.* Ioh. Calu. *in lexic. iur. verb. nouerca.* 68 Gerard. de Maynard *libro 5. dec. 5. num. 11.* 69 Tiraq. *de LL. connubial. in leg. 9. numero* 149. Menoch. *de præſ. lib. 6. præſ. 56. in fin.* Magon *dec. Florent. 18. num. 6.* 70 Bald. *in authen. quod locum, C. de collat.* Alberic. *in l. penult. vbi pup educ. deb.* Maſcard. *concl. 111. per tot.* Vincent. Caroc. *dec. 119. num. 12.* Marc. Anton. de Amatis *dec. 165. num. 2.* 71 ex Græco comico Ioſephus Lang. *in locis commun. ſeu florileg. rerum & mater. ſelect. tit. nouerca.* 72 *conſ. 29. nume. 66. verſ. quarto inter cæteros, volum. 1. int. conſ. Marp.* 73 *dict. §. affinitatis, & dict. §. ſocrum.* Fr. Pfeyl *conſilio 8. per totum.* 74 Andr. Alciat. *in l. prima, Cod. de in ius voc.* 75 *cap vnic.* vbi Bald. & alij, *de form fidel.* Matth. de Afflict. *deciſ.* 265. Fichard. *conſilio quadrageſimooctauo, numero tertio.* Heig. *part. 1. quæſtion. decimanona, numero decimoquarto.* 76 *dict. cap. 15. numero 12. verſ. equidem longo, &c. & num. ſequent.*

minimè interrogatus fuit, atque ideò eius reſponſum minimè huc accommodari poteſt. Tandem allegata quoque exempla firmam & inuictam probationem non ſuppeditant. Quare ex hiſce omnibus iam ſatis liquet, quod nouerca priuignis ſuis ab eorundem patre tutrix teſtamento dari nequeat.

COROLLARIVM III.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio & accreſcendi ius etiam in cõtractibus aliquando locum habent.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio inſtitutionem præſupponit.*
2 *Subſtitutio eſt vlteriori gradu facta inſtitutio.*
3 *Teſtamenti fundamentum eſt heredis inſtitutio.*
4 *Teſtamentum & quilibet actus, vt valeat, tria requiruntur.*
5 *Fieri aliquid non legitimè, & planè non fieri paria ſunt.*
6 *Interpretatione actus potius ſeruari, quã annullari debet.*
7 *Teſtamentum non præſumitur.*
8 *Coniecturis nõ eſt locus in re certa & clara.*
9 *Teſtamentum poſt mortem demum teſtatoris effectum ſortitur.*
10 *Donatio contractus eſt.*
11 *Donationis ſpecies eſt remiſſio.*
12 *Subſtitutio etiã in cõtractib⁹ locũ habet.*
13 *Subſtitutio in donatione inter viuos fieri poteſt.*
14 *Donatio quoad primũ donatarium reuocata, ſalua manet quoad ſubſtitutos.*
15 *Subſtituto dominium rei donatæ abſque traditione acquiritur.*
16 *Accreſcendi ius in contractibus regulariter locum non habet, & quando hoc fallat, num. 30.*
17 *Accreſcendi ius cur introductum fuerit.*
18 *Accreſcẽdi ius in donatione locũ non habet, niſi illa imperialis ſit, num. ſeq.*
20 *Accreſcẽdi ius in ſummis non attenditur.*
21 *Accreſcendi ius per ſubſtitutionẽ tollitur: etiã inutilem & effectu carentem, num. 23. & quando non, num. 24.*
22 *Accreſcẽdi i⁹ eſt tacita quadã ſubſtitutio.*
25 *Accreſcendi ius inter re & verbis coniũctos locum habet.*
26 *Subſtitutio in contractibus facta, teſtamentariam imitatur.*
27 *Feudum inter contractus refertur.*
28 *Accreſcendi ius in feudo tam à Principe ſupremo, quàm ab inferiori conceſſo locum habet.*
29 *Rationẽ, cur ius accreſcendi in cõtractib⁹ locum nõ habeat, Vaſquius explicauit.*
31 *Subſtitutionum varij modi ſunt.*
32 *Subſtitutio de perſona ad perſonam non extenditur.*
33 *Vſura ex conuentione aut mora debẽtur.*
34 *Poſt obitum vſufructuarij fructus ſtatim ad proprietarios pertinent.*
35 *Legatorum vindicationis vſuræ & fructus ſtatim à tempore mortis teſtatoris debebantur.*
36 *Legatum vſusfructus demùm à die aditæ hæreditatis debetur.*
37 *Vſufructuarius demum à die præſtitæ cautionis fructus lucratur.*
38 *Fructus pendentes ſunt pars fundi, eodémque cum fundo iure cenſentur.*
39 *Ignorans ius ſuum non remittere cẽſetur.*

INTER Titium & Sempronium fratres conuenit, vt Sempronius octingentorum, quæ Titio debebat, per dies vitæ quaſi vſum fructum haberet, atque poſt obitum pleno iure ad filios eiuſdem duos natu maiores Caium & Mæuium, hiſque defunctis ad cæteros liberos eadem peruenire deberẽt. Ante Sempronium Caius deceſſit, & poſt patris obitum Mæuius ſuperſtes octingenta per aliquod temporis ſpacium petere neglexit. Tandem non ſolum prædictam ſummam, ſed etiam legitimas eiuſdem vſuras poſtulanti cohæredes fratres ſoluere recuſant, atque ex diſpoſitione illa patrui ſe minimè ad id obſtrictos eſſe contendunt. Vnde tria potiſſimu in dubium vocantur. Primò: vtrum diſpoſitio patrui Titij eius momẽti ſit, vt ſuperſtes illius ex fratre nepos Mæui⁹ iure ſuã in ea intentionem fundare queat? Secundò, an prædefuncti fratris portio ſuperſtiti accreſcat, adeò vt integra ei octingenta, an verò quadringenta tantùm debeãtur, & reliqua pars ad ſubſtitutos pertinere debeat? Tertiò, nunquid Mæuio non ſolùm ipſa ſors, ſed etiam a tempore, quo ob iuſtam ignorantiã petere illã neglexit, vſuræ debeantur. Quod igitur primum attinet dubium, primò dicẽdum videbatur, diſpoſitionem illã Titij nullius momenti eſſe. Arguit enim facta in eo ſubſtitutio, quod ille ex teſtamento aut alia quadam vltimæ voluntatis ſpecie ſummam octingentorum aureorum ad fratrem Sempronium, atque poſt huius obitum ad duos eiuſdem filios natu maiores, hiſq; defunctis ad cæteros liberos peruenire voluerit. Subſtitutio † quippe inſtitutionem 1 præ-

præſupponit, 1 atque iuxta eam regula-
2 tur, 2 ſiquidem nihil aliud eſt, † quam
ſecundo, 3 vel vlteriori gradu facta inſti-
3 tutio, 4 quæ ſanè non ad † contractus a-
liósve actus inter viuos, ſed ad teſtamenta &
vltimas voluntates pertinet, atque harum
caput & fundamentum eſt. 5 Verùm vt
4 teſtamentum aliáve ſimilis diſpoſitio † le-
gitima & valida ſit, atque vi eiuſdem inſtitu-
ti vel ſubſtituti rem à diſponente relictam
percipere queant, non ſufficit, quòd volun-
tatem & facultatem condendi diſpoſitio-
nem habuerit, atque verbis voluntatem
ſuam expreſſerit, 6 ſed præterea requiri-
tur, vt iuris regulæ in diſpoſitione illa ritè
obſeruatæ ſint. Vt enim in actu quolibet a-
lio: ita etiam in teſtamento ſimilive diſ-
poſitione præter voluntatem & facultatem
legitimus agendi modus requiri ſolet. 7
Si verò noſtro in caſu ad regulas iuris re-
curramus, tum facilè deprehendemus, quòd
illæ neque quoad numerum teſtium, neque
quoad alias ſolemnitates obſeruatæ ſed pla-
nè neglectæ fuerint. Quare vi huius diſpo-
ſitionis ſuperſtes Mæuius à cohæredibus
ſuis quicquam petere non poterit, cùm pa-
5 ria ſint † aliquid planè non fieri & non le-
gitimè fieri. 8 Verùm hoc nequicquā ob-
ſtante contrarium magis dicendū erit: quod
nimirum facta à Sempronio diſpoſitio vali-
da ſit, atque iuſtam Mæuio petendi cauſam
præbeat. Non enim illam pro teſtamento
ſeu vltima voluntate, ſed pro actu ſeu diſ-
poſitione inter viuos habendam eſſe, ſequē-
tes rationes ſuadent. Primò, in dubio ſem-
6 per † interpretatio ita fieri debet, vt actus
potius valeat & ſuſtineatur, quàm corruat
& annulletur, 9 atque quoties diſpoſitio
valere poteſt ſecundùm vnum modum &
cauſam, & ſecundùm aliam non item, tunc
debet diſpoſitio accipi & valere eo modo
quo poteſt. 10 Si autem hunc actum pro
diſpoſitione inter viuos interpretamur, vti-
que valet & ſuſtinetur: corruit autem & nul-
lus redditur, ſi eum pro teſtamento aut alia
vltimę voluntatis ſpecie accipimus, cùm ſo-
lemnitates cæteráque illius requiſita in eo
deficiant. Secundo teſtamentum aut alia vl-
7 timæ voluntatis ſpecies † non præſumitur,
ſed niſi certa, quæ ipſam arguant, ſigna &
argumenta adſint, actus pro tali habetur,
quem viui celebrare, atque inter viuos ob-
tinere voluerunt. 11 Tertiò, quando ex eo,
quod actū eſt, deprehēdi poteſt, agētes cōtra-
ctu vel actu inter viuos celebrare voluiſſe,
ridiculum eſt, quod de teſtamēti aut vltimæ
8 voluntatis præſumptione contendere veli-
mus, cum in certis & claris nullus † conie-
cturis locus ſit. 12 Si autem illud, quod in-
ter duos fratres, Caium & Sempronium, a-
ctum fuit, ſpectemus: tum per ſe conſtat,
quòd neuter vltimam voluntatem condere,
ſed vterque contrahere vel potius diſtrahe-
re voluerit. Hoc enim egerunt, vt Titius
debitū, quo ſibi Sempronius obſtringebatur,
remitteret, atque Sempronius obligationis
fraternę nexu per remiſſionē hanc liberare-
tur. Deinde illud etiam inde patet, quod ni-
mirum non ea mens fuerit Titij remittētis,
vt demum poſt obitum ſuum, ſed ſe viuo
adhuc octingenta ad fratrem atque eiuſdē
liberos peruenirent. Hoc autem teſtamen-
to vel alia vltima voluntate fieri nequit: ſi- 9
quidem illa † poſt mortem demum diſpo-
nentis, & non prius effectum ſuum ſortitur,
nec antea in nullam conſiderationem venit,
13 adeò vt teſtamentum neque eſſentia,
neque vi & effectu, multò minus exe-
cutionis reſpectu ante mortem te-
ſtatoris perfectum ſit. 14 Quar- 10
tò inter omnes conſtat, † quod dona-

Additiones.

tio

1 Iuxta notata *in l. qui habebat. de vulg. & pupil. l. ſi mater, §. fin. eod. tit. l. cùm in teſtamento, in princ. de hered. inſtit.* Bart. *in l. 1. col. 10. verſ. ſed circa hoc inſurgunt. de vulg. & pupil.* 2 Tiber. Decian. *reſpon. 1. nu. 99. volum. 2.* 3 Bald. *in rubri. C. de impub. & alijs ſubſtitut.* Hardevvig. à Daſſel *conſil. 14. nu. 18. vol. 1.* 4 Guid. Pap. *conſil. 37. num. 2.* 5 *§. ante, Inſtit. de legat.* Vaſq. *de ſucceſſ. reſolut. lib. 1. §. 8. num. 2.* 6 Addit. ad Bart. *in l. ſi. C. de codicill. verb. teſtes rogati.* Daſſel. *alleg. conſil. 14. num. 53.* 7 *c. cùm ſuper, de offic. delegat. l. cùm te,* vbi Bald. *C. de donatio. ante nupt. l. multum, Cod. ſi quis alt. vel ſibi,* Decius *conſil. 198. nu. 3.* Surd. *deciſ. 62. num. 15.* 8 *l. 6. qui ſatiſd. cog. l. 4. §. condemnatum,* cùm ibi notat. *de re iudic.* Nicol. Euerh. iun. *conſil. 8. num. 3. volum. 2.* 9 *l. quoties, l. 2. de reb. dub.* Petr. de bella pertica, & Cyn. *in l. licet, C. de pact.* Rol. à Valle *conſil. 8. num. 22. & 23. lib..* Valent. Forſt. *conſil. 8. nume. 8. vol. 1. inter conſil. Marpurg.* Vinc. Caroc. *deciſ. 31. nu. 5.* 10 Decius *in l. ſi donatione, num. 12.* C. *de collat.* Vultei. *conſil. 25. num. 115. vol. 2. inter conſil. Marpurg.* 11 Menoch *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 4.* Mantica *de coniect. vlt. lib. 2. tit. 3.* 12 *l. ille aut ille §. in certus, de leg. 3.* Quetta *conſil. 52. nu. 2. & conſil. 78. n. 2.* 13 *l. ſi alienum, §. in extraneu, de her. Inſt. §. in extraneis, Inſt. de har. quali & diff.* Cā. Borell. *conſul. deciſ. 36. n. 18.* Godd. *conſ. 25. 35. volu. 1. inter conſil. Marpurg. arg. l. 4. de alimen. leg.* 14 Dauth. *in tract. de teſtament. n. 81.* Dan. Moller. *libr. 5 semeſt. dif. 93.*

tio contractus ſit. 15 Remiſſio autem nihil
11 aliud eſt, † quàm donatio quædam, atque
donationi per omnia æquiparatur. 16 Quare & ipſa inter contractus ſeu diſtractus rectè referetur. Ex quibus ſatis abundè patet, quòd Titij diſpoſitio pro actu inter viuos, non pro vltimæ voluntatis ſpecie haberi debeat. Nec obſtat, quòd ſupra pro ſententia contraria allatum fuit: ſi quidem ex ſola inſtitutione ſatis firmiter argui nequit, teſtari vel vltimam voluntatem cōdere quem voluiſſe, cùm non ſolùm in vltima voluntate,
12 ſed etiam in contractibus † ſubſtitutio locum habeat, 17 atque quod in donatione
13 inter viuos, † qualis etiam eſt in noſtro caſu, ſubſtitutio fieri poſſit probatur per textum expreſſum *in l quoties*, 3. *C. de donatio. quæ ſub mod. fiunt.* adeò vt etiamſi donatio,
14 † quoad primum donatarium reuocetur, tamen quoad ſubſtitutos ſalua maneat, 18 imò à donatore in alterius fauorem eiuſmodi ſubſtitutio regulariter tolli nequeat, 19 ſed eueniēte & purificata ſubſtitutionis cō-
15 ditione ſtatim tranſeat dominium † in ipſū ſubſtitutum, abſque vlla cōditione. 20 Porrò ad ſecundum dubium itidem prima frōte reſpondendum videtur, quòd defuncti Caij portio non ad Mæuium, ſed ad ſubſtitutos peruenire debeat. Illud enim in facto præſupponitur, quòd Titius donatarios ſeu duos Sempronij filios, natu maiores, re & verbis cōiūxerit, h.c. Caio & Mæuio octingenta illa ſimul reliquerit. Quo caſu ſi defūcti partem ſuperſtes petere vult, intentionem ſuam in iure accreſcendi vel non decreſcendi eum fundare oportet. Quod autē in hypotheſi noſtra ob ſequentes rationes attendi nequit. Primò ob generalem illam regulam, qua proditum eſt, quòd iuri accre-
16 ſcendi † in contractibus locus non ſit, 21 ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris illi ſint. 22 Quòd quidē vſta ratione non caret. Ius n.
17 † accreſcendi ideò introductū fuit, ne quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus deceſſiſſe videretur, 23 ſeu potius ne arbitriū & volūtas teſtatoris, quæ ea eſſe præſumitur, ꝙ ille portionem deficientem ad eum, quē ad portionem ſeu partem alteram expreſſè vocauerat, peruenire voluerit, irrita ſit, effectúque careat. 24 Qui finis in contractibus conſiderari, atque in iis locum habere
18 nequit. 25 Atque in terminis † quod in donatio-

ADDITIONES.

15 §. 2. vbi Sneidvv. & DD. communiter, *Inſtit. de donat. §. per traditionem*, 30. *Inſtit. de R. D.* Clar. *lib. 4. ſentent. §. donatio, quæſt.* 1. Gomez. 2. *var. reſolut. cap.* 4. *in prin.* 16 *l. ſi quis*, 12. *de nouat. l. ſed ſi vnus*, 17. *§. planè ſi præſens, de iniur.* Bart. *in l. Aurelio, §. Gallus, de liber. legat. & in l. ſub prætextu, C. de tranſact.* Sebaſtian. Medic. *in tract. de acceptilat. part.* 1. *quæſt.* 12. Vveſembecc. *in paratit. de donatio. n.* 2. Hering. *de fideiuſſor. cap.* 20. *§.* 28. *nu.* 2. 17 *l. Publia in princ. depoſ. l. qui Romæ, §. Flauius Hermes*, vbi Bart. & DD. communiter, *de verbor. obligat.* Crauetta *conſil.* 19. *num.* 8. *& ſeq.* Surd. *deciſ.* 144. *nu.* 6. Cacheran. *deciſ.* 85. *num.* 6. Gozadin. *conſil.* 87. Decius *conſil.* 578. *num.* 9. *&* 10. Grammatic. *conſil.* 19. *num.* 67. Bellonus *conſil.* 60. *nu.* 12. Guiliel. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. duas habens filias*, *n.* 190. *part.* 1. *de teſtam.* Couarru. *lib.* 1. *var. reſolu. cap.* 3. Anton. Contius *in l pactum quod dotali*, *Cod. de collat.* Thilman. de Benignis *in Apoſpaſm. prodrom. ſyntagm.* 3. *decad.* 2. *vot.* 10. *num.* 46. Alexand. Raudenſ *de analog. vniuoc. & æquiuoc. cap.* 25. *numer.* 60. Andr. Knichen *de veſtitur. paction. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 41. 18 DD. *in d. §. Flauius.* inprimis verò Iaſon *numer.* 14. *de verb. obligat.* 19 Menoch. *conſil.* 92. *num.* 75 *lib.* 1. Duennas *reg.* 216. *verſ. eſt tamen notandum*, Couar. *lib* 1. *variar. reſolut. cap.* 14. *nu.* 7. *& ſeqq.* Fab. de Anna *conſil* 32 *per tot.* 20 Quod præ aliis hanc ſubſtitutionem in contractibus peculiare habere notat Decius *conſil.* 239. *num* 8. Tiber. Decian. *reſp.* 55. *num.* 3. *vol.* 3. 21 *l. dominus, §.* 1 *de vſufruct. l.* 1. *circa fin. de vſufruct accreſc. l. vnquam, §. ſi quemadmod. ſeruit amit. l Lucius, §. Caio, ad Trebellian. l. fi. § filium, de legat.* 2. Guid. Pap. *deciſ. Gratianop.* 204. *num.* 1 Mantica *de coniectur. vltim. voluntat. lib.* 4. *tit.* 10 *nu.* 4. Vaſq. *de ſucceſſ creat. lib* 1. *§.* 10. *num.* 117 *& ſeqq. de ſucceſſ. pr pr. lib.* 3. *in præfat. num.* 4. vbi omnes DD. antiquos & nouos hoc tradere teſtatur Duaren *de iure accreſcend. lib.* 1. *cap.* 15. Decius *conſil* 263. *numer.* 1. *&* 2 Knichen *de veſtitur pact. part.* 1 *cap.* 1. *nume.* 133. 22 Cardin. Pariſ. *conſil.* 16. *num.* 2. *volum.* 4. Tiber Decian. *conſil.* 3. *num.* 3. *volum.* 2. Frideric. Pruckman *conſil.* 10. *num.* 172. *volum.* 1. 23 DD. *in l. re coniuncti, de legat.* 3. *l. triplici, de verb. ſignific.* Borch *conſil.* 10. *pagin.* 133. *colum.* 1. Decian. *reſponſ.* 40. *numer.* 2. *volum.* 1. Mantica *de coniectur. vltim. volunt. libr.* 4. *tit.* 10. *numer.* 2. Mich. Graſſ. *in theſaur. commun. opin. §.* 4. *cap.* 8. 24 ex Berengario Fernando *ad l. in quartam, numer.* 7. *ad legem Falcid.* Coraſ. *in l. teſtamento, numer.* 1. *Codic. de impub. & al. ſubſtit.* Frideric Bruckman. *dict. conſil.* 10. *numer.* 178. 25 Mantica *alleg. loc.* Pruckman. *dict. conſil. numero* 181.

donatione ius accreſcendi non attendatur, tenet Speculator. 26 Etſi enim inter ſo-
19 ſocios † imperialis donationis illud obtinet, 27 tamen peculiare hoc in iis eſt, atque ad alios non facilè extendi poteſt. 28 Se-
20 cundò † ius accreſcendi in ſummis ſeu quãtitatibus locum non habere defenditur, 29 adeò vt etiam in legatis, quando duob. certa ſumma legata fuit, ſuperſtiti portio deficiẽtis non accreſcat, ſed vnam tantùm ille partem habeat, 30 cùm diſtincta ſint nummorum corpora, atque cõiunctio in iis cõſiderari nequeat. Noſtrum autem caſum in ſumma ſeu quantitate octingentorum verſari, per ſe clarum eſt. Tertiò dato, quòd ius accreſcendi in hypotheſi noſtra conſiderari potuerit: tamen per factam ſubſtitutionem ſublatum ſeu prohibitum illud fuit: cùm
21 concors DD. opinio ſit, quòd ſubſtitutio † tollat jus accreſcendi, & ſubſtituẽdo teſtator
22 illud prohibere videatur. 31 Cùm n. ius † accreſcendi ſit tacita quædam ſubſtitutio, 32 vtique per expreſſam meritò tollitur,
23 33 etiamſi inutilis † ea ſit, atque effectum ſuum non conſequatur. 34 Et quamuis interdum ius accreſcendi per ſubſtitutionem non vincatur, ſed ea non obſtante ſubſiſtat: tamen hoc tum demum fieri ſolet,
24 quando ex præſumpta † ſeu coniecturata diſponentis voluntate conſtat, quod ſubſtituendo ius accreſcendi prohibere noluerit. 35 In noſtro autem caſu præſumptionem ſeu coniecturam eiuſmodi ex diſponentis voluntate elicere non poſſimus. Quibus tamen non obſtantibus, iuri magis conueniens eſt, quod ad ſuperſtitem Mæuiũ integra octingenta peruenire debeant. Pri-
25 mò: quoties † duo re & verbis coniuncti ſunt, tum alterutro eorum decedente portionem vacantem ad ſuperſtitem iure accreſcendi vel potius non decreſcendi pertinere, manifeſtũ eſt. 36 Secundò, quando res aliqua cõceſſa eſt duob. vel plurib. inſolidũ,
26 pro indiuiſo, tũ ius † accreſcendi etiam in contractibus locum habet, 37 Vt enim res ſui natura indiuidua iuris accreſcendi in omni diſpoſitione & conuentione, circa quã illa verſatur, locum facit: 38 ita quoque idem fieri ſolet, ſi res, quæ natura quidem diuidi poteſt, non ſeparatim, ſed inſolidum, & pro indiuiſo conceditur, adeò vt tum accreſcendi ius haud minus ſibi locum vindicet, ac ſi expreſſa contrahentium pactio interceſſiſſet. 39 Tertiò, ſi apertè inter contrahentes hoc conuenit, vel etiam ex tacita eorum voluntate coniici poteſt, quod deficientis portio ſuperſtiti accreſcere debeat, tum is non minus in conuentione, atque alia diſpoſitione gaudere accreſcendi iure debet. 40 Quare cùm ex inita conuentione manifeſtè appareat, non aliam mentem ac voluntatem Titij Sempronio debitum remittentis fuiſſe, quàm quod duo

Sempro-

ADDITIONES.

26 *lib.4.part.3. tit.de donat.n.2.* Alex.*cõſ.24.col.4.vol.5.* 27 *l.vnic.C.ſi liberal.Imp.ſoc.ſine hared. deceſſ.* 28 Duaren.*libr.1.de iure accreſc.c.16.* Camil.Borell.*conſ.65.n.20.& ſeqq.* 29 Vaſq.*libr.1.de ſucc.creat.§.10.nu.92.& ſeqq.* Mantica *de coniect.vltim.volunt.lib.10.tit.3.nu.29.* 30 per *l.ſi.§.Seio,de legat.2.* 21 *argument.l. dominus, §.1.de vſufruct.* Bart.*in l.re coniuncti.nu.35.de iniuſt.rupt.irrit.teſtam.* Surd.*deciſ.54. & deciſ.152.nu 13.* Natta *conſ.306.n.2.* Andr.Fachin.*lib.6.controue. c.62.verſ.ſextò ſubſtitutio,* Decian.*reſp.61.nu.42.vol.2.* per *l.1.§.in primo,& §.in ſecundo,& §.ſi autem aliquid, C.de cad. toll. l.2. §.ſi duo, de bon.poſſ.ſecundum tab.l. aut hoc amplius,C.de fideicommiſſ.* 32 *l.Titius & Mæuius,cum l.ſeq.de hared.inſtitut.l.ſi Titio & Mæuio,61.de leg.2.* Vaſq.*de ſucc.progr.lib.3.in præfat.in prin.* Menoch. *de præſumptionib.lib.4.præſumpt.61.n.2.* 33 Regner.Sixtin.*conſ.17.num.7.vol.2.inter conſ.Marpurg.* Gomez.*lib.1.variar.reſol.c.3.n.26.* 34 Bart.*in l.re coniuncti,num.36.de legat.3.* Craſſus *§.ſubſtitutio,q.13.nu.3.* Surd.*deciſ.152. nu.19.* 35 Surd.*all.deciſ.54.* Vaſq.*de ſucce.progreſſ.lib.2.§.18.n.100.* per *l.quidam teſtamento,de vulg.& pupill.ſubſtitutio.* 36 *l.re coniuncti, 89. de legat.3.* Vveſembec. *in pandect.de vſufr. accr.nu.4.* Bart.*in l.ſi mihi & Titio,de verb. oblig.* Ronchegal.*in l.eandem,9.nu.131.verſi. vbi verò, de duob.reis.* Dec.*conſil.326.* Corn. *163.nu.2.* Ancharian. *conſil.245.* Guido Papæ. *conſ.137.num.2.* Sebaſtian.Medices *de definit. part.2.definit.82.nu.6.* per *l.vnic.C.quand.nõ petent.part.pet.accreſ.* 37 DD. *in l.ſi mihi & Titio, de verb.oblig.* Decian.*reſp.73.nu.7.* Crauetta *conſ.965. num.7.* Andr.Knichen *de veſtitur.pact.part.1. c.1.nu.283.* 38 Bart.& DD. communiter *in l.re coniuncti,nu.65.de legat.3.* Curt.ſen.*conſil.50.nu.14.verſ.ex quibus infertur.* Alexand.Raudenſ.*reſp.18.n.117.lib.1.* per *l.proprium, commun.præd.l.ſi.C.quibus ad libert.proclam. licit.* 39 Knichen *d.nu.283.* 40 Bolognet.*in l.re coniuncti, n.351.de legat.3.* Ruin.*conſil.159.nu.9.lib.1.* Bellon.*conſ.20.nu.1.* Tiber.Decian.*reſp.73.nu.12.lib.2.* Regner.Sixtin.*conſ.15.nu.10.vol.2.inter conſ.Marpurg.*

cui ſubſtitutio facta eſt, moriatur, illius portio non primo ſiue coniuncto, ſed ſubſtitutis cedat. 47 Etſi enim iure accreſcendi ad coniũctum peruenire debebat, tamen cùm illud ſaltem tacita quædam ſit ſubſtitutio, per hanc expreſſam excluditur, & tum demum attenditur, atque illius vi portio ad coniunctum recidit, quando ſubſtitutus eam repudiat, vel aliter habere nequit. 48 Rurſus vice verſa, ſi primus, cui ſubſtitutum non eſt, ante ſecundum decedat, portio illius vtique ad coniunctum iure accreſcendi, non verò ad ſubſtitutos pertinet, ſiquidem ſubſtitutio non vtrumque, ſed ad alterutrum tantùm directa fuit, cuius perſonam egredi, atque ad ipſius coniunctum extendi
32 nequit. Subſtitutio † enim ſtrictè accipi debet, & de perſona ad perſonam haud porrigitur. 49 Secundo vero caſu, quando teſtator ſingulis, tam primo quàm ſecundo ſeparatim ſubſtituit, tum itidem dubio caret, quòd accreſcendi iuri locus non ſit, ſed deficientis vel decedentis portio ad ſubſtitutos pertineat. 50 At quando ſubſtitutio vtrique non ſeparatim & diuiſim, ſed coniunctim facta eſt, tum, ne aliud fortè verborum tenor ſuadeat, 51 ius accreſcendi non ſublatum eſſe, ſed vi illius portionem decedentis alteri coniuncto acquiri, tam expreſſis textibus, 52 quàm euidentibus rationibus demonſtrari poteſt. Nam quando duobus coniunctim res legatur vel relinquitur, non duæ, ſed vna ſaltem perſona eſſe cenſetur, 53 atque ideò quãdiu vnus è coniunctis ſupereſt, ſubſtitutis locus fieri nequit. Prętereà ſubſtitutio illa non pura, ſed conditionalis eſt, ea videlicet conditione facta, ſi ambo moriantur. Quare effectum ſuum prius non conſequitur, niſi tacitè adiecta conditio impleta fuerit, hoc eſt, vterque eorum deceſſerit. 54 Dum autem alteruter eorum ſupereſt, conditio non impletur, neque decedentis portio vllo iure ad ſubſtitutos pertinet, ſed coniuncto accreſcit, prout in ſimili caſu in terminis ferè tradit Marian. Socin. 55 Cùm igitur in noſtra etiam hypotheſi Titius patruus ſuos ex fratre nepotes natu maiores, re & verbis coniunxerit, atque octingenta iis coniunctim ita reliquerit, vt demum illis defunctis, ad ſubſtitutos eorum fratres peruenire deberent, vtique firmiter concluditur, quòd alterutrius decedentis portio non ad ſubſtitutos, ſed ad ſuperſtitem accreſcendi iure pertinere, atque non quadringenta ſaltem, ſed integra ille octingenta conſequi debeat. Tandem pro tertiæ quæſtionis reſolutione dicendum eſt, quòd Mæuius non tantum ſortem octingentorum aureorum, ſed etiam à tempore mortis paternæ legitimas vſuras petere poſſit. Etſi enim illę † non- 33
niſi ex conuentione vel mora debentur: 56 hîc autem neque in conuentione inter fratres inita, de vſuris cautum ſit, neque etiam debitores in ſoluendo moram commiſerint, vtpote cùm à Mæuio nunquam antea interpellati fuerint: attamen natura huius negotij aliter non flagitat, quam quod vna cum ſorte vſurę, tanquam fructus à defuncti hæredibus illi reſtitui debeant. Nam primò inter dictos fratres hoc actum fuit, vt Sempronius in prędicta ſumma octingentorum aureorum quaſi vſumfructũ ſaltem haberet, proprietas autem ad filios ipſius pertinere deberet. † Hic ergo vſusfructus per mortẽ 34
Sempronij extinctus, atque eum ipſa proprietate conſolidatus fuit, vt ſtatim iam à tempore mortis vſufructuarij fructus ad proprietarios pertineant. 57 Secundò, vt olim legatorum vindicationis vſuræ & fructus ſtatim † à tempore mortis teſtatoris debebantur, cùm eiuſmodi le- 35
gata

Additiones.

47 *d.l.2.§.ſi duo, de bon.poſſid.ſecundùm tabulas.* 48 per textum expreſſum *in d.§. ſi duo.* 49 Simon de Prætis *de interpretat. vltim.voluntat.lib.2.ſolut.3.num.*156. Crauetta *conſil.98.num.*5. Tiber. Decian. *reſponſ. 1.num.6.lib.2.* Sixtin. *conſ.17.num.31.volum. 2.inter conſ.Marpurg.* 50 *l.ſi is.14.§.fin de condit.inſtitut.* Roland. *in tract. de commiſſar.part.4.lib.5.cap.5.num.*31. 51 De quo omnino videatur Dilectus *de art.teſtand.tit. de ſubſtitut.5.caut.* 16. 52 nimirum *l.31.l. 42.de vulgar.& pupill.l.penult.C.eod.* 53 *l. planè.de legat 1 l.vnic.§.ſi verò quidam, C. de caduc.tollend* Petr. Peck. *de teſtam. coniug lib.5 cap.16.num.*5. 54 Bart.& DD. *in l. penult.C de impub.& al.ſubſtit.* Pariſ. *conſil. 44.num.9.lib.2.* Riminald.iun. *conſ.219.num. 226.& ſeqq.* Vinc. Honded. *conſult.65.num. 6.* 55 *conſ.150.num.11.*& Mantica *de coniect. vlt.volunt.lib.4.tit.10.num.*25. 56 *cap.non eſt in mora, de Reg.Iur.in 6.l. nulla intelligitur.§ eod.tit.1.l.lecta.verb. dicebam, ſi cert. petat.* Crauet. *conſ 837.num. 17. & conſ.* 893. *num* 1. Surd. *deciſ.* 80. *num.*2. 57 *argum.l.3. quibus mod.vſufruct.vel vſ.amit.* Sebaſtian. Medices *in tract.mors omnia ſoluit, part.2. concluſ* 114. Tiraquel. *in tract.le mort ſaiſit le vif.par.3.declarat.1.num.1.* Koppen *quæſtio. 30.num.*14.

7 *Portio à patruo repudiata ad nepotes ex fratre accreſcendi iure pertinet.*

8 *Quoad legitimæ computationem numerus liberorum, qui tempore mortis paternæ ſunt, attenditur.*

9 *Legitima quantitas non minuitur obitu quorundam liberorum, qui poſt patris fata decedunt.*

1 FRatrvm liberos, † ſi ſoli ſint defuncto patruo in capita ſuccedere, hodie in Imperio indubitatum eſt. Etſi enim contrarium, quod in ſtirpes ij ſuccedere debeant, à plurimis defenditur : 1 attamen eorum opinio reprobata, atque altera, cuius auctor laudatur Azo, 2 expreſſa conſtitutione,
2 † 3 D. Caroli V. confirmata fuit. Atque
3 ea nõ ſolùm in allodiali, ſed etiam † in feudali ſucceſſione obſeruatur. 4 Illud autem in dubium adhuc vocatum fuit, vtrum conſtitutionis illius diſpoſitio etiam tum obtineat, ſi patruus delatam ſibi ſucceſſionis fraternæ portionem repudiet, atque ita liberi ex defunctis fratribus tempore aditionis ſoli extent. Et quidem reſponſionem affirmatiuam ſuadet communis illa
4 theorica, qua ſublato impedimento † omnis, qui inde reſultat effectus, ſimul ſublatus eſſe dicitur. 5 Ne autem in capita, ſed in ſtirpes ſaltem ſuccedere poſſent ſuperſtites defuncti ex fratribus nepotes, ſolus eorum patruus impedimẽto fuit. Quare dũ ipſemet iã hæreditatis repudiatione impedimentum è medio ſuſtulit, nihil amplius obſtare videtur, quo minus in capita ſucceſſio fiat: ſiquidem iam eodem gradu coniunctus defuncto reperitur, & non amplius repræſentationis, ſed proprio iure ij ad hæreditatem veniunt, eámque inter ſe totam diuidunt, nec quicquam inde ad pa-
5 truum pertinet, † cùm tantùm operetur facta per eum repudiatio, ac ſi hæres nunquam ille extitiſſet. 6 Quo tamen minimè obſtante magis eſt, vt negatiuè, quod hoc caſu non in capita, ſed in ſtirpes ſucceſſio fieri debeat, reſpondeatur, eò quòd numerus heredum ab inteſtato venientium, & quæ ad quemlibet eorum ſpectet, portio ſtatim à tempore mortis æſtimari & conſiderari debeat. 7 Quòd ſi noſtro caſu fiat, tum ſatis apparet, quod lex hoſce nepotes non in capita, ſed vnà cum patruo in ſtirpes vocarit. Deinde etiam ipſa Caroli-
6 na conſtitutio † tempus non aditæ, ſed potius per defuncti obitum delatæ hereditatis, 8 conſiderari, & in capita ſucceſſionem tum demum fieri iubet, ſi nullũ defunctus fratrem vel ſororem, ſed ſolos ex fratribus nepotes reliquerit : non verò ſi frater exſtet, & delatam ſibi hereditatem re-
pudiet. 9 Præterea repudiata à patruo † 7
portio non delatæ & aditæ hereditatis, ſed accreſcendi iure ad nepotes hoſce pertinet, 10 atque ideò perinde portionis illius

Additiones.

1 Veluti ab Accurſio, Dyno, Angelo, Corneo *in Auth. ceſſante, C. de legit. hered.* Iacobino de S. Georgio, *in tract. feud. verb. præſentis, verſic. ſed vlterius.* Crauetta *conſil. 966.* Sonsb. *in tract. feudal. part. 9. num. 100. & ſeqq.* Ioan. Vincent. Honded. *conſil. 65. nu. 4. & 5. vol. 2.* 2 *in d. auth. ceſſante.* atque eandem ſequuntur Baldus *in l. 1. §. fi. ſi pars hær. pet.* Aretinus *in §. cùm filius, Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. def.* Theſaur. *deciſ.* 162. Fachin. *6. controuerſ. iur. cap. 3. & lib. 7. cap. 61.* Mich. Graſſus *lib. 1. recept. ſentent. §. ſucceſſio. ab inteſtato, quæſt.* 30. *numer.* 4. 3 Spiræ anno 1529. promulgata. 4 Mynſing. *centur. 3. obſerua. 94.* Zaſ. *de feud. part. 1. num.* 18. *cum ſeq. & libr. 1. ſingul. reſp. cap. 7.* atque alij quos allegat & ſequitur Dn. Gotthofred. Anton. *diſput. feudal. 5. th. 7. lit. G.* 5 argument. eorum, quæ notant Crauetta *conſil.* 435. *num.* 38. & Dn. Sebaſt. Næuius *ad l. gemma, 6. ad exhib.* 6 *argument. l. 4. C. de repud. & abſtin. hæred.* 7 *argument. l. ſi quis, 6. in princ. de iniuſt. rupt. irrit. teſtam.* Modeſt. Piſtor. *conſil. 22. numer. 36. volum. 1.* Andr. Rauchbar. *part. 1. quæſt. 4. num. 8.* Quare cũ tempore mortis defuncti patruus in medio erat, atque vt diuiſio in ſtirpes fieri deberet faciebat, vtique illud tempus omnino inſpiciendum eſt. Cæterùm, vt hoc obiter adiiciatur, liberi quoque fratrum ex vno tantùm latere coniunctorum, cum fratre defuncti ex vno latere coniuncto concurrere, atque repræſentationis iure ſuccedere ſolent. Virgil. Pingizer *Quæſtio. Saxon.* 14. Frater autem vtrinque coniunctus excludit fratris conſanguinei defuncti filium in ſucceſſione fratrum vtrinque coniunctorum allodiali, ſed in feudali cum eo pariter admittitur. Pingizer *quæſtio. Saxon.* 22. 8 ibi, *Durch todlichen Abgang zu Fall kommen vvurde.* 9 *d. Conſtit. Carol.* ibi, *Vnd nach jhm kein Bruder oder Schvveſter, &c.* 10 per doctrinam Iaſon. *in authent. nouiſſima, numer.* 50. *C. de inoffic. teſtam.* Bald. *ad l. 2. colum. 2. verſ. modò ergo quæro, nunquid. verb. ſed cùm deceſſerint, mortua matre, Cod. ad Senatuſconſ. Orphitian.*

illius in diuiſione ratio habetur, ac ſi nunquam repudiata fuiſſet. Vlterius etiam hæc aſſertio eo confirmatur, quod ſi de legitimæ
8 † quantitate controuerſia ſit, numerus liberorum, qui tempore mortis paternæ fuit, non qui aditæ hæreditatis tempore eſt, ſpectari ſoleat: adeò vt ſi pater mortuus quinque vel plures liberos reliquerit, totius hæreditatis ſemis debeatur, licet eo tempore, quo poſt aditam hæreditatem legitima præſtari debet, quidam eorum iam deceſſerint. 11 Horum enim obitu non magis
9 legitimaria † portio minuitur, atque minui ſolet detrimento, quod bona à patre defuncto relicta capiunt, cùm hoc ad hęredē vniuerſalem æquè atque augmentū, & reliquum emergēs, commodum, pertineat. 12 Quo etiam pertinet, quod fideicommiſſo ſub ea conditione relicto, ſi quis ſine liberis diſcederet: fideicommiſſarius ſtatim excludatur, ſi relictis liberis decedat is, cui adſcripta fuit conditio, licet liberi hæreditati paternę poſtea ſe non immiſceant, ſed ab eadem ſe abſtineant. 13 Tandem ad illud, quod ſupra ꝓ contraria ſententia afferebatur, facilè reſponderi poteſt. Impedimentum enim, ne vllum relinquat effectum, iuſto tollatur tempore, neceſſe eſt. Hoc autem impedimentum, quod fratrum nepotibus obſtabat, ne in capita ſuccedere poſſent, tempore mortis patrui nondum remotum erat, ſed poſtea demum, cùm à lege in ſtirpes illi iam vocati eſſent, per factam ſuperſtitis patrui repudiationem ſublatum fuit. Tantùm autem hæc repudiatio, & facta per eum impedimenti remotio adhuc operatur, vt repudiata à patruo portio ad nepotes hoſce ſolos perueniat, atque cuilibet eorum pro parte ſua hæreditaria accreſcat. 14

Additiones.

11 Iaſ. *allegat. locis* Nicol. Euerh. iun. *conſ. 29. nu. 81. vol. 1.* 12 Caualcan. *deciſ. 8. nu. 16. part. 3.* Marc. Ant. Cucchos *in tract. de legitima, §. ex ſubſtantia deficientis, num. 1. & 2.* Cor. *conſ* 265. *lib.* 3. Matth. de Afflict. *deci.* 382. Boer. *deciſ* 62. *per tot.* inprimis *nu.* 16. 13 *arg. arg. l. filiusfa.* 114. *§. cùm quis erit rogatus, de legat.* 1. Anton. Fab. *ad tit C. de condit. inſert. de fin* 12. *nu.* 3. 14 Quam etiam ſententiam expreſsè atque in terminis ſequitur Dn. Pręceptor Ioan. Godd. *conſ. 25. nu. 89. vol. 1. inter conſ. Marpurg.*

COROLLARIVM V.

Argumentum.

Annuum legatum differt ab eo, cuius ſolutio per certos annos diſtributa fuit.

Summaria.

1 *Species facti.*
2 *Legatum conditionale ad heredes non tranſit.*
3 *Quando duæ res alternatiuè legantur, vnà purè, altera conditionaliter neutra, ante conditionis impletionem ad heredes tranſmittitur.*
4 ***Legatum annuum pro primo anno purū, pro reliquis conditionale eſt.***
5 ***Legatum annuum vniuerſitati relictum,*** *centum annis non finitur, ſecus ſit legatum vſufruct. & duobus num. ſequentib.*
8 *Legatum fauore certæ perſonæ relictum, eadem extincta exſpirat.*
9 *Legatum alimentorum non eſt ad heredes tranſitorium, & quando hoc fallat, num. ſeq.*
11 *Legatum omne regulariter ad heredes tranſmittitur, etiam nondum agnitū, num. ſeq.*
13 *Obligatio cuius dies ceſſit, ad herèdes transfertur.*
14 *In legato annuo cedit dies ab initio cuiuſlibet anni.*
15 ***Species facti olim in Camera diſceptati.***
16 ***Obligatio annua etiam ex cōtractu nata ius agendi in cuiuſlibet anni initio tribuit.***
17 *Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur.*
18 *Tempus differendæ ſolutionis ergo adiectum, obligationis natiuitatem non impedit.*
19 ***Legati annui quantitas vt plurimum incerta eſt.***
20 ***In legato alimentorum pubertas octodecim annis æſtimatur.***
21 ***Exemplum ſtudioſi cuiuſdam, qui per integros 50. annos in Academia Lipſienſi hæſit.***
22 ***Hæredis in gratiam, quod teſtator adiecit, non debet in odium legatarij detorqueri.***
23 ***Modus à conditione multum differt.***

Titivs, cui à Sempronio † ſexcenta legata erant eo modo, vt illa non ſimul & ſemel, ſed diſtinctim atque trina vice, ſiue per triennium ſoluerentur, poſt 1

annum à morte Sempronij,atque factam du centorum exolutionem, diem obiens, ſuis & teſtatoris hæredibus litigandi occaſionem præbet,dum hi reliquum legati extinctum, illi verò idem ad ſe tranſmiſſum eſſe, atque quadringenta ſibi adhuc deberi contendunt. Et quidem pro parte hæredum Sempronij
2 facit,primò,quòd legatum,† ſi non purum, ſed conditionale eſt, morte legatarij caducũ fiat, atque ad hæredes non tranſmittatur;
3 (1) adeò vt etiam tum, quando duæ res † alternatiuè,vna purè, & altera ſub conditione relinquuntur,mortuo legatario ad hæredes res purè relicta, pendente conditione alterius tranſire nequeat. (2) Hoc autem legatũ,
4 † vtpote annuum,conditionale videtur.Etenim legati in ſingulos annos relicti,ea natura eſt,vt pro primo anno purum, pro reliquis conditionale,eſſe cenſeatur,(3)atque tãtùm pro primo,non etiam pro reliquis annis tranſmittatur,(4) niſi expreſsè ita relictũ ſit,vt etiam legatarij hæredibus præſtari debeat. Tum enim perpetuũ illud eſt, (5) haud
5 ſecus ac ſi Vniuerſitati, † Eccleſiæ vel Reipublicæ perpetuò relict. fuiſſet, cùm & hiſ
6 ce cẽtũ annoru † terminus legati annuũ nõ
7 exſtinguat,(6)qui aliàs uſ.ſ.ẽ in legato † vſusfructus ſ talis eſſe ſolet.(7) Secundò, legatũ
8 quod fauore † certæ alicuius perſonæ relictum eſt, eadem extincta, & ipſum expirat, atque quod viuo alicui præſtari oportet,poſt eiuſdem mortem amplius non debetur. (8) Atqui hoc legatum Titio ita relictum fuit, vt ei viuo præſtaretur, & tacitam hanc conditionem habuit,ſi viueret.(9)Ergo,eo mor tuo,† ad hæredes tranſire non potuit. Ter-
9 tiò non parum eiuſmodi legatum affinitatis † cum legato alimentorum habet.(10) Hoc
10 † autem poſt mortem legatarij non durat, ſed eàdem finiri ſolet:(11)etiam tum, quando certum tempus continet, niſi dies illius ante legatarij obitum ceſſerit.(12)Quare idẽ etiam de noſtro legato dicẽndum erit.Verũ
11 magis eſt,vt hiſce † non obſtantibus,pro hæredibus legatarij reſpondeatur.Primò, quia
12 omne legatum † regulariter ad hæredes tranſmittitur, (13) etiam nondum agnitum.

ADDITIONES.

1 *l.vnic.§.& cum triplici,2. §.fin. autem aliquid,7.C.de caduc. tollend. l. hæres meus, 79.de conditio. & demonſtratio. l.ſi cum hæres,4.quand.di.leg.vel.fidei commiſſ. ced.l.in ſingulos,8. de annu. legat.* Dynus *ſingul.*112. Coſta *de fact.ſcientia & ignoran. inſpect.*93. *num.* 4. Mantica *de coniectur. vltim. voluntat. lib.*10. *tit.* 5. *num.* 10. *& ſeq.* 2 per textum expreſſum *in l. cùm illud aut illud*, 23. *quando dies legat. vel fideicommiſſ.ced.*Ludou.Rom.*ſing.*89. 3 Ioan. Meichſn.*deciſio.*1. *num.*46.*tom.*4. Ioan.del Caſtillo Sotomaior *de vſufructib. cap.*67. *numer.*31. Gomezius *tom.*2.*variar.reſolut. cap.*11.*numer.* 44. Rutger. Ruland.*de commiſſar.& commiſſion.part.* 4.*lib.*5.*cap.*6.*numer.*67.*argum. l. inter Stichum & Pamphilum,* 16.*§.*1. *de verbor. obligat. l. ſenatus,*35. *§.fin.de mortis cauſ. donat.l.ſi in ſingulos annos,*4.*l.*12.*de annu. legat. l.*10.*de cap.minut. l.cùm in annos,*10. *quando dies leg.vel fideicommiſſ.ced.* 4 Roman.*ſingul.*71. 5 *l.in annalibus,*12. vbi Bald. & Salic. *Cod.de legat.*Couarru. *lib.*3. *variar. reſolutio. cap.* 9.*numer.*10.*tom.*2. 6 *argum. l. annua.*20. *de annu.legat.& fideicommiſſ.* Iaſ. *ad dict.l.* 12.*eod.tit.& ad l.* 2.*num.* 1. *ſolut.matrimon.* Couarru.*alleg.num.*10.Hippol.Riminald. *conſil.*219.*num.*11.*& ſequentib.*Marcus Anton. Peregrin. *de fideicommiſſ.artic.*29.*numer.*1.Sotomaior *alleg.tract.cap.*61.*numer.* 20. Tiraquel. *in tract. de priuileg. pia cauſ. priuileg.*91. contra Bart. *in d. l. annua*, §.*à Titia,de annu. legat.* Alexand. *in l.* 7.*§.fin. ad l.Falcid.& conſil.* 60. *libr.* 1. Catellian. Cottam *in memorab.dict. perpetuum.* Brunor à Solè *in loc. communib. titul. legatum, numer.* 9. 7 *l. an vſusfructus*, 56. *de vſufruct.l.ſi vſusfructus municipibus,* 8.*de vſufruct. leg.* Simon de Prætis *de interpret. vltim.volunt. lib.* 4.*ſolut. vltim. numer.*11. 8 Meichſn. *allegat.deciſ.*1.*numer.*35.57.*& ſequentib. argument. l. nec adiecit,* 9.*pro ſoc.* 9 *dict. l. quarta*, *de annu. legat.* Martin. Coler.*de aliment. libro ſecundo, capite duodecimo, numero quadrageſimo quarto,in fin.* 10 Tiber.Decian.*reſponſ.*42. *numero vigeſimoſeptimo*, *volumine ſecundo.* 11 *l. cùm hi,*8.*§.modus,*10.*de tranſ.l. cum præfinitione,* 20. *quand. dies legat. vel fideicommiſſ. ced. l.dominus*, 57.*§. per fideicommiſſum, de vſufruct.*Geil. *lib. ſecundo, obſeruat.* 88.*numero decimotertio.* Ioan.Bapt.Coſta *de quota & rat. quæſtion.* 16. *numero duodecimo.* 12 Surd.*de aliment.titul.nono, quæſtione* 6.*argument. l.* 4. *verſic.poſt diem autem cedentem*, *& l. libertus*, 18. *§. manumitt. de aliment. vel cibar. legat.* Natta *conſilio* 387. *numere tertio.*Coler. *allegat. capite duodecimo,numero ſexageſimo.* Diſſ. Meichſn.*alleg.deciſ.* 1. *numer.* 96. qui *dict.l.*4. non de alimentorum, ſed proprietatis legato accipit. 13 Sebaſtian. Medic.*in tract.mors omnia ſoluit*, *parte ſecunda*, *concluſ.* 6.*num.*173. Borell. *conſ.*22.*num.*10.*& conſil.* 96.*num.*29.

agnitum.14 Secundò,obligatio,†cuius dies
13 ceſſit,nondum tamen venit, rectè ad hæ-
redes tranſit.15 Obligationis autem iſtius,qua
Titius defuncti Sempronij hæredes ad pr-
ſtanda ſexcenta ſibi obſtrictos habebat,dies
ſtatim ceſſit atque hæreditatem adierunt.
Quare non immeritò ea ad hæredes vtrin-
que tranſmiſſa fuit. Tertiò, legatum eiuſ-
modi ab annuo legato haud parum differt.
14 Non enim in hoc, vt in illo, †dies ſtatim à
tempore aditæ hęreditatis,ſed demum ab i-
nitio cuiuslibet anni cedere ſolet. adeò vt ad
hæredes tantum de legato eiuſmodi tranſ-
eat,quantum ipſe legatarius,ſiſuperuixiſſet,
per annum illum,qui cœpit, percipere po-
tuiſſet. Cuius occaſione haud leuiter ali-
15 quando in Camera †Imperiali dubitatum
fuit,an idem dicendum eſſet de eo caſu,quo
tranſactione inter heredem & legatariam i-
nita conuenerat, vt huic ab illo, quo ad ea
vixerit,nec diutius ſex Cadi vini præſtaren-
tur, ſiue, *Daſs derſelben jhr Lebenlang,vnd
nicht langer, alle Iahr, vnd jedes Iahr,
zwiſchen Oſtern vnd Pfingſten,ſechs fuder
VVeins geben ſollen.* Atque verum illius an-
ni,quo legataria ante feſtum Paſchatos de-
ceſſerat, ſex Cadi adhuc ad eius hæredes
pertinerent,an verò omnis planè obligatio
extincta eſſet,quæſitum fuit.Et quidem pa-
ria ferè Dominorum vota tam pro negati-
ua,quàm pro affirmatiua deciſione milita-
runt, atque hæc rationibus admodum vr-
gentibus munita fuit, tum quod receptiſſi-
mum in iure argumentum, ab vltimis vo-
luntatibus, ad contractus hoc in caſu opti-
mè procedat,atque ex obligatione †annua
16 ius agendi initium cuiuslibet anni tribuat,
ſiue ex contractu,ſiue ex vltima voluntate
illa orta fuerit: 16 tum quod præfinitio †
17 dierum vitæ,cùm tacitè inſit,expreſſa nihil
operetur, 17 ſed ſaltem faciat,ne obligatio
ad hæredes tranſeat, 18 tum quòd adiectio
Paſchæ ſaltem exactionem, †atque debiti
18 ſolutionem differat, non verò ipſius obli-
gationis annuæ natiuitatem,quę primo an
ni die fieri ſolet,impediat.19 Deinde quan-
titas legati noſtri ab initio ſtatim certa at-
que à teſtatore expreſſa,certúmque ſolutio-
ni tempus deſtinatum fuit: annui verò le-
gati quantitas vt plurimum incerta eſt.Si e-
19 nim alicui annua centū relinquantur,†do-
nec vixerit,puberem ætatem attigerit,in A-
cademiis verſatus fuerit,&c. nulla ab initio
certa quantitas apparet,ad cuius præſtatio-
nem hęres obſtrictus ſit,ſed omne ex incer-
to euentu dependet.Fieri enim poteſt,vt le-
gatarius eiuſmodi primo ſtatim anno mo-
riatur,puberem ætatem,ſeu octodecim an-
nos minimè attingat: (eodem enim anno-
rū termino in hoc,quo in alimentorū†le- 20
gato pubertatem finiri exiſtimo:) ſed in-
fans adhuc decedat, Academiis quàm pri-
mum valedicat, vel etiam tamdiu in iis
commoretur, vt inter reliquos Studioſos
Patriarcha quidam ſit, inſtar illius, †quem 21
per integros quinquaginta annos in Acade-
mia Lipſenſi hęſiſſe, atque duos ſaltem li-
bros,inter quos etiam Dictionarius Latino-
Germanicus fuit, puluere admodum obſi-
tos habuiſſe memorat Colerus. 20 Quo ta-
men caſu,cùm omnis ferè ſtudiorum ceſſet
pręſumptio,vlteriorem legati pręſtationem
hæres haud immmeritò denegare poſſet.

Quartò ob id,quòd teſtator †diſpoſitioni 22
ſuę exonerandi hęredis gratiâ adiecit, hæ-
redes legatarij reſiduo legati priuari ne-
queunt. 21 Ne autem legatario legatum
ſexcentorum ſimul & vna vice,ſed trina,ſiue
trium annorum ſpatio ſolueretur teſtator,
exonerandi ſaltem ſui hæredis gratia adie-
cit. Ergo illud hæredibus legatarij adeò
præiudicare nequit.

Quintò,textus ſunt expreſſi,in quibus de-
finitur,quòd eiuſmodi legata morte legata-
riorum caduca non fiant, ſed ad hæredes
tranſmittantur. 22

Sextò idem in terminis multi egregij
DD. tra.

Additiones.

14 *vt poſt gloſ. final. in l. ſi quis, de condit.inſtitut.* Bartol. *conſ.* 12. *lib.* 1. Guid. Papæ *ſingul.* 170. Surdum *conſ.* 300. *volum.* 3. docet Coſta *alleg. loc. & de falſa ſcientia & ignoran. inſpect.* 93. *num.* 2. 15 argum. eorum quę tradit Dn. Vultej. *ad tit. Inſtit. de obligat.* §. *fin. num.* 25. *& de verb.oblig.* §. 2. *nu.* 4. Dn. Godd. *ad l. cedere diem*, 213. *in princ. num.* 1. *&* 2. *de verb. ſignificat.* Meichſn. *alleg. deciſ.* 1. *num.* 57. Hartm. Piſt. *quæſt.* 34. *num.* 62. 16 Accurſius *in* §. *pœnult. verb.preteritis,Inſtit. de inutil. ſtipul.* Alexan.*in l.qui hoc anno.nu.*2.*de verbor.obligat.* 17 *l.*3.*de legat.*3. 18 *l.ſi Stichum,*§.1.vbi Alexan.*num.*4.Iaſ.*num.*5.*&* 9.Alciat.*num.*13. *de verb. obligat.* 19 prout haſce atque alias rationes latius refert & expendit Ioan. Meichſn.*alleg.deciſ.* 1. *vot.* 3. 5. 6. 7. 20 *de proceſſ.execut.part.*2.*cap.*1.*num.* 40. 21 *argument. l.* 20. *quand. dies leg. vel fideicom. ced.* 22 *in d.l.*20. *& l.Firmio Heliodoro,*26. §.*pater annua,* 2. *quand. dies leg. vel fideicomm.ced.*

DD. tradunt. 23 Supereſt nunc, vt ea, quæ pro parte heredum teſtatoris allata fuerunt, paucis etiam diluantur. Primi igitur argumenti aſſumtio negatur, cùm legatum hoc planè purum ſit, nec adiecto ſoluendi modo con-
23 ditionale efficiatur. Is enim † à conditione plurimum differt, 24 cum hac, non verò illo legatum reſtringi, 25 atque ideò ille potius, quàm hæc præſumi ſoleat. 26 Quare cùm allegati textus de eiuſmodi legato, quod nō vnicum & purum, ſed multiplex & conditionale eſt, loquantur, ij ſanè ad caſum noſtrum minimè accommodari poterunt. Quę etiam reſponſio ſecundo argumento ſufficere poterit, cùm non concedatur prædicto legato conditionem hanc tacitam ineſſe, ſi legatarius viuat. Non enim apparet, cur magis huic quàm alij legato tacita ea conditio tribuenda ſit. Tertium probatione indiget, quod hoc legatum alimentorum legato affine ſit, & quidem in eo, vt quemadmodum hoc, ita & illud ad hæredes tranſire nequeat. Quare cùm legitima probatio deſideretur, de alimento legatorum ad noſtram hypotheſin minus rectè inferri poteſt, & propterea firmum manet, quòd quadringenta legatarij hæredibus adhuc præſtari debeant.

Additiones.

23 In quorum numero ſunt Bart. *ad d. l.* 20. *& ad l* 8. *de annu legat.* Grat. *conſil.* 82. *nu.* 5. Cæſar Barz. *deciſ. Bonon.* 79. *num* 8. Coſta *alleg. loc.* vbi *num* 2. hanc ſententiam apertiſſimis legibus, grauiſſimis auctoritatibus & rationibus munitam eſſe, atque ſecundùm eam ſæpius ſe reſpondiſſe teſtatur. 24 Ludouic. Molina *lib.* 2. *de primogen. Hiſpan. cap.* 12. *num.* 4. 25 ex Crauetta *conſ.* 59. Coſta *alleg. quæſt.* 16. *num.* 6. 26 Tob. Non. *conſilio* 38. Barnaba Cornazzan. *deciſio.* 54. *numero* 40.

COROLLARIVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis inſtrumentum ex prothocollo Notarij defuncti alius citra magiſtratus auctoritatem extrahere nequit.*

1 CVm Tabellio, coram quo † ſolemniter ad Cameram prouocatum fuerat, antequam ex prothocollo, vt vocant, appellationis inſtrumentum extraheret, diem ſuum obiiſſet, appellans alium Notarium, rogauit, vt è defuncti prothocollo appellationis inſtrumentum conſiceret. Eo autem ad confectionem iſtam magiſtratus auctoritatem non adhibente petiti poſtea proceſſus denegati fuerunt. 1 Conſultiſſimum itaque appellantis patrono videbatur, vt prorogationem fatalium, quæ iam propè lapſa erant, peteret, quo inſtrumenti defectus, quem denegationi proceſſuum cauſſam dediſſe, feliciter ille diuinabat, commodè reparari poſſet. Fatalia igitur appellanti petenti ad menſem prorogata fuerunt, iſque deinde, cùm inſtrumentum denuò cum ſubſtitutione magiſtratus, qua hîc teſtabatur, ſe cum defuncti prothocollo id contuliſſe, atque illi planè conforme deprehendiſſe, protuliſſet, proceſſus petitos impetrauit. 2

Additiones.

1 In cauſa *S. I.* contra *H. R.* menſe Decembri, anno 1607. Imperij enim lege vetitum eſt, ne citra magiſtratus auctoritatem Notarij ex aduerſariis aliorum inſtrumenta exſcribant. *Ordinat. Colon. Zu Vnterrichtung der offenen Notarien*, de anno 1512 §. *Vnd wie wol ein Notarius*, 17. ibi, *ohne Richterlichen Gewalt nicht extendieren.* Imò licet Notarij, qui inſtrumentum conſcripſit, alius Notarius hæres ſit: tamen inſtrumenti deſcriptionem, ſiue expeditionē, vt vocant, ſine iudicis, cuius ea de re notio eſt, iuſſu mandatóque facere nequit, Caſtren. *in l. quadam, §. nihil intereſt, C. de edend.* Felin. *in cap. cum P. tabellio, de fide inſtr.* Guid. Pap. *qu.* 118. *d. Conſtit.* ibi, *Ob jhme daſſelbige gleiche legiert oder geſekt worden were.* Quo etiam pertinent, quæ eleganter confert Hieron. à Cæuallos *in ſpecul. commun. opin. contra comm. quæſt.* 129. 2 Citationem nimirum & compulſoriales, menſe Ian. anno 1608. A ſola enim interlocutoria, vim definitiuæ non habente, prouocatum fuerat.

COROLLARIVM VII.

SVMMARIVM.

1 *Campſor, cui ſolemne debitor inſtrumentum dedit, mandatum de ſoluendo ſine clauſula in Camera Imperiali impetrare poteſt.*

MErcatores Noribergenſes, † mater & proximi agnati cuiuſdam nobilis 1

rogarant, vt huic in Gallia & Italia, de pecunia, qua indigeret, proſpicere ij vellent. Nobili mercatores, tum per inſtitores ſuos, quos Lutetiæ & Venetiis habebant, tum per alios pecuniam petitam numerari curarant. At cùm poſtea ſolutionem vrgentes, vltra promiſſiones ampliſſimas nil extorquere poſſent, ICtorum opem tandem implorare coguntur, qui nihil conſultius eſſe, pro ſolutione promptè conſequenda reſpondent, quam vt ij ſibi à matre & agnatis ſolemne, clauſuláſque ſalutares habens, inſtrumentum dari, atque in eo, quòd ſolutio ad proximas nundinas Francofurtenſes fieri deberet, promitti curent. Cùm igitur inſtrumentum mercatoribus datum, neque ſolutio conſtituto tempore facta fuiſſet, 1 Camera Imperialis ad ſupplices illorum precesmandatum de ſoluendo ſine clauſula decreuit. 2

ADDITIONES.

1 Qualium mentio fit *in* §.*Gleicher Geſtallt*, 35. *deput: Abſchied*, de anno 1600. 2 Ita mandatum fuit decretum *Boſch Forenberger* & *Samler* contra *VVa.* menſe Ianuario, anno 1608.

COROLLARIVM VIII.

ARGVMENTVM.

Edictum prætoris de alterutro hodie ceſſat.

SVMMARIA.

1 *Cauſæ lucratiuæ multiplicandæ non ſunt.*
2 *Plures cauſæ lucratiuæ intuitu eiuſdem rei concurrere nequeunt.*
3 *Diſpoſitio qualibet ita accipi debet, vt eâ ſtatutum lex vel conſuetudo minus lædatur.*
4 *Res qualibet pleno iure relicta cenſetur.*
5 *Vſusfructus regulariter à proprietate non ſeparatur.*
6 *Proprietas relicta etiam vſumfructum comprehendit.*
7 Proprietatis *appellatio dominium plenum ex vſufructu & proprietate nuda conſiſtens complectitur.*
8 *Quod inſtrumentum teſtamenti non cantat, nos quoque non cantare debemus.*
9 *Hæredum æqualiter, & in æquis partibus inſtitutorum idem ius eſſe debet.*
10 *Vna eadémque inſtitutio iiſdem verbis facta non eſt diuerſo iure cenſenda.*
11 *Vna pars inſtitutionis & teſtamenti ſecundùm aliam accipi & declarari debet.*
12 *Diſpoſitiones in heredum legitimorum fauorem interpretari debemus.*
13 *Diſpoſitionum & vltimarum voluntatum interpretatio ita facienda eſt, vt hæredibus inſtitutis & legatariis plurimum proſint.*
14 *Statutum de caſu inteſtati loquens nō extenditur ad caſum, quo defunctus cum teſtamento deceſſit.*
15 *Stricta ſtatutorum interpretatio fieri debet.*
16 *Nemo partim ex teſtamento, & partim ab inteſtato decedere poteſt.*
17 *Creditore debitori ſuccedente, debitum confundi ſolet.*
18 *Doctrina Iacobi Mandelli allegatur.*
19 *Coniugi egeno ex* Auth. præterea, C. vnde vir & vx. *ſuccedendi legatum relictum in quartam imputatur.*
20 *In fauorem introducta ampliari, non reſtringi debent.*
21 *Lucrum ſuperſtiti coniugi ex ſtatuto debitum pactis dotalibus augeri poteſt.*
22 *A pacto ad vltimam voluntatem argumentatio procedit.*
23 *Coniunx moriturus in vltima voluntate ſua lucrum ex ſtatuto ſuperſtiti debitum in totum, vel pro parte auferre nequit.*
24 *Edictum prætoris de alterutro, in hac hypotheſi meritò ceſſat.*
25 *Teſtatorem præſumitur de iis ſaltem teſtari voluiſſe, de quibus ei iure teſtari permiſſum eſt.*
26 *Quod in augmentum introductum eſt, non debet operari diminutionem.*
27 *Maritus vxori coniunctiſſimus eſt.*

TItia, cùm mater nunquam facta fuiſſet, maritum ſuum ex ſemiſſe, atq; ex altero ſemiſſe ſuos ex ſorore nepotes, hæredes inſtituit. Cùm autem ſtatutò ciuitatis N. vbi coniuges iſti domicilium habuerunt, cautum ſit, vt defuncta vxore vſusfructus omnium bonorum ab ea relictorū ad ſuperſtitem maritum pertinere debeat, controuerſia inter prædictos heredes exiſtit, dum maritus non modò ſemiſſem, vi teſtamenti, ſed etiam alterius ſemiſſis vſumfructum vigore ſtatuti, petit: cæteri verò cohæredes vnum tantùm ei ſemiſſem deberi, in altero autem ſemiſſe ſibi relicto nihil eum iuris habere contendunt. 1 Quæſtionis igitur iam eſt, vtrum mariti petitio iuri conſentanea ſit? Et quidem pro parte negatiua ſequentes potiſſimum rationes afferri poterunt.

poterũt. Primò, cauſæ lucratiuæ nimis mul-
1 tiplicandæ nõ ſunt, ſed ille, † qui ſemel ex re
aliqua optimum lucrum percepit, eo con-
tentus eſſe, neque nouum ex eadem, obten-
tu alterius cauſæ, cum iactura, præſertim al-
terius, appetere debet. 1 Traditum enim à
2 noſtris eſt, quòd plures cauſæ † lucratiuæ,
intuitu eiuſdem rei, in eandem perſonam
concurrere nequeant. 2 Si verò dicatur, v-
ſumfructum etiam alterius ſemiſſis ſuper-
ſtiti marito deberi, tum multiplex ei, ex
defunctæ vxoris bonis commodum obue-
niet, atque duæ cauſæ lucratiuę circa idem
concurrent. Haud enim exiguum illud lu-
crum eſt, quod in teſtamento ſemis omniũ
bonorum vxoris illi relictus fuit. Quare
eodem contentus ſit, nec aliud inſuper lu-
crum cum maxima cohæredum iactura te-
merè affectet. Secundò, diſpoſitio quælibet,
ſiue in contractibus, ſiue in vltimis volun-
3 tatibus fiat, † ita accipi, & commoda inter-
pretatione iuuari debet, vt eâ lex, conſue-
tudo, vel ſtatutum quàm minimè lædatur. 3
Læditur autem ſtatutum N. minus, ſi diſpo-
ſitionem defunctæ ita accipimus, quod ma-
ritus proprietatem & vſumfructum ſimul
in dimidia ſaltem hereditatis parte habere,
quàm ſi ita eam interpretamur, quod etiam
in altera parte coheredibus ſuis relicta, v-
ſusfructus ei obuenire debeat. Is enim ſta-
tuti illius finis eſt, atque ſtatuentium men
tem & intentionem fuiſſe coniicitur, vt ex
defunctæ vxoris bonis tam maritus quàm
heredes legitimi commodum ſentire de-
berent, & quidem ejuſmodi commodum,
quo hi integram omnium bonorum pro-
prietatem haberent, ille verò vſumfructum
adipiſceretur. Quem ſanè finem non aſſe-
quimur, neque ſtatuentium menti ſatisfa-
cimus, dum diſpoſitionem ita interpreta-
mur, vt marito proprietatem ſemiſſis, & ſi-
mul vſumfructum totius aſſis tribuamus,
4 Tertiò, non quoad nudam † proprietatem,
ſed plenè iure res quęlibet relicta cenſetur,
5 cùm † vſusfructus regulariter à proprieta-
te ſeparatus non ſit, 4 adeò vt etiam tum,
6 quando proprietas † alicui relinquitur, iſta
non ſola & nuda ſine vſufructu, ſed vnà cum
illo relicta intelligatur, niſi expreſſè teſta-
tor dixerit, quòd proprietatem deducto v-
ſufructu relinquere velit, 5 aut aliundè col-
ligi poſſit, quod hæc eius voluntas fuerit.
6 Alias enim, ſi vſusfructus fundi duo-
bus, proprietas vni legata ſit, tum non
ſoli fructuarij vſumfructum habebunt,
fundi autem legatarius nudam proprieta-
tem accipiet, ſed omnes tam hic, quàm
illic in vſufructu concurrent, & quidem ita,
vt hic non trientem, ſed ſemiſſem: illi verò
alterũ ſemiſſem in vſufructu habere debeãt.
7 Quod non ſolum inter legatarios, ſeu eos,
quibus ſingulari iure quid relictum fuit,
procedit: ſed etiam ob rationis identita-
tem, quoad ipſos hæredes, atque iuris vni- 7
uerſalis ſucceſſores obtinet. 8 Regulari-
ter enim proprietatis † appellatio, ſiue
de legato, ſiue de hereditate proferatur,
dominium plenum ex vſufructu & pro-
prietate nuda, ſiue ſpecialiter ſic dicta, con-
ſiſtens comprehendit. 9 Quartò, teſtamen-
to quod non exprimitur, dictum non
intelligitur, 10 & quod inſtrumentum
† teſtamenti non cantat, nos quoque 5
cantire

Additiones.

1 *§. non ſolum autem, verſ. ſi verò ex cauſa Inſtit. de legat.* 2 *§. ſi res aliena, Inſt. d. tit. l. quoties*, vbi DD. *de ſol.* Socin. *reg.* 62. Io. Bapt. VVeber *diſt. ad Bart.* 247. Heig. *part.* 1. *qu.* 27. *n.* 31. 3 arg. eorũ, quę tradit Panorm. *in c. certificari, de ſepult.* Felin. *in c. cùm M. col.* 3. *de conſtit.* etiamſi verba impropria̾nda eſſent DD. *in l. ſi iuriſiurandi, §. ſi liberi, de oper. libert.* Philipp. Matth. *conſ.* 31. *nu.* 3. *vol.* 1. *int. conſ. Marpug.* 4 Rimin. ſen. *conſ.* 411. *vol.* 3. Ruin. *conſ.* 40. *nu.* 12. *verſ. præterea negari non poteſt, vol.* 2. per *l. ſi proprietas*, 9. *de vſufr. accreſ. l. Sempronius Attalus, §. fi. de vſu vſufr. & redit.* Atque vt vmbra corpus, ita proprietatem vſusfructus ſemper ſequitur Ioan. Matth. Canal *conſ.* 28. *nu.* 20. *tom.* 3. *int. conſ. var. ICtorum, Francof. impreſſ.* 5 *l. ſi alij*, 19. *de vſu. vſufr. & redit. legat. & arg. l.* 17. *&* 13. *C. de iur. dot.* 6 Borg. Caual *in tract. de vſufr. mul. relict. n.* 49. *fol.* 217. Mich. Graſſ. *in tract. de ſucc. ex teſtam. & ab inteſt. in §. legatum, q.* 25. *n.* 3. *verſ. contrariam, & nu* 4. 7 *d. l. ſi proprietas*, 9. vbi Bald. Caſtr. *de vſufr. accreſc. d. l. Sempron. Attalus. §. fin. de vſu vſufr. & red. leg. l. ſi tibi decem*, 6. *de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſu. l. ſi tibi fundi vſusfr.* 17. *quib. mod. vſusfr. amit.* Rol. à Vall. *conſ* 8. *in fi. vol.* 2. Rimin. *d. conſ.* 411. *nu.* 3. Pet. de Rauen. *ſing.* 479. 8 vt poſt Pariſ *conſ.* 94. *n.* 28. *vol.* 2. atq; alios tradit Cauale. *d. tract. n* 63. *fol.* 229. Bart. *in d. l. ſi alij*, Mich. Graſſ. *in d. §. legatũ, q.* 24. *nu.* 11. Alex. *conſ.* 56. *in verſ. vnde cũ in teſtamento, vol.* 3. Dilect. *in tract. de art. teſtan. in tit. de har. inſtit caut.* 4. *n.* 1. Dec. *conſ.* 590. *n.* 6. *&* 7. Mantic. *de coniect. vlt. vol. li* 9. *tit.* 6. *nu.* 19. 9 *Clem. exiui, §. rerum, de V. S. c. cũ ad monaſterium*, vbi Abb. *in pr. de ſtat monach l.* 1. *§. huius autem interdicti, vti poſſid.* Iaſon. *in § omniũ, n.* 63 *Inſt. de action. §.* 1 *Inſt. de vſufr.* 10 Quetta *conſ.* 16. *in fi.* Ioan. Bapt. Coſta *de fact. ſcient. & ignor. inſp.* 71. *nu.* 4.

cantare non debemus. 11 Nullum autem in
teſtamento verbum reperitur, ex quo colli-
gi queat, teſtatricem ſolam nepotibus ſuis
proprietatem relinquere voluiſſe. Ergo per
interpretationem verbis aduerſam hoc in-
ferri non debet. Quinto, eodem iure, quo
pars dimidia marito relicta fuit, altera quo-
que dimidia nepotibus debebitur: ſiquidem
9 heredum † æqualiter & in æquis partibus
inſtitutorum, æquum quoque & idem ius
eſſe, neque vnus præ aliis meliori conditio-
ne frui debet. Inconueniens enim eſt, vt vna
10 eadémque inſtitutio iiſdem verbis facta di-
uerſo iure cenſeatur, 12 atque quoad here-
dem vnum tantùm virium habeat, vt ille
partem ſibi relictam pleno iure acquirere
debeat, quoad cæteros verò ſaltem hoc ope-
retur, vt nuda ad eos proprietas perueniat,
cùm tamen iuxta vulgatum illud DD. axio-
11 ma, vna pars † inſtitutionis & teſtamenti
ſecundùm aliam accipi, intelligi, & declara-
ri debeat. 13 Quæ declaratio & æqualitatis
obſeruatio tam in inſtitutione quàm in le-
gatis maximè attendenda eſt. Quo etiam
pertinet, quòd Ludouicus Romanus 14 tra-
dit, teſtatorem, qui vni mille, atque alteri, vt
primò æqualis eſſet, totidem legauit, & po-
ſteà primò legatum ſuum in codillis ade-
mit, etiam ſecundò ademiſſe intelligi. 15
12 Sextò, diſpoſitiones † non in extranei, ſed
potius heredum legitimorum fauorem in-
terpretari debemus. 16 Maritus autem ex-
tranei loco habetur, & nepotes ex ſorore
teſtatricis in eorum numero ſunt, qui aliàs
etiam, ſi teſtamentum conditum non fuiſ-
ſet, teſtatrici ab inteſtato ſucceſſuri erant.
Ergo etiam magis in horum, quàm in ma-
riti fauorem vltimam hanc voluntatem in-
13 terpretemur. Septimò, talis diſpoſitionum †
& vltimarum voluntatum interpretatio fa-
cienda eſt, vt his quibus aliquid in illis reli-
ctum fuit, plurimum prodeſſe queant. Pro-
derit autem hæc diſpoſitio nepotibus teſta-
tricis plurimum, ſi ita accipiatur, vt cum
proprietate vſusfructus etiam illius ſemiſ-
ſis relictus iis cenſeatur: econtra verò vtili-
tatē admodum exiguam afferet, ſi ſola per
ſeam proprietas tribuatur. Quid enim com-
modi quæſo illi ſentient, ſi imaginarium
quidem ius proprietatis habeant, alius autē
re vtatur, omnesque ex ea fructus percipiat?
14 Octauò, ſtatutum † de caſu inteſtati loquēs,
non poteſt extendi ad eum caſum, quo de-
functus teſtatus deceſſiſſet, atque eidem ex
teſtamento ſuccedi debet. Stricta enim ſta-
tutorum † interpretatio eſt, atque caſus ſpe-
15 cialiter in iis non expreſſus, pro omiſſo ha-
betur, 17 & verbis eorum ſtrictè inhærere,
neque vllam aliam interpretationem adiun-
gere debemus. 18 Ciuitatis autem N. ſtatu-
tum eo de caſu loquitur, quo vxor inteſta-
ta deceſſit, quòd tum maritus in vſufructu
omnium bonorū eidem ſuccedere debeat.
Haud igitur ad eum caſum, quo cum teſta-
mento illa moritur, id extendi debet. No-
nò, vt iuri noſtro † aduerſatur, pro parte te- 16
ſtatum, & pro parte inteſtatum quem dece-
dere: ita quoque eidem minimè conuenit, ſi
quis defuncto partim ex teſtamento, partim
ab inteſtato ſuccedere vult. Maritus autem,
dum ſemiſſe in teſtamento vxoris ſibi reli-
cto, contentus non eſt, ſed inſuper vſumfru-
ctum alterius ſemiſſis ex ſtatuto ſibi deberi
contendit, hoc agit, vt vxori partim ex teſta-
mento, quoad vnum videlicet ſemiſſem,
partim verò ab inteſtato, quoad vſum-
fructum alterius ſemiſſis ſuccedat. In-
tentio illius igitur illius iuri non adeò cō-
ueniens eſt. Decimò, quamuis maritus, ſi he-
res inſtitutus ab vxore non fuiſſet, poſt obi-
tum illius vſumfructum prædictum petere
potuiſſet: tamen hoc debitum ſtatim ſubla-
tum & extinctum fuit, atque maritus vxori
ex teſtamento ſucceſſit. Confundi enim &
per † confuſionem illam extingui debitum 17
ſolet, ſi creditor debitori, vel hic illi ſucce-
dat.

Additiones.

11 Baldus *in c. venerabilem, de elect. & in l fin. C. de falſ. cauſ. adiect.* Adrian. Gilman. *libro 1. rer. iudic. dec. 6. numero 123.* 12 *arg. l. eorum, qui, 23. de vſuc.* Dec. *conſ 10. numero* 6. Neuizan. *in ſylu. nupt. libro 1. numero 187.* 13 *l. qui filiabus, 17. de legat. 1.* Decius *conſ. 15. numero tertio, conſ. 270. numer. 2. conſ. 416. numero 4. conſ. 480. numero 7.* Quetta *conſil. 16. numero 20.* Ioan. Vincent. Honded. *conſ. 57. numero 7. volum. 1.* Vincent. de Franchis *dec. 153. numero tertio,* per *l. ſeruus plurium, 50. §. fin. de legat. 1. l. quaſitum, 12. §. Papinianus, antepen. de inſtruct. vel inſtrum. legat. l. vtrum 23. de her. pet.* 14 *ſing. 320.* 15 *l. alteri,* vbi Bart. & Gothofred. *de adim. vel transf. legat.* Mantica *de coniect. vlt. volun. libro primo, numero 30. & 39.* 16 *l. hac. conſultiſſima, § ex imperfecto, C. de teſtamen.* 17 Perr. Pech. *de teſtam. coniug. libro quarto, ca. 2. numero quarto, & cap. 5. numero tertio,* per *l. ſi extraneum, de condict ob cauſ. l. ſi cùm dotem, ſolut. matr.* 18 Baldus *ad c. ſignificante, verſic. ſed quid ſi ſtatutum, de appellat. & in l. ita nobis, Cod. de adulter.*

dat.19 Vndecimò huc pertinet doctrina Ia-
cobi Mandelli, 20 qua tradit,quòd maritus
18 † vltra quartam ſtatuto relinqui permiſ-
ſam,vxori ſuę veſtes,annulos aut alia ioca-
lia minimè legare queat : aut,ſi illa leget,tū
in prædictam quartam eadem imputari de-
19 beant. 21 Duodecimò non immeritò †
huc referri poteſt, *Authent præterea,C.vn-
de vir & vxor.* vbi expreſsè conſtituitur,
quòd coniugi egeno, qui defuncto iæ quar-
ta ſuccedit, legatum relictum in eandem
imputari debeat. Quod ſi illud hoc in caſu,
vbi egeſtas ſuperſtitis fauorem mereretur,
obſeruandum eſt : multo magis fauore eo
ceſſante idem obtinebit.Sic etiam pater,cui
aliàs in bonis liberorum maternis vſusfru-
ctus debetur,ſi beneficio *d.Auth.*frui,atque
quartam petere velit vſufructui prius re
nuntiet,neceſſe eſt,cùm hunc retinere,& il-
lam ſimul adipiſci minimè queat. 22 Imò
quòd pater vſumfructum, quem in bonis
filij habet, ſtatim amittat, ſi filio ſuccedat,
atque illius pro parte heres fiat,tradit Boë-
rius. 23 Verùm adductæ hactenus pro ne-
gatiua rationes tanti momenti non ſunt,
quin ab aliis fortioribus pro affirmatiua
militantibus vincantur, atque propterea
veritati magis conſentanea videatur. Pri-
20 mò enim,quòd in fauorem † alicuius intro-
ductum eſt, minimè reſtrictionem & coar-
ctationem,ſed potius ampliationem mere-
tur.24 Statutum autem,cuius vigore mari-
tus ex prædefunctæ vxoris bonis lucrum
percipit, in eius fauorem introductum eſt,
25 vt poſt varia illa, quę conſtante matri-
monio ſuſtinuit, onera rurſus gratū quod-
dam leuamen ſentiat,atque poſt obitum et-
iam vxoris, bonis eiuſdem fruens ſolatio
quodam afficiatur. Hunc igitur ſtatuti fa-
uorem non ita coarctari & reſtringi conue-
nit,vt amplius obtinere non debeat,ſi vxor
memor plurimorum à fideliſſimo marito
ſibi exhibitorum beneficiorum in teſta-
mento ſuo eidem vlterius quid atque ſta-
tuto debebatur,relinquit,cúmque ſuum ex
parte hæredem facit. Secundò prohibitum
21 non eſt, vt lucrum † ſuperſtiti coniugi ex
ſtatuto debitum pactis dotalibus augeatur,
atque non minus augmentum hoc pactio-
ne adiectum quam ipſum principale ſtatu-
to delatum rectè peti poteſt.26 Quod ſi pa-
22 cto † fieri poteſt, rectè etiam in teſtamen-
to & vltima voluntate, quin fiat dubium
non eſt,cùm à pacto ad vltimam volunta-
tem hoc in caſu argumentatio procedat.
Tertiò quamuis prohibitum ſit,ne coniunx
23 † moriturus in vltima voluntate ſua lucrū
ex ſtatuto ſuperſtiti debitum in totum, vel
pro parte auferat, 27 adeò vt neque fidei-
commiſſo,neque alij oneri illud obnoxium
ſit,28 niſi fortè altero coniuge conſentiente
hoc fiat: 29 attamē nullibi facultas augen-
di lucrum illud prohibita reperitur.Quare
permiſſa eſſe intelligetur, 30 & per conſe-
quens illud, quod ita adiectum fuit, vltra
ſtatutarium lucrum præſtādum erit.Quar-
tò huc referri poteſt textus *in l.vnic.§.pri-
mum itaque,3. C.de rei vxor. actio.* quo di-
ſponitur, quòd vxor ſibi à marito relicta in
dotem imputare non teneatur, ſed vtrumq;
& dotem & relicta ſibi à marito conſequi
poſſit,cùm manifeſtiſſimū ſit, teſtatorē,qui
contrarium non dixerit,voluiſſe eā vtrum-
que cōſequi, atque propterea edictum prę-
toris † de alterutro introductum, merito 24
ceſſare debeat. 31 Eadem ergo noſtro in
caſu

ADDITIONES.

19 Heres enim cum defuncto vna, ea-
démque perſona eſſe cenſetur, atque actio
& paſſio in eodem ſubiecto concurrere ne-
queunt, *l.vbi repugnantia,de R.I.* nemo ſui
ipſius creditor & debitor eſſe poteſt,*l.Pra-
nius,de fideiuſſor.l.frater à fratre,de condic.
indeb.l.95.§.adstio.de ſolut.* 20 *in conſ.5.
num.5.* 21 arg.eorum,quæ tradit Bald.*in
l.quoniam in prioribus,col.3.C.de inoff.teſta-
men.* 22 arg.not.*in l.cum filius, §.variis,
de lega.*3.Petr.Peck.*de teſtam.coniug. lib.4.
c.3.n.3.* 23 *dec.172.circa fi.* 24 *l.quod fauo-
re,C.de LL.l.plures apochis. C.de fid.inſtr.l.
generaliter,§.1.in fi.C.de ſec.nupt.* 25 Ruin.
conſ.199 col.fi.& conſ..01.col.4. lib.1.conſ 11.
*col.3.lib.5.*Roland.à Vall.*de lucr.dot.q.4.* 26
Hardevvig à Daſſel *conſ.48.per tot.vol.1.* 47
Alex.Iaſ.& alij *in d.auth præterea,Cod.vnde
vir & vx.*Rol.à Valle *in tract.de lucr.dot.
q.82.nu.2.*Iacob Mandel.*conſ.50.* Ruin.*conſ.*
132.*col.4.&5.vol.2.*Hieron.Pantzſchman.*de
teſtam.q.5.in pr.* 28 Iohan.Dauth.*in tract.
de ſubſtit.n.27.* per *l.ſi arrogator, de adopt.l.
Papinianus,§ ſi quis impubes,de inoff.teſta.*
Hiero.Panſchman,*d.q.5.n.2.* Dan.Moller.
*ad d.conſt.7.num.*1 Dn.Iac.Scult.*in addit.q.
Modeſt.Piſtor.part.1.q.3.n.21.* 30 *l.nec non,
§.quod eius,ex quib.cau.maior.l.cùm prætor,
de iud.l maritus,C de procur.* 31 Per quem
textum ita ſimpliciter definit Alex *conſ.99.
in fi.vol.7.& conſ.19 col.pen.n.12.vol.6.*Nic.
Euerh.iun.*cōſ.28.nu.112.vol.2.* Heig *par.1.q.
27.n.27* Ant.Fab.*li.3. C.tit.23.def.1.n.7.* Edi-
cto autem illo de alterutro cauebatur, vt ſi
quid maritus vxori, aut hereditatis, aut le-
gati,aut fideicommiſſi titulo reliquiſſet,al-
terutro contenta eſſet mulier, relicto ſcili-
cet vel dote, actione ex teſtamento, vel rei
vxoriæ actione Cuiac.3.*obſ.16.*

caſu cùm militet ratio, & manifeſtiſſimum ſit, teſtatricem marito lucrum ex ſtatuto debitum adimere voluiſſe, cùm ne verbũ quidem in diſpoſitione illius deprehendatur, ex quo voluntas eiuſmodi conijci queat: ideò idem quoque ius obtinebit. Quintò, dubiũ
25 non eſt, quòd teſtatrix † de iis ſaltem teſtari voluerit, atq; etiam teſtata ſit, de quibus eidem iure teſtari conceſſum fuit. Atqui iure, nonniſi de proprietate omnium bonorum teſtari ipſi licuit, cùm eorundem vſusfructus ex ſtatuto ad maritum pertinuerit. Quæ enim ex ſtatuto maritus poſt obitum vxoris habere debet, de iis omnino illa teſtari prohibetur. 32 Sextò, quod in augmentum † in-
26 troductum eſt, non debet operari diminutionem. 33 Quo etiam ſeptimò pertinet, quod Daniel Mollerus *allegat. loc.* tradit, viro, cui mulier mille in dotem dedit, & alia mille in teſtamento legauit, vtraque mille deberi, vbi etiam *num.* 3. expreſſè docet, tam lucrum quod vel ex lege, ſtatuto, vel conſuetudine, aut pacto dotali marito vel vxori è bonis defuncti debetur, quàm illud, quod in teſtamento ei relictum eſt, rectè petere ſuperſtitem poſſe, atque illud quidem, vt creditorem, hoc verò vt legatarium, niſi de cõtraria defuncti voluntate conſtaret, atque ita etiam ſæpius Dominos Scabinos Lipſienſes pronuntiaſſe teſtatur. Octauò ſententiam hanc haud pauci egregij ICti defendunt. 34 Tandem non obſtant, quæ ſupra pro contraria opinione allata fuêre. Nam primum argumentum noſtra in hypotheſi planè nõ militat, cùm ita demum concurſus duarum lucratiuarum cauſarum contra iuris prohibitionem contingens obijci poſſet, ſi quis eandem rem, quàm antea vigore ſtatuti lucratus fuit, denuò ex teſtamentaria diſpoſitione ſibi præſtari peteret. Quod autem hîc minimè fit, ſed aliud nimirum vſusfructus totius aſſis vigore ſtatuti, atque aliud, videlicet proprietas ſemiſſis, ex teſtamento petitur. Ad ſecundum quoque facilis reſponſio eſt. Haud enim læditur ſtatutum ciuitatis N. ſed ſaluum manet, atque vires ſuas obtinet, dum diſpoſitio teſtatricis ita accipitur, quod de vſufructu illo, quem ſtatutum poſt illius obitum ad maritum pertinere vult, minimè loquatur, ſed ſaltem ad ea pertineat, de quibus liberè illa diſponere potuit. Læderetur autem illud maximè, ſi vltimam hanc voluntatem ita interpretari vellemus, quòd per eam marito lucrum ſtatutarium auferri deberet. Tertium item argumentum tum demum procedit, quando vſusfructus à proprietate nondum ſeparatus eſt, ſed ei adhuc cohæret, atque non minus ille, quàm hæc ad teſtatorem pertinet. Tũ. n. ſuper res plenè tã quoad ꝓprietatẽ, quã quoad vſumfructũ relicta cenſetur, etiã eo interdũ caſu, quo proprietatis ſolũ in diſpoſitis mẽtio facta fuit. Atque eo omnes allatæ leges & DD. auctoritates pertinent. Cùm verò vſusfructus a proprietate ſeparatus iam eſt, atque vel viuo adhuc diſponente, vel ſtatim poſt eius obitum, vt noſtro in caſu, à lege vel ſtatuto alij defertur, tum per ſe clarum eſt, quòd ipſius diſpoſitio eò extendi nequeat, vt etiam de iure, quod ad alium pertinet, accipiatur. Porrò quintum argumentum ſententiam noſtram magis confirmat, quàm eidem aduerſatur. Eo enim ipſo, dum teſtatrix non dixit, ſe per hoc teſtamentum marito ſuo vſumfructum adimere velle, nos quoque id contra ipſius mentem dicere aut cantare non debemus. Quod autem ſola proprietas ſemiſſis ad nepotes inſtitutos peruenire deberet, vt ſpecialiter exprimeretur, opus non fuit, cùm inſtitutioni hoc ipſum tacitè ineſſet. Quin tum etiam parum negotij faceſſit, cùm in ſemiſſe ſibi relicto maritus vi teſtamentariæ diſpoſitionis plus iuris haud afferat, quàm cohæredibus ſuis in altero ſemiſſe competere poteſt. Vt enim his nudam proprietatem, ita etiam ſibi eandem, quoad ſuam portionem, in teſtamento relictam eſſe facilè concedit, neque quicquam amplius ex eodem ſe petere poſſe libenter fatetur. Verum hæc diſpoſitio vſuifructui nihil præiudicat, vtpote quem non ex teſtamento vxoris, ſed ex ſtatuto N. iis petit

ADDITIONES.

32 Caſtr. *in l. ſi cum dotem. in fin. pr. ſoluto mat.* Rum. *conſ.* 132. *col.* 4. *&* 5. *volum.* 2. Mand. *conſ.* 50. *nu.* 1. Bened. *in c. Raynutius, in verb. & uxorem nomine Adelaſiam.* poſt gl. *num.* 224. *verſ. tamen* Peck. *de teſt. coni. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 3. Graſſus *in theſ. com. opin.* §. *inſtitutio, q.* 23. *num.* 5. Quo facit *auth. hoc locum, C. ſi ſecund. nupſ. mul. cui mar. vſumfruct. rel.* vbi expreſſè conſtituitur, quod vſufructui in dote ſiue in donatione propter nuptias lege permiſſo derogari non poſſit. 33 *l. legata. de adim. legat. l. naturaliter,* §. 1. *de acquiren. poſſ. l. ſi mãcipia, de fun. inſtruct.* Dan Moller. *lib.* 3. *ſemeſtr. c.* 25. *n.* 3. Ioan. Meiſ. lin. *dec.* 1. *nu.* 71 *tom.* 4. 34 Iaſon *conſ.* 127. *li.* 1. Gozad. *conſil.* 88. Ferron. *ad conſuet. Burd. lib.* 1. *tit.* 4. *de dote, verſ. propone expreſſim cautum, pag.* 124. Forſt. *de ſucc. lib.* 5. *ca. de ſucc. vir. & ux. in* 2 *concl. in* 3. *ampl. ver. queri nunc poteſt.* Boer. *dec.* 244. *n.* 3. *&* 6. Coraſ. *li.* 3. *miſc. c.* 1. *n.* 8. Heig. *all. q.* 27. *n.* 20. M. Anton. de Amat. *dec.* 143.

petit. Ad 6.&7. reſpondetur, quod nulla planè hîc opus ſit teſtamenti interpretatione, cùm per ſe ſatis illud clarum & manifeſtum ſit. Si etiam vlla interpretatio neceſſaria eſſet, tum nulla euidens cauſa apparet, cur magis in cohæredum quam mariti fauorem illa fieri deberet. Non enim ſuitatis illi iure gaudent, neque in eorum numero ſunt, quorum reſpectu maritus pro extraneo habendus ſit, ſed potius hîc optimo iure inter neceſſarios & coniunctos vxoris refertur, imò eidem † coniunctiſſimus eſt. 35 Quare etiam in dubio interpretatio ita facienda eſſet, vt plurimum inde ad hunc commodi redundaret. Haud magis octauum vrget, cùm ſtatutum ciuitatis N. non de ſola inteſtati cauſa loquatur, ſed ſimpliciter & indiſtinctè diſponat, quod poſt obitum vxoris vſusfructus omnium bonorum eiuſdem ſuperſtitis mariti fieri debeat, vt non immeritò ſimpliciter & indiſtinctè vtroque de caſu tam teſtati, quàm inteſtati accipiendum illud ſit. Ex nono quoque abſurditas nulla inferri poteſt, cùm ſæpius hoc fieri ſoleat, vt hæres inſtituatur, atque ex teſtamento ſuccedat is, qui alio etiam iure aliquid ex defuncti bonis percipit. Decimum, duplicem potiſſimum ob cauſam nõ procedit, tum quod totius hereditatis inuentarium legitimè confectum fuit, vt debitum marito interire non potuerit, ſed eidem ſaluum manſerit, 36 tum quòd licet inuentarium confectum non fuiſſet: tamen, cùm debitum non niſi pro hęreditaria portione confundi ſoleat, 37 cohæredes mariti non integrum ſemiſſis, ſed tantum dimidiæ eiuſdem partis ſiue quadrãtis vſumfructum petere poſſent. Vndecimum etiam ſententię noſtræ omnino non aduerſatur, cùm Mandellus *alleg. locis* de eiuſmodi ſtatuto loquatur, quo expreſſè cautum eſt, quod mulier nonniſi in quarta inſtitui poſſit, & quod omnia vlterius relicta in quartam illam imputanda ſint. Ex vltimo denique nihil inferri, neque à quarta illa ad noſtrum caſum firmum argumẽtum duci poteſt, cùm vt in prædictam quartam legata cæteráque relicta omnia imputentur, expreſſa lege cautum ſit: quod tamen noſtro ſtatuto minimè diſpoſitum reperitur. Illud enim haud negatur, ſi à conditoribus ſtatuti, aut etiam teſtatore caueatur, quòd relicta quis haud præcipua habere, ſed ea in lucrum ſtatutarium imputare debeat, tum ſuperſtitem coniugem non vtrumque, & ſtatutarium lucrum & teſtamento relictum, adipiſci poſſe, ſed alterutro eorum contentum eſſe oportere. Cùm autem neque ſtatuto N. hoc ſancitum neque etiam à teſtatrice in diſpoſitione ſua expreſſum fuerit, conſequens eſt, quòd maritus relictum ſibi ſemiſſem præcipuum habere, & inſuper etiam ſtatutarium lucrum plenè acquirere debeat. Atque ſic ex iis, quæ hactenus breuiter deducta fuerunt, abundè probatur, quod mariti petitio æquitati maximè conſentanea ſit, atque ideò vtrumque optimo iure is petere queat. 38

ADDITIONES.

35 *l. ſi verò, §. hac actio, de his, qui deiec. l. alienam,* 10. *C. de legat.* Vultei. *conſ.* 25. *nu.* 23. *vol.* 2 *int. conſ. Marp.* 36 *l fin. §. 9. C. de iur. del. Nou.* 1. *de her. & Falc.* Montic. *in tr. de inuent. her. ca.* 10. *n.* 1. Phanuc *de inuent. her. part.* 5. *nu.* 14. Fab. *Decad.* 2. *err. pragm. err.* 4. quamuis paulò aliter is hoc explicet Ioan. Dilect. *de art. teſt. tit.* 11. *caut.* 13. Pincl. *ad l.* 1. *part.* 3. *n.* 92. *propè fin. C. de bon. mat.* 37 *l. pen. C. de her. act. l ſi ab eo.* vbi Bart. *C. de negot. geſt.* Menoch. *conſ.* 125. *per tot. vol.* 2. Fr. Marc. *dec. Delphin.* 852. *n.* 2. *vol.* 1. Borell. *conſ.* 31. *n.* 46. 38 Cæterum quid eiuſmodi in cõtrouerſiis inclyta facultas iuridica Lipſienſis pronunciare ſoleat, ſatis ex ſequentibus colligi poteſt, quæ habentur, *in Bedencken der Juriſten Facultat zu Leipzig, §. bey der* 37. Cõſtitutiõ: *Es wirdt offtmals in Zweiffel gezogen, wann vnder gemeinen Leuthen, der Eheman dem Weibe, oder das Weibe, oder das Weib dem Eheman etwas im Teſtament vermacht, ob ſie daſſelbige neben dem, was jhm oder jr, vermog einer Eheſtifftung oder Willkuhr gebuhret, zufordern befugt? Wir ſeyndt bey der* Conſtitutione 37. *part.* 3. in verbis, *wenn ſie Erbe nimmet, &c. geblieben, vnd haben* inter quotam hereditatis, & inter legatũ diſtinguirt. *Wann nun das Weib neben den Kindern, oder andern, vom Mann zum Erben eingeſetzt, ſo wirdt dem vberbleibenden billich freygeſtellet,* quam viam ſuccedendi eligere velit, *ob es bey der Wilkuhr vnd Eheſtifftung, oder bẽ dem* Teſtamẽto *bleibẽ wolle. Wann jhr aber ein bloſz* legatum, *es ſey groſz oder klein, vermachet, ſo haben wir* diſtinguirt inter debitum neceſſarium & debitum voluntarium. Priori caſu, *als wenn dem Ehegatten ein gewiſſe* portio *vermog eines* ſtatuti *gebuhret, vnd es wirdt jm hieruber ein* legatum *geordnet, daſz ſolch* legatum *in die* portionem virilem, ſiue ex ſtatuto debitam imputirt *werde*, quia lex ipſa facit imputationem, *immaſſen der Text hell vnd klar: Es ware denn* in teſtamen-

to *auſs trucklich geſekt, daſs er es vber das, vvas jhme ſonſt gebuhret haben ſolle. Aber* poſteriori caſu indebito voluntario, *vvann eine Chegattī et vvas* ex cōuẽtione *oder* pacto *gebuhret, haben vvir keine* imputationem, *ſondern das* legatum *zugleich erkant. Alſo trachten vvir auch billich, vvann Cheleuthe eine Cheſtiffung auffgerichtet, vnd beliebet, vnd es ſtirbt das eine vnder denſelben, daſs der vberlebende Chegatte, ſo viel deſs veſtorbenen Guter anlanget, bey der Cheſtiefftung bleiben ſolle vnd* viam ſucceſſionis ab inteſtato *nicht vvelen konne. Vnd vverden vir berichtet, daſs von andern vngleich hierinnen geſprochen vverde.* Quo etiam pertinent, quæ eleganter confert Dn. Andr. Goldebecc. *de ſucc. ger. ad. Sax. tit. de primo ad ſucced. num.* 14. & *ſeqq.* nimirum viduam nobilem, quæ ex cōſuetudine loci, vel ex teſtamento mariti, quotam hereditatis ipſius accipit, reliqua iura muliebria, veluti geradam, dotalitium, ſponſalitiam largitatem & commeſtibilia exigere non poſſe, niſi in pactis dotalibus vel teſtamento mariti expreſſè fuerit cautum, quòd vidua non alterutrum, ſed vtrumque percipere debeat.

COROLLARIVM VLtimum, & maxima ex parte hiſtoricum.

ARGVMENTVM.

Apannagia liberis regiis natu minoribus in Francia conſtitui ſolent.

SVMMARIA.

1 *In Francia Regi plurium liberorum patri vnus ſaltem in regno ſuccedit.*
2 *Olim Francia regnum diuiſioni obnoxium erat.*
3 *Illud ſaltem in prima & ſecunda Regum ſtirpe obtinuit.*
4 *Portiones reliquis liberis regiis conceſſa apannagia vocantur?*
5 *Apannagia vnde appellentur?*
6 *Arreſtum, quod Philippus III. Franciæ rex contra Siciliæ regem pronunciauit.*
7 *Apannagia ad fœminas non tranſeunt, ſed deficientibus maſculis ad regem reuertuntur.*
8 *Lites de apannagiis motæ in ſola ſuprema curia Parienſi tractantur.*
9 *Delphinatus quonam iure ad filium regis natu maximum pertineat?*
10 *Delphinatus quomodo ad Franciæ coronam peruenerit?*
11 *Hiſtoria & vita omnium regum Franciæ breuiter explicantur.*

IN Francia ſi Rex plurium † liberorum 1
pater, moriatur, vnus ſaltem eorum, natu maximus, in regno ſuccedit, atque cæteris apannagia conſtitui ſolent. 1

Nam etſi olim rege decedente, qui † plu-
res liberos maſculos reliquerat, territorium 2
ij, & regiam, quæ territorio inhærebat, dignitatem æqualiter diuidebant, & quilibet eorum peculiare regnum in parte, quæ per diuiſionem ad eum peruenerat, conſtituebat, atque Galliæ rex ſalutabatur: 2 attamen
hoc, non niſi in prima & ſecunda Regum † 3
ſtirpe obtinuit, in tertia verò alia conſuetudo oborta eſt, 3 qua coronam natu maximus ſibi vnicè vindicauit, & Galliæ ſolū nō niſi vnius regij ſolis radiis illuſtratū fuit, reliqui vero liber regij ſaltē ducatus, comitatus, aliáſue inferiores, atque à Regia Maieſtate conceſſas ditiones habuerūt. A regno Hugonis Capeti vſque ad Ioannem regem comitatus tantum ipſis dati fuerunt, excepto filio quodam regis Roberti, qui Burgundiæ dux fuit. Tenuerunt item terras ſibi conceſſas non pleno & proprietatis iure, ſed ſaltem vſufructu, vt de fructibus & reditibus certarum regionum diſponere poſſent, indéque regi, veluti ſeniori & domino vaſatillitica fide obſtricti erant.

Atque hinc poſt Philippum Auguſtum, vt conueniens rei vocabulū eſſet, non amplius dicebantur cum fratre rege *diuidere:*
quòd proprietatem † quandam ſapere vide- 4
batur, ſed portiones ipſis conceſſæ *apannagia*, ſeu *panagia* appellabantur, à Græca voce (vt nonnulli volunt) ἅπαν, ſeu πᾶν, quod *omne* ſignificat, & ἅγιον *ſanctum*. Nam cùm Galli è Græcia vbi Balduinum Flandriæ co-
mitem † imperium Orientis acquiſiturum 5
iuuarant, redirent, ibique ducatum Athenienſem, & principatum Achaicum à Balduino nobili cuidam Campanenſi Godefrido cōceſſum Apanage dici audiuiſſent; idem nomen accommodarunt iis terris, quæ ſub ſimili lege in Gallia à Rege benè meritis concedebantur.

Et quamuis ab initio nomen hoc omnibus eiuſmodi donationibus commune fuit: tamen poſteà vſus, vocabulorum parens & magiſter, illud per excellentiam cōceſſioni illi

illi regiis liberis factæ propriè & vnicè at-
tribuit.Sunt quoq; nõnulli,qui hoc *apana-
gij* vocabulũ deriuãt à Græca voce *πάνυγε*;
qua propriè *prouiſio* ſiue *ſuſtentatio vitæ* ſi-
gnificatur, item à Gallico illo , *pain*, quod
panem denotat.

Quam etymologiã iuuare quodammodo
6 videtur ſententia ſiue arreſtum,quod † Phi-
lippus III.in pleno procerum regni cõſilio,
ratione Comitatus Pictauienſis & Auernen-
ſis contra Carolum I.Siciliæ regem, S.Lu-
douici fratrem pronũciauit: quòd videlicet
liberis regiis natu minoribus non debeatur
quota,ſeu legitimaria portio ex ſucceſſione
patris,ſed ſufficiat,ſi pro ſua voluntate & ar-
bitrio pater vel frater natu maximus tantũ
iis aſſignet, quantum pro alimentis & ne
ceſſaria ac honeſta vitę ſuſtentatione requi-
ritur: item quòd quilibet rex habeat pote-
ſtatem apannagia minuendi,ſi nimis magna
à ſuo prædeceſſore data fuerint: Atque ne a-
7 pannagia illa , ſi † fœminæ in iis ſuccede-
rent,à corona abalienarentur,& per earum
connubia in extraneam familiam transfer-
rentur,ſæpius cautum fuit,vt maſculis defi-
cientibus ad Regem illa redire deberẽt Etſi
enim olim cùm apannagia liberis,& eorum
heredibus darentur , non rarò vocabulũ il-
lud generale heredum fœminas ad lites ani-
mabat,ac ſi ipſæ quoque veluti heredes , ad
apannagiorum ſucceſſionem vocatæ eſſent:
tamen clauſulis,& conditionibus, quas po-
ſteriores conceſſiones plerumque annexas
habuere,item lege S. Ludouici de reuerſio-
ne apannagiorum deficiẽtibus maſculis fa-
cta,huic etiam dubio maturè & ſalubriter
prouiſum fuit,vt hodiè heredes fœminæ ab
eiuſmodi ſucceſſione pœnitus excludan-
8 tur.Lites de apannagiis † motæ ex ſingula-
ri priuilegio nõ niſi in ſuprema curia Pari-
ſienſi , vbi etiam de Regis domanio agitur,
tractari & decidi ſolent. 4 Cæterum viuo
9 adhuc rege † ad filium eius natu maximum
ſimili ferè lege prouincia Delphinatus per-
tinet, atque is Delphini cognomẽ inde ſor-
titur. Cui prouinciæ ab arce quadam inibi
ſita,quæ *le chaſteau Daulphin*,arx Delphini
vocatur,nomen inditum eſſe volunt. Olim
cùm Galliæ regnum diuiſioni adhuc ob-
noxium eſſet , Delphinatus primum ad
Aureliæ, poſteà ad Burgundiæ regem ſpe-
ctabat.

Deinde à Rodolpho I. Rege Burgundiæ
10 † vltimo in comitatũ is erectus,& Guiguio,
cui *Craſſi* cognomen erat,conceſſus fuit,cu-
ius filius cum patre *ὁμώνυμος* primus ſe
Viennæ Delphinum vocauit.

Tandem Humbertus Viennæ Delphinus
ob nimium quo ex præmaturo filij vnici
obitu conficiebatur , mœrorem præ tædio
rerum ſecularium cœnobia ingreſſurus Põ-
tifici Romano dictum Comitatum pro vi-
li precio vendere cogitabat. Verum nobiles
ipſius ac vaſalli,qui magis Francorum lilia,
quàm claues Petri amabant, eum perſuade-
bant,vt potius regem,quàm Pontificẽ em-
torem eligeret. Emit itaque a dicto Hum-
berto Delphinatũ Philippus Valeſius Gal-
liarum rex,eorúmque contractui ea lex di-
cta fuit , vt ſemper filius regis natu maxi-
mus,quoad pater in viuis eſſet , *Delphinus*
appellaretur 5 Atq; hæc communis † om- 11
nium ferè chronicographorum opinio eſt.
Verùm alibi ſe cõperiſſe D. Haill. in 6 ſcri-
bit,quòd non emtionis venditionis,ſed do-
nationis titulo Galli Delphinatum teneant.
Nã cùm dictus Humbertus ſpe prolis pro-
creandæ ſe orbatum videret, Delphinatum
pleno tã poſſeſſionis,quàm proprietatis iu-
re Philippo , filio ſecundo Philippi Valeſij
cõceſſit,ſique is moreretur,alióue legitimo
impedimẽto detentus ei præeſſe non poſſet,
tũ Iohannes Normãniæ dux,filius dicti Re-
gis natu maior,eiúſq; heredes & ſucceſſores
eodem eum iure haberent, ſed ea cũ condi-
tione,vt is,qui Delphinatũ teneret , ſemper
Delphini cognomen gereret, illiúſq; comi-
tatus inſignia geſtaret,vtq; nunquam is Gal-
lię regno immediatè iungeretur,voluit. At-
que hanc donationem cum multis aliis cõ-
ditionibus in inſtrumento ſuper ea re con-
fecto expreſſis factam fuiſſe idẽ teſtatur. Ve-
rum cùm Galliarum Reges prouinciã hanc
Italiæ vicinam tutius cuſtodire vellent,non
obſtantibus pactis prædictis , immediatè eã
regno iunxerint,vtque filius regis natu ma-
ior, qui probabiliter patri in regno ſucce-
dere præſumitur, *Delphinus Galliæ* vocare-
tur conſtituerunt. Carolus V. itaque ſub re-
gno patris primo ſub ea cõditione Delphi-
natum tenuit,qui poſtea eodem iure ad Re-
gum protogenitos peruenit, cùm reliquos
liberos natu minores apannagiis , quæ pa-
ter vel frater eorum regium ſceptrum te-
nens ipſis decernit , contentos eſſe opor-
teat.7

ADDITIONES.

1 De quibus latè agit Renat. Choppin. *de
doman. Franc. lib.2. tit.13. & 14.* 2 In prima
enim regum Galliæ ſtirpe poſt obitũ Clo-
douei , relicti eius quatuor filij Childeber-
tus,Clotarius,Clodamirus ex legitimo tho-
ro nati , & Theodoricus nothus Galliæ re-
gnum in quatuor partes diuiſerunt,& quili-

Chil. Rex Fraco- rum VI.

Metenſis æqualem cum Gondrano tutelam & adminiſtrationem appetebat, ſed etiam Gondeualtus quidam è monaſterio prodiens,& Clotarij magni ſe filium iactitans regium ſceptrum vſurpare audebat. Verum iſte,cùm in Gondrani manus incidiſſet,pœnas capitis luit, qui etiam ſine liberis decedens pupillum & nepotem hunc ſuum, decem iam annos natum in omnibus ditionibus, quas tenebat, heredem inſtituit.

Poſt obitum Gondrani mater regia Fredegonda magni animi,maioriſque nequitię fœmina, regi minorenni tutricē, totiq; regno ſe adminiſtratricē præbet. Huic bellū mouet Childebertus, cui Fredegonda ſtrenuè & maſculè ſe opponit, eiúſque exercitum ſelectiſſimum ope & auxilio Landrij, qui regiis Clotarij copiis pręfectus erat,penitus fundit, Childebertum autem ipſum veneno tollit. At filij eiuſdem Theodobertus,rex Auſtraſiæ,&Theodoricus Burgundię rex patris necem vindicaturi,denuò bellum renouant,qui tamen victi & ipſi regnis ſuis priuantur. Maior item Regis huius minoris inimicorum furor poſt matris Fredegondæ obitum eſſe cœpit, omnémque ij lapidem mouere, vt eum de regio ſolio turbarent. Verùm ſingulari ille prędìtus prudentia,atque in arte imperandi probè inſtructus non ſolùm hoſce aduerſariorum conatus vanos & irritos reddit,ſed etiam ſopita omni diſſidiarum & belli materia optatam Gallię pacem & tranquillitatem reſtituit.

Dag. I.R.2. Vnicum poſt ſe filium Dagobertum, I. totius Galliæ regni ſucceſſorem reliquit. Cuius initium imperij haud paruis difficultatibus expoſitum fuit, cùm ſubditi occaſione bellorum ciuilium,nimiæque defuncti regis lenitatis & felicitatis, iniquitati potiùs, quā æquitati & iuſtitiæ aſſueuiſſent. Extirpaturus igitur Dagobertus vitiorum ſegetem & iuſtitiam priſtino ſuo nitori reſtiturus,ſaluberrimas denuò leges & conſtitutionem promulgat, atque erga omnes ſuos clementem,& iuſtum ſe præbens omnium ſibi amorem conciliat,&boni ac prudentis principis cognomen acquirit. Iudęos primum Galliā expulit, Vaſcones domuit, Britannos ad obedientiam redegit, regíque Hiſpaniarum contra Saracenos auxilium tulit. Duos cùm filios haberet Sigisbertū & Clodoueum publica ſtatuum regni comitia indixit,in quibus Clodoueum,natu minorem ſibi in regno ſucceſſorem, Sigisbertum autem Auſtraſiæ Regem declarauit. Quæ declaratio etiam communibus procerum votis, abſque vllius diſſenſu approbata fuit.

Poſt patris igitur obitum,eiuſdem voluntati communi ſtatuum conſenſu approbatæ vterque filius debitè, & abſque vlla diſcordia obtemperant, atque Clodoueus quidem Franciæ, Sigisbertus autem Auſtraſiæ regnum ſuſcipit. Cùm verò ſopitis bellis alta iam per totum regnum pax vigeret, Clodoueus deliciis & voluptatibus ſe dedere cœpit, arduam omnium negotiorum publicorum tractationem maioribus,ſeu palatij magiſtris relinquens. *Clodoue. II.R. 12.* Atque ad hoc vſque ad Carolum Martellum reges nihil memoratu dignum ipſimet geſſerunt,ſed pręter ſtirpem nomen & habitum regium nihil ferè retinentes omnem maieſtatem, auctoritatem & poteſtatem prædicti palatij magiſtris ceſſerunt, ipſimet verò non niſi ſemel per annū, Calendis videlicet Maij, in curru viridi omnis generis floribus ornato, quem quatuor boues trahebant,publice populo ſe ſpectandos præbuere. Cùm item tempore huius Clodouei maxima extitiſſet annonæ caritas tectum argenteum templi S. Dionyſij, quod fieri curarat Dagobertus ſublatum, atque argenteæ laminæ inter pauperes diſtributæ fuêre. Obiit anno 662. tréſque reliquit filios, Clotarium, Childericum & Theodoricum, qui omnes ordine regum tenuêre. Regnauit itaque Clotarius III. ductu primo Erici, deinde Ebroini, palatij magiſtrorum, quorum hic crudelis admodum & nequam fuit, maximíſque populum,quem pacis felicitate nimis diuitem & delicatum reddi aiebat,collectis,& exactionibus grauauit. *Clot. III. R. 13.* Eidem defuncto ſucceſſit in regno Childericus II. qui antea Auſtraſiæ regnum tenuerat. *Chil. II.R. 14.* Huic ab initio non parum negotij Ebroinus faceſſit. Nam is metuens, vt Childericus dignitate maioratus eum moueret, eámque Vfoaldo Auſtraſiæ maiori concederet, Theodoricum natu minorem coronari, & in regio ſolio collocari curat. Verum Childericus maximo cum exercitu Lutetiam veniens, vtrumque capit, & Theodoricum quidem tonſum in monaſterium S. Dionyſij, Ebroinum autem in Burgundiam ablegat. Etſi autem omnes ab initio bonam ſpem conceperant, quod Chilpericus magna cum laude regnaturus eſſet,tamen aliud poſtea apparuit. Superbia enim & crudelitas eius nimia Bodillo, viro nobili,quem ignominioſè fuſtibus cædi iuſſerat, occaſionē ſe vindicandi dedit, vt eū in venatione, vxorē autē illius grauidā in arce ſyluæ vicina trucidaret. Interfecto ita fratre ſceptrum & regia dignitas Theodorico *Theodor. R. 15.*

è monaſterio reducto reſtituitur, eique pro maiori Landregeſilus adiungitur. Verum Ebroinus, qui in Burgundia latitabat, commodam & ibi recuperandæ priſtinæ dignitatis occaſionem offerri exiſtimans, hunc mouere, eiúſque locum occupare ſtudet. At cùm rex immemor ſeruitiorum, quæ olim ſibi præſtiterat, poſtulatis eius minus annueret, armata tandem vi Landregeſilum ille cogit, vt iſtud ſibi officium cedat. Reſtitutus paulatim eos, quos ſibi infenſos deprehenderat, è medio tollit, plurimos exilio & confiſcatione bonorum mulctat, aliiſve modis indignis crudeliter tractat, donec tandem ab Ermenfredo occiditur. Mortuo eo in exilium miſſi nobiles, regi, vt iis redeundi copiam faciat, ſupplices fiunt.

Verum Bertairus, qui Ebroino non minus in nequitia ac in officio ſucceſſerat, aliíve adulatores, eorum reditum impediunt. Quare coniunctis viribus & armis Galliam illi ingrediuntur, atque occiſo Bertairo patriam, & auita bona recuperant. Maioris deinde officium Pipino, equiti egregio, defertur, qui ſua prudentia ac fortitudine regnum negligentia regum, & regiorum miniſtrorum factionibus ferè collapſum inſtaurat. Obiit Theodoricus anno DCXCIII tres

Clodoueus. III.R. 16. poſt ſe relinquens filios, Clodoueum, Clotarium & Childebertum. Clodoueus III. natu inter prædictos tres filios Theodorici maximus, patri in regno ſucceſſit, atque abſque

Childeb. II. R. 17. prole decedens fratrem Childebertum II. heredem habuit. Is regnauit annos XVII. nihil memoratu dignum gerens, duóſque relinquens filios Dagobertum & Clotarium,

Dag. II. R. 18. obiit Anno 718. Poſt patris obitum Dagobertus II. per quadriennium ſaltem, atque non maiori, ac prædeceſſores eius cum gloria regno præfuit. Atque ſic annis ferè quadraginta Gallia Reges titulotenus ſaltem habuit, magiſtri autem palatij, inprimis verò dictus Pipinus, regiam auctoritatem & poteſtatem ſibi aſſerendi optimam occaſionem nacti fuêre. Etſi autem Pipinus religionem, iuſtitiam, omnéſque virtutes reliquas maxima deuotione colebat, auguſtámque ſibi nominis gloriam parabat: attamen tandem cum poſthabita legitima vxore Plectruda, illicito pellicis cuiuſdam Alpaidæ, ex qua etiam filium Carolum Martellum ſuſcepit, amori indulgeret, omnes eius conatus in peius ruere cœperunt, donec tandem ipſe etiam periit. In vltimo elogio

Chilperi. cus. II. R. 19. Pipinus Carolum Martellum omnium ſuarum dignitatum heredem inſtituerat. Verum Plectruda carcere eum Coloniæ concludens nomine nepotis Thibalti publicorum negotiorum adminiſtratricem ſe gerit. Galli, quibus muliebre hoc imperium inuiſum erat, poſt obitum Dagoberti, Danielem quendam regio è ſanguine natum è monaſterio, in quo diu delituerat, eductum, Regem coronant, noménque ei Chilperici imponunt. Carolus interim carcere liberatus officium magiſtri palatij à patre ſibi deſtinatum ambit, omnéſque eo commouet, vt illud ſibi committatur. Deinde bellum contra nouiter electum regem ſuſcipit, cui ad Cambracum victo & fuſo filium Dagoberti natu maiorem, qui & ipſe Chilperici nomen gerebat, tanquam verum, & legitimum coronæ heredē ſubſtituit, qui regno per quinquennium abſque vlla rei præclarè geſtæ gloria præfuit. Fratri huic abſque liberis defuncto ſucceſſit Theodoricus II. ſed haud maiori cum laude, ac ille regnum adminiſtrauit. Carolus Martellus interim in firmanda & augenda, quam adeptus fuerat dignitate haud parum operæ poſuit. *Theodor. II. R. 20.*

Generali enim ordinum conuocato Concilio ſiue Parlamento apud omnes ob rerum & à patre, & à ſeipſo præclarè geſtarum memoriam facilè obtinuit, vt auguſtior ſibi titulus & dignitas concederetur, atque PRINCEPS, ſeu DVX GALLORVM ſalutaretur. Noua hac auctus dignitate bellum contra Eudemum, Aquitaniæ Ducem ſuſcipit, qui Saracenorum Hiſpanias tum tenentium implorans auxilia maximas barbarorum copias in Galliam allexerat. Carolus totam Galliæ nobilitatem vna cum reliquis omnibus ad arma geſtanda aptis conſcribit, & Saracenos, qui omnes regni prouincias, quæ trans Ligerim ſunt, deuaſtarant, & depopulati fuerant, prope Turonum offendens ſtragem cruentam & memorabilē edit (in qua vltra trecenta ſexaginta quinque millia barbarorum pereunt:) atque inſigni hac victoria ingentem Chriſtianorum cœtui lætitiam, maximum barbarorum & infidelium cohorti terrorem & ſibi ipſi immortalem nominis gloriam comparat. Quo felici ſucceſſu & communi omnium principum Chriſtianorum applauſu. & laude, quam ei dabant, allectus aliud pro religione bellum Friſonibus mouet, in quo itidem victor victos cogit, vt eierata hereſi ad gremium Chriſtianæ Eccleſiæ redeant.

Cùm autem in ampliando regni ſplendore multum ille laboraret, obiit rex Theodoricus poſt decimum quintum regni annum filium Childericum heredem relinquens. Meritò autem is quoque inter perſonatos 21. *Chil. III. R.*

Reges

Reges,qui præter regium titulum & habitum nihil obtinuere,refertur,qui etiam inter eos,qui ex Merouei ſtirpe deſcenderunt vltimus,atque regno tandem,vt paulò pòſt dicetur,motus fuit.Sub huius regno Carolus Martellus per quinquennium adhuc ſummæ rerum præfuit,cúmque vixiſſet annos LV. Obiit anno DCCXLI. & Carlomanno filio natu maiori Auſtraſiæ.

Secũda Frãcia regum ſtirps Pipinus. 22

Pipino autem ad res magnas gerendas promtiori atque aptiori Galliæ adminiſtrationem reliquit.Pipinus patri in auguſta illa dignitate ſuccedens, non minus magnarum rerum cupidus,ac ipſius regię maieſtatis adipiſcendæ ſtudioſus erat.Hinc omnem, qua populo ſe acceptum redderet, occaſionem quærens primò Saracenos, qui reparandorum,quę ſuperioribus annis fecerant, damnorum ergo Galliam denuò inuaſerant, non minori cum felicitate ac gloria vincit, eóſque toto regno expellit. Deinde cum Gallorum deuotio probè ei cognita & perſpecta eſſet,ea quoque in re ipſis gratificari cupiens omnia à Saracenis deſtructa templa inſtaurat, donîſque ea ampliſſimis dotat. Hiſce & ſimilibus factis cùm omnium amorem & fauorem ſibi conciliaſſet,regium titulum magis,magíſque affectare cœpit,atque ædificium illud, in cuius extructione prædeceſſores eius, palatij magiſtri,tamdiu & tantoperè laborarant, tandem perficere ſtuduit.

Verùm duo non exigua obſtacula conatibus eius impedimento eſſe videbantur. Vnum erat antiqua & inueterata conſuetudo Gallorum, qua Reges ſuos, ſiue digni, ſiue indigni,ſiue prudentes,ſiue fatui fuiſſent,amare & reuereri, regíſque nomen ſemper ſanctum habere ſoliti fuerant:alterum verò laudatiſſima Clodouei magni memoria ſuppeditabat, quam Galli adeò reuerenter colebant,vt propter eam ſolam degenerum poſterorum vitia æquo animo perferrent, neque vlli licitum eſſet de ſceptro in aliam familiam magis dignam transferẽdo in mediũ quid proferre.Hęc ille ſecũ conſiderans vanum & periculoſum eſſe putabat, ſi in Gallia, quid de regia dignitate ſibi conferenda proponeret,cum iuramento populus Regi Childerico obſtrictus eſſet. Vnicum autem hoc ſupereſſe videbatur remedium, vt à ſacramentali fide ille abſolutus liberam alium Regem eligendi facultatem haberet. Iurare tum in coronatione regum prælati &proceres regni nomine totius populi ſolebant,quod iis obedire & debita ſeruitia præſtare, eóſque, ceu fideles ſubditi contra omnes defendere vellent, dúmodo ij iuſti,fortes,ſeduli, æqui & boni cuſtodes eſſent, publica regni negotia ritè & probè tractarent, hoſtibus patriæ ſtrenuè reſiſterent,atque Chriſtianam religionem debito zelo tuerentur.Hęc Homagij verba Pipinus diligenter expendens,atque pro ſua intentione interpretans, iſtud pro conditionali habebat, quòd ſubditos, niſi rex conditiones prædictas impleret, non tam arctè obſtringeret,quin ab eo abſolui poſſent.Diſpenſationem igitur à Romano Pontifice impetrandam eſſe exiſtimat, quem populum ob ſanctitatem,quę tum temporis penes illum eſſe credebatur,non parum reuereri ſciebat. Pontificem etiam eo facilius iſtud facturum eſſe exiſtimabat, ſi non modò Childerici exilitatẽ atque extremã indignitatẽ, maximã populi in perferendis degenerib.& ineptis regibus patientiam,ſed etiam heroicas & eximias ſuas virtutes,auguſtum, quod gerebat,officium, egregia denique, quæ tum ipſe,tum pater Carolus toti non minus Chriſtiano orbi,quàm Galliæ regno in extirpandis Saracenis,aliiſve Chriſtiani nominis hoſtibus præſtiterant ſeruitia, atque quòd populus ad hanc mutationem pronus & proclinis eſſet,probè conſideraret. Quare explendi tandem ſui deſiderij ergo Epiſcopum Herbipolenſem Romam mittit, qui hęc atque alia Pontifici Zacharię exponens, ſimúlque promta aduerſus Lombardos promittens auxilia, poſtulatam abſolutionem & diſpenſationem impetrat. Abſoluti ab Homagio Galli communibus Pipinum ſuffragiis,anno DCCL.regem creant, regiámque ei coronam imponunt, Childericum verò tondent, inque monaſterium abdunt. Atque ſic à Merouæorum ſtirpe,penes quam per trecentos ferè annos remãſerat,regium ſceptrum translatum fuit. Electus autem & confirmatus Pipinus rex conſentientibus omnium totius regni ordinum voluntatibus tota mente in eam curam incubuit,vt tranſlatum ad ſe regnum maximè ornaret,augeret ac ſtabiliret.

Comitia igitur primò omnium indixit, tum vt communi ordinum conſilio publicis rebus magis proſpiceret, tum vt per familiarem hanc cum ſubditis veluti communicationem animos eorum firmiori amoris & obedientiæ vinculo ſibi iungeret. Cúmque in publico hoc conuentu deſiderari ab ordine equeſtri bella & egregium belli ducem,ab Eccleſiaſtico verò pium religionis cultorem, à plebe denique ſtrenuum iuſtitiæ defenſorem intelligeret,omnibus hiſce tribus regni ordinibus ſatisfacere ſtuduit. Maximã enim nobilium par-

tem in Italiam miſit, vt ſedem Romanam aduerſus Aſtulphum Lombardorum Regem iuuarent. Quo facto ſimul etiam ſuum erga Eccleſiam zelum demonſtrauit. Aliud item bellum aduerſus Gaiffirum Aquitaniæ ducem geſſit. Quo victo Eccleſiaſticis poſſeſſionem beneficiorum, à qua per illum deiecti fuerant, reſtituit.

Plebi autem in eo maximè placuit, quòd per ſaluberrimarum legum & conſtitutionum promulgationem, ſanctam & ſynceram iuſtitiæ adminiſtrationem, pacatum & quietum imperium parauit. Atque cùm iam in nouo hoc ſuo regno probè ordinaſſet omnia, quæ ad ſtabilitatem eius facere videbantur, vtque tutò & ſecurè ad liberos & poſteros id peruenire poſſet, optimè cauiſſet, tandem obiit anno DCCIX. Ei in regno ſucceſſit filius natu maior Carolus Magnus, qui abſq; vllius contradictione primò rex Francorũ, & deinde Imperator Romanorũ coronatus fuit. Bellum primo contra Hunoldum Gafridi filium, ditiones, quas pater in Vaſconia amiſerat, recuperaturum geſſit: deinde Pontifici R. aduerſus Deſiderium, Longobardorum Regem, ſubſidio venit. Quem cùm viciſſet, ſedémque Romanam à barbarorum furore liberaſſet, Pontifex gratæ compenſationis ergo non ſolum plurima ei priuilegia: ſed etiam ſummam Eccleſiæ inſpectionem, atque poteſtatem eligendi Pontificem maximum conceſſit. Quę cõceſſio vniuerſalis concilij & centum quinquaginta Epiſcoporum conſenſu approbata fuit, adiecta excommunicationis comminatione, ſi quis eam ratam nõ habiturus, aut oppugnaturus eſſet. Multa item aduerſus Saxones bella ſuſcepit, qui tandem lenitate, & manſuetudine illius magis permoti ac armis, & aduerſi fortuna fracti ſe dediderunt, Chriſtíque nomen profiteri cœperunt. Leonem III. Pontificem Romanum, qui maxima ſeditione oborta, à ſede Pontificia deiectus fuerat, cùm reſtituiſſet, magno cum applauſu, & lætitia totius populi Romanorum Imperator, anno Chriſti D.CVIII. ipſo die natali ſaluatoris Romæ proclamatus fuit. Qua auguſtiſſima & diuinitus oblata dignitate ita functus eſt, vt Occidentis imperium ſuam ei inſtaurationem debeat. Res alias etiam plurimas præclarè geſſit, vt ex illorum, qui vitam eius deſcripſere commentariis abundè videre licet.

Car. M. 29.

Carolo patri in Romano pariter imperio & Galliæ regno ſucceſſit Ludouicus, qui ob eximium pietatis, & veræ religionis ſtudium Pij cognomen adeptus fuit. Bella cum Saracenis, Britannis, Danis, aliiſve imperij hoſtibus feliciter geſſit. Multi Galliæ proceres occaſione cuiuſdam Berardi, quem Rex in deliciis habebat, filios contra eum concitarunt. Quam rebellionem maximè iuuit R. Pontifex, Gregorius IV. cuius ope Ludouicus ab iis captus, atque cum cõiuge ſua Iudith in cœnobium abditus fuit. Verùm diligenti opera quorundam ſuorum fidelium carcere liberatus ad imperium rediit, & filiis delicti veniam petentibus nefarium facinus clementer ignouit. Mortuus eſt ætatis anno LXIV. Eius filius Carolus II. ſiue Caluus, & ipſe ſimul Romanum Imperium, atq; maximam Galliæ regni partem tenuit, cùm fratribus Lothario & Ludouico peculiaria à patre adhuc viuo in Gallia regna deſtinata fuiſſent.

Lud. Pius R. 24.

Car. II. ſiue Caluus. R. 25.

Verùm ij ſuis haud contenti portionibus Carolo bellum mouent, qui victoriam reportans per tranſactionem amicè omnem cum illis controuerſiam componit.

Deinde cùm piratæ Normanni Galliam maximis cum copiis ingreſſi Lutetiam, Nannetum, Andegauum & Turonum expilaſſent, auxilio conſcripti exercitus eos in Neuſtriam repellit. Poſt obitum fratris Ludouici conatus eſt relictum eius regnum Galliæ imperio immediatè adiungere, ſed à filiis Ludouici in fugam verſus eſt. Ob nimiam ſuperbiam, atque elati animi arrogantiam ſubditis minus gratus fuit, eorúmque contra ſe odium conflauit.

Eius ſucceſſor atque filius Ludouicus Balbus, cum patris faſtu populum adhuc offenſum eſſe intelligeret, omni ratione eum lenire, & placare, atque præconceptam de ſe, quòd iiſdem cum patre futurus eſſet moribus, opinionem ex omnium animis ſummouere ſtuduit. Conuocato itaque primum generali ordinum conuentu generoſum in deliberationibus de publicis regni negotiis prodit animum, atque talem ſe pręſtat, vt omnes mutata priori opinione bonam de eo ſpem concipiant. Deinde tranſactionem cum Germanis init, qua inter alia cautum fuit, vt Lotharingia æqualiter inter eos & Gallos diuideretur. Hoc item regnante Ioannes Pontifex R. in Galliam venit, vt tutior eſſet à factionibus, quæ in Italia ob Imperatoris coronationem obortæ fuerant. Quidam enim hunc Ludouicum, alij verò Carolum Craſſum Imperatorem poſtulabant. Ab illorum partibus ſtabat Pontifex, atque non obſtante aduerſariorum cõtradictione Ludouicum Trecis in Cãpania Imperatorem coronabat. Qui cùm imperaſſet annos,

Ludouicus Balb. R. 26.

annos, II. obiit an. CHRISTI DCCCLXXX. vxore grauidâ relinquẽs, cuius ventri Ottonem, filium Roberti comitis prius curatorem dederat. Ei ſucceſſiſſe dicuntur filij naturales Ludouicus & Carlomannus.

Ludouicus III. & Carlomannus. R.27.

Etſi autem non vna, eademque omnium de iis opinio eſt: tamen rerum Gallicarum ſcriptores communiter tenent, quòd non veri Reges, ſed ſaltem regij infantes tutores fuerint. Atque vt ambo adminiſtrationem æqualiter inter ſe diuiderent, Ludouicus quidem tractum Galliæ, qui trans Ligerim eſt, Carlomannus autem eum, qui cis amnem hunc habetur, gubernandum ſuſcepit. Pro communibus hoſtibus Normannos, & Boſonem habuere. Viennam cùm obſediſſent, quam Boſo tenebat, vtrumque miſerè periiſſe perhibetur. Poſt eorum obitum ſceptrum Carolo Craſſo, ea quoque ſuitè conditione commiſſum fuit, vt illud filio Ludouici Balbi maiori facto, ceu legitimo heredi, reſtitueret. Ab initio imperium eius felix admodum & fauſtum fuit, egregiámque in extirpandis Saracenis in Italia ille nauauit operam. Verum paulò pòſt fortunam ſibi & conatibus ſuis maximè aduerſam expertus fuit. Nam cùm exercitum aduerſus Normannos duxiſſet, atque in pugna ſuccumbens tranſactionem cum iis iniiſſet, vt non ſolum ditionem, quam ceperant, tutò retinerent, ſed etiam duci eorum Goderrido, Giſela, Lotharij filia, in vxorem daretur, Gallorum animos a ſe alieniores reddit. Tandem ob ſonticum morbum regno abdicatus in extrema egeſtate obiit. Qui obitus miram mutationem maximaſque Galliæ turbas attulit. Nam maior pars procerum pro rege, ſiue regio potius gubernatore Othonem VVitekindi Saxonum regis nepotem, Lutetiæ comitem, eligunt. Verum cùm ille vix per biennium ſceptri potitus fuiſſet, gubernationem hanc iidem ei adimunt, & Carolum Ludouici Balbi filium, duodecim ſaltem annos natum regem coronant. Cuius regnum ab initio vſque ad finem miſerabile admodum fuit, inſignémque factionem prodidit. Robertus enim, Comes Andegauenſis, magiſter palatij prætendebat, quòd omnes regni ordines ac ſtatus cõmuni conſenſu & voluntate fratri Othoni coronam conceſſiſſent eodem modo, quo Pipino quondam conceſſa fuerat, cúmque ipſe proximus fratris abſque liberis defuncti heres eſſet, iure quoque ſucceſſionis ad ſe regnum ſpectare. Multi item nouarum rerum cupidi à Roberti partibus ſtabant, & tandem eum, cùm ob nimiam ſimplicitatem Carolus ad regnandum planè ineptus eſſet, adhibitis omnibus ſolemnibus publicè regem proclamabant. Verum cùm non modò Imperator Romanorum, ſed etiam Balduinus Flandriæ Comes, Carolo maximis copiis ſubſidio veniret, Robertus in pugna victus obiit. Carolum deinde Hebertus, Veromandui comes, prædicti Roberti gener, Peronnæ capit, cúmque, vt in præſentia omnium Baronum ſuorum, ius, quod in regno ſibi cõpetebat, Rodolpho, Burgundiæ regi cederet, cogit. Qui ad regale euectus ſolium ambitionem, & ſuperbiam ſuam prodit, atque auguſta hac dignitate haud contentus imperialem etiam coronam affectat. Quare cùm ob finem Italiam inuadens, victo Beringario per triennium ferè pro Imperatore ſe gerit, ſed cùm inſolens eius imperium Itali minus perferre poſſent, in Galliam recedere cogitur, atque, cùm pacatè iam ſe regnaturum ſperaret, morte præuenitur. Poſt Rodolphi obitum à proceribus regni Ludouicus, Caroli Simplicis filius, ex Anglia reuocatur, quem mater eiuſdem, filia regis Angliæ, cùm Carolus carcere detineretur, eo abduxerat, vnde etiam *tranſmarini* cognomen ei inditum fuit. Ex Anglia rediens maximaprimò ſtatim ab omnibus lætitia excipitur, ſed poſt triennium ſtatim multorum, qui à Roberti heredum partibus ſtabant, contra eum coniuratio detegitur. Contra quos Imperator Henricus & Guilelmus Normanniæ dux ſtrenuè & fideliter illum iuuant. Hebertum Veromandui comitem, ob feloniam aduerſus patrem commiſſam, in publicis regni comitiis ad furcas condemnauit. Ob Lotharingiæ ducatum cum D. Ottone bellum geſſit, in quo victoria Imperatori obtigit, cuius filia victo Ludouico in vxorem datur. Hugo Magnus, Hugonis Capeti pater, cui altera Imperatoris filia nupſerat, cùm ei de regno controuerſiam moueret: ſocer vtriuſque generi componendi ergo in Galliam venit, cúmque tranſactio inter eos facta fuiſſet, Ludouicus paulò pòſt deceſſit duos filios, Lotharium & Carolum relinquens. Lotharius patri ſuccedens Germanorum cum Gallis fœdus confirmat, factámque ab auo materno cum Hugone tranſactionem ratam habet, cui etiam Pictauienſem comitatum conceſſit, ducémque eum Francorum creat. Suaſu & inſtinctu Comitis Autriaci expeditionem aduerſus Richardum, Normanniæ ducem, ſuſcipit. Verum cùm hoc bellum parum duraſſet, pax ea lege fit, vt Richardus ducatum hunc, ceu regni feudum, recognoſceret, eiúſque nomine fidelitatem & vaſallitica Regi officia præſtaret. Cùm comites quidam Lotharingiam occupaturi eſſent, frater

Carolus Craſſus R. 28.

Otho R.29.

Carolus Simplex. R.30.

Rodolphus. R.31.

Ludouicus tranſmarinus. R.31.

Lotharius. R.33.

redire poſſet, ſi alteram annuli partem mitteret., Galli interim in locum Childerici Gillonium, Romanorum præfectum, eligũt, qui ſuaſu Guiemani omnẽ in eos tyrannidem exercet, tótque ex proceribus miſerrimè interficit, vt reliquos, quod Childericum pepulerint, facilè pœniteat. Guiemanus igitur exoptatam hanc occaſionem capiens, leuitatem, & inconſtantiam iis exprobrat, quòd regem optimi patris filium, ad vitia paulò procliuiorem tam facilè regno mouerint, iámque illum motum eſſe, tam citò eos pœniteat. Collatione item inſtituta vitiorum & Imperij Childerici ac Gillonij, quanto magis hic præ illo execrandus ſit, monſtrãs omnium eo commouet animos, vt, ſi fieri poſſet, Childericum quàmprimum reuocari orent.

Alteram igitur Guiemanus annuli partem mittens, vt ſceptrum recuperaturus in Galliam reuertatur, ei ſignificat. Regno is reſtitutus antiquam planè naturam mutat, vtq; antea vitiis & tyrannide Gallorum odium conciliarat: ita iam virtutum regiarum ſtudio eorundem amorem ſibi comparat. Obiit anno 484. cùm annis viginti quatuor regno præfuiſſet. Ei ſucceſſit filius Clodoueus, cui maieſtas Gallici regni haud parũ debet. Nam cũm antea quilibet pro ſuo nutu viueret, legéſque latæ auguſtam magis Regum, eorundémque liberorum dignitatem, quàm populi ſalutem concernerent; reliquum autem ius omne in armis ferè poſitum eſſet, idque debiliori à fortiore diceretur, hic ad ſumma natus princeps per bonas leges & ſaluberrimas conſtitutiones primum iuſtitię in Gallia aditum patefecit. Primus item hic inter Galliæ reges eſt, qui abdicata idololatria ethnica Chriſtianã religionem profeſſus fuit. Idque ſequenti occaſione factum eſt: Cum anno ætatis XV. poſt adeptum Galliæ regnum in vxorem expeteret Clotildem Gondebauti regis Burgundiæ neptem, reſponſum accepit, quod nunquam voti ſui compos futurus eſſet, niſi nomen ſuum Chriſto daret. Victus ille virtute & pulchritudine Clotildis, tum etiam ſpe adductus ſe per matrimonium hoc Burgundiæ regnum, quod poſt obitum patris Gondiochi à fratre Gondebauto crudeliſſimè interfecti ad filiam hanc vnicam iure ſpectabat, acquiſiturum, poſtulata ſe facturum eſſe audacter promittit.

Clodoueus. R.5.

Ducta vxore promiſſioni ſuæ ſæpius ab ea interpellatus ſatisfacere cunctatur, per iocum ei regerens; quod licitum eſſet vxores & regna ambire & acquirere vt quiſque poſſet, eáque acquiſita tenere, vt quilibet vellet. Interim ipſi filius ex ea naſcitur, qui ſtatim poſt baptiſmum obiens ei occaſionem præbet exprobandi vxori religionem, ac ſi Dij ipſius infenſi iuſtam hãc de ea pœnam ſumpſerint. Paulò pòſt alius naſcitur filius, qui mox baptiſmum in periculoſiſſimum incidens morbum priſtinam patri quærelam reſuſcitat. Bellum poſtea contra Germanos gerens, cum victoria ab hoſtium parte ſtare inciperet, in mentem ſibi reuocat promiſſionem vxori dudum factam altiúſque perpendit integritatem vitæ ac mores honeſtos eorum, qui Chriſti nomẽ profitebantur, & denuò vouet Chriſtum ſe adoraturum, ſi diuina ipſius gratia & clementia victoriam ea vice ſibi reportare contingeret. Votum hoc ſtatim melior fortuna ſequitur, victoréſque Germani à victo Gallo denuò vincuntur. Clodoueus itaque promiſſioni ſuæ ſatisfacturus Lutetiam redit, cui vxor obuiam facta Epiſcopum Rhemenſem adducit, virum vitæ integritate ac ſanctitate grauiſſimum, vt in fide ac religione Chriſtiana eum informaret. In religione itaque Chriſtiana iſte benè informatus in Rhemorum vrbem venit, vbi Epiſcopus cum clero Chriſtianum nouiter futurum debita cum reuerentia excipit, qui ſtola candida indutus templum ingreditur, atque ad baptiſterium vſque venit. Cùm verò epiſcopus ſacerdotem chriſma recens baptiſati vngendi ergo afferre iuberet, iſque propter nimiam populi frequẽtiam ad baptiſterium redire non poſſet, ecce Angelus ſiue columba candida (vt alij volunt) è cœlo veniens pixidem ſiue ampullam olei ſacri plenam Epiſcopo offert, vt eo baptizatum vngeret. Quæ ampulla poſteà in Rhemorũ vrbe ad ſacram regum vnctionem ſanctiſſimè cuſtodita fuit. Verum mihi ſimilis videtus hæc narratio illi, qua aſſerunt Clodoueo hoc Chriſtiano iam facto inſignia regum Galliæ non minori miraculo mutata fuiſſe, cúmque anteà tres atros bufones, ſiue tres coronas, ſiue tres Lunas (vt nonnulli volũt) eorum loco habuerint, angelum cœlitus ad monaſterium, Ioye en valle, tria lilia in campo cæruleo attuliſſe, cum adiuncto mandato, vt iis in poſterum reges pro inſigniis vterentur.

Suſpecta item Dn. Haillan propterea videtur, quod tum Gregorius Archiepiſcopus Turonenſis coronationẽ & baptiſmũ Clodouei fideliter enarrans, tum antiqua temporis illius chronica nullam vnctionis vel conſecrationis huiúſue miraculi inſignis mentionem faciunt, cùm tamen plurima alia vilioris notæ miracula exactiſſimè

deſcribant. Docet idem *pag.*(mihi)344. quòd in antiquis hiſtoriis vel chronicis nuſquam legatur, vllum ex prima Merouæorum ſtirpe oriundum regem vnctum vel conſecratum fuiſſe, ſed ſaltem reges nouiter coronatos ſolio altiori ſublimes à nonnullis trina vice per campum humeris portatos, ibique in ſubditorum armatorum corona, veros & legitimos eorum reges publicè proclamatos fuiſſe. Hodiè ceremoniæ vnctionis multæ ſunt, quas certum in ordinem redegit, atque in conſecratione & coronatione filij ſui Philippi Auguſti primum obſeruari voluit Ludouicus iunior, certáq; ſimul inter pares Frãciæ officia diſtribuit, quæ in conſecratione ſolemni obire deberent, nimirum vt Epiſcopus Rhemenſis regẽ vngeret, Laudunenſis ampullam ferret, Beluacenſis regale palliũ, Lingonenſis, ocreas, Niuiodunenſis cingulum, Catalaunus annulũ: inter laicos verò dux Burgundiæ coronam regiam, dux Aquitaniæ vexillum primum (quòd la premiere banniere quarree vocant) Dux Normandiæ ſecundum, comes Tholoſanus calcaria, comes Campaniæ vexillum regium (*ou l'eſtendart de la guerre*) comes Flandriæ gladium regium teneret. Rex dum vngitur, habitum ſacerdotis, regis & iudicis gerit. Sacerdotem ſtola oblonga ex linteo facta arguit, regem tunica, pallium, corona, aliique habitus regij. Sceptrũ denique denotat, quòd iudex ſit atque eſſe debeat. Sacerdos enim eſt propter veræ religionis propagationem & defenſionem, rex propter imperium, ſalutem & tuitionem populi: iudex denique propter ſacram iuſtitiæ adminiſtrationem. Vnctæ fuere quandóque reginæ etiam, ſed alibi, quã in Rhemorum vrbe, oleo itémque alio, quàm quod in ſacra ibi ampulla aſſeruatur. Cęterũ Clodoueus Chriſtianus nouiter modò factus ad preces vxoris Gondebaltum, qui patrem illius nefandè interfecerat, Burgundiæ regno mouet, idque ſibi acquirit. Bellum inde cõtra Viſigothos Arrianorum ſectæ addictos ſuſcipit, quos in Pictauienſi agro vincit, eorúmque regem Maricum propriis manibus obtruncat.

Aliud poſteà ei bellum Oſtrogothi mouent, in quo octuaginta millia Francorum pereunt. Hoc damnum cùm vindicaturus eſſet Clodoueus, obiit Anno 513. Ei ſucceſſit filius Childebertus, Childeberto Clotarius, I. atque ſic tam in prima quàm in ſecunda ſtirpe cæteri eo ordine, quo enim præced. recenſiti fuêre. Tertiæ verò ſtirpis conditor Hugo Capetus eſt, qui cùm regiam à Caroli poſteris tranſlatam in ſe deriuaſſet dignitatem, nihil potius habuit, quàm vt eam benè firmatam & ſtabilitam tutò & ſecurè ad liberos trãſmittere poſſet. Quare primò omnes regni ordines conuocans in eorundẽ præſentia ſolemnem & conſuetam coronationem expediri curat. [illegible]nicus actui huic aſſiſtere recuſabat Arnolphus Flandriæ comes, qui ſe è regio Caroli Magni ſanguine ſatum, imperio illius minimè ſubiectũ eſſe iactitabat. Contra hunc Capetus bellum ſuſcipere cogitabat, ſed Richardus Dux Normandiæ, princeps prudentiſſimus illud ei tanquam regi nouiter facto minus conueniens, diſſuadet & comitem, vt pro ſuperiori eum agnoſcat, ſuarúmque ditionum nomine homagium ei præſtet, commouet.

Hugo Capetus R. 35.

Porrò vt Capetus mulceret, magiſq; contentos redderet eos, quibus hæc vſurpatio regia minus arridebat & grata erat, denuò procerum conſilium cogit, quódque eorũ conſilio in grauioribus negotiis expediendis ſemper vſurus, & pro amicis, fratribus, regníque conſortibus eos habiturus ſit, publicè declarat. Nõnulli ex iis, qui magis callidi, & verſuti erant, exemplo Capeti, qui officio magiſtri palatij non contentus ipſam auctoritatem regiã affectarat, & adeptus fuerat ducatus, comitatus, aliaſue ditiones & prouincias, quæ ipſis ad tempus gubernandæ & adminiſtrandæ cõmiſſę fuerant, proprietatis veluti iure ad ſe transferre, atque ad heredes tranſitorias efficere ſtudent. Et quamuis hac in re, ſtatui regio haud parum decederet: attamẽ Capetus maioris tumultus vitandi ergo, vſurpationes eiuſmodi ratas habet, vtque prouincias, quibus antea gubernatores ſaltem præfecti erant, pleniori iure teneant, ſuperioritate tamen ſibi tanquam vero & vnico domino reſeruata permittit. Viuus adhuc filium Robertum coronari curauit, cúmque regnaſſet annos ſeptem, obiit. an. *997.* Filio itaque ſucceſſori ab initio ſeditioſi & rebelles quidam reſtitere: quos tamen ſingulari prudentia & fortitudine omnes oppreſſit. Paulò poſt cùm patruus ipſius Henricus, Burgundiæ dux, abſque prole deceſſiſſet, ducatum iſtum, ſucceſſionis iure acquiſiuit. Cúmque Burgũdi rebelles Landrium, Niuernæ comitem pro duce elegiſſent, maximo exercitu ſub ductu Richardi, Normanniæ ducis, in Burgundiam miſſo, eam recuperans Roberto filio concedit. Nouę deinde cùm inter Germanos & Gallos ob Lotharingiæ ducatum diſſidiæ extitiſſent, pacem eius nomine cùm Imperatore iniit. Quibus ita confectis totũ ſe deuotioni & honeſtarum

literarum

literarum ſtudiis dedens optatam Galliæ pacem & quietem reſtituit. Mortuus eſt An. Christi 1030. regni verò ſui 31. cùm Henricũ filiũ ſucceſſorem reliquiſſet ei natu minori, quem pater in vltimo elogio fratri Roberto primogenito præferens hæredem inſtituerat, mater Conſtantia ſe opponebat & coronam ad Robertum, Burgundiæ ducem, transferre cogitabat. Matris partes multi proceres regni ſequebantur, & paruo temporis ſpacio exercitum non exiguum cogebant. Henrico autem potiſſimum Robertus, dux Normandiæ, princeps fortiſſimus & prudentiſſimus ſubſidio veniebat. Hoc bellum matris ambitione motum, cùm non parum incommodi Galliæ attuliſſet, tandem ſopitum fuit, & Robertus natura ſimplicior, Burgundiæ ducatu contentus, omne ſuum in regni ſucceſſione ius Henrico ceſſit. Eum item omnes, qui Robertum antea ſecuti fuerant, pro vero & legitimo herede agnoſcunt: quibus etiam haud minus ac matri benignè, & clementer ignoſcit, eóſque vinculo arctiſſimo ſibi obſtrictos reddit. Seditionem poſtea cùm quidam regni proceres molirentur, per Godefridum Martellum, comitem Andegauenſem, feliciter eos compeſcuit. Bella item ciuilia in Normannia ſedauit, ducémque illius Guilelmum, cui *conquirentis* cognomen fuit, à rebellibus pulſum reſtituit. Philippum filium in minori adhuc ætate conſtitutum coronari voluit, florénſque ei & pacatum regnum relinquens obiit Anno 1061. Tutorem Philippo impuberi pater conſtituerat Balduinum Batauorum comitem. Qui etſi tutelam hanc optime & integerrimè adminiſtrabat: tamen non omnibus æquè regni proceribus probabatur, cùm nemo ferè illorum eſſet, qui non parem cum eo auctoritatem & poteſtatem affectaret. Vaſcones inprimis multorum inſtinctu ad rebellionem commoti erant, quos comes ille, ſub ſpecie ac exercitum in Hiſpanias aduerſus Saracenos ducturus eſſet, maturè ſedat, atque ad priſtinam obedientiam redigit. Quorum exemplo moti reliqui, ad ſanam mentem redeunt, debitámque deinde comiti, ceu tutori regio, reuerentiam exhibentes in officio facilè continentur, Philippus autem ipſe Guilelmum, Normanniæ ducem, Angliæ regnum acquirentem iuuit, copias in terram ſanct. miſit, pontificem Paſchalem quem Henricus Imp. perſequebatur, in Gallia fouit, multáque Eccleſiæ alienata bona reſtituit. Hugonem, Pomponneum, Guidonem Rochefortiũ, alióſque rebelles cùm ſedaſſet, morbo correptus deceſſit Meliduni Ann 1109.

Henricus I. R. 37.

Philippus I. R. 38.

Eius filius Ludouicus, cognomento Craſſus, eodem anno Aurelis à Gilberto Senonum archiepiſcopo ſolemniter inunctus & conſecratus fuit, cùm fruſtra antiſtes Rhemenſis inunctionis regiæ ius ſibi vnicè vindicãs huic actui ſe oppoſuiſſet. Huius regnum turbulentum magis quam pacatum fuit, cũ non modò ſeditiones, ſed & multa bella à primoribus ſuſcitarentur. Guido dominus de Crecy, qui dominum de Gournay, contra regem arma ferentem iuuabat, Othonem, Ioſedi comitem, in venatione capit, oppidúmque eius præcipuum Ioſedum occupat, quod rex recuperans comiti reſtituit. Hugo, comes de Pluuiers Epiſcopo Carnuti bellum inferebat, quem rex itidem defendens ſecurum, ditionémque eius, fugato hoſte liberam & pacatam reddebat. Henricus Angliæ rex & Normanniæ dux, Guilhelmi conquirentis filius, ex Anglia in Galliam veniens, prædicti ducatus nomine Ludouico homagium præſtat, ſimulque promittit, quod arcem Giſortiam in confinis Galliæ & Angliæ ſitam deſtructurus eſſet. Cui promiſſo cum ab eo debitè non ſatisfieret, bellum inter duos hoſce reges enatum eſt, quod principium primáque origo multorum ſequentium fuit. Ad ipſam arcẽ prædictam cùm pugnaretur, Ludouicus victoriam obtinuit, victúſque Henricus in vicinum ſe oppidum recepit.

Ludouicus Craſſus R. 39.

Hoc bellum cùm vix ſopitum eſſet, aliud ſtatim oboritur. Imperator enim Henricus IV. cùm maximum exercitum in Italiam contra pontificem Gelaſium, duxiſſet, in Galliam is confugiens concilium Rhemis indixit, in quo ſucceſſor eiuſdem Calixtus Imperatorem excommunicationis fulmine ferit.

Quare iuſta ille ira percitus omnes ſuas copias ex Italia in Galliam ducit, Rhemos obſidet, atque ab Angliæ rege adiutus Galliam vndique populatur, donec ab imperij principib. reuocatus in Germaniam rediret.

Hiſce peractis Ludouicus ſenio iam confectus eſſet: filium Philippum regem coronari iubet, qui paulò poſt caſu planè inopinato miſerè admodum perijt. Quare alter eiuſdem, filius, cum patre ὁμώνυμος inungitur, atque poſt obitum illius ſceptrũ capit. Initium eius imperij incidit in id tẽpus, quo Petrus Abelardus hæreſeos accuſatus, eiuſque ſcripta in Senonum concilio condemnata & combuſta fuere. Suaſu & hortatu pontificis expeditionem in terram ſanctam, ſed ſucceſſu planè infelici, ſuſcepit. Cùm vxorem Leonoram, Guilhelmi Aquitaniæ

Ludouicus Iunior R. 40.

ducis & Pictauienſis comitis filiam itineris comitem haberet, eáque diſſolutius viuere inciperet, in infecta in Galliam redit, eámque in publico procerum conuentu repudiat. Repudiatam Henricus Angliæ rex, dux Normanniæ, comes Andegauenſis & Turonenſis ducit, pérque matrimonium hoc Aquitaniæ ducatum & Pictauienſem comitatum acquirit. Hoc nouam odij & bellorũ ſegetem præbet, quæ non modo ſub hoc, ſed etiam multis ſequentibus regibus durarunt. Ex tertia vxore ÆlideThibauti comitis Campaniæ filia ſub extremum ſenectutis tempus filium ſuſcepit, cui PhilippiDeodati nomen indidit.

Philippo Auguſto R. 41

Is patri in regno ſucceſſit Anno 1180. annos natus 17. Huius gubernationem ab initio multum iuuabat Guilelmus, Archiepiſc. Rhemenſis, qui eo ipſo non parum apud Stephanum, comitem Sancerranum & Othonem Burgundiæ ducem, proximos regis cognatos, ſibi inuidiæ conciliabat. Philippus Batauorum comes, qui regem è ſacro fonte leuarat, primúmque facilè apud ipſius patrem gratiæ locum tenuerat, cùm de priſtina dignitate ſua quotidie quid decedere, nec tantùm ſibi honoris vt olim, exhiberi intelligeret, regia aula exit, & paulò poſt ob Veromandui comitatum regi bellum mouet. Victus in eo comes Pariſiis in carcerem arcis Luparæ coniicitur. Deinde denuò res ſtrenuè cum Anglis ob terram Vexinam conflictatur, donec cum iis certis quibuſdam legibus, nempe vt ſoror ſua Ælis, Richardo Aquitaniæ duci, filio regis Angliæ, natu maiori, qui patri etiam in regno ſucceſſurus erat, in vxorem daretur & communia ſecum Angli Chriſtianis in terra ſãcta aduerſus Saladinum, Saracenorum regem auxilia ferrent. E terra ſancta cùm vterque rediiſſet, Richardus Angliæ rex abſque liberis deceſſit, cúmque inter fratrem Ioannem & Artum nepotem de ſucceſſione contentio extitiſſet, Artus à Ioanne nefandè interficitur. Philippus igitur ob feloniam hanc omnia feuda quæ Angliæ reges a Gallis acceperant, commiſſoria lege occupat: eáque pleno iure tenere incipit: Iohannes Angliæ rex etſi vi ea recuperare ſtudebat: nihil tamen efficit, ſed Philippo cedere cogitur. Qui cùm plura bella præclarè & feliciter geſſiſſet, tandem ad pacis opera ſe conuertens, multas ſaluberrimas leges & conſtitutiones condit, Iudæos ob nequitiam è regno expellit, totque egregia facinora edit, vt *Auguſti* nomen adipiſcatur.

Vocarunt item eumDeo datum, eo quod patri Ludouico ad crebras & ardentes preces in extrema ſenecta à Deo quaſi datus fuerit. Obiit Anno 1223. cùm in vltimo elogio Ioanni Cypriæ regi, & duobus magiſtris ordinis templariorum & hoſpitalium ſexaginta millia coronatorum reliquiſſet, vt ea in bellum ſanctum contra Chriſtiani nominis hoſtes impenderent. Succeſſorem habuit filium Ludouicum VIII. annos natum 37. qui ſtatum ſub auſpicium regni ſui fœdus Germanogallicum cum Imperatore Friderico confirmauit. Bellum Ioanni Angliæ regi ob Aquitaniæ ducatum intulit, comitem Tholoſanum contra comitem Mõtfortenſem iuuit, eúmque ab hoſtili inuaſione liberauit.

Ludouicus VIII. R. 42.

Auenionem, cùm incolæ illius rebelles, eum recipere nollent, obſedit. Verum ob contagionem, quæ in exercitu illius admodum graſſabatur, obſidionem ſoluere coactus fuit. Inde cùm per Auerniam iret, morbo repentino correptus deceſſit Anno 1226. Filium is Ludouicum IX. ſucceſſorem reliquit, cui impuberi adhuc ætate conſtituto vxorem Blancam regis Caſtiliæ filiam teſtamento tutricem dedit. Cuius, ceu fœminæ & quidem exteræ imperium multis regni proceribus minus gratum fuit, cùm ipſimet adminiſtrationem ambientes nouas ſeditiones excitarent, quæ tamen ſingulari tutricis prudentia & virtute verè maſcula ſopitæ fuere. Rex ipſemet etiam maior iam factus, atque in omnibus iis, quæ ad benè & feliciter regnandum faciunt, à matre, fœmina prudẽtiſſima probè inſtructus factionibus, quas adhuc ſuperſtites deprehendit, maturè occurrit, omnéſque regni ſubditos arcto legitimæ obedientiæ & reuerentiæ vinculo ſibi obſtringit. Cum Anglo in Sanctonum prouincia pugnauit, atque ad matris Blancæ interceſſionem cum eo victo amicitiam denuo contraxit. Sub hoc tempus apprimè floruit Academia Pariſienſis maximúſque in ea ſtudioſorum numerus fuit. Cùm autem ciues nonnullos ex iis durius tractatos vrbe expuliſſent, cæteríque eos ſequerentur, rex Angliæ Oxfurtum omnes allexit, multa inſignia & præclara iis priuilegia, immunitates & iura concedens. Hoc Ludouicus animaduertens & quantum gloriæ regno armis decorato per literarum honorem accedat probè cognoſcens, Pariſienſem vniuerſitatem denuò inſtaurat, vtque illius ſubditi maiori apud ciues in honore eſſent, optimè proſpicit. Cùm etiam ipſius prædeceſſorum nonnulli ex malitia & temporis ac bellorum licentia, alij ob mollitiem & delicias multa commiſiſſet, & pertuliſſent, quæ Galliæ ſtatui & Reipublicæ

Ludouicus Sanctus R. 43.

non

non paruo præiudicio & exitio erant, omnia quoque hæc vitia corrigere ſtuduit.

Hinc receptam officiorum emptionem venditionemque abrogauit, vtique ea non amplius maximum auri & argẽti precium offerentibus, ſed dignis & virtute excultis cõcederentur, conſtituit. Iuſtitiam ſanctè coluit, bene merita proborum benignè & abundè compenſauit, delicta malorum ſtrenuè & ſeuerè puniuit, nihilque in eo, quod bonum principem principem decet, deſiderari potuit. In itinere, quod in terram ſanctam ſuſceperat, dyſenteria correptus deceſſit, atque poſt obitum à pontifice in ſanctorum numerum relatus fuit. *Philippus Audax. R.44.* Poſt obitū eius filius Philippus, qui & ipſe itineris comes erat, ſtatim à Gallis rex ſalutatur, cúmque negotia regni ita poſtulare viderentur, in Galliam reuertitur. Eo cùm rediiſſet, atque comitatum Thol. occupaturus eſſet (qui per obitum patrui Alphonſi, cuius vxor fuerat Ioanna, filia vnica vltimi Tholoſæ comitū iure ſucceſſionis ad eum peruenerat) maximam in eo ſeditionem deprehendit. Qua ſedata exercitum in Caſtiliam ducit, atque ſuo ex ſorore nepoti, regni illius poſſeſſionem adipiſcitur, ſimúlque filiam vnicam Henrici Nauarræ regis patriam hereditatem acquirentem iuuat. Interim filius ipſius Ludouicus, natu maximus, quem ex prima vxore Iſabella, Arragoniæ regis filia ſuſceperat, moritur, cui venenum porrectum fuiſſe ſuſpicio erat, Petrus de la Breſche, qui à præcipuis regni officiis erat, Mariam Brabantiam ſecundam regis vxorem accuſabat, viciſſimque ipſe eius nomine ab illa accuſabatur. Regina, cùm inuidorum Petri ope probè iuuaretur ab accuſatione abſoluitur, ipſéque ceu reus, ad furcas condemnatur. Sub hoc rege maxima Galliæ fuit felicitas, floréntque illius ſtatus vicinorum principum inuidiam excitauit. Inprimis verò Gallorum potentia ſuſpecta erat pontifici Nicolao III. qui conatus eorum, quibus Carolo Andegauenſi, Phil auunculo Siciliæ regnum eripere animus erat, maximè iuuit. Anno igitur poſt Chriſtum natū 1281. ipſo die paſchatis, cum hora pomeridiana ſolita ſignum cãpanis ad veſpertinas preces daretur, ſubito & veluti vno momẽto ad arma in diuerſis Siciliæ locis conclamatum fuit, & Galli improuiſa re & tam celebri feſto plerique inermes ex omnibus inſulæ angulis concurſu multitudinis extracti, ita oppreſſi & ad vnum omnes occiſi ſunt.

Vnde illud enatum eſt prouerbium: *Veſpera Sicula*. Huius crudelitatis vindicandæ ergo maximum rex exercitum cogit ſed cùm Iacobus, rex Maioricæ, Petri Arragoniæ regis frater, auxilium Philippi pro recuperatione Arragoniæ regni imploraret, exercitus hic in Arragoniam eductus fuit, vbi etiam Philippus Perpiniani obiit. *Philippus Pulcer. 45.* Ei filius Philippus Pulcer ſucceſſit, atque non minori cum laude ac pater regnum adminiſtrauit, vtque iuſtitia melius coleretur, cum ipſius aula decidendis controuerſiis non ſufficeret, noua iudicia conſtituit, quibus viros grauiſſimos iuris & æqui gnaros ac integritate vitæ conſpicuos præfecit. Bellum contra Anglum geſſit, cùm illius ſubditi multas naues Gallicas expilaſſent, atque inde ablata reſtituere nollent. Sæpius item cum Belgis conflictatus eſt, quos tamen coërcere, ſibique ſubiectos reddere non potuit. A Bonifacio VIII. pontifice R. ſeu hoſtis Eccleſiæ excommunicatus, multúmque ei negotij datum fuit. Abſoluit deinde eum Clemens V. eiúſque gratia ſedem pontificiam in Galliam tranſtulit. Inſtinctu huius pontificis, & falſis aulicorum perſuaſionibus, ſpe item lucri rex equites & ordinem vniuerſum templariorum, cum hæreſeos, profligatæ libidinis, contemptæ crucis, læſæ maieſtatis, aliorúmve nefandorum criminum & flagitiorum accuſatus fuiſſet, inopinata & miſerabili cæde extinxit. Vxorem habuit Nauarræ reginam, perque hoc matrimonium Nauarra Galliæ adiuncta fuit. Lugduni cùm ſeditio oborta fuiſſet, illius ſedandæ ergo filium Ludouicum eo miſit, ante cuius reditum mortuus eſt in arce Fontisbelaquei, 29. Nou Ann. 1313. *Ludouicus Hutinus R. 46.* Prædictus eius filius atque ſucceſſor, Ludouicus Hutinus per biennium ſaltem regnauit, pérque breue id tempus multæ controuerſiæ, magni tumultus, & pernicioſæ ſeditiones in Gallia obortæ fuêre. Enguerrandum de Marrigny, qui maxima apud prædeceſſorem patrem in gratia fuerat, inſontem quidem, ſed grauiter à populo atrociſſimorum delictorum accuſatum, in patibulo Pariſienſi, quod ipſemet, ceu ædilis, extrui curarat, ſuſpendi iuſſit. Expeditionem in terram ſanctam ſuſcipere cogitauit, eóque ſub prætextu plurimum à populo pecuniæ extorſit. Cùm poſt obitum Clementis V. maximum inter cardinales, ob noui pontificis electionem, diſſidium extitiſſet, illius componendi ergo fratrem Philippum longum ad eorum collegium miſit. Nihil præterea memoratu dignum geſſit, ſed mors infelici illius regno finem attulit, cùm vxorem grauidam reliquiſſet, quæ paulò poſt filium enixa fuit, qui & ipſe octo ſaltem

dies natus deceſſit. Hinc regnum ad filiam eius vnicam, Ioannam, pertinere aſſerebat auunculus illius, Ottho Burgundiæ dux. Quam tamen a ſceptro repellendam ob Salicam legem proceres Galliæ exiſtimabant. Pro rege igitur legitimo ij agnoſcunt fratrem eiuſdem Philippum Longum. Qui ſub initium regni bellum, aduerſus Batauorum comitem ſuſcipit, cum quo tamen pōtificis motus precibus pacem tandem inita ea lege, vt comes quinquaginta millia coronatorum annua penderet, & demum poſt viginti annos ab eo onere liber fieret, atque interim certa quædam loca in Belgio pignoris iure regi traderentur. Expeditionem deinde in terrram ſanctam ſuſcepturus facultatem decimas ab Eccleſiaſticis exigendi à pontifice impetrat. Iudæos, qui leproſos perſuaſerant, vt plurimos veneno puteos inficerent, denuò Gallia expulit. Princeps natura bonus & clemens fuit, ſed prauis adulatorum conſiliis ſeductus nonnulla geſſit, quæ ſubditorum ei odium concitarunt.

Philippus Longus. R. 47.

Abſque maſcula prole cùm decederet, fratrem Carolum ſucceſſorem habuit, cuius ſingulari prudentia eximia fortitudine, aliiſque egregiis virtutibus res Gallicæ ſuperioribus temporibus quodammodo collapſæ non parùm erectæ & inſtauratæ fuēre. Delicta, quæ tum in Gallia frequentia admodum erant, & quod à prædeceſſoribus ſegnius punita fuiſſent, nimium graſſabantur, ſeuerè coërcere cœpit. Vtque nullus proſopolepſiæ locus eſſet, Iordanum quendam de Inſula, è Vaſconiæ nobilibus præcipuum & pontificis agnatum, qui atrocium quorundam criminum accuſatus & conuictus erat, ſuſpendi iuſſit. Inter Batauorum comitem & præcipuas Belgij vrbes cum controuerſiæ extitiſſent, omne is diſſidium compoſuit, ſuáque prudentia effecit, vt non ſolùm ciuitates Comiti debitè obtemperarent, ſed iiſdem etiam Comitis imperium minus graue & moleſtum eſſet. Vxores tres habuit, quarum vltimam Ludouicam, comitis d'Eureux filiam, cum Anno Chriſti 1328. regni autem ſui ſeptimo abſque maſculo herede decederet, grauidam reliquit. Antequam illa pareret, diſſidium non exiguum obortum fuit, ad quem tutela regnique adminiſtratio (ſi maſculum editura eſſet) ſpectare deberet. Legati enim Angliæ iſtam regi ſuo Eduardo ex Iſabella Philippi Pulcri Galliarum regis filia nato aſſerebant. Verùm iis à Gallis regerebatur, quod Eduardus ipſe gubernatorē potius opus haberet, quàm quod gubernationi & adminiſtrationi regni, præſertim exteri, præeſſe poſſet. Extabat item Philip. Valeſiæ comes, proximus præcedentium trium regum agnatus, qui non ſolùm tutelæ, ſed etiam ſucceſſionis ius, ſi fortè maſculum partū vidua Caroli non ederet, ſibi vindicabat. Hinc cùm vtriuſque cauſa in generali ordinum regni conuentu Lutetiæ habito acriter diſceptaretur, tandem pro Philippo pronunciatum, rexque ipſe Francorum, cum Ludouica fœminam enixa fuiſſet, vi legis Salicæ communi omnium conſenſu declaratus fuit. Ab Archiepiſcopo Rhemenſi ſolemniter cùm inunctus fuiſſet, Flandriæ comiti aduerſus rebelles ſubditos ſubſidio venit, controuerſias inter Eccleſiaſticos & officiales regios compoſuit, multa & grauiſſima cum Anglo bella geſſit, Longobardos, Italos alióſve campſores, qui nimio vſurarum exceſſu ſubditorum opes exhauriebant, regno expulit. Multas denique præclaras conſtitutiones promulgauit, quæ tamen eo viuo ob perpetuū bellorum tutorem minus ſanctè obſeruatæ fuēre, *Obiit* 28. *Auguſti Anno* 1350. Ei ſucceſſit filius Ioannes, qui cum hoſte Anglo inducias ad biennium facit. Quibus nondum finitis Angli quædam fortalitia in Gallia, corruptis eorum gubernatoribus, capiunt. Rex Nauarræ, qui Carolum Galliæ Conneſtablium miſerè obtruncarat, nouos quoque paſſim motus excitat. Lutetiam citatus comparere noluit, niſi vadis loco regius ipſi daretur filius. Quo facto, cùm coram curia Pariſienſi, cædis illius conuictus fuiſſet, à Iacobo Borboniæ ducis fratre capitur, ſed ad interceſſionem trium reginarum à captiuitate rurſus liberatur. Deinde cum Anglo conſpirat.

Ioannes. R. 50.

Quod rex intelligens, denuò eum Rhotomagi capit, & Lutetiam abducit, omneſq; eius terras occupat. Verùm Eduardus Angliæ regis filius hanc ſocij iniuriam vindicaturus maximum & ſelectiſſimum ex bellicoſiſſima Vaſconum natione exercitum cogit. Cúmque in Pictauienſi agro pugnatum fuiſſet Galliæ rex vnà cum filio natu minori Burgundiæ duce victus & captiuus in Angliam abductus fuit. Rege capto Gallia miſerrimè affligebatur, & cuiuſuis rapinis exponebatur. Inprimis verò maximus & infinitus ferè ſeditioſorum & rebellium numerus erat. Quorum conatus rex Nauarræ carcere liberatus, ceu anteſignanus quidam, contra Carolum filium regis natu maximum, regebat. Tandem rex, cùm per quadriennnium Londini in carcere detētus fuiſſet, maxima pecuniæ ſumma aliiſve

certis

certis quibuſdam conditionibus libertatem redemit. Quibus conditionibus ſatisfacturus, cùm denuò ipſemet in Angliam rediiſſet, obiit Londini Anno 1364. Maior ſtatim poſt illius obitum ſub filio eiuſdem Carolo cœpit Galliæ eſſe felicitas. Qui cùm patri ex Angliæ reducto regias in fano S. Dionyſij exequias fieri curaſſet, atque à flamine Rhemenſi ſolemniter poſtea inunctus fuiſſet, Lutetiam rediit, vbi etiam per totum ferè imperij ſui tempus ſubſtitit, & bella, quæ geſſit, per ſuos fratres alióſve duces expediuit.

Carol. Prudēs R. 51.

Auxilia primo Carolo comiti Bleſenſi aduerſus Ioannem Britanniæ ducem miſit, vtque ducatus illius nomine homagium ſibi præſtaret, Ioannem adegit. Exercitum item in Hiſpanias aduerſus Petrum, Caſtiliæ regem ablegauit, qui legitimam ſuam vxorem Blancam ducis Borboniæ & Ioannæ Caroli coniugis ſororem, ſuaſu pellicis, interfecerat, regem Arragoniæ, Gallorum amicum, in regni poſſeſſione turbarat, & fratrem Henricum regno mouerat. Angliæ rex cùm oppida, quæ pro Ioannis redemptione ei conceſſa fuerant, durius tractaret, & grauiſſimis collectis atque exactionibus ferè opprimeret, incolas eorum ad rebellionem excitat, qui Caroli auxilium implorant, vtque in ſuam eos clientelam recipiat, humiliter orant. Carolus itaque Anglo bellum denunciat, cúmque non ſolùm per terram, ſed etiam in mari pugnaretur, in prælio nauali triginta quinque naues Anglicas prope Rupellam fundit, atque ita tractum Rupellenſem & Pictauienſem recuperat. Carolus IV. Imperator pacis inter vtrumque regem componendæ ergo vna cum filio VVenceſlao in Galliam venit, ſed triſtis & inopinatus Ioannæ regiæ vxoris obitus omnem tractationem impediit. In Flandria cùm nouæ ſeditiones extitiſſent, Carolus, fratri Philippo audaci, comitis Batauorum genero, militem conceſſit, vt ſocero ſuppetias ferret. Ope item fratris Ludouici ducis Andegauēſis Occitaniam rebellem compeſcuit, eundemque prouinciæ illi gubernatorem præfecit.

Quamuis autem iſti motus tam bene ſedari non poſſent, quin alij ſtatim excitarentur: tamen Carolus ſingulari ſua prudentia (vnde etiam prudentis cognomen adeptus fuit) aliiſque egregiis virtutibus præclarè perfecit vt regnum inter haſce turbas non minus ac alta in pace floreret, omnéſque ſubditi ampliſſimos virtutum illius fructus perciperent. Obiit Anno 1380. cùm tres liberos, Carolum, Ludouicum & Catharinam reliquiſſet. Carolo, ceu vnico regni heredi, annos nato tredecim, pater in vltimo elogio Ludouicum Andegauenſem ducem, Philippum Burgundiæ ducem, & ducē Borboniæ, proximos eius agnatos, tutores dederat.

Carol. VI. R. 52.

Hi igitur poſt Caroli obitum regis iunioris tutelam & regni adminiſtrationem ſuſcipiunt, regémque ſolemniter vngi curant. Ludouico, Andegauenſi duci, tanquam ſeniori, communi omnium ordinum conſenſu ſumma rerum commiſſa & regentis nomen ac officium conceſſum fuit. Quem Ioanna Neapolis & Siciliæ regina ab Vngaris parricidij, ac ſi maritum Andream interfeciſſet, accuſata in regni ſocietatem aſciſcebat. Maximum is ergo in Italiam pro defenſione Siciliæ regni aduerſus Vngaros & pontificem Vrbanum, in gratiam Ioannæ, exercitum ducens, ingentem pro belli ſumptibus pecuniæ vim cogendo, Galliam haud parum affligebat. Inde pernicioſæ ſeditiones per totum ferè regnum, præſertim verò Lutetiæ, obortæ ſunt. Clemens V. pontifex (ſchiſma enim tum erat) Ludouicum Auenione Neapolis & Siciliæ regem coronat, qui regni illius occupandi ergo in Italiam proficiſcens miſerrimè ibidem obit. E Gallia poſtea exercitus in Africam barbarorum reprimendorum ergo emittitur, cui copias ſuas etiam Angli iungunt. Aduerſus Britannum rex cùm arma laturus eſſet, ſubitò in furorem incidit, ádque regnandum planè inutilis redditur.

Hinc maximè funeſtum inter Aureliæ & Burgundiæ duces ob adminiſtrationem regni exiſtit diſſidium, & tandem inſtinctu Burgundi Aurelius Lutetiæ interficitur. Multa item alia phreneticus iſte regis morbus Franciæ mala affert, in primis verò bellum Angligallicum inſtaurat. Quod Sigiſmundus Imper. ſedaturus in Galliam ſimul & Angliam venit, ſed ob Angli pertinaciam nihil perficere poteſt. Tandem cùm factiones inter domum Burgundicam & Aurelianenſem magis magiſque gliſcerent, ipſéque dux Burgundiæ viciſſim clam occideretur, & maximum vndique Franciæ periculum immineret, rex in mediis hiſce turbis deceſſit. Anno 1422. Eius filius annos natus 21. ad regnum euectus bellum ſuaſu procerum contra Anglum continuandum ducit. Verum hoc non ſolum regi, ſed & toti Galliæ infeliciter admodum cedit. Nā cùm primæ pugnæ victoria Anglis obtigiſſet, in Galliam vlterius ij progrediuntur, & occupatis præcipuis illius prouinciis

Carolũ nõ amplius pro Galliæ ſed Biturigũ ſaltem rege habent: donec tandẽ, iis virago quædã, Ioanna Vaucoulaurea virilis animi fœmina fortiter & maſculè admodum reſiſtit. Nata dicitur virago hæc loco humili in pago Lotharingiæ Eſpernay non procul à Vaucouleur ſito, ibíque ruri in paſtoritia vita educata. Annum agens vigeſimum ſecundum, cum prædicto rege epulis & Veneri magis quã Martiis ſtudiis dedito Angli bona Galliæ parte iam occupata famam auctoritatémque regiam flocci facientes Aureliam Anno 1422. arctiſſimè obſiderent, regi ſe præſentauit, diuini ſpiritus impulſu ſe venire dicens, ipſi ſignificaturã, quod Anglos tota Gallia certo pulſura eſſet. Rex cum tota ſua curia non parum attonitus, réque inopinata perculſus plurima ex ea interrogat: ad quæ cùm aptè & grauitèr reſponderet fauſtam hanc boni ominis occaſionem minime is ſpernendam cenſens, exercitum inſtructiſſimum & ſelectiſſimum cogit, cuius ope ipſa Aurelienſes ab obſidione grauiſſima ilico liberat. Qua ſoluta Anglos in Belluacenſem agrum proſequitur, ibique ſucceſſu nõ infelici ſtragéque cruenta tria millia fundit. Deinde cùm ad obſidionem Carlopoleos veniret idem præſtitura, quod Aureliæ præſtiterat verſa fortunę rota à milite Dn. Ioan. de Luzembourg, capta Anglis traditur, & Rhotomagum abducta, ibique ad accuſationem ducis Betfortenſis à Petro Cauchonio Anglo, epiſcopo Beluacenſi, ſortilegij damnata in vico veteri 30. Maij in vigilia corporis Chriſti Anno ſupra d. Vulcano immolatur. Nonnulli concubinam eam fuiſſe tradunt Ioannis Baſtardi Aurelij, aut Baudricourti aut Potonis. Hi pro ſua aſtutia & ingenij ſubtilitate, quo patriam ab Anglico iugo liberatam exoptatæ quieti priſtinóque nitori reſtituerent, regi cum populo belli diuturnitate defatigato & ferè exanimi, ficto hoc & fucato religionis colore obducto miraculo animum addituri puellam hanc ſubornarant, ſatis abundè prius eam edocentes, quid ad quælibet interrogata à rege tum ab ipſiſmet facta reſpõdere deberet, vtque melius regem, quem nunquam ante viderat, cognoſceret, ſæpiſſimè eius effigiem ipſi monſtrauerant. Dicta itaque die conclaue regium ipſi ingredienti prædicti baſtardus Aurelienſis & Baudricourtus primum obuiam euntes cuius gratia eo veniat, interrogant. Regem illa ſe allocuturam dicit. Ipſi quendam ex aulæ proceribus monſtrant, quem regem eſſe dicunt. Verum præuiæ ipſa ac maturæ inſtructionis haud immemor; non hic, ait, rex eſt, ſed in lectuli illius angulo (vt verè etiam latebat) latitat. Ad regem itaque adducta, ea ipſi ſignificat, quorum ſupra mentio facta, fuit. Seigneur du Haillam *de l'eſtat & ſuccez des affaires de France libr. 2. pag. 137. & ſeq.* vbi poſteriorẽ hanc ſententiam communi Gallorum opinioni minus cõſentaneam, à fide hiſtorica proximè abeſſe demonſtrat. Atque honori viraginis huius æteránque memoriæ Aurelienſes ſtatuam orichalceam in ponte ſuper Ligerim poſitam conſecrarunt, quæ tempore belli ciuilis Anno 1562. diruta, ab iiſdem reſtaurata & ſequenti inſcriptione ornata fuit;

Virgo redit Gallo muta vel imagine felix,
Quam numen quondam patria nõ machina miſit
Subſidio, augurium bone rex Henrice ſaluta:
De cœlis excita tuis virgo altera votis
Fortunet regni auſpicium lancémque retractet,
Vtraque vt antiquum tua ſæcla recludat Ianum.

Cæterum ab Anglorum parte ab initio ſteterat Philippus Burgundiæ dux, patris necem vindicaturus, qui & ipſe iis relictis copias ſuas præuia tranſactione cum Galliæ rege coniungit, Anglóſque regno expellit. Nouam deinde quidam regni proceres ſeditionem moliuntur, próque duce Delphinum, filium regis natu maximum, eligentes inteſtinum bellum mouent. Quibus tamen victis & culpam deprecantibus rex delicti veniam concedit. Atque cùm Galliæ ea ratione tam ab exterorum bellis quàm inteſtinis motibus feliciter liberatę optata pax & requies reſtitura fuiſſet, obiit 22. Iulij anno 1461. Poſt patris obitum ſtatim è Delphinatu, vbi per quadriennium aulam regiam tenuerat, in Galliam venit, & rex inungitur Ludouicus XI. Is primò Margaritam, Scotiæ regis filiam, deinde Carolam, Sabaudiæ ducis natam, vxorem habuit, ex qua tres filios & duas filias ſuſcepit. Diuerſiſſplanè à patre moribus fuit, atque aſtu, nimia vindictæ cupiditate, ſuſpicione aliiſve callidi & verſuti ingenij vitiis admodum laborauit. Maximum etiam apud plurimos ſibi odium conciliauit, quod reiectis & expulſis iis, qui optimè de patre illius totóque regno meriti fuerant, alios ſufficeret, quorum nullum planè meritum extabat. A Caſtiliæ rege pignoris loco ob pecuniam, quam ei crediderat, Roſſillonenſem comitatum accepit. Bella maxima & grauiſ-

Ludouicus 11. R.

& grauiſſima contra Carolum Burgundiæ ducem geſſit, quæ exactiſſimè *in ſuis commentariis* Philippus Cominæus deſcribit. Victor tandem, cùm multa, quæ pro ſtabilienda regni incolumitate facerent, conſtituturus eſſet, morte præuentus obiit, cùm annos vixiſſet 61. Filium reliquit Carolum, qui decimumtertium ætatis annũ attigerat, cùm regium ei ſceptrum committeretur. Hunc pater Ambiaxi educari curarat, vtque in Latina lingua præter ſymbolum iſtud: qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare, præceptores eum nihil docerent, apertè præceperat. Graue & diuturnum cum Britannis bellum geſſit, quod tandem beneficio matrimonij, quod cum Anna filia natu maiori ducis Britanniæ contraxit, ſopitum fuit. Maximo deinde cũ exercitu Italiã inuadit regni Neapolitani occupandi ergo, in quo patrem ipſius Ludouicum Renatus Siciliæ rex heredem inſtituerat. Quo iter feliciſſimè ei ceſſit, cùm non ſolùm omnes Italiæ principes benignè & liberaliter eum exciperent, ſed ipſa etiam Roma is potiretur. Pontifex Alexander ipſemet victus non ſolum inueſtituram Siciliæ & Neapolitani regni, ſed & titulum Imp. Conſtantinopolitani ei conceſſit. Rebus ita feliciter in Italia geſtis noua clarus victoria in Galliam redit, ſed cùm exiguum temporis pacatè in ea tranſegiſſet, de perdito rurſus regno Neapolitano certior fit. Quare illius recuperandi ergo Italiam denuò repetere cogitat. Verùm mors inopinata & præmatura non modò hoc propoſitum vanum & inane reddit, ſed etiam Chriſtianos in oriente ſpe illa fruſtratur, quam firmiter conceperant, quod eorum Eccleſiam & Rempublicam Turcica tyrannide oppreſſam liberaturus & inſtauraturus eſſet.

Carolus 8.

Cùm maſculam Carolus prolem non reliquiſſet, ſucceſſio regni ad proximum eius agnatum, Ludouicum, Aureliæ ducem, deuoluta fuit, qui tam bonum & Clementem populo ſe principem præbuit, atque adeò feliciter regnauit, vt gratiſſimum priſtinarum calamitatum ſolatium tota Gallia ſentire, atque denuò floreſcere videretur. Quæ bellorum licentia ac prædeceſſorum ſuorum facilitate & negligentia corrupta fuerant, ſaluberrimè correxit, omnibus ſeditionibus & motibus maturè occurrit, controuerſias item tam publicas, quàm priuatas ea prudentia & auctoritate diremit, vt pacatus planè & tranquillus per totum regnum ſtatus eſſet. Atque cùm interius in regno omnia probè conſtituta eſſent, nec quicquam ad vlteriorem illius felicitatem deſiderari poſſet, etiam extra illud parta non negligere, ſed legitimè tueri voluit. Quare copias in Italiã educens ea, quæ iure ſucceſſionis ad ipſum ſpectabant, Mediolanum ſcil. & Genuam, vi armorum occupat, Venetos bina vice fundit, & inſolentem pontificis audaciam reprimit. Interim Hiſpanus Anglorum ope Ioannem Nauarræ regem omni ſua ditione ſpoliat, cuius recuperandæ ergo Ludouicus prompta ei auxilia mittit, quibus tamen nihil efficitur, ſed Nauarræ regnum in Hiſpanorum poteſtate permanet. Pontifex item ſuis technis & excommunicationis fulmine tantùm perficit, vt illud, quod magno labore in Italia vix obtinuerat, denuò amittat, Henrico idem Angliæ regi maximam pecuniæ ſummam promittit, vt interim in Ludouici abſentia Galliam occuparet. Cùm igitur Anglus hiſce promiſſis allectus multum Gallis negotij faceſſeret, ex Italia Lutetiam rex properat, & tandem poſt longam diuturni belli telam pacis fœdus cum Henrico contrahit, quod matrimonio ſororis eiuſdem cum Ludouico confirmatum fuit.

Ludouicus 12. *R.*

Cùm autem poſtea de recuperanda in Italia ditione cogitaret, morte præuenitur. Ei, cùm liberos non reliquiſſet, ſucceſſit Franciſcus, Engoliſmorum comes, Caroli V. regis pronepos, qui non minori ac prædeceſſor ſuus virtute præditus parem etiam in rebus gerendis felicitatem expertus fuit. Fœdus cum Anglo contractum confirmauit, omniáque ita domi compoſuit, vt expeditionem in Italiam ſuſcipere poſſet. In eam cùm ſelectiſſimum militem duxiſſet, & ſtrenuè ac acerrimè ſæpius ab eo pugnatũ fuiſſet, maximo cum triumpho Mediolanenſem ducatum recipit. Victori in Galliam redeunti primus naſcitur filius, cui idem cum patre nomen inditum fuit. Nauarræ deinde regnum Hiſpanorum manibus ereptum vero & legitimo eiuſdem regi Henrico Albreto reſtituit. Verùm non modò hoc regnum paulò poſt rurſus amittitur, ſed etiam Mediolanenſes à Gallis perfidè deficiunt atque ad priſtinum ingenium redeunt. Quare aliud rex iter in Italiam ſuſcipere cogitur, quod ei feliciſſimè cedit. Nam cùm infauſtum ad Papiam prœlium commiſiſſet, à milite Imperatoris captus, Madritum in Hiſpaniam abducitur. Carcere liberatus in Galliam cùm rediret, ea, quæ per abſentiam ſuam corrupta fuerant, corrigit, iuſtitiam ſanctè colit, literarum ſtudia promouet, omnéque id, quod ad bonam & felicem regni adminiſtrationem & publicum

Franciſcus *I.R.*

ſubditorum commodum facere poteſt, molitur. Hinc cùm optimi regis fungeretur officio & gratiſſimus populo princeps eſſet, atque nemo non diuturnam & proſperrimam ei vitam precaretur, obitus illius maximam omnibus mœſtitiam attulit.

Henricus II. Filium reliquit ſucceſſorem Henricum II. in florente ætate conſtitutum, qui non exiguam rerum gerendarum experiẽtiam ſub patre conſecutus fuerat. Sub initium ſtatim regni multas præclaras conſtitutiones ſancit, edictis publicis nimium veſtimentorum luxum coërcet, atroces blaſphemiis aliiſve graſſantibus delictis pœnas dictat, debitam pauperum, orphanorum aliorúmve afflictorum curam ſuſcipit, nihílque quòd ad politiam bene formandam facere poſſet, omittit. Scotis aduerſus Anglos ſubſidio venit. qui bellum propterea mouebant, quodScotię proceres reginam ſuam Mariam Stuartam Eduardo Anglio regi in matrimonium dare recuſarant.

Seditiones paſſim per regnum ob nimiũ collectarum onus obortas maturè ſedauit, fœdus cum Anglo icit & patrium aduerſus Carolum V. Imp. bellum continuauit. Fœdus item cum eo fecerunt Mauritius Saxoniæ elector & Albertus marchio Brandeburgicus vindicandæ libertatis Germanicæ cauſa. Caletum Picardiæ vrbem & portum celeberrimum ab Anglis, qui 211. annis eundem tenuerant, recuperauit. Bellum etiam cum Philippo Hiſpaniarum rege geſſit, quod exoptata tandem pax excepit, quę gemino matrimonio Philippi regis cum Elizabetha filia Henrici primogenita & Philiberti Emanuelis Allobrogum ducis cum Margaretha ſorore Henrici vnica munita & confirmata fuit. Hoc publicum gaudium mox publicus & maximus luctus ſubſequitur.

Cùm enim in regiis hiſce nuptiis rex ipſemet ludis equeſtribus in platea D. Antonij inſtitutis intereſſet, ludricum is cum Montgomerio certamen committens vulnus in capite accipit atque fragmento per galeam in cranium adacto miſerrimè extinguitur. Vxorem habuit Catharinam Laurentij Medicei Florentiæ ducis filiam, quæ quinque ei filios totidémque filias peperit. Ei ſucceſſit filius primogenitus

Franciſcus II. R. Franciſcus annos natus quindecim, qui 18. Septembr. Anno 1559. Rhemis, ſolemniter quidem inungitur, ſed auctoritatem & poteſtatem regiam Catharina Medicea, regis mater & Guiſij cardinalis & dux, vſurpant. E regio nati ſanguine principes cùm à legitima curatela minoris regis & adminiſtratione regni ſe excluſos, eamque exteris contra leges auitas patriúmque morem commiſſam viderent, ad arma conuolant, præmiſſa proteſtatione, quod nihil in præiudicium regis aut regij ſtatus & auctoritatis attentaturi, ſed ſaltem eius perſonam ab exterorum gubernatione liberaturi eſſent. Quorum conatus non adeò feliciter cedunt, ſed multi nobiles, qui eorum partes ſecuti fuerant, Ambaxiani capiuntur & magna cũ ignominia ex arce ſuſpẽduntur.

Non minus etiam odium Guiſianorum contra Proteſtantes fuit, quos radicitus extirpare iis propoſitum erat. Rex Nauarræ eã ob cauſam ad perpetuam carcerum cuſtodiam erat damnatus, & frater eius princeps Condæus morte addictus. Caſparus & Franciſcus Collinij cædi deſtinabantur; pręter eos ſupra decem millia reorũ in tabulas erãt relata. Ad hęc omne terroris genus oculis & animis offundebatur: vrbs Aurelia plena peditum, in agris equitum præſidia paſſim collocata erant.

Verùm cùm omnia ſuppliciorum ſumẽdorum ergo iam parata eſſent, & Guiſij ex præſcripto aulico pœnas exigere vellẽt, rex repentinè in morbum incidit, & inter medios hoſce fremitus, atque minas decedit. Vxorem habuit Mariam Scotorum reginam, atque ita Galliæ ſimul & Scotiæ regnũ obtinuit. An. 1561. frater eius Carolus rex coronatur, cui rex Nauarræ, ceu proximus agnatus, vicarius; mater verò gubernatrix regni aſſignatur. *Carolus IX.* A capitali is ſententia principem Condæum abſoluit & Poſſiaci interCathol. & Proteſtantes colloquium inſtituit, in quo tamen nulla conciliatio in doctrina fieri potuit. Edicto regio Proteſtantibus poteſtatem extra mœnia vrbium conueniendi negotiáque ſuæ religionis obeundi vſque ad concilij determinationem dedit; quod tamẽ ſtatim anno ſequenti abolitum fuit. Multa deinde alia bella inteſtina ratione religionis, ſub eius imperio oborta ſunt, quæ ſimulata interdum pace ſopita fuêre. Ann. 1570. nouum pacificationis edictum promulgatur, ſed poſt biennium ſtatim nuptiæ Henrici Nauarræ regis cum Margarita ſorore regia ad promiſcuam omnium Proteſtantium cædem inſtituuntur. Receptaculũ iis adhuc tutũ Rupella præbebat, quã regius exercit⁹ arctiſſimè obſidet, ſed leg torũ Poloniæ, qui regis fratri Hẽrico Sarmatici regni coronã offerebant, interceſſione ea liberatur. Inter hoſce motus ciuiles nondũ planè ſopitos rex cũ decederet, frater Hẽri- *Henricus III.*

cus

cus III. Poloniç rex, coronæ adipiſcēdæ ergo reuocatur, ſub quo varia bella ciuilia geſta ſunt, quoad à parricida monacho ordinis prædicatorij Calendis Aug. Anno 1589. in caſtris, quæ erant ad ſanctum Clodouæum, cultro veneno illito trucidatur. Rex ſtatim *Henricus IV.* ac lethale vulnus ſentiret HenricumNauarræ regem accerſit, eúmque, ceu præcipuum & proximum regij ſanguinis principem in regno ſucceſſorem deſignat omnemq; ei exercitum iurare iubet. Is regni ad ſe legitimè delati heres atq; ſucceſſor omnibus opibus& viribus elaborauit, vt illud à diſſenſionibus & bellis inteſtinis liberaret, atque in priſtinum & tranquillitatem reſtitueret.

Hinc is tot pugnas edidit, tot Herculeos labores pertulit, donec tandem diuina fauente gratia bellis feliciter ſopitis res eo reducta eſt, vt iam alta in cape potentiſſimum Galliæ ſceptrum ſumma cum gloria teneat. Cuius, vt & aliorum Chriſtianorum principum imperium, vt diu felix & fauſtum, totiq; Chriſtiano orbi ſalutare ſit, faxit Deus trinus& vnus. Atq; ſic occaſione apannagiorum omnium Franciæ regum vitas breuiter perluſtrauimus. Quam ex ſcriptoribus rerum Gallicarum fide dignis petitam narrationem, cùm ad meliorem ipſius corollarij & reliquorum, quæ in hoc opere tractata fuerunt, intellectum haud parum faciat, beneuolo lectori haud ingratā fore exiſtimo.

4 Seigneur du Haillan, *de l'eſtat & ſuccez des affair. de France liu. 3. pag.* (mihi) 221. *col. 2. verſic. bien ont eu les puiſnez de France* 5 Gallis itaq; Delphinus dicitur filius regis eidem pro ſucceſſore deſignatus, perinde vt nobis in imperio Romanogermanico eiuſmodi ſucceſſor, rex Romanorum, Hiſpanis infans dicitur Dn. Thom. Michael. *in diſpu. de iuriſd. th. 1. lit. 6. 6 d. lib. 3. pag. 269. 7* Eodem apannagij iure ducatum Aurelianenſem ſemper ad filium regis natu ſecundum pertinere à multis traditur. Sanè Aurelia olim fuit regnum peculiare, temporéque primorum Galliæ regum liberis eorum ſub regni titulo nonnunquam aſſignata. Termini eius tum ampliſſimi fuére, cum tota Burgundia, Delphinatus, Prouincia Maſſilienſis ad mare vſq; mediterraneum Aurelia continerentur. Extinctis poſtea regnorum nominibus, coronæ ea iuncta fuit, cui ſemper immediatè adhæſit, donec Philippus Valeſius Philippo filio ſuo natu ſecundo ducatus nomine eam concederet. Eodem titulo tenuerunt illam poſtea Ludouicus ſecundo ex Carolo V. natus, filij item duo Franciſci I. Carolus & Hēricus. Quare nonnulli in eam abierunt ſententiam, ac ſi Aurelianenſis ducatus & titulus ſemper ad filium regis natu ſecundum pertinere debeat: quæ tamen nulla regni lege, nulla conſuetudine nullóue probatioris auctoris calculo approbatur.

FINIS.

Actus geminati cur obligationem augere nequeant ead.2
Actioni perpetuæ triginta annis præſcribitur 4.53
in Addictione iuris iuxta quantitatem debiti, laudimia debentur 4.30
Adiuncti commiſſariorum propriè latinis optiones vocantur 4.71
Adiudicatario ius ſuum transferente laudimia non debentur 4.50
Adiudicatarius ius ſuum decreti cedere poteſt ead.
an Adiudicatarius teneatur ad reliqua iurium dominicalium, quę ante proclamationes publicas & ſolitas debita fuerunt 2.36
de Adiudicatione immobilium creditor ratione ſolutionis debiti facta laudimia debentur 4.30
Adiudicationes cum decreto quælibet intelliguntur fieri cum onere iurium dominicalium 4.19
Adiudicationis & interpoſitionis decreti quænā forma ſit 2.39.& 40
Adiudicatio à creditoribus acceptata cū ſuis oneribus ſubiecta eſt laudimiis 4.42
Adminiſtrator voluntarius illius donatarius eſſe poteſt, cuius bona adminiſtrat 2.98
Adminiſtratio voluntaria non cenſetur eſſe munus aut officium 3.18
Adrianus Imperator ſanxit, vt vndecimo menſe natus pro legitimo haberetur 4.4
Adulterium viduæ legata& emolumenta à marito relicta petenti obiici à defuncti mariti heredibus nequit 4.2
Adulterium, de quo maritus viuus adhuc conqueſtus fuit, eius viduæ ab herede obiici poteſt ead.
ab Adultero pellici donata fiſco applicātur 3.10
Adulterium quando viduę heredes defuncti dotem retenturi obiicere queant 4.8
Aduocatis & procuratoribus pacta de quota litis ſunt interdicta 3.12
Aduocatus regius generalis Daygua in integrū reſtitutus fuit cōtractum in minori ætate celebratum 3.39
Aduocatis prohibitum eſt, ne cum clientib. ſuis contrahant 3.12
Aduocatus pro labore iuſtum ſalarium ſtipulari poteſt ead. nu.2. in alleg.
Aduocatus teſtis eſſe nequit pro cliente ſuo ib.
Ætas decrepita ſuſpectas reddit & ſæpius vitiat diſpoſitiones ac teſtamenta 3.7. per tot.
Ætas quænam in præſidibus & ſenatoribus requiratur 1 75
Ætas minorum quoad beneficium reſtitutionis in integrum de momento ad momentum computatur 3.9 3
ætas definitur, quam prę́ſides & ſenatores ſupremæ curiæ Tholoſanæ habere debent 1.76
ætas conſiderari debet & tempus partus, vt ſciri poſſit an infans viuus fuerit 5.77
in ætate ſeptuagenaria excuſationem tutelæ, tēpus de momento ad momentum computatur 3.93.3
Affectionem vagam ſaltē & incertam erga eos, qui nōdum in rerum natura ſunt, habere poſſumus 5.37
Affidatio introducta per ſolam productionem limites cauſę & inſtantiæ, in qua facta fuit, excedere nequit 4.88
Affidationem introducens Iuſtinianea conſtitutio in Francia recepta non eſt ead.
Agentiamentum quid 3.69
Agrippa inuenit notas, quibus breuiter orationes ſcribi poſſent 4.72
Airaudus reprehenditur in tractatu ſuo ordin. iudicar. 3.53
Alciatus in eo ipſo peccauit, quo alias notat 5.50
ob Alienationes voluntarias laudimia debentur 4.50.
Alienationum neceſſariarum nomine nulla laudimia debentur 4.43
Alienatione prohibita neceſſaria minimè prohibita eſſe intelligitur 4.30
Alienationes bonorum dotalium cum conſenſu vxoris factæ reuocari poſſunt marito ad inopiam vergente 4.56
Alienatio vniuerſalis bonorum in fraudem creditoris facta cenſetur 3.73
Alienatio bonorum in contractu matrimonij donatorum filio, qui ea vendidit, mortuo reſcinditur & bona ad patrem donatorem reuertuntur 2.92
de Alienatione bonorum eccleſiaſticorum diuerſitas opinionum eſt 2.7
an Alienationes bonorum maternorum, quæ filio ex matris teſtamento in quo etiam pater vocatus fuit quoad certam quotam obuenerunt, reuocari quoad proprietatem & vſumfructum poſſint 5.54
Alienationes & hypothecæ heredum grauatorum pendente ſubſtitutionis fideicommiſſariæ caſu in ſuſpenſo hærent, donec conditio eueniat ibid.
Alimenta viduæ per annum luctus ſolo herede prę́ſtantur 5.48
Alirrhotius Neptuni filius à Marte interfectus 4.80
Alternatiua ſine vlla conuerſione naturam ſuā quoad extraneos ſubſtitutos obtinet 5.39
Alternatiua quando in copulatiuam & viciſſim quando copulatiua in alternatiuam mutetur 5.40
Alternatiua conditio nonnunquam mutatur in copulatiuam 5.38
D. Ambroſius allegatur 3.95.& 3.91

D. Ambroſius reprehenditur quod egeſtatem præceptoris Origenis non ſubleuarit 2.97
Amicitia quænam ſufficiens ſit ad iudicis recuſationem 1.93
Amicitia per ludum contracta omni alia firmior eſt 1.80
Amicitia ſimplex & perſonalis atque amicitia plurium contra tertium quendam conſpirās quomodo differant 4.84
Amicitia fraterna admodum commendatur 2.69
Amicitia æqualitate officiorum & functionis publicæ confirmatur 1.82
Amortizationis ius ad ſolum regem ſpectat 1.19
Annus retractui gentilitio præſcriptus quando currere incipiat 2.61
Anima omnibus rebus præfertur 5.13
Annus luctus poſt initium menſis duodecimi completus eſſe cenſetur 3.93
Annus luctus olim decem ſaltem menſib. conſtabat ibid.
Annus luctus quare introductus fuerit quoad viduas ibid.
Annus Romuli decem menſibus abſoluebatur ibid.
Annus Æolius decem menſes continebat 4.3
An in anno luctus ab Imperatore Theodoſio ad duodecim menſes porrecto tempus de momento ad momentum computari debeat 3.93
Annuum legatum pro primo anno purum pro reliquis conditionale eſt c.4.4
Annuum legatum quando perpetuum ſit ibidem 5
Annuū legatum vniuerſitati relictum 100. annis non finitur ibid.6
Annua obligatio etiam ex contractu nata ius agendi in cuiuſlibet anni initio tribuit ibidem 16
in Annuo legato dies ab initio cuiuſlibet anni cedit ibid.14
Annui legati quantitas vt plurimum incerta eſt ibid.19
Anniuerſaria & eorum antiquitas 1.14
Antiquitas prçſidum & ſenatorū ex receptione eorundem ad officia æſtimatur 1.72
Animalia certum & ſtatum pariendi tempus habent 4.3
Annulorum vſus antiquus 4.8.4.in alleg.
Annulus aureus ordinis equeſtris decus ibi.
Ἀντιχρησις quidnam ſit 3.20
Antichreſis toleratur propter incertitudinem fructuum 2.28
Antichreſis quidnam ſit ibid.
Appellante minore ob eā ſolam cauſam quod tutorem ſeu curatorem non habuerit quidnā pronunciari debeat 3.64
Appellationes à ſententiis capitolinorum Tholoſatium ad quemnam iudicem proximè deuoluantur 2.20
Appellationes à ſentēiis magiſtratuū prçſidialiū rectà ad ſupremas curias deuoluuntur 2.15
Appellatione pēdente quoad recuſationem iudicis vlterius in cauſa principali nō eſt procedendum 2.18
Appellationem caſſare ſolæ ſupremæ curiæ ſeu parlamenta ſolent 2.16
Appellationis in inſtantia omnes errores qui cauſas cauſæ concernūnt, reparari poſſunt 1. c.7
Appellationis inſtrumentum ex protocollo notarij defuncti alius citra magiſtratus auctoritatem extrahere nequit c.6.per tot.
Approbatio ſæpius reiterata quantum operetur 3.57
Arbitri inter propinquos familiam erciſcentes vigore ordinationis Molineis promulgatę eligi debent 2.67
Archyppus Philoſophus tempore D.Domitiani vixit 5.80
Areopagus qualiſnam locus & cur ita dictus fuerit 4.80
Areopagitæ cùm aliquando cauſam definire nō poſſent, eius iudicium ad centum annos diſtulerunt 1.1
in Areopago vota pupillaribus inſcribebantur 1.71.
Aretini ſententia obtinuit, iuxta quam prohibitio Trebellianicæ per codicillos fieri poteſt 5.47
Argumentum à contrario ſenſu quando non procedat 1.53
Argumentum à iudicibus ad teſtes validum eſt eſt 4.60
Argumentum à contrario ſenſu firmum & validum in iure eſt 3.53
Argumentum à ſeparatis non valet 3.38
Argumentum à contrario ſenſu in teſtamentis firmiter procedit 5.14
Argumenta antecedentium & conſequentium 4.6
Ariſtotelis ſententia de legitimi partus tempore 4.3
Arreſtum notabile, cuius executio ſuſpenſa & dilata fuit 4.52
Arreſtum contra eum prolatum, qui vndecimo menſe natus fuit 4.3
Arreſtis ſupremarum curiarum ſingularibus plerunque aliquid ſecreti & occulti ineſt 3.85
Arreſtum ſupremæ Curiæ Pariſienſis contra Bullam Pontificis Benedicti 2.3
Arreſta non omnium ſunt horarum & temporum 4.56
Arreſti iam pronunciati error quomodo emenda-

mendari queat 2,10
Arreſta ſupremæ curiæ Tholoſanæ reparationem eccleſiarum concernentia explicantur 1,42
Articulus conſuetudinis, quæ in oppido & Vicaria Tholoſana teſtamenta concernens obtinet quoad omnia bona ibidem teſtantium locum habet 5,52
Aſcendentes in teſtamentis deſcendentium nominari & inſtitui debent 5,11
At dictio aduerſitatem ſignificat 4,42
Athenienſis ciuis liberos habens teſtari & de bonis ſuis diſponere non poterat. 5,19
Auaritiam iudex ſummè fugere debet 1,86
Auditorium officialis Tholoſani adhuc hodie capellæ nomen obtinet, 2,1
Augmētum dotis iuxta mores Tholoſanum debitum quando oneroſo & quando lucratiuo titulo obuenire cenſeatur 3,90
Augmentum dotis iuxta mores Tholoſanos ſuperſtiti viduæ acquiritur, 4,34
Augmentum conſuetudinarium etiam marito adhuc viuo, ſi is ad inopiam vergat, peti poteſt 4,56
Augmentum illud ad quemnam vidua ad ſecundas conuolante nuptias poſt eius obitum reuertatur 3,90
Augmentum illud conſuetudinarium differt à donatione propter nuptias 4,56
Augmentum dotis nullo hypothecę priuilegio gaudet 3,26
Ad augmentum dotis referri nequeunt, quæ Impp. de donatione propter nuptias ſanxerunt 4, 6
Augmētum dotis in fauorem liberorum prioris matrimonij defalcationi obnoxium eſſe Impp. voluerunt, 3,27
Auguſtinus bona eccleſiæ donata liberis donatoris reſtitui voluit 4,12
Auguſtinus in fauorem egenorum teſtatoris liberorum repudiauit legatum eccleſiæ relictum 5,14
Auguſtinus explicat quamnam obedientiam filius patri debeat ead.
Auſonius de legitimo partus tempore allegatur 4,3. in fin.
Auctoritates præſcriptæ 1.74

B

BAnnum pro ſolemni proclamatione ante conſummationem matrimonij fieri ſolita vox Lombardorum eſt 4,55
Bartoli locus quidam corruptè allegari ſolet 5,71
Baſtardi in Francia vocātur omnes ij, qui ex legitimo matrimonio nati non ſunt 5,30
Baſtardis quatenus parentes naturales efficaciter donare queant ead.
Baſtardi patri non ſuccedunt 3,6
Baſtardi noſtri temporis ab iis, qui olim naturales appellabantur plurimum differunt 5.79
Baſtardos eſſe legatarios hæres obiicere nequit 3.17
Baſtardi, quamuis legitimati, non poſſunt præiudicare ſubſtitutis ſub conditione ſi ſine liberis 5.79
Baſtardis reiectis Romani ſemper legitimos vocarunt 5.30
Baſtardorum variæ ſpecies ſunt ibid.
Baſtardi retractu gentilitio vti nequeunt 2. 81
Baſtardus patrem ſuum inſtituere hæredem nequit 5.31
Baſtardi legatorum incapaces ſunt ab eorundē patre relictorum 5.29
Baſtardi capaces ſunt donationum quas in eos propinqui collaterales contulerunt ibid.
Baſtardi ſæpius egregia & verè Herculea virtute præditi ſunt ibid.
Benedictio ſacerdotalis ſecundis nuptiis denegatur 4.55
Beneficium inuentarij à teſtatore hæredi inſtituto interdici nequit 5.29
Beneficium ob quænam delicta ipſo iūre vacare ſoleat 1,61
Beneficium non cenſetur vacare propter ſimplicem reſignationem titularij 1,52
Beneficia conceduntur propter officia 1,2
Beneficiarius num beneficium, quod propter morbum reſignauit reconualeſcens recuperare queat 1,67
Beneficiarij propter capituli cauſam ſeu litem abſentes habentur pro præſentibus 1,14
Beneficiarius num reſignare poſſit beneficium poſt commiſſum delictum 1,61
Beneficiarij in Francia diſponere poſſunt de fructibus beneficiorum ſuorum 1,2
Guilhelmus Benedicti loquens de iure retentionis quoad oppidum & Vicariam Tholoſanam explicatur 3,34
Bigami priuantur benedictione eccleſiaſtica & promotione ad ſacros ordines 3,100
Blaſphematoribus pœnam edicto ſuo S. Ludouicus conſtituit 4,76
Blaſphemandi conſuetudo vnde procedat ibid.
Blaſphemiam ſenatus Hiſpaniæ quomodo puniat ibid.
Bona præuio decreto occupata alienari nequeunt 2,64
in Bonis eiuſmodi qui ius prætendit oppoſitionem legitimè formare debet 5,81
Bona paterna iure naturæ liberis deſtinantur.
Bona, quæ Canonicus filio ex religioſa ſuſcepto reliquerat, fiſco regio applicata fuerunt 5,19
Brocardium iuris 5,74
Brocardica iuris explicantur 2,77

Brutus per teſtamentum ſubſtitutus fuit Cæſari 5.10
Bullæ Pontificis Benedicti à ſuprema curia Pariſienſi damnatæ & laceratæ fuerunt 2.3
Bulla Pontificis Benedicti XIII. continens excommunicationem Regis Caroli VI. lacerata fuit 4.100

C

CAchochimia comparatur corruptoribus legum 1.8
Camera Imperialis ad ſententiam procedit, etiamſi nulla litis conteſtatio in prioribus inſtantiis facta fuerit 1.c.4
Canon quid ſignificet 1.2
Capitolini Tholoſani in prima inſtantia rerũ politicarum iudices ſunt 2.20
à Capitolinis Tholoſanis ad ſupremam curiam prouocatur ibid.
Carboniani edicti beneficium in fauorem pupilli introductum eſt 3.29
Carmelita religioſus in poſſeſſionem beneficij ſui à ſuprema curia Pariſienſi miſſus fuit, 1.28
Caſus ſuper caſum non valet 2.64
Caſus omnino omiſſus habetur pro omiſſo & de perſona nullatenus comprehenſa ad perſonam non fit extenſio 5.74
Cato fœminam animal indomitum appellauit 4.4
Cato officium quoddam ambiens repulſam haud ægrè tulit 3.53
Cauſæ piæ priuilegia quomodo accipi debeant 5.15
Cauſa pia non impertit fauorem ſuum extraneo, qui admixtus eſt 5.19
Cauſa pia æquè fauorabilis eſt atque cauſa liberorum 5.21
Cauſa ceſſante ceſſat effectus 4.6
Cauſæ & obligationes acceſſoriæ poſitæ in fine & executione actus non mutant naturã principalium diſpoſitionem 3.6
Cauſa limitata limitatum producit effectum 3.57
cauſa remota quando potius attendi debeat quàm propinqua 5.52
Cautio obſignationem ſolemnem & garniſionem præcedere ſolet 3.49
Cautionis vigore fideiuſſor creditori ſoluens eius actionem ſine vlteriori ceſſione acquiri, 2.49
Cautione ſola aduerſarij conditio alterius deterior reddi non debet 1. c.25
cautionem idoneam præſtanti creditori pecunia à communi debitore depoſita tradi poteſt ibid.26
Cautum ſemel eſſe in ciuilibus & criminalibus ſufficit ibid.34
cautionibus ſuperfluis nemo grauari debet ibid.
Cancellarius Poyetus auctor fuit ordinationis quæ allegatur 4.80
Canonici vnde ita dicantur 1.65
Canonicus ſcholaſticus 1.14
Capella Tholoſana 2.1
Carolus Magnus eccleſiaſticos ab epiſcopis iudicari voluit 4.100
Carolus V. aliàs prudens dictus inſtaurauit diſputationem de iuriſdictione contra eccleſiaſticos ibid.
Camera palatij Burdigalenſis combuſta 4.33
Claſſis prima & ſecunda inquiſitionum in ſuprema curia Tholoſana parem auctoritatem obtinent 3.93
Cœlibatus à Calixto Pontifice inſtitutus fuit 5.77
Cenſus multum differt ab vſuris 4.48
cenſus quota tamdiu iuxta ſolitum morem ſolui debet, donec de titulo primordiali appareat 4.48
cenſũi vel eius quotæ præſcribi nequit 4.48
cenſus de rogo 4.53
cenſus domini quomodo in ſolidum peti queant 2.34
cenſuræ eccleſiaſticæ quo fine inſtitutę fuerint 4.96
Ceremoniæ iuris Romani quoad ſolemnem matrimonij celebrationem 4.55
I. Cæſar teſtamẽto plures percuſſorum ſuorum ſubſtituit 5.10
Ceſſio bonorum poſt definitiuam arreſti condemnationem haud admittitur 4.17
ceſſio bonorum quibus perſonis non permittatur ibid.
ceſſio bonorum locum non habet inter contutores quando vnus contra alterum agit 4.18
ceſſione ius retractus in extraneum transferri nequit 2.81
Charondas legiſlator binubos ad officia publicà non admittebat 3.100
Charondas IC. reprehenditur, explicatur, corrigitur, eiúſque errores notantur 4.2.4.3.2.56. 5.88.5.74.5.34
Charondas explicatur & confirmatur 2.51.& 52
Charondæ commentarij imperfectitudinis 2.53 4.33. & falſitatis arguuntur 2. c2. & 23 3.18. 5.87
Chirographum poſt mortem debitoris recognitum qualemnam hypothecam & emolumentum inducat 2.42
chirographorum agnitione facta creditores garniſionem proſequi debent 3.3
Chirographi agnitio hypothecam inducit & prælationem quoad creditores poſteriores 3.2
ante Chirographi agnitionem aut probationem

tionem intereſſe non debetur ibid.
Chirographa nondum agnita ſunt inſtar corporis ſine anima & arboris ſine fructu 3.3
Chriſtianorum religionem Vlpianus IC. ſuperſtitionem Iudaicam appellauit 5.79
Chriſtiani Franci ab affinitatibus baſtardorum abhorrent ibid.
D. Chryſoſtomus de Malcho loquens allegatur 5.14
Citationes generales à iudicibus eccleſiaſticis decretæ pro abuſiuis habentur 2.1
Ciuis perfectionem 2,60
Claudij Imperatoris nimia fuit erga aduocatos importunos patientia 1.77
Clauſulæ appoſitæ in executione non cenſentur alterare principalem contractum 4,18
Clauſula prælegatis adiecta quid operetur, qua permittitur legatario vt ipſe eiúſque hæredes pro liberrima voluntate & ſine vllo impedimento prælegatis fruantur 5,66
Clauſula ſi hæres ſine liberis deceſſerit eiúſque natura 5.74
Clauſula ſubſtitutionis, ſi hæres ſine liberis deceſſerit duo complectitur, nempe hæredis obitum & defectum liberorum ibidem
Clauſula ſubſtitutionis conditionalis, ſi hæres ſine liberis deceſſerit, tum quoque deficit ſi hæres inſtitutus atque ita grauatus monaſterium ſucceſſionis capax ingrediatur 5.75
Clauſula continens renunciationem generalem bonis paternis maternis & vlterius factam quidnam efficaciæ habeat 4.20
Clauſula præſente ſtipulante & acceptãte quidnam operetur 33
Clauſulę arreſtorum, quibus ſolæ ſupremæ curiæ vti ſolent 2.15
Clauſulæ inuſitatæ & affectatæ reprobantur 3.5
Clauſula codicillaris ſubintelligitur in teſtamentis inter liberos 5.22
Clauſula à notariis adhiberi in teſtamentis ſolita, quod teſtator ſani & integri intellectus fuerit nihil operatur 5.6
Clauſula codicillaris omni meliori modo explicatur 5.9
Clauſula IC. prout voluiſſe teſtatorem apparebit expenditur 5.6
Clauſula codicillaris per verbum de futuro concepta quid operetur ibid
Clauſula codicillari nonnunquam vitium teſtamenti ex præteritione oriens corrigitur 5.9
quod de clauſula derogatoria in fauorem liberorum dictum eſt, illud quoque locum habet quoad fauorem legatorum ad pias cauſas relictorum 5.64
Clauſulæ generales non ſufficiunt ad reuocationem teſtamentorum 5.19
Clauſula derogatoria in teſtamentis ſequentibus quando habeatur pro expreſſa ibid.
Clauſula derogatoria ad nullam diſpoſitionem tendit ibid.
Clauſula codicillaris nihil operatur ſi voluntas teſtatoris deficiat ibidem
Clauſula codicillaris ſupplet defectum ſolemnitatis, non verò voluntatis 5.22
Clauſula teſtamentaria ſubſtitutis aut eorum liberis per quam liberi vocantur, quomodo intelligatur 5.37
Clauſula teſtamentaria de proxima parentela loquens refertur ad perſonam teſtatoris 5.52
Clauſula inſtitutionis hæreditatem reſtitui iubens poſthumo, qui in vtero eſt 5.9
Clerici, diaconi, ſubdiaconi & ſacerdotes ſæculares ſucceſſionis capaces ſunt 5.77
Clerici, qui beneficiis ſuis priuantur, quod nuptias contraxerint, eadem quoque amittunt, ſi ſponſalia de præſenti celebrent 4.55
Clerici tonſi, poſtquam nuptias contraxerunt, non gaudent priuilegio clericorum 1.17
Clerici in diſpoſitionibus arreſtorum aut aliis actibus nominati intelliguntur de iis clericis, qui clericè viuunt 1.26
Clodius quare Ciceronis inimicus fuerit 4.76
Cnemon accuſatus parricidij abſolutus fuit 4.80
Coheres litem reaſſumens atque in expenſas condemnatus, quando eas pro omnibus ſoluat 3.1
Collatio inter collaterales locum non habet 5.87
Collatio ſi'tem obtinet inter liberos eius, de cuius hæreditate diuidenda agitur, ibid.
Columbam ligneam Architas Tarentinus volatilem fecit 33
Commendare quidnam propriè denotet 2.75
Coram commiſſario ſolo, etiamſi eius adiunctus adhuc expectetur, teſtes iuramentum præſtare poſſunt 4.71
Compenſatio fructuum & impenſarum hæredis in rebus hæreditariis 5.48
Compaternitas quando ſufficientem reprobationis cauſam præbeat 1.89
Comitatus Tholoſanus regi per donationem acquiſitus fuit 4.57
Concilium IV. Carthaginenſe allegatur & explicatur 1.2
Concubinatus appellatur ἀμύγαμοι in antiquis inſcriptionibus 3.14
Concubinatus hodie damnatur 5.31
Concubinatus inter Chriſtianos pro fornica

tione habetur 5.10
Concubinatus lege ciuili permiſſus eſt ibidem
Concubium apud Romanos à legitima vxore diff.rebat ſola dignitate ib.
Concubina in antiquis inſcriptionibus vocatur vice coniunx ibid.
Concubina adulterij accuſari poterat, ibid.
Coniunctio cum concubina permiſſa & propterea leges eam non omnino iure naturæ fruſtrantur ibid.
Condemnatus ad exilium temporale ante mortem ſuam naturalem fideicommiſſariis locum non facit 5.81
Condemnatus perpetuò ad triremes habetur pro naturaliter mortuo 5.80
Condemnatio in expenſas contra plures hæredes litem defuncti deceſſoris reaſſumentes facta intelligitur, quoad quemlibet pro portione ſua hæreditaria 3.1
in Condemnatione expenſarum etiam taxantur operæ, quas gratuito parti vincenti procuratores & aduocati præſtiterunt 4.32
Condemnatio in famoſis cauſis adiunctam clauſulam habens ſine infamiæ nota à ſolis ſupremis curiis fieri poteſt 2.18
Condemnationem ad triremes perpetuam cõfiſcatio bonorum ſequitur in reſortitione ſupremæ curiæ Tholoſanæ 5.81
Condemnatio in expenſas perſonales quomodo accipi debeat 3.1
in Condemnationes ad metalla & deportationum locum pœnæ afflictiuæ corporis ſucceſſerunt 5.80
Conditio, quæ ſemel defecit, non amplius inſtauratur 5.74
Conditio voluntaria intra ſuos terminos coerceri neque alio extendi debet ibid.
Conditio, ſi hæres meus ſine liberis decedat quidnam operetur 5.66
Conditionale legatum ad hæredes non tranſit c.4.2
Conditiones ſcandaloſæ & contra religionem introductæ in teſtamentis non attenduntur 3.14
Conditio alternatiua mutatur in copulatiuam 5.38
Conditio adiecta contractui venditionis, partem eius conſtituit 4.10
Conditionis ante impletionem neutra ad hæredes tranſmittitur ſi duæ res alternatiuè legentur, vna purè altera conditionaliter 4.c.3
Conditionum negatiuè & alternatiuè ſubſtitutionibus adiectarum effectus 5.38
ſub Conditione fieri nequit, quod purè fieri prohibetur 1.c.17
in Conditionibus teſtamentorum ſemper voluntas teſtatorum ſpectari debet 5.14
Conditio negatiua ſi liberos non habuerit ſimpliciter in ſubſtitutionibus appoſita deficit, ſi liberi naſcantur, quamuis illi defuncto eo, poſt quem vocantur, amplius ſuperſtites non ſint 5.78
Conditio; ſi ſine liberis, deficit ſi hæres inſtitutus atque ita grauatus monaſterium quoddam ſucceſſionis capax ingrediatur 5.75
Conditionalis diſpoſitio prius ius non tribuit, quàm ſi conditio euenerit atque probata fuerit 1.c.18
Confiſcatio vrgeri nequit ex arreſto, quod executioni non fuit mandatum 4.52
qui Confiſcat corpus confiſcat quoque bona 3.6
Confiſcatio bonorum ſequitur condemnationem ad triremes in reſortitione ſupremę curiæ Tholoſanæ 5.81
Congrua portio iuxta quamnam quotam æſtimetur 1.39
Congruæ portiones curionum & diuerſa arreſta quoad illas 1.28
Congrua portio ad quartam reducta veluti ad ſuum punctum peruenit 1.39
Coniunctio verbalis quando eſſe dicatur 5.10
in Coniunctionibus nullus ordo eſt 5.95
Conſiliarij ſecretioris conſilij in ſuprema curia Tholoſana neque ſeſſionem neque votum habent 2.8
Conſiliarij beneficiarij ſupremarum curiarum fructus beneficiorum percipiunt etiamſi realiter non reſideant 1.60
inter Conſiliarios Pariſienſes quinam ordo ſeſſionis obſeruetur 1.73
Conſiliarius Neapolitanus Matthæus de Afflictis reprehenditur, eiúſque opinio refutatur 3.73
Conſiliarij quanam ratione antiqui dicantur 1.72
Conſiliarij eccleſiaſtici ſuſpecti ſunt & recuſari poſſunt in cauſis ipſorum eccleſiam ſeu collegium concernentibus 1.83
Conſenſus parentum requiritur in nuptiis liberorum 4.5
Conſignatio non fit ſine præuia cautione 3.5
Conſtitutio Valentis & Valentiniani contra religioſos Ægypti admodum crudelis eſt 5.14
Conſtitutio Alexandri concernens legatum rei alienæ explicatur 2.32
Conſtitutio D. Diocletiani & Maximiani quoad numerum teſtium in teſtamentis peſte laborantium requiſitus corrigitur atque

atque iuxta correctionem Fernandi legitur 5.23
Conſtitutio Dd.Diocletiani & Maximiani rem bis venditam concernens explicatur 2.61.
Conſtitutio Theodoſij quoad præſentiam teſtium teſtamentariorum explicatur 5.15
Conſtitutio Antonini vſuras concernens edicto Iuſtiniani abrogatur 2.27
Conſtitutio Theodoſij & l. final. C. de cod. explicatur, atque ad vſum ſuum refertur 5.8
Conſtitutio Conſtantini concernens reuocationem donationum, quæ natiuitate liberorum fit, de omnib. donatoribus intelligitur 4.12
Conſtitutio Iuſtiniani loquens de exhæredatione & præteritione refertur ad præteritionem quæ exhæredationis locum obtinet 5.9
Conſtitutio Iuſtiniani abrogat aliam conſtitutionem Diocletiani & Maximiani de filiabus ſucceſſioni paternæ renunciantibus loquentem, 4.19
Conſtitutio Iuſtiniani repetitionem dotis marito ad inopiam vergente concernens explicatur 4.56
Conſtitutio Iuſtiniani de lapſu decennij poſt teſtamentum conditum loquens 5.23
Conſtitutio Iuſtiniani formam teſtamentis præſcribens ad ſuum punctum refertur 5.6
Conſtitutio Trebellianicam concernens explicatur 5.51
quod Conſtitutum & diſpoſitum eſt in caſu vero, refertur quoque & extenditur ad caſum fictum ib.
in Conſtitutionibus expreſſis nulla opus eſt ſuppletione 3.100
Conſtitutio Ludouici Bauari allegatur 4.100
Conſultationes notabiles legitimum partus tempus concernentes 4.4
Contractus ficti & ſimulati executione finali deteguntur 3.72
Contrahens cum aliquo eiuſdem qualitatem ignorare non debet 3.21
Contrahens in qualitate officij alicuius non cenſetur proprio nomine contrahere 4.15.
Contractus & actus in Francia non ſunt ipſo iure nulli 3.53
Contractus fructuarij perpetui ſummariè declarantur 4.53
Contractuum fictorum atque in fraudem factorum interpretatio contra eorundem auctores fieri debet 3.72
Contractus matrimonij cur ita appelletur ibid.
Contractus emphyteuticarij declarantur 4.53
Contractus minorum in fauorem tutorum non valent 2.96.97.98
Contractuum ſimulatorum notæ 3.72
Contractus in quibus minor ætas præſupponitur, eam minimè probant 3.54
Contractus & pacta de retrouendendo temporalia declarantur pignoratitia eſſe.
Contractus emptionis venditionis tria ſubſtantialia continet, conſenſum precium & rem 5.64
Contrarietas non eſt in ſubſtantia aut in quantitate 4.60
de Controuerſiis teſtamentariis aliter tranſigi vel iudicari nequit, quàm inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti 1.c.6
Conuentio coruina improbatur 3.95
Conuentiones de quota litis aduocatis & procuratoribus interdictæ ſunt 4.6
Copulatiuæ effectus 5.10
Cornelia viduam T. Gracchi Rex Ptolomæus vxorem ducere voluit 4.4
Cornelia primum ſuum filium duodecimo menſe peperit ibid.
Corraſius ſenator ſupremæ curiæ Tholoſanæ allegatur 4.6
Corraſius examini curiæ ſe ſiſtens conſternati admodum animi fuit 1.75
Corraſius vltra 4000. auditores habuit 4.12
Conſuetudo contra veritatem præſcribere nequit 1.2
Conſuetudo bonis moribus aduerſa, quantumuis antiqua tolli debet ib.
Conſuetudines laudabiles in ordinationib. exceptæ quænam ſint. 1.70
Conſuetudo patriæ quoad iura dominicalia ſemper obſeruanda eſt 4.45
Conſuetudo ſcripta effectum ſuum quandoque extra territorium producit 5.92
Conſuetudo capituli valida eſt iuxta quam Canonici nouiter recepti ornamenta ad ſeruitium diuinum conferre tenentur 1.4
Conſuetudo reprobatur iuxta quam Canonici epiſcopum in publicis proceſſionibus comitari recuſant 1.5
Conſuetudo Romanorum erat, vt in aciem prodituri teſtamenta ſua conderent 5.6
Creditor minoris reſtituti probare debet precium aut rem in vtilitatem minoris verſam fuiſſe
Creditores iure debitorum ſuorum vti poſſunt 3.70
Creditores conditionales quomodo & ad quem finem in poſſeſſionem ex primo prætoris decreto mitti poſſint 4.56

Creditor qui ad emtionem officij pecuniam credidit, præfertur debitoris vxori dotem repetenti 3.64
Creditor quatenus inſtitorem conuenire poſſit 4.15
Creditor expreſſam hypothecam anteriorem habens præfertur mulieri petenti dotem à matre poſteà conſtitutam 2.52
Creditores nomine debitorum ſuorum ſupplementum iuſti precij petere poſſunt 3.70. & 71
Crimina quædam faciunt vt beneficium ipſo iure vacet 2.61
in Crimine læſæ maieſtatis omnes modi probationum admittuntur 4.82
Criminis accuſati ad dextram, accuſatores ad ſiniſtram ſiſtebantur 4.80
in Criminali cauſa partitio locum non habet ibid.
Curatores haud obſtricti ſunt vt nomina pupillorum talia reddant quo facilè exigi queant 3.15
Curatores non poſſunt eſſe minorum donatarij 2.95
Curatores ſemper obſtricti manent donec redditis rationibus reliquam præſtiterint 2.100
Curator bonis vacantibus datus in eorum præiudicium atque extra limites officij ſui contrahere nequit 3.71
Curator nihil facere poteſt in præiudicium officij ſui ibid.
Curatela præſuppoſita in quodam actu minorem ætatem non probat 4.42
Curator ob culpam & craſſam negligentiam proprio nomine condemnatur 4.15
Curator bonis abſentis datus idem quòd principalis ſuus facere poteſt 1.c.23
Curator eiuſmodi quando abſentis principalis ſui nomine actiones exercere queat 1.c.24
Curiones & vicarij perpetui quaſnam res in congruas ſuas portiones imputare teneantur 1.29
Curia Tholoſona in liquidatione fructuũ medium valorem ſequitur 4.60
Curiæ ſupremæ in Francia excepta Tholoſana pœnas lege ciuili contra mulieres intra annũ luctus nubentes introductas remiſerunt, 3.93
Curiæ ſupremæ ſolæ in cauſis appellationum à curiis prçſidialib. interpoſitarum cognoſcunt 2.16
Curia ſuprema Tholoſana olim curia iuris ſcripti vocabatur 4.53
Curia Pariſienſis admodum benigna eſt erga mulieres binubas 3.92
Curiæ ſupremæ ſolæ in iudiciis famoſis famam condemnatis reſeruare poſſunt 2.18
Curiæ ſupremæ parlamentorum in Francia partim eccleſiaſticos partim ſeculares ſenatores habent, 1.50
Curia Tholoſana haud ſemper corpus confiſcans etiam bona confiſcat 4.6
Curia Tholoſana pœnas introductas cõtra mulieres intra annum luctus nubentes rigidè obſeruat 3.92
Curia Tholoſana ab vſuris abhorret 2.27
Curia Tholoſana ordinationes regias gradus ſubſtitutionis concernentes non recepit 5.86.
Curiæ ſupremæ in Francia diuerſæ obſeruare ſolent ordinationes regias inſinuationem ſubſtitutionum teſtamentariarum concernentes 5.95
Curiæ ſupremæ ſolæ appellationes caſſare poſſunt 5.30
Curianum iudicium ad pupillarem ſubſtitutionem referebatur pupillo fauorabilem 5.74
D. Cyprianus corrigitur in ſuis epiſtolis 1.14

D

DAffis primarij præſidis Burdigalenſis elogium f.9
Dn. Daffis aduocati generalis Tholoſani obitus 3.29
Datum diei in teſtamentis requiritur 5.15
Debitores indiuiſim obligati, vt vnus pro omnib. teneri debeat ſine prçuia excuſſione conueniri nequeunt 4.14
inter Debitorem realem & debitorem per cautionem differentia eſt ib.
Debitor indiuiſim obligatus quando in ſolidum conueniri poſſit ibid.
Debitor vendens rem pignori obligatam conditionem creditoris ſui hypothecarij deteriorem reddere nequit 3.69
Debitor fugitiuus ad ſolam partis aduerſæ petitionem rectè corporaliter prehendi poteſt 3.34
Debitum minori ſine tutoris aut curatoris auctoritate rectè ſolui nequit 3.53
Debitum impenſarum funebrium à fideicommiſſaria hereditate detrahitur 5.50.
Debitor quomodo minori ſoluere debeat 5.52
Decemuiri legitimum partus tempus vſque ad decimum menſem porrexerunt 4.3
Deceptio naturalis in commerciis quomodo toleretur 3.65
Deceptio vſque ad dimidium iuſti precij non eſt ſufficiens ad reſcindendam venditionem ibid.
Deceptio vltra dimidium iuſti precij à creditore loco debitoris læſi & decepti allegari ac proponi poteſt 3.70
Deceptio vltra dimidium iuſti precij ſaltem in venditionibus voluntariis attenditur 3.71
Declaratio iurium à venditore fundi cuiuſdam facta ius domino non acquirit 3.49

Decimas

Decimas accipientes ad ſuſtentationem prędicatoris conferre oportet 1.35
Decimas accipientes ad reparationem eccleſiæ conferre tenentur 1.31
Decimæ quota præſcribitur, ſi de titulo authentico non appareat 4.48
Decimarum tertia pars ad reparationem eccleſiæ impenditur 1.41
Decretum quando perfectum & conſummatum eſſe cenſeatur 4.51
in Decreto bona creditori adiudicante conditio, vt iura dominicalia ſoluantur, ſubintelligitur 2.36
Decretum vt quis ad ſimplicem partis aduerſæ petitionem corporaliter prehendatur prohibitum eſt 3.34
Decretum de pacificis poſſeſſoribus per ſimoniam ſimplicem conuentionalem non impeditur 1.58
in Decreto de pacificis poſſeſſorib. non opus eſt titulo colorato 1.64
vt quis Decreto de pacificis poſſeſſoribus fruatur poſſeſſione prędeceſſoris ſui iuuari nequit ibid.
Decretum Adriani Imperatoris abrogatum fuit tempore ipſius auctoris qui illud allegat 4.3
Decretalis Pontificis Clementis III. abrogata fuit 1.27
Deductio ſponſæ ad domum mariti quando neceſſaria fuerit 5.19
Defectus ceremoniarum canonicarum in matrimonio quando præſumptionem fornicationis non inducat 3.96
Defectus commentariarum aduocato Pariſienſi tranſmiſſorum 4,2
Defenſores fauorabiliores ſunt quàm accuſatores 4.80
Defenſionis verbum generale eſt, 2,75
Delictum in reprobationibus niſi ſententia condemnatoria ſecuta fuerit non attenditur 4,75
Deportationes in locum pœnarum corporis afflictarum ſucceſſerunt 5,80
Depoſitum quomodo repeti queat, ſi depoſitarius ſaltem hęredem cum beneficio inuentarij reliquerit, 3,4
Depoſitarius rem depoſitam in ſpecie reddere tenetur 3,30
Depoſitiones voluntariæ & coactæ quomodo differant 4.76
in Depoſitionibus teſtium non eſt contrarietas ſed oppoſitio relatiua 4.60
Depoſitio & fides teſtium ſolemnibus quibuſdam verbis Tholoſæ ſignificari ſolet.
Depoſitio teſtis legitimè reprobati pro non ſcripta habetur 4.48
Depoſitiones teſtium eccleſiaſticorum iuratæ manu ad pectus appoſita fieri ſolent 4.63
Deueſtitiones per quoſnam hodie in Francia fiant 4.39
Deſcendentium nomen collectiuum eſt 5.45
Deſcendentes duas quartas in fideicommiſſis conditionalibus detrahere poſſunt 5.47
Depoſitum quomodo repetatur 3 4
Detractio Trebellianicæ quomodo in fideicommiſſis fiat 5.47
Dictionis hypoboli diuerſa interpretatio eſt 4,56
Dictionum diſiunctiuarum & coniunctiuarum vſus in teſtamentis noſtris 5.40
Dictionis eſſet virtus & proprietas 5.9
Dictiones teſtamentariæ proximi in parentela explicantur 5.52
Dictionum proprietas hodie non tam ſtrictè, quemadmodum olim apud Romanos attenditur 5.40
Dictio vna ſæpe pro altera ſumitur, quando ita expedit ibid.
Dictionis ſiue proprietas 5.38
Dictionis ſeu propria ſignificatio, 5.37
Diligentia miſera 5.40
Differentia inter venditorem & emtorem 3.58
Differentia inter depoſitiones voluntarias & neceſſarias 4.76
Differentia inter generalitates vagas & ſpecialitates 4.80
Differentia inter donationem propter nuptias & augmentum dotis 3.20
Differentia inter ſubſtitutionem compendioſam & reciprocam 5.4
Diſcuſſio non eſt neceſſaria in repetitione dotis 3.23
Diſiunctiua in ſubſtitutionibus conditionalibus ſumitur pro coniunctiua atque econtra in fauorem liberorum 5.37
Diſpenſationem quoad matrimonium, quę olim principis erat, hodie Pontifex ſibi vindicat 4.5
Diſpoſitio conditionalis & eius effectus 1,86
Diſpoſitio generalis comprehendit caſus ſpeciales 5.19
Diſpoſitiones parentum inter liberos à ſolemnitate iuris exemtæ ſunt 5.15
Diſpoſitionum humanarum dubia ſors & conditio eſt 5.6
Diſtinctio multorum interpretum explicatur 5.87
Diſtinctio conditionum & modorum quibus eæ concipiuntur 5.78
Diſtributiones quotidianę non poſſunt occupari propter debita ciuilia 1.15
Diſtributiones quotidianę beneficiorum litigioſorum adiudicantur choro eccleſiæ 1.46
Diſtributiones ordinarię non debentur ſenatoribus eccleſiaſticis non reſidentibus 1.60
Diuiſi quotarum in legatis & inſtitutionibus vniuerſalibus 4.62

Digitized by Google

Doctor minor in integrum reſtitui poteſt 3.38
Dolus perſonalis odioſus,realis verò permiſſus eſt 3.57
Dolus & fraus priuationem ceſſionis bonorum inducunt 4.17
Dolo & fraude minoris reſtitutio impeditur 3.52
Donatarius ad quænam onera obſtringatur 2.92 & 93
Donatario præfertur mercator, qui donatori merces credidit 2.53
Donatarius inter viuos fideicommiſſo grauari nequit 5.34
Donatarius electus aut inſtitutus per electionem grauari poteſt fideicommiſſo & quomodo ib.& 5.22
Donator certa ex cauſa reuocare poteſt donationem intra tempus inſinuationi regia ordinatione præſcriptum 2.57
Donator reſtitutus contra omiſſam inſinuationem donationis creditoribus ſuis non præiudicat 2.54
Donatio vxori à marito facta reconciliationem arguit 4.2
propter Donationes domino nulla laudimia debentur 4.41
Donatio inter coniuges morte confirmatur 4.6
Donatio reuocatur legitimatione baſtardorum per ſubſequens matrimonium facta 4.13
ex Donatione in fauorem matrimonij facta non debentur laudimia 4,41
in Donatione mortis cauſa facta à filio nouercę cum patris conſenſu defalcatio l. hac edictali Cod. de ſecund. nupt. locum non habet, 3.84
Donari poteſt res,quę adhuc in ſola ſpe conſiſtit 3.85
Donatio nulla eſt,quæ in præſentia donatoris & notarij non acceptatur 4.7
Donatio,quam pater filii nomine acceptauit,valida eſt ib.
ex Donatione ſimplici quam parentes in libero conferunt,nulla laudimia debentur 4.41
ex Donatione ęſtimatio facta ab extraneo laudimia debentur,ibidem.
in Donatione,quæ propter liberorum natiuitatem reuocata eſſe prætenditur,duo conſiderari oportet 4.12
Donatio remuneratoria non reuocatur ob natiuitatem liberorum ibid.
Donatio facta à patre ad dotandum obſtricto liberorum natiuitate non reuocatur ibid.
Donatio cauſa mortis vnde dignoſcatur 3.6
Donationes, quas clientes in aduocatos ſuos & ſollicitatores conferunt, minimè valent, ſed reſcinduntur, 3.12
Donationis propter nuptias natura 4.56
Donatio propter nuptias non refertur ad augmentum conſuetudinarium ibidem
Donatio militibus ab hoſte facta nulla eſt 3.72
Donatio medico ab ægroto facta caſſata & medico ſalarium adiudicatum fuit 3.73
Donatio ducentorum coronatorum chirurgo facta arreſto ad triginta coronatos reducta fuit ibid.
Donatio propter nuptias ex iure explicatur & cum hypobolo atque augmento confertur 3.72
Donatio curatori à minore facta quando valeat 4.56
Donationes à ſubditis aliiſve, quos donatariis parere oportet, factæ pro nullis & inualidis habentur 3.73
Donatio mortis cauſa patri auctoritatem ſuam adhibenti facta valet 5.3
in Donationis propter nuptias locum in Francia recognitio dotis ſucceſſit 4.56
Donatio,qua dos compenſaretur, Celtis vſitata fuit ibid.
Donatio medico ſeu chirurgo ab ægroto facta non valet niſi iuſtum temporis ſpacium lapſum fuerit 3.73
Donatio cauſa mortis à muliere decrepitæ ætatis facta annullatur 3 7
Donatio inter viuos vnde dignoſcatur 3.6
Donatio intra quatuor menſes inſinuata à donatore eiúſve hæredibus reuocari nequit 2.55
Donatio quando propter defectum inſinuationis nulla ſit 3.6
in Donatione bonorum in diuerſis locis ſitorum inſinuatio peculiariter in quouis loco fieri debet 2.56
Donatio, quàm pupilli & minores tutoribus ac curatoribus niſi honorarij ſint, eorúmve liberis faciunt,nulla eſt 2.95
Donatio ſocero à genere facta valet 2.98
Donatio à ſcortatore meretrici vel adulteræ facta fiſco applicatur 3.14
Donatio eccleſiæ facta reuocatur ſuſceptis poſtea liberis 5.41
Donatio mortis cauſa à filia nupta facta in prouincia iuris ſcripti quando valeat 5.2
Donatio mortis cauſa filiifamilias,interueniente patris auctoritate valida eſt 5.1
in Donatione mortis cauſa filij cur patris conſenſus requiratur 5.3
an Donatio à minore adminiſtratori voluntario facta valeat 2.98
an Donatio à minore tutori facta decennij

lapſu

lapſu firmetur 2.99

Donatio rerum immobilium quatuor ordinibus mendicantium ita facta vt eas vendere debeant, valida eſt 5.34

Donationum & legatorum quæ ſoluti aut ſolutæ baſtardis ſuis relinquunt effectus 5.31.

quando Donatio medietatis omnium bonorum tam præſentium quàm futurorum, vna cum oneribus facta fuit ad quænam onera donatarius tenetur 2.93

Donationes quænam defalcationi ab Impp. in fauorem liberorum prioris thori introductę ſubiectæ ſint. 3.28

Donatio propter nuptias differt ab augmento dotis variaſque hodie appellationes ſortita eſt 3.20

Donatio à tyrone magiſtro ſuo intra tempus tyrocinij facta non valet 2.97

Donatrix, quæ vniuerſa ſua bona reſeruato ſaltem ſibi vſufructu & facultate diſponendi de quarta parte reſeruauit, ſi nihil poſteà diſpoſuerit ad quemnam quartam illam partem transmittat 2.94

Dos quare à muliere ad maritum afferatur 3.72

Dotes non tam fauorabiles ſunt quemadmodum liberi 4.12

Dotes Lycurgi legibus prohibitæ erant 3.6

Dotes, doaria, lucra & emolumenta inter diuerſas nationes diuerſa ſunt 4.56

Dotis priuilegia nonnulla recenſentur 3.21

Dos ſine matrimonio eſſe nequit ib.

Dotem, vigore conſuetudinis Tholoſanæ ſuperſtes maritus lucratur 4.56

Dotem de bonis reſtitutioni ſubiectis aſcendẽtes liberis ſuis dare poſſunt 3.21

Dos repeti poteſt marito ad inopiam vergente 4.56

Dos ab augmento multum differt 4.56

Dos vxoris conſtante matrimonio interdum alienari poteſt 3.21

ad Dotis reſtitutionem quænam perſonæ vltra vires ſuas non teneantur 3.23

Dos quoad augmentum ſuum nullam prælationem ſed priuilegium habet 3.26

Dotis augmentum in fauorem liberorum prioris matrimonij defalcationi obnoxium eſt & quare 3.27

propter Dotem vxor conuenire poteſt tertium poſſeſſorem etiam nondum excuſſo prius marito 3.22

Dotis augmentum eiuſque diuerſæ ſpecies explicantur 3.20

Dos quomodo & ex quibus bonis repetatur 3.20. & ſeqq.

Dotem non amittit vxor marito ſine beneficio inuentarij ſuccedens 2.24

Dotis lucrum quoad ſtatutum Tholoſanum interpretationem ex vſu recipit 4.54

Dotis nomine præfertur mulier creditorib. anteriorem hypothecam habentibus 2.49.

de Dote & augmento dotis notabiles quædam quæſtiones exponuntur 2.76 & ſeqq.

Dos a matre conſtituta ad eam reuertitur, licet filia ſine liberis decedens hæredem in illa reſtituerit 2.90

Dotis lucrum an locum habeat quoad eos, qui per verba de præſenti deſponſati fuerunt 4.55

in Dote læſio ciuiliter accipitur iuxta proportionem legitimę habita ratione temporis obitus patris 4.19

Dotis ratione filiam læſam reſtitui poſſe quomodo intelligendum ſit 3.42

Dos vxoris alienari poteſt vt egenis propinquis ſuccurratur 3.21

Dos exigua nulli æquiparatur. 3.25

Dotis cauſa Tholoſæ omnibus debitis anterioribus pręfertur 2.51

Doti à matre conſtitutæ præferuntur expreſſæ anteriores hypothecæ 2.52

Durandi primarij præſidis Tholoſani obitus 1.14

E

Eccleſiaſtici quomodo iuriſdictioni regum Franciæ ſe appoſuerint 4.100

Eccleſiaſtici auctoritatem ſupremarum curiarũ imminuere molientes ſuam propriam infringunt 1.25

Eccleſiaſtici ad alendos egenos cogi poſſunt 2.2

Eccleſiaſtici manu ad pectus admota & tactis ſacroſanctis Euangeliis iurant 4.63

Eccleſiaſtici tenentur ad reparationes eccleſiarũ in bellis ciuilibus deſtructarum 1.6

Eccleſia Xenodochia eodem fauore cum liberis teſtatorum fruuntur 5.41

Eccleſia bigamos benedictione ſacerdotali & promotione ad ordines ſacros priuat 3.100.

Eccleſiæ fauor haud tantus eſt, quantus liberorum in ſucceſſione paterna 5.75

Eccleſia reformari debet iuxta antiquos canones 1.17

Eccleſiæ reparari debent ab iis, qui fructus decimarum percipiunt. 1.31

Eccleſia liberorum vicem obtinet 5.1

Eccleſiaſtici ad cuſtodiam portarum non niſi tempore neceſſitatis cogi poſſunt 2.4

Eccleſię Chriſtianæ religio ab ethnicis ſuperſtitio Iudaica vocatur 5.14

Eccleſiæ reditus in tres partes diſtribuitur 1.6

Edictum prætorium antiquum ſucceſſionem coniugum concernens 1.4
Edictum Theodorici contra viduas denuò nubentes 3.99
Edicta contra liberos ſine conſenſu parentum nubentes exhæredationem permittunt 3.5
Edicto Caroli V. officiarios & oppida regis excommunicare epiſcopi prohibentur. 4.100
Effectus teſtamentorum teſtatore adhuc viuo in ſuſpenſo hæret 5.19
Electio antè tempus mortis facta mutari poteſt 2.89
Eligendi facultas exilio aut deportatione haud amittitur 3.100. facultas non affert commodum particulare, ſed ſimplex & nudum miniſterium ib.
Emphyteuta ad integrum cenſum tenetur, etiāſi magna pars fundi emphyteutici perierit 4.50
Emtio mala exprobare ſtultitiam domino videtur 3.58
Enunciatiua verba non probant 3.37
Epiſtola decretalis Pontificis Honorij III. ad Ludouicum regem Franciæ 1.27
ἐπιπαμβάνω verbi vis & interpretatio 4.4
Epiſcopi Romani prærogatiua, 4.100
Epiſcopi iudices ordinarij ſunt eccleſiaſticorū in omnibus cauſis ib.
Epiſcopi ſæpius arbitri ab antiquis catholicis electi fuerunt ibid.
Epiſcopi quondam ceu delegati Impp. iudicabant ibid.
Epiſcopo olim incumbebat, vt iuuentutem informari curaret 1.14
Epiſcopi viſitantes eccleſias ſuas reparationibus proſpicere debent 1.16
Epiſcopis interdictum eſt, ne excommunicationes contra officiarios & oppida regis vſurpent 4.100
Error Montaniſtarum, qui ſecundas condemnabant nuptias 3.100
Error euidens Socini detegitur 2.42
Error manifeſtus teſtatoris haud impedit quo minus illud; quòd ſe ſcripſiſſe vel diſpoſuiſſe exiſtimauit, obſeruetur 5.80
Error euidens compilatoris authēticarum Codicis Iuſtinianei 4.63
Error Gratiani auctoritate Pontificis correctus fuit 1.1
Euictionis nomine quando venditor teneatur 2.75
Euocationum ordinariarum abuſus 5.95
Examen officiariorum ſubalternorum explicatur 1.77
Examinari quomodo præſides & ſenatores ſupremæ curiæ Tholoſanæ ſoleant 1.76
Exceptio adulterij quando mulieri dotem, doarium aut legata petenti obici queat 4.2
Exceptiones peremtoriæ conteſtationem cauſæ impediunt 3.66
Excommunicationes quare in eccleſia introductæ fuerint 4.96
Excommunicari prohibentur regis officiarij 4.10
ad Excommunicationem non leuiter proſiliēdum eſt 4.96
Excommunicatus, qui intra annum abſolutionem non petiit, à teſtimonio repellitur ibid.
Excuſatio tutelæ ob numerum liberorum ſubſiſtit, etiamſi poſteà morte liberorum decreſcat numerus 5.74
Executio decreti finis & perfectio actus eſt 4.51
Executio ſententiæ eſt finis proceſſus, ibid.
Executio requiritur & neceſſaria eſt in ſententia condemnatoria 4.52
ſine Executione ſententiæ & arreſta ſunt illuſoria ibid.
Executio arreſti condemnatorij quoad certas cauſas ſuſpenſa fuit. ib.
Exemplum puellarum Mileſiarum 3.95
Exemplum ſtudioſi cuiuſdam qui per integros 50. annos in Acad. Lipſienſi hæſit. c.4.21
Exhæredatio contra naturam eſt 5.68
Exhæredatio cur aſcendentibus ſaltem non verò deſcendentibus permiſſa ſit 5.75
Exhæredatio & præteritio æquipollent in certis caſibus ibid.
Exhæredationis ob cauſam teſtamentum quoad ſolam inſtitutionem rumpitur, quoad reliquum verò nihilominus ſubſiſtit ib.
Exhæredatio permiſſa eſt patri contra filium ſine eius conſenſu ad nuptias conuolantem 4.5
Exhæredatio æquipollet præteritioni matris aut auiæ maternæ 5.75
Exhæredationem & præteritionem concernēs conſtitutio Iuſtiniani explicatur 5.74
Expers quidnam propriè ſignificet 3.100
Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur c.4.n.17
Extenſio ſubſtitutionum de vno caſu ad alium quando licita ſit 5.74
Externare quidnam propriè denotet 5.11
Extrauagantes Pontificis Martini V. & Calixti III. allegantur 2.27
E duabus extremitatibus alternatiuis vna retenta etiam altera retenta cenſetur 4.53
Extraneis ius retractus cedi nequit, 2.81
Extranei pro regnicolis in Occitania habentur 4.57
Extranei fideicommiſſo grauati fructus ab obitu teſtatoris vſque ad euenientem fideicommiſſi conditionem in Trebellianicam imputare tenentur 5.65

Facultati

F

FAcultati redimendi perpetuæ quando præſcribatur 4.53
Facultas eligendi non tranſmittitur cùm perſonæ iuncta ſit 3.100
de Facultatibus eius cuius incerta vita eſt tranſigi iudicari aut alio modo diſponi nequit 1.c.13
Facta rata & prodigioſa ad conſequentiam trahi nequeunt 3.93
Facta falſa & calumnioſa proponentes pœnam merentur 4.74
Fauor liberorum in bonis paternis maior eſt quàm eccleſiæ & ptochotrophiorum 3.37
Fauor cauſæ piæ ad extraneum, qui in teſtaměto admixtus eſt, non extenditur 5.19
Fauore certæ perſonę relictum legatum eadem extincta expirat, c.4.8
Fernandi ICti elogium 2.53
Ferrierius Medicus excellens auctoris amicus fuit 4.51
Feuda in Francia inſtar allodialium bonorum ſunt 4.34.
Feuda laudimiis ſubiecta ſunt 4.33
Feudum periculi quodnam ſit 4.19
Fictiones iuris in teſtamento quando locum habeant 5.14
Fideicommiſſi ad diem relicti natura explicatur ibid.
Fideicommiſſum ſecretum in Francia fiſco applicatur 5.23
Fideicommiſſa etiam vniuerſalia ſolo nutu relinqui poſſunt 5.6
Fideicommiſſi caſu eueniente fideicommiſſariis in bonis reſtitutioni ſubiectis plenum ius acquiritur 3.21
Fideicommiſſum quoad extraneos ſemper iuſtas habere cauſas præſumitur ibid.
in Fideicommiſſo conditionali vocatos in rerumnatura eo tempore exiſtere oportet, quo fideicommiſſi conditio euenit 5.75
Fideicōmiſſa pupillaria concernens reſponſum Scæuolæ explicatur, 5.12
in Fideicommiſſis quando accreſcendi ius locùm non habeat 5.10
Fideicommiſſarius ſubſtitutus legata teſtamentaria exoluere tenetur 5.48
Fideicōmiſſarij legata alimentorum non exoluunt, ſed ea ſolus hæres præſtat ib.
Fideicommiſſa ex voluntate teſtatoris ęſtimantur 5.58
in Fideicommiſſis vniuerſalibus an ius accreſcendi locum habeat 5.9.
Fideicommiſſarij vniuerſaliter ſubſtituti defunctum repræſentant, eique in omnibus iuribus ſuccedunt 5.57
in Fideicommiſſi ſucceſſione perſona teſtatoris, de cuius bonis agitur, non verò hæredis conſiderari debet, 5.52
Fideicommiſſarius caſu fideicommiſſi eueniente quoad bona reſtitutioni ſubiecta remedio poſſeſſorio ſibi proſpicere poteſt ibid.
Fideicommiſſum quando filio ex cōtractu matrimonij donatario imponi queat 5.34
Fideicommiſſi conditionalis vigore deſcendentes duas quartas detrahere poſſunt 5.47
in Fideicōmiſſo familiæ teſtatoris relicto poſt expreſſos inuitatos, proximiores admittuntur.
Fideicōmiſſarij ſubſtituti pro quota ſua hæreditatis ad impenſas funebres tenentur 5.50.
Fideicommiſſa nemini imponi poſſunt, quàm qui inſtitutus & honoratus fuit 5.37
in Fideicommiſſis mors ciuilis parem effectum habet cum naturali 5.81
Fideicommiſſarius ob miſſam inuentarij confectionem Trebellianicam non amittit 5.62
Fideicommiſſum vſusfructus concernětes quęſtiones nonnullæ explicantur 5.87
in Fideicommiſſis puris quęnam detractiones locum habeant 5.47
Fideicommiſſa quænam pura & quænam conditionalia ſint ibid.
de Fideicommiſſo quęnam deſcendentib. detractiones competant ibid.
in Fideicommiſſi nomine collectiuo facti caſu quomodo proximus deſcendens vocatus & prælatus præſumatur 5.45
Fideicommiſſa in odium liberorum, qui monaſterium ingreſſi fuerunt, facta an valeant 5.28
ad Fideicommiſſum quęnam perſonæ obſtrictę ſint 5.34
Fideicommiſſum, quo mater ad ſecunda vota conuolans priuatur, ad quemnam reuerti ſoleat 3.100
Fideicommiſſum relictum ab vno ex hæredib. qui vltimus deceſſerit facit vt hæredes inuicem ſubſtituti videantur 5.72
Fideicommiſſum inducitur per quæcūque verba, & quomodocunque conſtet de voluntate defuncti 5.40
de Fideicommiſſo conuentionali Trebellianica non detrahitur 5.68
Fideicommiſſa num ſubſiſtant inſtitutione hæredis caſſata 5.77
in Fideicommiſſis affectio teſtatoris potiſſimum conſideratur 5.52
Fideicommiſſa minimè fauorabilia ſunt 3.21
Fideicommiſſum mutuum inter liberos maſculos 5.68
in Fideicommiſſis conuentionalib. liberi vocati ſub hac conditione, ſi hæres meus decedat ſine liberis, cenſentur vocati diſpoſitive 5.67.

Fideicommiſſi caſus propter exilium temporale haud eueniſſe cenſetur 5.81
Fideicommiſſarij celantes aliquid ex bonis reſtitutioni ſubiectis quomodo puniantur 5.62.
Fideiuſſor ſoluens creditori principali in eius locum ſuccedit atque actionem acquirit etiam ſine ceſſione 2.49
Fidei & hommagij ius in feudo non præſcribitur 4.47
Fides mala moroſorum debitorum nullum fauorem meretur 3.35
Fides data requirit, vt lex per eam præſcripta obſeruetur 2.69
Filia, quæ matrem occiderat, abſoluta fuit 5.80
Filia, quæ hæreditati paternæ renunciauit, propterea à ſucceſſione fratris non excluditur etiam quoad bona ab ipſo patre profecta 4.21
Filia, quæ ſufficienti dote accepta hęreditati paternæ renunciauit, legitimę ſupplementum petere nequit quoad bona quæ poſteà à patre acquiſita fuerunt 4.19
Filia, quæ non ſufficienter dotata fuit atque hęreditati paternæ renunciauit an aliquid amplius quàm legitimæ ſupplementum petere poſſit 4.20
Filiarum, quæ hæreditati paternæ renunciarunt liberi an vigore illius renunciationis quoque excludantur 4.22. & 23
Filia nupta cogere nequit patrem ad dotandum 5.90
Filia læſam in dote reſtitui poſſe quomodo accipiatur 3.42
Filia matrimonij capax etiam pactionum matrimonij capax eſſe cenſetur 3.42
Filiæ nuptæ in prouinciis iuris ſcripti teſtari, mortis cauſa donare ſine patris auctoritate nequeunt 5.2
Filia dotata nihil amplius petere poteſt 3.100
Filiorum vocabulum in priuilegiis haud extenditur ad nepotes alióſve deſcendentes 5.51
Filij legitimi & naturales quinam dicantur 5.30.
Filiusfamilias etiam patre conſentiente teſtari nequit, quamuis eius auctoritate adhibita mortis donare queat 3.84
Filius aut filia quæ hæreditati paternæ renunciauit, in liberorum numero refertur, quoad legitimæ computationem 4.24.
Filius etiam refuſo precio recuperare nequit prædium ſuum à patre alienatum cuius hęres eſt 4.27
Filij Canonici ex religioſa ſuſcepti bona in teſtamento patris donata excluſis ſucceſſorib. ab inteſtato fiſco applicantur 3.16
Filiusfamilias etiam cum patris auctoritate teſtari nequit 5.2
Filiusfam. olim de peculio ſuo teſtari non poterat ibid.
Filiusfam. quare ſine patris conſenſu teſtari nequeat 5.3
Filiusfam. patre auctoritatem adhibente mortis cauſa donare poteſt 5.1.
Filiusfamilias, qui in fauorem Xenodochij diſpoſuit, teſtamētum ſi deinde pater quo prius decedat, confirmatur ibid.
Filij an in Francia ſub patria poteſtate ſint ib.
Filiusfamilias mortis cauſa patri auctori donare poteſt 5.3
Filij emancipati aut pro emancipatis, iuxta loci alicuius mores habiti teſtari poſſunt 5.2.
Filius an ſine patris conſenſu monachus fieri poſſit 5.38
Filius cur patrem exhæredare nequeat 5.11
an Filius donatarius, cui in fauorem matrimonij pater bona donauit, in iiſdem in teſtamēto patris donatoris in fauorem reliquorum & ſororum fideicommiſſo grauari poſſit 5.34.
Filiorum & liberorum vocabulum in propria ſignificatione reſtringitur ad liberos primi gradus 5.51
Filij naturales admodum rari ſunt atque à ſpuriis & baſtardis multum differunt 5.30
Filius & pater vna perſona eſſe cenſentur 5.45.
Fiſcus comparatur lieni 5.10
Fiſcus in Francia fideicommiſſum ſecretum ſibi vindicat 5.29
Fiſco non acquiritur ius ob delictum viuo teſtatore commiſſum 5.10
Fiſcus capit res à ſcortatore meretrici donatas 3.14.
Fundus legatus intelligitur de dominio poſſeſſione & fructibus 5.40
Foriſcapia quidnam denotent 4.45
Forma iudicandi cauſas in ſuprema curia Tholoſana obſeruari ſolitas 4.69
Forma reſcripti Pontificis quoad rehabilitationem matrimonij 4.1
Forma teſtamentorum hodiè non amplius fit adhibitis iuriſperitis, quemadmodum olim apud Romanos 5.70
Forma iuramenti eccleſiaſticorum, 4.63
Forma iudicandi quoad poſſeſſorium beneficiorum, ſi partes malè fundatæ ſint 4.59
Forma iudicandi quoad appellationes in ſupremis curiis 3.10
Forma diuerſa arreſtorum ſupremæ curiæ Tholoſanæ & Burdigalenſis, quoad adiudicationem & interpoſitionem decretorum 2.39.

Forma procedendi in ſuprema curia Tholoſana quoad recuſationes generales iudicum 1.100
Forma iudicandi, quoad recuſationes 1.87. & 88
Forma,quæ in examinandis ſenatoribus Tholoſanis obſeruatur 1.77
Forma actus matrimonij 3.29
Forma teſtamentorum nuncupatiuorum 5.6
Forma retractandi arreſtum 2.10
Formula antiqua teſtamentorum in Francia 5.9
ad Formulas antiquas fideicommiſſorum fruſtrà hodie recurritur 2.71
Francum allodium vtrum in Francia habeatur 4.33
inFrancia leges pœnales & priuatiuę iurium per viam facti hodie abrogatæ ſunt 2.94
Franciſci Turrij,equitis conchiliati vicecomitis Turaniæ mors 4.33
Fraterna amicitia maximè commendanda eſt 2.69
Frater à ICto Paulo domeſticus appellatur 4.76
Fratres in concordia per æqualitatem ſeruantur 2.69
Fratres conſanguinei teſtamentum fratris tanquã inofficioſum impugnare poſſunt,ſi turpis in eo perſona fuerit inſtituta 3.15
Fratres reciprocè ſubſtituti,quamuis ex diuerſis matrimoniis procreati ſint ad ſucceſſionem ęqualiter admittuntur 5.43
Fraudis interpretatio ex euentu & ex conſilio ſumitur 2.60
Fraus viros fortes non decet 4.69
Fructus bonorum ſequeſtratorum ad quem pertineant 2.44
Fructus pendentes tempore reluitionis vtrum ad venditorem redimentem an verò ad emtorem pertineant 2.31
Fructus & bona eccleſiaſtica quænam ratione debitorum ciuilium occupari queant 2.84
Fructus quoſnam hæres grauatus fideicommiſſario reſtituere teneatur 5.65
Fructus portionis inſtar obtinent 5.40
Fructibus qui adhuc in herba ſunt fidere non adeò tutum eſt 4.55
Fructus an imputare in Trebellianicam deſcendentes teneatur 5.51
Fructus quando reſtitui & liquidari debent,quęnam æſtimatio ſpectanda ſit 4.60
Funeris impenſæ à fideicommiſſaria hæreditate detrahuntur 5.50
Funeris impenſæ à ſubſtitutis fideicommiſſariis præſtantur ibid.

G

GArniſio & conſignatio vnde ſuum ortum habeat 3.47.& ſeqq.
Genealogia vicecomitum Turaniæ 4.33
Gloſſa quamnam auctoritatem obtineat 5.45
Gubernatores Romanorum in prouincia cui præficiebantur, per tempus adminiſtrationis ſuæ prædia emere non poterant 3.73
Graphiariorum ſeu grammateorũ integritas in conſcribendis inquiſitionibus requiritur 4.72
Graphiariorum ſeu grammateorum abuſus 2.13
D.Gregorius in epiſtolis ſuis explicatur 2.1
Guido Papæ malè à Papone allegatur 4.63

H

HArlęi primarii pręſidis Pariſienſis elogium 3.5
Harmenopulus à Cuiacio correctus fuit 3.64
Harpocras Deus ſilentij 4.4
Henricus Turrius Dux Bullionius quando natus fuerit 4.33
Hæredes quidam conuentionales ſunt 4.63
Hæredes inſtitui poſſunt in contractu matrimonij 5.9
vocabulum Hæredum ſuorum poſitum in ſubſtitutione fideicommiſſaria comprehendit hęredes vniuerſales & particulares 1.88
Hęres declaratur fiduciarius & quaſi depoſitarius hæreditatis per tres circumſtantias 5.85
Hęres fideicommiſſo grauatus quoſnam fructus reſtituere teneatur 5.65
Hæredes fideicommiſſo grauati augmentũ fundi emti detrahere poſſunt 5.64
Hæres fideicommiſſo grauatus de quibus bonis diſponere nequeat 5.63
Hæredes fructuarij legata præſtare tenentur 5.46
Hæredum quilibet in litis expenſas ſaltem pro hæreditaria ſua portione condemnatur 3.1
Hæreditates plures cenſentur pro numero ſtirpium 5.53
Hæres cogi nequit, vt proroget legatam pecuniam,cuius ſolutio à teſtatore ad certam diem dilata fuit, 2.26
Hæres in quinque ſolidis ridiculè & vanè inſtituitur 5.75
Hæres factum & promiſſionem defuncti pręſtare tenetur 4.27
Hæres ſimplex Tholoſæ non excludit hęredem cum beneficio inuentarij in eodem gradu conſtitutum 2.43
Hęres cum beneficio inuentarij propriis ſuis ſumptibus lites contra ſe motas ſuſtinere debet 2.44
Hæres cum beneficio inuentarij proprio ſuo

Fideicommiſſi caſus propter exilium temporale haud eueniſſe cenſetur 5.81
Fideicommiſſarij celantes aliquid ex bonis reſtitutioni ſubiectis quomodo puniantur 5. 62. 5.62
Fideiuſſor ſoluens creditori principali in eius locum ſuccedit atque actionem acquirit etiam ſine ceſſione 2.49
Fidei & hommagij ius in feudo non præſcribitur 4.47
Fides mala moroſorum debitorum nullum fauorem meretur 3.35
Fides data requirit, vt lex per eam præſcripta obſeruetur 2.69
Filia, quæ matrem occiderat, abſoluta fuit 5.80
Filia, quæ hæreditati paternæ renunciauit, propterea à ſucceſſione fratris non excluditur etiam quoad bona ab ipſo patre profecta 4.21
Filia, quæ ſufficienti dote accepta hęreditati paternæ renunciauit, legitimę ſupplementum petere nequit quoad bona quæ poſteà à patre acquiſita fuerunt 4.19
Filia, quæ non ſufficienter dotata fuit atque hęreditati paternæ renunciauit an aliquid amplius quàm legitimæ ſupplementum petere poſſit 4.20
Filiarum, quæ hæreditati paternæ renunciarunt liberi an vigore illius renunciationis quoque excludantur 4.22. & 23
Filia nupta cogere nequit patrem ad dotandum 5.90
Filia læſam in dote reſtitui poſſe quomodo accipiatur 3.42
Filia matrimonj capax etiam pactionum matrimonij capax eſſe cenſetur 3.42
Filiæ nuptæ in prouinciis iuris ſcripti teſtari, mortis cauſa donare ſine patris auctoritate nequeunt 5.2
Filia dotata nihil amplius petere poteſt 3.100
Filiorum vocabulum in priuilegiis haud extenditur ad nepotes alióſve deſcendentes 5.51
Filij legitimi & naturales quinam dicantur 5. 30.
Filiusfamilias etiam pater conſentiente teſtari nequit, quamuis eius auctoritate adhibita mortis donare queat 3.84
Filius aut filia quæ hæreditati paternæ renunciauit, in liberorum numero refertur, quoad legitimæ computationem 4.24.
Filius etiam refuſo precio recuperare nequit prædium ſuum à patre alienatum cuius hęres eſt 4.27
Filij Canonici ex religioſa ſuſcepti bona in teſtamento patris donata excluſis ſucceſſorib. ab inteſtato fiſco applicantur 3.16
Filiusfamilias etiam cum patris auctoritate teſtari nequit 5.1
Filiusfam. olim de peculio ſuo teſtari non poterat ibid.
Filiusfam. quare ſine patris conſenſu teſtari nequeat 5.3
Filiusfam. patre auctoritatem adhibente mortis cauſa donare poteſt 5.1.
Filiusfamilias, qui in fauorem Xenodochij diſpoſuit, teſtamētum ſi deinde pater quo prius decedat, confirmatur ibid.
Filij an in Francia ſub patria poteſtate ſint ib.
Filiusfamilias mortis cauſa patri auctori donare poteſt 5.3
Filij emancipati aut pro emancipatis, iuxta loci alicuius mores habiti teſtari poſſunt 5.2
Filius an ſine patris conſenſu monachus fieri poſſit 5.38
Filius cur patrem exhæredare nequeat 5.11
an Filius donatarius, cui in fauorem matrimonij pater bona donauit, in iiſdem in teſtamēto patris donatoris in fauorem reliquorum & ſororum fideicommiſſo grauari poſſit 5. 34.
Filiorum & liberorum vocabulum in propria ſignificatione reſtringitur ad liberos primi gradus 5.51
Filij naturales admodum rari ſunt atque à ſpuriis & baſtardis multum differunt 5.30
Filius & pater vna perſona eſſe cenſentur 5. 45.
Fiſcus comparatur lieni 5.10
Fiſcus in Francia fideicommiſſum ſecretum ſibi vindicat 5.29
Fiſco non acquiritur ius ob delictum viuo teſtatore commiſſum 5.10
Fiſcus capit res à ſcortatore meretrici donatas 3.14.
Fundus legatus intelligitur de dominio poſſeſſione & fructibus 5.40
Foriſcapia quidnam denotent 4.45
Forma iudicandi cauſas in ſuprema curia Tholoſana obſeruari ſolitas 4.69
Forma reſcripti Pontificis quoad rehabilitationem matrimonij 4.1
Forma teſtamentorum hodiè non amplius fit adhibitis iuriſperitis, quemadmodum olim apud Romanos 5.70
Forma iuramenti eccleſiaſticorum, 4.63
Forma iudicandi quoad poſſeſſorium beneficiorum, ſi partes malè fundatæ ſint 4.59
Forma iudicandi quoad appellationes in ſupremis curiis 3.10
Forma diuerſa arreſtorum ſupremæ curiæ Tholoſanæ & Burdigalenſis, quoad adiudicationem & interpoſitionem decretorum 2. 39.

Forma procedendi in ſuprema curia Tholoſana quoad recuſationes generales iudicum 1.100
Forma iudicandi quoad recuſationes 1.87.& 88
Forma,quæ in examinandis ſenatoribus Tholoſanis obſeruatur 1.77
Forma actus matrimonij 3.29
Forma teſtamentorum nuncupatiuorum 5.6
Forma retractandi arreſtum 2.10
Formula antiqua teſtamentorum in Francia 5.9
ad Formulas antiquas fideicommiſſorum fruſtrà hodie recurritur 2.71
Francum allodium vtrum in Francia habeatur 4.33
inFrancia leges pœnales & priuatiuę iurium per viam facti hodie abrogatæ ſunt 2.94
Franciſci Turrij,equitis conchiliati vicecomitis Turaniæ mors 4.33
Fraterna amicitia maximè commendanda eſt 2.69
Frater à ICto Paulo domeſticus appellatur 4.76
Fratres in concordia per æqualitatem ſeruantur 2.69
Fratres conſanguinei teſtamentum fratris tanquā inofficioſum impugnare poſſunt,ſi turpis in eo perſona fuerit inſtituta 3.15
Fratres reciprocè ſubſtituti,quamuis ex diuerſis matrimoniis procreati ſint ad ſucceſſionem ęqualiter admittuntur 5.43
Fraudis interpretatio ex euentu & ex conſilio ſumitur 2.60
Fraus viros fortes non decet 4.69
Fructus bonorum ſequeſtratorum ad quem pertineant 2.44
Fructus pendentes tempore reluitionis vtrum ad venditorem redimentem an verò ad emtorem pertineant 2.31
Fructus & bona eccleſiaſtica quænam ratione debitorum ciuilium occupari queant 2.84
Fructus quoſnam hæres grauatus fideicommiſſario reſtituere teneatur 5.65
Fructus portionis inſtar obtinent 5.40
Fructibus qui adhuc in herba ſunt fidere non adeò tutum eſt 4.55
Fructus an imputare in Trebellianicam deſcendentes teneatur 5.51
Fructus quando reſtitui & liquidari debent,quęnam æſtimatio ſpectanda ſit 4.60
Funeris impenſæ à fideicommiſſaria hæreditate detrahuntur 5.50
Funeris impenſæ à ſubſtitutis fideicommiſſariis præſtantur ibid.

G

GArniſio & conſignatio vnde ſuum ortum habeat 3.47.& ſeqq.
Genealogia vicecomitum Turaniæ 4.33
Gloſſa quamnam auctoritatem obtineat 5.45
Gubernatores Romanorum in prouincia cui præficiebantur, per tempus adminiſtrationis ſuæ prædia emere non poterant 3.73
Graphiariorum ſeu grammateorū integritas in conſcribendis inquiſitionibus requiritur 4.72
Graphiariorum ſeu grammateorum abuſus 2.13
D.Gregorius in epiſtolis ſuis explicatur 2.1
Guido Papæ malè à Papone allegatur 4.63

H

HArlęi primarii pręſidis Pariſienſis elogium 3.5
Harmenopulus à Cuiacio correctus fuit 3.64
Harpocras Deus ſilentij 4.4
Henricus Turrius Dux Bullionius quando natus fuerit 4.33
Hæredes quidam conuentionales ſunt 4.63
Hæredes inſtitui poſſunt in contractu matrimonij 5.9
vocabulum Hæredum ſuorum poſitum in ſubſtitutione fideicommiſſaria comprehendit hęredes vniuerſales & particulares 1.88
Hęres declaratur fiduciarius & quaſi depoſitarius hæreditatis per tres circumſtantias 5.85
Hęres fideicommiſſo grauatus quoſnam fructus reſtituere teneatur 5.65
Hæredes fideicommiſſo grauati augmentū fundi emti detrahere poſſunt 5.64
Hæres fideicommiſſo grauatus de quibus bonis diſponere nequeat 5.63
Hæredes fructuarij legata præſtare tenentur 5.46
Hæredum quilibet in litis expenſas ſaltem pro hæreditaria ſua portione condemnatur 3.1
Hæreditates plures cenſentur pro numero ſtirpium 5.53
Hæres cogi nequit, vt proroget legatam pecuniam,cuius ſolutio à teſtatore ad certam diem dilata fuit, 2.26
Hæres in quinque ſolidis ridiculè & vanè inſtituitur 5.75
Hæres factum & promiſſionem defuncti pręſtare tenetur 4.27
Hæres ſimplex Tholoſæ non excludit hęredem cum beneficio inuentarij in eodem gradu conſtitutum 2.43
Hęres cum beneficio inuentarij propriis ſuis ſumptibus lites contra ſe motas ſuſtinere debet 2.44
Hæres cum beneficio inuentarij proprio ſuo

nomine expenſas litium perdit & lucratur ibid.
Heredes mariti quando viduæ dotem repetenti adulterium obiicere poſſint 4.2
Hæredes mortuorum ſaltem fieri poſſumus 1. c.5
Hæres non poteſt impugnare legata,quæ teſtator baſtardis ſuis reliquit 3.17
Hæredis vocabulum fructum iuris accreſcendi ſecum affert 5.10
Hæres ſolus intra annum luctus alimenta viduæ præſtare tenetur 5.48
Hæres grauatus vtrum ob omiſſam inuentarij confectionem Trebellianicam amittat 5.62
in Hæreditate fideicommiſſaria quomodo hæres ad præſtationem legatorum conferre teneatur 5.48
Hæredi quando impenſæ & meliorationes in rebus hereditariis reſtitutioni ſubiectis factę reſtituantur ibid.
Hæreditas adimi poteſt in codicillis 5.49
Hæreditas defunctum repræſentat 1.c.15
pro Hærede ſe gerens onera teſtamenti implere tenetur ibidem
Hæres præfertur legatariis in quarta Trebellianica 5.48
Hæreditas adita deſinit eſſe hæreditas & fit adeuntis patrimonium 5.46
Hæredi beneficium inuentarij à teſtatore interdici nequit 5.24
D Hieronymus de obedientia liberorum parentibus debita diſſerens allegatur 5.14
Hommagij etymologia 4.34
Homo non habet certum naſcendi terminum 4.3
Homerus de partu loquens explicatur ib.
Hoſpitalia parem cum liberis teſtatorum fauorem obtinent 5.41
Hoſticus locus quidnam apud Vlpianum ſignificet 5.17
Hypobolum quid apud Græcos ſignificet 4.56
Hypotheca augmenti dotis nullam prælationem habet 3.26
Hypotheca ordinationis quoad recognitionem chirographorum quemnam finem ſibi propoſitum habeat 3.2
iuxta Hypothecæ, quoad debitum principale prioritatem æſtimatur prioritas acceſſoriorum 3.3
Hypothecæ & onera prædiis impoſita pereunt & diſſoluuntur ſi contractus venditionis reſcindatur 3.69
Hypotheſis mira & ſingularis 4.3
Hypotheſis Scæuolæ quam nonnulli correctam putant iuxta opinionem recentiorum eruditorum explicatur 5.87

I

IAcobini ſeu prædicatores pro mendicantibus habentur 1.21
D. Iacobus maior cur ita appellatus fuerit 1.72
Ignorantia notariorum admodum magna & periculoſa eſt 5.58
Ignorantia notariorum totum ferè orbem deſtruit 5.40
Imaginatio praua nobilis fœminæ tardet, quoad eiuſdem impræguationem 4.4
Imbertus corrigitur 4.1
Imperandi potentiſſimũ genus,quando is rogat, qui iubere poteſt 3.73
Inceſtus committitur cum religioſa,quę profeſſionem fecit 3.16
Indefinita quando æquiparetur ſingulari 2.70
Indiuiduitas fidei vnius teſtis & depoſitio quomodo accipi debeat 4.69
In indiuiduis vtile per inutile non vitiatur 4.62
Informatio de adulterio viduæ, quando mariti hæredib.denegetur 4.2
Inimicitia quænam ad reprobationem teſtis ſufficiat 4.84
Inimicitia teſtis à iudice attendi debet ibid.
Inimicitiæ ratione teſtis & accuſator eodem loco habentur 4.76
Inimicitia capitalis pręcipuam reprobandi teſtes cauſam præbet 4.83
Inimicitia affectata quoad reprobationem inſufficiens eſt 4.84
Immobilia quomodo æſtimari debeant 3.67
de Immobilib. æſtimatis atque in dotem datis, vel etiam hæreditaria portione laudimia non debentur 4.29
Inofficioſi querela quando à fratribus conſanguineis contra teſtamentum fratrum inſtitui queat 3.15
Inſinuatio poſt mortem teſtatoris non valet 3.6
Inſinuatio ſubſtitutionum teſtamentariarum quando neceſſaria ſit 5.95
Inſinuationis ſubſtitutionum teſtamentariarum defectus an ab hærede allegari poſſit ib.
Inſinuatio donationum intra quod tempus fieri debeat 2.55
Inſinuatio donationis bonorum in diuerſis locis ſitorum in omnibus illis locis fieri debet 2.56
Inſinuationis cauſa principalis eſt fauor creditorum & tertiorum contrahentium 3.21
Irnerius in explicatione Nouellæ 101.refutatur 5.12
Inſtitutio aut exheredatio liberorum & deſcendentium in recta linea quomodo neceſſaria ſit 5.22

Inſtitutione reſciſſa an reliqua in teſtamento valeant 5.12
Inſtitutio hæredis in quinque ſolidis quidnam operetur 5 11
Inſtitutionis clauſula reſtitui iubens hæreditatem poſthumo, qui in vtero eſt, an etiam ad eos, qui poſtea naſcuntur referatur 5.9
Inſtitutio generalis ex euentu quomodo certa reddatur 5.47
Inſtitutio poſthumorum ab initio dubia eſt 5.9
Inſtitutio hæredis per certa ſigna facta in fauorem piæ cauſæ pro valida habetur 5.6
Inſtitutio hæredis in contractu matrimonij quando fieri poſſit, 5.90
inſtructio iuuentutis admodum fauorabilis eſt 1.14
Inſtrumentum publicum productum impugnari nequit, ſi eodem pars aduerſa vſa fuerit 4.88
Inuentæ nouiter res nomina ſua ab antiquis deſumunt 4.56
Inueſtire quidnam propriè denotet 4.31
Inueſtituræ per annulum & baculum quęnam olim fiebant ibid.
Inueſtituram domini directi habens emtor poſterior præfertur alteri, quando res duobus vendita fuit 2.61
ab Intereſſe colorato ſuprema curia Tholoſana admodum abhorret 2.37
Intereſſe non poteſt excedere duplum, ſed in ſortem imputatur ib
Intereſſe non debetur neque adiudicatur ante agnitionem aut probationē chirographorum 3.3
Intereſſe demum poſt exoluta debita principalia creditoribus adiudicatur
Intereſſe non eſt fauorabile etiam ipſius eccleſiæ, cui debetur, intuitu 2.31.
Interpretatio a ſupplemento plurimum differt 5.74
Interpretationes voluntatum teſtamentariarum quomodo fieri debeant 5.40
Interpretationes nouæ iuris Romani quando & quomodo ſint recipiendæ 5.38
Interpretes celebriores iuris Romani allegantur 5.40
Interpretatio certa & vſitata ſupremarum curiarum leuiter mutari non debet 5.39
Ioas rex de reparationibus templi cognouit 1.6
Iocalia quatenus vxori acquirantur 4.8
Itali blaſphemiis ſtudent 4.76
Iudæi è Francia eiecti ſunt 4.84. in alleg.
Iudicium curianum ad pupillarem ſubſtitutionem pupillo fauorabilem referebatur 5.74
Iuo Epiſcopus Carnutenſis 4.100
Iudices præſidiales non poſſunt vſurpare clauſulas, quæ ſupremarum curiarum propriæ ſunt 2.15. & 16
Iudices Francię quomodo differant à magiſtratibus Romanis 1.86
Iudices munera à litigatoribus accipere non debent ibid.
Iudex an propterea tanquam ſuſpectus recuſari queat, quod eius filius aduerſæ partis patronus ſeu aduocatus ſit 1.91. intempeſtiuè litigatori votum & ſententiam ſuam declarans recuſari poteſt 1.94
Iudicem recuſare quamdiu licitum ſit, 1.92
Iudex recuſari poteſt, quod compater ſit 1, 89
Iudex recuſatus in omni cauſa manus ligatas habet 1.99
Iudices recuſati quomodo in ſuprema curia Tholoſana ſuper cauſis recuſationum audiri ſoleant 1.88
Iudices in iiſdem ędibus cum aduocato aut procuratore litigatoris commorantes recuſari poſſunt 1.91
Iudices quomodo recuſari poſſint propter amicitiam quam cum alterutro litigatorum colunt 1.93
Iudices recuſari poſſunt ſi ipſimet contra litigatorem litem habeant 1.92
Iudices Romæ teſtes ex officio interrogare poterant 4.71
Iudices Thebani 1.86
Iudices qualianam dona à litigatoribus accipere poſſint 1.86
Iudex eccleſiaſticus citationem generalem decernens abuſum committit 2.1
Iudex ſæcularis cognoſcere poteſt de damno & intereſſe propter non impletum matrimonium 4.6
Iudex cognoſcens de cauſa principali, quoad eiuſdem acceſſoria quoque compotens eſt 4.8
Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de validitate penſionum beneficiorum, 1.43
Iudex laicus remittens cauſam quoad penſionēs beneficij prouiſionem ordinare poteſt ibid.
Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de quęſtione iuris matrimonium concernente 1.27
Iudicium Oreſtis matricidæ 4.80
Iudicium cauſæ cuiuſdam ab Areopagitis ad 100. annos remiſſum 1.1
Iudicium Martis homicidij accuſati 4.80
Iuriſdictionis ſpecies, alta, media & baſſa quomodo inter ſe inuicem differant 2 19
Iuriſdictioni eccleſiaſticæ reges Francię ſe oppoſuerunt 4.100
Iuriſdictio eccleſiaſtica & ſæcularis ſympathiam quandam & coniunctionem neceſſariam habent 2.1

Iuriſdictio ſæcularis non pertinet ad eccleſiam 4.100
Ius accreſcendi quare introductum fuerit 5.10
Ius albinagij propriè locum habet, quando peregrinus in regno decedit 4. 1. 10. in alleg.
Ius albinagij vnde dicatur ibid.
Ius albinagij an locum habeat, quando liberi extant. ibid.
Ius albinagij Tholoſæ atque in Occitania locum non habet 4.57
Ius reuerſionis explicatur 2.89
Ius retentionis nihil commune habet cum iure laudimiorum 4.34
Ius accreſcendi an in fideicommiſſis vniuerſalibus locum habeat 5.6
Ius fidelitatis & hommagij in feudo præſcribi nequit 4.48
Iura dominicalia ab vno plurium detentorum peti in ſolidum poſſunt 2.34
Iura laudimiorum non faciunt partem precij in reſciſſione contractus ex cauſa læſionis vltra dimidium iuſti precij 4.31
Ius detrahendi quartam & ſupplementi legitimæ ad hæredes tranſmittitur 5.63
Iuſtinianus Imperator Monachis nonnulla priuilegia conceſſit 5.28
Iuſtinianus clericis indulſit vt ſaltem coram epiſcopis ſuis conueniri deberent 4.100
Iuſtiniani conſtitutio rectè explicata defenditur 4.4
Iuſtinianus aut Tribonianus ſeductus fuit, dum donationem propter nuptias mutare voluit 4.56

L.

Læſio filio quoad dotem æſtimatur iuxta proportionem legitimæ inſpecto tempore obitus teſtatoris 4.19
Læſio vltra dimidium iuſti precij ſaltem in venditionibus voluntariis locum habet 3.72
in Læſione vltra dimidium iuſti precij laudimia non computantur 4.31
Læſio vſque ad dimidium iuſti precij non eſt ſufficiens cauſa, vt venditor reſtituatur 3.64
Lanæ negotiatio mercatoribus lanigerum pecus non habentibus prohibita eſt 4.58
Laudimiorum origo & ſignificatio 4.45
Laudimia quare domino debeantur 4.31
Laudimia quomodo in Occitania appellentur 4.45
Laudimia non debentur ex licitatione neceſſaria 4.50
Laudimia ſimplicia non verò duplicia debentur ex adiudicatione decreti cuiuſdam eiuſdémque ceſſione ante executionem 4.51
Laudimia domino directo adiudicata fuerunt contra agnatum venditum prædium extraiudicialiter retrahentem 4.36
Laudimiorum iuri triginta annis præſcribitur 4.46
Laudimia in caſu retractus emptoribus refundi debent 4.32
Laudimia an debeantur ex fundo à ſponſa ſponſo in dotem dato, 4.29
Laudimia & iura dominicalia debentur ex adiudicatione rei immobilis creditori pro debito ſuo factæ 4.30
Laudimia nihil commune habent, cum iure retentionis feudalis 4.34
Laudimia an à retrahente refundantur emtori, qui ea ex priuilegio ſoluere non tenetur 4.32
Laudimia debentur ex adiudicatione per creditores acceptata 4.42
Laudimia non debentur ex mero & ſimplici tractatu venditionis 4.40
Laudimia debentur ex venditione perfecta licet ea mutuo partium conſenſu reſoluta fuerit ibidem
Laudimia quatenus ex retractu teneantur 4.36
Laudimia ex alienationibus ob neceſſitatem publicam aut priuatam factis haud debentur 4.43
Laudimia non debentur ex fundo æſtimato in dotem dato 4.41
Laudimia non debentur ex venditione conditionali, ſi conditio defecerit, 4.38
Laudimia ex quibus donationibus debeantur 4.41
Laudimia debentur ex venditione per decretum & ſubhaſtationem facta 4.50
Laudimia ex licitatione neceſſaria tam emtoris quàm venditoris non debentur 4.30
Laudimia ex addictione neceſſaria quæ iuris appellatur debentur ibid.
Laudi vocabulum in feudi veſtitura priſcis Gallis vſitatum 4.45
Legata quando reuocentur 5.98
Legata quomodo & à quibus ſolui ac præſtari ſoleant 5.48
Legatum rei alienæ relinqui poteſt. 5.40
Legatorum ad pias cauſas relictorum fauor 5.21
Legata ad pias cauſas relicta D. Auguſtinus fauori liberorum præferre noluit 5.14
Legata à teſtatore Baſtardis ſuis relicta impugnari ab hærede nequeunt 3.17
Legatum vxori à marito relictum de quibuſnam bonis hæres ſoluere debeat 3.19
Legata alimentorum ab ipſo hærede non verò à fidei-

à fideicommiſſario præſtantur 5.48
Legatum alimentorum regulariter ad hæredes non tranſit c.4.9
in Legato alimentorum pubertas 18 annis æſtimatur c.4.20
Legata ad pias cauſas relicta valent, etiamſi teſtamentum ob poſthumi præteritionem rumpatur 5.13
Legata non comprehenduntur ſub fideicommiſſis 5.59
Legatum rei, in qua teſtator aliquid ſaltem iuris habet, ad ius illud refertur 5.30
Legata non delibantur ex quadrante, ſed quadrans delibatur ex legatis, 5.48
Legata à defuncti mariti hæredibus denegari poſſunt viduæ propter eius adulterium 4.2
Legatum debiti reuocatur, ſi teſtator viuus adhuc debitum exegerit, 3.25
Legatum etiam nondum agnitum ad hæredes tranſmittitur c.4.11
Legatorum teſtamentariorum onus quando ad fideicommiſſarium ſubſtitutum pertineat 5.47.
Legatum mariti viduæ præſtitum ab eadem intra annum luctus nubente repeti poteſt 3.94.
an Legata relicta in teſtamento paterno ob agnationem poſthumi ignoranter præteriti rupto iuſtineantur 5.13
Legata non poſſunt diminuere legitimam 5.4
an per Legatum generale præteritio aſcendentium tegi queat 5.11
inter Legatum & inſtitutionem in hæreditate vniuerſa maxima differentia eſt 5.10
Legatum liberis baſtardis relictum penes hæredem aut ſucceſſores ab inteſtato manet 5.29.
Legatum puellis ita relictum vt nuptiarum tẽpore & quidem ſi nobilibus nuberent præſtari deberet, ad puellarum, quæ antequam nuberent deceſſerunt, hæredes haud tranſmittitur 5.98
Legatum nepoti ita relictum, vt præſtari debeat, ſi 25. ætatis annum attigerit, ad hæredes tranſmitti poteſt, ibid.
Legatum vniuerſorum & ſingulorum bonorum an etiam afficiat bona reſtitutioni ſubiecta 5.40
Legatarius rei alienæ probare tenetur teſtatorem ſciuiſſe, quòd res aliena fuerit ib.
Legata re aliena eius æſtimatio debetur ibid.
Legatum rei alienæ quando validum ſit non obſtante teſtatoris ignorantia ibid.
Legatum rei, quæ ab herede reſtitui aliquando fideicommiſſario debet, validum eſt ib.
Legatus P.R. quamnam in Francia poteſtatem habeat 1.47.& 49
An legati à latere derogare queant regulæ de infirmis reſignantibus 1.51
Legitimatio ſpuriorum quomodo fieri debeat 4.1
Legitimatio non poteſt fieri in præiudicium alterius, cui ius iam quæſitum eſt 4.13
Legitima liberis ratione naturali debetur 3.78
Legitima haud grauari neque tolli poteſt 5.66
Legitima liberis prioris matrimonij vltra defalcationem, l. hac edictali debetur 3.78
Legitimæ æſtimatio quomodo accipiatur 3.30
Legitimam liberorum excedens à voluntate teſtatoris dependet 5.14
Legitima quanta matri Tholoſæ debeatur 2.84
Legitimæ ſupplementum concernentes conditiones ab Impp. introductæ Iuriſconſultis incognitæ fuerunt 5.25
Legitimam mater petere nequit filio ab inteſtato ſuccedens 2.88
Legitimæ ſupplementum eſt tranſmiſſibile 5.63
Legitimæ quota debetur matri in bonis defunctorum liberorum 2.86
Legitima matris ad partem quintam reſtringitur ib.
Legitimæ quota minor aut maior eſt iuxta quantitatem portionis ab inteſtato ibid.
Legitimarum detractiones quomodo ex vſu communi fieri ſoleant 5.77
Legitima de dote filiæ capitur, ſi defunctus pater planè egenus fuerit 4.19
Legitima filiæ, quæ renunciauit, hæredibus non accreſcit 4.24
Legitimæ liberorum haud grauari neque alterari à parentibus poſſunt, ibid.
Legitimos liberos repulſis ſpuriis, Romani ad ſucceſſionem vocare ſolebant 5.30
Legum correctio nunquam præſumitur facta, niſi expreſſè appareat, 3.50
Leges Romanæ haud omnino ad mores noſtros Francicos referri poſſunt 5.39
Leges Romanæ quatenus in Francia receptæ ſint 3.20
Leges temporis occaſione mutari ſolent 2.84
in Legibus humanis vel ex ipſo iure naturæ petitis interdum concurſus fauoris fit 4.80
Leges publicæ priuatorum conuentione vel pacto tolli nequeunt 3.95
Leges cur potius patri quàm matri fidant, ibid.
Legum ciuilium interpretatio quomodo fieri debeat 5.85
Lege prohibitum in Francia eſt, ne quis ſine principis permiſſione monachus fiat 1.77
Leges Solonis teſtamenta concernentes 5.6
Leges pœnales & priuatiuæ iurium maxima ex parte in Franciæ abolitæ ſunt 4.100
L. cùm acutiſſimi, C. de fideic. explicatur 5.83 84.& 85

L. final. C. de codicill. explicatur. 5.8
Lex Antia 1.78
Libelli diffamatorij 4.56
Libertas teſtamentaria parentum à Solone coarctata fuit 5.19
Liberorum vocabulum comprehendit generaliter omnes deſcendentes 5.37
ex Licitatione neceſſaria an laudimia debeantur 4.30
Liga in Francia omnia confudit 1.28
Limitatio Alexandri ad regulam quandam generalem confutatur 5.9
in Liquidatione fructuum quænam quantitatis ſpectari debeat 4.60
Literæ extra forū amplius in vſu non ſunt 1.75
Literæ P.R. Sixti V. quibus ad epiſtolam ſupremæ curiæ Tholoſanæ reſpondit 3.66
Litis conteſtatio de ſubſtantia iudicij eſt, eaque omiſſa proceſſum vitiat c.1.2
Litis conteſtatio facta cenſetur quando actoris petitioni reus contradixit ib.5
Liturgiæ quid in ſacra ſcriptura ſignificent 1.1
Locatarius, qui domino ædium ægroto medicamenta præſtitit, non præfertur iis, qui ad refectionem ædium mutati fuerunt 2.47.
Ludouicus Craſſus Rex Franciȩ contra iuriſdictionem eccleſiaſticorum ſe oppoſuit 4.100
Lucullus, primo ſanxit, quòd præſtatio vſurarū, ſi eæ duplum ſortis exceſſiſſent extingui deberet 2.27
Luna eſt cauſa morborum chronicorum 4.4
Luitprandi Regis Lombardorum ordinationes de morgengeba 4.56
Lyſimachus procurator Amphyctionum fuit 4.62

M

Magiſtratus præſidiales non habentur pro ſupremis 2.15
Magiſtratus in Francia ſunt perpetui 1.86
Magiſtratus minorennis in officio ſuo peccans beneficiò reſtitutionis in integrum non gaudet 3.40
Magiſtratus minor in rerum priuatarum ſuarum adminiſtratione læſus reſtituitur quidem, non verò ſi lȩſio quoad ipſum officium ſeu adminiſtrationem Reipublicæ contingat 3.39
Maior ætas quomodo probetur 3.54
Maledictio D. Bernardi contra ſacerdotes ſeruitium diuinum negligentes 1.2
Malchus à D. Hieronymo commendatur, quòd monachus contra voluntatem parentum factus fuerit 5.14
Maritus & vxor ſimul coram eodem notario & iiſdem teſtibus quomodo teſtari poſſint 5.97
Mariti vxores defunctas lugere non tenentur 3.96.
Maritus hæres vxoris inuentarium non conficiens lucrum dotis haud amittit 3.24
Maritus quando ita egenus eſſe cenſeatur vt vxor dotem repetere poſſit 4.56
Maritus in dubio poſt vxoris fata ſuperuiuere præſumitur 4.56
Maritus in reſtitutione dotis vltra vires ſuas non tenetur 3.23
Maritus poſt obitum vxoris ſuperſtes atque dotem lucrans Tholoſæ matrem à legitima excludit 2.88
Maritus teſtamēto aut alio modo vxori pœnas in odium intra annum luctus nubentium introductus remittere nequit 3.95
Maritus grauatus reſtituere certa quædam bona poſt obitum vxoris vni ex liberis eadem inter plures ex iis diuidere poteſt 2.89
Maritus remittere poteſt vxori actionem adulterij à ſe intentatam 4.2
Maritus vxori facultatem in teſtamento dare nequit, vt intra annum luctus nubat 3.95
Maritus hæres ab vxore ea lege inſtitutus vt hæreditatem reſtituat vni ex liberis quem elegerit, facultatem eligendi non amittit ſi ad ſecundas conuolet nuptias 3.80
Maritus accuſatus fuit, quòd vota populi pecunia redemerit 4.80
Maſculi vocabulum quidnam in ſubſtitutione operetur 5.69
Matris appellatione auia continetur
Mater dotem, quam filiæ conſtituit, repetere poteſt, ſi ea ſine liberis decedat 2.90
Matre & filio impubere ſimul deſcendentib. in dubio prȩſumitur, filium prius mortuum eſſe 3.87
Mater quando ſucceſſione filij ob nequiorem vitam priuetur 3.99
Mater liberos ex ſecundo thoro ſuſceptos hæredes inſtituere non prohibetur 3.88
Mater filio ab inteſtato ſuccedens legitimam petere nequit 2.88
Mater ſtatuto Tholoſano à liberorum legitima non excluditur 2.84
Mater non excluditur à legitima per ſubſtitutionem pupillarem cōprehēſam ſub compendioſa ib.
Mater non capit legitimam ex dote filiȩ quam ſuperſtes maritus Tholoſæ lucratur 2.88
Matrimonium interdū pro dote accipitur 4.55.
Matrimonium ciuitates conſeruat 3.99
Matrimonium clandeſtinum eſt nullum & illicitum 4.5
Matrimonium ſine præuia ſolemni promulgatione haud valet ib.
Matrimonium interdictum eſt iis, qui generare nequeunt 5.77

Matrimonij

Matrimonij futuri in fraudem literæ inter patrem & filium factæ ſunt nullæ 5.9
Matrimonium quatuor modis perfectum eſſe cenſetur 3.96
Matrimonium, ſine ceremoniis eccleſiaſticis perfici nequit 4.55
in Matrimonio quæſtio iuris ad iudicem eccleſiaſticum: quæſtio vero facti ad iudicem ſæcularem pertinet 1.27
Matrimonium. quando ceremonias canonicas non requirat 3.96
Matrimonium publicè atque cum ſolemnitatibus ſolitis celebratum ſuſpicione doli caret 3.5
Matrimonium viduæ intra annum luctus quomodo à Græcis appelletur 3.96
Matrimonium cum infideli contractum damnatur 4.55
in Matrimonio error perſonarum liberos illegitimos non reddit 3.6
Matrimonium à muliere intra annum luctus contractum à legibus infamia notatur 3.96
Matrimonium inter conſanguineos vſque ad quartum gradum prohibetur 3.96
Matrimonium per ſponſalia de præſenti præparatum ante ipſam conſummationem completum dici nequit 4.55
Matrimonia minorum cum conſenſu tutoris fieri debent 4.5
Matrimonium filia cum conſenſu parentis contrahere debet ibid.
Maynardus auctor huius operis ſenator ſupremæ curiæ Tholoſanæ per viginti quatuor annos fuit 2.32
Medici in morbis grauioribus aliquid diuini ſubeſſe putant 3.85
Medicorum iudicium de quæſtione illa iuris quando liberi vitam habere cenſeantur 5.77
Medicis donari ab ægrotis validè non poteſt 7.73
Medici iuramentum profeſſionis præſtare ſolent, quod artem ſuam ſine ſalario & pactione exercere velint 3.73
Medici in concurſu creditorum quatenus aliis præferantur 2.47
Meliſſa chryſipea 3.58
Mendicantium ordo non poteſt hæres inſtitui 3.98. quatuor ordines quænam bona poſſidere nequeant 5.28
Mendacium quodnam honeſtum ſit 5.25
Menſis duodecimus in anno luctus cœptus pro completo habetur 3.93
Menſis lunaris quinam ſit 4.3
Menſis mutatio non facilè præſumitur 5.72
Minor æquiparatur prodigo 3.53
Minores appellantur pupilli vſque ad vigeſimum quintum ætatis annum ibid.
Minor dolo vtens in integrum reſtitui nequit ib. non reſtituitur contra præſcriptionem triginta annorum 4.46. intra quod tempus ad reſtitutionem in integrum admittatur 3.56. reſtitutus quando reddere debeat, preciũ rei à ſe venditæ 3.52. tutori ſuo aut eius liberis donare nequit 2.95. ex tranſactione & liberatione tutoris læſus quatenus reſtitui in integrũ queat 2.100. an ob eam ſolam cauſam appellare queat quòd in priori inſtantia curatorẽ non habuerit 3.64. læſus & circunſcriptus in conſtitutione doris in integrum reſtitui poteſt 3.42. etiamſi doctor iuris ſit in integrum rectè reſtituitur 3.38
Minores interdum ad officia publica promouentur 3.39
Minore ad ſupplementum iuſti precij agente emtor fideiuſſores ſuos conuenire poteſt 3.53
Minor reſtitutus quoad contractum permutationis reddere tenetur illud quod recepit, qui ſe maiorem dixit haud reſtituitur niſi precium & impenſas reddat 3.52 ſumma quando ſub maiori non contineatur 4.60
Moderatio ſupremæ curiæ Tholoſanæ quotam decimarum concernens 4.48
Modeſtinus allegatur & explicatur 5.52
Modus à conditione multum differt 4.23
Monachi in Francia ſine regis permiſſione fieri nequeunt 5.14
Monaſteria in Francia non ſuccedunt loco religioſorum qui in iis ſunt 4.24. potius patres adoptiuos quam liberos repræſentant 5.28
Monetæ mutatione facta quomodo ſolutiò fiat 3.30
Montaniſtæ damnabant ſecundas nuptias 4.4
Morgengeba Lombardorum quidnam ſignificet & quomodo facta fuerit 4.56
Mors ciuilis in fideicommiſſis parem cum naturali effectum habet 5.81. teſtatoris teſtamẽtum eius confirmat 5.2. infirmiorum obitum reliquorum ſemper præcedere præſumitur 3.73. Dn. Durandi primarij præſidis in ſuprema curia Tholoſana 1.14
Motus probatio præſumtiua interdum ſufficit 1.c.4.5
non Mors ſed vita præſumitur ibidem
Mors ex quanti temporis abſentia coniiciatur eod. coroll.
Molineus refutatur 3.35
Mulieres quoad computationem temporis in prægnationis interdum falluntur 4.4
Mulier adulterij à marito accuſata dotem & doarium perdit 4.2. intra annum luctus nubens priuatur ſucceſſione filiorũ impuberum 3.87. adulterii conuicta poſt annum luctus dotem & doarium non perdit 4.2
Mulieri dotem repetenti exceptio diſcuſſionis

obiici nequit 3,22
Mulier liberè diſponere poteſt de eo quod illi necem mariti vindicanti adiudicatum fuit 3,77. in ſucceſſione mariti non excludit fiſcum 4,1. inſtituta hæres à marito ea lege vt vni ex liberis quem electura ſit, hæreditatem reſtituat 5.20. intra annum luctus nubens augmentum conſuetudinarium perdit 3,90
Mulier eſt animal in domitum 3, 98 conuolans ad ſecundas nuptias iure infamis eſt 3,86
Mulieres magis amant ſecundas nuptias quàm maritos ſuos ib.
Mulier intra annum luctus nubens ſucceſſionem filij perdit ibid. intra annum luctus nubens reſtituere tenetur legatum ſibi à marito relictum, atque ab eius hæredibus præſtitum 3, 94. in Francia marito non ſuccedit 4, 1. intra annum luctus nubens iure Romanorum pro infami habetur 3, 96. maritum interfectum lugere debet, etiamſi nondum carnaliter ab eo cognita fuerit 3, 96 denuò nubere nequit, niſi de mariti morte planè certa ſit 3, 6.
Mulier lege Romuleia marito liberos non habenti ſuccedebat 4.1.
Mulieres pro hærede mariti ſine inuentario ſe gerens dotem non amittit 3.24
Mulieres ratione dotis omnibus anterioribus creditoribus Tholoſæ præferuntur 2.51

N

Natiuitate liberorum reuocantur donationes antea factæ 4.12
Natiuitas liberorum quando perfecta eſſe cenſeatur 5.77
Naturales liberi quinam dicantur 5.10
Narbona prouincia Gallia togata appellatur 4.58
in Naufragio filius ante matrem decedere præſumitur 3.33
Nec particula incluſiua eſt 3.15
Negatiua particula quamnam vim habeat 3. 85
Nerua filius de iure reſpondit, cùm ſeptemdecim annos natus eſſet 3.37
Nominatio perſonarum capacium eaſdem ab examine non liberat 1.75
Nomen ſuum res recentiores ab antiquis ſumunt, 4.56.
Nomen homagij & domini vnde ſumantur 4.34
Notarij ignorantes admodum pernicioſi ſunt 5.46
Notariorum ignorantia dolo carens interdum excuſatur 5,94
Notarij per ſtylum ſuum controuerſijs teſtamentarijs proſpiciebant 5,22. in contractibus venditionum rei venditæ ſitum apponere debent 4,48
Nόθος vocabulum quomodo à latinis exprimatur 5.30
Noualia epiſcopis priori rectori vicarijs iuxta proportionem illorum quotæ, quam ex fructibus decimalibus capere debent adiudicantur 5.9.
Noualia quatenus curionibus adiudicentur ibid.
Nouercæ qualeſnam erga priuignos ſuos præbere ſe ſoleant 5.5
Nullitas opponi poteſt vſque ad triginta annos 3.72
Nullitatis via in Francia locum non habet 3.53
Numerus teſtium ſuperfluis veritatem obſcurã reddit 4.61
Nuptiæ ſecundæ à Montaniſtis damnantur 3.100
in Nuptiis ceremoniæ ab eccleſia inſtitutæ requiruntur 4. 5
Nuptiæ ſecundę comprehendunt etiam tertias, quartas & vlteriores 3.85
Nuptias ſecundas D. Ambroſius vituperat 3.91
Nuptiæ ſecundę appellantur honeſta fornicatio 3.95
Nuptæ nomine non venit ſponſa 4.55

O

Obedientia patri debita præcepti, ingreſſus verò in monaſterium conſilij eſt 5.14
Obligationis indiuiſæ effectus 4,14
Obligationes factæ ſub ſigillo regio in locum ſtipulationum apud Romanos quondam vſitatarum ſucceſſerunt 3.3
Officiorum venalitas multorum malorum cauſa eſt 1.86 reſignatio metu mortis facta quidnam operetur 1.67
Officiarij regij ſubalterni quomodo in ſupremis curiis recipi & examinari ſoleant 1.77. regij cognoſcunt de reparationibus eccleſiæ & augmento congruæ portionis 1. 6. non regij reuocantur pro libitu, ſecus verò ſe res habet quoad officiarios regios 2.23
Officiarius officio ſuo motus ob cauſam infamantem appellatione aut oppoſitione vti poteſt ibid.
Officiarij dominorum eccleſiaſticorum ab iis pro libitu moueri poſſunt ib.
Officialis ex ea ſola cauſa priuari officio ſuo nequit, quod ſacerdos non ſit ibid.
Oblatio ſupplementi iuſti precij non impedit reſciſſio-

reſciſſionem propter læſionem vltra dimidium 3.64
Optatus contra ſecundas nuptias allegatur 3.100
Oratorum & rhetorum eſt ex coniecturis atque à vero ſimili arguere.
Ordinatio Aurelianenſis prælatis interdicit ne quid pro adminiſtratione ſacramentorum exigant 1.1. concernens donationes quas minores in tutores ſuos atque alios conferunt explicatur 2.95. 96. 97. de ſubhaſtationib. promulgata explicata 4.41
Ordinationis vnius quando duæ rationes ſunt, tum vna ceſſante ordinario nihilominus ſubſiſtit 2.95
Ordinationes de inſinuationibus ſubſtitutionum, quando & in quibus caſibus obſeruentur 5.95
Ordinationis iudices dona accipere prohibentis interpretatio adducitur 1.86
Ordinatio de ætate præſidum & ſenatorum ſupremæ curiæ Tholoſanæ allegatur 1.76. Philippi pulchri de authoritate præſidum explicatur 4.80
Ordo ſeſſionis quem præſides & ſenatores in ſupremis curiis obſeruant explicatur 1.72. 73. quinam in ſententiis dicendis à ſupremis curiis obſeruetur 1. 73. mendicantium ſucceſſionis incapax eſt 3.98
adOrdines ſacros promotio incapacitatem ſucceſſionis non inducit 5.75
Oreſtes à matricidio abſolutus fuit 4.80
Origenes egenus in ſenectute ſua à D. Ambroſio diſcipulo adiutus non fuit 2.97
Oſcula ab Hiſpanis magni admodum fiunt 4.56

P

PActa de quota litis promulgatoribus & aduocatis interdicta ſunt 3.12. de retrouendendo temporalia pro pignoratitiis habentur 2. 28. de retrouendendo toties quoties triginta annis præſcribuntur 4.53. de retrouendendo temporalia quatenus perpetua fiunt 2.30. Pactum vt ſors repeti queat quatenus illicitum & vſurarium ſit ibid. Pacta de ſuccedendo quatenus in Francia admittantur 5.90
Pædagogi diſcipulorum ſuorum donatarij eſſe nequeunt 2.97
Papæ non poſſunt excommunicare reges Franciæ 4.100
Papinianus explicatur 5.52
Papirius prætor filium decimo tertio menſe natum pro legitimo declarauit 4.3
Papon reprehenditur & explicatur 3.35
Paralyticus validè per ſigna teſtari nequit 5.7
Parentes deponere poſſunt de ætate liberorum 4.8
Parentelæ vocabulum eiuſque vis explicatur
Parlamenta olim ſemeſtria erant 4.80. in Francia eum gradum obtinent, quem olim dij in Areopago tenebant 4.72. ſola appellationes caſſare ſolent 2.16
Parricida abſolutus fuit 4.80
Partus quando viuus eſſe cenſeatur 5.77
Parochiani tenentur ad reparationem eccleſiæ 1.32
Partem non facit, qui ipſo iure excluditur 4.25
Partitio Chariclis & Antiochi 2.69. votorum quādo in cauſis criminalibus locum habeat 4.80. & 5.26
Pater filio ſtipulatur 4. 7. inter liberos teſtans ſolemnitates iuris obſeruare non tenetur 5. 15. Parentes liberos habentes olim apud Athenienſes teſtari non poterant 5. 19. Pater impedire poteſt ne filius impubes monaſterium ingrediatur 5.14. non debet priuari ſucceſſione filiorum qui contra eius voluntatem monachi facti fuerunt ibid. naturalis à filio ſuo baſtardo hæres inſtitui nequit 5.19. in proprium ſuum commodum filio mortis cauſa donanti auctoritatem adhibere poteſt 5. 3. aut mater in teſtamento ſuo inſtituere poteſt liberos qui hæreditati antea renunciarunt 4.2c. filiam dotare cogitur 4. 19. filium in poteſtate habet 2. 95. incertus mater verò ſemper certa eſt 5.30. Patres in Francia an habeat vſumfructum in bonis aduentitiis liberorum 2.9. Pater vſumfructum habet in bonis liberorum in prouinciis iuris ſcripti 2.89. donator iure reuerſionis præfertur fiſco in bonis donatis filio ad mortem condemnato 2.92
Patrum carnalium indoles 5.14
Patri lex magis quàm matri fidit 3.100
Pater quibus in caſibus vſumfructum in bonis liberorum non habeat 2. 74. an in proprium ſuum commodum filio auctor fieri poſſit 53. ſubſtituere poteſt pupillariter filio 5.77
Parentes quare liberos ſuos hæredes pluribus conditionibus grauare ſoleant 5.14
Patroni & liberti apud Gallos amplius non habentur 4.98
Pauperes quatenus fauorabiles ſint 1.87. ab eccleſia ali debent 22. cur plerunque literatos comitetur 3.38
Paupertati propinquorum vt ſuccurratur dos conſtante matrimonio alienari poteſt 3.21
Paupertate maritum premente vxor dotem repetere & alienationes rerum dotalium reuocare poteſt 4.56
Peculium liberæ filij diſpoſitioni relinquitur

5.1.Caſtrenſe & quaſi Caſtrenſe ex iure explicatur ibid.
Penſio à reſignante impoſita continuari à reſignatario debet 1.63. beneficiorum qualemnam iudicem requirat 1.43
Penſionarius pro quota ſua non contribuit ad decimas & dona gratuita 1.44
Per dictio notat temporis continuationem & perfectionem 3.67
Pericles à conuiuiis amicorum planè abſtinebat 1.79
Perpetuum ad agendum multò magis tale eſt ad accipiendum 4.13
Perſonalia iura quatenus tranſmitti nequeant 5.63
Peſte laborantes quotnam teſtes in teſtamento adhibere debeant 5.16
Pietatis fauor ad extraneũ cui aliquid in teſtamento relictum eſt non extenditur 5.19
Plinius in epiſtolis ſuis explicatur 4.60
Pœna triremium quamuis in iure ciuili non exprimatur: tamen multis in locis vſitata fuit 5.80
Pœnæ afflictiuę corporis in locum deportationum & damnationum ad metallum ſucceſſerunt ibid. contra ſecundas nuptias introducta duplicis generis ſunt 3.98. viduarum ad ſecundas nuptias conuolantium 3.86. & 87.introductæ iure nouo cõtra ſecundas nuptias 3.98. ſecundarum nuptiarum quare in prouinciis iuris ſcripti obſeruentur ibid. infamiæ contra ſecundas nuptias iure canonico ſublatæ ſunt ibid.intra annum luctus nubentium locum habent etiam in ea quæ à priori marito carnaliter cognita non fuit 3.96.intra annum luctus nubentium etiam locum habent,quoad eas quæ intra prędictum annum ſolemniter & per verba de præſenti deſponſatæ fuerunt ibid. prædictæ mulieribus à maritis remitti nequeunt 3.95. Pœna contra blaſphemos quænam Tholoſæ adhibeatur 4.76. Pœnæ ordinationis quoad appellationem à laudo arbitrorum Tholoſæ non obſeruantur 2.65. fideicommiſſariorum aliquid celantium 5.62.Pœna priuationis iuris alicuius locum non habet,niſi expreſsè ita fuerit ſancitum 3.100
Portio congrua curionum quænam comprehendat 1.28
Poſſeſſor triennalis non iuuatur poſſeſſione deceſſoris ſui 1.64
Poſſeſſio bonorum vnde vir & vxor 4.1
Poſſeſſorium beneficij temporalis meri facti eſt 1.2
Poſthumorum inſtitutio in teſtamento ab initio dubia eſt 5.9
Poſthumi inſtitutio ſimplex refertur ad omnes poſthumos qui poſtea naſcuntur 5.8
Pragmatica ſãctio à quonam facta fuerit 4.100. in Francia obſeruatur non obſtante bulla Põtificis abolitoria ibid.
Præbenda præceptorialis cuinam debeatur 1.9
Præceptor ſuffectus eſt in locũ Canonici ſcholaſtici 1.14. præbendarius fruitur diſtributionibus quotidianis ibid.
Præceptores à diſcipulis ſuis dona exigere non debent 2.96
Præfatio teſtamenti D.Auguſti 5.14. ordinaria teſtamentorum tam modernorum quàm antiquorum 5.9
Præiudicium ſupremæ curiæ Tholoſanæ contra filias, quæ ſucceſſioni paternæ renunciarunt 2.98.eiuſdem curiæ quoad conſeruationem ſubſtitutionis pupillaris 5.12
Prælati & eccleſiaſtici nihil pro adminiſtratione ſacramentorum exigere debent 1.1
Prælegata quatenus in reſtitutionem fideicommiſſi veniant 5.60.61.62
Prædicatores à quibuſnam ali debeant 1.34
Præſcriptio non currit quando promiſſio de ſatisfaciendo interuenit 3.72. centenaria admodum fauorabilis eſt 4 4. decennij quoad reſciſſionem cõtractuum à quonam tempore currere incipiat 3. 68.decennij à Ludouico duodecimo introducta locum non habet quoad tutores donatarios pupillorum ſuorum 3.29
Præſides & ſenatores ſupremarum curiarum quamnam ætatem habere debeant 1.76. cum litigatoribus conuerſari non debent 1.79.80. 81
Præſidum antiquitas ex eorum receptione æſtimatur 1.72
Præſides inquiſitionum Tholoſæ extra claſſes ſuas nullam prærogatiuam habent 1.73
Præſidiales non ſunt iudices ſupremi 2.15
Præſentia teſtium in teſtamentis iuris poſitiui & propterea mutationi obnoxij eſt 5.15
Præſẽtationis ius ad quemnam pertineat ſi bona ſubhaſtata fuerint 2.41
Prætenſio cleri durantibus bellis ciuilibus 1.28
Præteritio teſtamentorum tegitur clauſula codicillari 5.9. aſcendentium quomodo generali tegi queat 5.75. matris binubæ non rumpit teſtamentum filij ex priori thoro ſuſcepti 5.52
Pretia non ex affectione ſingulorum ſed communiter franguntur 3.58
Princeps eſt lex viua 5.1.qui aliquem poſt condemnationem ad officium publicum promouet eum reſtituere&denuò capacem reddere videtur 5.80
Principes ſæculares olim quoad gradus matrimonij prohibitos diſpenſabant 4.5. multum

rum de auctoritate ſua remiſerunt dum eccleſiaſticis priuilegia conceſſerunt 4,10
Priuilegia iuris regularis inſtar vſurpari non debent 4.80. dotium explicantur 1,22.23, fiſci ad conſequentiam non trahuntur 5,20
in Priuilegijs extenſio non fit de filio ad nepotem 5,51
Priuilegia cauſarum piarum procedunt voluntate teſtatoris non refragante 5,14. religioſis & monachis à D. Iuſtiniano conceſſa atq; à Pontificib. confirmata in dubium reuocari non debent 5,28
Priuilegium monaſterijs conceſſum non poteſt ad eccleſias ſæculares extendi 5,77. incolarum oppidi Auenionenſis 4,58 oppido Tholoſano à Rege Ludouico duodecimo conceſſum 4,35 vicecomitis Turaniæ 4,35
Proximorum vocabulum neutiquam collectiuum eſt 5,55
Procurator generalis regius religioſorum mēdicantium cauſas defendit 5,70
Probatio teſtium quomodo infirmari queat 4,70. per teſtes quoad teſtamenta interdum admittitur 5,94 exacta læſionis vltra dimidium iuſti precii non eſt neceſſaria 3,65. conuerſionis precij inutilitatem minoris, qui illud recepit, emtori incumbit 3,52
Probationes omnis generis in crimine lęſę maieſtatis recipiuntur 4,82
Procuratores & ſollicitatores litium de quota litis paciſci prohibentur 3,12
Profeſſio ætatis 4,92. religionis an euentum caſus ſubſtitutioni adiecti impediat 5,75
Prohibitio alienandi per contractum facta differt ab ea quæ in teſtamento fit 4. 9. quando tranſlationem proprietatis non impediat ib. impedit tranſlationem domini propter fideicommiſſum ibid.
in Prohibitione alienationis neceſſaria non cōprehenditur 4,10
Prohibitio Trebellianicæ an codicillo fieri queat 5,49
Promiſſio reiterata ad vnam ſaltem ſolutionē obligat 4,46
Promiſſiones & obligationes gubernatoribus & capitaneis ab eorum ſubiectis tempore belli factæ ſunt nullæ 3,73
Promiſſio facta à ſubdito ſeu ſub alterius poteſtate conſtituto quatenus nulla ſit ib. Promiſſiones ad eum finem tendētes vt maleficium impediatur, ſunt validæ 2,68. Promiſſio verbalis de futura renunciatione ſucceſſionis tēpore ſponſaliorum facta poſt obitum parentum nullum effectum meretur 4,26
Propoſitum mente retentum nihil operatur 2,86
Proprietas dictionum hodie in teſtamentis nō tam exactè attenditur quàm olim apud Romanos 5,40. rerum non debet in ſuſpenſo manere 3. 56
Proteſtatio reprobationis neceſſaria eſt 4,70. ius proteſtantis ſaluum & integrum conſeruat 1,C 21
Pupillus interdum pro minore accipitur 3,52
Pupillaris ſubſtitutio continetur ſub remedio prætorio contra tabulas.

Q

QValitas accidentalis naturali præualere nō debet 3,38
Quandoq; vocabulum explicatur 5,45
in Quantitate non eſt contrarium 4.60
Quarta Iuſtiniani ſuperſtiti coniugi egeno ex prædefuncti diuitis bonis quando debeatur 3,97
Querela inofficioſi teſtamenti quando fratribus conſanguineis competat 3,15
Quæſtiones incidentes in cauſa cum ipſa principali lite iudicantur 3,6
Quota penſionis domino debitæ quando præſcribi nequeat 4,48

R

RAtificatio tacitè fieri poteſt 3,57. actus alicuius qualitatem facti non attingit ibid.
Ratificationum generalium effectus ibid.
Rebuffus deceptus fuit 3,46
Receptio officiariorum regiorum ſub alternatorum in ſuprema curia quomodo fieri ſoleat 1,277
Reconciliatio inter maritum & vxorē in Francia permiſſa eſt 4.2. inter litigatores eſt ſaluatio reprobationum pertinens 4,98. notabilis Auguſti cum L. Cynna ibid.
Recuſationes generales ſaltem referuntur ad duos iudicum recuſatorum trientes 1, 100. Recuſatio iudicis, qui contra recuſantem litē habet, valida eſt 1,92. Recuſationes iudicum quando & quo vſq; proponi queant 2,95. propter inimicitias quatenus admittantur 1. 92. generales quando non admitti debeant 1,97. iure pandectarum incognitæ erant 1,87
Recuſationum cauſa principalis quænam ſit 1,88
Recuſari iudex poteſt ob amicitiam quam cum alterutro litigatorum habet 1,93
Recuſatio quoq; propterea fieri poteſt quod iudex apud aduocatum procuratorem aut ſollicitatorem illius litis degat 1, 91. valida eſt ſi alter litigator curiæ præſes aut ſenator ſit 1, 82. fieri poteſt, ſi iudex cum altero litigatore chartis aut aliter ludere conſueuerit 1, 80. Recuſationis iudicatæ per arreſtum cum dicto Tholoſæ conſequentiam nō faciunt 1.92

Recuſationis ſimplici allegatione facta an iudex ab vlteriori proceſſu abſtinere debeat 1.83. appellatione pendente vlterius in cauſa principali procedi prohibitum eſt 2.96
Recuſati iudices quomodo Tholoſæ quoad factum recuſationis audiantur 1.88
Recuſare noluit Socrates iudices à quibus condemnatus fuerat 1.87
Reges & Imperatores quatenus poteſtati ſpirituali parere teneantur 4.100. Franciæ ab excommunicatione P.R. exemti ſunt ib. Franciæ retentione feudali vti poſſunt 4.34
Regula viginti dierum locum non habet in collatoribus ordinariis 1.58. correlatiuorum inter venditorem & emtorem non procedit 3.58
Regreſſus in permutatione beneficij quando locum non habeat 1.57
Religioſi mendicantes quare ita dicantur 5.28. mendicantes immobilia poſſidere nequeunt ib. mendicantes quomodo hæreditatis capaces ſunt 1.19. qui profeſſionem fecerunt agnatis ſuis ab inteſtato non ſuccedunt neque eorum nomine ſucceſſio monaſterio competit 5.28
Religioſorum Syndicus nomine procuratoris regij generalis agit ibidem
Religioſæ quæ profeſſionem fecerunt in Francia non ſuccedunt 4.25. quæ profeſſionem fecerunt æquiparantur virginibus Veſtalibus ibid.
cum Religioſa quæ profeſſionem fecit inceſtus committitur 3.16
Religioſi ordinis Ciſtercienſis non faciunt partem legitimæ ſed pro mortuis in hoc ſæculo habentur 5.58
Religio Chriſtiana ab Vlpiano ſuperſtitio Iudaica appellatur 5.79
Remedia ordinaria contra abuſus & molitiones eccleſiaſticas 1.2
Remedium reuocandæ donationis à Dn. Conſtantino introductum 4.12
Remiſſio penſionis quando locum habeat 2.79
Renuncians ſucceſſioni paternæ an fratri aut ſorori in bonis à patre profectis ſuccedere queat 4.21
Renunciatio liberorum ſucceſſioni paternæ facta quomodo in vtilitatem hæredum vergat 4.24
Renunciatione expreſſa venditor non priuatur remedio reſtitutionis contra læſionem 3.60
Renunciari ſubſtitutionib. fideicommiſſariis & reciprocis à cohæredibus poteſt 5.96
Renunciatio generalis ratione bonorum paternorum & maternorum facta refertur ſaltem ad bona conſtituentium 4.21. filiæ non refertur ad bona quæ pater ad ſecundas nuptias tranſiens perdidit atque liberi ex eodē thoro ſuſcepti acquiſiuerunt ibidem
Renunciationes tacitæ & generales non referuntur ad res acquiſitas 1.59
Reparationes eccleſiarum quibuſdam incumbant 1.31. 32. viarū publicarum a quibuſnam fieri debeant 4.59
Repetitio depoſiti quomodo fiat 3.4
Repetitiones Fernandi Doctoris Tholoſani manu ſcriptæ allegantur 5.68
Reprobationes quænam pertinentes ſint aut non 4.69. teſtium infamiam non ingerunt 4.99 in terminis generalibus non admittuntur ibid. reprobationum quatenus admittantur 4.77. ad quodnam vſque tempus admittantur 4.72
Reprobatio quādo ob luſtricam cognationem fieri poſſit 1.89
Recuſationes & obiectationes à priori iudice reiectæ in appellationis inſtantia admitti poſſunt 4.70
Reprobatio fratris pertinens & valida eſt 4.77
Reprobationes proponere contra teſtes & eorum depoſitionibus contradicere quomodo differant 4.74
Reprobatio ob lenocinium rectè fieri poteſt 4.75. ob minas, quatenus admittatur 4.83. Reprobationis cauſam iuſtam præbet inimicitia capitalis ib. Reprobatio ob excommunicationem fieri poteſt 4.96. Reprobationes in cauſa appellationis admittuntur 4.70. Reprobatio an propterea fieri poſſit quod teſtis Vaſallus aut ſubditus producentis ſit 4.94
Reprobationes ab vno propoſitæ quando reliquis complicib. proſint 4.79
Reprobationes quæ non planè pertinentes ſunt interdum quoque admittuntur 4.80
Reprobare non poſſumus teſtes ab aduerſario noſtro productos quos ipſemet antea produximus 4.88
Reprobationes Romæ ante examen teſtium recipiebantur 4.93
Reſciſſio contractuum intra quodnam tempus peti debeat 3.68
Reſciſſio propter læſionem vltra dimidium ſaltem in venditione voluntaria locum habet 3.71
Reſciſſionis cauſa pendente interim contractus per modum prouiſionis ſuſtinetur 3.46
Reſcriptu P.R. Leonis X. ad ſupremam curiā Tholoſanam 1.28. P.R. concernens matrimonium in gradu prohibito contractum 4.5
Reſignans beneficium ſuum propter morbum an reconualeſcens ad illud regreſſum habeat 1.67
Reſignatarius tenetur penſionem præſtare beneficio à reſignante impoſitam ibid.
in Reſignatione quiduā operetur clauſula alio quouis

quouis modo 5.59
Reſignatio niſi admiſſa fuerit beneficium haud vacare cenſetur 1 62
Reſolutione venditionis propter læſionem vltra dimidium iuſti precij facta omnia onera & hypothecæ ab emptore poſt venditionem vſque ad reſolutionem impoſitæ ſimul reſoluuntur 3.69
Reſolutio iure datoris reſoluitur accipientis 3. 67
Reſtitutio in integrum intra quodnam tempus à minore peti debeat, propter læſionem vltra dimidium iuſti pretij quando locum non habeat 3.61.62. 63. quando magiſtratibus maioribus concedatur 3.39. propter læſionem vltra dimidium iuſti precij emptori denegatur 3.58. Reſtitutionis in integrum cauſa pendente res in ſuo ſtatu permanet 3. 46. propter læſionem vltra dimidium iuſti precij venditori ſaltem eiuſque heredibus vniuerſalibus conceditur 3. 69. præ dicta non impeditur expreſſa renunciatione 3. 61. in Reſtitutione dotis quænam perſonæ vltra vires ſuas non teneantur 3.23. Reſtitutio in integrum contra omiſſionem inſinuationis donationum tertio non præiudicat 2. 54. tam propter minorem ætatem quàm propter læſionem vltra dimidium iuſti pretij ad eundem effectum tendit 3. 41. in integrum propter læſionem vltra dimidium iuſti precij quomodo fieri debeat 3. 72. fructuum in ſupplemento legitimæ à quonam tempore fiat 4.19
Retractiones arreſtorũ qua ratione fieri queant 2.:0
Retentiones ordinariæ cauſarum vnde originem ſuam trahant 3.32
Retentionis feudalis iura & priuilegia 4.34
Retentioni feudali triginta annis præſcribitur 4.46
Retractuum quatuor ſpecies ſunt & quænam inter eas prælatio ſit 2.83
Retrahẽs tenetur refundere emptor illud quoque quod is ratione priuilegij ſui non præſtitit 4.32
Retrahens non poteſt cogere emptorem, vt iuramento ſignificet laudimia quæ præſtitit ibidem.
in Retractu gentilitio dominus directus præfertur proximiori agnato 2.81
Retrahens quando ad laudimia non teneatur 4.36
Retractus gentilitius ſtatim locum habet ſi vẽditio facta etiamſi traditio nondum ſecuta fuerit 4.51. feudalis natura ſua ſemper in feudis nobilibus ſubintelligitur 4.34. gentilitius extraneo cedi nequit 2.81
ad Retractum gentilitium baſtardi non admittuntur ibid.
Retractus actio intentata ad hæredes transmittitur 2.82
Retractus gentilitius quando in permutatione locum habeat 4.37. feudalis eſt legalis & & conuentionalis 4.34
Reuerſionem dotis concernens conſtitutio imperialis explicatur 2.90
Reuerſioni illi præiudicium à liberis donatariis fieri nequit 2.91
Reuerſionis ius patri donatori contra fiſcum prodeſt 2.92
Reuerſio bonorum donatorum meritò ad donatorem fieri ſolet ſi donatarius ſine liberis præcedebat ibid.
Reuocatio legatorum quomodo fieri queat 5. 96. teſtamentorum cum clauſula ſpeciali & expreſſa fieri debet 5.19. teſtamentorum quãdo lapſu decennij iuuetur 5. 23. donationum propter natiuitatem liberorum quando contingat 4.12. donationum à D Conſtantino introducta differt ab illa, quam DD. Diocletianus & Maximianus expoſuerunt 4.13
Romani teſtamenta ſua adhibitis ICtis condere ſolebant 5.58. quomodo in bellis teſtamenta facere conſueuerint 5.6. ſemper repulſis liberis illegitimis legitimos vocarunt 5.30
apud Romanos receptum erat vt honoratior ſententiam ſuam primus, in ſenatu diceret 1. 71
Romulus ſanxit, vt vxores maritis ſine liberis decedentibus ſuccederent 4.1

S

SAcramenta eccleſiaſtici gratis adminiſtrare debent 1.70
Salarium prædicatori quinam exoluere debeãt 1.34. ſacerdos pro tempore quod celebrationi miſſæ impendit Chriſtianè petere nequit 7.1. etiam miniſtro pro tempore, quo ægrotus decubuit præſtari debet 7.13
Saluationes Tholoſæ propriè ad teſtes reprobatos referuntur 4.97
Saluatores quænam maximè pertinentes ſint ibid.
Saluatio teſtis ob inimicitiam reprobati ex facta vera reconciliatione rectè peti poteſt 4. 98
Saluianus allegatur contra fideicommiſſum factum à parentib. in odium liberorum monachorum 5.28
Scæuola explicatur 5.12.& 58
Scriptum contra voluntatem quidnam operetur 5.74
Senatuſconſultis Romanis nomina iudicum adſcribebantur 1.74
in Sententiis vbi paria vota ſunt pro accuſato

pronunciari debet 4.80
Sententiæ à quibus appellatum fuit nonnunquam in ipſius appellati, qui in iis acquieuit fauorem reformari poſſunt 3.10
Sepulturę nomine ſacerdotes nihil exigere poſſunt 1.1.& 70
Sequeſtrum regulariter prohibitum eſt etiam in actionibus perſonalibus 4.5
Serpentes in lecto Tyberij Gracchi reperti fuerunt 4.4
Signis an teſtamentum fieri poſſit 5.6
Simonia ſimpliciter conuentionalis non impedit decretum de pacificis poſſeſſoribus 1.58
Simplicitas notariorum interdum excuſari poteſt, ſi dolo careat 5.94
Siue dictio explicatur 2.27
Societas ex æquo & bono interpretationem recipit 2.70
Societas inter fratres cur caſſata fuerit 2.71
Societas tacita quando coniiciatur ibid.
Societas matrimonij ſimilitudine declaratur 4.55
Socini error detegitur 5.55
Socrates cur recuſare noluerit iudices qui eum condemnabant 1.87
Sodomia etiam in brutis animalibus punitur 1,61
Sol cauſa eſt morborum diuturnorum 4.4
Sollicitator punitus fuit, quod duos coronatos libello ſupplici inſeruiſſet 1.86
Solon patribus liberos habentibus teſtamenti factionem interdicebat 5. 19. caſſare ſolebat teſtamenta à decrepitæ ætatis mulieribus ad importunam inſtitutorum hæredum inſtantiam facta 5.6
Solemnitates teſtamentorum à Romanis exactè obſeruabantur 5.58. non requiruntur in teſtamento patris inter liberos 5.15
Sorbona Pariſienſis à quonam inſtituta fuerit 1.71
Sponſalitiæ largitates iure pandectarum incognitæ erant 4.56
Sponſalia futura, nuptiæ præſentia tempora reſpiciunt 3.96
Sponſi appellatione an veniat maritus ibidem.
Spurij vnde dicantur 5.30
Statutum Tholoſanum lucrum dotium concernens 4.53
Stipulationes Romanorum in Francia amplius in vſu non ſunt 3.3
Subſtitutionum variæ ſpecies ſunt 5.42
Subſtituens teſtator reciprocè ſaltem ſubſtitutiones vniformes facere cenſetur ibid.
Subſtituti fratres reciprocè quamuis ex diuerſis matrimoniis procreati ſint: tamen ad ſucceſſionem vnius ex iis prædefuncti æqualiter admittuntur 5.38
in Subſtitutionibus conditio ſi hæres ſine liberis deceſſerit quemnam effectum habeat 5.38
Subſtitutionis pupillaris occaſione quod acceptum fuit, reſtitutioni in fauorem fideicommiſſariorum obnoxium eſt 5.57
Subſtitutio pupillaris, quæ ſub compendioſa per verbum commune concepta cōprehenditur an ſemper pro fideicommiſſaria habēda ſit 5.26. expreſſa matrem & auiam maternam à legitima excludit 5.25. ſubintelligitur ſub remedio prætorio bonorum poſſeſſionis contra tabulas 4. 56. comprehenſa ſub compendioſa matrem à legitima non excludit 2.84. compendioſa definitur 5.25
Subſtitutiones nihil commune habent cum inſtitutione neceſſaria 5.37
Subſtitutio facta ſimpliciter per verbum liberos collectiua cenſetur ibid. Subſtitutioni appoſita verba pleno iure quemnam effectum habeant 5.32. à ſocru genero facta cenſetur in fauorē liberorum ex prædefuncta filia procreatorum facta 5.18
Subſtitutionis conditionalis ſpes an à ſubſtitutis ad eorum liberos & deſcendentes in recta linea tranſmitti poſſit 5.33
Subſtitutiones pupillares an ſuſtineantur teſtamento rupto quoad inſtitutionem 5.12
Subſtitutio an remedio poſſeſſorio proſpici queat 5.10
Subſtitutiones & inſtitutiones quatenus in pactis dotalibus fieri queant 5.90
in Subſtitutione fideicommiſſaria per verbum hæredes ſui non modò vniuerſales, ſed etiam particulares comprehenduntur 5.88. compendioſa ſub conditione ſi hæres ſine liberis deceſſerit liberi non diſpoſitiuè, ſed conditionaliter comprehenduntur 5.66
Subſtituti aut fideicommiſſarij legata alimētorum præſtare nō tenentur, ſed onus illud hęredi incumbit 5.48
Subſtitutis oppoſitio in omni caſu condemnationis quaſi neceſſaria eſt 5.81
Subſtitutio per verbum commune facta an omni tempore fideicommiſſaria ſit 5.39
in Subſtitutionis conditione nominati quando in diſpoſitiono comprehenſi cenſeantur 5.73
Subſtitutio ſub clauſula ſi hæres ſine liberis deceſſerit comprehenſa an liberos ad ſucceſſionem inuitet 5.70
Subſtitutus ſubſtituto eſt ſubſtitutus inſtituto 5.73
Subſtitutio fideicommiſſaria ſi concepta ſit ſub conditione liberorum atque ex liberis procreatorum liberorum liberi diſpoſitiuè vocati cen-

ti cenſentur 5.71. non præſumitur niſi de ea ex voluntate teſtatoris expreſſa euidenter appareat 5.82. filio facta tacitam hanc conditionem adiectam habere videtur, ſi is ſine liberis deceſſerit 5.82
Subſtitutiones teſtamentariæ intra ſex menſes inſinuari debent 5.95
in Subſtitutione non fit extenſio de perſona ad perſonam 5.74
Subſtitutio ſi ſine liberis ſtatim deficit ſi liberi nati fuerint ibid.
Subſtitutio de caſu ad caſum quando extendi poſſit ibid.
Subſtituere pupillariter poteſt pater filio impuberi etiam extra poteſtatem ſuam ratione dignitatis conſtituto 5.77
Subſtitutionibus fideicommiſſariis cohæredes licitè renunciare poſſunt 5.56
Subſtitutio directa in fideicommiſſariam vi clauſulæ codicillaris mutatur 5.37.
Subſtituti fideicommiſſarij ratione quotæ ſuæ hæreditariæ ad impenſas funebres tenentur 5.50
Succeſſoriæ pactiones in Francia quatenus tolerentur 5.80
Succeſſor ſingularis locationi prædeceſſoris ſui ſtare non tenetur 1.63
Succeſſio aſcendentium quibuſnam priuilegiis gaudeat 5.19. ab inteſtato quomodo differat à teſtamentaria 5.45. ab inteſtato quare dicatur legitima ibid. deſcendentium aſcendentibus non debetur iure naturali ibid. inter virum & vxorem in Francia locum non habet 4.1
in Succeſſione partem non facit, qui inde ipſo iure excluſus eſt 4.25
in Succeſſione fideicommiſſi perſona teſtatoris de cuius bonis agitur non verò hæredis inſtituti conſideratur 5.55
Suggeſtiones in teſtamentis qualeſnam licitæ ſint 5.6
Supplere factum in conſtitutione quadam aut decretali admodum periculoſum eſt 5.22
Supplemētum legitimæ eſt eiuſmodi ius, quod tranſmitti poteſt 5.63
Supplemētum legitimarum iis debitarum, qui hæreditati renunciarunt an accreſcant reliquis, qui itidem legitimam ex eadem hæreditate petere poſſunt 4.24
Supplementum legitimæ filiabus interdum in pecunia nonnunquam in corporibus hæreditariis adiudicatur 4.19
Supplementum legitimæ naturam principalis ſui ſequitur 5.64
quoad Supplementum legitimæ Impp. conditiones quaſdam introduxerunt quæ priſcis ICtis incognita erant 5.25
in Supplemento iuſti pretij laudimia non veniunt 4.31
Supplementum iuſti pretij in reſtitutionibus propter læſionem vltra dimidium in permutationibus locum non habet 3.49
Syndicus captus collegij ſumptibus redimi debet. religioſorum cur nomine procuratoris regij generalis agat 5.28. capituli reſtituere tenetur fructus præbendæ canonico qui propter expeditionem litis abeſt.

T

Templum Erynnidum Athenis habebatur 4.80
Tempus in quibus caſibus de momento ad momentum computetur 3.93. reſtitutioni minorum præfixum 3.16. decennij venditionibus ſub pacto de retrouendēdo præſtitutum à tempore principalis contractus currere incipit 3.67. legitimum partus quodnam ſit 4.3 & 4. differendæ ſolutionis ergo adiectum obligationis natiuitatem non impedit c. 4.28
Temporale ad agendum eſt perpetuum ad excipiendum 4.53
Termini negatiui non poſſunt & non poterunt quidnam operentur 3.85
Tertullianus allegatur quoad explicationem dicti D. Pauli viduas ad ſecundas nuptias cōuolantes concernentis 5.93
Teſtes quando produci & iurare ſine adiuncto poſſint 4.71
Teſtes olim Romæ ab ipſis partibus interrogabantur 4.72
Teſtes atque eorum depoſitio æquiparantur campanis & inſtrumentis muſicis ibid.
Teſtes in Francia ante reprobationes audiūtur examinantur 4.93
Teſtis audiri debet non obſtante reprobatione 4.94
Teſtes, qui pro accuſato facere poſſunt, omnes admittuntur 4.88
Teſtis quādo reprobari poſſit ab illo, qui cum antea pro ſe produxit 4.89
Teſtis qui reprobatur ratione criminis ſibi obiecti iniuriarum agere nequit, niſi reprobatio nimis exorbitans ſit 4.99
Teſtis reprobari poteſt quod leno ſit 4.75
Teſtes iurare poſſunt etiam adiuncto commiſſarij non præſente 4.71
Teſtis qui per anni ſpacium excommunicatus fuit, reprobari poteſt 4.96
Teſtis nō tam facilè reprobari quàm iudex recuſari poteſt 1.88
Teſtium ſuperfluus numerus veritatem obſcuram reddit 4 6
Teſtes reprobare non poſſumus, quos in alia cauſa ipſimet produximus 4.88

Teſtes affidati quinam dicantur ibid.
Teſtis reiectus infamiam non incurrit 4.99
Teſtis ob minas quatenus reprobari queat 4.83
Teſtis inhabilis per alium habilem non ſuppletur 4.68
Teſtimonium vaſſalli quatenus admittatur 4.64
Teſtis & accuſatoris inimicitia æqualis cenſetur 4.84
Teſtis productus, ſed non auditus neque examinatus an deinde reprobari-poſſit ab illo, qui eum produxit 4.88
Teſtimonium fratris an admittatur.
Teſtimonium matris & aſcendentium intra quartum gradum ad probationem ætatis an admittatur 4.92
Teſtimoniū melius per rationes quā per vituperationem perſonę deſtruitur 4.74
Teſtimonium ſui ipſius non valet 4.78
Teſtamenta apud Romanos adhibitis ICtis cōdebantur 5.58
Teſtamentorum tria genera ſunt 5.4
Teſtamenti loco num ſit declaratio patris, qui coram duobus teſtibus aſſeruit ſe teſtamentum aut eius partem reliquiſſe in manibus certæ alicuius perſonæ aut ciſtæ, inculſiſſe, 5.15
in Teſtamentis imperfectis inter liberos duos teſtes ad minimum requiruntur 5.15
Teſtamētum mariti & vxoris ſimul coram eodem notario & iiſdem teſtibus factum valet 5.97
Teſtamenta militaria multis priuilegiis gaudent 5.73
in Teſtamento inter liberos facto ſolemnitates non exactè requiruntur 5.6
in Teſtamentis peſte laborātium quotnam teſtes requirantur 5.16
Teſtamentum per ſigna aut à teſtatore balbutiente & moribundo factum quomodo impugnetur aut defendatur 5.6
Teſtamentum nutu factum nullo modo etiam inter liberos ſuſtineri poteſt 5.7
Teſtamento quoad inſtitutionem hæredis reſciſſo reliqua ſalua manent 5.11
Teſtamentum ab initio nullum teſtatoris morte non confirmatur 5.1
Teſtamentum vt valeat obitus teſtatoris potiſſimum conſiderari debet ibid.
Teſtamentum filijfamilias ab initio nullum morte teſtatoris in fauorem cauſæ piæ & egenorum confirmatur ibid.
Teſtamentum in quo perſona infamis hæres inſtituta fuit, querela inofficioſi a fratribus conſanguineis impugnari poteſt 3.5
Teſtamentum morte teſtatoris cōfirmari quomodo intelligi debeat 5.1
Teſtamentum cum ſolemnitate iuris canonici factum in territorio Pontificis, confirmatur 5.5
Teſtamentum ab ægroto ad interrogationem alterius factum non tollit prius perfectæ factum 5.6
in Teſtamento præteritio matris aut auiæ exhæredationi æquipollet 5.11
Teſtamētum filijfamilias etiam cum patris auctoritate factum non valet 5.1
Teſtamētum patris ſcriptum ſine alia ſolemnitate inter liberos valet 5.15
Teſtamentum appellari nequit ſola ad teſtandum præparatio ibid.
Teſtamentum equitis Hieroſolymitani ratione cauſæ piæ vſque ad tertiam bonorum ipſius partem ſubſiſtit 1.17
Teſtamentum quilibet de re propria tantum condere poteſt 1.c.8. nemo alij facere poteſt niſi pater filio impuberi aut furioſo ibid. 11. vnum duarum perſonarum eſſe nequit ibidem 12
in Teſtamento nuncupatiuo probatio per teſtes Tholoſæ recepta eſt 5.5
Teſtamenta Tholoſæ coram duobus aut tribus teſtibus fieri poſſunt ibid.
Teſtamentum à religioſo mendicante exceptū ſeu expeditum eſt nullum 3.6
Teſtamentum patris inter liberos ſuos ſine ſolemnitate ſeruari debet 5.15
in Teſtamentis qualeſnam ſuggeſtiones ſint licitæ 5.6, in fauorem aduocati aut procuratoris à litigatore fieri nequit 3. 12. quando præteritione poſthumi non rumpatur 5. 8. quare lex dicatur 5.74
Teſtamenta admodum fauorabilia ſunt ibid.
in Teſtamentis iniquum eſt inquirere in cauſā voluntatis teſtatoris 3.67
Teſtamentum tyronis minoris viginti annis in fauorem magiſtri ſui pharmacopæi factum pro nullo declaratum fuit
Teſtamenti maxima ferè vis & vltima conſummatio ab aditione hæreditatis dependet 1. c. 14
ex Teſtamēto reuocato declaratio ſeu ſuppletio voluntatis fieri non poteſt ad voluntatem teſtatoris in vltimo valido teſtamento ſcriptam 5.1
Teſtamento reſciſſo quoad inſtitutionem an ſubſtitutiones pupillares conſeruentur 5.12
in Teſtamentis veritas facti locum habere ſemper debet, ſi de ea legitimè appareat 5.94
in Teſtamentis deſcendentium aſcendentes inſtitui debent 5.11
Teſtamenta facta ſecundum conſuetudinē ſcriptam Tholoſanam etiam quoad bona extra diſtrictum Tholoſanum ſita vires ſuas obtinent 5.92
Teſtamentum inſani, qui filium ſuum hęredem inſti-

inſtituerat Romæ approbatum fuit 5.19
Teſtamentorum effectus teſtatoribus adhuc viuis in ſuſpenſo hæret, 5.19
Teſtamenta hodie partim ſcripta partim nuncupatiua ſunt ibidem
cum ſpeciali clauſula reuocari debent ibid.
in Teſtamentis cauſa pia non tam fauorabilis eſt quam cauſa liberorum. 5.6
Teſtamentum per ſigna à paralytico factum caſſatum fuit 5.7
Teſtamentum militare quibuſnam priuilegiis gaudeat 5.17
Teſtamentum nũcupatiuum etiam ſcripturam deſiderat 5.4
in Teſtamentis voluntas libera eſſe debet 5.6
Teſtamentorũ dubia ſors eſt ibidem
Teſtamenta quando à filiisfamilias fieri poſſunt 5.1
Teſtamentorum nuncupatiuorum forma iuxta conſtitutionem D. Iuſtiniani explicatur 5.6
Teſtamentorum tam antiquorum quam modernorum præfatio 5.9
Teſtamentum per ſigna factum in fauorem piæ cauſæ valet 5.7
in Teſtamentis inter liberos clauſula derogatoria tacitè ſubintelligitur, 5.4
Teſtamentum poſtremum valet & præcedentia omnia tollit 5.6
Teſtamentum nullum eſt ob præteritionem poſthumi ibidem
Teſtamento rupto ob exhæredationem aut præteritionem aſcendentium reliqua ſalua manens 5.11
Teſtamentorum formula in Francia quondam vſitata explicatur 5.9
Teſtamenta imperfecta inter liberos valent 5.15
in Teſtamentis clauſula notariorum vulgaris quod teſtator ſanæ & integræ mentis fuerit, nullum effectum habet 5.6
Teſtamentum declaratione verbali coram teſtibus quando reuocari queat 5.4
in Teſtamentis præſentia teſtium iuris poſitiui & mutationi obnoxij eſt 5.15
Teſtamenta potiſſimum conſiſtunt in diſpoſitione & teſtatione quarum hæc potiſſima eſt ibid.
in Teſtamentis conditiones appoſitæ contra fidem & ſcandaloſæ non attenduntur 5.14
Teſtamenta Cratis & Leontij philoſophorum alleguntur ibid.
in Teſtamentis fictionis iuris quatenus locum habeant 5.14
in Teſtamentis voluntas teſtatoris inſtar reginæ cuiuſdam potiſſimum locum obtinet 5.14
Teſtator res hæredis ſui legare poteſt, 5.40
Teſtator facere non poteſt quo minus leges in teſtamento ſuo locum habeant 3.95
Teſtator licet alterius miniſterio in teſtamento vti poſſet: tamen eius volũtatem præcedere oporteret 5.6
Teſtatoris voluntate deficiente clauſula codicillaris nihil operatur 5.19
Teſtatores ad teſtandum mortis cogitatione potiſſimum mouentur 5.74
Teſtatores de futuro cogitantes liberos hæredes ſuos multis conditionibus grauare ſolent 5.14
Teſtatorem ſe diſpoſitioni iuris communis conformare voluiſſe præſumitur 5.52
Teſtatoris voluntas pro lege ſeruari debet 5.14
Teſtator legãs rem in qua ius aliquod habet, ius ſaltem illud legaſſe cenſetur 5.30
Teſtatoris error non impedit, quo minus illud quod ſcribere voluit ſeruetur 5.80
Theodoſius Imp. anno Romuli duos menſes adiecit 3.93
Theophraſtus quibuſnam verbis teſtamentum ſuum orſus fuerit, 5.9
Tholoſatium iura & priuilegia nonnulla explicantur 4.57.& 58
Titulus coloratus neceſſarius eſt ei, qui decreto de pacificis poſſeſſoribus gaudere vult 1.64
Titulus cenſualis fauorabilis eſt ratione domini 3.35
Titulus generalis C. de ſecundis nuptiis cur in diuerſa capitula diuiſus fuerit 3.98
Tobias deliquit Zigoth patitur, 1.6
Tranſactio maioris viginti quinq; annis cum illo inita, qui quondam eius tutor fuit, quatenus ſubſiſtat, 2.100
Tranſactio inter fratres inita præfertur permutationi quæ eadem die cum extraneo ratione eiuſdem rei facta fuit 2.63
Trebellianica de fideicommiſſo conuentionali detrahi nequit 5.67
Trebellianica locum non habet quoad inſtitunem in ſimplici vſufructu 5.97
Trebellianica ſemel ſaltem à primo grauato eiúſve hæredibus detrahitur 5.73
Trebellianica de alia Trebellianica an detrahi poſſit 5.61
Trebellianica codicillis prohiberi non poteſt 5.49
Trebellianicæ detractio quando in fauorem egenorum fieri non debeat, 5.40
in Trebellianicam liberi primi gradus fructus imputare non tenentur, 5.51
Trebellianicæ detractio quomodo in fideicommiſſis fiat 5.19
Trebellianicam non amittit fideicommiſſarius,

qui inuentarium non confecit 5.52
Tutela non committi debet ei,qui ſe ſponte ad illam offert 4.87
Tutor pupilli ſui donatarius eſſe poteſt ſi alias ei ab inteſtato ſucceſſurus ſit 2.95
excuſatio à Tutela ob numerum liberorum ſubſiſtit, etiamſi nonnulli ex liberis deceſſerint 5.74
Tutoribus eorúmve liberis à pupillis validè donari nequit 2.95
Tutores quando pupillorum nomina bona atque vt facile exigi queant reddere teneantur 3.55
Tutori, qui rationes reddidit & reliquam præſtitit ab illo,qui quondam eius pupillus fuit, donari poteſt, 2.100
Tutores antequam rationes reddant & reliquā præſtent officio ſuo liberari nequeunt ib. ratione pecuniæ quam pupillis ſuis debent,bonis cedere nequeunt 4.17
Tutor qui ſufficientem cautionem offert, ſolus pupilli bona adminiſtrare atque à contutore cautionem indemnitatis exigere poteſt 4.18
Tutores honorarij minorum ſuorum donatarij eſſe poſſunt 2.96
Tutor,qui minoris nomine dotem promiſit, ſi bona minoris non ſufficiant,ad illum de proprijs præſtandam cogi non poteſt, niſi eius fraus argui queat 4.15.ratione nominum,quæ pupillo ſoluta non fuerunt, tenetur ſi in exigendo negligens fuerit 3.55
Tyberius ad imperium Romanum excluſis propinquis Auguſti euectus fuit 5.6

V

VAccæ inferendales Saxonum 4.53
Valens & Valentinianus monachos, vt in bellum proficiſcerentur,coegerunt 5.14
Valor immobilium quomodo probari debeat 3.67
Valor ſpecierum auri in contractu matrimonij promiſſarum inſpecto tempore contractus conſideratur 3,30
à Varij dictum notabile teſtes concernens 4.61
Vaſalli olim appellabantur homines 4.34. teſtes in cauſa dominorum ſuorum producti an reprobari queant 4.95. retentionem feudalem oppugnaturi quibuſnam argumentis vti queant 4.34
Venalitas officiorum quænam mala pariat 1.86
Venditor vltra dimidium iuſti precij læſus reſtitui poteſt 3.58. & emtor in quibuſnam differant quoad læſionem & deceptionem ib. iuxta antiquam conſuetudinem Pariſienſem laudimia præſtare obſtringitur 4.43 quando de euictione teneatur 2.75. fundi quando eum iuxta menſuram tradere teneatur 4.18
Venditore aſſerente fundum,quem vendit à directo alicuius dominio pendere ius aliquod directo domino propterea non acquirit 4.38
Vendicari merces venditæ & nondum traditæ quando poſſunt 2.46
venditio patris præiudicium filio facit 4.27. tria ſubſtantialia continet conſenſum pretium & rem 5.64
venditiones perfectæ ſunt etiam abſque traditione 4.38
de Venditionibus perfectis laudimia domino debentur ibid.
Venditiones ſimulatæ ſunt nullæ 3.72
venditione reſoluta reſoluuntur quoque onera & hypothecæ interim ab emtore impoſitæ, atque res libera ad venditorem redit 3.69
in Venditione ſub pacto de retrouendendo quomodo annus & dies currant 3.58. ex omni parte neceſſaria laudimia non debentur 4.30
ex Venditione ſub pacto de retrouendendo laudimia ſemel ſaltem debentur 4.38
Venditio non reſcinditur propter læſionem vſque ad dimidium iuſti precij 3,64
ex Venditione,à qua partes mutuo conſenſu recedunt,laudimia debentur 4.40
ex Venditionibus per decretum iudicis factis laudimia debentur 4.50
Verba enunciatiua non probant,ſecus verò ſi iterata ſint 3.53
Veritas facti in teſtamentis & diſpoſitionibus vltimarum voluntatum ſemper obtinere debet 5.94. per ſe loquitur atq; ſemper præualet 3.25
Veſtales æquiparantur religioſis 4.25
Vicaria generalis ſede vacante permutationem beneficiorum permittere nequit 1.66
Vicecomitis Thuraniæ priuilegia exponuntur 4.34
Victus victori in expenſas condemnari debet 2.66
Vicinus quando viam præſtare cogatur 4.59
Viduæ minores ad ſecundas nuptias tranſeuntes, ſi prioris matrimonij liberis tutores non petierint eorum ſucceſſione haud priuantur 3.91
Vidua intra annum luctus ad ſecundas nuptias tranſiens ſucceſſione filij ex priori matrimonio procreati priuatur, etiamſi nullos præterea liberos ex thoro illo ſuperſtites habeat 3.86
Vidua intra annum luctus nubens bona & ſucceſſionem à priori marito relictam perdit

dit 3.93
Viduæ denuò nubentes à D. Ambroſio reprehẽduntur 3.91 partus 14. menſe editus pro legitimo declaratus fuit 4.3. cur intra annum luctus nuocere non debeant 3.95. Vidua intra annum luctus nubens legatum à prioris mariti hærede ſibi præſtitũ reſtituere tenetur 3.94. Viduæ egenæ certa quædã portio ex defuncti mariti bonis adiudicata fuit 3.25. Vidua cogi nequit, vt dotem ſuam recipiat & doario conſtituto renunciet 2.76. intra annum luctus ſponſalia de præſenti contrahens perdit ea, quæ ex prioris mariti ſucceſſione acquiſiuit 4.55. poſt annum luctus inimica defuncti mariti nubens legatis ab eodem relictis haud priuatur 4.85
Viuentis nulla eſt hæreditas 1.c 15
Vlpianus religionem Chriſtianam Iudaicam ſuperſtitionem appellauit, 5.79
Vlpianus in hypotheſi ſua declaratur, 2.76
Vnio beneficiorum à cura damnatur, 1.2
Volens rem aliquam illud quoque voluiſſe cenſetur ſine quo ea ſubſiſtere nequit 5.19
Voluntas coniecturata quidnam operetur 3.64
Voluntas per duodecim diei horas ſæpius mutatur 3.71
Voluntas ſine verbis declarari poteſt 5.71
Voluntas in teſtamento libera eſſe debet 3.38
Voluntatis declaratio ſeu ſuppletio ex reuocato teſtamento fieri non poteſt ad voluntatem teſtatoris in vltimo valido teſtamento ſcriptam 5.74
Voluntas in omnem euentum diſpoſita in teſtamento quidnam operetur 5.19
Voluntaria conditio intra terminos ſuos coercenda eſt 3.67
Voluntas teſtatoris loco rationis in teſtamento eſt 5.7
Voluntas teſtatoris non expreſſa pro abortiua habetur 5.74
Voluntate teſtatoris deficiente clauſula codicillaris nihil operatur 5.20
Voluntas teſtatoris quamnam interpretationem admittat 5.38
Voluntas teſtatoris vnde dignoſcatur 5.6
Voluntates teſtatorum quando cuſtodiendæ ſint 5.14
Vſus legum interpres eſt 5.95
Vſusfructus quomodo finiatur, & extinguatur 5.53
Vſusfructus in bonis filij regulariter in prouinciis iuris ſcripti ad patrem ſpectat 2.73
Vſusfructus bonorum aduentitiorum filij in Francia ad patrem pertinet, 2.95
Vſusfructus a marito vxori relictus liberis exiſtentibus quomodo accipiatur 5.23
Ab vſuris ſuprema curia Tholoſana abhorret 2.27
Vſura maximus prædo eſt ibidem
Vſura in ſimplici mutuo non toleratur ibid.
Vtile per inutile in indiuiduis nõ vitiatur 4.62
Vxoris appellatione an ſponſa veniat 3.96

F. I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

IHS